BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ALESSANDRINA
Q
C
43
ROMA

2 c 43

COMMENTARIA IN BVLLAM BONI REGIMINIS

Josephi Carpani I.V.D.

DE
BONO REGIMINE
RERVM AD VNIVERSITATES SPECTANTIVM

In Bullam x. Clementis Papæ VIII.

COMMENTARIA

Á IACOBO COHELLIO I. V. C. VRBEVETANO
Earundem Vniuerſitatum Ditionis Eccleſiaſticæ Agente Generali lucubrata.

Multiplici doctrina, & eruditione repleta, ac diu exoptata

CAROLI CARTHARII I. V. C. VRBEVETANI
Aduocatorum Sacri Conſiſtorij Decani

Studio nunquam intermiſſo ab interitu vindicata.



ALESSANDRINA

228
34

ROMAE, M. DC. LVI.
Sumptibus Ioannis Caſonij Sub ſigno S. Pauli.

SVPERIORVM PERMISSV.

Ex Legato Josephi Carpani J.V.D.

ALEXANDRO SEPTIMO PONT. OPT. MAX.

CAROLVS CARTHARIVS

FELICITATEM.

DIV latuit, diù fluctuauit Opus, quod Tibi exhibeo, Beatiſsime Pater; tandem Chiſiano ſydere coruſcante, è tenebris eruitur, è procellis in portum inuehitur. Ingratitudinis ſanè notam haud euaderem, ſi Iacobi Cohellij viri integerrimi, ac in otio literario verſatiſsimi humanitati non reſponderem, qui Notitiam Cardinalatus manuſcriptam ad me tranſmiſit, mihi dono dedit, quique Commentaria hæc meæ tutelæ credidit: fiduciæ reſpondeo, dum, poſt Notitiam prælo euulgatam, hæc poſteritati committo. Tutelarem non perquiſiui, Mecenas etenim regnat ALEXANDER SEPTIMVS Pontificum Maximus, cui quicquid humanum molitur ingenium,

nium,

nium, tributarium debetur. Proh quantas ſummo rerum Opifici rependere grates debemus, dum Chriſtiano gregi in preces effuſo Paſtorem tantum attribuit: quod Vrbis gaudium, qui ſingulorum conſoni plauſus, quæ Orbis vniuerſi lætitia de Fabij Chiſij in Alexandrum aſſumptione? traxit ſpes cunctos ad magna; nec fefellit. Ipſa Electionis die ritus aliquot immutauit in melius: vix ad thronum euectus, de morte cogitauit, & ligneum, plumbeumque monumentum, ſub proprio cubili aſſeruandum, extrui celeriter iuſſit, optimè edoctus, quòd *Mors ad Cœlos iter*, quòdque

Mortalis regimen vitæ, meditatio mortis.

in nonnullis deinceps Vrbis Eccleſijs publicas preces indixit, ſacro ære ſingulis congruè diſtributo: non exiguam auri copiam intra virorum, ac mulierum Clauſtra elargitus fuit: munera reſpuit: Epiſcopos in proprijs Eccleſijs manere iuſsit: Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus vſum veſtium lugubrium quoad ſe ipſos, nec non cuiuſuis generis luctus in eorum curribus, vetuit: Pontificias Triremes, Venetis contra efferum Turcarum Tyrannum auxiliarias, ad Cretenſia maria tranſmiſit, validoque peditum præſidio eoſdem Venetos iuuit: ſolemni Coronationis die pecunia, & annona pauperes Vrbis, familiaſque egeſtate, ac modeſto rubore domi retentas recreauit: publicam Audientiam diebus Dominicis, ad ſubditorum, exterorumque ſolatium, ſtatuit: Iubileum vniuerſale, pro Diuina ope initio ſui Pontificatus imploranda, pro ſalutari Eccleſiæ Catholicæ regimine, & pro concordia inter Principes Chriſtianos euulgauit: Apoſtolicam Viſitationem, in Vrbe a ſe indictam, ſupplicationibus, ac eleemoſynis adiutam, ipſemet inchoauit, & proſequutus eſt: Cardinalium, ac Præſulum Congregationem, ad Communitatum Ditionis Eccleſiaſticæ, ſubditorumque calamitates ſubleuandas, inſtituit: non ſemel tantùm Heluetios Catholicos, cum factioſiſsimis ſchiſmaticis dimicantes pecunia iuuit: ædificia, prædeceſſorum Pontificum obitu derelicta (æui decurrentis abuſus) perfici iuſsit; hinc nedum Lateranenſi Baſilicæ, Capitolino Palatio, Diuæ Agnetis in foro Agonali Templo, Carceribus in via Iulia, Innocentij Decimi nondum abſolutis operibus, artificum manus admotæ, ſed Flaminia princeps Vrbis Porta, regnante dudum Pio Quarto inchoata, noua ſtructuræ acceſsione, ornamentiſque perfecta: militum in Dominio Eccleſiaſtico pro exteris Principibus delectionem vetuit: annonæ charitatem paterno pectore ſubleuauit: paupertati commiſerans, Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe facultates, circa legata pauperibus in genere facta, moderatus fuit: Eccleſiam Deiparæ ſemper Virginis de Populo (in qua gentilitium Chiſiæ Proſapiæ Sacellum ad ſtuporem extructum,

ctum cernitur) in meliorem ſpeciem reſtituit: Caſimirum Poloniæ Regem, a Tartaris, Moſcouitis, ac Suecorum Regé armis circumdatum, pecuniario ſubſidio roborauit: pacis inter Catholicos Reges, ac Principes negocium totis viribus aggreſſus fuit: Sacræ Romanæ Rotæ Auditores Subdiaconos Apoſtolicos; & Prælatos, quos Votantes Signaturæ nuncupant, Acolythos Apoſtolicos, è Sacello Pontificio officijs huiuſmodi iam venalibus amotis, creauit: ad peſtilentiæ luem, alibi graſſantem, arcendam, lynceus euigilauit: Eccleſiarum cultum, ac venerationem admodum dilexit, edixit: Chriſtinam Suecorum Reginam, Catholicam Fidem profeſſam, ſummiſque laudibus extollendam, è patrio Regno ad Vrbem proficiſcentem, munificentiſſima Pontificia liberalitate ad confinia Ditionis Eccleſiaſticæ per Apoſtolicos Nuncios, deinde per Cardinales de Latere Legatos, denique in publico Conſiſtorio per ſe ipſum excepit: Subdiaconi, Diaconi, ac Presbyteri (quem Archidiaconum aliqui nuncupant) in Sacello Pontificio inſeruientium munera, tribus Baſilicarum præcipuarum Vrbis Capitulis perpetuò attribuit, Presbyteratum nempe Lateranenſi, Diaconatum Vaticano, Subdiaconatum Liberianæ, & Canonicos ad hæc ſelectos, inter Prælatos cooptauit: marmoreum Eccleſiæ Deiparæ de Pace (in quo Chiſiorum elegans Sacellum cernitur) vacillantem proſpectum, porticus acceſsione ab interitu vindicauit: alterum in Templo Deiparentis de Populo, prope principem Aram, a fundamentis Sacellum extrui iuſsit, in quo mortales ipſius eſſent humandæ exuuiæ. Geſta hæc (decem vix menſium decurſu) mecum admiror, BEATISSIME PATER, chartiſque conſignata in Orbem euulgo, vt planè omnes intelligant, qualis Pontifex regnat: indulgeat ſingularis Sanctitatis Veſtræ modeſtia; non enim præconia contexui, ſed nudam ſine fuco veritatem indicaui. Iure igitur Opus hoc auguſtiſsimo ALEXANDRI SEPTIMI Nomini exultans inſcribo, cui ea quoque ratione adſtringor, qui Aduocatorum Pontificij Conſiſtorij Decanatum (etſi immeritus) ago, & documentorum, quæ in Apoſtolico, abditoque Arcis Hadrianæ Tabulario ſeruantur, cuſtodiæ, ac ſtudio, animi alacritate maxima incumbo. Excipe virtutum omnium fautor, & cultor debitum hoc obſequentiſsimæ voluntatis meæ teſtimonium, vt deinceps Maiorum meorum volumina, quæ in ſcrinijs recondita typum exoptant, nonnullaſque meas Lucubrationes in lucem proferens, ſupra Chiſianos Montes ad Sydera extollam. Bonorum Largitor Deus, a quo Sanctitas Veſtra Catholicæ Eccleſiæ Clauum moderandum accepit, Principem tantum, Paſtorem, ac Patrem diutiſſimè ſeruet incolumem, vt ſedatis, ac repreſsis vndique perſtrepentium armorum, ac debacchantium hæreſum

fluctibus, tandem aurora votiuæ tranquillitatis affulgeat; ſummis hoc precibus exoptandum, deprecandum, ſperandum. Et ego, dum Apoſtolicam veneror Maieſtatem, Pontificios pedes intima demiſsione animi exoſculor.

P E-

PETRVS PAVLVS PHOEBEVS
DE VRBEVETERI
EPISCOPVS BALNEOREGIENSIS

IACOBO COHELLIO I. V. D. VRBEVETANO.

VT, quæ in Bullam ſuper Eccleſiaſticæ Ditionis Bono Regimine abs te compoſita, mihique viſenda tranſmiſſa, Commentaria, multiplici, ne dicam (abſit adulatio) omni, eruditionum genere conſperſa, refertaque ſunt; pariter indicibili guſtu, & multimoda in eis perlegendis oblectatione me affecerunt. Gauiſus ſum talem præclaris hiſce laboribus te mihi commonſtraſſe, qualem in pertractandis, orandis, componendiſque negocijs, curis, & cauſis, perpetuò exiſtimaui. Tibique ex animo gratulor, dum eadem ad te remitto Commentaria, digna, quæ communi vſui tradita, te, Cognationem tuam, ac Patriam celebri extollant laude, gloria, & honore. His fortè ad hæc mea non mouereris vota: mouearis tamen, publicæ vt ſatisfacias vtilitati, precor. Hæc edas, vt eis ad publicum bonum vti, frui quiſque valeat; meque vt ſoles, & a me amaris, ama. Vale. Datum Balneoregij die 25. Auguſti 1637.

Com-

Commiſſa mihi cenſura a Reuerendiſſimo Patre Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro libri *De Bono Regimine rerum ad Vniuerſitates ſpectantium in Bullam X. Clementis Papæ VIII.* a Iacobo Cohellio I.V.C. Vrbeuetano ex varijs DD ſententijs, & Sacræ Rotæ Romanæ votis, ac almæ Vrbis Sacræ Congregationis Boni Regiminis Decretis mira eruditione, & in explicando facilitate collecti; cum illum diligenti conſideratione Catholicæ, & Apoſtolicæ Fidei, ac bonis moribus conformem inuenerim, in lucem poſſe prodire exiſtimo; opus enim eſt valdè laborioſum, & eruditum, ac in praxi verſantibus non ſolùm vtile, ſed neceſſarium. Romæ hàc die 15. Auguſti 1652.

Franciſcus Angeluccius I.V.D. & in Gymnaſio dictæ Vrbis ordinarius Profeſſor.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſimo Patri Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtro.

M. Oddus Viceſgerens.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capiſuccus Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter Ordinis Prædicatorum.

AMICE

AMICE LECTOR.

SI Vir per quadraginta annos in Romana Curia verſatus occurrat tibi, Candide Lector, nonnè iuſtam habebis ſciſcitandi ab eo cauſam, quid tam longo tempore, quo vitæ humanæ curſus vt plurimùm abſoluitur, in ea Ciuitate, quæ communis Patria dicitur, & nemini niſi volenti nouerca, geſſerit? rationabilis equidem, honeſtaque ſatis poſtulatio, & mihi obijcienda: vt autem ſibi ſatisfaciam, accipe.

Adoleſcens ad Romuleam Vrbem ſub cura Dominici Cobellij I.V.D. fratris germani nomine, ſed amore patris, acceſſi; liberalibus diſciplinis addictus, & I.V. Doctoratus tandem laureola decoratus, eiuſdem fratris mei, Communitatum Ditionis Eccleſiaſticæ ſub fel.rec. Paulo Quinto Agentis, aduerſaque valetudine vt plurimum laborantis, vices quandoque geſſi, ſed illo ad Patriam reuerſo, Cathedraliſque Eccleſiæ Archipresbytero renunciato, eiuſdem Pontificis, ac Scipionis Burgheſij Nepotis S.R.E. Cardinalis Ditioni Eccleſiaſticæ Præpoſiti generalis effecit humanitas, vt in eo, quo vices gerebam, munere, fratri ſcilicet meo ſubrogatus euaderem. Paulo deinde Quinto ab humanis erepto, Gregorius Decimus quintus Romanam, Apoſtolicamque Sedē obtinuit, & Ludouico Ludouiſio eius ex fratre Nepoti inter Vaticanos Senatores aſcito, ac ſacra Purpura decorato Status Eccleſiaſtici gubernacula in tēporalibus dedit: his Principibus viris permittentibus, Patrimonij Beati Petri in Thuſcia, ac Vrbeuetanæ Ciuitatis Patriæ meæ negocijs in Vrbe pertractandis præſui. Moritur Gregorius, & in ſublimi militantis Eccleſiæ Solio Vrbanus huius nominis VIII. collocatur. Huic, dum ſacra Purpura redimito Sedis Apoſtolicæ Bononiæ de Latere Legato Dominicus frater meus negocijs in Romana Curia peragendis (vt epiſtolæ apud me ſummo cum honore retentæ teſtantur) inſeruiendo cliens efficitur, Patronum munificentiſſimum eundem aſſequitur; at dum maiores tanto ſub Principe munificentiæ fructus conſequi ſperat, inuidæ mortis halitu ſpes omnis areſcit. Viuida tamen ſemper extitit Vrbani VIII. immortalis vrbanitas, meque licèt imparem in locum fratris mei recipere non eſt dedignatus, & Communitatum Ditionis Eccleſiaſticæ Agentis generalis munere decoratum, in eo, ſublimi ipſius patrocinio, toto eius Pontificatus decurſu, quo vigeſimum, & vltra annum, ſumma cum laude, perennique fama abſoluit, & Eminentiſſ. ac Reuerendiſſ. Franciſci S.R.E. Card. Barberini ex germano fratre nepotis, roboratum, manutenere placuit. Habes, mi Lector, quid per annos quadraginta, pluſuè minus in Aula, & Foro Romano non ſine corporis agitatione geſſerim.

Sed fortaſſe non acquieſcis adhuc, & vlterius inſiſtis: numquid ſola corporis agitatione, brutorum more, contentus, mentem, & animum omnino torpidos habuiſti? minimè gentium. Sed ea, quæ ad quotidianum vſum neceſſaria duxi, ne ex imbecilli memoria laberentur, Repertoria quædam (vt de Ioanne XXII. teſtatur Gomeſius[a]) quodam mihi ordine diſpoſui; hæc autem cum ad amicorum manus perueniſſent, aſſiduis ipſorum petitionibus tandem perſuaſus, typis dari vlterius denegare non valui. Verumenimuerò cum doctiſsimus Alciatus[b] nos erudiendo dicat, Erramus omnes, & Andabatarum more clauſis oculis plerumque certamus; *quod potiſsimùm in rebus proprijs contingere ſolet, in quibus non raro hallucinamur, & ſpecie recti decipimur, priuſquam Lucubrationes iſtæ lucem aſpicerent, Eminentiſſ. ac Reuerendiſſ. DD. S.R.E. Cardinalium, ac Illuſtriſſ. Prælatorum Congregationi Immunitatis Eccleſiaſticæ præpoſitorum integerrimæ cenſuræ ſiſtere, & ſano, prudenti, peritiſſimoque illorum iudicio ſubijcere volui: non ſum enim neſcius, Congregationem hanc Summi Pontificis auctoritate erectam, ſuæque Sanctitatis viuæ vocis oraculo ea, quæ in ipſa decernuntur, approbari, & confirmari, vt fuſiùs dixi in Notitia Cardinalatus,[c] itaut ab illis recedere nefas ſit, & a Chriſtiano viro alienum. Quamobrem ſi quæ forſitan Literæ,*

Reſo-

a In proœm. Reg. Cancell.

b In proœm. Paradox.

c Cap. 15. Congreg. 4.

Reſolutiones, & Decreta ſacræ Congregationis Boni Regiminis in his Commentarijs, vel in alio Volumine de anno 1642. Romæ apud Impreſſores Camerales materno ſermone a me hac inſcriptione edito, Bolle di Sommi Pontefici, Riſolutioni, e Decreti concernenti l'intereſſe delle Communità dello Stato Eccleſiaſtico, *legantur, vel aliquorum Doctorum non approbatam ſententiam, aut opinionem ſequutus ſum, quæ Reſolutionibus, Literis, ſeu Decretis ſacræ Congregationis Immunitatis Eccleſiaſticæ repugnare, vel quoquo modo contrarium indicare videantur, ea profectò nec in exemplum adduci, neque ad correctionem iuris communis, receptarumque Doctorum opinionum, ac ipſius ſacræ Congregationis Immunitatis ſententiarum extendi, trahi, aut allegari poſſe declaro, & atteſtor, illaſque (ſacræ ſcilicet Congregationis Boni Regiminis) ob varias ſingulorum caſuum circumſtantias cum ſpeciali Summi Pontificis auctoritate, atque licentia emanaſſe fateor: oculata namque fide perſpexi, in huiuſmodi caſibus per Eminentiſs. D. Card. Præpoſitum, ſeu R. P. D. illius Congregationis Secretarium cum explicita facti relatione Sanctitatis ſuæ oraculum poſtulari, cuius ſuprema auctoritate Immunitas Eccleſiaſtica non violatur, ſed ab omni præiudicio, ac læſione præſeruatur, vt optimè probant Iura,* [a] *& Doctores,* [b] *quos ego ſequor, & approbo. Hanc igitur, amice Lector, meæ intentionis, voluntatis, & opinionis declarationem, atteſtationemque recipere ne graueris, atque me Chriſtianum, Eccleſiaſticæque libertatis, & immunitatis, quam neque Imperator, neque ſupremi Principes moderari, aut reſtringere valent,* [c] *aſſerterem, licèt minimum, agnoſce, & vale.*

a C. aduerſus, de immun. Eccl.

b Card. Alban. ad Bartol. in l. hæres abſens, ſub n. 7. & n. 12. ff. de iudic.

c Gambacur. de immun. eccl. lib. 3. ca. 12 per tot.

Iacobus Cohellius I. V. C. Vrbeuetanus.

CLE-

CLEMENS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM. Pro commiſſa nobis à Domino S. R. E. eique etiam in temporalibus ſubiectarum Ciuitatum, & Populorum, tutela, paternaque erga noſtros ſubditos charitate, præcipuo ſtudio tenemur prouidere, vt ad eos pertinentia bona, ea, qua decet fide, & cura, vtilitèr, & prouidè adminiſtrentur: preſertim verò tollantur praui abuſus, qui in publicum & commune damnum paulatim irrepunt: Ex quibus, & hactenus graui ære alieno communia illorum bona oppreſſa, vel ab ipſo Noſtri Pontificatus initio comperimus; Et malum hoc, niſi celeriter opportuna remedia adhibeantur, quotidie in deterius prolabi videmus. Dum enim pauci ſua priuata commoda, & lucra quærunt, atque illicitis modis, quod prauè ambiunt, aut concupiſcunt, conſequi affectant, Potentiorum, aut vulgi gratiam vanis aſſentionibus aucupantur, ſuas denique cupiditates explere ſatagunt, nulla vtilitatis publicæ ratione habita, ærarium publicum ipſarum Ciuitatum, & locorum exhauriunt, graui ære alieno implicant, inanibus pompis, & oſtentationibus dilapidant. Quibus malis, atque incommodis (quantum noſtra vigilantia, atque auctoritate, eniti poſſumus) occurrere cupientes, Hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione, ſtatuimus, & ordinamus, vt in qualibet Ciuitate, Terra, Oppido, Caſtro, & Loco dicti Status temporalis Eccleſiaſtici vniuerſi, itaut etiam Bononien. & Beneuentan. noſtræ Ciuitates ſub hac Conſtitutione ſint comprehenſæ, Tabella, aut Libellus quotannis initio anni conficiatur, in quo ſumptus omnes ordinarij, & extraordinarij publicè vtiles, aut neceſſarij, ſint deſcripti: Et earum quidem, quæ certæ, & ordinariæ ſunt, expenſarum, certa etiam taxa, & ſumma exprimatur, quæ verò incertæ, & extraordinariæ videbuntur, earum vniuerſæ ſumma aliqua annua taxetur, quam toto anni curriculo excedere nequaquam liceat: Sigillatim verò pro rei indigentia, ex vniuerſa ſumma ſit taxata à toto Conſilio, cum interuentu Præſidis, Gubernatoris, aut Poteſtatis, portiones neceſſariæ infra annum detrahantur, eaque Tabella aut Libellus per Gubernatorem, ſeu Præſidem Prouinciæ, aut Ciuitatis, & cuiuſcumque Terræ, Oppidi, & Caſtri Prætorem, ſeu Poteſtatem, ſingulis annis. Hac verò prima vice non ſolum ab ipſis, ſed etiam poſt eos intra triginta dies tunc proximè ſequentes, à dilectis filijs S.R.E.Cam. & Theſaurario generali Cam. Apoſt. accuratè, & diligenter inſpiciatur, corrigatur, & approbetur, expunctis inde ijs omnibus impenſis, quæ præter, aut contra hanc noſtram conſtitutionem, etiam ex ſtatuto, vel conſuetudine antiqua fieri ſolebant, ac retento ipſius Tabellæ, ſeu Libelli exemplo, ſeu regiſtro penès Cameram Apoſtolicam gratis, & abſque vllo earumdem Communitatum, ſeu Vniuerſitatum

 diſpen-

diſpendio, ſtatim intra decem dies, ab ipſius receptionis die numerandos ſic reuiſa, approbata, & correcta, ad prædictas Communitates, ſeu Vniuerſitates remittatur. Diſtrictè autem inhibemus ſub indignationis noſtræ, & alijs grauiſſimis noſtro, & Succeſſorum noſtrorum arbitrio imponendis pœnis, ne pro ſigillo, vel pro ſcriptura, carta, atramento, cera, capſula, cordulis, alijsue rebus, ad huiuſmodi expeditionem pertinentibus, ſeu pro labore, vel regalibus, quidpiam, ne minimum quidem obolum, hac de cauſa prædicti Camerarius, aut Theſaurarius, eorumue Notarij, Tabelliones, Secretarij, Familiares, aut quilibet Officialis, vel Miniſter exigere, vel etiam ſpontè oblatum, recipere præſumat, quinimò volumus, vt ſine vlla mora omnia gratis, & prout in Pœnitentiaria Apoſtolica fieri ſolet, ſine aliqua ſolutione expediantur, & mittantur. Atque in hoc Camerarius, & Theſaurarius prædicti ſummo ſtudio inuigilent, & ſi aliquem ex ſuis, vel alijs Notarijs, Tabellionibus, Secretarijs, Familiaribus, Officialibus, aut Miniſtris, vel minimum quicquam recepiſſe deprehenderint, aut cognouerint, contra eos, etiam ad priuationis officiorum, & munerum, quæ obtinent, inhabilitatiſque ad illa, vel alia in poſterũ m ponenda exilij perpetui ab Vrbe, & eius diſtrictu, & alijs grauioribus pœnis procedant; ſcituri, ſi conniuendo, aut tolerando, aut aliàs quomodolibet receptionum, & exactionum huiuſmodi per ſe, vel alium conſcij, aut participes fuerint, ſe quoque noſtrum, & ſucceſſorum noſtrorum iudicium, in hac re ſeuerum, vt præſertur, ſubdituros. Verùm eadem Tabella, ſeu Libellus, eiuſue exemplum ſic correctum, approbatum, & intra decem dies remiſſum, nedum in ipſarum Communitatum, ſeu Vniuerſitatum Archiuio aſſeruetur, ſed in publico aliquo, omnibus patenti, ac conſpicuo loco, pro foribus Aulę, vbi habetur publicum conſilium, vel vbi Ius dicitur, & frequens populi fit concurſus affigatur, & perpetuò retineatur; Nec liceat in futurum, niſi de expreſſa Cameræ Apoſtolicæ, aut ſi vrgens neceſſitas moram non patiatur, Gubernatoris, aut Præſidis Ciuitatum, & locorum, qui ſtatim poſtea Camerarium, & Theſaurarium Generalem prædictos, certiores de eo reddere teneantur, licentia, cum interuentu Procuratoris Fiſcalis eiuſdem loci, cauſa cognita, etiam ſimiliter gratis concedenda, Tabellæ ipſius, ſeu Libelli tenorem etiam ſequentibus annis immutare, aut alterare, neque abſque prædicta licentia, etiam in caſibus improuiſis, inopinatis, aut inſolitis, aliquid, vltra contenta in huiuſmodi Tabella, aut Libello, erogare. Quicquid verò vltra præſcriptas ſummas erogatum fuerit, id volumus, vt ab eius, quibus exigendi, & ſolidandi computa, & rationes expenſi, ſiue illa, vt dicitur ſindicandi cura, incumbit; nequaquam ratum habeatur, neque ipſis communibus Aerarijs dictorum locorum, aut maſſis, ſed perſonis ſingularibus, quæ ſumptis ipſos fecerint, expenſum feratur. quæ etiam ad illius tanquam ab eis indebitè ablati, reſtitutionem, teneantur: Id autem quo accuratius ſeruetur, & earundem Ciuitatum, & Terrarum, ac Populorum vtilitati amplius conſulatur, præcipimus, vt quilibet modernus, aut pro tempore exiſtens Gubernator, Præſes, aut Poteſtas, tàm ex nunc, ſeu in ipſo primo ingreſſu, quàm deinde ſtatim finito tempore Magiſtratus per quoſcumque Priores, Maſſarios, Camerarios, aut Officiales, geſti, intra decem dies ab ipſis Prioribus, Maſſarijs, Camerarijs, ſeu Officialibus, qui magiſtratu funguntur, aut fungi deſinunt, reſpectiuè, plenariam informationem rerum, ad publicum regimen, & adminiſtrationem communium bonorum pertinentium, præcipuè verò indicem, & nomina ſingulorum debitorum cuiuſcumque Communitatis, ſeu Vniuerſitatis, tàm in ſupradictis, quàm ex alijs quibuſcumque cauſis; accuratè, & ſingillatim deſcripta, ſibi tradi, eaque poſtmodum cum primum ſolutionis dies aduenerit, aut ſi iam aduenerit, intra tres, aut ad ſummũ quatuor menſes per Officiales, & Magiſtratus earundem Communitatum, ſeu Vniuerſitatum, exigi, & in Aerarium Communitatis, ſeu Vniuerſitatis referri, & ſi quid in fine anni, dedu-

cts

ctis expenſis, in Tabella, ſeu Libello deſcriptis, ſupererit, id in extinctionem æris alieni publicè contracti, aut ſi æs alienum nullum ſit, vel in Annonam ſubleuandam, vel pro Monte pietatis, vel in recuperationem, & redemptionem bonorum, & rerum, ſeu iurium per ipſas Communitates, ſiue Vniuerſitates alienatorum, vel denique in aliorum immobilium bonorum emptionem, cum interuentu tamen Gubernatoris, ſeu Poteſtatis, & Procuratoris Fiſcalis Loci conuerti curet. Quod ſi prædictas pecunias in Monte pietatis deponi contigerit, id ea conditione fiat, vt illas poſtea quandocumque eædem Communitates, & Vniuerſitates inde extrahere, & ſi eis videbitur in vſus per hanc conſtitutionem permiſſos erogare valeant. Fiſci verò cuiuslibet Loci Procurator petat omninò coram Sindicis, & Gubernatore, ſeu Præſide, aut Poteſtate intra decem dies ab ijs, qui Magiſtratu perſuncti ſunt, tàm de adminiſtratione, iuxta taxam in Tabella, ſeu libello præſcriptam, quàm de alijs ſupradictis, præſertim nominibus debitorum inexactis rationes, reddi. Et ſi quid vel in expenſis exceſſum, vel circa exactionem neglectum; aut per negligentiam vltra tempus prædictum dilatum fuerit contra eoſdē reos, Magiſtratu, vt præfertur, perſunctos, ad reſtitutionem indebitarum expenſarum, necnon ad ſolutionem de ſuo proprio debitorum per negligentiam inexactorum, ac vlterius, etiam ad pœnarum in hac Conſtitutione contentarum, executionem procedi, quarum pars quarta ipſi Procuratori Fiſcali ſit applicata: Si verò poſt huiuſmodi decem dies elapſos, Gubernator, aut Poteſtas in exigendis rationibus, vel in cogendo ad ſoluendum, vel reſtitutionem, aut in exequendis pœnis, ſiue aliàs in præmiſſis negligens fuerit, ad reſtitutionem, & refectionem damni ex indebitis impenſis, vel retardata exactione communi Aerario cuiuslibet loci, illati, etiam de ſuo proprio integrè teneatur. Procurator autem Fiſcalis eius Terræ, Oppidi, aut Ciuitatis, Generalem Cameræ Apoſtolicæ Procuratorem Fiſcalem de huiuſmodi negligentia certiorem faciat, ſiue etiam cuilibet de populo, id denunciare liceat, ac tam in ſindicatu per eos, ad quos ſpectat, quàm poſtea per Procuratorem Fiſcalem Generalem Cam. Apoſt. contra ipſos Gubernatores, & Poteſtates, ſiue etiam contra perſonas, quæ pro ipſis in ſindicatu fideiuſſerint, procedatur, ita vt tàm ab eis, quàm ab ipſis reis principalibus, illatum damnum, inexacta debita, indebitæque expenſæ, & quę in hac Conſtitutione continentur mulctæ, cum ſimili lucro perſonis prędictis applicando, exigantur. Ac propterea tàm ipſi Gubernatores, Præſides, Poteſtates, quàm Procuratores Fiſcales in præmiſſis culpabiles, officijs per eos obtentis, eo ipſo priuati, & ad illa, atque alia ſimilia de cætero obtinenda perpetuò inhabiles, & incapaces ſint, & cenſeantur. Præfati verò Gubernatores, & Poteſtates, eorumque Cancellarij, Secretarij, Tabelliones, aut Miniſtri, vel Familiares nihil omnino, ne minimum quidem occaſione ſindicatus huiuſmodi, vel pro ſententia ferenda, aut pro Tabella, ſeu Libello conficiendo, reuidendo, vel licentia, vt præfertur concedenda, ſubſcribenda, vel taxa facienda, emolumenti, aut regalium, neque etiam pro mercede, aut labore, ſiue aliàs, vt præfertur, percipiant; & ſi quid perceperint etiam tanquam huius Conſtitutionis violatores, pœnas, quæ in ea ſunt deſcriptæ, ipſo facto incurrant. Cæterum omnibus, & ſingulis Communitatibus, Vniuerſitatibus, & Populis quarumcumque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & Locorum Status noſtri temporalis Eccleſiaſtici, earumque Senatui Conſilijs, Adunantijs, & Congregationibus, Magiſtratibus, & Adminiſtratoribus, eorumque ſingularibus perſonis diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne quis eorum, vel earum, ſub quouis prętextu, aut cauſa etiam vrgenti, & neceſſaria, contra Conſtitutionem fe. rec. Sixti PP. V. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, inter multiplices, quam nos harum ſerie approbamus, innouamus, & ampliamus, bona, aut iura ſua vendat, alienet, hypothecet, aut cenſus

ſuper illis imponat, aut pro ſe, præterquam ex cauſa locationis tantùm ad modicum tempus, & ſolutionibus non anticipatis, non autem titulo conductionis, nec vllo modo pro alijs obliget, ſiue ære alieno ſe obſtringat, neque Legatos, ſeu Oratores ad Nos, & Sedem Apoſtolicam ſumptibus publicis, aut etiam priuatis, & proprijs ipſorum Legatorum, neque etiam ſi ipſi ſponte id munus ſuſcipere, & de ſuo proprio impenſas ſubire velint vnquam mittat, nèue ſub nomine Agentis, aut Negociorum geſtoris, vel Procuratoris, aliàs quam ad neceſſarium litium proſecutionem in Romana Curia pariter expenſis communibus, aut priuatis, retinere, aut mittere, nèue quiſpiam id munus ſuſcipere, aut obire audeat, niſi habita prius quoad obligationes, & alienationes, licentia, iuxta prædictæ Sixti Prædeceſſoris Conſtitutionis tenorem: Quo verò ad mittendos Legatos, ſeu Oratores, à Nobis, vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice, vel ab eo, qui conſultationibus negociorum Status Eccleſiaſtici pro tempore præerit dumtaxat in ſcriptis obtenta, ſine qua, ſi quis id munus ſuſcipere auſus fuerit, præter aliàs per Sixtum Prædeceſſorem inflictas pœnas, etiam officijs per eum obtentis eo ipſo priuatus, & ad illa, & alia quæcumque obtinenda perpetuò inhabilis, & incapax, necnon infamis, & ignominia, atque infamia notatus, cenſeatur. Ad hæc prohibemus pariter, ne prædictæ Communitates, Vniuerſitates, earumue Collegiai Senatus, Adunantiæ, Congregationes, Magiſtratus, Officiales, aut ſingulares perſonæ vllo modo præſumant, ex fructibus, redditibus, & prouentibus collectis, vel contributionibus certis, vel incertis, ordinarijs, ſeu extraordinarijs, eorum Aerarij, ſeu maſſæ communis, ſiue ex pecunijs, etiam priuatis, & particularibus ſingulorum Ciuium per viam voluntariæ collectæ, ſeu contributionis in commune congeſtis, etiam cuiuſuis ſtatuti, ſeu conſuetudinis, aut veriùs corruptelæ prætextu ex quauis cauſa, etiam ſolita, & rationabili, munera, aut dona quæcumque cuiuis Legato, Vicelegato, Gubernatori, Protectori, viceprotectori, Præſidi, Officiali, aut Perſonæ, etiam quauis, tàm Eccleſiaſtica, etiam Pontificali, aut alia maiori, etiam S.R.E. Cardinalatus, quàm mundana dignitate fulgenti, ſeu illius conſanguineis, affinibus, familiaribus, aut miniſtris, mittere, tradere, aut largiri, aut in alicuius, etiam Legati, Vicelegati, Gubernatoris, Præſidis, Benefactoris, aut Protectoris honorem, etiam occaſione hoſpitij, aut tranſitus, vel primi ingreſſus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi teſtificationem pro conſtituendis, ornandis, aut erigendis perpetuò, vel ad tempus portis, Arcubus, Tropheis, Porticibus, Mœnibus, aut alijs monumentis, ſeu pro prædictis perſonis, quauis dignitate, vel auctoritate fungentibus, honorificè, lautè, & opiparè excipiendis, ſeu pro quibuſuis conuiuijs, aut hoſpitijs, etiam moderatis, eiſdē, aut cuiuis alteri, quacumque occaſione, vel cauſa exhibendis, aut pro perſonis, quæ illos comitentur, aut illis miniſtrent, vel obuiam procedant pretioſis veſtibus induendis vllas pecunias erogare, vel pro congiarijs miſſilibus, aut muneribus publicis, ſeu etiam cibarijs, eſculentis, & poculentis, epulis, commeſſationibus, aut compotationibus, Populo, aut Magiſtratibus, vel Officialibus vltra eorum ſalaria, & emolumenta de iure, vel ex laudabili conſuetudine debita, largiendis, ſeu pro præſtandis pueris, vel adoleſcentibus, ſtudiorum cauſa, alimentis, vel dotibus puellarum non egentium augendis, aut pro exhibendis ſpectaculis, etiam pijs, & intra Eccleſias, vel extra eas, in quibuſuis publicis, aut priuatis, ſacris, aut profanis locis, etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res piæ geſtæ Populis ſpectandæ proponuntur, ſiue etiam piorum operum, & charitatis, ſeu eleemoſynæ, prætextu, aut aliàs in prædictis, ſeu alijs rebus ſuperuacaneis in dicto Libello, ſeu Tabella non contentis, ſed ad pompam, & oſtentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & priuata commoda quomodolibet pertinentibus, ſumptus, aut impenſas aliquas facere, niſi re ipſa pro Diuino cultu, & veris Chriſti pauperum indigentijs, de conſilio, &

conſen-

conſenſu loci Ordinarii, ſubleuandis, aut pro iis tantum piis ludis publicis, qui ex inueterato vſu permittuntur, & in prædicta Tabella, ſeu Libello exprimentur taxam à Gubernatore, ſeu Præſide, aut Poteſtate ipſius Prouinciæ, Ciuitatis, aut Loci, cui ſubſunt præfigendam, quæ in ſupradicto Libello, ſeu Tabella cōprehenſa erit, non excedentibus, ſumptus huiuſmodi fiant: Prohibemus inſuper, ne quicumque Ciues, Oppidani, aut Incolæ, qui ſuæ Communitatis, aut Vniuerſitatis, bonorum detentores, vſurpatores, occupatores, fuerint, quiue contra ipſas Communitates litem aliquam, ſeu controuerſiam habuerint, quæ ad hunc effectum per ſolam vnicam citationem cœpta, & inchoata, cenſeatur, eadem lite, ſeu controuerſia durante, nec non qui eiuſdem ſuæ Communitatis, ſiue Vniuerſitatis debitores, ex quacumque cauſa extiterint, earumue bona, ant pecunias adminiſtrauerint, antequam id quod debent integrè perſoluerint, ſeu rationes adminiſtrationis reddiderint, cum eius reſidui, in quo debitores remanſerint, reali reſtitutione, ad obtinendos, gerendos, aut exercendos aliquos in ea Ciuitate, Prouincia, Oppido, Terra, Caſtro, aut Loco, Magiſtratus, aut Munera quæcumque, vel officia publica, vllo modo eligantur, vel admittantur: Et ſi de facto electi, admiſſiuè fuerint, electio, & admiſſio irrita ſit, & nulla: Et tàm ipſi, quàm eligentes, ſiue admittentes, necnon Gubernatores, Præſides, & Poteſtates, qui id permiſerint, vel etiam exactam ſuper his inquirendis, & prohibendis, diligentiam, prout eos teneri volumus, & decernimus, non adhibuerint, pœnis in hac Conſtitutione contra illius tranſgreſſores inflictis, plectantur. Porrò locationes, ſeu affictus tàm vectigalium, quę gabellę, aut datia dicuntur, quàm aliorum quorumcumque reddituum, prouentuum, iurium, & emolumentorum, ad commune ipſarum Ciuitatum, & Locorum Aerarium quomodolibet ſpectantium ſtatuimus, & iubemus omninò ſeruatis ſeruandis, atque adhibitis ſolemnitatibus, quæ de iure, aut cuiuſlibet Loci ſtatuto, vel conſuetudine requiruntur, cum perſonis fide, & facultatibus idoneis, quæ idoneas pariter in publico conſilio approbatas *cautiones præſtent*, iniri, & contrahi debere. In quibus ſanè locationibus, ſeu *affictibus*, ea ſemper conditio, & pactio addatur, vt ipſæ Communitates, ſiue Vniuerſitates ab omni prorſus detractione, ſeu remiſſione, & vt vulgo dicitur, defalcatione, ex quocumque, ac inopinato, & inſolitiſſimo, belli incurſus, militum depopulationis agrorum, direptionis, aut ſiccitatis, alluuionis, grandinis, tempeſtatis, incendij, aut alio quouis maximè fortuito caſu, atque ex quouis capite, ac etiam legitima, & vrgenti amiſſionis, aut diminutionis fructuum, etiam omnium, vel maioris partis, aut ſterilitatis, vel alia quauis cauſa cogitata, vel incogitata, cogitabili, vel incogitabili, ſint prorſus immunes, nec ad id cogi poſſint, etiamſi de iure tenerentur, ſed integrè ſemper reſponſiones, & præſtationes, ſeu penſiones annuæ abſque vlla diminutione per ipſos Conductores eis ſolui debeāt, & quamuis pactum huiuſmodi forſan in contractibus omiſſum fuerit, nihilominus vigore præſentium litterarum tacitè ineſſe, & ſubintelligi debere, perinde ac ſi id ipſum inter contrahentes expreſsè cautum, & conuentum fuiſſet: Sublata omnibus Iudicibus, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac Sacri Palatij Apoſtolici Auditoribus aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Depoſitarios quoque pecuniarum, & introituum communis Aerarij cuiuslibet Communitatis, ſiue Vniuerſitatis, non aliter eligi, deputari, aut admitti volumus, niſi, priuſquam id munus aſſumant, idoneam, arbitrio Gubernatoris, Præſidis, aut Poteſtatis, cautionem præſtent. Alioquin, tàm ipſas locationes, affictus, ſeu appaltus, quàm Depoſitariorum deputationes, ſiue electiones, aut admiſſiones cum omnibus inde ſequutis etiam obligatione in forma Cameræ Apoſtolicæ, iuramento, aut inſtrumento publico, vallatas, irritas, & nullas cenſeri, & nihilominus Magiſtratus, ſeu Officiales, qui contractus ipſos iniuerint, Depoſitarios admiſerint, vel in publico

blico

blico conſilio aſſenſum dederint, vna cum cæteris conſentientibus pariter pœnis in hac Conſtitutione expreſſis teneri decernimus, & declaramus. Præterea auctoritate Apoſtolica tenore earundem præſentium reuocamus, irritamus, & annullamus, omnes, & quaſcunque exemptiones, immunitates, remiſſiones, condonationes iurium, atque onerum realium, & perſonalium, aut mixtorum Cameræ Apoſtolicę, ſeu eorum communi Aerario debitorum, aut vectigalium, gabellarium, datiorum, portoriorum, dohanarum, collectarum, ſubſidiorum, contributionum, cuiuis particulari perſonæ pro rata illos quomodolibet tangenti, ſiue præſidijs, aut bonis, per eas poſſeſſis per quaſcumque Communitates, ſeu Vniuerſitates, ex quauis cauſa etiam legitima, & de iure debita, ſeu permiſſa, qualis eſt ob numerum duodecim filiorum, & quacumque occaſione, etiam ſub prætextu tituli onerosi, & contractus vltro citroque obligatorij, etiam publico conſilio, & communi omnium conſenſu, perpetuò, vel ad tempus conceſſas, etiamſi id ſine vllo Cameræ Apoſtolicæ damno, aut præiudicio factum fuerit, ratamque ipſam eędem Communitates, & Vniuerſitates in ſe ſuſceperint. Diſtrictiùs inhibentes, ne quid tale in poſterum concedere, aut attentare præſumant, ac reuocantes ex nunc in irritum quicquid circa omnia, & ſingula præmiſſa, præter, aut contra hæc noſtra interdicta, prohibitiones, ſtatuta, ordinationes, iuſſa, voluntates, decreta, mandata, aut præcepta, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quod ſi quis coniunctim cum cæteris, ſeu diuiſim, noſtrarum huiuſmodi prohibitionum, ſtatutorum, ordinationum, iuſſionum, decretorum, mandatorum, voluntatum, aut pręceptorũ violator, ſeu tranſgreſſor extiterit; Statuimus, vt præter ſuperius expreſſam reſtitutionem, aut ſolutionem, ſeu damni refectionem, ij, qui preeminentia, aut gradu aliquo cæteris Superiores fuerint, niſi pro viribus, id quod contra hanc Conſtitutionem attentatum, geſtumue eſt, impedire tentauerint; ſuumque aſſenſum omninò conſtanter denegauerint, omnibus, & ſingulis per eos obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, officijs, & Magiſtratibus, eo ipſo priuati, ac tàm ipſi, quàm alij inferiores, qui id ſuaſerint, procurauerint, petierint, propoſuerint, aut ipſimet fecerint, vel ab alijs fieri iuſſerint, ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in futurum obtinenda, inhabiles perpetuò, & incapaces, ac perpetua infamia, & ignominia notati, & ſinguli eorum, ſi ſoluendo fuerint, vltra prædictam reſtitutionem ad duplũ eius damni, quòd communi maſſæ, ſeu menſæ illatum fuerit de ſuo reficiendum, obligati exiſtant, ſin minus pœna exilij, aut carceris ſaltem triennalis plectantur; Alij verò, qui ſolummodo conſenſum tacitè, vel expreſsè præſtiterint, ſi ſoluendo fuerint; tantundem pecuniarum, quantum erogatum extiterit, de ſuo perſoluant, ſin autem id propter inopiam præſtare nequiuerint, pœna aliqua corporis afflictiua Superiorum arbitrio puniantur, eiuſmodi mulctarum quarta pars inter eos diuidatur, qui quantum in eis fuerit, contradixerint, ſeque oppoſuerint, vel poſt conſenſum præſtitum, erroris pœnitentes, Superioribus id primi denunciauerint. Sed & conſtitutiones piæ mem. Bonifacij Octaui, & Gregorij Decimitertij Roman. Pont. Prædeceſſorum noſtrorum contra paciſcentes, promittentes, dantes, aut recipientes quicquam paruum, vel magnum pro gratia, vel iuſtitia pro ſe, vel alijs obtinenda, & contra complices, vel dantes in præmiſſis auxilium, conſilium, vel fauorem, cum omnibus in eis contentis pœnis, cenſuris, & extenſionibus, quæ ſupradictis aggrauatæ, & additæ, non autem per eas imminutæ, aut immutatæ cenſeantur, harum ſerie approbamus, & innouamus, ac ad omnes ſuperius expreſſas perſonas, etiam ſpeciali nota dignas, quæ contra vltimo dictas Conſtitutiones in quibuſuis caſibus per eas expreſſis, dando, recipiendo, promittendo, paciſcendo, conſentiendo, aut permittendo, non ſolum apud Sedem Apoſtolicam, ſed in quibuſuis Tribunalibus, & eorum quibuſcumque Iudicibus etiam laicis Almæ Vrbis, ac tàm in Romana Curia, quàm extra eam, in quibuslibet temporali

ditioni

ditioni noſtræ, mediatè, vel immediatè ſubiectis Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & Locis, deliquerint, per eaſdem præſentes extendimus, & ampliamus pœnis alijs à iure, vel per alias Conſtitutiones Apoſtolicas, aut propria locorum ſtatuta, vel conſuetudines, contra perſonas, aliquid præmiſſorum committentes, vel omittentes, forſan decretis, vel inflictis, nihilominus in ſuo robore permanſuris. Quocirca vniuerſis, & ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus eiuſdem S R E. Camerario, Theſaurario Generali, necnon Legatis, Vicelegatis, Præſidibus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, ac Prioribus, Maſſarijs, Magiſtratibus, & Officialibus, cæteriſque, ad quos ſpectat, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli quantum ad eos pertinet, curent omni ſtudio, diligentia, auctoritate, & vigilantia, præſentem Conſtitutionem firmiter, & inuiolatè obſeruari: Et contra inobedientes, vel tranſgreſſores, condignis pœnis animaduerti, præcipuè verò ipſi Legati, Vicelegati, Præſides, Gubernatores, & Poteſtates, contra quoſcumque Communitatum, ſiue Vniuerſitatum debitores pro exactione integræ ſummæ, & quantitatis, quæ earum communibus Ararijs debetur, & pro tempore debebitur, ſummariè, ſimpliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta, ſine ſtrepitu, & figure iudicij, manu Regia, in vim præſẽtis Conſtitutionis, etiã quauis inhibitione tã à prędicto Camerario, ſeu Cauſarum Cam. Apoſt. Generali Auditore, quàm à quocumq; alio Iudice ordinario, vel delegato, quauis auctoritate fungente, etiam forſan in vim ſpecialis commiſſionis decreta non obſtante, iuris, & facti remedijs opportunis procedant, & omni, & quacumque appellatione remota exequantur, eoſdem inobedientes, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, per opportuna iuris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictarumque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, & Caſtrorum, iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quarumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta, effectus præſentis noſtræ Conſtitutionis impediri, quomodolibet valeat, vel differri. Quæ omnia, quatenus præmiſſis in aliquo aduerſentur, prorſus tollimus, & abrogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt præſentes literæ in valuis S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum de Vrbe Baſilicarum, & in acie Campi Floræ publicentur, affixis inibi earum exemplis, & dimiſſis: Quòdque earum exempla, ſeu illorum compendia latino, aut vulgari ſermone conſcripta, in libris quorumcumque Statorum prædictarum Communitatum, & Vniuerſitatum inſerantur, & ſaltem bis quotannis, in publicis, & maioribus Conſilijs, ſiue adunantijs cuiuſque Communitatis, ſiue Vniuerſitatis, alta, & intelligibili voce legantur, atque in publico etiam aliquo omnibus patenti loco, vbi frequenter Ciues, aut Oppidani conuenire ſoleant, perpetuò affixum retineatur, àdeo vt ſi contingat exempla huiuſmodi inde amoueri, aut lacerari, ſeu temporis diuturnitate conſumi, debeant omnino Priores, Maſſarij, Cancellarij, ſiue alij earundem Communitatum, ſiue Vniuerſitatum Officiales ſub priuationis officiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, vel alia poſtmodum obtinenda, & alijs etiam grauioribus corporis afflictiuis pœnis, ipſo facto incurren. curare, vt ſtatim eadem exempla renouentur, & denuo affigantur, & ſi id commodè fieri poterit in marmoreo aliquo lapide, ad perpetuam memoriam inſculpantur. Demum à ſingulis Legatis, Vicelegatis, Præſidibus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, necnon Communitatum, ſeu Vniuerſitatum Prioribus, Maſſarijs, Cancellarijs, aut quocumque nomine nuncupatis Officialibus initio Magiſtratus, antequam ad illum exercendum admittatur, ſuper earundem præſentium literarum obſer-

ua-

uatione iuſiurandum ſolemne publicè præſtetur. Et nihilominus poſt triginta dies à die publicationis, vt præfertur in Ro.Cur. faciendæ, vnumquemque perinde arctēt,& afficiant,ac ſi cuique perſonaliter intimatæ,& per eos iuratæ fuiſſent. Quòdque earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccl. conſtitutæ, obſignatis, eadem prorſus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatutorum, ordinationum, inhibitionum, prohibitionum, approbationum, innouationum, ampliationum, decretorum, reuocationum, irritationis, annullationis, extenſionis, declarationis, iuſſionis, ſublationis,abrogationis, præcepti, interdicti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, decimo octauo Kalen. Septemb. Pontificatus noſtri Anno Primo.

L. Dat.

M.Veſtrius Barbianus.

Alexius de Alexijs.

Regiſtrata Apud Marcellum Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Indictione quinta, die verò vigeſimaprima Menſis Auguſti, Pont.S in Chriſto Patris, & D.N.D. Clementis Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius primo ſupradictæ literæ affixæ,& publicatæ fuerunt ad Valuas Baſilicarum Sanctorum Petri, & Ioannis Lateranen. de Vrbe, necnon in Acie Campi Floræ, & ad valuas Cancellariæ Apoſtolicæ, per nos Ioſephum Spadam, & Paſchalem Sanctorium prælibati S. D. N. Papæ Curſores.

Franciſcus Baron. Mag. Curſ.

INDEX

INDEX
Paragraphorum, Gloſſarum, & Capitum in hoc Opere contentorum.

SALVTATIO,

Gloſſa I. Clemens. Cap.j.
Gloſſa II. Epiſcopus. Cap.ij.
Gloſſa III. Seruus Seruorum Dei. *Cap.iij.*

PROOEMIVM,

Gloſſa I. Pro commiſſa. Cap.iv.

NARRATIO.

Gloſſa I. Ex quibus. Cap.v.

DISPOSITIO.

§. I.

Gloſſa I. Perpetuò valitura. Cap.vj.
Gloſſa II. Conſtitutione. Cap.vij.
Gloſſa III. Ciuitate. Cap.viij.
Gloſſa IV. Bononienſis, Beneuentanenſis. Cap.ix.
Gloſſa V. Comprehenſa. Cap.x.

§. I I.

Gloſſa I. Tabella. Cap.xj.

§. I I I.

Gloſſa I. Communitatum. Cap.xij.
Gloſſa II. Vniuerſitatum. Cap.xiij.

§. I V.

Gloſſa I. Pœnis. Cap.xiv.
Gloſſa II. Camerarius. Cap.xv.
Gloſſa III. Theſaurarius. Cap.xvj.

§. V.

Gloſſa I. Archiuio. Cap.xvij.

§. V I.

Gloſſa I. Aerarijs. Cap.xviij.

§. V I I.

Gloſſa I. Officiales. Cap.xix.

§. V I I I.

Gloſſa I. Expenſis. Cap.xx.
Gloſſa II. Annonam. Cap.xxj.
Gloſſa III. Pro Monte Pietatis. Cap.xxij.

§. I X.

Gloſſa I. Fiſci Procurator. Cap.xxiij.
Gloſſa II. Syndicis. Cap.xxiv.

§. X.

Gloſſa I. Negligens. Cap.xxv.
Gloſſa II. Cuilibet de populo. Cap.xxvj.

§. X I.

Gloſſa I. Sententia. Cap.xxvij.
Gloſſa II. Taxa facienda. Cap.xxviij.
Gloſſa III. Ipſo facto. Cap.xxix.

§. X I I.

Gloſſa I. Senatui. Cap.xxx.
Gloſſa II. Conſilijs. cap.xxxj.
Gloſſa III. Alienet. Cap.xxxij.

§. XIII.

Gloſſa I. Legatos; ſeu Oratores. Cap.xxxiij.
Gloſſa II. Agentes. Cap.xxxiv.
Articulus 1. De nomine, & dignitate Agentium.
Artic.2. Quinam dicantur propriè Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarum.
Artic.3. De officio Agentium; & quæ in illis requirantur.
Artic.4. De iudicio facto cum Agente.
Artic.5. De electione Agentium, eorumque habitu, ſeu ornamento.
Artic.6. Quibus ex cauſis excludatur quis a munere, & officio Agentis.
Artic.7. Quid agere debeat Agens Vniuerſitatum, & Prouinciarum poſt eius electionem.
Artic.8. De ſtipendijs Agentibus ſoluendis.
Artic.9. Agens ſi ſit etiam Procurator, an habeat duplex ſalarium.
Artic.10. Agens an, quando, & quomodo poſſit ſubſtituere.
Artic.11. De Agente generali.
Artic.12. De locis Montium; & quid hæc dictio ſignificet.
Artic.13. De Montibus temporalibus.
Artic.14. De Montibus perpetuis.
Artic.15. Erectio Montium quid ſit, & quomodo fiat.
Artic.16. De ampliatione Montium; quid ſit, & quomodo fiat.
Artic.17. De aggregatione Montis.
Artic.18. De ſubrogatione Montium, ſeu translatione.
Artic.19. Reſignatio Montium quiſi ſit, & quomodo fiat.
Artic.20. de ſuppreſſione Montium.
Artic.21. De reductione Montium.
Artic. 22. De extractione, ſeu extinctione Montium.
Artic.23. De Miniſtris, & Officialibus neceſſariis in adminiſtratione Montiũ.
Artic.24. De Secretario Montium.
Artic.25. De Ratiocinatoribus, ſeu Computiſtis Montium.
Artic.26. De Depoſitariis Montium.
Artic.27. De Proxenetis.
Artic.28. De Defenſoribus Montium.

§. XIV.

Gloſſa I. Collectis. Cap.xxxv.
Gloſſa II. Munera, aut dona. Cap.xxxvj.

§. XV.

Gloſſa I. Epulis. Cap.xxxvij.
Gloſſa II. Studiorum cauſa. Cap.xxxviij.

Gloſſa

Gloſſa III. Alimentis. Cap.xxxix.
Gloſſa IV. Spectaculis. Cap.xl.
Gloſſa V. Eleemoſyna. Cap.xlj.
Gloſſa VI. Sumptus; aut Impenſas. Cap.xlij.

§. XVI.

Gloſſa I. Litem. Cap.xliij.
Gloſſa II. Debitores. Cap.xliv.
Gloſſa III. Adminiſtrauerint. Cap.xlv.

§. XVII.

Gloſſa I. Locationes. Cap.xlvj.
Gloſſa II. Vectigalium. Cap.xlvij.
Gloſſa III. Remiſſione. Cap.xlviij.

§. XVIII.

Gloſſa I. Depoſitarios. Cap.xlix.

§. XIX.

Gloſſa I. Exemptiones, & Immunitates. Cap.l.

A. M. D. G.

IACOBI COHELLII
I. V. C. VRBEVETANI
COMMENTARIA
IN BVLLAM BONI REGIMINIS.

SVMMARIVM.

1 *VBI CHRISTVS Dominus non eſt, nullum ibi boni operis fundamentum eſt.*

2 *Ex diuiſione, & diſtinctione quæſtionum res clarior efficitur.*

3 *Diſtinctio, & partitio tria operantur: animum legentis incitant, mentem intelligentiæ præparant, memoriam artificioſè reformant.*

4 *Huius Conſtitutionis diuiſio.*

5 *Quis fuerit auctor noſtræ Conſtitutionis, & quibus qualitatibus præditus eſſet, & hac occaſione breue elogium habes Clem. VIII.*

6 *Papa, & Imperator etiam in Camera, & ſine aliorum conſilio leges condere poſſunt.*

7 *Magis licet Romano Pontifici, quàm Imperatori creare Magiſtratus, & contrarium affirmare ſapit hęreſim.*

8 *Papa tenetur uti conſilio Cardinaliũ in adminiſtratione vniuerſalis Eccleſiæ.*

Declara hanc concluſionem, teneri ex quadam honeſtate. num. 9.

10. *In Papa verè, & propriè adeſt plenitudo poteſtatis, cum habeat vtramque gladium.*

11 *Plenitudo poteſtatis in Papa dicitur extenſiua.*

12 *Papa ſtatim ſequuta electione, habet plenitudinem poteſtatis, etiamſi non ſit coronatus, & conſecratus.*

13 *Rex Romanorum habet plenitudinem poteſtatis, etiamſi non ſit coronatus. Imperator à Papa.*

14 *Lex ab habente poteſtatem lata ſeruanda eſt.*

SALVTATIO GLOSSA I. CLEMENS

CAP. I.

AD explanationē Conſtitutionis ſuper Bono Regimine cōmunitatum Status Eccleſiaſtici ac acceſſurus, inuocationem Diuini auxilij præmittendam cenſui: etenim ad ipſum confugiendū eſt, qui noſtras curare poſſit animæ paſsiones, *c. omnis Chriſtianus, de conſecrat. diſtinct.* 1. & vbi Chriſtus
1 Dominus non eſt, fundamentum ibi nullum boni operis eſt. 1. *quæſt.* 1. *c. cum Paulus*. Et quoniam ex diuiſione, & diſtin-
2 ctione quæſtionum res clarior efficitur, *c. ſuper literis, de reſcript.* Diſtinctio enim, & partitio tria operantur; animum legen-
3 tis incitant, mentem intelligentis præparant; memoriam artificioſè reformant, *l. 1. ff. de dol. except. gloſ. in §. igitur, in verb. eoſdem, in Proœm. Inſt.* Ideo hanc noſtram Conſtitutionem in quatuor partes diuidendam duxi.

4 In prima parte ponitur Salutatio, ibi, *Clemens* 8. In ſecunda, Exordium, ibi, *Pro commiſſa*. In tertia, Narratio, ibi, *Ex quibus*. In quarta, Diſpoſitio, ibi, *Hac noſtra perpetuò valitura, &c.* Redeo ad primam.

Clemens Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

ET exemplo *Io. Andreæ in princip. ſuæ gloſ. ad proœmium Sexti Decretalis*, relicta quæſt. Rethoribus diſcutienda; an ſalutatio ſit pars epiſtolæ, qua in re vide *Bonifac. Vital. in proœm. Clement. num.* 13.

5 Quarto, quis fuerit iſte Clemens huius noſtræ Conſtitutionis Auctor? Et dicas, fuiſſe Clementem Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem Optimum Maximum huius nominis VIII. Natione Italum, Patria Florentinum, Gente Aldobrandinum, Sylueſtri I. V. Conſultiſſ. Aulæ Conſiſtorialis Aduocati filium, Hippolytum antea dictum; qui gentilium ſuorum præclariſſima geſta patris, & fratrum, quorum ſplendidiſſima corona redimitus erat, virtutes imitatus, poſt vtriuſque iuris lauream adeptam, multarum rerum experientiam ex diuerſis mundi partibus peregrinatione aſſecutam (illi enim prudentiores habiti ſunt ſemper, qui multorum hominum conuerſationibus probantur eruditi: Natura ſiquidem humana, ſicut duris laboribus inſtruitur, ita per otia torpentia fatuatur, *teſte Caſsiod. lib. 1. variar. cap. 39.*) Romam repetens, à Pio V. P. M. Sacri Apoſtolici Palatij Auditor (in locum Ioannis eius germani fratris ad ſacram purpuram ab eodem Pontifice promoti) toto Collegarum Collegio exultante delectus eſt. Fratre Michaele Alexandrino S. R. E. Cardinale vti Sedis Apoſtolicæ de latere Legato, Hiſpaniam ad Philippum Secundum, Luſitaniam ad Sebaſtianum, Galliam ad Carolum Nonum Reges proficiſcente, inter Prælatos tantæ Legationis Conſiliarios, & in grauioribus negotijs à Secretis ſeligitur, quo munere laudabiliter functo, in aſsignato, ac toto Orbe celebratiſſimo Tribunali, eodem Pio V. & Gregor. XIII. ſedentibus, prudentia, & integritate incomparabili ingenij ſui acumen, & vires ad ius ſuum vnicuique tribuendum accommodauit. Sixto V. ad B. Petri Sedem euecto, literis Apoſtolicis datandis præficitur. Die 18. Decembris 1585. ab eodem Sixto in Sacrum purpuratorum Patrum Collegium cooptatur.

Sacræ Pœnitentiariæ muneri prǽficitur; & in grauioribus Chriſtianæ Reipublicę conſultationibus adhibetur. Apud Polonos de nouo Rege eligendo inter ſe diſſidentes, vt eos ad concordiam redigeret; & Maximilianum Archiducem Auſtriæ in bello à Maguo illius Regni Cancellario captum in libertatem vendicaret, Apoſtolicæ Sedis de latere Legatus mittitur, votique compos reuertitur. Tandem Sixto V. mortuo, quem biennij ſpatio ſequuti ſunt Vrbanus VII. Gregorius XIV. & Innocent.IX. in Comitijs quinquaginta duorum Cardinalium inter plures Candidatos die 30.Ianuarij 1592.hic noſter Hippolytus S.R.E. Cardinalis Aldobrandinus aliorum omnium ſuffragia tulit, & B.Petri ſucceſſor, Ieſu Chriſti in Terris Vicarius, Clementis VIII. nomine renunciatus fuit. Quæ verò in Pontificatu geſſerit, vel ab hiſtoricis, vel ab illuſtrium virorum monumentis, vel ab operibus poſt ſe relictis agnoſcite: noſter etenim curſus aliam metam attingere neceſſe habet: quæ autem dicta ſunt, eo progrediuntur, vt omnibus innoteſcat, hanc noſtram Conſtitutionem cum ab ipſo Clemente VIII. Pont.Max.anno ſui Pontificatus primo edita fuerit, ab habente poteſtatem cōdendi leges emanaſ-
5 ſe. Papa enim, & Imperator etiam in Camera, & ſine aliorum Conſilio leges condere poſſunt, *Cyn. in l.humanum, C.de legib. quem refert, & ſequitur Gomeſ. in reg. Cancell. regul. de infirmis, quæſt.* 14. *circa fin.* Et hoc magis Papæ, quàm Imperatori licere, optimè faciunt congeſta per *Maſtrill.de Ma-*
7 *giſtr. lib.1.cap.2. num.1.* dum firmat, magis licere Romano Pontifici Magiſtratus creare, quàm Imperatori, & poſt alios adducit *Afflict. teſtantem de comm. cap. 1. num. 1. de feud.Marchion. & Tobi. Non. conſ.72.nu.14.* dicentem abſurdiſsimum eſſe, & Catholicæ veritati prorſus alienum, ne dicam hæreticum, contrarium affirmare, cum ſit ex diametro contra determinationem *Extrauag. vnam ſanctam, de maior. & obed.* & vide quæ congerit *Gomeſ. in repet. c. 1. numer. 16. de conſtitut.in 6.*

8 Et licèt à Doctoribus nonnullis dicatur, Papam teneri Conſilio Cardinalium vti in adminiſtratione vniuerſalis Eccleſiæ, nec poſſe ſine illis aliquid ſtatuere, vt pluribus probant *Abbas in cap. 2. num.3. verſ. & vide, de Cler. non reſid. Tiber. Decian. tract.crimin. lib.4. cap.15. num.4. tom. 1. Mandoſ. in gloſ.facult. Regent. §. habita, in verb.Conſilio, verſ. Cardinalium Conſilio, fol. 54.* latè *Paleott. de ſacr.Conſiſt. conſult. part. 1. quæſt. 3.*
9 *per tot.* Tamen concludunt, Papam ad hoc non teneri, niſi ex quadam honeſtate, non autem ex neceſſitate, & vt *Paleottus ait loco citato in artic. 6.* ex quadam obligatione directiua intrinſeca, non autem coactiua extrinſeca; quia Papa eſt omnia, & ſuper omnia, & habet poteſtatis plenitudinem, *Maſtril. d. cap. 2 num. 2. & 3. & latè tradit Ludou. Rodulphin. in ſuo tractat. de ſu-*
10 *prem. Princip. poteſt. cap.2. num.1.* vbi ait in Papa verè, & propriè adeſſe plenitudinem poteſtatis, quia ipſe habet vtrumque gladiū, & vtramque iuriſdictionem, vnam in actu, & aliam in habitu, vt ait *Euerard. in loco à*
11 *plenitud.poteſt.n.11.in ſua topic. legal.* Et iſta Papæ plenitudo poteſtatis dicitur extēſiua, nam extēditur ad omnes cauſas, ad omnes
12 perſonas, ad omne ius, & ad omnem locum, *Aret.in c. ad hæc, n.6. de reſcript.* Et intellige hanc poteſtatē in Pōtifice adeſſe ſtatim atq; electus eſt, etiamſi non ſit conſecratus, & coronatus, vt plenè probat, & teſtatur de commun.*Iul. Lauor. in ſuis elucubrat. de elect. canon. tit.4.cap.25. de confirmat. & conſecrat.*
13 *num.24. verſ. tamen pro affirmatiua; Curt.iun. conſ.1.num.27.* qui loquitur in Rege Romanorū, qui nondū erat coronatus Imperator.

14 Ex quibus nulli dubium eſt, quin hæc Conſtitutio ſeruanda ſit, eoque magis cum a viro tantarum rerum ſcientia, & experientia promulgata fuerit, & vtilitates, ac commoda innumerabilia Communitatibus Status Eccleſiaſtici, ipſique Principi protulerit, in dieſque ferat; & ideo multò fortius, ac rationabilius amplectenda tanquam è Cœlo delapſa, vt ſcrupuloſa Gentiliū ſuperſtitio de legibus Numæ Pompilij affirmabat, teſte *Plutarc. in vita d. Numę, & in comparatione inter ipſum, & Lygurgum,*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi nomen ſollicitudinis, & curæ eſt.*

Apud nos Chriſtianos primam ſignificat in Eccleſia dignitatem, a Chriſto Domino inſtitutam, & Apoſtolis conceſſam nu.2.

3 *Epiſcopi nomen ethnicis quoque innotuit.*

4 *Epiſcopus ſupremam in Eccleſia Dei dignitatem ſignificat.*

5 *Duplex ordo Sacerdotij antiquitùs fuit, Epiſcoporum ſcilicet, & Preſbyterorum.*

6 *Non mutatur Epiſcoporum ordo, licèt aliqui dicantur* Primates, *alij Archiepiſcopi, alij verò Patriarchæ, quia hæc eſt Apoſtolica diuiſio.*

7 *Ad abolendam idolorum memoriam, & priſcas ſuperſtitiones, ſacri Antiſtites ordinati ſunt.*

8 *Nomina militum armatæ militiæ, etiã qui ſacris militant, accomodantur.*

9 *Antiquis temporibus putabant Epiſcopi dignitate minui, ſi ad Cardinalatus dignitatem eſſent promoti.*

10 *Summus Pontifex, ideo ſe Epiſcopum appellat, quia in Eccleſiaſtica Hierarchia non eſt maior Ordo.*

11 *Sanctus Petrus vnà cum alijs Apoſtolis ordinati fuerũt Epiſcopi a Chriſto Domino, & omnes habuerũt eandem iuriſdictionem eſsentialẽ; vſualis verò maior fuit in Petro.*
Alia vide remiſſiuè num.12.

13 *Papæ nomen ſolo Romano Pontifici debetur; & quare: remiſſiuè.*

14 *Papa in hac Conſtitutione an ius dicat clericis, aut laicis.*

15 *Papa poteſt conſiderari vt Papa, & vt Rex.*

16 *Gregorius XIII. in Bulla de datis, & promiſſis, loquitur vt Papa, non vt Rex.*

17 *Intentio diſponentis circà ſubſequentia ex præcedentibus interpretationem ſumit.*

18 *In claris non eſt opus coniecturis.*

19 *Mens, & intentio diſponentis ex verbis colligitur.*

20 *Papæ intentio non præſumitur eſſe de eo, quod verba non important.*

21 *Ex verbis, & rebus pertractatis in hac noſtra Conſtitutione apparet Papam loqui vti Regem.*

22 *Intentio agentis conſideratur iuxta naturam ſubiectæ materiæ, de qua agitur.*

23 *Materia, quæ tractatur in hac noſtrà Conſtitutione, quænam ſit.*

24 *Adminiſtratio rerum, & redditũum Vniuerſitatum ad Ius Ciuile, & Principem laicum pertinet.*

25 *Clerici ſecularibus negocijs immiſcere ſe non debent.*

26 *Obligatus ratiocinijs non poteſt ordinari.*

27 *Bulla ſuper Bono Regimine ad laicos dirigitur, & negocia ſecularia continet.*

28 *Clerici an ſint eligendi ad Magiſtratus ſeculares; vide remiſſiuè.*
Soluuntur obiecta. num.29.

30 *Sol quemadmodum eſt ſplendidior Luna, ita Eccleſiaſtica iuriſdictio temporali præfulget.*

31 *Epiſcopus nõ debet eſſe ſubiectus Principibus ſecularibus, nec Imperium praeſſe Sacerdotio. Nec aurum tam precioſius eſt plumbo, quàm Regia poteſtate altior eſt Dignitas ſacerdotalis.*

32 *Papa ſub nomine dignitatis concedit.*

33 *Ad cognoſcendam mentem, & intentionem Pontificis, attenditur communis ſtylus.*

34 *Stylus antiquus, & communis Romanorum Pontificum eſt appellare ſe Epiſcopos; & afferuntur exempla.*

35 *Innocentius VI. in Legatione totius Italiæ commiſſa Cardinali Aegidio Albernotio loquitur vt Rex; & quare*

36 *Cardinalis Aegidius inhærendo facultatibus ſibi conceſſis, multas leges, & ſanctiones temporale gubernium reſpicientes edidit, quæ hodie ſeruantur.*

37 *Romanus Pontifex olim ſe Epiſcopum Vrbis Romæ appellauit.*

38 *Paulus V. ad exornandum Sacellum a ſe conſtructum in honorem B. Mariæ in Cœlum Aſſumptæ, columnas precioſi marmoris ex Eccleſia ſanctæ Anaſtaſiæ in Palatio ſumpſit.*

39 *Frontem, & Porticum S. Anaſtaſiæ vi ventorum deiectos ſanct.me. Vrbanus VIII. reſtituit; & ponitur inſcriptio in eius laudem.*

40 *Summus Pontifex hodie non ſe Epiſcopum Vrbis Romæ appellat; & quare.*

41 *Papa eſt Ordinarius Ordinariorum, & totum Orbem pro ſua Diæceſi habere dicitur.*

42 Pa-

42 *Papa reſpectu aliorum Epiſcoporum, & Eccleſiarum eſt tanquam Sol inter alios Planetas.*

Gloſ. 2.

Epiſcopus.

CAP. II.

1 SEQVITVR in ſa-
lutatione. *Epiſ-
copus*. Hoc no-
men eſt ſollici-
tudinis,& curæ,
*Anaſtaſius Ger-
mon. in tract. de
Indult. Card. §.
Epiſc. nu.13. &
alibi*: cui poſtea
beneficium ad-
ditũ fuit, ſic *Diuus Paulus in actibus Apoſto-
lorum cap. 20. Attendite vobis, & vniuerſo
Gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit Epiſco-
pos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit
proprio ſanguine*. Nec ſolum apud Chriſtia-
2 nos; penes quos Eccleſiaſticam, & quidem
primã ſignificat Dignitatem ab ipſo Chri-
ſto inſtitutam, & ſolis Apoſtolis conceſſam,
vt legitur *in Euangel. Lucæ cap. 10. & in Con-
cil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 4. c. in nouo, diſtinct.*
3 21. Verùm etiam apud Ethnicos cognitum
fuiſſe hoc nomen, multis ex locis colligitur:
Ait enim *Cicero lib. 7. epiſt. ad Atticum. Vult
Pompeium me eſſe, quem tota hæc Campania,
& Maritima ora habeant Epiſcopum, ad quem
delectus, & negotij ſumma referatur. & in l. fin.
ff. de muner. & honor. Auguſt. Barboſ. tracta.
de offic. & poteſt. Epiſ. tit. 1. cap. 2. de Epiſc. no-
min. ſignific. & Volfang. Latius in comment. Rei-
publ. Roma. lib. 2. cap. 2. pag. apud me 1.42.*
Nos autem (vt ad rem noſtram redeamus)
4 hanc Epiſcopi vocem ſupremam in Eccle-
ſia Dei dignitatem ſignificare dicimus, &
ab ipſe Chriſto noſtræ ſalutis Auctore inſti-
tutam: cum enim duplex tantùm ordo Sa-
5 cerdotij tunc eſſet, Epiſcoporum ſcilicet, &
Presbyterorum, primus ordo Apoſtolis, ſe-
cundus verò ſeptuaginta duobus Diſcipulis
aſſignatus fuit; *Sarnenſ. in proœm. regul.
Cancell. tit. Epiſcoporum dignit. diminut. Ia-
cobus Syman. de dignit. Epiſc. cap. 5. & 6.*

Nec mutatur Epiſcoporum ordo, licèt
6 ſint, qui Primates, Archiepiſcopi, & Patriar-
chæ vocentur, *c. loquitur, ibi, Epiſcopatus v-
nus eſt, 24. quæſt. 1. Symanc. loco cit. cap. 4.* Hæc
enim diuiſio merè Apoſtolica eſt, & non di-
uina traditio, *c. Cleros, 21. diſtinct. §. ordo
Epiſcoporum: Pagan. de ordin. iuriſdict. & re-
ſiden. Epiſc. ſect. 3. & vt Tholoſan. ait in ſyn-
tag. iur. vniuerſ. lib. 15. cap. 2. nu. 8.* Quem-
admodum & priſcæ ſuperſtitionis, ſeu ido-
7 latriæ varij fuerunt Præfectorum gradus, &
Sacerdotum, ita ad abolendam idolorum
memoriam ſubrogati ſunt ſacri Antiſtites
ferè iiſdem Sacerdotij nominibus, ſed longè
alio exiſtente Sacerdotio, vt ibi per eum, qui
hoc exemplis nititur comprobare. Nec de-
dignata eſt ſancta Mater Eccleſia à militi-
bus armatæ militiæ nomina mutuare, & Ec-
cleſiæ miniſtrantibus accommodare: Sic vi-
8 demus *in lib. 12. C. tit. 27. de Decanis, tit. 28.
de Menſoribus*, vbi de Decanis, & Primicerijs
fit mentio, quæ propriè militum nomina, of-
ficia, ſeu dignitates erant, quæ hodie Digni-
tates Eccleſiaſticas ſignificant, vt docet ple-
nè idem *Tholoſan. eod. lib. 15. cap. 21. nu. 13.
& cap. 22. per tot.* vbi de Primicerio Eccle-
ſiaſtico.

Epiſcopalis verò dignitas adeo excelſo
9 honoris, & exiſtimationis faſtigio in Eccle-
ſia Dei poſita eſt, vt retroactis temporibus,
& vſque ad Clementem V. & Ioannẽ XXII.
(qui circa ſalutis humanæ an. 1310. Sedem
B. Petri tenuerunt) dignitate deprimi, & a
gradu minui arbitrarentur Epiſcopi, ſi ad
Cardinalatus officium aſſumerentur; *Sar-
nen. in dicto proœm. Reg. Cancell. loco citato*,
vbi exemplis, & antiquis monumentis hoc
10 probat. Et ideo Summus quoque Pontifex
ſe Epiſcopum appellat; *Menoch. conſil. 52.
nu. 56. Iul. Lauor. de elect. canon. cap. 12. nu. 5.*
Quia in Eccleſiaſtica Hierarchia non eſt
maior Ordo, quàm Epiſcopalis; *Rota Roma-
na apud Seraphin. deciſ. 606. nu. 11. Bertran.
conſ. 73. nu. 10. in princ. c. Saluator, c. ex mul-
tis, in princ. 1. quæſt. 3.* & ſanctus Petrus vnà
11 cum alijs Apoſtolis à Chriſto Domino ordi-
natus fuit Epiſcopus, & omnibus eadem iu-
riſdictio eſſentialis in partem regiminis da-
ta fuit; vſualis verò in vniuerſos ſoli Petro,
*c. in nouo teſtamento diſtinct. 21. Pagan. de ord.
iuriſd. Epiſcoporum ſect. 7. Gomeſ. in repet. c. 1.
num. 35. de conſtit. in 6.* & alia vide apud *Vi-
12 talin. in proœm. Clement. a num. 24. vſque ad
29.* & quòd nomen, Papa, ſolo Pontifici
13 Romano tribuendum ſit, & cur hoc factum
fuerit, vide *Panuin. ad Plat. in vita Bonifa-
cij III.* vbi multa etiam de Epiſcopis, & Pa-
triarchis.

Cum igitur ex præmiſſis hæc dictio, Epi-
ſcopus, Eccleſiaſticam Dignitatem præſefe-
rat, illaque vſus ſit Pontifex in hac noſtra
Conſtitutione, quæſitum eſt, an voluerit Ec-
cleſiaſticis, ſeu Laicis perſonis ius dicere,

cum

cum ex narratis ſupra in prima gloſſa appa-
14 reat, Papam habere vtrumque gladium, & poſſe ſecundùm hanc duplicem poteſtatem conſiderari, & aliquando vnam, aliquando alteram exercere, vt notant cõmuniter Doctores ſupra relati, quibus addo *Nauarr. in Comment. Bullæ Gregorij XIII. de datis, & promiſſis pro grat. vel iuſtit. impetr. notab.*17.
15 *ſub n.26. verſ. tertiò quod*: ait enim ibi, Papa poteſt cõſiderari dupliciter, vno modo quatenus eſt Summus Chriſti Vicarius in ſpiritualibus, & habet ſummam iuriſdictionem ſpiritualem a Chriſto immediatè datam, & receptam, quæ habitu, & cauſaliter extenditur etiam ad temporalia; altero modo, quatenus eſt Rex, & Monarcha, habens actu iuriſdictionem laicam, ſiue temporalem ſupremam Vrbis, & certæ partis Orbis, acceptam mediante donatione a Conſtantino, Ludouico, & alijs Imperatoribus, Regibus, & Monarchis Sedi Apoſtolicæ facta; & quòd Papa poſſit appellari Rex, pluribus probat *Gomeſius in repetitione c. 1. num. 12. & ſeq. de Conſtitut. in 6. & ſequitur Nauar. eodem loco*
16 *verſ. ex quibus infertur*; Greg. XIII. in dicta Conſtit. loquutum fuiſſe non vti Regem, & habentem iuriſdictionem temporalem, ſed vti ſummum Chriſti Vicarium; ſiquidem illa Conſtitutio non ad gratiã, vel iuſtitiam temporalem extenditur, ſed ad ſpiritualem tantum, vt ibi per eum. Cum igitur Gregorius eadem verba ſalutationis præmiſerit, videlicet *Gregorius Epiſcopus, &c.* Iure merito dubitari poteſt, etiam Clementem VIII. fuiſſe loquutum in hac noſtra Conſtitutione non vti Regem, & habentem iuriſdictionem temporalem, ſed vti ſummum Chriſti Vicarium; illiuſque diſpoſitionem, & ſanctionem comprehendere ſpiritualia; & non tempora-
17 lia; quia intentio diſponentis circa ſubſequentia interpretationem ſumit ex præcedentibus, *Menoch. conſ.*442.*nu.*37.

Verùm in claris non eſt opus coniecturis,
18 & mens, ac intentio diſponentis ex verbis
19 colligitur, *Rot. apud Seraphin. deciſ.*577.*Tres fuerunt, n.* 8. nec intentio Papæ præſumitur
20 eſſe de eo, quod verba non importãt; *Gomeſ. in Reg. Cancel. de infirmis reſig. par.*2.*quæſt.*13. *paulò poſt princ. verſ. accedit; prout in l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſtam. l. habeo, ff. de ſupell. legat. idem Gomeſ. in regul. de annal. poſſ. quæſt.*10. *circa fin.* Ex verbis autem, & tota
21 materia, quæ in hac noſtra Conſtitutione tractatur, apparet, Papam in ea loqui vt Regem, & habentem Dominium, & Iuriſdictionem in rebus temporalibus, & ius dicere velle laicis, & non Eccleſiaſticis perſonis: hoc enim clarè demoſtrant illa verba in principio Bullæ. *In temporalibus ſubiectarum*
22 *Ciuitatum, & Populorum tutela, etc.* & iuxta naturam ſubiectæ materiæ: de qua agitur, conſideratur intentio agentis; *Bellam. concluſ.*735.*ſi in termino, num.*7. Materia verò,
23 quæ in hac Conſtitutione tractatur, nihil aliud eſt, quàm præſcriptio formæ, & indi-
24 ctio legis ſuper Bono Regimine, rectaque adminiſtratione bonorum, & redditũum cuiuſque Communitatis; hæc autem omnia ad ius ciuile, & Principem laicum pertinent *Roderic. Suar. alleg.*12.*n.*52. & Clericis omni-
25 nò prohibita, *vt toto tit. ne Clerici, vel Monac. ſecular. negocijs ſe immiſce*: quod adeo
26 verum eſt, vt detentus aliqua ſeculari cura, & obligatus ad reddendum rationem de negocijs geſtis, non poſſit ordinari, niſi depo-
27 ſita cura, & reddita ratione geſtorum, *c. vnico de oblig. ad ratioc. ordin.* Quare concludendum erit, Bullam hanc eſſe Laicis directam, negociaq. ſecularia reſpicere; & optimè faciunt, quæ congerit *Maſtrill. de Magiſtr. lib.*2. *cap.* 6. *per tot.* vbi differit, an eligi
28 debeant Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ ad Magiſtratus ſeculares: & videndus eſt etiam *Petr. Gregor. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib.*47.*cap.*10. *nu.*18.

29 Non obſtat, quod Summus Pontifex vocauerit ſe Epiſcopum, quia cum hoc nomen importet, vt diximus, preeminentiam, & dignitatem, & primum ordinem in Eccleſiaſtica Hierarchia, vt notat *gloſ. in proœm. Sexti decretal. in verb. Epiſcopus, prout in c. Clerus,* 21. *diſtinct.* quamuis de negocijs ſecularibus agat, voluit tamen a digniori denominationem ſumere, iuxta ea, quæ leguntur in *l.*1. *&* 2. *ff. de albo ſcriben.* ſicut enim Sol ſplen-
30 didior, & nobilior eſt Luna, ita Eccleſiaſtica iuriſdictio temporali præponitur, *c. ſo-*
31 *litę, de maior. & obed.* vbi notat in ſumma Epiſcopum ſubiectum eſſe non debere Principibus ſecularibus, nec Imperium præeſſe ſacerdotio: nec aurum tam precioſius eſt plumbo, quàm Regia poteſtate altior eſt
32 Dignitas Sacerdotalis, *c. duo. diſtinct.* 96. *& Papam ſemper ſub nomine dignitatis concedere*, dixit *Rota apud Seraphin. deciſ.* 1371. *num.*4 & ad cognoſcendam mentem Papæ,
33 attenditur communis ſtylus, *Felin. in c. ſuper litteris, nu.*8. *verſ.*1 *regul. de reſcript. Rot. penes Put. deciſ.*45.*num.*2. *in nouis.*

34 Communis autem, & antiquiſſimus Romanorum Pontificum ſtylus eſt, ſeſe Epiſcopos appellare; ſic Leo huius nominis Primus, qui ſanctam Romanam, & Apoſtolicam Eccleſiam tanquam verus Ieſu Chriſti Vicarius, & B. Petri Succeſſor gubernare cœpit die 12. Maij 440. in eaque ſanctiſſimè perdurauit vſque ad annum 461. in ſua Conſtitutione, quam edidit pro confirmatio-

tio-

tione quarti Oecumenici Concilij Calce-
donenſis, in ſalutatione præmiſit, *Leo Epiſ-
copus; &c. vt in Bullar. Cherub. tom. 1. pag. 1.*
Sic etiam Vrbanus II. qui Summus Ponti-
fex renunciatus fuit anno 1088. *in c. Salua-
tor. 1. quæſt. 3.* præmiſit, *Vrbanus II. Epiſco-
pus, &c.* Et ante eum Alexander II. qui an-
no 1061. Clauum Eccleſiæ tenuit, *in c. ex
multis, eadem cauſ. & quæſt.* ſimilia verba
præpoſuit. Sic etiam Innoc. VI. in Bulla Le-
gationis totius Italiæ in perſonam Ægidij
Carilli Card. Albernotij poſuit in ſalutatio-
35 ne eadem formalia verba: & tamen ibi Pa-
pa loquitur vt Rex, & Dominus tempora-
lis, quia commiſit dicto Cardinali recupe-
rationem, & gubernium Ciuitatum, & lo-
36 corum Sedi Apoſtolicæ in Italia ſubiecto-
rum, quibus facultatibus innixus idem Car-
dinalis multas Conſtitutiones, & Statuta
pro recta adminiſtratione, & gubernio
temporali dictarum Ciuitatum, & locorum
promulgauit, quæ adhuc vigent, & obſer-
uantur, & ab eo ipſo auctore Ægidianæ Cō-
ſtitutiones appellantur: multa quoque alia
afferri poſſent exempla, quæ in Bullario præ-
dicti Cherubini videri poſſunt.

37 Et olim Romanos Pontifices Vrbis Ro-
mæ Epiſcopos ſe appellaſſe, affirmant *Vola-
terranus in ſuis Comment. Vrban. lib. 22. &
Gomeſ. in repet. c. 1. num. 18. de Conſtit. in 6.*
conſtare ex vetuſtiſſimo marmore in Eccle-
ſia S. Anaſtaſiæ Romæ: quod tamen mar-
38 mor (licèt ego nullis meis meritis ſim dictæ
Eccleſiæ Canonicus) nũquam videre potui,
fortè, quia ſicut & columnæ precioſiſſimi
marmoris, *vt narrat Pompeius Vgonius de
Stationibus Vrbis, in ſancta Anaſtaſia* ſublatæ
fuerunt, vt illas in Sacellum a ſe cōſtructum
in honorem B. Mariæ Virginis in Cœlum
Aſſumptæ apud Baſilicam ſanctæ Mariæ Ma-
ioris toto terrarum Orbe celeberrimum
Paulus Papa V. collocaret, pari modo hoc,
& alia antiqua monumenta ſublata eſſe po-
39 tuerunt. Cum autem vi ventorum corruiſ-
ſet dicti Templi ſanctæ Anaſtaſiæ frons, &
porticus, ſan. mem. Vrbanus VIII. ſumma
pietate, & religione in pulchriorem formã
reſtituit, vt ſequens inſcriptio in ipſa Eccle-
ſia ſculpta demonſtrat.

VRBANVS VIII. PONT. MAX.
Sanctæ Anaſtaſiæ Templum à
Summ. Pontif. SS. Damaſo, Hi-
lario, & Leone III. religioſè
exornatũ, meliorem in for-
mam reſtituit, collapſam fron-
tem a fundamentis extruxit,
duas turres ad nolarum vſum
erexit, interiora ornamenta
adiunxit Ann. Salutis M. DC.
XXXVI. Pont. XIIII.

Sed & hoc, ac alijs quoque nominibus
vſos fuiſſe Romanos Pontifices, demonſtrat
*Archidiac. in c. 1. num. 1. de Conſtit. in 6. fu-
ſiuſque in repetit. eiuſdem c. proſequitur Go-
meſ. a n. 1. vſque & per tot. nu. 47.* vbi ſatis,
ſuperq; & varia eruditione conſperſa multa
ſcribit de Epiſc. de Pontif. de Summo Pōtif.
& de Papa: vide etiam *Petr. Greg. Tholoſ. in
ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 15. cap. 2. 3. & 12.*

40 Cur autem hodie Papa, dum ſe Epiſco-
pum vocat, non apponit locum, ſeu ſedem,
cuius eſt Epiſcopus, *Vitalin. in proœm. Cle-
ment. in verb. Ioannes, num. 26. ait. Ne detur
occaſio curioſis, & pertinacibus per expreſſionem
certæ ſedis aſſerendi eum non eſſe aliarum ſe-
dium Epiſcopum; quod eſt falſum*; quia Papa
in plenitudinem poteſtatis, reliqui veró in
partem ſollicitudinis aſſumpti ſunt, *c. cun-
cta per mundum, & c. fin. 9. quæſt. 3.* Tum
etiam quia dicendo ſimpliciter Epiſcopus,
debet intelligi de ſupremo, hoc eſt de Ro-
mano per excellentiam, *l. eum qui vectigal,
41 ff. de verb. ſignific.* ex quo Ordinarius Ordi-
nariorum dicitur, & totum Orbem habere
pro ſua Diœceſi, *Gomeſ. in repet. c. 1. n. 34. de
conſtit. in 6. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 2.
num. 18.* & eſt tanquam Sol inter Planetas
42 reſpectu aliarum Eccleſiarum Epiſcopos,
Gomeſ. loco citato nu. 46. & latius proſequi-
tur *Iul. Lauor. var. lucubr. de elect. canon.
tit. 4. cap. 2 nu. 15. & ſeq.* & de interpretatio-
ne nominis, Epiſcopi, vide *Anaſt. Germon.
tract. de Indultis, §. Epiſcopus, per totum.*

SVMMARIVM.

1 *Pontificis nomen vnde deriuetur.*

2 *Pontifex dicitur, quaſi factus, & crea-
tus ad cæremonias rerum Diuina-
rum.*

3 *Pontifex Maximus a Numa Pompilio
inſtitutus; & quare.*

4 *Pontifex inclinare ſe debet, & ſub-
mittere exemplo Chriſti omnibus in-
ferioribus Catholicis Deo ſeruienti-
bus,*

bus, & eorum infirmitatibus compati.

5 *Pontifex Summus Chriſti in Terris Vicarius humilitatem Deo gratiſſimam colere debet.*

6 *Pontifex non vocat ſe ſimpliciter ſeruum, ſed ſeruum ſeruorum Dei; & quare.*

7 *Iuſtinianus Imperator vocauit ſe, vltimum Dei ſeruum; & qua occaſione.*

8 *Quis primus inter Romanos Pontifices vſus fuerit hoc epitheto, ſeruus ſeruorum Dei. Et Bulla carens hac inſcriptione eſt ſuſpecta de falſo.*

9 *Pontifex ad maiorem humilitatem oſtendendam, vocat ſe aliquando, Miniſtrum indignum.*

10 *Solus Pontifex hodie vtitur hoc epitheto, ſeruus ſeruorum Dei.*

11 *Licèt Papa appellet ſe ſeruum, non tamen eſt ſeruilis conditionis; Imò in maxima libertate conſtitutus.*

12 *Sanctus Gregorius Magnus primus vſus eſt prædicto modo ſcribendi, ſeruus ſeruorum Dei, ſecundũ aliquos; quod tamen non nihil difficultatis habet.*

13 *Sanctus Damaſus, qui ante Gregoriũ Magnum Chriſti Vicarius in terris fuit, prædictum inſcribendi modum tenuit.*

Amplia, etiam in ipſo Eccleſiæ exordio, & tempore Apoſtolorum fuiſſe in vſu. num. 14.

15 *Literæ Apoſtolicæ ſi hac intitulatione careant, non probant, & falſitatis ſuſpicionem non euitant.*

16 *Epiſcopi non poſſunt in ſuis literis hæc verba opponere.*

Gloſſa 3.

Seruus Seruorum Dei.

CAP. III.

SEquitur in eadem ſalutatione, *Seruus Seruorum Dei*. Vtitur his verbis Romanus Pontifex iuxta opinionem *Gomeſ. in repet. capit. 1. numer. 8. & 9. de conſtit. in 6.* ex ſignificatione huius nominis, Pontifex, quod nomen a *Ponti*, dictione Hebraica, quę latinè *Inclinatio* dicitur, deriuatum eſt. Inclinatio autem in rebus diuinis idẽ refert, quod cæremonia, quę per inclinationem, & corporis curuationem fit, *c. plerumque §. his ita, verſ. inclinatio, 2. quæſt. 7.* Pontifex igi-
2 tur dicitur quaſi factus, & creatus ad cęremonias rerum diuinarum; quod apertè videtur innuere *D. Paulus c. 5. & 7. ad Hebræos.* Et huic Etymologiæ correſpondent effectus creationis Pontificum apud ethnicos; legi-
3 mus enim Numam Pompilium ideò inſtituiſſe Pontificem Maximum, vt illi omnium ſacrorum iura ac deorum cæremonias committeret, & nõ cœleſtes modò cæremonias, ſed vt inquit *Liuius lib. 1. ab Vrbe cond.* iuſta quoque funebria, & quædã alia ad placandũ Manes Pontifici maximo conceſſit, quod etiã teſtantur *Plutarch vita ipſius Numæ Pompil. & Alex. in diebus genialibus lib. 2. cap. 8.*

Et iſta inclinatio non ſolùm ad ſacrorum cæremonias, ſed ad illud etiam hoc tempore referri poteſt, vt Pontifex inclinare ſe debeat, & ſubmittere exemplo Chriſti omnibus inferioribus Catholicis Deo ſeruientibus, *vt in d. cap. plerumque, §. his, verſ. inclinatio*, ibi, *quia ſpirituales nonnumquam carnalibus condeſcendunt, & eorum infirmitati compatiuntur*; iuxta illud Apoſtoli. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Qua ratione ſeruum ſeruorum Dei ſe Pontifex appellat; alias quoque rationes affert *gloſ. in proœm. 6. decretalis*, vt ſcilicet Ieſu Chriſti præceptum exequatur in *Euang. Matth. cap. 23. Marc. x. & Luc. 22.* quibus in locis humilitas in primis commendatur, & præcipitur. Quare
5 cum Pontifex Summus Chriſti vices in terris gerat humilitatem Deo gratiſſimam colere debet. Et correſpondet illud *D. Pauli ad Corinth. 1. capit. 9. ibi cum liber eſſem, ex omnibus omnium me ſeruum feci, vt plures lucri facerem.*

6 Et notandũ ait *gloſ. in d. proœm. 6. Decretal.* quòd Pontifex non vocat ſe ſimpliciter ſeruum, ſed addit, ſeruorum Dei, quaſi de his, qui foris ſunt nihil ad eum pertineat, *2. quæſt. 1. c. multi, §. quid enim mihi*; vel quia ijs non ſeruit Pontifex, qui Deo non ſeruiũt ſed illos iudicat, *c. 1. de offic. legat. in 6.* vel dicitur, ſeruus ſeruorum Dei, ideſt Apoſtolorum Petri, & Pauli, quorum vicesgerendo ipſis ſeruire dicitur, *c. quoties, il p. 1. qu. 7.* alia quoque videre poteris *in gloſ. proœm. Decretal. Greg. in verb. ſeruus.*

Et alia etiam ratio deſumi poteſt ex *Martin. Becano in ſua diſputatione Theologica, de Antechriſto reformato cap. 5. an Papa oſtendat ſe tanquam ſit Deus, n. 4.* contra argumentum Porcelli, & aliorum hęreticorum, Caluiniſta-

ſtarum, qui inter cœtera falſa eorum dogmata eo potiſſimùm decipiunt pauperes, & ignaros viros, vt oſtendant, Papam eſſe Antechriſtum, & extollere ſe tanquam ſit Deus; quorum impudentiſſima falſitas præter alia argumenta, & rationes, quibus à b ipſo Becano, & alijs doctiſsimis viris apertè detegitur, hoc etiam addi poteſt, Summum Pontificem, vt ipſos hæreticos confundat, nedum non extollit ſe tanquam ſit Deus, quòd imò Seruum Seruorum Dei ſe vocat: vide omninò (ſi tibi detur facultas) *Polyd. Virgil. de rerum inuentor. lib.8. cap.2.*

7 Cuius etiam exemplo Iuſtinianus Imperator ſcribens Archelao Præfecto Prætorio Aphricæ, dum Deo gratias agebat de victoria contra Vandalos, qui nonagintaquinque annos Aphricæ libertatem occupauerant, ſe vltimum Dei Seruum appellat *in l.1. poſt princ. ibi, Quo ergo ſermone, aut quibus operibus dignas Deo gratias agere valeamus, qui per me vltimum ſeruum ſuum Eccleſiæ ſuæ iniurias vindicare dignatus eſt C. de off. Præf. Præt. Aphric. vbi gloſ. in verb. vltimum, notandum ait, quia Imperator in hoc imitatur Papam, qui in reſcriptis Seruus Seruorum Dei dicitur: vide Panuin. in addit. ad P latin. in vita Bonifacij III. circa finem.*

8 Quis verò primus inter Romanos Pontifices hunc loquendi modum inſtituerit, *Ioannes Andr. in addit. ad gloſ. proœm. 6. decret.* ait ex Chronica Martiniana colligi Beatum Gregorium primum fuiſſe, qui ſe ita ſcripſit, de cuius humilitate plura refert *Pelagius lib.2. cap.3. Moſcon. de Maieſt. milit. Eccleſ. lib.1. de Romano Pontifice, cap.1. circa finem; Pariſ. de reſignat. Benef. lib.8. cap.7. n.112.* & ſeq. qui ait, quòd ſi in Bulla non adeſſet talis inſcriptio, poſset de eius falſitate ſuſpicari.

9 Aliquando etiam, vt maius humilitatis ſignum oſtendat Romanus Pontifex, ſe miniſtrum indignum appellat; ſic Alexan. II. Eccleſiæ Lucẽſis Clero ſcribens *in c. ex multis, verſ. quapropter, 1. quæſt.3.* per parenteſim dixit, *imò miniſter indignus, &c.*

10 Verùm hodie non licere alijs Epiſcopis ſe Seruos Seruorum Dei appellare, dicit *Gomeſ. in d. cap.1. num.10. de Conſtit. in 6.* vt oſtendatur differentia capitis ad membra, vt ibi *verſ. & licet.*

11 Et eſt etiam notandum, quòd licèt Pontifex dicatur habere officium ſeruitutis, ex ſupraſcriptis, *& in c. niſi cum pridem, §. alia verò, de renunc.* non tamen Papa eſt ſeruilis conditionis, quia in maxima libertate eſt, & legibus ſolutus, *l. Princeps, ff. de legibus; Vitalin. in proœm. Clement. n.30. & 31.*

12 Primum verò inter Romanos Pontifices (vt innuimus) hoc ſalutationis genere ſanctũ Gregorium vſum fuiſſe teſtatur *Polyd. Virgil. de rer. inuent. lib.8. cap.2,* nam ait, facto idem æquè præſtitit, ſexcentas enim à Longobardis paſſus eſt iniurias, contra quos tamen non arma mouit, aut aliunde quæſiuit, ſed ſola patientia, & humanitate dimicauit. Sed ante Gregorium Magnum, alios Summus Pontifices ſe Seruos Seruorum Dei appellaſſe conſtat, inter quos fuit

13 ſanctus Damaſus, D. Hieronymi contemporaneus, vt ex eius Epiſtola tertia ad Stephanum Archiepiſcopum, & alios Aphricę Epiſcopos conſcripta, apparet, quæ tom.1. Conciliorum habetur, & refert *Germonius tract. de indult. Card. §. Seruus Seruorũ Dei, num.2.3. & ſeq.* quem vide, nam hanc in-

14 ſcribendi formam etiam ab initio naſcentis Eccleſiæ, & tempore ſanctorum Apoſtolorum initium habuiſſe demonſtrat. Et adeo hæc verba vſui ſunt, & apponi ſolent in li-

15 teris Apoſtolicis, vt niſi apponantur, literæ ipſæ fidem non faciant, & argui poſſint falſitatis, vt eſt ſententia *Mandoſ. in gloſ. facult. Regen. in verb. Seruus Seruorum Dei,* quem refert & ſequitur *Germonius loco citato n.24.*

16 *& ſeq.* vbi etiam quærit, an Epiſcopus valeat in ſuis literis hæc verba apponere, & negatiuè reſpondet.

SVMMARIVM.

1 *Non eſt poteſtas, niſi a* Deo, *hæc autem omnium maxima in* Romano *Pontifice collata eſt.*

2 *Solus Pontifex eſt Chriſti Domini in Terris Vicarius.*

3 *Pontificis poteſtas non ſolum ad ſpiritualia, ſed etiam ad temporalia porrigitur.*

4 *Vacante Imperio, ad Papam Imperij poteſtas deuoluitur.*

5 *Poteſtas eligendi Imperatorem ab ipſa Eccleſia Dei prouenit.*

6 *Cum Principem Religioſum eſſe, ac Deum vereri putant homines, minus iniuriarum ab eo metuunt, minuſque inſidiantur ei, qui Deum auxiliantem habere videatur.*

7 *Proœmium hoc diuiditur in duas partes.*

8 *Poteſtas Pontificis cum a Deo immediatè proueniat, ideo Summus, & Maximus appellatur.*

9 *Romanus Pontifex præter cæteros Principes voluntarios debet appetere labores, ac ſollicitudinem maximam, & vigilantiam habere pro quiete ſubditorum, & Reipublicæ Chriſtianæ.*

10 *Papæ officium dicitur onus, quia verba à Chriſto Domino dicta Petro, Paſce oues meas, laborem, & miniſterium denotant, non faſtum, & ſuperbiam.*

11 *Superior debet vt currus onera populi vehere, & vt auriga viam alijs demonſtrare, non ſibi, ſed alijs natus.*

12 *Principis theſaurus non eſt Fiſcus, ſed ſubditi benè ſe habentes.*

13 *Principis opera alia eſſe non debet, quàm inter ſubditos iuſtitiã miniſtrare, vt boni inter malos quietè viuant, & mali coerceantur: Vide alia in Principibus requirenda, & hic deſcripta.*

14 *Homo ſi eſt virtutibus prædictus, eſt optimus animalium, ſi ſit à legibus & iuſtitia alienus, peſſimus omniũ erit.*

15 *Leges factæ ſunt, vt humana coerceatur audacia, & tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur nocendi facultas.*

16 *Omnis humana creatura prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua.*

17 *Malorum Ciuium petulantia legibus, & edictis Principum retundi debet.*

18 *Si homines ſine legibus viuerent, nihil à feris diſcreparent.*

19 *Stulta, indomita, & ferina libertas eſt eorum, qui legum benè docentium præcepta excutiunt, & diſſoluunt.*

20 *Cauſa finalis ex proœmio regularitèr deſumitur.*

P R O OE M I V M

G L O S S A I.

P R O C O M M I S S A

C A P. I V.

1 PRO *commiſſa nobis à Domino, &c.* Nõ eſt poteſtas niſi a Deo, vt ait *Apoſt. ad Roman. cap. 13.* Hæc autem omnium maxima Romano Põtifici collata, & commiſſa eſt, quia ipſe ſolus Dei
2 in terris Vicarius appellatur; *c. quanto, c. inter corporalia, de translat. Epiſc.* nec ad ſpiritualia tantùm reſtricta eſt, vt legitur in dictis iuribus, in quibus de coniugio ſpirituali inter Epiſcopum, & Eccleſiam,
3 eiuſque translatione tractatur, ſed etiam ad temporalia extenditur, vt plenè docet *doctiſs. Card. Belarmin. in ſuo tractat. de poteſt. Summ. Pontif. in temporal.* & optimè faciunt congeſta per *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 2. num. 10.* & *alibi.* dum
4 ait, vacante Imperio, ad *Papam* deuolui, *c. licet, de foro competen.* Et poteſtas
5 ipſa eligendi Imperatorem ab Apoſtolica Sede peruenit ad Electores, *c. per venerabilem, de Elect.* Optima igitur ratione huius noſtræ Conſtitutionis proœmium præmittit originem ſuæ facultatis a Deo deſcendere, nam vt *Ariſtot. lib. 5. cap. 11.*
6 *Polit. ait cum Principem Religioſum eſſe, ac Deum vereri putant homines, minus iniuriarum ab eo metuũt, minuſq; inſidiantur ei, qui Deum auxiliatorem habere videatur.*

7 Di-

7 Diuido autem hoc proœmiũ in duas partes: in prima conſidero cauſam impulſiuam ex duplici fonte manantẽ, hoc eſt iutrinſecè reſpectu perſonæ ipſius Pōtificis, & extrinſecè prouenientem ex parte ſubditorum, qui malè adminiſtrabant bona Communitatum; in ſecunda cauſam finalem.

Redeo ad primam, & pondero illa verba. *Pro commiſſa nobis a Domino S. R. E. eique etiam in temporalibus ſubiectarum Ciuitatum, & Populorum tutela, paterna erga noſtros ſubditos charitate præcipuo ſtudio tenemur prouidere, &c.* Ex quibus ſumma Principis prudentia elucet; ſiquidem primo loco poteſtatem, quam habet, agnoſcit, quæ vt diximus

8 cum immediatè a Deo proueniat, ſumma, & maxima eſt; hinc Summus Pontifex appellatur a *Gomeſ. in c. 1. num. 16. & ſeq. de conſtit. in 6.* quia in eo eſt omnis ſummitas, & celſitudo, & non habet ſuperiotem in hoc mundo: Secundo lo-

9 co onus illi annexum; quia Romanus Pontifex præter cœteros Principes voluntarios debet appetere labores, ac ſollicitudinem maximam, & vigilantiam habere pro quiete ſubditorum, & Reipub. Chriſtianæ commodis, vt legimus *in proœm. 6. Decret. in c. frequens, de reſtit. ſpoliat. & latius in c. plerumq. §. de his queſt. 7. & Abb. in c. mandamus, in ſecũdo notab. de præſumpt.* ait merito officiũ

10 Papæ in illo textu appellari onus, quia illa verba, *Paſce oues meas*, per quæ Petro collata fuit a Chriſto Dignitas, laborem, & miniſterium denotant, non faſtum, & ſuperbiam, vt ibi per eum, quem refert, & ſequitur *Gomeſ. in repetit. c. 1. num. 11. de conſtit. in 6.* Vnde Eliſeus 4. *Regum, cap. 2.* vocat Eliam ſuperiorem Currus Iſrael, & Aurigam eius, eò quia

11 ſuperior debet vt currus onera populi vehere, & vt Auriga viam alijs demonſtrare; & ad multa quidem tenetur Princeps, vt publica perſona: alijs enim, non ſibi natus eſt, *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 1. num. 72.* Et optimam formam, bonamq; regulam perfecti Principis deſeribit *Iob. cap. 29. dum ait. Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi, eò quod liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adiutor; benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum, iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento, & diademate iudicio meo. Oculus fuit cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam.* Quæ verba refert etiam *Maſtrill. loco citato ſub n. 85.* Et theſautus Principis non

12 eſt Fiſcus, ſed ſubditi benè ſe habentes, *Bald. conſ. 404. num. 5. verſ. quædam ergo, l b. 5.* quem refert *Maſtrill. loco citat. n. 66.* ſed in meo lib. non inueni hoc dictum.

13 Etenim opera Principis alia eſſe non debent, quàm inter ſubditos iuſtitiam miniſtrare, vt boni inter malos quietè viuant, & mali coerceantur, *c. non fruſtra, 23. quæſt. 5. l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. pet.* Quies enim ſuauiſſima populi, & tranquilla diſpoſitio regionum, præconium probatur eſſe regnantium, *Caſſad. lib. 5. variar. cap. 39.* Et optimus dicitur Princeps, qui cum iuſtitia clementiam coniungit, *Senec. de Clement. cap. 3. & D. Petr. Chriſog. ſerm. 145. dicit, Aequitas ſine bonitate ſæuitia eſt, & iuſtitia ſine pietate crudelitas: & in Prouerb. Salam. cap. 20. Miſericordia, & veritas cuſtodiũt Regem, & roboratur clementia thronus eius.*

Et Bonifacius Pontifex huius nominis VIII. *in proœm. 6. Decret.* ait. *Vt iuxta creditæ nobis diſpenſationis officium ſubditorum commodis, in quorum proſperitate vtique proſperamur, &c. Et Caſſiod. lib. 1. variar. cap. 39. Quid eſt enim dignius, quod die, noctuq; aſſidua deliberatione voluamus, niſi vt Rempublicam noſtram, ſicut arma protegunt, æquitas quoque inuiolata cuſtodiat. Et Machabæorum 2. cap. 4. Communem vtilitatem apud te vniuerſæ multitudinis conſidera: atque Claudian. in Panegir. 4. Conſulat. Honorij.*

Te Ciuem, Patremque geras, te Conſule cunctis,
Nec tibi, nec tua te moueant, ſed publica vota.

Atque hæc de cauſa intrinſeca, reſpiciẽte perſonam Principis; venio ad extrinſecam poſitam in malitia ſubditorum, & eſt

14 ibi, *Præſertim verò, &c.* Homo enim, vt *Ariſt. ait lib. 1. Polit. cap. 13.* ſi eſt virtutibus præditus, eſt optimus animalium, ſi ſit a legibus, & iuſtitia alienus, peſſimus omnium erit, & ideo appetitus noxij ſub regula iutis limitandi ſunt, vt genus humanum honeſtè viuat, alterum non lædat, ius ſuum vnicuique tribuat, vt legimus *in proœm. Greg. decret. verſic. ideoque, vbi gloſ. in verb. lex proditur,* refert verba text.

15 *in c. factæ, diſtinct. 4. dicentis, factæ ſunt autem leges, vt humana coerceatur audacia, & tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur nocendi facultas:* & hæc deſumpta ſunt

B 2 in

in lib. etymolog. Iſidor.*cap.*20.vt refert *Maſtrill. de Magiſtr. lib.*3. *cap.*3. *num.*5. *Dum enim*(vt verbis noſtræ Conſtitutionis vtar) *pauci ſua priuata commoda, & lucra quærunt, atque illicitis modis, quod prauè ambiunt, aut concupiſcunt, conſequi affectant, potentiorum, aut vulgi gratiam vanis aſſentationibus aucupantur, ſuas denique cupiditates explere ſatagunt, nulla vtilitatis publicæ ratione habita, Aerarium publicum ipſarum Ciuitatum, & locorum exhauriunt, graui ære alieno implicant, inanibus pompis, & oſtentationibus dilapidāt.* Quibus conſonant, quæ docet *Ariſt.lib.*5.*polit.* dum cauſas recenſet, ex quibus Reipublicæ ſtatus mutatur, & corrumpitur. Licèt enim Rex pacificus pia miſeratione diſpoſuerit ſibi ſubditos fore pudicos, pacificos, & modeſtos, effrænata tamen cupiditas ſui produ-cta pacis æmula, mater litium, materia iurgium, noua quotidie litigia generat, vt ait *Greg.XI.inproœm. decretal.in principio,& conſonat l.*2.*S. ſed quia Diuinæ,C. de vet. iur. enucl. Vnde Ouidius lib.* 1. *Faſtor.* hanc cæcam hominum cupiditatem elegantèr deſcripſit.

Tempore creuit amor, qui nunc eſt ſummus habendi
Vix vltra quod iam progrediatur habet.
Pluris opes nunc ſunt, quàm priſci temporis anni,
Dum populus pauper, dum noua Roma fuit.
At poſtquam fortuna loci caput extulit huius,
Et tetigit Summos vertice Roma Deos
Creuerunt & opes,& opum furioſa cupido
Et cum poſſideant plurima, plura petunt.
Quærere vt aſſumant, abſumpta requirere certant,
Atque ipſæ vitijs ſunt alimenta vires.
Sic quibus intumuit ſuffuſa vēter abunda,
Quò plus ſunt potæ,plus ſitiuntur aquæ.
Et Lucanus in 4.
Nam faciunt homines plerumque cupidine cæci
Et tribunt ea, quæ non ſunt ſibi commoda vere.

Et faciunt, quæ tradit *Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius,*2. *par. in verb.mortuo itaque teſtatore,il primo,num.*116. *de teſtam. videndus.* Hæc autem indomita cupiditas, quæ agit ad corrumpendum animum, & corpus, flagitium vocatur, quod verò agit, vt alteri noceat, facinus dicitur, & hæc duo ſunt genera omnium peccatorum, vt ait *S.Auguſt. de doctr. Chriſtian.* & ſequitur *Luc. de Penn.in l.*1. *num.*21. *in verb. flagitioſa, C. de deſertoribus & occult. lib.* 12. *& Ouid. lib.*2. *de Pont. Eleg.*3.

Turpe quidem dictu, ſed ſi modo vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.
Cura quid expediat prior eſt, quàm quid ſit honeſtum,
Et cum fortuna ſtatque, caditque fides.
Nec facile inuenies multis in millibus vnum
Virtutem pretium qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti, facti ſi præmia deſint,
Non mouet, & gratis pœnitet eſſe probum.
Nil, niſi quod prodeſt, carum eſt, en detrahe menti
Spem fructus auidæ, nemo petendus erit.
At reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile, ſollicitis computat articulis.

16 Et omnis humana creatura prona eſt ad malum ab adoleſcentia ſua, vt ait *Apoſtol. ad Rom. cap.*8. Coercenda igitur eſt veſana cupiditas, & vt idem *Apoſtol. ad Thimot.* 1. *cap.*5.*ait, Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: & in lib. Prouerb. cap.*19. *Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit; ſi autem corripuerit ſapientem, intelliget ſapientiam.*

17 Hæc autem malorum Ciuium petulantia nulla meliori via retundi poteſt, quàm legibus, & edictis Principum; vt reorum vinculis humana coerceatur audacia; ſi

18 enim ſine legibus viuerent homines, nihil à feris diſcreparent, *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.*3.*cap.*3. *num.*3. *& alibi,* vbi plura de legibus, & edictis Principum; imò vitiorum mancipij in ſæuiſſima ſeruitute manerent, vt latè proſequitur Gregorius Tholoſanus *in ſyntag.iur. vniuer.lib.*11.*cap.*1. *per tot.ſi-*

19 *gnantèr nu.*17. ibi. *& ſtulta eſt illa libertas, ſeu verè pernicioſa ſeruitus eorum, qui legum benè docentium præſcripta excutiunt, & diſſoluunt, nam illa eſt libertas ferina, & indomita.*

Atque hæc fuit cauſa finalis Clementis

20 VIII. qua motus hanc noſtram Conſtitutionem edidit; regularitèr enim ex proœmio colligitur cauſa finalis, & intentio agentis, *Auth. de conſang. & fratr. vter. In princip. Abb. in c.aduerſus, ſub numer.* 11. *verſ. tum quia ex verbis, de immun. Eccleſ. Caball. in proœm. Conſtit. Aegid. lib.*1. *gloſ.* 1. Et in hac noſtra Conſtitutione verbis apertis legitur, ibi, *vt ad eos* (ideſt Communitates, & populos) *pertinentia bona, ea, quæ decet fide, & cura vtilitèr, & prouidè ad-*

adminiſtrentur: præſertim verò tollantur praui abuſus, qui in publicum, & commune damnum defluunt. Horum enim magis, quàm fiſci curam habere debet Princeps, *l. 1. C. de ſecund. nupt. Bonifac. Vital. in quæſt. proœmial. Clem. num. 18. & 19.*

SVMMARIVM.

1 *Niſi neceſsitas vrgeat, leges non ſunt promulgandæ.*
2 *Leges in ijs dicendæ ſunt, in quibus conſideratur exceſſus.*
3 *Princeps ſine matura conſultatione leges promulgare non debet; & quare.*
4 *Ratio Ius facit, & diſpoſitionem inducit.*

NARRATIO.

GLOSSA I.

EX QVIBVS

CAP. V.

TERTIA pars principalis huius noſtræ Conſtitut. eſt Narratio, quæ incipit, ibi, *Ex quibus, &c.* & hæc quoq; duas habet partes; in prima aſsignâtur mali effectus, qui ex praua hominum cupiditate prouenerunt, & hoc ab initio ſui Pontificatus comperiſſe affirmat, dum ait. *Ex quibus, & hactenus graui ære alieno communia illorum bona oppreſſa, vel ab ipſo noſtri Pontificatus initio comperimus:* in ſecũda verò parte ponitur neceſſitas occurrendi celeritèr huiuſmodi malis, ibi, *Et malum hoc niſi celeritèr oportuna remedia adhibeantur, quotidie in deterius prolabi videmus &c.*

Et hinc etiam colligimus rationem, ex qua inducitur quarta pars huius Conſtitu-
1 tionis, quæ eſt diſpoſitio; niſi enim neceſſitas vrgeat, leges promulgandæ non ſunt,
2 & de his tantùm leges fieri debent, in quibus conſideratur exceſſus, *Maſtrill. de Ma-*
3 *giſtr. lib. 3. cap. 3. num. 113. in fin.* Nec Princeps ſine matura conſultatione ad leges promulgandas induci debet, vt latè probat Paleott. *de ſacr. Conſiſt. conſult. part. 1. quæſt. 2. per tot.* Et nihil reddit Principum leges tam contemptibiles, mandataque eorum minus reuerenda, & timenda, quàm ſi populus aduertat nullo conſilio fuiſſe ſtabilitas; *D. de Ponte tract. de poteſt. Proregis, tit. 12. de delegat. cauſ. nu. 22.*

Cum igitur ex ipſa Naratione appareat neceſſitas, & matura deliberatio, quia ab initio ſui Pontificatus exceſſus, & abuſus circa adminiſtrationem bonorum Communitatum conſiderauerat, & compererat, ſequitur, vt ab omnibus abſque vlla hæſi-
4 tatione recipiatur, & ſeruetur: quia ratio ius facit, & diſpoſitionem inducit, vt latè probat *Tiraqu. in tract. Ceſſante cauſa, parte 1. num. 134.*

SVMMARIVM.

1 *Dictio, perpetuò, multis modis accipitur.*
2 *Actiones perſonales, quæ dicuntur perpetuæ, vltra 30. annos non protrahuntur.*
3 *Dictiones quandocumque, perpetuò, in infinitum, ſine præfixione termini, & ſimiles appoſitæ in venditione cum pacto redimendi, non extenduntur vltra 30. annos.*
4 *Dictio, perpetuum, intelligenda, quamdiù quis viuat.*
5 *Dictio perpetuò, in contractu locationis, intelligitur, quamdiù penſio ſoluatur.*
6 *Perpetuò, interpretatur aliquando vſque ad decem annos.*
7 *Excommunicatio dicitur perpetua, quouſque quis pœniteat.*
8 *Perpetuum dicitur eſſe vſque ad tertiam generationem.*
9 *Dictio, perpetuum, quandoque exponitur, ideſt generale, quandoque ſine interuallo, & continuè.*
10 *Perpetuò, in hac noſtra Conſtitutione nullam temporis determinationem ſignificat.*
11 *Quæ ad ius reſcribuntur, perennia eſſe debent.*

12 *Flu-*

12 *Flumina appellantur perennia, quando nunquam fluere deſinunt.*

13 *Papa quando intendit tollere materias perpetuas, de illis ſpecificam mentionem facere ſolet, & è contra quando vult eſſe perpetuas, ita illas appellat.*

14 *Verbum perpetuum ſæpe accomodatur ſubiectæ materiæ.*

15 *Princeps dum ſubditorum exeutit onera, dum ſcandala remouet, in eorum quiete quieſcit, & fauetur in pace.*

16 *Rex eligitur, non vt ſui ipſius curam habeat, ſed vt per ipſũ qui eũ elegerunt, in fœlicitate viuant.*

17 *Actiones, quæ ex Legibus, Senatus conſultis, Sacriſque Conſtitutionibus, proficiſcuntur, ſunt perpetuæ.*

18 *Effectus ſequitur naturam ſuæ cauſæ.*

19 *Actiones hodie non porriguntur vltra 30. vel 40. annos; & quare.*

20 *Præſcriptio 30. vel 40. annorum non erat cognita de iure Digeſtorum.*

21 *Reſtrictio temporis ad 30. vel 40. annos ab Imperatoribus ſancita fuit, ne Dominia vagarentur in incerto.*

DISPOSITIO

§. I. GLOSSA I.

PERPETVO VALITVRA

CAP. VI.

QVarta, & vltima huius Conſtitutionis pars
eſt Diſpoſitio, & Sanctio, quæ tota hac Conſtitutione continetur, & incipit ibi; *Hac noſtra perpetuò valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus. &c.*

1 Hæc dictio, perpetuum, multiplicitèr accipitur a Doctoribus noſtris, vt notat *gloſ. in c. ea enim, §. perpetua,* 10. *quæſt.* 2. *vbi text.* loquitur de perpetua emphyteuſi, &
2 gloſſ. pluribus modis hanc dictionem exponit: Primò ait, perpetuò, ideſt vſque 30. annos, ſic actiones perſonales, quæ dicuntur perpetuæ, vltra 30. annos non protrahuntur, *l. omnes, C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum; Tiraquell. de retract. conuention. §.* 1. *gloſſ.* 2. *num.* 11. *verſ. & id de dictione, per tot. in l. minor, §. pater ſciens, ff. de euict.* vbi dictio, perpetuò, ad 30. annos reſtringitur, & eſt etiam *tex. iuncta gloſ. in l. Prætor ait, §. hoc interdictum perpetuò, ff. de oper. nou: nunc. Inſtit. de perpet. & tempor.*
3 *actio. tot. tit.* Sic in venditione cum pacto retrouendendi, vt liceat ſemper, quandocũque, perpetuò, omni tempore, in infinitum, ſiue præfinitione temporis, vel quid ſimile, huiuſmodi pactum non protrahit retrouenditionem vltra 30. annos; *Surd. deciſ.* 2. *per tot. & ſignantèr num.* 7: *Rot. Rom. apud Seraphin. deciſ.* 1360. *num.* 11.

4 Secundo modo dicitur perpetuum, quamdiù quis viuat, *l.* 1. *ff. pro ſocio*; Sic etiam in ſucceſſionibus hæc dictio intelligitur, quamdiù quis ex vocatis erit ſuperſtes, *Seraph. deciſ.* 874. *fuerunt inita, num. fin.*

5 Tertio ſi hæc dictio locationis apponatur, intelligitur, quamdiù penſio ſoluatur, *§. adeo, Inſtit. de locat. & conduct. gloſ. in d. §. perpetuò,*

6 Quarto dicitur, perpetuò, vſque ad decem annos tantùm, *gloſ. in l. nam Imperator ff. de legib. Tiraquell. loco ſupra citato nu.* 8. *Franciſ. Munnozz. tract. de ratiocin. cap.* 41. *num.* 19. 20. & 21.

7 Quinto dicitur perpetuum, quouſque quis pœniteat; ſic excommunicatio dicitur perpetua, quouſque excommunicatus pœniteat, 10. *quæſt.* 1. *c. quia, &* 27. *quæſt.* 1. *c. de viduis; Archid. c. quicunque hæreticos, num.* 9. *verſ. perpetuò, de hæret. in.* 6.

8 Sexto dicitur perpetuum, vſque ad tertiam generationem, *in Auth. de non alien. aut permutan. §. emphyteuſim, & §. ſeq.* quos ad hoc probandum adducit *gloſ. in d. §. perpetua.*

Septimo ſignificat hæc dictio, perpetuum, ideſt generale, ſic *l. edita, C. de edendo,* dici-

dicitur edictum perpetuum, ideſt generale,
vt exponit ibi gloſ. & idem repetit in l. 1. ff.
pro ſocio, & pro generalitèr verum ponitur
in §. 1. Inſtit. de ſatisdat. tutor.
Octauò dicitur ſine interuallo, ſiue con-
tinuè, l. humanitatis, C. de impub. & alijs
ſubſtit. gloſ. in d. l. 1. Ex quibus, & alijs, quæ
adduci poſſent, oritur dubiratio, iuxta quã
acceptionem intelligenda ſit in caſu noſtro
hæc dictio, & an Clemens VIII. voluerit
hanc ſuam Conſtitutionem eſſe perpetuam,
ideſt ſine vlla temporis præfinitione, an
verò ad tempus.
10 Et ſine vlla dubitatione puto dicendum
in caſu noſtro, hanc dictiouem accipien-
dam eſſe purè, & ſecuudùm proprietatem,
iuxta quã acceptationem nullam temporis
determinationem ſignificat, l. purè, §. fin.
ff. de except. doli, gloſ. in §. 1. in verbo, per-
petuum, in fin. Inſtit. de ſatiſdat. tutor. gloſ.
in l. 1. in fin. ff. pro ſocio, Archid. in c.
quicumque hæreticos, num. 9. verſ. perpetuò
de hæret. in 6. Pute. deciſ. 110. incip. Die 28.
Maij, num. 3. lib. 1. in nouis.
Et in hanc ſententiam adducor primò,
11 quia, quæ ad Ius reſcribuntur, perennia
eſſe debent, l. falſo, C. de diuerſ. reſcript.
vbi gloſ. in verb. perennia, exponit, ideſt
12 ſine fine, & ait eſſe metaphoram deſum-
ptam a fluminibus, quæ tunc appellantur
perennia, quando nunqam fluere ceſſant.
l. 1. in princ. ff. de fluminib.
Secundò quia contrariorum eadem eſt
diſciplina, Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel
alien. iur. in princ. Surd. decis 272. nu. 31.
Sed quando Papa intendit tollere mate-
13 rias perpetuas, de illis ſpecificam mentio-
nem facere conſueuit, Put. deciſ. 45. Nico-
laus V. num. 2. & 3. lib. 1. in nouis, vbi po-
nit exemplum in regulis reuocatorijs vnio-
num &c. Igitur ſimili modo quando Papa
vult ſuas Conſtitutiones eſſe perpetuas,
ſpecialem mentionem facit de perpetuita-
te, prout videmus in caſu noſtto hauc di-
ctionem pluriès repetitam.
14 Tertio hoc verbum, perpetuũ, ſæpiſſimè
ac comodatur ſubiectæ materiæ, itaut in
ſucceſſionibus intelligatur, quamdiù aliquis
ex vocatis ſuperſit, gloſ. in §. 1. ver. perpetuũ,
Inſtit. de ſatiſdat. tutor. Seraph. deciſ. 874.
n. fi. per tot. in l. 1. ff. pro ſocio, & ibi gloſſ.
Sed cum materia, de qua agitur in hac no-
ſtra Coſtitutione, ſit Bonum Regimen, &
Gubernium rerum, & bonorum Commu-
nitatum, hoc ſine dubio abſque aliqua pre-
finitione tẽporis durare debet; Quia Prin-
15 ceps dum ſubditorum excutit onera, dum
ſcandala remouet, in eorum quiete quie-
ſcit, & fouetur in pace, c. 1. in princ. de of-
fic. leg. in 6. & D. Thomas opuſc. 20. de re-
gimine Principis, lib. 1. cap. 15. ait in hoc
præcipuò inuigilandum eſſe Principi, vt
multitudo ſibi ſubdita benè viuat; quem
refert Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 1. n.
78. & in ſequen. num. Xenophon. adducit di-
16 centem. Rex eligitur, nõ vt ſui ipſius curã ha-
beat, ſed vt per ipſum qui eum elegerunt, in
fælicitate viuant; quod etiam legimus in
Auth. vt Iudic. ſine quoq; ſuffrag. in princ.
Coll. 2. & in Auth. vt Diuin. Iuſsion. ſub-
ſcript. habe. in princ. ab ipſo Iuſtinia. Imper.
factũ dum ait. Noſtræ ſerenitatis ſollicitudo
remedijs inuigilat ſubiectorum. Nec ceſſamus
inquirere, ſi quid ſit in noſtra Republica corri
gendum: ideo namque voluntarios labores ap-
petimus, vnde ad vniuerſarum vtilitatẽ per-
tinere perſpeximus; & faciunt congeſta per
Caball. in gloſ. ad Conſtit. Aegid. in proœm.
verbo, pacis.
17 Quartò actiones, que ex Legibus, Sena-
tus conſultis, ſacriſque Conſtitutionibus
proficiſcuntur, perpetuæ ſunt, §. 1. Inſtitut.
18 de tempor. & perpet. action. Sed effectus
ſequitur naturam cauſæ, l. 2. §. accepta, ff. ſi
cert. pet. Tiraq. in tract. Ceſſant. cauſ. 1. par.
n. 13. & 17. & alibi. Et filius dicitur vnum
eſse cum patre, c. iam itaque, & ibi gloſ. in
verb. vnus, 1. quæſt. 4. & eandem naturam
habet, l. fi. in fin. C. de impub. & alijs ſub-
ſtit. Cum igitur actiones ſint effectus legũ,
& Conſtitutionum, & ab illis tanquam fi-
liæ à patre proficiſcantur, ſicut actiones
perpetuæ ſunt, ita etiam leges, & Conſti-
tutiones, quia nemo dat, quod non habet,
Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 2. n. 17.
19 Nec dicatur, actiones hodie non porrigi,
nec extendi vltra 30. vel 40. annos, vt dixi-
mus ſupra: quia hoc non prouenit ex natu-
ra ipſarum actionum, ſed ex poſt facto: ſi-
quidem ab initio quando inuentæ fuerunt
actiones, verè erant, & dicebantur perpe-
tuæ, nec aliqua præfinitione temporis con-
20 cludebantur. De iure enim Digeſtorum,
& ante, quo tempore fuerunt actiones in-
uentæ, non erat cognita præſcriptio 30. vel
40. annorum, vt not. in l. Iulianus, ff. ex
quib. cauſ. maior. & ideo appellabantur per-
petuæ, licèt poſtea per iura Cod. vt in tit. de
præſcript. 30. vel 40. ann. fuerit reſtrictum
tempus. Tamen ex quo illud nomen habe-
bant antea, non fuit illis poſtea ademptum,
& ideo vbi dicitur perpetuò comperere, in-
telligitur ſine temporis præfinitione: ita
Rota Romana dixit apud Iac. Put. deciſ. 110.
nu. 4. & 6. Et hæc temporis reſtrictio ab Im-
peratoribus ſancita fuit, ne rerũ Dominia va
garentur in incerto, l. 1. ff. de vſcap. Put. d. de-
ciſ. 110. n. 5.

Hæc

Hæc autem ratio non militat in noſtra Conſtitutione, & ideo nec debet militare reſtrictio, *Tiraq. in tract. ceſſant. cauſ. par. 1. num. 229. & alibi ſæpe.*

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio eſt, quam Rex, vel Imperator conſtituit, vel edicit.*
2 *Papa etiam leges, & Conſtitutiones facit.*
3 *Quæ ſit differentia inter Conſtitutionem, & Statutum.*
4 *Clauſula, non obſtantibus Statutis, non tollit Ius commune, nec appellatione Statuti comprehenditur Conſtitutio.*
5 *Conſtitutio, ſeu lex ad ſui validitatē non requirit ſcripturā, quia poteſt probari per teſtes.*
6 *Geſta Principum realitèr per ſcripturam probantur; & quare.*
7 *Motus proprius Principis non probatur per teſtes.*
8 *Conſtitutio priuilegiatiua, & habens decretum irritans ligat ante publicationem.*
Futura, & non præterita reſpicit, nec ſe extendit ad ea, ſuper quibus lis pendet. nu. 9.
10 *Conſtitutio quando dicatur fauorabilis.*
11 *Conſtitutio hæc ſuper Bono Regimine eſt fauorabilis.*
12 *Conſtitutio quomodo publicanda, ad hoc vt omnes teneantur ad ſui obſeruantiam.*
13 *Conſtitttio ad hoc vt ſeruetur, duo requirũtur.*
14 *Conſtitutiones an, & quando reuocari poſſint.*

§. I.

Gloſſa 2.

Conſtitutione.

CAP. VII.

1 C*Onſtitutione.* Quæro, quid ſit Conſtitutio; & dicas Conſtitutionem eſſe illam, quam Rex, vel Imperator conſtituit, vel edicit, *tex. eſt ad literam in c. Conſtitutio, diſtinct. 2.* & idem ſignificat, quod lex, *c. lex eſt, eod. c. & diſtinct. 2.* Sed cum in his iuribus fiat ſolùm mentio de Rege, Imperatore, & populo, penès quos dicitur adeſſe facultas edicendi Conſtitutiones, dubitabit forſan aliquis,
2 an Papa poſſit Conſtitutiones, & leges facere, ſubditoſque ad illarum obſeruantiam adſtringere; ſed hæc difficultas ſublata eſt ex ijs, quæ diximus ſupra in *ſalutatione gloſ. 1. in verb. Clemens, num. 6. verſ. quæ autem dicta ſunt.*

3 Quæ autem ſit differentia inter Conſtitutionem, & Statutum, ponit *Gomeſ. in c. Statutum, num. 2. de reſcript. in 6.* dicens Statutum propriè ad inferiores pertinere, & in hoc a iure communi diſtingui, Conſtitutio autem dicitur illa, quam facit Princeps: & reſpondet ad opinionem Dom. Io. Andr. & aliorum, qui voluerunt, quòd appellatione Statuti comprehēdatur ius commune, & contra eos adducit dictum notabile *Dominorum de Rota in deciſ. 3. ſi ſtatutum, tit. de reſcript. in nouis*, vbi notabilitèr concludunt, quòd per clauſulam, non obſtanti-
4 bus ſtatutis, &c. non cenſeatur ſublatum ius cōmune, ergo manifeſtè apparet, quod appellatione Statuti non comprehenditur Cōnſtitutio, vt ibi per eum latius. An autem Conſtitutio, ſeu lex requirat ad ſui
5 validitatem ſcripturam, & quòd in ſcriptis redacta ſit, hæc difficultas fuit excitata in Auditorio Rotæ Romanæ, & Domini negatiuam partem tenuerunt; & quòd poſſit probari per teſtes, licèt tutius ſit, quando adſit ſcriptura, propter labilem hominum memoriam, vt videre eſt *deciſ. 1. num. 2. de conſtit. in nouis; & idem tenuit ead. Rota deciſ. 5. aliàs 96. per tot. de probat. in antiq.* vbi
6 ponit etiam argumenta probantia contrarium; quòd ſcilicet facta, & geſta Principis realitèr per ſcripturam probantur, vt eſt *tex. apertus in l. 1. C. de mandat. Princip. & in l. probatorias, C. de diuerſ. offic. lib. 12.* Quia Princeps negocijs occupatus non poteſt facta ſua ſic verbo exprimere, ſicut per ſcripturam probantur. Et quòd Motus proprius Principis non probatur per teſtes, tenuit
7 *eadem Rota deciſ. 6. aliàs 132. eodem tit. de probat. in antiq.*
8 Sed an Conſtitutio priuilegiatiua, & habens decretum irritans, vt hæc noſtra, liget ante publicationem, affirmatiuè tenuit *Rota apud Put. deciſ. 141. fuit reſolutum, per tot. lib. 2. in nouis.*
9 Et quòd det ſolùm formam futuris, non præteritis negocijs, nec ſe extendat ad ea, ſuper quibus lis pendet, *Rota coram Ludouiſ. deciſ. 401. num. fin.*
10 Quando verò Conſtitmtio dicatur fauorabilis, dicas, quando edita eſt ad obuiandum fraudibus, *Felin. in c. 4. num. 15. de præſumpt. Rota coram Caputaq; deciſ. 215. ſtatutum dicitur fauorabile, num. 1. par. 3.* quia eſt conformis iuri naturali, *Bald. in Auth. ingreſſi, num. 24. in fin. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Che-

Cherub. iun. ad Conſtit. 62. Paul. V. Scholi. & 2. tom. 3. pag. 55.

Dicitur etiam fauorabilis Conſtitutio, quando eſt cõdita ad publicam vtilitatem, vt ad dirimendas lites, *d. deciſ.* 215. *Caputaq. num. 3. & 4.*

Item quæ emanauit ad tollendum ea, quæ fiebant contra Dei præceptã, & ad cõſulendum animæ, quo caſu nedum eſt fauorabilis, ſed extendibilis, etiamſi eſſet pœnalis, *gloſ. in c. ſciant cuncti, in verb. alios, de elect. in 6. Ioan. Andr. & Abb. in c. ex tenore. qui fil. ſint leg.* quos refert *d. deciſ. 215. n. 5.*
11 vbi etiam alia referuntur. Cum autem omnia, quæ ſupra diximus, conueniant huic noſtræ Conſtitutioni, nulli dubium eſt, quin fauorabilis ſit appellanda.

Quomodo autem publicanda ſit Conſti-
12 tutio, ad hoc vt ad ſui obſeruantiam teneãtur omnes, vide *in Auth. vt fa. Tæ nou. Conſtit. coll. 5. & c. 1. de poſtul. Prælat. & ibi Abb. num. 9. 10. &* 11. Et quando incipiat ligare, vide *Anton. Gabriel. concluſ. 4. per tot. tit. de legib. & Conſtit.* & alia multa de legibus, ſeu edictis Principum ponit *Maſtrill. de Magi-*
13 *ſtrat. lib. 3. cap. 3. per tot.* Duo autem requiri, & eſſe neceſſaria, ad hoc vt Conſtitutio ſeruanda ſit, ſolemnem editionem, & publicam promulgationem, reſpondet *Abb. in conſ. 35. n. 1. in fin. verſ. ſed his non obſtantibus part. 1.*

14 Et Conſtitutiones ſecundũ tempus, & ipſius Conſtitutionis mutationẽ confirmaſi debent, ideoque ſi incipiunt eſſe nociuæ, reuocandæ ſunt; *Zab. in Clem. 1. num.* 10. *verſ. cum omnis Conſtitutio, de Regular. per textum expreſſum in c. non debet, de conſangu. & affinit.* & de hac materia pleniſsimè *Mutius Cartharius Concinus meus in ſuo aureo tractatu nondum edito, cui titulum præfixit, Aliud de iure, aliud de conſuetud. in præfatio.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas quid ſit.*
2 *Ciuitas hodie propriè dicitur, quæ habet Epiſcopum.*
3 *Ciuitas in tres partes diuiditur: & quid ſub eius appellatione contineatur.*
4 *Quid agendum, ſi dubitetur, an aliqua Villa, ſeu locus ſit de Territorio Ciuitatis.*
5 *Qui naſcitur in Vico, non deſinit eſſe Ciuis.*
6 *Ciuitas quomodo efficiatur.*
7 *Caſtrum ad hoc vt fiat Ciuitas, requiritur auctoritas Principis.*
8 *Caſtrum Plebis in Aetruria creatum fuit Ciuitas a Clemente Octauo.*
9 *Solus Papa facit Ciuitates, quia ipſe ſolus creat Epiſcopos.*
10 *Ciuitatum tria ſunt genera, minores, maiores & maximæ.*
11 *Ciuitas Veneta, maxima dicitur, quia non habet Superiorem.*
12 *Ciuitas Ianuenſis a Carolo Quinto an. 1529. libertatem conſequuta eſt.*
13 *Ciuitates poſſunt præſcribere merum, & mixtum imperium, & multò fortius acquirere precio interueniente: & nu. 68.*
14 *Ciuitas Lucenſis redemit ſuam libertatem a Rodulpho Primo Imperatore precio ſcutorum 12. mille, & Ciuitas Florentina precio ſcutorum ſex mille.*
15 *Ciuitates magnæ quæ dicantur.*
16 *Qualitas magnæ, & paruæ Ciuitatis non mutat prærogatiuam Regis.*
17 *Eandem dignitatem habet Defenſor magnæ Ciuitatis, ac Defenſor paruæ.*
18 *Metropolis dicitur Ciuitas mater, hoc eſt maior cęteris, ſeu ex qua Coloniæ deductæ ſunt.*
19 *Metropolitanus a menſura Ciuitatum, quibus præeſt, dictus eſt, & decem, vel vndecim Ciuitates, & totidem Epiſc. ſub ſe habere debet.*
20 *Ciuitates habentes Archiepiſcopum dicuntur Metropolitanæ.*
21 *Ciuitates minores, quæ dicantur.*
22 *Ciuitates minores differunt inter ſe, quia nonnullæ habent iuriſdictionem.*
23 *Ciuitates regularitèr non poſſunt confiſcare bona, cum hoc ſit meri imperij.*
24 *Ciuitas inſignis dicitur arbitrio Iudicis.*
25 *Ciuitatum diſtinctio in maximas, magnas, & paruas antiquitus etiã aderat, & ante aſſignationem Epiſcoporum, ſeu Archiepiſcop.*
26 *Ciuitas denuò conſtruenda quas habere debeat qualitates.*
27 *Ciuitas, Vrbs, Municipium idem important.*
28 *Quæ ſit differentia inter Oppidum, Caſtrum, Villam, Vicum, Burgum, & Terram.*
29 *Quid ſit Oppidum.*
30 *Quid Caſtrum; & an vendito Caſtro, cenſeatur vendita eius iuriſdictio.*
31 *Quid Villa, & an, & quando ſubiaceat Ciuitati viciniori.*
32 *Quid Vicus.*
33 *Quid Burgus.*
34 *In Burgis Romanis adeſt particularis Gubernator, & multas habet facultates, ac priuilegia.*
35 *Qui habitant in Burgis, dicuntur habitare in Ciuitate.*
36 *Burgi aliquando appellantur Pomeria, & horum idem eſt iudicium.*
37 *Qui vult ædificare iuxta muros, debet dimittere ſpacium quindecim pedum.*
38 *Arbores intra Pomerium naſcentes officio Iudicis excidendæ ſunt.*
39 *Arbores per 15. pedes extendunt radices, & vbi ædificijs noxiæ ſunt, euelli debent.*

40 *Nulla læſio remouetur, cuius origo non tollitur.*

41 *Referuntur exempla inciſionum arborum, & demolitionum domorum, vt fortilitia magis tuta reddantur.*

42 *Continentiæ, & Suburbia Ciuitatum dicuntur arbitrio Iudicis.*

43 *Statuta, & Conſtitutiones, quæ loquuntur de Aedificijs ad ornatum Vrbis, an habeant locum in Suburbijs.*

44 *Muri Ciuitatum ſunt quaſi Diuini Iuris, & delinquentes in eis capitali pœna mulctantur.*
Declara in muris Romanæ Vrbis, nam in alijs Ciuitatibus delinquentes extra ordinem puniuntur. num.45.

46 *Muri Ciuitatum qui propriè dicantur.*

47 *Muros municipales ſine Principis, vel Præſidis auctoritate reficere nõ licet, nec aliquid eis coniungere, vel ſuperimponere.*

48 *Incolæ Ciuitatum conferre debent pro rata ſui æſtimi ad conſtructionem nouorum murorum, ſeu veterum firmiorem renouationem.*

49 *Opinio, & doctrina Lucæ de Penna refertur circa conſtructionem murorum.*

50 *Eccleſia, vel Eccleſiaſticæ perſonæ an concurrere debeant in conſtructione, & reparatione murorum; & quo pacto.*

51 *Quid ſeruatum fuit in conſtructione murorum Ciuitatis Hieruſalem.*

52 *Quando inſtat bellum, an cuſtodia Ciuitatum communis ſit Clericis, & Laicis, & nemo excuſetur.*

53 *Melius eſt in ocio, & pace murorum conſtructioni vacare, quàm bellis inſtantibus.*

54 *Munitio tractanda eſt ſemper in ocio, quia tunc male quæritur, quando neceſſaria iudicatur.*

55 *Mergi, & Delphini, qui tempeſtates naturalitèr præuident, antequam ſuperueniant, in tuto ſe recipiunt.*

56 *Si imponatur collecta pro refectione murorum, an poſſit Clericus, vel alius ad effugiendam collectam petere, vt aſſignetur ſibi portio operis reficiendi.*

57 *Clerici non tenentur ad munera ſordida, nec ad hoſpites recipiendos, puta birruarios, vel alios Curiæ executores miſſos ad inquirendos, & capiendos exules, & bannitos.*

58 *Milites non tenentur præſtare ſeruitia perſonalia in reparatione viarum, &c. ſed tantùm ad mercedem artificum, & emptionem cementorum.*

59 *Ciuitas quomodo, & quibus circumſtantijs conſtruenda ſit.*

60 *Ciuitas, ſeu Caſtrum diminutum quomodo reparandum, & ſarciendum.*

61 *Caſtra, ſeu Oppida plura, ſi ſimul vniantur, quid ſeruandum erit in iuribus cuiuſque ipſorum.*

62 *Ciuitatis in conſtructione quis ordo ſeruandus, & quid primo loco ædificandum.*

63 *Ciuitates, & Caſtra ædificari non poſſunt ad æmulationem.*

64 *Sub nomine Ciuitatis, & Caſtri non comprehenduntur Vniuerſitates.*

65 *Ciuitas, & Oppidum non poteſt vendi, ſeu alienari a Domino, inuitis ſubditis, & vaſallis.*

66 *Ciuitas, vel Oppidum non poteſt in præiudicium ſui Superioris alium ſibi Superiorem eligere.*

67 *Lapus reprehenditur, dum ſcribit Ciuitatem Tudertinam non eſſe ſubiectã Eccleſiæ, nec potuiſſe illius homines ſe illi ſubijcere.*

68 *Ciuitas ſubiecta an, quomodo, & quanto tempore poſſit acquirere, & præſcribere libertatem, & merum, ac mixtum imperium contra Superiorem.*

§. I.

Gloſſa 3.

Ciuitate.

CAP. VIII.

1 CIVITAS dicitur hominum multitudo ſocietatis vinculo coadunata, murorum ambitu terminata, & mille paſſuum ab ipſis muris protendens, *l. mille 154. ff. de verb. ſignific. c. ſi Ciuitas, & ibi Doctor. de ſenten. excommu. in 6. Archid. in c. in illis, diſtin. 80.* vide *Virgil. de Boccat. Comm. in Conſtit. Picen. gloſ. 6. num. 72. & ſeq.*

2 Propriè verò dicitur hodie Ciuitas, quæ habet Epiſcopum, *d. c. in illis, diſt. 80.* & ſicut Ciuitatis nomine non cõprehenditur Diœceſis, ita etiam nec è contra; latè *Hieron. de Monte tract. de finib. cap. 5. n. 2. & per tot. Nicol. Loſeus tract. de iur. vniuerſ. part. 1. cap. 2. nu. 13. & ſeq. Marſil. tract. bannit. in verb. Ciuitate, nu. 1. & alibi, vbi ad ſaturitatem; Lucas de Penn. in l. 1. num. 3. C. de Metropol. Berit. lib. 11.* vbi aſſignat differentiam inter Ciuitatem, Vrbem, & Oppidum.

3 Ciui-

3 Ciuitas in tres partes diuiditur; prima
eſt Ciuium; Secunda Diſtrictualium, Ter-
tia Oppidanorũ ſeparatorum ab illo terri-
torio Ciuitatis. *Menoch. conſ. 75. num.24.*
Hiero. de Mont. tract. de finib. regund. cap.5.
num.6. vbi quòd aliquando Ciuitas largius
accipitur, etiam quòd tractetur de mune-
ribus ſubeundis,& iuriſdictione exercenda;
& ſub eius appellatione continentur Caſa-
lia, Vicus, Territorium, Diſtrictus, & ha-
bitatores eorum, *l. Mediterraneæ, C.de an-*
non. & trib. lib.10. l.qui ex vico, ff. de muni-
cip. l.fin. ff.de iuriſd. omn.iud. ac etiam com-
prehenditur Portus, & Mare illi adiacens,
ſecundùm *gloſ. in c.vbi periculum, §. porrò,*
verſ.cum ſua Curia, de elect. in 6. Et quan-
4 do dubitatur, an aliqua Villa, ſeu locus ſit
de Territorio Ciuitatis, conſiderandam
eſſe opinionem vulgi, & qualitèr à vulgo
appelletur, *Bald.in conſ.183. num.2. & per*
5 *tot. lib. 2.* Et qui in vico naſcitur, non de-
ſinit eſſe Ciuis, *l. qui ex vico, ff. ad muni-*
cip. Menoch. conſ.75. num.97. & ita *fuit di-*
ctum ab hac Sac. Congregatione in cauſa Vi-
terbien. menſe Maij 1635.
6 Efficitur autem Ciuitas, ſi Papa, vel Im-
perator ſcribat Caſtro, vel Oppido vt Ciui-
tati; *Inn. in c. cum ab Eccleſiar. in 1. colum.*
in fin. de off. ordin. & ibi Io: Andr. quos refert
Marſil. tract. de bannit. in verb.ciuitate, n.3.
7 & requiritur auctoritas Principis, ad hoc
vt Caſtrum fiat Ciuitas, *Bart. in l.fin. ff. de*
Coll. illicit. & alij relati à Marſil. loco citato
num.4. Et ita vidimus annis retroactis ab
8 eodem Pontifice Clem. VIII. in Ciuitatem
erectum Caſtrum Plebis in Ætruria, & ho-
die vocatur Ciuitas Plebis; *Nicol. Loſeus de*
iur. vniuer. par.1. cap.2. nu.70. & 71. vbi non
9 ab alio, quàm à Summo Pontifice, quia ipſe
ſolus creat,& facit Epiſcopos.
10 Ciuitatum verò tria ſunt genera, aliæ mi-
nores, aliæ maiores, aliæ maximæ, vt legitur
in l.ſi duas, ff. de excuſat. tutor. Maximas Ciui-
tates illas eſſe puto, quæ ad modum Reip.
gubernantur, & ſuperiorem non recognoſ-
cunt, & regalia iura habent ad inſtar Impe-
11 ratoris,& in Italia nũc ſunt Reſpub. Veneta,
quæ vt omnimoda libertate fruitur, ſic Im-
peratorem ipſum non recognoſcit, *Menoch.*
conſ.2. num.63. & alij per eum adducti. Ita
Reſpub. Ianuenſis, cuius Dux,& Conſilium
in temporalibus in Terris ſuis, & toto ſuo
Diſtrictu nullum Regem cognoſcit Superio-
rem, eſt enim Princeps ibidem, & quicquid
inter ſuos ſubditos ſtatuit, & decernit, legis
habet vigorem, *Contard. in l.vnic. lim. 22.*
C. ſi de moment. poſſeſ. nu.12. & ſeq. Bald.
conſ. 182. num. 3. & per tot. lib. 5. Menoch.
conſ. 2. num.49. & ſeq. vbi varios illius Ciui-
12 tatis ſtatus enumerat, & tandem à Carolo
Quinto Imperatore anno 1529. libertatem
conſequutam fuiſſe dicit.
Pari ratione Reſpub. Lucenſis appellari
poterit Ciuitas maxima, cum nec ipſa ſu-
periorem recognoſcat, quia ſi Ciuitates,
quæ ſubtrahunt ſe de facto ab obedientia
ſuperioris, vſucapiunt ſibi iura Principis,
nec patiuntur diſputari de validitate ſuorũ
ſtatutorum, *Abb. in c.in noſtra, nu.5. verſ.*
nam communitèr, de iniur. & damno dat. Fe-
lin. in c. quæ in Eccleſiarum, num.33. verſ.
tertius caſus, de conſtit. & quòd Ciuitas poſ-
ſit pręſcribere merum, & mixtum imperiũ
13 de communi teſtatur *Marſil. in verb. Ciuita-*
te, num. 55. multò fortius hoc poterunt,
quando prætio interueniente in libertatem
ſe vindicarunt, quia hoc prouenit ex con-
tractu vltro citroque obligatorio, ad cuius
obſeruantiam etiam Princeps tenetur, cum
ſit de iure gentium, *c. 1. de probat. Abb. in*
d. c. in noſtra, num.6. verſ. nam & ipſe Prin-
ceps, de iniur. & damno dat. Gomeſ. in c.1.
num. 141. de conſtit. in 6. Ciuitas verò Lucē-
14 ſis redemit ſuam libertatem a Rodulpho I.
Imperatore precio ſcutorum duodecim
mille auri; & Ciuitas Florentina ſcutorum
ſex mille, vt refert *Platina in vita Honorij*
Quarti, & Petrus Meſsias in vita dicti Im-
peratoris; & hoc factum fuit circa Salutis
annũ 1288. vide *Menoch. conſ.2. n.66. & 67.*
15 Magnæ verò Ciuitates illæ dici poſſunt,
quæ licèt ſuperiori, puta Papæ, Imperato-
ri, Regibus ſubſint; tamen in illis ipſemet
Princeps ſua collocauit Sedem, ibiq; ius, &
iuſtitiam adminiſtrat, exempli gratia Ro-
ma, Florentia, Neapolis, Mediolanum,
Bononia, Ferraria, vbi licèt non reſideat
Princeps ipſe ſupremus, adſunt tamen Le-
gati de Latere, & Proreges, quorum aucto-
ritas, & poteſtas magna eſt, vt de poteſtate
Legati ſcripſit *Gambar. & alij multi: de po-*
teſt. Proregis, Franc. a Ponte Neapolitanus, &
aliæ huiuſmodi Ciuitates, quæ licèt non
habeant iura regalia,& ſuperiorem reco-
gnoſcant, tamen inter cæteras magis elu-
cent, *l.vnica, C.de priuileg. Vrbis Conſtant.*
lib.11. l. Roma, ff. ad municip. Honorē enim
ſemper ſuſcipit, qui colloquia Principis de-
centèr acquirit,& quęque Dignitas tantum
clara eſt, quantum ipſius Principis conſpe-
ctus illuſtrat, vt ait *Caſſiod. lib.6. variar.*
cap.17. in formula Referendariorum.
16 Quamuis iſta qualitas magnæ, vel paruæ
Ciuitatis Regni prærogatiuam non mutet,
c.penult. diſt.96. Decia. reſpon. 19. num.209.
17 *volum.3.* ſubdens eandem habere dignitatē
Defenſores magnæ Ciuitatis,& æqualem,
quam habet Defenſor paruæ. *§. quæ igitur,*

Auth.de defenſor. Ciuit.quem refert *Maſtrillus de Magiſtrat. libr.* 4. *capit.* 14. *num.* 21. *&* 22.

18 Magna etiã Ciuitas appellatur Metropolis; nã Metrop.diciturCiuitas mater,hoc eſt maior cæteris,vt notat *Alciat. in l.vnica C. non lic.habit.metrop.lib.*10.*& ſecundũ Budæũ* Metropolis dicitur Vrbs, ex qua Coloniæ deductæ ſunt, quales multæ Athenis, & ab Vrbe Roma; ſic enim ſe habet Metropolis
19 ad Coloniam, vt mater ad filiam. Hinc Metropolitanus a menſura Ciuitatum, quibus præeſt, dictus eſt, 21. *diſt.c.Cleros*; & decem, vel vndecim Ciuitates, totidemque Epiſcopos ſub ſe habere debet, *6.quæſt.3.c.ſcitote*; *Luc. de Penn. in l.vnica num.2. C.de Metrop.Beryt.lib.11. quamuis gloſ. in d.l.ſi duos, in verb. maximæ,ff. de excuſat. tutor.* Metro-
20 politanas ponat inter maximas, vt ibi. Sed poteſt etiam concordari, quia Ciuitas Venetiarum eſt Metropolis,quamuis non omnes Ciuitates Metropolitanæ poſſint appellari maximæ, vt patet in Regno Neapolitano, vbi multæ ſunt Ciuitates, quæ habent Archiepiſcopum, qua ratione dicuntur Metropolitanæ, & tamen vix inter minores Ciuitates connumerari poſſunt.

21 Minores verò Ciuitates omnes illas appellare poſſumus, quæ habent Epiſcopum, iuxta hodiernum modum loquendi, *c. in illis,diſtinct.*8.& ideo Ciuitates dicuntur, quatenus cum iuſtitia, & Magiſtratuũ ordinatione gubernantur; *Luc.de Penn. in l.vnica num.3. C. de Metropol. Beryt. lib.* 11. etſi careant Epiſcopo, & muris debito more cinctæ fuerit, ſtrictè loquendo Vrbes dici poterunt, *l. 2.ff. de verb.ſignif.l. pupillum, §.oppidum,ff.eod.tit. Luc.de Penn.loco citato & vide Felin. in c.Rodulphus, num.1.& alibi de reſcript.*

22 Verùm etiam inter iſtas Ciuitates minores aliqua differentia collocanda eſt, nam multæ ex illis, vel ex præſcriptione, vel priuilegio, vel conſuetudine, aliquando etiã titulo emptionis habẽt poteſtatem eligendi officiales, & iuſtitiam adminiſtrandi, ac merum, & mixtum imperium, vt bene probat *Nicol. Loſe.tract. de iur. vniuerſ. par.* 1. *cap.2. num.22.& notat Maſtrill. de Magiſtr. lib.1.cap.7. num.fin. & alibi*; Et inter cæteras, Ciuitas Vrbeuetana Patria mea cum decem Caſtra, tanquam illorum Baroniſſa poſſideat, ibique officiales ad ius, & iuſtitiam adminiſtrandam ponat, & amoueat ad nutum, & omnimodam gladij poteſtatem in ſubditos, & vaſſallos exerceat, quàmuis Sedi Apoſtolicæ ſubdita, & quidem libentiſſimè maneat, tamen ab alijs Ciuitatibus, quæ has prærogatiuas non habent, differre debet, & aliqua ſpecialiori nota digna erit, *Marſil. tract.bann.t.in verb. mihi patria, num.*1. *& latius in verb.Ciuitate, num.*140.*&* 141.*& faciunt quæ congerit*
23 *Maſtrill. de Magiſtr. lib.* 4. *cap.*16. *de Baron. iuriſdict. & eod.lib.4.cap.14.de iur.prærogat. inter titulatos*; *vide etiam Nicol. Loſeum loco ſupra citato num.* 22. *&* 23. vbi facit illatiotionem, Ciuitates regulariter non poſſet confiſcare bona, nam hoc eſt meri imperij, *l.* 1. *C.de bon.vacant. lib.*10. niſi tamen hoc habeant ex priuilegio, vel conſuetudine, nam iſta paria ſunt, *Innocen. in c. poſtulaſti, de foro competent.*

24 Quæ autem cenſeatur Ciuitas inſignis, in qua habeat locũ diſpoſtio *c.ſtatutum, de reſcript.in 6.* dicas, iudicis arbitrio relinquẽdum eſſe, *ex Menoch. de arbitr. lib. 2. cent.2. caſ.*158. *Bonifat. VIII. num.3.& 4.*

Hanc eandem Ciuitatum diſtinctionem, ideſt maximarum, magnarum, & paruarum affert *Nicol. Loſeus tract.de iur. vniuerſ. par.*1. *cap.*2. *num.*20. dicens huiuſmodi di-
25 ſtinctionem habuiſſe locum antiquitus, & antequam eſſent Epiſcopi, & Archiepiſcopi, tunc enim maximæ Ciuitates dicebantur illæ, in quibus erat forus cauſarum, cui ſuberant multæ aliæ Ciuitates etiam habentes merum imperium: magnæ Ciuitates dicebantur, quæ habebant merum imperium, non tamen habebant alias Ciuitates ſub ſe: paruæ autem Ciuitates erant, quæ non habebant merum imperium, ſed ſolum iuriſdictionem,quæ datur Defenſoribus Ciuitatum, vt ibi per eum, & adducit *tex. in d.l.ſi duas, ff.de excuſat. tutor.* ſubdens,quòd illa Ciuitas, quæ erat maxima, vocabatur metropolitana; & hoc reſpectu inuentum eſt, vt Ciuitas, cuius ſedes ſit Archiepiſcopalis, dicatur metropolitana, quia habet ſub ſe plures Epiſcopos habentes merum imperum, illa verò, quæ habet Epiſcopum, dicitur Ciuitas non metropolis, *Bart. in l. vnica num.2. C.de metrop. Beryt.lib.11.nu.1. & 2.& idem in Conſtit. qui ſint rebelles, in verb.Lombardiæ, num.* 7. *& alij adducti per Loſeum loco citato num.21.latè Franc.Marc. quæſt.366.ferè per tot.* vbi agit de Prouinciæ, Patriæ, & Ciuitatis diffinitione, & differentia; ac inter *Conſtitutiones Aegidianas* habes in Prouincia Marchiæ quæ dicantur, & ſint Ciuitates maiores, magnæ, mediocres, paruæ, minores, *in cap.* 54. *lib.* 2. *viden.*

26 At ſi cognoſcere cupis ſitus opportunitatem, terræ fœcunditatem, commercij facilitatem, quibus ex cauſis homines magis alliciantur ad habitandum in vna, quàm alia parte, quò citius bona mercimonia

tranſ-

transferâtur ex vno in alium locum, & alia
multa nedum ad conſtruendam Ciuitatem
ſed etiam ampliandam, & conſeruandam,
vide *Io. Boter. in ſuo breui tractat. qui vulga-
ri idiomate circumfertur. Delle cauſe delle
grandezze, e magnificenza della Città* in tres
partes diuiſus, & vt plurimùm legitur poſt
tuns tract. *della ragion di ſtato*.

27 An autem differant inter ſe Ciuitas, Vrbs,
Municipium, dicas nullam adeſſe differen-
tiam, niſi verbalem, *l. ſi quis, l. ſingulorum,
C. de ædific. priuat. l. præſcriptio, C. de operib.
publ. Bart. in Auth. quibus modis natur. effic.
ſui, §. 1. num. 4. & 5. l. 1. ff. ad municip. gloſ. 2.
in l. legatis, ff. ex quibus cauſ. maior.* quàm-
uis Municipium magis latè pateat, nam po-
teſt accipi pro Villa, & Caſtro, vt notat *Lo-
ſeus loco ſupra citato a n. 24. vſque ad 33. &
viden. eſt Sigon. de antiq. iur. Italiæ, lib. 2.
cap. 6. 7. 8. & 9.*

28 Quæ autem ſit differẽtia inter Oppidum,
Caſtrum, Villam, Vicum, Burgum, ac Ter-
ram, dicas Oppidum ex eo appellari, qua-
tenus in eo ſit copia incolarũ, *Luc. de Penn.
in l. vnica, num. 3. C. de Metrop. Beryt. lib. 11.
verùm I.C. in l. pupillus, §. Oppidum, ff. de
verb. ſignific.* ait Oppidum ab ope dictum,
29 cuius rei cauſa mœnia ſunt conſtructa, & di-
citur Terra muris cincta, quæ fert opem cõ-
tra hoſtes, *Ieſ. in l. ſi hæres, §. 1. num. vltim.
ff. de legat. 1.* & hoc de ſtricta ſignificatione
vocabuli, *largè enim,* & *generaliter* Oppidũ
dicitur quælibet Ciuitas præter Romam,
*Marcus deciſ. 366. num. 29. vol. 1. Loſeus loco
citat. num. 44. & 45. Greg. Tholoſ. ſyntag.
iur. vniuerſ. lib. 2. cap. 29. num. 1. Alciat. in
l. pupillus, 239. §. Oppidum, ff. de verb. ſignif.*
qui putat nihil aliud eſſe, quàm propugna-
culum aduerſus hoſtes.

30 Caſtrũ dicitur quaſi Caſa alta, ſeu fortis,
& munita muris, ſeu vallo; vel dicitur Ca-
ſtrũ quaſi Caſa ſtricta, quia habitatio Caſtri
nõ debet eſſe diffuſa, & nimis ſpacioſa, ne
multa egeat cuſtodia, *l. quicũque, C. de fund.
limitroph. lib. 11. Doct. in c. ſi Ciuitas, de ſen.
ten. excom. in 6. Andr. Gail. obſeru. 62. Ca-
ſtrum dicitur, n. 1. lib. 2.* vbi tractat de iurib.
Caſtro competentibus, & eius pertinentijs:
ſed nunquid vendito Caſtro, cenſeatur ven-
dita iuriſdictio illius, affirmatiuam tenet
*Fabian. de Monte tract. de empt. & vend. 6.
quæſt. princ. ſub nu. 12. & 13.*

31 Villa dicitur locus ſine muris, *Marſil. in
tract. bannit. in verbo Ciuitate, num. 2.* & de
Villa facit mẽtionem I.C. *in l. 83. §. qui fun-
dum, ff. de legat. 1.* & ponitur pro ædificio
poſito in Rure, *l. fundi appellat. ff. de verb.
ſignific. gloſ. in l. 8. §. vltimo in verb. villam,
ff. ſolut. matrimon.* & iuxta hanc ſignifica-
tionem diuiditur in *vrbanam*, ruſticam,
& fructuariam, vt notat *Spicileg. in lexi. iur.
in verb. villa diuiditur.* Sed nos accipimus
Villam, prout eſt congregatio hominum,
& vnitas quædam domorum ſine muris, vt
dicit *Marſil. loco citato,* & dicitur quaſi val-
lata, & circumdata, & quæ ſit extra muros
Ciuitatis, *l. 1. C. ne ruſtican. ad vllum obſeq.
deuo. lib. 11. Nicol. Loſæus in tract. de Vniuerſ.
par. 1. cap. 2. num. 39.* & Villam, quæ non
habet corpus Vniuerſitatis, non mereri no-
men Caſtri, nec vllam habere iuriſdictio-
nem, ſed ſubeſſe Ciuitati viciniori; probat
*tex. in l. nulli, §. fin. C. de Epiſcopis, & Cleri-
cis, & apertè ſcribit N. Baldella in Theolog.
moral.* è Societate Ieſu, & Magiſter meus
ſemper honorandus *tit. de leg. lib. 5. diſput. 4.
num. 5. verſ. ſimilitèr enim.*

32 Vicus eſt nomẽ generis, & de eo facit mẽ-
tionem *I.C. in l. qui ex Vico, ff. ad Municip. &
in l. ſi hæreſ. 76. §. cuius ff. de leg. 1.* & Vicus
eſt, qui nulla Ciuitatis dignitate decoratur,
ſed quia vice Ciuitatis, cui ſubeſt, regitur:
Ideo Vicus dicitur, quia vijs, & non muris
clauditur, *gloſ. 1. in dicto §. vicus; Loſeus lo-
co citato num. 43.* & Vicum eſſe partem Ci-
uitatis, ſiue Vrbis, quæ ex multiplicatis do-
mibus ſit, & ex pluribus Vicis Vrbem con-
ſtare: diuiditur enim Vrbs in Vicos, quaſi
in membra minora, & hunc eſſe Vicum
Vrbanum ad differentiam Vici Ruſtici, qui
dicitur, cum plures ſimul Villæ quæ Pagi
dicuntur, hoc eſt plures ruſticanæ domus
coniunctæ ſunt, & aliquo ſpacio ab Vrbe
remotæ, dummodo non ſint mœnibus clau-
ſæ, ait *Spicileg. in lexi iur. in verb. Vicus, vbi
ſe remittit ad notata in l. ſi in Eccleſijs, C. de
Epiſc. & cleric. l. ſi hæres, 76. §. vicis, ff. de
leg. 1.*

33 Burgus etiam eſt nomen Vniuerſitatis,
l. penult. C. de fundis rei priuatæ, lib. 11. vbi
Luc. de Penn. nu. 1. dicit Burgos eſſe Caſtra,
ideſt crebra per limites habitacula conſtitu-
ta, quæ Burgi vulgò vocantur, & inde Bur-
gundiorum genti nomen inhæſerit, quos
quõdam ſubacta Germania vlteriori Adria-
no, & Tiberio filijs adoptiuis Cæſaris per
Caſtra diſpoſitos in magnam creuiſſe gen-
tem, atque ita nomen ex opere præſumpſiſ-
ſe, quia crebra per limites habitacula con-
ſtructa Burgus vulgò vocatur, *Paul. Oroſius
lib. 7. ad Auguſt.* & hoc nomen ex locis aſ-
ſumpſerunt, vt tradit *Iſydor. lib. etymolog.*
Et regularitèr apud nos Italos Burgus dici-
tur collectio domorum Ciuitati cohærens,
licèt ſint extra muros; & habemus in Vrbe
totam illam partem exiſtentem vltra Pon-
tem S. Angeli (quæ aliàs a Leone IV. Sum-
mo Pontifice dicta fuit Vrbs Leonina) &
hęc

34 hæc appellatur Burgus, & in plures etiam
Burgos diuiditur, itaut quælibet via faciat
ſuum Burgum, hinc Burgus vetus, Burgus
nouus, Burgus Pius, qua in re vide *Conſtit.*
101. *Pij IV. in Bullar. nouo tom. 2. pag. 155.*
vbi habes priuilegia inibi ædificantium, &
habitantium: Omnes tamen iſti ſub vno
Iudice reguntur, qui priuatiuè iuriſdictio-
nem exercet in dicto Burgo, & cumulatiuè
per totam Vrbem vigore *Conſtit. 4. Iulij 3.*
in Bullar. nouo Cherubin. tom. 1. pag. 694.
vbi videre poteris eius facultates, & aliqua
etiam *in Conſtit. 58. §. 23. Pij IV. d. Bulla.*
tom. 2. pag. 80. quod quidem gubernium
regulariter conceditur a Summis Pontifici-
bus eorum Conſanguineis vnà cum Cuſto-
dia Caſtri S. Angeli: ſic fecit ipſe Iulius III.
& Succeſſores ſequuti ſunt: Ipſe verò Gu-
bernator deputat Iudicem I. V. D. qui in
ipſo Burgo continuè reſidet, & ius, iuſtitiã-
que adminiſtrat, vt notum eſt: Alius quo-
que Burgus in Vrbe in Monte Quirinali
tendens verſus Portam Nomentanam, aliàs
Piam, & hic Burgus appellatur Felix a Sixto
Quinto, qui ante Pontificatum Felix voca-
batur, & dicitur etiam Burgus S. Bernardi,
ab Eccleſia in ipſo Burgo exiſtente in ho-
norem huius Sancti dicata, ſiue vt *Cherub.*
iun. vult in Schol. 1. Conſtit. d. Sixti, a locis, vbi
hic Burgus eſt ſpectãtibus ad Confraterni-
tatem S. Bernardi; & habitantes in d. Burgo
multis gaudent priuilegijs *ex Conſtit. 103.*
dicti Sixti V. in Bull. Cherub. tom. 2. pag. 679
vbi dictus Cherub. iun. ſchol. 2. quærit, qui
dicantur propriè habitatores dicti Burgi,
ad hoc vt priuilegijs gaudeant, & ait, qui
in aliqua dicti Burgi domo faciunt focum,
tenent lectum, comeduntque, & bibunt, *ex*
Bal. in conſ. 242. quia veritas, lib. 1. num. 8.
& conſ. 198. ſtatutum Ciuitatis, lib. 2. num. 3.
vel qui in ea tenet familiam, licèt ipſe ſeor-
ſum habitet, idem *Bald. conſ. 234. lib. 1. in*
princ. vbi ad finem ampliat etiam in habi-
tante de nocte, vel de die tantùm; et facit
Thomat. de collect. §. non obſtant. numer. 31.
verſ. ſi aliquis clericus, vbi quęrit, an cleri-
cus habens domum in Ciuitate, et moretur
in Burgo, ſeu Vico, teneatur ad refectionem
murorum Ciuitatis, & affirmatiuam tenet,
non ſolùm ratione domus ſitæ in Ciuitate,
ſed etiam quià Vicus, & Burgus eſt pars Ci-
uitatis, quæ tamen intellige cum declara-
rationibus, de quibus infra *cap. 28. nu. 77.*

35 Et qui habitant in Burgis, dicuntur habi-
tare etiam in Ciuitate, *Marcus deciſ. 365.*
num. 41. lib. 1. quem refert *Loſeus de iur. vni-*
uerſ. par. 1. cap. 2. num. 46. Thomat. loco pro-
ximè citato verſ. Quod ſi Clericus.

Quod autem notat *Luc. de Penn. d. l. cum*
qui, num. 1. verſ. cæteris corporibus, C. de fund.
rei priuat. lib. 11. Burgum ſcilicet eſſe cor-
pus per ſe, & ſic poſſe facere Syndicum
per ſe, cum ſit quædam Vniuerſitas; id
certè in Burgis Romanis non militat, quia
ibi habitantes faciunt vnum corpus cum
alijs Ciuibus Romanis, & conueniunt in
Capitolio, ibique ſicut cæteri Ciues reci-
piunt honores, dum illis digni ſunt.

36 Et iſti Burgi aliquando appellantur Po-
metia, & Suburbia, *gloſ. in l. cui, in verbo*
pomerio, ff. de ſer. expor. quam refert *Hie-*
ronym. de Monte tract. de finibus regun. cap. 5.
num. 12. & cui interdictum eſt Pomerium,
Ciuitas ipſa interdicta eſſe videtur, *gloſ. in*
c. latorem, in verb. niſi prius, 33. quæſt. 2.

Et quòd idem ſit iudicium de Pomerio,
& muris Ciuitatis, itaut ſicut in iſtis non
poteſt habitari, neque arari, & qui vult
37 ædificare iuxta muros Ciuitatis, debeat
dimittere ſpacium quindecim pedum,
prout in l. maniana, & l. ſi cui, & ibi gloſ. C.
de ædific. priuat; ne quid mali, vel ſiniſtri
excogitari poſſit, vel etiã propter incẽdij,
& ruinæ periculũ, ita etiam hoc idẽ in Po-
merio ſeruandũ putat idẽ *Hieron. de Monte*
tract. de finibus cap. 5. a n. 13. vſque ad fin. &
38 *nu. final.* ait, Iudicis officio excidendos eſſe
arbores intra Pomeriũ naſcentes, aut pul-
lulantes, ne earum radices muros offen-
dant, *l. 1. C. de aquæd. lib. 11. vbi Bar. in fin.*
39 notat arbores per quindecim pedes exten-
dere radices; & vbi ædificijs noxiæ ſunt,
euelli debent, nam vt *Caſſiodorus, ait lib. 5.*
variar. cap. 38. quæ nunc virgulta ſunt, eruut,
ſi negligantur, & robora, & lib. 7. cap. 6. In
primis noxias arbores, quæ inferunt fabrica-
40 *rum ruinas, dum ſunt quidam męnium impor-*
tabiles arietes cenſemus radicitùs amputari,
quia nulla læſio remouetur, cuius origo non
tollitur: quem etiam refert *Luc. de Penn. d.*
l. 1. nu. 1. verſ. vnde Caſſad. C. de aquæd. lib.
11. ipſe verò *Hieron. de Monte loco citato*
num. final. ponit caſum ſub Paulo Quarto
de anno 1556. occurſum in Vrbe, vbi plu-
res priuatorum vineæ, ac parietes prope
41 mœnia exiſtentes demolitæ fuerunt, ad ef-
fectum muniendi Vrbem, quæ a militibus
Cæſarianis, & Philippi Regis Neapolita-
ni obſeſſa fuerat. Et idem annis proximè
elapſis, hoc eſt 1629. multæ quoque vineæ,
& domus eradicatæ, & ſolo æquatæ fue-
runt exiſtentes circa Caſtrum ſancti Ange-
li, vt ſcilicet Caſtrum ipſum tutius redde-
retur, & apertiorem haberet proſpectum:
verùm a ſan. mem. Vrbano VIII. Dominis
dictarum vinearum, & domorum iuſtum
pretium ſolutum fuit, quia de iure ſolui
debet, licèt de facto male ſeruetur, vt ait

Luc.

Luc. de Penn. in l. hac prouidentiſſima, n.10. videndum C. de quibus mun. nemin. liceat, lib.10. Sed in Vrbeueteri quia multi Ciues circa illius Ciuitatis mœnia hortos concluſos, & Oliueta plantauerant, tanquam in loco ex ſupradictis prohibito, & intra quindecim pedes, aperta fuit via, & horti, oliuetaque ſublata de mandato eiuſdem ſan. mem. Vrbani VIII. anno 1624. nec aliquid prætenſis Dominis, ſeu potius occupatoribus ſolutum.

42 Quæ autem dicantur continentia, & ſuburbia Ciuitatis, arbitrio iudicis relinquẽdum eſſe dicit *Menoch. de arbitr. lib.2. cent. 2. caſ.155. ædificia, num.12.*

43 Sed an Conſtitutiones, quæ in multis Ciuitatibus ſunt, concedentes volentibus ædificare lautè poſſe alium priuatum ſibi contiguum cogere ad vendendam domum locum, vel aream, an inquã iſtæ Conſtitutiones locum habeant, cum quis vult ædificare in ſuburbijs; *Menoch. loco proximè citato num. 9.* mouet hanc quæſtionem, & poſt adductas opiniones contrarias, ipſe affirmatiuam tenet, quia huiuſmodi Conſtitutiones fauore publico editæ ſunt, vt Ciuitates ædificijs ornentur, *l.1. & 2. C. de ædific. priuat.* quare lata interpretatio faciẽda eſt, vt comprehendat etiam ſuburbia, *vt ibi per eum num.10.*

Et in Vrbe Roma Conſtitutiones ad ornatum Vrbis ediderunt *Sixtus Quartus, & Leo Decimus,* quas innouauit *Pius Quartus conſtit. 102. Bull. nouo tom. 2. pag. 158.* Sed per non vſum fortè ſublatas illas reſtituit *Greg. XIII. conſtit. 22. d. Bullar. & to. pag. 387.* & ad vineas, & viridaria extenduntur: quæ autem ſint neceſſaria, vt dictarum Conſtitutionum diſpoſitioni locus ſit, vide *Gratian. diſcept. forenſ. 752. num. 1. & per tot.*

Sed cum de muris Ciuitatis, Oppidorũ, Caſtrorumque inciderit ſermo, non ab re fore putaui, aliquid etiam de huiuſmodi muris adducere.

44 Et primò ſciendum eſt, Ciuitatis muros eſſe quaſi Diuini Iuris, *Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib.2. cap. fin. num. 1.* Vnde in eis delinquentes capitali afficiuntur pęna, *l. fin. ff. de rer. diuiſ. §. ſanctæ, Inſtit. de rer. diuiſ. Miſinger. ibi. num. 68.* quod tantùm de

45 muris Romanæ Ciuitatis exaudiendum eſſe dicit; nam Remus ob id occiſus fuit, *Liuius lib. 1. ab Vrb. condit. & alij multi;* qui verò muros aliarum Ciuitatum, & Caſtrorum violant, extra ordinem puniuntur pœna iudicis arbitraria, *gloſ. in l. 1. in fin. ff. ne quid in loco pub. Angel. & Miſinger. dicto §. ſanct.æ; Hieron. de Mont. d. tract. de finib. reg. cap.5. num.11. quem refert, & ſequitur Loſeus de iur. vniuerſ. par.1. cap. 2. num.19. ſed melius Menoch. de arbitr. iud. lib.2. cent.5. caſ. 483. Ciuitatis, num.6. & per tot.* tractat hanc materiam.

46 Qui verò propriè dicantur muri Ciuitatum, tradit *Luc. de Penn. l. hac prouidentiſsima, num. 1. C. de quib. muner. nemin. lic. ſe excuſ. lib.10.*

Sed quod magis ad rem noſtram pertinet, illud aduertendum eſt, quod *Vulpianus in l. ſacra loca, in fin. ff. de rerum diuiſ.*

47 ſanciuit, nimirum muros municipales nec reficere licet ſine Principis, vel Præſidis auctoritate, nec aliquid eis coniungere, vel ſuperimponere, vbi *gloſ. in verb. licet,* exponit non licere alicui priuato, ſed Vniuerſitati licere, prout *in l. omnes, l.2. & l. intra, C. de oper. pub. Luc. de Penn. l.3. nu.11. verſ. vnde poſsint, C. de quib. mun. min. liceat lib. 10.*

48 At in ipſa *l. omnes;* legimus, incolas Ciuitatis debere pro rata ſui æſtimi conferre ad conſtructionem nouorum murorum, ſeù veterum firmiorem renouationem, vt notat ibi *Salicet. in ſumma, & Petr. Greg. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib.2. cap.29. nu.2.* omnes certatim facta operarum collatione ad murorum inſtaurationem, ſeu extructionem inſtare debent; & idem ius erit de Portu, & Aquæductu, *l. ad Portus, & d. l. omnes, l.2. C. de oper. pub.* facta tamen peræquatione facultatum, vt quiſque ſecundùm vires patrimonij contribuere cogatur *d. l. omnes, l.2. Io. Franc. a Pont. de poteſt. Proreg. tit.3. de elect. official. §.1. num.35.*

49 Verùm *Luc. de Penn.* qui in hac materia videtur mihi magiſtraliter loqui *in ſua repetitione l. 3. hac prouidentiſsima, num. 13. C. de quib. muner. nem. lic. lib.10.* ait committendum eſſe Decurionibus Ciuitatum, ſeu Conſiliarijs, qui hodie loco Decurionum ſunt, & vicem Populi repræſentant, vt dicemus infra, vt hæc publicis impendijs exequantur; & ſi in Ciuitate ſit pecunia publica, hæc omnino eroganda erit, remoto in his publicis adminiſtrandis Præſidis officio, quia eius auctoritas eſt plerumque venalis, *l. ſi quos, C. de Decurion.* quod puto intelligendum de quibuſdam miniſtris, qui regulariter operibus publicis præficiuntur, nec manus mundas habere ſolent.

Secundò de vectigalibus publicis, & redditibus prædiorum Ciuitatum, qui fiſco, ſeu in fiſcum ſunt deferendi, ſtatutum eſt, duas tamen partes fiſco præſtãdas, tertiam verò remanere ipſis Ciuitatibus in ſuorum Decurionum, incolarumuè libera poteſtate pro his mœnijs, & operibus publicis cõſtruen-

ſtruendis, & reparandis, *l. ue ſplendidiſsimæ C. de oper. pub. l. 3. C. de diuerſ. præd. vrb. & ruſt. l. 11. l. fin. C. de vectig. & commiſ.* quod tamen & ipſe Lucas ait, malè ex cupiditate fiſci ſeruari.

Tertiò ſi quis vellet pecuniam propriam vel alienam liberalitèr erogare pro aliquo opere publico extruendo, potius eſt iſta pecunia conuertenda in reparationem veterum, quàm ad nouorum incohationem, ſi Ciuitas eius operis non indigeat, & pro ipſa reparatione pecuniæ de facili non poſſunt haberi, *l. fin. in princ. ff. de oper. pub. & optimus tex. in l. legatam, ff. de admin. rer. ad Ciuitatem pertinen.* vbi deciſum habes, pecuniam legatam Vniuerſitati, ſi non ſufficiat ad opus a teſtatore deſignatum, erogandam eſſe in eo, quod maximè neceſſarium iudicatur ipſi Ciuitati.

Quartò, ſi pecunia legata fuit Ciuitati pro ludo inſtruendo, vel alia cauſa delectationis, deberet ipſa pecunia conuerti potius in conſtructione murorum, *l. vnica, C. de expenſ. lud. lib. 11.* quia vtilitas voluptati præferenda eſt, vt ibi notatur, *& in d. l. legatam, §. ſed municipio, ff. de admin. rer. ad Ciuitat. pertin.*

Quintò, ſi Ciuitas habeat aliquas domos vel redditus, licet ea diſtrahere, vt pecunia exinde redacta ad publica mœnia inſtauranda diſpenſata proficiat, *l. fin. in princ. C. de venden. reb. Ciuit. lib. 11.*

Sextò, vbi in Ciuitate non ſit pecunia publica, vel alia, quæ in hoc poſſit cum facilitate conuerti, facienda erit deſcriptio pro viribus ſingulorum, vt in *d. l. omnes, C. de operib. publ.* videlicet, vt aſſignetur vnicuique ſeparatim, ſi commodè procedere poteſt, aliàs pluribus coniunctim ſingulis portio, quæ illos (attentis viribus omnium) exinde iuxta ratione contingit, vt *in d. l. omnes,* in aſſignatione verò operis illud ſeruandum, ſi fieri poterit, vt vnicuique locus contra domum ſuam aſſignetur, vt legimus *in 2. Eſdr. cap. 3. Surſum autem ad portam equorũ ędificauerunt Sacerdotes vnuſquiſq; contra domum ſuam:* hoc enim modo facilius, & cõmodius poterunt ad loca ipſa deferri materia cementorum, & alia opportuna, *facit l. Modios, ad fin. C. de ſuſcept. prop. & archar. lib. 10. l. 2. C. de priuil. domus Auguſt. lib. 11. l. nemo, C. de annon. & trib. lib. 10.*

Hæc autem procedunt in refectione magno ſumptu indigente, aliàs ſi paruo expediri commodè poteſt, non de publico eſt agendum, ſed ad eum, qui terrulam coniunctam habet, nam qui conſequutus eſt commoditatem ex loco, reficere debet, *l. Turres C. de oper. publ. Thomat. de collect. §. non obſt. num. 30.*

Septimò, ſi talis deſcriptio, ſeu diſtributio non poteſt commodè procedere, nec eſt in Ciuitate pecunia publica, tunc imponenda erit collecta, *l. 1. §. quibus, & ibi gloſ. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* a qua nemo erit immunis, *l. 1. C. de oper. pub.* quæ etiam celerem curſum habere debet, ideſt vt cito imponatur, & exigatur, ne murorum inſtans neceſſitas impediatur, *dict. l. omnes, C. de oper. publ.* Verùm in ipſa collectarum impoſitione ſingulorum vires attendendæ erunt, vt dicemus infra, dum erit de collectis agendum, & vide *Luc. de Penn. loco citato num. 15.* Ex his igitur patet, tunc eſſe deueniendum ad collectas, quando alitèr fieri non poteſt; *& d. Lucam ſequitur Thomat. loco citato nu. 29. & ſeq.*

50 Sed nunc quæro, an ad huiuſmodi collectam pro refectione murorum, pontium, viarum, aggerum, pontis, aut fontis expurgatione; concurrere debeant etiam Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ. Hæc quæſtio a multis exagitatur; inter alios *Aegid. Thomat. tract. de collect. §. non obſtant. n. 22. & ſeq. fol. 160.* iuxta paruam impreſſ. ſatis abundè illam pertractat; vbi poſt adductas opiniones Doctorum pro vtraque parte, & facta reſponſione ad contraria, præſertim ad ea, quæ dicit *Abbas Panorm. in c. non minus, de immun. Eccleſ. & alibi,* tandem *nu. 27. in fin.* concludit communem opinionem eſſe, quòd Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ teneantur; & eſſe veram, & magis ęquam, & hanc ſententiam corroborat alijs quoque argumentis; in *n. 28.* concludit tandem tunc Eccleſiam teneri, quãdo non ſufficiat tertia pars Canonis, quæ debetur de redditibus fundorum iuxta aſſignationem factam *in l. ne ſplendidiſſimæ, C. de oper. pub. l. reſtaurationi, C. de diuerſ. præd. vrban. lib. 11. & nos adnotauimus ſupra ex Luc. de Penn. in verſ. 2. de vectigal.*

Et pro dicta opinione affirmatiua, quòd Eccleſiaſtici teneantur contribuere, addo *d. Io: Franc. de Pont. tract. de poteſtat. Proreg. tit. 3. de elect. offic. §. 1. num. 40.* qui ſequutus *Luc. de Penn. in l. fin. C. de exact. trib. dicit* dd. Eccleſiaſticos non teneri ex vi legis, ſed ex vi rationis, iuxta cõmunem diſtinctionẽ Doctorum ab ipſo adductorum, & ſignantèr *Surd. conſ. 301. cui primùm per tot. vol. 3.* & videtur etiam hoc ſeruatum fuiſſe in veteri Teſtamento, *vt in lib. 2. Eſdræ cap. 3.* vbi de ędificatione murorum Ciuita-
51 tis Hieruſalem agitur, ibi. *Et poſt eum ædificauerunt Sacerdotes viri de Campeſtribus Iordanis: &* paulò infra; *Surſum autem ad*

Por-

Portam Equorum ædificauerunt Sacerdotes vnuſquiſque contra domum ſuam. & cap. 4. *Et factum eſt a die illa media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & ſcuta, & arcus, & loricæ, & Principes poſt eos in omni domo Iuda ædificantium muros, & portantium onera, & imponentium, vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium; ædificantium enim vnuſquiſque gladio erat accinctus renes*. Quæ tamen intelligi debent cum declarationibus, de quibus infra *cap. 28. num.77*.

Sed dicet aliquis ſupradicta probare, quando inſtat bellum, quia tunc commu-
52 nis eſt neceſſitas laicis, & clericis, & à cuſtodia Ciuitatis, & murorum nemo excuſatur, vt eſt *text. expreſſus in c. peruenit, de immunit. Eccleſ.* qui videtur deſumptus *ex d.lib.2.Eſdræ cap.7.in princ. Poſtquam autem ædificatus eſt murus, & poſui valuas, & recenſui ianitores, & cantores, & leuitas, præcepi Hanani fratri meo, &c. Thomat. de collect. d. §. non obſtant, n.24.* quamuis Eminentiſs. *Card. Alban. in tract. de immunit. Eccleſ.* contrariũ teneat, Sacerdotes ſcilicet vacare debere orationibus, non armis, & operibus laicos; & ego huic *Albani* & *Abbat. in c. non minus, num.* 20. me opinioni ſubſcribo; eoque magis, quia *Sacra Cõgregatio Immunitatis ita cenſuit in cauſa Ferrarien. 11. Augu. 1631. in Mutinen. 10. Decẽb.* 1634. ea ratione, quia concernit commodum in vniuerſum, ad quod tenentur laici in temporalibus, prout clerici in ſpiritualibus, ſcilicet in orationibus, in diuinis, & ſimilibus, & ab hac opinione non receſſit *Rota in Brunduſina gabellæ*,
53 inferius alleganda.

Verùm melius eſt in ocio pacis, cum libera, & habilia membra ſunt, tali murorum conſtructioni vacare, quàm bellis inſtantibus, quo tempore vix fieri poſ-
54 ſunt, & difficilis redditur conſtructio, vt *Caſſiod.* ait *lib.3 variar. cap.* 48. ibi, *Munitio tractanda eſt ſemper in otio, quia tunc*
55 *malè quæritur, quando neceſſaria iudicatur*; vbi adducit exempla Mergi, & Delphini, qui tempeſtates naturalitèr præuidentes, antequam ſuperueniant, in tuto ſe recipiunt: & hoc etiã affirmat *Luc. de Penn. d. l. has prouidentiſſima, n.4. C. de quibus mun. nemin. lic. lib.* 11. & refert etiam *D. Greg. in regiſtr. lib.6. cap.* 4. dicentem: *Neceſſe eſt fraternitas veſtra, dum licet, Ciuitatem ſuam, vel alia loca fortius muniri prouideat, atque imminent*, vt *abundanter in eis condita procurentur, quatenus cum hoſtis illuc Deo ſibi irato acceſſerit, non inueniat, quod lædat, ſed confuſus abſcedat*. & idem quoque affirmat *Thomat. d. tract. &* §. *ſupra cit. n.29*

Ex quibus videtur concludendum, tunc Eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas teneri ad conſtructionem, & reparationem murorum, pontium, viarum, aggerum, aquæductus, & ſimilium, quando deficientibus ſupra narratis ſex caſibus, ex quibus pecuniæ quæri poſſint aliunde, neceſſariò deueniendum erit ad collectas.

Quia ſicut in ſupra narratis ſex caſibus non ſunt collectandi laici, multò minus Eccleſia, & eccleſiaſtici, vt de ſe patet, *& tot. tit. de immun. Eccleſ. c. quãquam, de cenſib. in 6.* Sed quoniam articulum hunc fuſius examinabimus *infra §. 11. gloſ. 2. in verb. tax. à n.42. vſque ad n.87.* ideo hic plura non addimus.

Vlterius quæſitum eſt in hac materia refectionis, & reparationis, aut conſtru-
56 ctionis murorum, ſi ad hoc indicta ſit collecta in pecunia ſoluenda, ſi aliquis clericus, ſeu laicus, aut vniuerſalitèr pro toto Clero diceret Principi, aut Communitati, aſſignate nobis partem noſtrã iſtius fabricæ, & conſtructionis menſuratam pro rata oneris legitimè ſpectantem; an audiendus ſit iſte clericus, ſeu laicus, & videtur affirmatiuè reſponden. quia non eſt curandum de modo, dummodo ſequatur effectus, *l.3. C. de inſtit. & ſubſtit. l. non ſunt liberi, C. de ſtat. homin.* & ſufficit d. onus adimplere cum effectu, & per æquipollens, & facit quod diximus ſupra ex *Luc. de Penn. in d. l. 3. n.13. C. de quibus muner. nemin.* videlicet huiuſmodi refectionem murorum eſſe committendam Decurionibus, ſeu Conſiliarijs Ciuitatum, pari ergo ratione a ſuo Ordinario, quãdo de iure licebit, cõmitti poterit vniuerſitati clericorum, ſeu vni ex clericis, cum Princeps per ſe ipsũ hæc expedire nequeat, & committenda ſint ſubditis, remoto etiam Præſide, ſeu alijs miniſtris, quorum ſuperintendentia, vt plurimum venalis eſt, vt diximus.

Verùm quod non ſint audiendi, dicit *Rebuff. in l. fin. C. de quib. muner.* quem refert *Thomat. de collect. §. non obſt. num. fin. verſ. poſtremo in hac materia*; ea ratione, quia expedit omnibus, vt fiat cõmunitèr; quæ ratio deſumitur ex *l. ad Portus, C. de oper. pub.* dum ait, ab huiuſmodi cõſortio conſtructionis murorum nullũ eſſe excuſan. & *l. fin. C. de vectigal.*

D ibi,

ibi, *Conſortium deſignatæ portionis*, ponderando dictorum, conſortium, vult enim lex, quod ſit conſortium, ſeu communio, vbi omnes pro rata ex forma legis vocantur, ſecundùm adſcriptionem operis, *l.omnes, C.de oper.pub.* ſiquidem aut huiuſmodi onus eſt odioſum, & tunc

Solatium eſt miſeris ſocios habere pœnarum,

aut eſt fauorabile, & tunc audiant Principem dicentem

Viuite concordes, & noſtrum diſcite munus.

Et iſta procedunt, nedum quando omnes ad pecuniam vocantur pro viribus ſingulorum, ſed etiam ſi eſſet indictum opus non ad pecuniam, ſed ad ipſum opus conſtruendum; nam tunc etiam non poteſt quis pro parte ſibi ſpectante ſoluere pecuniam pro opere faciendo, quia ſunt vocati a lege æqualitèr pro ſua rata, & per [illegible] operis ad ipſum opus [illegible] ita *Thomat. d.tract.de collect.in §.non obſtat, nu.fin. verſ.poſtremo in hac materia*; & faciant quæ retulimus ſupra *ex lib.2.Eſdræ cap.2* ibi; *Et principes poſt eos in omni domo Iuda ædificantium muros, & portantium onera, & imponentium; vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium.*

Attamen quoad ſecundam partē puro non poſſe compelli eccleſiaſticas perſonas, niſi in caſu magnę neceſſitatis iuxta diſpoſita *in c.peruenit, de immunit. eccleſ.* & tradita a nobis infra *cap.28.n.77* & facit *tex.in l.vnica, C.de Alexand.Primatib. lib.11.* vbi Primates illi eximuntur ab onere purgandi fluminis, & tenētur tamen ad ſolutionem vectigalis; vt ibi *Luc.de Penn. in princ.* & clarius *in l.in honoribus, §.Philoſophis, ff.de vacat. & excuſ.* vbi Philoſophis, qui ſe frequētes, atque vtiles per eandem ſtudiorum ſectam contendentibus præbentur, tu-
57 telæ, & munera ſordida corporalia remittuntur, non ea, quæ ſumptibus expediūtur, vt ibi. Nec extraordinaria munera ſubire clericos, nec ad hoſpites recipiendos teneri; eſt *tex.in l.1.C.de epiſc. & cler.* vbi *Caſtrenſ num.3.* extendit vt non teneantur ad hoſpitandum birroarios, vel alios executores Curiæ miſſos ad quærendum banditos, maleſactores; & vide *Card.Alban.in tract.ſeu conſil. de immunit. eccleſ. ad Iulium III.* Et hodie clara eſt concluſio in militibus armatæ
58 militiæ, vt non teneantur ad opera ſimilia, ſed tātum ad ſoluendum in pecunia mercedes artificum, & emptionem cementorum, vt *in priuileg.milit.ſtatus Eccleſ. conceſſis a Paulo V. & ſan. mem. Vrbano VIII. cap.2* ergo multò fortius in militibus cæleſtis militiæ, vt ſunt clerici. An autem Baro, cuius non eſt caſtrum, vel villa, ſed habet in illis commodum iuriſdictionis, teneatur aliquid dare in refectionem murorum, negatiuè reſpōdeant; quia lex diſponit refectionem pertinere ad incolas, *l. omnes, C.de oper. pub.* Verùm ſi Baro habet patrimonium in illo caſtro, ſeu villa, tenebitur pro viribus patrimonij. *d.l.omnes, Thomat.d.§.non obſtant, n.31.*

Sed cum ex ſupra narratis appareat, quinam concurrere debeant ad conſtructionem, & reparationem murorum Ciuitatis, & quo tempore conſtruendi, & reparandi ſint, nunc videndum erit, quæ ſint attendenda circa præmiſſa; & iuxta doctrinam *eiuſdem Luc. de Penn. in d.l.3.n.5.verſ.tertio quæritur, C. de quib.muner.nemin. lic. e. lib.10.* cuius di-
59 cta breuiter colligam; ſciendum eſt, Ciuitatē iuxta incolarum numerum mœnijs cingendam eſſe, non excusè, aut nimio, & vaſto murorum ambitu, itaut benè poſſit ab incurſu hoſtium per incolas ſine exterorum præſidio cuſtodiri, tueri, pariterque defendi; eſt *tex ad literam in l.in nomine Domini, §. interea, C.de offic. Præfect. Prætor. Africæ* Item attendatur, in quantum fieri poteſt, vt cōgruo, & interiecto ſpatio mœnia diſtent ab ædibus, & alijs ædificijs Ciuitatis, vt ab incendijs, & incēdijs magis tuta ſit ipſa Ciuitas, *l.ædificia, C.de oper.pub.* Non directa etiam, ſed anguloſa conſtruenda ſunt mœnia, vt *Veget.* ait *lib.4.de re milit.* ſed cum hæc magis militaria, quam legalia ſint, vt dicit *Luc. de Penn. loco cit.* qui plura ex his cognoſcere cupit, *Vitruuium de Architectoria, Boter.* quem ſupra retulimus, & alios multos, qui hāc rem luculentèr tractarunt, perquirere ſtudeat.

60 Illud autem non omittam, ſiquidem apud dictos milites, ſicut etiā apud eccleſiaſticos pro regula haberi, ſi propter bellorum [illegible], vel alia de [illegible] incolarum numerus eſt imminutus, itaut ibi ſine periculo habitari nequeat, tunc duo, pluraque loca vniri ſolent, ne omnia hoſtibus, cædibuſque periculo exponantur. *c.& temporis, & c.ſeq.16.quæſt.1.d.l.in nomine Domini, §.interea*; prout factum eſt a Carolo huius nominis Primo Siciliæ Rege, qui ex Amiterno, & Forconio Aquilam

lam Ciuitatẽ apud Samnites ędificauit; & a Deſiderio Longobardorum Rege, qui tria, ſeu quatuor Caſtra Longulam, Tuſcam, Vetuloniam, & Turrenam, ſeu Volturnam muris circumdata voluit, Ciuitatẽ conſtruxit, & Viterbiũ appellauit, ſicut etiã ex alijs duobus Caſtris Ciuita, & Rota antea dictis Balneum regium in Aetruria appellari voluit, vt narrãt *Volater. & Leander Albert. & alij*, quàmuis *And. Baccius tract. de termis, lib. 4. cap. 9. in verb. Bullicanum Viterbij* dicat, hoc
61 nomen, Viterbium, a Vico Elbij deductum, & hanc eſſe primam genuinã eius denominationem. Quibus ſic præmiſſis, quærit *Luc. de Penn. loco ſupra cit. nu. 6.* quid erit, ſi caſus ſimilis nunc eueniat de nominibus, & territorijs eorum, aut de ijs, quæ fuerunt in eis communia, prius de muneribus indicendis, aut honoribus, quos prius habebant, puta iurispatronatus, & ſimilium; & reſpondet, ſi nouum nomen a Rege fuerit impoſitum, cum ad hoc poteſtatem habeat, *l. 1. C. de rei vxor. act.* retinendum erit, & omnia, quæ erãt ſingulorum Caſtrorum, incolis communia confundentur, ſi indiuiſibilia ſint; ſi verò diuiſibilia, tunc quilibet poterit tollere partem ſuam. *l. 1. §. fin. ff. de colleg. illic.* ſed territoria cuiliber propria remanebunt, quæ ſua erant, quod verum erit, ſi in aliquem nouum locum, vt de Amiterno, & Forconio dirutis in tertium, & nouum locum Aquila nuncupatum euenit: vbi verò ex pluribus locis vna Ciuitas conſtruitur, vt de Viterbio, & Balneo regio diximus, de territorijs, & bonis inter eos communibus idem erit dicendum, quòd ſimilitèr confundantur, cum reputentur vnum corpus: de muneribus verò indicendis, & honoribus, & iuribus, dicas, aut plura loca transferuntur in vnum, & tunc iura tranſlatorum in corpus eius loci, vbi tranſlata ſunt, omnia tranſeunt, itaut eſſe deſinant priorum locorum, 21. *quæſt. 2. c. ſi quis iam translatus, l. tranſlatio, ff. de adim. legat.* aut plura loca vniuntur, & ſubijciuntur vni, tunc ſubiecta, & vnita erunt vt filiæ: locus verò, cui ſubijciuntur; & vniuntur vt mater, *c. penul. quod metus cauſ. c. colentes, circa fin. de ſtat. monach.* & vide *Hoſt. in ſumm. ne ſede vacant. §. vlt.* vbi ponit quinque modos Eccleſias vniendi; *Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 61. Caſtrum, n. 11. Bart. in l. vnica num. 10. & 11. C. de metrop. Beryt. lib. 11.*

Quid autem dicendum erit, ſi auctoritate Papæ, vel Imperatoris eximatur Caſtrum a territorio alicuius Ciuitatis, prout exẽptum, & liberatum fuit Caſtrũ Schifanoiæ a territorio, & iuriſdictione Ciuitatis Peruſij, & in Comitatum perpetuum erectum; quæritur, an huiuſmodi Caſtrũ ſeruare debeat ſtatuta Ciuitatis Peruſinæ, a qua fuit exemptum, & liberatum; & ſeruanda eſſe ſtatuta Ciuitatis, non obſtante exemptione, & liberatione, conſuluit *Honded. in caſu illius conſilij, 13. n. 44. & ſeqq. lib. 1. viden.*

In his autem Locorum vnionibus, ex quibus noua Ciuitas reſultare ſolet, & re
62 gularitèr quando nouum Oppidum ędificandum, & conſtruendum erit. Primo loco conſtruendus eſt furnus. Secundo loco ſtatuenda ſunt mœnia, ſeu muri. Tertio loco Eccleſia, ſiue Templum: *Luc. de Penn. in d. l. 3. n. 2. C. de quib. muner. nõ licc. lib. 10.* vbi hanc formam deſumptam eſſe ait ex *lib. 3. Eſdræ cap. 3.*

63 Ciuitates autem, Caſtra, Oppida, &c. ædificari non poſſe ad æmulationem alterius, *tex. in l. opus, ff. de oper. pub. gloſſ. in l. quicumque, in verb. antiquitus, C. de fund. limitroph. lib. 11. Menoch. de arbitr. caſ. 156. n. 6.* qui ampliat, vt neque Princeps ad ęmulationem Caſtrum ędificare debeat.

De ſignificatione verò dictionum, Prouincia, Ciuitas, Terra, Oppidũ, Caſtrum, &c. quæ non raro in hac noſtra Conſtitutione repetita inuenies, vide *Nicol. Loſe. tract. de iur. vniuerſ. par. 1. cap. 2. per tot. Marſil. tract. de bannit. in verb. ciuitate; Luc. de Penn. in l. 3. per ſingulos, n. 4. C. de diſcuſſ. lib. 10. Frãc. Marc. quæſt. 366. quæritur quid dicatur, per tot.*

64 Et ſub nomine Ciuitatis, & Caſtri nõ cõprehendi Vniuerſitates, dicit idem *Luc. in l. 1. n. 2. C. ne ruſtic. ad vllum obſeq. lib. 11.* vide *Aul. Gell. lib. 18. noct. atic. cap. 7. poſt med.*

65 An autem dominus vendere poſſit Ciuitatem, vel Oppidum, inuitis ſubditis, eoſque alijs dominis ſubijcere, negatinè reſpondet *Capel. Tholoſ. quæſt. 485.* quam refert *Hieron. de Mont. tract. de finib. cap. 11. iuriſdictio dicitur, num. 12.* reddens rationem, quia ſubditorum intereſt non mutare dominos, vel habere plures dominos: prout etiam intereſt domini non mutare vaſſallos: viden. *Corn. in conſ. 321. nu. 3. & per tot. lib. 4. Caſſan. in cathalog. glor. mund. par. 1. cõcluſ. 44. verſ. ex quo infertur, & verſ. facit ad hoc.*

66 Nec etiam vice verſa Ciuitas, vel Op-

 pidum

didum poteſt recognoſcere in ſuperiorẽ
alium dominum in præiudicium ſui ſu-
perioris ; *Bald.in l. 2. verſ.ſed numquid*
ciuitas,C.de oper. libert. quem refert , &
ſequitur *Gozzadin conſ.9.in hac cauſa,*
n.70. faciunt , quæ congerit *Lapus alleg.*
85.*viſis omnibus,n.1. & ſeqq.* dum agit,
an Ciuitas Tudertina potuerit eximere
67 ſe a dominio Imperatoris , & redire ſub
poteſtate Sedis Apoſtolicæ, prout nunc
eſt;licèt Lapus dicat Ciuitatem Tuderti-
nam non eſſe ſub dominio Eccleſiæ : &
ideo reprehenditur ferè ab omnibus , *vt*
notat ibi *Mandoſ.in verb.Tuderti.* vide
Nicol.de Vbald.tract.de ſucceſſ.ab inteſt.
par.1.n.83.verſ non obſt. & n.84.
68 Sed an Ciuitas ſubiecta poſſit ſibi præ-
ſcribere libertatem , & eximere ſe a ſu-
perioritate, & quanto tempore : vide
Cynum in l.1.n.1.& ſeq.C.de emancip.li-
ber. & in l.more maiorum,n.23. ff.de iu-
riſd.omn.iudic.Io.de Platea in l.quæcum
que,n.1.C. de fund. limitroph. lib.11. qui
loquuntur de præſcriptione iuriſdictio-
nis tam voluntariæ , quàm contentioſæ .
Dec.conſ.85.diligentèr pro tenui,n.2.lib.1
Curt.iun.conſ.158. præſupponitur in fa-
cto,n.12.Io.Franc. Balbus tract. de præ-
ſcript.in 2.par.quinta principalis quæſt.
3.per tot. pag.apud me 405. *iuxta paruã*
impreſſion. Coloniæ,1573. & alij relati a
Mandoſ.in addit.ad Lapum alleg. 85. li-
tera E.& F.& diximus ſupra n.13.

SVMMARIVM.

1 *Dictio,qualibet,eſt vniuerſalis includens caſus, qui alìàs non includerentur .*
2 *Interpretatio ſemper facienda eſt,vt verba diſponentis aliquid operentur .*
3 *Bononia habet multa priuilegia, & multas prærogatiuas , & interpretatur , quaſi Bona ſuper omnia, Monarchiamque legalis ſtudij obtinet .*
4 *Bononia ſculpſit in numiſmate , Mater ſtudiorum, & quare .*
5 *Decretum Gratiani Bononiæ compilatum eſt anno Chriſti 1151.*
6 *Gratianus fuit Monachus , natione Tuſcus, patria Cluſinus .*
7 *Ius Canonicum Bononienſi ſtudio commendatum eſt .*
8 *Corpus Iuris Canonici anno 1582. emẽdatius quàm antea impreſſum eſt typis Vaticanis,Gregorio XIII.mandante ,*
9 *Bononia eſt tutrix, & mater legentium , & penès infinitos Cardinales,& lumina Mundi genuit.*
10 *Habens multa priuilegia non comprehẽditur ſub generali diſpoſitione,ſed indiget ſpecifica mentione .*
11 *Priuilegia ſtudij Bononienſis ſunt inſerta in corpore Iuris , & ideo non comprehenduntur ſub generalitate .*
12 *Clauſula generalis appoſita in priuilegio, non ſufficit ad tollendum aliud priuilegium .*
13 *Bononia eſt Ciuitas Regia,quia fuit ædificata a Theodoſio Imperatore iuſſu B. Ambroſij, & ideo habet excuſationem ab omnibus muneribus .*
14 *Bononia hodie eſt Ciuitas Papalis,non autem Regia , quia Sedi Apoſtolicæ ſubeſt .*
15 *Bononia ſita eſt in confinio Prouinciæ Lombardiæ , Romandiolæ, Marchiæ Treuiſanæ, & Aetruriæ .*
16 *Ciues Bononienſes ſunt præferendi ciuibus multarum Ciuitatum nõ habentiũ priuilegia, quę habet Bononia .*
17 *Melius eſt quem eſſe ciuem mediocrem vnius nobilis Ciuitatis,quàm eſſe ciuẽ maiorem vnius mediocris Ciuitatis.*
18 *Popularis vnius nobilis Ciuitatis plus debet honorari, quàm magnus ciuis mediocris Ciuitatis .*
19 *Ciues medij Bononienſes ſunt præferendi maximis alicuius paruæ Ciuitatis.*
20 *Beneuentum olim Maleuentum , propter horribilem,& peſtilentem ventum illuc è Dalmatia, e regione poſita , flantem , dictum fuit .*
21 *Huius nominis mutatio , quomodo , & quando facta .*
22 *Beneuẽtum a Longobardis Ducatus nomine decoratur .*
23 *Beneuentum ſubeſt Eccleſiæ Romanæ ex donatione Pipini , & aliorum Principum .*
Varias depopulationes, & excidia ſubſtinuit . nu.24.
25 *Beneuentum eſt Ciuitas Metropolis apud Samnites, & habet ſub ſe xxiiij. Epiſcopos ſuffraganeos .*
26 *Eius quod tacitè ineſt , nihil operatur expreſſio .*
27 *Beneuentum ratione Sedis Archiepiſcopalis dicitur conſtituere vnam Prouinciam .*
28 *Lex pro vtilitate publica promulganda debet eſſe clara, & manifeſta .*
29 *Quod ſemel demonſtratum eſt , fruſtra demonſtratur amplius . Declara , vt ibi .*

§.I.

Gloſſ.4.

Bononienſis, & Beneuentanenſis.

CAP. IX.

POSTQVAM Sūmus Pontifex declarauit ſuam intētionē eſſe ſub diſpotione huius Bullæ comprehēdere omnes Ciuitates, Terras, Oppida, Caſtra, loca Status eccleſiaſtici, addidit vlterius hæc verba; *Itaut Bononienſis, & Beneuentanenſis noſtræ Ciuitates ſub hac Conſtitutione ſint comprehenſæ, &c.*

Hæc autem ſpecifica mentio harum
1 duarum Ciuitatum videtur ſuperflua,
quia cum dixerit, in qualibet Ciuitate,
& hęc ſit dictio vniuerſalis, & includens
caſus, qui aliàs non includerentur, *l.1.ff.
de legat.1.Cacher.deciſ.94.n.10.Surd.deciſ.96. quamuis Mantuano, n.10. & in
conſ.73.n.63.* intelliguntur etiam comprehenſæ Bononia, & Beneuentum, &
ideo non opus erat alia ſpecificatione.
2 Verùm ſemper facienda eſt interpretatio, vt verba diſponentis aliquid operentur; *Tiraquel.de retract.conuent.* §.1.
*gloſſ.2.n.22. & 43. per tex. expreſſum in
c. ſi Papa, de priuileg. in 6.* & verba cum
effectu ſunt intelligenda; *Gomes in c.
ſtatutum, n.28.de conſtitut.in 6.* & latè
Felin.in c.Rodulphus, n.5.de reſcript.
Quapropter non ſine ratione facta
3 fuit iſta ſpecifica mētio: Et primò quoad
Bononiam; cum huiuſmodi Ciuitas habeat multas prærogatiuas, & priuilegia,
ſiquidem, vt ab ipſius nominis etymologia incipiam, ſic appellata eſt, quia eſt
bona ſuper omnia, vel bonorum notitia
nimis amabilis. *gloſſ.in Clem.1.in verb.
Bononia, de magiſtr.* Monarchiam legalis ſtudij obtinet. *Accurſ.in rubr.C.de
ſtud.lib.Vrbis Romæ, lib.11.Horat.Lut.
in tract.de priuil.ſchol.in vltimo tit. de
his, qui gaudent priuil.ſchol.nu.23.Cherub.iun.ad Conſtit.2.Innoc.VI.ſchol.1.*
4 vbi quærit, cur in Numiſmate ſculpſerit,
Mater ſtudiorum Bononia docet, & ſupradictam aſſignat rationem; & adde
gloſſ.in l.fin.C.de teſtam. & Greg.IX. librū
Decretalium, Bonifac.VIII. librū 6. Ioan.
XXII. librum, quem refert Clem. V. eius
immediatè Prædeceſſor compilauerat,
5 Doctoribus, & Scholaribus vniuerſis Bononiæ commorantibus direxerunt; &
Decretum ipſum Gratiani Bononiæ cōpilatum eſt, vt in Chronico, quod inſcribitur *Pomerium Eccleſiæ Rauēnatis*, qui
6 liber in Bibliotheca Vaticana ſeruatur,
vbi hæc leguntur: *Anno Chriſti* 1151.
*Gatianus Monachus de Cluſio Ciuitate
Tuſciæ natus Decretum compoſuit apud
Bononiam in Monaſterio S.Felicis.* Vnde totum Ius canonicum Bononienſi
7 ſtudio commendatum apparet, & ſi quid
in hoc deſiderandum erat, Gregorio
XIII. ſummo, & optimo Pontifici Patritio Bononienſi reſeruatum fuit; quandoquidem apud ipſum huius perfecti
operis, quemadmodum & aliarum ma-
8 ximarum rerum laus fuit, dum emendatius, quàm antea anno 1582. iuſſu ipſius
Romæ excuditur, typiſque mandatur,
9 & priuilegijs decoratur: atque hanc Ciuitatem eſſe nutricem, & matrem legentium, & penè infinitos Cardinales, & lumina Mundi genuiſſe, dicit *Bald. in
procem.Digeſtorum, §.hæc autem tria, &
in Auth.habita, in 3.col. C. ne filius pro
patr. relatus à Marſil.in tract. bannit. in
verb.Bononia, num.3. & viden.eſt Card.
Tuſcus in pract.concluſ.120.* vbi multa
de Bononia, & illius factis colligit. Cum
10 igitur tot habeat prærogatiuas, & priuilegia, in generali diſpoſitione non comprehenditur; ſed ſpecifica mentio faciēda eſt, *arg.tex.in l.Decurionibus, C.de
11 ſilentiar. lib.12.* & cum priuilegia ſtudij
Bononienſis ſint ex præmiſſis inſerta in
corpore Iuris, non comprehenduntur
ſub generalitate, *Felin.in c.nōnulli, n.26
de reſcript.* Sicut etiam non ſufficere ge-
12 neralem clauſulam appoſitam in priuilegio ad tollendum aliud priuilegium,
dixit *idem Felin d.c.nonnulli, n.4.*
13 Secundò fuit rationabilis iſta ſpecificatio; quia cum *Accurſ.in procem.Digeſtorum, §. hæc autem ſua, in verb. Regijs
Vrbibus*, dicat Ciuitatem Bononiæ eſſe
Regiam, quia eam denuò ædificauit
Theodoſius Imperator iuſſu B. Ambroſij, quando per proditionem illam deſtruxerat, & ideo habere excuſationem
ab omnibus muneribus, vt ibi per eum,
quem etiam refert *Marſ. in trac.bannit.*

in

*in verb.Bononia, nu.3. & in verb. mihi patria,in princip.*Ideo vt tolleretur om-
14 nis dubitatio, Bononiam non eſſe Ciuitatem Regiam, ſed Papalem, & Sedi Apoſtolicæ in temporalibus ſubiectam, optima fuit iſta ſpecificatio.

Tertiò; cum Bononia ſita ſit in con-
15 fioni Prouinciæ Lombardiæ, Romãdiolæ, & Marchiæ Triuiſanæ,ac etiã Aetruriæ, ſi fiat mentio de habitantibus in Lombardia, in Romandiola, in Marca Treuiſana, vel in Aetruria, non comprehenduntur habitantes Bononiæ,quę eſt in cõfinio. *Marſ.in trac.bãnit.in verb. Bononia,n.fin.in fin.& repetit in ſingul.* 238.*differũt habitãtes;Felin.in c.Rodulphus,n.20.verſ.& omnino adde,de reſcri.* Vt igitur euitaretur huiuſmodi dubitatio, optima fuit ſpecificatio prædicta.

Quartò; ciues Bononienſes ſunt præ-
16 ferendi ciuibus aliarum plurium Ciuitatum non habentium prærogatiuas, quas habet Bononia: quia melius eſt, quem
17 eſſe ciuem mediocrem vnius nobilis Ciuitatis, quàm eſſe ciuem maiorem vnius mediocris Ciuitatis. ita *Bart.in l. vnica,num.1.C.de Alexand. Primat.lib.* 11. ſubdens in num.ſeq. quòd popularis
18 vnius nobilis Ciuitatis plus debet honorari, quàm magnus ciuis mediocris Ciuitatis;quem refert,& ſequitur *Marſ. d.tract.bannit.in verb.mihi patria,nu.1. & in verb.Ciuitate,n.*141.ait Ciues me-
19 dios Bononiæ eſſe præferendos maximis alicuius patriæ Ciuitatis, vt ibi per eum; & citat ad hoc *Lud.Roman.in l. ſi verò,§.de viro,in* 14.*col.ff.ſolut.matr.*

Iure igitur fuit facta ſpecialis mentio
20 de Bononia. Sed quid dicendum de Beneuento, olim Maleuento, ob horribilem, & peſtilentem vẽtum illuc è Dalmatia, è regione poſita flantem, teſte *Procopio lib.1. belli Gothorum*,quem refert *Volater.in Paralippom.lib.*38. *de populis a Romanis debellatis, & Liuius lib 9.hiſtor.* de eo meminit, his verbis: *Et omiſſo certamine cædi, capique Samnites, niſi qui Maleuentum, cui nunc Vrbi Beneuentum nomen eſt perfugerũt, &c. & Volater. in geographi. lib.6. de Samnio tractans: Nunc verò Beneuentum præpollet,olim Maleuentum.*

Huius verò nominis mutatio colligi
21 poteſt *ex eod.Liuio lib.* 24. *hiſtor.* dum Beneuentanorum humanitatem in Romanos milites narrat his verbis: *Beneuentani omnes turba effuſa cum obuiam ad portas exiſſent, complecti milites,gratulari, vocare in hoſpitium,&c.* ponderando illa verba, complecti, & gratulari, quæ apud nos ſignificant, *Beneuenga,& Benuenuto,&c.* quod apertè dicit *Frater Leander Albertus in deſcriptione Italiæ*, licèt ipſe adducat *Liuium lib.*14.

Sed ad rem noſtram redeundo: Ciui-
22 tas hæc Beneuentana poſt multas clades, & excidia paſſa, etiam poſtquam a Longobardis reſtaurata fuit, & Ducatus nomine decorata, teſte *Bald.in lib.6 hiſtor.* ac varijs quoque dominationibus agnitis, ſuaue Sedis Apoſtolicæ iugum ſuſcepit prima vice; vt *ex Bibliothecario colligit Platin.in vita Adriani Primi*,vigore donationis factæ a Pipino Rege Gregorio III.Pontifici; ſed ab Imperatoribus occupata ex noua donatio-
23 ne Henrici Imperatoris II. Hic enim vt Eccleſiam S.Gregorij Bambergenſem ab annuo cenſu marcarum centum auri, & equi phalerati liberaret, Leoni Papæ huius nominis IX. compenſationis ergò Beneuentanam Ciuitatem conceſſit: *ex Platina in vita dicti Leonis IX & Petr. Meſſia in vita dicti Henrici*; quem ipſe III.appellat. Poſtmodum Saracænorum
24 rabies in Italiam ſæuiens, Beneuentum depopulatur, incendio traditur, & ſolo æquatur, a nonnullis tanto excidio euaſis ciuibus, expulſis immaniſſimis hoſtibus ex Italiæ oris reſtitutum, & in meliorem formam a Gulielmo Normando redactum; qui dum ab Adriano IV.Pontifice in Eccleſia S. Martini prope dictam Ciuitatẽ vtriuſque Siciliæ Rex declaratur, eiuſdem Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ dominio redditur: *Blondus lib.*15.*hiſtor. Platin. in vita Hadriani IV.* Neque adhuc cladium, & miſeriarũ finis; vafer enim ille, & ſimulator egregius Federicus II. Imperator ſpe dilaniandi Romam eluſus, quotquot in eius ſæuiſſimas manus inciderunt, captiuitati, necique tradidit,& Beneuentanæ Ciuitatis muros euertit, Gregorio IX. Põtifice Maximo ſedente: *Platin. in eius vita.* Sicque

Poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum

nunc Metropolis Ciuitas eſt apud Sam-
25 nites (quos vocant, Terra di lauoro)& habet Epiſcopos ſuffraganeos viginti-quatuor, iuxta Prouincialem omnium Eccleſiarum Cathedralium in libro Cãcellariæ Apoſtolicæ exiſtentem, a Ciuitate Neapolitana per 30. milliaria diſtans, ſub dominio Sedis Apoſtolicæ in
26 temporalibus, vt dictum eſt. Atque ita ſuperflua videtur dicẽda huiuſmodi ſpecifi-

cifi-

ſificatio, eius enim, quod tacite ineſt, expreſſio [illegible] operatur, *l.3.ff.de leg.st.1. Surd.* [illegible] *num.* 28. *& dec.*114. *nu.*15. *ad* [illegible]

7 V[illegible]um cum ratione Sedis Archiepi[illegible]palis preeminentiæ, c[illegible]m ex hoc vnam [illegible] continere dicatur, vt [illegible] *Bart.in l.vni*[illegible]*a, n.*4. *C. de metrop.* [illegible].11.

[illegible]m autem S[illegible] Pontifex pro [illegible]modo, & vti[illegible]ate pub[illegible]ca l[illegible]g[illegible]m d[illegible] ere [illegible]let, hæc manifeſta, & cla[illegible] debuit, ne aliquid captionis propter obſcuritatem contineret, *ad text.in [illegible].erit autem lex, diſt.*4. *Maſtrill.de magiſ. lib.*3.*cap.*3.*de legib.ſeu edict.Princ.n.*78.

8 *&* 79. Nam licèt quod ſemel demonſtratum eſt, fruſtra demonſtretur amplius, *l.*1.*§.vlt.ff.de dote præleg.* tamen quando fit cauſa ampliandi, & melius, & clarius demonſtrandi, non dicitur fruſtra, vt ait *Bart.l.*2.*n.*2.*verſ.nam poteſt videri, ff. de verb. ſignific.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis ap[illegible] an comprehendi[illegible] [illegible].*

[illegible] *Ædificia [illegible], [illegible] ſint in continentijs [illegible] [illegible]tur eſſe in Ciuitate*

3 *Natus in continentijs Vrbis Romæ dicitur natus Romæ.*

4 *Ciuitatis appellatione veniunt ſuburbia, & Comitatus in gratioſis, & fauorabilibus, ſecus autem in pœnalibus; & in contractibus*

5 *Ciuitas pr[illegible] [illegible]ndo eſt illa, quæ muris cin[illegible]itur.*

D[illegible]ra b[illegible] ve[illegible], quando Ciuitas ponitur pro loco [illegible]id.

6 *Ciuitas ſi ponatur pro populo, non ſolùm comprehendit Ciues intra muros exiſtentes, ſed etiam comitatiuos.*

7 *Ciuium appellatione veniunt non ſolùm illi de Comitatu, ſed etiam qui ſunt de Territorio.*

8 *Populi exiſtentes in Caſtris quæ ſunt de Comitatu alicuius Ciuitatis, poſſunt dici Ciues Ciuitatis dominantis.*

9 *Legatum, ſeu priu[illegible] [illegible] factum Ciuitati extenditur ad Comitatenſes.*

10 *Gratia facta a Clement[illegible] [illegible]II. Ciuitatibus de vectigali Archi[illegible], & fogliettæ extenditur ad Comitatenſes.*

11 *Ad ſumptus, [illegible] incommoda, quæ patitur Ciuitas, debet etiam concurrere Comitatus*

12 *Ciuibus condemnatis, cenſentur condemnati etiam Comitatenſes, niſi aliud appareat ex verborum diſpoſitione.*

13 *Natus in Villa propriè Ciuis non eſt.*

14 *Beneficia ſunt latiſſimè interpretanda.*

15 *Priuilegia contra Ius ſtrictam recipiunt interpretationem.*

16 *Diœceſis non comprehenditur appellatione Ciuitatis in literis impetratis ad beneficia.*

17 *Priuilegia tunc debent ſtrictè interpretari, quando ſunt odioſa contra Ius, vel vtilitatem tertij.*

18 *In pœnalibus fit extenſio, ne per indirectum eludatur ſententia ſuperioris.*

19 *Ædificans in loco publico non poteſt cogi ad demoliendum, ne Ciuitas deformetur.*

*Limita, ſi ædificauit aduerſus edictum Prætoris, quia tunc compellitur tollere, ne Prætoris imperium reddatur eluſorium, & inane nu.*2[illegible].

21 *Statutum prohibens exerceri aliquam artem in Ciuitate extenditur ad Suburbium, ne ſtatutum ſit eluſorium.*

*Declara, inſpiciendam eſſe rationem prohibitionis, & an militet eadem ratio in Ciuitate, & in Suburbijs; & afferuntur exempla. nu.*22.

23 *Ciuis morboſus, & ſcandaloſus poteſt expelli a Ciuitate, & a Suburbio propter identitatem rationis.*

24 *Leproſi iuſſi intra octo dies exire Ciuitatem ſub pœna excommunicationis, ſi vnus ex ijs remaneat in Hoſpitali exiſtente in Suburbio, non euadit pœnã.*

25 *Extenſio pœnalis ſicuti fit pro ſalute animarum, ita etiam pro ſalute corporum, quando viget eadem ratio.*

26 *Verba ſemper intelligenda ſunt cum effectu, & vt aliquid operentur.*

27 *Extenſio pœnalis fit ad Suburbia, quàmuis de facto detineantur ab aliqua Ciuitate, ne diſpoſitio reddatur eluſoria, & vt verba aliquid operentur.*

28 *Papa imponens onus bonis Religioſorum extenditur etiam ad bona, quæ ipſi Religioſi tenent de facto.*

29 *Ciuitas non excommunicatur, ſed interdicitur.*

30 *Ciuitate interdicta, Miſſæ, & Diuina officia celebrantur in Eccleſijs ianuis clauſis, & hoc extẽditur ad Suburbia.*

31 *Religioſi etiam exempti fortius ligantur cenſuris, quàm Clerici ſæculares; & quomodo.*

32 *Clementina prima de ſententia excommunicat. comprehẽdit Religioſos cuiuſcumque Ordinis, etiam Mendicantes, & fœminei ſexus.*

Concil.

33 *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 12. cōprehendit etiam Regulares.*
34 *Interdictum ſepeliendi excommunicatos in loco ſacro comprehendit nedum clericos, ſed alios facientes foueas, & comitantes funus.*
35 *Maſculinum concipit fœmininum, etiam in pœnalibus, propter identitatem rationis.*
36 *Appellatione Comitatiuorum non veniunt* Ciues.
37 *Ciues qui ſunt in Ciuitate, non cōprehēduntur appellatione eorum, qui ſunt in Diœceſi.*
38 *Ciues non dicuntur niſi illi, qui ſunt de Ciuitate, non autem de Caſtris.*
39 *Repræſaliæ conceſſæ contra Ciues extenduntur ad Comitatiuos.*
40 *Ciuitate condemnata, intelligitur condemnatus Comitatus, ſed non è contra.*
41 *Comitatiui coguntur deferre victualia ad Vrbem.*
42 *Repræſaliæ conceſſæ ab aliqua Ciuitate non poſſunt exerceri cōtra Ciues ipſius Ciuitatis concedentis.*
43 *Caſtra, & Comitatus ſubijciuntur ſtatutis Ciuitatis dominantis, ſed non è contra; & nu. 46.*
Declara tamen concluſionem. n. 44.
45 *Populus Romanus hodie non poteſt condere leges, quia eius iuriſdictio tranſlata eſt in Romanum Pontificem.*
47 *Par in parem non habet imperium, & multò minus inferior in ſuperiorem.*
48 *Villa, ſeu Caſtrum de iure communi nullam habet iuriſdictionem, ſed ſubſunt Ciuitati, in cuius territorio ſunt.*
49 *Electus in Poteſtatem alicuius Ciuitatis intelligitur electus etiam ad Comitatū, & Territorium, ſed non è contra.*
50 *Dominus non poteſt alienare feudum in inferiorem dignitatem ſine voluntate vaſalli, quia non tenetur vaſallus iurare fidelitatem minori, vel minus nobili.*
51 *Ciuitatis appellatione comprehenſum eſt mare, & portus illi adiacens.*
52 *Mare comprehenſum eſt ratione contractus, vel quaſi, & ratione delicti, vel quaſi ſub iuriſdictione illius Ciuitatis, cui propinquior eſt.*
53 *Barones habentes iuriſdictionem in Caſtro, illam quoque habent in mari ipſi Caſtro adiacente, & quare. Declara tamen, vt ibi*
54 *Baro non poteſt ædificare portum in ſuo Territorio abſque licentia Principis, quia hæc inter regalia computantur.*
55 *Dux Bracchiani quàmuis ſit Dominus Caſtri Pali poſiti ad littus maris, non tamen poteſt ibi ædificare portum.*
56 *Habens iuriſdictionem in mari extendit illam ad centum milliaria.*
57 *Veneti indebitè vſurpant iuriſdictionem in toto mari Adriatico.*
Nec poſſunt prohibere Regem Hiſpaniarum, quin liberè vadat, & reuertatur per dictum mare. nu. 58.
59 *In mari tria conſiderantur; proprietas, vſus, & iuriſdictio. Proprietas eſt in nullius bonis. Vſus omnium communis. Iuriſdictio Imperatoris.*
60 *Licitum eſt ædificare in mari, dummodo vſus publicus non impediatur.*
61 *Ciuitas Venetiarum dicitur libera quoad dominium, non quoad iuriſdictionem Imperij.*
62 *Inſulæ in mari natæ, vel conſtructæ quoad iuriſdictionem ſunt* Ciuitatum *propinquiorum per* 100. *milliaria, ſi verò ſint in alto mari, erunt Imperij.*
63 *Tota Diœceſis dicitur territorium Epiſcopi, & Eccleſia ibi ædificata erit ſub iuriſdictione ipſius Epiſcopi.*
64 *Contractus celebrati, ſeu delicti commiſſi in mari inter duas Ciuitates punctualitèr diſtantes, cognitio ad quem pertineat: & reo ab vno punito, an is poſſit etiam ab alio puniri.*
65 *Vectigal an poſſit exigi a tranſeuntibus per mare, ſicut a tranſeuntibus per terram.*
66 *Ciuitates etiam priuilegiatæ non habent ius confiſcandi.*
67 *Actio iniuriarum datur contra prohibētem piſcari in mari.*
68 *Bannitus a territorio Ciuitatis non cenſetur bannitus a mari diſtincto per illud territorium.*
69 *Quæ ſit differentia inter territorium, & diſtrictum.*
70 *Vectigalia poſſunt imponi tranſeuntibus per mare, & bona confiſcari, ſi cadant in commiſſum; quæ tamen procedunt in Principibus non recognoſcentibus Superiorem; & referuntur quinam ſint iſti Principes.*
71 *Magnus Dux Aetruriæ quare non recognoſcit Superiorem.*
72 *Subrogatus debet eſſe eiuſdem iuris, & conditionis, cuius eſt ille, in cuius locum ſubrogatur.*
Magni Ducis Aetruriæ prærogatiuæ.
73 74 *Quinam dicantur habere plenitudinem poteſtatis.*
75 *Princeps ſicut tenetur purgare loca terreſtria malis hominibus, ita etiam mare a piratis.*

Maio-

76 *Maiores impenſæ fiunt in conſtruendis, & manutenendis triremibus, quàm in vijs, & pontibus.*

77 *Collecta particularis in Ditione Eccleſiaſtica eſt pro manutentione triremiums.*

78 *Portus ratione ædificiorum ſunt ædificantium, quoad vſum ſunt publici, & omnes poſſunt in illis ſe recipere, vbi tempeſtates vrgent.*

79 *Portus dicitur locus concluſus, vbi rates, & triremes ſe recipiunt, & morantur.*

80 *Impenſæ factæ a marito in reparatione, & manutentione Portus, & Ciuitatis, quas habuit in dotem, dicuntur neceſſariæ.*

81 *Vectigalia, & redditus ex Portubus prouenientes inter Regalia computantur.*

82 *Dominium Maris, Portus, & Regalium acquiri poteſt præſcriptione.*

83 *Feudatarius non poteſt abſque priuilegio exigere gabellas, & ius pedagij, & quare.*

Limita, ſi hoc ex antiqua poſſeſſione præſcripſit, nam id eſt loco priuilegij. nu.84.

Hæc præſcriptio requirit ſpatium centum annorum, & cuius hominum memoria non ſit in contrarium. nu.85.

86 *Agitur de Regalibus, remiſſiuè.*

87 *Summus Pontifex habet intentionem fundatam in iuriſdictionalibus ſuper Vrbe Romana, & toto eius territorio, non ſolùm ex donatione Conſtantini, ſed Ludouici, & aliorum Imperatorũ.*

88 *Dux, Marchio, Comes, Baro poſſidentes Caſtra, & bona iuriſdictionalia in Eccleſiaſtica ditione, præſumuntur poſſidere iure feudi ab ipſa Eccleſia, vt excludatur titulus vſurpatiuus.*

§.I.

Gloſſ. 5.

Comprehenſæ

CAP. X.

1 DISPVTANT Doctores noſtri, tam Cæſariani, quàm Pontificij, an appellatione Ciuitatis cõprehendatur Ciuitas cum ſuo territorio, & *Felin.*
in c. Rodulphus, n.6. verſ. limita 2. de reſcript. ſequutus Abb. ſuper eod. c. Rodulphus, n.4. in fin. dicunt, quòd in materia
larga, ſeu indifferenti comprehendatur,
& adducunt *tex. in l.1. §. cum Vrbem, ff.*
de offic. Præfect. Vrbis, vbi Vulpianus
hæc ait. Cum Vrbem noſtram fidei tuæ
commiſerimus, quicquid intra Vrbem
admittitur, ad Præfectum Vrbi pertinere videtur, ſed etiam ſi quid intra centeſimum lapidem admiſſum ſit, ad Præfectũ
Vrbi pertinet, &c. facit *l. ædificia, ff. de*
2 *verb. ſignif.* vbi omnia ædificia, quæ ſunt
in continentibus Ciuitatis, videntur eſſe
in Ciuitate; *& in l. qui in continentibus,*
ff. eod. tit. habemus, natum in continentibus Vrbis, Romæ natum cenſeri: Et
3 plura congerit *Marſil. in tract. bannit. in*
verb. Ciuitate, n.19. firmans communem
4 concluſionem, videlicet in beneficijs, &
gratijs appellatione Ciuitatis cõprehendi Suburbia, Comitatus, Diſtrictus; &
vide *Marcum quæſt. 365. quæritur, an*
appellatione, n. 38. & alibi ſæpè. In contractibus verò, & pœnis, quæ ſtrictè ſunt
5 accipiendæ, non veniunt appellatione
Ciuitatis, quæ propriè loquendo eſt illa,
quæ muris finitur, *l. nam quod liquidè, §.*
ſi ita, ff. de pœn. legat. c. ſi Ciuitas, de ſent.
excomm. in 6.
Hoc autẽ ita intelligendum erit, quan-
6 do Ciuitas ponitur pro loco; quando
verò ponitur pro populo, tunc non ſolùm comprehendit ciues intra muros
exiſtentes, ſed etiam comitantes; & ita
loquitur *tex. in l. qui in continentibus,*
147. ff. de verb. ſignif. Bar. in l. 2. n.4. ff.
de verb. ſignif. Abb. in c. Rodulphus, nu.6.
de reſcript. vbi plus dicit, videlicet quòd
7 appellatione ciuium veniunt non ſolùm
illi de Comitatu, ſed etiam illi de Territorio; & vide omninò *Franc. Mar.*
quæſt. 365. ferè per tot. Et ſecundùm
8 hunc intellectum populus exiſtens in
Caſtris, quæ ſunt de Comitatu alicuius
Ciuitatis, puta ſi quis natus ſit in Caſtro
ſubiecto Ciuitati Peruſinæ, dicitur ciuis
Peruſinus, *Bar. in l. 1. n. 5. & alibi, ff. ad*

municip Felin.d.c.Rodulphus, n.6. verſ. & hic eſt,quod Caſtra, de reſcript. Et ideo
9 ſi factum ſit legatum, ſeu conceſſum ſit priuilegium alicui Ciuitati, tale priuilegium, & legatum extenditur etiam ad Comitatenſes, *Bart.in l.2.n.4. verſ. breuitèr dicamus, ff. de verb. ſignific. & in ſuo conſ. 196. incip. Ciuitati Camerinen. n.6.verſ.præterea quando aliquid*; quem refert, & ſequitur *Marſil. loco ſupra cit. n.19. verſ.ideo ſi legatum.*

Et hoc eſt notandum pro liberatio-
10 ne, quam fecit Clem. VIII. dum Ferrariam a ſe recuperatam petebat, & per multas Ciuitates Sedi Apoſtolicæ ſubiectas tranſiens liberauit illas a ſolutione taxarum Archiuij, Damni dati, & Fogliettæ, vt ſcilicet talis liberalitas Principis extendatur etiam ad habitantes in Comitatu, cum ſit beneficium, & gratia larga, vel ſaltem indifferens ex ſupra narratis, & ideo largè accipienda, *l. fin. ff.de mand. Princip.l. ſi quando,C.de bon.*
11 *vacan.lib.10.Alciat. conſ.33. non eſt dubium, n. fin.* Sicut etiam contra in ſumptibus, & incommodis, quæ patitur Ciuitas, debet etiam concurrere Comitatus. *ex eod. Bart.d.l.2. n.6. ff.de verb. ſi-*
12 *nif.* dum ait, quòd condemnatis Ciuibus cenſentur condemnati etiam Comitatiui, niſi aliud appareat ex verborum diſpoſitione, quem refert, & alia adducit pro hac opinione *Felin in c. Rodulphus,n.6.verſ.& inducit etiam Bart de reſcript. & vide etiam Abbat in eodem c.Rodulphus,n.6. ad fin.* vbi intelligit opinionem Bart. poſſe procedere in materia communi Ciuibus, & Comitatiuis.

13 Nec obſtat *tex in Auth.quib.mod.nat. eff.leg.§. ſi verò non ciuis*, vbi natus in Villa propriè ciuis non eſt, *& c. ſi.Ciuitas,de ſent.excom.in 6.*quod licèt loquatur in pœnalibus, tamen extenditur ad
14 Suburbia, & continentia ædificia. Quia reſpondet *Marſil. loco ſupra cit.nu.*108. & pro concordia diſtinguit; aut loquimur in beneficijs, quæ ſunt latiſſimè interpretanda, & tunc procedit ſupra po-
15 ſita concluſio; aut loquimur in priuilegijs contra ius,quæ ſunt ſtrictè interpretanda, & intelligenda, *l. ſi quando, C. de inoffic.teſtam.c.ad audien.de decim.*& in hoc procedit *Auth. in d. §. ſi verò non ciuis.* & optimè faciunt,quæ tradit *Abb. in d c.Rodulphus,n.5. verſ. & eis infer-*
16 *tur*, vbi firmat, quòd in literis impetratis ad beneficia appellatione Ciuitatis non comprehenditur Diœceſis, & dicit hanc ſententiam eſſe communem,& veriorem per *tex.expreſſum cum ſua gloſſ. in c. quamuis, de priuileg. in 6.* & addit
17 priuilegia tunc eſſe ſtrictè interpretanda, quando ſunt odioſa contra ius, vel vtilitatem tertij. Ad tex.verò *in c. ſi Ciui-*
18 *tas,de ſent.excom. in 6.* reſpondit idem *Marſil.n.*109.ideo eſſe factam ibi extenſionem in pœnalibus, ne ſcilicet per indirectum eluderetur ſententia Superioris, quod dicit etiam ibi *tex.* & notat
19 *gloſſ.in verb. vilipendij*; & vide pulchrũ *tex.in l. fin. ff.ne quid in loco publico*; vbi ſi quis in loco publico ædificauerit, non poteſt cogi ad demoliendum, ne Ciuitas deformetur ruinis: at ſi ædificauerit
20 aduerſus edictum Prætoris, tollere tenetur ædificium, ne Prætoris imperium reddatur eluſoriũ, & inane; & latè tradit *Felin.in d.c. Rodulphus, n.4. verſ. limita dupliciter,de reſcript.* vbi inter alias illa-
21 tiones, quas facit, ponit; ſi Statutum prohibeat exerceri aliquam artem in Ciuitate,ne diſpoſitio huiuſmodi Statuti reddatur eluſoria, erit intelligenda etiam de prohibitione facta in Suburbio; verùm quoad hanc illationem dicit ibi *Felin.verſ.crederem tamen,*inſpiciendam
22 eſſe rationem prohibitionis, & an militet eadem ratio in Ciuitate, & in Suburbijs: videmus enim in pluribus Ciuitatibus prohibitam eſſe artem faciendi coria propter fœtorem, & tamen hæc ars exercetur in Suburbijs, vt in Patria mea Vrbeuetana. Et aliquando prohibentur vendi certæ carnes intra Ciuitatem, vel in macellis publicis,quæ tamen permittuntur vendi extra Ciuitatem,vel in certis locis ignobilibus, vt videmus Romæ permiſſum vẽdere inter Hebręos carnem bubalinam,quæ venditio in alijs locis prohibita eſt; concludit igitur *Felin.ibi* inſpiciendam eſſe cauſam prohibitionis.

Sed ego pono alium caſum deſumptum ex *Marſil.d.tract.de bannit.in verb. Ciuitate,n.32.& 33.*vbi confirmat,quòd
23 ciuis propter morbum contagioſum poteſt expelli de Ciuitate, ſicut etiam poteſt expelli ciuis, qui malè agit, & eſt ſcandaloſus in Ciuitate; quæro inquam, an huiuſmodi expulſio comprehendat, & intelligenda ſit de Ciuitate tantùm, an etiam de Suburbio: Et dicas etiam de Suburbio propter identitatem rationis, & ne ſententia Superioris reddatur eluſoria, vt in *d. c. ſi Ciuitas, de ſent. excom.in 6.& optimè facit Bald.in c.ſignificauit,ad fin. de reſcript.*quem refert *Felin.d.c.Rodulphus,nu.4.verſ.vnde ſingulariter;*

24 *lariter;* quod ſi Epiſcopus excommuni-
cauerit leproſos, niſi intra octo exierint
Ciuitatem, ſi aliquis ex ipſis leproſis re-
ducat ſe in Hoſpitali exiſtente in Subur-
bio, non dicitur paruiſſe; quia ſicut pro-
25 pter ſalutem animarum fit extenſio, quæ
aliàs non fieret, vt in *d.c. ſi Ciuitas, &*
proximo præcedenti, ita pro ſalute cor-
porum licita erit extenſio, ne alij ciues
inficiantur; nam

Morbida facta pecus totum corrumpit
ouile;

& hac ratione præſumitur factum præ-
ceptum, vt ibi per eum, qui *firmat* etiam
in pœnalibus aliquando faciendam eſſe
extenſionem, quando ſcilicet militat ea-
dem ratio, vt in caſibus ſupra narratis,
ac etiam quando diſpoſitio redderetur
eluſoria; & ad hoc probandum adducit
duas regulas communitèr in iure recep-
26 tas: prima eſt, quòd verba ſemper de-
bent intelligi cum effectu, *c. relatum, de*
cler. non reſident. c. in his, de priuil. Gomes
in repet. c. Statutũ, n. 28. de reſcript. in 6.
ſecunda regula, quòd verba intelligenda
ſint, vt aliquid operentur, *c. ſi Papa, de*
priuil. in 6.

Et ex iſtis duabus regulis multas eli-
cit concluſiones *ipſe Felin.* quas reſcri-
bere non eſt neceſſe, duas tamen ad rem
noſtram magis facientes non omittam.
27 Altera eſt, ad hoc ne diſpoſitio reddatur
eluſoria, & verba intelligantur cum ef-
fectu, & aliquid operentur, vt fiat ex-
tenſio pœnalis ad Suburbia, quàmuis nõ
eſſent ſub dominio Ciuitatis, ſeu illius
Domini, ſed tenerentur de facto, & non
de iure, *Archidiac. & alij in c. in ſenten-*
28 *tia, n. 2. de ſent. excom. in 6.* Et ſi Papa im-
ponat onus bonis Religioſorum, iſtud
onus extenditur etiam ad bona, quæ ipſi
Religioſi tenent de facto, & citat *Petr.*
de Anchar. in conſ. 104. contra fratres,
vel ordines, prout in c. recolentes, de ſtat.
monachor. & in Clem. 1. in verb. Præſidẽ-
tes, de reſcript. & gloſſ. 1. verſ. in Religioſo,
in Clem. 1. de decimis.

29 Alius etiam caſus ponendus eſt, in
quo facienda erit extenſio pœnalis; tu
ſcis, quòd Ciuitas non excommunica-
tur, ſed interdicitur, *c. Romana, §. Vni-*
uerſitatem, de ſent. excom. c. Clericus laic.
§. nos igitur, verſ. Vniuerſitates, & ibi
gloſſ. in verb. interdicto, de immun. Eccl.
in 6. Gail. de pac. pub. cap. 9. n. 18. Si Ciui-
30 tas ergo interdicta fuerit, quo caſu Miſ-
ſæ, & Diuina officia in Eccleſijs ianuis
clauſis celebranda ſunt, *c. alma mater, de*
ſent. excom. in 6. ſciendum eſt ſub huiuſ-
modi interdicto eſſe comprehenſas om-
nes Eccleſias exiſtentes in Ciuitate, &
in Suburbijs, tam ſæculares, quàm etiam
regulares, etiamſi ipſi regulares ex alio
capite ſint priuilegiati, vt eſt *tex. apertus*
in Clem. 1. de ſent. excom. & ibi *Vitalin.*
31 *n. 12.* vbi notat fortius ligari Religioſos
etiam exemptos, quàm Clericos ſæcu-
lares; ſiquidem iſti ſolam irregularitatẽ
incurrunt, *c. is cui, de ſent. excom. in 6.*
Religioſi verò præter irregularitatem
etiam in excommunicationem incidunt,
vt ibi per eum, qui firmat ſub illa Cle-
32 ment. eſſe comprehenſos omnes cuiuſ-
cumque ordinis etiam Mendicantes, &
fęminei ſexus Religioſos: quod etiam
ſancitum eſt a *Sacro Conc. Trid. ſeſſ. 25.*
33 *cap. 12.* dum ait: *Cenſuræ, & Interdicta*
nedum a Sede Apoſtolica emanata, ſed
etiam ab Ordinarijs promulgata mandã-
te Epiſcopo a Regularibus in eorum Ec-
cleſijs publicentur, atque ſeruentur, dies
etiam feſti, quos in Diœceſi ſua ſeruan-
dos idem Epiſcopus præceperit, ab exem-
ptis omnibus etiam Regularibus ſeruen-
tur, &c.

Quæ quidẽ extenſio fit propter iden-
titatem rationis, vt dicitur *in d. Clement.*
1. ibi. Nos igitur in Sancta Dei Eccleſia,
quæ vnica eſt, & vnum Deum prædicat,
atque colit, vnam fidem firmitèr, & ſim-
plicitèr confitetur, vniformitatem con-
ſeruare volẽtes, &c. & videndus eſt *tex.*
in c. de ijs, diſtinct. 12. & optimè facit *gloſ.*
34 *in Clem. 1. de ſepultur. in verb. ſepellire*,
vbi poſt excitatam quæſtionem, an ſub
Interdicto ſepelliendi excommunica-
tos in loco ſacro, comprehendantur ne-
dum Clerici, & alij facientes foueas, &
comitantes funus, & poſt pro vtraque
parte rationes adductas, tandem in fine
dicit, ne diſpoſitio textus reddatur elu-
ſoria, omnes eſſe comprehenſos; & hanc
gloſſ. refert, & ſequitur *Felin. in d. c. Ro-*
dulphus, n. 6. verſ. tamen aduerte; & Vi-
tali. in d. Clem. 1. n. 31. & 32. vbi propter
35 identitatem rationis maſculinum conci-
pit fœmininum etiam in pœnalibus; &
vide *Mathesilan. in tract. de interpret. &*
extenſ. leg. num. 46. & ſeq.

Quod autem dictum eſt ſupra, appel-
latione ciuium eſſe comprehenſos, qui
ſunt in Comitatu, ſciendum eſt, huiuſ-
modi propoſitionẽ non eſſe conuertibi-
36 lem. Quia appellatione comitatiuorum
non veniunt ciues, *Bar. in conſ. 196. n. 6.*
in fin. verſ. in propoſito, qui ex diſpoſitio-
ne *c. Rodulphus, de reſcript.* fatetur appel-
37 latione eorum, qui ſunt in Diœceſi, non

 eſſe

37 eſſe comprehenſos ciues, qui ſunt in Ciuitate, *arg.tex.in l.1.C.ne ruſtic.ad vllum obſeq. lib.11.* vbi Comitatiui ſunt obligati ad ſtrictiora onera, vt dicit *Ab. d.c. Rodulphus, n.7.* & hoc idem dicit *Bart.in l.2.num.4.ff. de verb.ſignific.* Et quòd ciues non dicantur, niſi illi, qui
38 ſunt de Ciuitate, non autem de Caſtris, & Villis, *Marſ.d.tract.de bannit.in verb. Ciuitate, n.149.*

39 Et ex hoc notandum erit, quòd licèt repræſaliæ, quæ conceduntur contra ciues, extendãtur etiam ad Comitatiuos, vt dicit *Bald.in l.ſi in aliquam, verſ. & prædicta faciunt, ff.de off.Proconſ.* quem refert *Alex.in addit.ad Bart. d.l.2. lit.F. verb.probatur, verſ. & an repræſaliæ, ff. de verb. ſignific. Abb.& Felin.in d.c.Rodulphus, n.6.* vbi condemnata Ciuitate,
40 intelligitur condemnatus Comitatus; idem *Abb.in conſ.52. n.7. par.2.* Hoc tamen non procedit è contra, quando ſcilicèt repræſaliç ſunt conceſſæ contra comitatiuos, non comprehenduntciues: quia, vt dictum eſt, ad ſtrictiora onera obligati ſunt comitantes, quàm ciues, vt
41 *in d.l.1.C.ne ruſtic.ad vllum obſeq.lib.11 & in l. 2.ff. de nundin.* vbi comitatiui coguntur deferre victualia ad Vrbem; & facit *Bart.in tract.repræſal.in 7. principali quæſt.n.4.* vbi quærit, an repræſaliæ
42 poſſint exerceri contra ciues Ciuitatis concedentis, & poſt multa negatiuè reſpondet.

43 Et facit etiam, quia Caſtra, & Comitatus ſubijciuntur Statutis Ciuitatis dominantis, *Abb.d.conſ.52.tom.2.incip. in quæſt.Raynerij de Tuſcanis*; quem refert *Felin.d.c.Rodulphus, n 6. circa fin. verſ. ex quib.infert.* licèt ipſe dicat eſſe *conſ. 347.nu.6.latè Roman. conſ. 218. præſens caſus, per tot.* vbi loquitur de Ciuitate Piſana ſubiecta Florentiæ, quòd debeat ſubijci Satutis Florentiæ dominantis; & plura ibi congerit *Mandoſ.* licèt ipſe in vlt.additione teneat contra Romanum, quòd ſcilicet deficiente Statuto Piſano non ſit recurrendum ad Statutum Florentinum; ſed ad ius commune, ex pluribus per eum ibi adductis; & hanc opinionem puto ſequutam fuiſſe *Rotam Romanam apud Seraphin.in deciſ.1161.* dum voluit in ſententia lata apud Tiburtinam Ciuitatem, quæ eſt in diſtrictu Vrbis, potius recurrẽdum eſſe ad ius commune, examinando iuſtitiam ſententiarum, quàm ad Statuta Vrbis dicentia, quòd duæ ſententiæ conformes faciant rem iudicatam; & videndus eſt *Hondcd.conſ.13.defuncto, a n.2. vſque ad 12. lib.1.*

44 Verùm quòd vbi deficit Statutum Caſtrorum, & Comitatus, recurrendum ſit ad Statuta Ciuitatis dominantis, validis meo iudicio probat rationibus *Abb. d. conſ.52.n.6.par.2.& Honded. d.conſ.13. a n.12.vſque ad 26.& a n.3.vſque ad fin.* vbi reſpondit ad contraria; & videtur *text.apertus in §.fin. in vltimis verbis Inſtit.de ſatiſdat.* quem tex.ad hoc extollit *Roman.d.conſ.218. n.1.* & vbi Caſtra, & Comitatus ſint intra Territoriũ, quòd procedat indiſtinctè concluſio, tenet *Gail.pract. obſeru.lib.2.obſeru.124. n.8.& ſeq.* & de magis communi teſtatur *Alex.conſ.16.n.1.lib.1.* nec contrariũ dicit *Rota in d.deciſ.1161.* quia alternatiuè loquitur, ideſt ad Statutum Ciuitatis dominantis, vel ad ius commune, *vt ibi.* Nec poteſt propriè dici, quòd Ciuitas Romana ſit Domina Ciuitatis Tiburtinæ, vt olim fuit, nec multis ab hinc annis, videlicet ſub Paulo IV. quia hodie immediatè ſubiacet Romano Pontifici,
45 non autem Vrbi, & Populo Romano, qui hodie non poteſt cõdere leges. quia eorum iuriſdictio tranſlata eſt tota in Papam, *Roman.d.conſ.218. n.2. vbi de comm.& ibi Mandoſ.adducit Socin.conſ. 118.circa primum, n.3. lib.2.* teſtantem ſimilitèr de communi.

46 Vt autem ad rem noſtram redeamus, poſita concluſio, quòd ſcilicet Caſtra, & Comitatus ſubijciuntur Statutis Ciuitatis eis dominantis, non militat è contra, vt ſcilicet quando deficiat Statutum Ci-
47 uitatis, recurrendum ſit ad Statuta Caſtrorum, & Comitatus; quia hoc eſſet abſurdum, & inconueniens, nam ſi par in parem non habet imperium, *l. nam Magiſtratus, ff. de receptis arbitr. & ibi gloſſ.1.l.ille a quo, §.tempeſtiuum, ff.ad S. conſ. Trebell. & ibi etiam gloſſ. in verb. Impera.Gail.tract.de arreſt.cap.4.tria potiſſimum, n.3. & ſeq.* multò minus inferior in ſuperiorem, *l.3. Labeo, §.vlt.ff.de recept.arbit.* & de iure communi Villa,
48 ſeu Caſtrum nullam iuriſdictionem habent, ſed ſubſunt Ciuitati, in cuius Territorio conſiſtunt, *Innoc.in c.cum ad Sedem, de reſtit.ſpoliat.Bart. in l.1. num.3. verſ.eſt tertia Vniuerſitas minima, ff. de damn.infect.* vbi tres ſpecies Vniuerſitatis ponit, largam ſcilicet, minus largam, & minimam, quem per te vide; *Abb. d. conſ.52.n.7.verſ.quia probato, par.2.*

Et ideo dicit *Bald.in l.1 §.initio, in princ. ff.de off.Præfect.Vrb.* quòd commiſſa

49 miſſa iuriſdictione Ciuitatis, includitur
Comitatus, ideſt proprium illius Ciui-
tatis Territorium; & idem dicit de ele-
cto in Poteſtaté alicuius Ciuitatis, quòd
intelligatur electus etiam ad Comitatũ,
& Territorium; quod dictum refert, illi-
que aſſentiri videtur *Felin. in c. Rodul-
phus, n.6. in fin. de reſcript. & eſt tex. in
l.1. §. cum Vrbem, ff. de off. Præfe. Vrbis;*
& hoc nota pro Poteſtate Ciuitatis Vr-
bisueteris, qui cenſetur electus etiam
pro Comitatu, & ideo indebitè recuſat
Caſtrum Ficullis concurrere ad ſtipendia
dicti Poteſtatis, cum hoc Caſtrum ſit in
Comitatu, & Territorio: quare optima
ratione Sacra Congregatio Boni Regi-
minis menſe Iulij 1635. mandauit dictũ
Caſtrum cogendum ad ſolutionem pro
rata ſibi tangente.

Quæ tamen non procedunt è contra,
ex ijs, quæ ſupra retulimus; & vide etiam
*Ruin. conſ. 40. n. 15. lib. 1. & optimè facit
tex. in l. ſi vnus, 28. §. ante omnia, ff. de
pact. Ruin. conſ. 45. n. 1 eod. lib. 1: & viden.
eſt Alciat. in conſ. 34. tam ſubtilitèr, nu. 3.*
50 dum ait Dominum ſine voluntate va-
ſalli non poſſe alienare in inferiorem di-
gnitatem, quia non tenetur vaſallus iu-
rare fidelitatem minori, vel minus no-
bili, & citat *tex. in c. 1. §. è contrario, de
inueſt. de re alien. fact. lib. 2. feud.* Et fa-
ciunt, quæ dicit *Luc. de Penn. in l. 2. n. 3.
verſ. indignum eſt, C. de iur. Reipub. lib. 11*

Aliam concluſionem ponit idẽ *Felin.
d. c. Rodulphus, n. 7. de reſcript.* videlicet
appellatione Ciuitatis comprehenſum
51 eſſe portum, & mare illi adiacens, ſe-
quutus *gloſſ. in c. vbi periculum, §. porrò,
verſ. cum ſua Curia, de elect. in 6.*

Et quòd mare dicatur comprehenſum
52 ratione contractus, vel quaſi, & ratione
delicti, vel quaſi ſub iuriſdictione illius
Ciuitatis, cui propinquior eſt illa parti-
cula maris, in qua aut negocium, aut
delictum fuerit commiſſum, dicit *Bart.
in l. inſulæ, n. 1. ff. de iudic. & ibi etiam
Angel. & facit l. Cæſar, & ibi Doctor. ff.
de publican. & vectig.*

53 Et quòd Barones habẽtes iuriſdictio-
nem in Caſtro, illam paritèr habeant in
mari ipſi adiacenti; nam Princeps con-
cedendo Baroniam cum Territorio vi-
detur concedere Territorium in mari
ipſi adiacenti, & ſic omnem iuriſdictio-
nem in eo, *Maſtrill. de magiſtr. lib. 4.
cap. 16. de Baron. iuriſdict. n. 162. & 163.*
vbi alios multos adducit, & *n. ſeq.* ait
hoc fortius procedere, vbi Baro ſolitus
eſſet ea iuriſdictione vti, vel ex priuile-
gio ſibi expreſsè conceſſa fuiſſet, aliàs
difficile eſſet in practica id obtinere,
cum ſit de Principi reſeruatis, vt ibi per
eum; & facit *Franc. de Pont. tract. de
poteſt. Proreg. tit. 10. de diuerſ. prouiſion.
§. 1. n. 1. & 2.* vbi dicit Baronem non poſ-
54 ſe ædificare portum in ſua Terra abſque
licentia Principis, quia hæc inter rega-
lia computantur.

55 Et ſic nota, quòd Dux Bracchiani, qui
eſt Dominus Caſtri Pali poſiti in littore
maris, non poterit ibi ædificare portum,
tum quia, vt dictum eſt, inter regalia
hoc computatur, tum etiam quia eſſet
præiudicialis portui Centum cellarum,
ſeu Ciuitatis Vetulæ, qui eſt portus ip-
ſius Principis. Et ſi non licet Principi æ-
dificare ad æmulationem, *Menoch. de
arbitr. caſu 156. n. 6.* multò minus infe-
riori, & vaſallo Sedis Apoſtolicæ.

Sed poſito, quòd Baro, vel Princeps
habeat huiuſmodi iuriſdictionem in
56 mari, quæſitum eſt, quouſque proten-
datur, & dicas vſque ad centum millia-
ria, *Bart. in Tyber.* vbi agit de inſula;
*in §. nullius, n. 1. Cæpoll. de ſeruit. ruſtic.
prædior. cap. 26. de mari, n. 14. Felin. in
c. Rodulphus, n. 7. verſ. declaratio quarta,
de reſcript. Hieron. de Mont. trac. de finib.
cap. 7. n. 13. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 154.
n. 3.* & alij per eum adducti. Ex quo ca-
pite *Cæpoll. loco citato* dicit feciſſe libe-
rare quendam Mercatorem Ianuenſem
captum a Venetis in mari, ſed vltra cen-
tum milliaria, vltra quæ eorum iuriſdi-
ctio non extenditur; & hunc ſequitur
Felin. loco citato verſ. de quo facit.

Qua ratione *Luc. de Penn. l. vnica, C.
de Claſſicis lib. 11. verſ. & ſic facit,* tenet,
57 quòd Veneti indebitè ſibi vſurpant iu-
riſdictionem, & proprietatem in toto
mari Adriatico; cuius opinionem veriſ-
ſimam dicit *Franc. de Pont. de poteſt.
Proreg. tit. 11. de triremib. nu. 19. & ſeq.*
58 vbi latè proſequitur hunc articulum, vt
ſcilicet probet, nullo modo Venetos
poſſe prohibere Regem Hiſpaniarum,
quin liberè vadat, & reuertatur per di-
ctum mare Adriaticum; & *n. 28.* ait tria
59 eſſe cõſiderãda reſpectu maris, videlicet
proprietatem, vſum, & iuriſdictionem,
ſeu protectionem: Proprietas eſt in nul-
lius bonis; vſus eſt omnium communis;
iuriſdictio Populi Romani, ſeu Impera-
toris, *gloſſ. in l. littora, ff. ne quid in loco
publico,* quam ſingularem dicit ipſe *D. de
Ponte,* & addit ita eſſe intelligendam
aliam *gloſſ. in l. 2. ff. de rer. diuiſ.* prout il-
lam ita declararunt *ibi Bald. & Alberic.*

Qua-

60 Quapropter etſi licitum eſt ædificare in
mari, *l.repar. in fin. & ſeq. ff. de rer. di-
uiſ.* hoc tamen procedit, dummodo v-
ſus publicus non impediatur, *l.in littore,
ff.ne quid loco publico,* & ideo dixit *Bald
in l. 1. §. quòd ſi quis in mare, ff. de oper.
nou. nunciat.* quòd etſi Ciuitas Venetia-
61 rum, quia ædificata eſt in mari, dicatur
liberá, hoc intelligitur quoad dominiũ,
non autem quoad iuriſdictionem Impe-
rij; Quam deciſionem punctualem, &
indubitatam appellat ipſe *Dom.de Pont.
loco cit.n 30. & ſeq.* & hinc elicit conclu-
ſionem, quòd inſulæ in mari natæ, vel æ-
dificatæ, quoad iuriſdictionem vel erunt
Prouinciæ propinquioris per centum
62 milliaria, vel ſi in alto mari, de iuriſdi-
ctione Imperij; quam quidem conclu-
ſionem ante eum poſuit *Bart.in tract.de
Inſula, in princ.in verb.nullius enim,
n.1.& ſeq.& ipſe Dom.de Ponte* dicit eſ-
ſe communiter receptam; & vide *Cæpoll.
de ſeruit.ruſtic. prædior. cap.26. de mari,
n.15.16.& 17. Et pro doctrina Bald. ſu-
pra citata videndus eſt Abb. in coſil. 82.
Conditoris omnium, num.7. vol.1.* qui di-
cit totam Diœceſim eſſe Territorium
Epiſcopi *16.quæſt.7.c.omnes Baſilicæ.* Et
ideo quanquam alius Epiſcopus ibi Ec-
63 cleſiam ædificet, nihilominus iuriſdictio
pertinet ad illum Epiſcopum, in cuius
Territorio eſt ædificata Eccleſia, vt ibi
per eum.

Poſito igitur, quòd quis habeat do-
minium, & iuriſdictionem per centum
milliaria intra mare, ponamus caſum in
Ciuitatibus Anconæ, Fani, Senogaliæ,
Centum cellarum, quæ Ciuitates ſunt
ædificatæ in littore maris, vt notum eſt,
& Gubernatores, qui ibi mittuntur a
S. de Apoſtolica, poſſunt exercere iuriſ-
dictionem non ſolùm in terra, ſed etiam
vſque ad centum milliaria intra mare,
*Felin.d.c.Rodulphus, n.7. verſ. declaratio
quarta; Hieron.de Mont. tract. de finib.
cap.7.num.12.& alij ſupra relati.* Si in-
ter duas Ciuitates punctualitèr diſtantes
ſit factus contractus, vel commiſſum de-
64 lictum in mari, aut in eadem particula
maris plures habitent, tunc dicetur fa-
ctum in confinibus, iuxta *tex.in l.arbor,
§.de veſtibulo, ff.com. diuid.* & ideo ad
vtrumque dictarum Ciuitatum Guber-
natorem pertinebit cognitio delicti, &
contractus, vt dicit *Bald.in d.l.arbor, in
princ.* atque erit inter ipſos locus præ-
uentioni capturæ delinquentis, vel iudi-
cij moti ſuper contractu, vt ait *Felin.lo-
co citato, verſ. & ſubdit, ſequutus Angel.
in l. ſanè ſi maris, ff.de iniur.* quem etiã
ſequitur *Cæpoll. d. tract. ſer. ruſt. præd.
cap.26.de mari, n.20. & 21.* Sed reo per
alterum punito, alteri poteſtas punien-
di præcluſa eſt, quia non iudicabit bis
Deus in idipſum, *c. Presbyter, diſt. 81.
Luc.de Penn.in l.3. euectiones, n.3.C.de
curſ. pub. lib.12. viden.* quia alios ponit
caſus ad rem facientes.

Vlterius quæſitum eſt, an quemad-
modum imponuntur gabellæ tranſeun-
tibus per Territorium alicuius Ciuitatis,
liceat etiam illas imponere tranſeunti-
bus per mare, & confiſcare merces, quæ
65 cadunt in commiſſum, vt faciunt Vene-
ti, Dux Sabaudiæ, & cæteri Principes ha-
bentes iuriſdictionem, & dominium in
mari? Et videtur negatiuè reſponden-
dum, quia vectigalia ſine iuſta cauſa im-
poni, & exigi non debent, *l.1. & toto
tit.C.vectig. nou. inſtit. non debet*; iuſta
verò cauſa non videtur conſiderari poſ-
ſe in mari, ſicut in terra; ſiquidem in
terra neceſſaria eſt reparatio viarum,
fontium, pontium, murorum, & ſimi-
lium, & tenentur etiam ſaluare ſoluen-
tem in perſona, & bonis intra ſuum ter-
ritorium; *Hoſt.in ſum.tit. de cenſib.n.10
verſ.ſed numquid ſine cauſa;* Guid.Pap.
*conſ.65.in princ.com.opin.lib.4.tit.39.nu.
421 tom.1.* cuius cauſa vt ab huiuſmodi
ſumptibus ſubleuentur Communitates,
Imperator, & Summus Pontifex con-
cedunt huiuſmodi vectigalium impoſi-
tiones, vt legitur *in l.10.vectigalia, &
66 l.fin.C.de vectigal. & commiſſ.* Et quoad
confiſcationem Ciuitates etiam priuile-
giatæ non habent ius confiſcandi, vt le-
gitur in *l.1.C.de bonis vacant.lib.10.*

Accedat, quòd maris communis eſt v-
ſus omnibus hominibus, ſicut & aeris,
& littorum, *§.1. ff.ne quid in loco public.
& Inſtit.de rer.diuiſ.§.1.& l.iniuriarũ,
§. ſi quis me probibeat, ff.de iniur.* vbi di-
67 cit text. quòd datur mihi actio iniuria-
rum contra prohibentem me piſcari in
mari; latè *Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd.
cap.26. de mari, n.2. verſ. & ideo ſi quis;
vide Greg. Tholoſ. ſyntag. iur. vniuerſ.
lib.2. par.1. cap.4 per tot.* & faciunt tra-
dita per *Felin.c.Rodulphus, n.7. in 1. &
2.declaratione*, dum ait in pœnalibus nõ
eſſe faciendam extenſionem; & ideo
68 bannitus de territorio Ciuitatis, non
cenſetur bannitus de mari diſtincto per
illud territorium; vt ibi, qui aſſignat dif-
69 ferentiam inter territorium, & diſtri-
ctum, vt ſcilicet hic dicatur locus iuriſ-
dictione munitus tam in terra, quàm in
mari;

mari, illud verò terram tantummodo comprehendat; de quo vide latius apud *Hieron.de Mont.tract.de finib.reg.cap.6. & 7.*

70 Quibus tamen non obſtan. cõtrarium eſt verius; ita tamen, vt liceat huiuſmodi vectigalia exigere, & confiſcare bona, quæ cadunt in commiſſum Principibus non recognoſcẽtibus ſuperiorem; prout de Repub.Veneta dicit *Capoll.d.cap.6.de mari,n.*10.de Repub.Ianuenſi, Florentina, Lucana, ſeu Lucenſi,ac etiam Veneta, *Menoch. conſ.*2. *ferè per tot.* qui pro Republica Ianuenſi conſuluit; & vide etiam *Bald.conſ.*182. *Caſus eſt* Rex Cypri, *lib.* 5. vbi etiam conſuluit pro hac Republica, & affirmat non recognoſcere ſuperiorem in temporalibus in ſuo Dominio. De Duce Sabaudiæ, quòd in ſuis dominijs, & territorijs ea poſſit,quę Imperator, & in puncto loquitur de huiuſmodi vectigalibus maritimis, *Oſaſch. deciſ.*154.*cum nauis, per tot. Maſtrill.de Magiſtrat.lib.*1.*cap.6.n.*2. & alij per eum adducti. De Ducibus Mediolani, & Mantuæ *Curt.iun.conſ.*1.*n.*29. *&* 30. *& conſ.6.n.*8.*&* 9.*Pariſ.conſ.*1. *n.*25. *&* 26. *lib.* 1. *Maſtrill. loco citato*. De Coſmo nunc Magno Duce Aetruriæ, qui præeſt Reipub. Florentinæ, Piſanæ, & Senenſi aliqua dicit *Menoch. d.conſ.*2. *n.*65. Et quòd Reſpublica Florentina ſuperiorem non agnoſceret, *ibi n.*66. & alij per eum adducti, quibus adde *Roman. conſ.*310. *per tot. Maſtrill.d.tract.lib.*1.*cap.*7. *n.*4.5.
71 *&* 6. Atque ita nec ipſe Magnus Dux debet ſuperiorem recognoſcere; quia ſubrogatus debet eſſe eiuſdem iuris, &
72 conditionis,cuius eſt ille,in cuius locum ſubrogatur; *Maſtrill.d. tract. lib.*2.*cap.*7. *num.*76. Et Florentiæ, & Senarum Dux
73 appellatur a Pio IV. dum ad eius petitionem Militiam Sancti Stephani Papæ, & Martyris confirmat in ſua *Conſtitutione* 60.*Bullar.nou.tom.*2.*pag.*87. Nec ſuperiorem in ſuo Dominio recognoſcere affirmat Pius V. dum Magni Ducis Aetruriæ titulo ab eo decoratur,*in Conſtitut.* 88. *§.*7. Eumque vti Regem Magnum Ducem, & Principem ibi præeſſe. *Bullar.nou.tom.*2.*pag.*289. *vbi Cherub. iun.* recenſet beneficia per d. Coſmum in Eccleſiam collata *in ſchol.*1.*&* 2.

Et tandem de Papa, Imperatore, Re-
74 gibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicario,ſeu Comite Palatino, qui Superiorem non habent, vel ſunt perpetuò inueſtiti, & habent Regalia,& ornamenta, ſeu Coronam cum gemmis, & lapidibus pretioſis, tenet *Ludou.Rodulphin.de abſolut.Princip. poteſt.cap.*2. *per tot.*dum firmat omnibus ſupradictis cõpetere plenitudinem poteſtatis.

75 Neque iſta concluſio ratione caret, quia ſicut Princeps debet purgare Regnum malis hominibus, *l.congruit, ff.de off. Præſid.* ita etiam mare a piratis, *l.vnica,& ibi Bart.& Luc.de Penn. C.de Claſſic.lib.*11. Et maiores impenſæ fiunt
76 in conſtruendis, vniendis, & conſeruandis triremibus, quàm in conſtruendis pontibus, vijs, &c. vt de ſe patet, & faciunt,quæ tradit *Io.Franc.a Ponte,tract. de poteſt.Proreg.tit.*11.*de triremibus,cap.*1.*in princ.*& vide, quæ dixi in mea *Notitia Cardinalatus, in Congregatione xviij. de Claſſe paranda, & ſeruanda ad Status Eccleſiaſtici defenſionem, iuxta Conſtit.*74.*Sixti V. Bullar. nou. tom.* 2. Et hic idem Pontifex pro manutentio-
77 ne Triremium taxam in toto Statu Eccleſiaſtico tam clericis, quàm laicis impoſuit, quæ ab ipſa origine nomen retinet, & *delle Galere*, nuncupatur.

Secunda ratio eſt, quia Principes cu-
78 ſtodiunt etiam, & muniunt portus, qui licèt ratione ædificiorum ſint ædificantium, quoad vſum tamen ſunt publici, itaut omnes poſſint in illos propter tẽpeſtatem ſeipſos,ſuaſque merces recipere, & condere, *Bald. in rubr. ff. de rer. diuiſ.in* 6.*column.in princ.l.nemo, in fin. ff.de rer.diuiſ.*Et ideo dicitur locus concluſus, vbi Rates, & Triremes ſe reci-
79 piunt, & morantur, *l.portus*, 59. *& ibi gloſſ ff de verb. ſignific.*

Et quoniam pro illorum cuſtodia, & manutentione maximæ fiunt impenſæ, & moles in mare proijciuntur, vt anno 1630. factum eſt in portu Ciuitatis Vetulę, vbi lapides immenſi ad conſtruendum antemurale proiecti fuerunt, & apud illos dicitur, *la ſcogliera*, & iſtæ di-
80 cuntur impenſæ neceſſariæ, itaut ſi maritus habeat in dotem Ciuitatem, vel Territorium iuxta mare, & iaceret moles in mare pro portu faciendo, vel muniendo, vel pro muniendis muris Ciuitatis, vel Caſtelli dotalis, diceretur impenſa neceſſaria, *l.*1.§. *inter neceſſarias, ff.impenſ. in reb. dot.fact.* quem *text.* ad hoc allegat *Capoll.de ſeruit.ruſtic.præd. cap.*28.*de portu, n. final.*

81 Ideo vectigalia, ſeu redditus portus prouenĩetes ex mercibus ſunt de Regalibus, & dicuntur publica vectigalia, *c.*1. *in lit.quæ ſint regalia in vſib.feud. l.inter publica*, §.*fin. ff. de verb. ſignificat.*

Capolla

Cæpolla vbi ſupra,nu.2.verſ. & ideo.
82 An autem dominium in Mare, Portus, & Regalia inde prouenientia acquiri poſſint præſcriptione, affirmatiuam tenet *Felin. in c. Rodulphus, n.7. in fin. verſ. ve-*
83 *rùm ad 4. de reſcript.* & quàmuis feudatarius in territorio non poſſit abſque priuilegio exigere gabellam, vel ius pedagij, quia regalium appellatione venit gabella, & ius pedagij, *Rolan. conſ.1. nu. 18. vol.2. Luc. de Penn. in l.2. n.3. verſ. indignum eſt enim, C. de iure reipub. lib.11.*
84 attamen ſi ex antiqua poſſeſſione illa præſcripſerit, vim priuilegij habere dicitur, vt eſt *text. apertus in c. ſuper quibuſdam, §. præterea, de verb. ſignificatione, Menoch. conſ.2. n.71. & 72.* vbi veriorem, & crebriorem ſententiam appellat; *Maſtrill. de magiſtr. lib.1. cap.11. n.3.*
85 Quæ tamen prçſcriptio ſpatiũ centum annorum, & cuius nõ eſt memoria hominũ in contrarium, requirit, vt in iuribus ſupra adductis, & latè dixit *Maſtrill. d. tract. de Magiſtrat. lib.1. cap.19. per tot.*
86 quem vide, nam apud eundem habes d. lib.1. cap.12. qui concedere poſſint Regalia; cap.13. Regalia quando poſſint alienari; cap.14. Quando in generali conceſſione veniant Regalia; cap. 15. In conceſſione feudi cum Regalibus quæ veniant; cap.16. Regalium conceſſio an comprehendat reſeruata Principi; cap.17 Quando valeat Regalium infeudatio; cap.18. Quando poſſint a Principe, vel eius ſucceſſore reuocari Regalia; cap.19. Quanto tempore Regalia præſcribantur; & hæc omnia ſatis elegantèr, & eruditè tractat.

Et ne contingat dubitari, quo titulo quis poſſideat Caſtrum, Ciuitatem, vel alium locum cum iuriſdictione in Ditione Eccleſiaſtica, dicendum erit, poſſidere iure feudi, & præuia cõceſſione Summi Pontificis, vt latè probat *Abb. in conſ. 82. n.2. verſ. ſed his non obſtantibus, &*
87 *n.4. verſ. ex quibus omnibus, lib.1.* vbi firmat Romanum Pontificem habere intentionem fundatam in iuriſdictionalibus ſuper Vrbe Romana, & toto ſuo Territorio, non ſolùm ex donatione Conſtantini facta B. Syluestro, ſed etiam ex approbatione, & diſpoſitione Ludo-
88 uici, & aliorum Imperatorum; & ideo ſi quis Baro dicat ſe iuſto titulo poſſidere Caſtrum, vel Oppidum, præſumẽdum eſt poſſidere iure feudi ad excludendam vſurpationem, quæ non eſt præſumenda, *ex eod. Abb. d. conſ. 82. n.5. verſ. certũ eſt.*

S V M M A R I V M.

1 *Tabella quid ſit, & illius partes examinantur.*
2 *Stylus Datariæ in concedendis ſumptibus Breuium, & ſcripturarum qualis ſit ad occurrendum fraudibus.*
3 *Fraudibus ſemper eſt occurrendum.*
4 *Adminiſtrator rei alienæ obligatus ad ratiocinia, exhibere debet Calculatoribus Codicem dati, & accepti, et ſi neget, malitioſè occultaſſe præſumitur, & contra eum iuratur in litem.*
5 *Datum, & acceptum in ordinarium, & extraordinarium diuiditur; & declaratur quid ſit.*
6 *Quomodo erogandum ſit, quod aſſignatur in Tabella,* Per le ſpeſe ſtraordinarie.
7 *Ordinarium acceptum quid ſit, & quid extraordinarium.*
8 *Datum, & acceptum proueniens ex collectis an dicatur ordinarium, ſeu extraordinarium.*
9 *Collecta impoſita per æs, & libram, eſt magis æqua, quàm quæuis alia.*
10 *Qualibet Vniuerſitas Sedi Apoſtolicæ ſubiecta quolibet anno conficere debet Tabellam.*
11 *Lata culpa æquiparatur dolo quoad pœnam pecuniariam.*
12 *Bulla, & Congregatio Boni Regiminis quare fuerit inſtituta.*
13 *Vniuerſitates mediatè ſubiectæ non ligantur Bulla, niſi ſe voluntariè ſubiecerint.*
14 *Quomodo ſubijciantur Bullæ dictæ Vniuerſitates.*
15 *Factum ſingulorum non cenſetur factũ Vniuerſitatis, nec è contra.*
16 *Si dubitetur de vera, & legitima acceptatione Bullæ quid agendum.*
17 *Plus obeſt contemptus vnius, quàm contradictio multorum, quando quis eſt vocandus ad explendum actum; & non fuit vocatus.*
18 *Tabella quotannis renouanda eſt, & ad Vrbem tranſmittenda pro confirmatione, neque in ſumptibus augeri poteſt ſine licentia.*
19 *Tabellæ vbi Romam tranſmiſſæ ſunt, quid agendum pro illarum expeditione.*
20 *Tabella tanquam lex ab Vniuerſitatibus ſeruanda eſt, & ideo promulganda, & locis publicis retinenda.*
21 *Edicta ad hoc vt afficiant, ſufficit in publico proponi, nec requiritur perſonalis intimatio.*

Quæ

22 *Quæ differentia ſit inter Citationem, Edictum, & Conſtitutionem.*
23 *Tabella conſignanda eſt Quæſtori, ſeu Depoſitario Vniuerſitatum; & quare.*
24 *Tabella inuiolabilitèr eſt obſeruanda.*
25 *Conſultatio non cadit in caſibus inopinatis, quia prudentia humana præuideri non poſſunt.*
26 *Satius eſt initijs mederi, quàm fini.*
27 *Regularitèr Collecta non eſt imponenda Ciuibus; fallit, ſi neceſſitas vrget.*
28 *Neceſſitatibus qualitèr conſultum ſit per hanc noſtram Conſtitutionem.*
29 *Congregatio Boni Regiminis in locum Cameræ, & Præfectus in locum Camerarij ſucceſſerunt quoad executionem huius Bullæ.*

§.II.

Gloſſ. 1.

Tabella.

CAP. XI.

1 TABELLA eſt folium continens datũ, & acceptum, ordinarium, & extraordinariũ quot annis a Cõmunitatibus Status Eccleſiaſtici neceſſariò conficiendum, ad Vrbem tranſmittendum, a Sacra Congregatione Boni Regiminis approbandum, ab Officialibus quorumcumque locorum publicè exponendum, retinendum, & inuiolabilitèr obſeruandum, eiuſque exemplum Depoſitario conſignandum. Hæc Tabellæ deſcriptio deſumpta eſt ex verbis ipſius Bullæ, vt legẽtibus apparere poteſt; vt autem clariùs innoteſcat, illius partes examinabimus.

Dicitur, *folium*, quia regularitèr in charta aperta, & ampla, & vt dicunt, reale ſcribitur, vt illius in publicum expoſitio facilior ſit, & ictu oculi percurri poſſit; ac etiam vt difficilior ſit in ea diminutio, vel additio, abſque eo quòd in-
2 noteſcat adulteratio: & huiuſmodi ſtylum propter eandem rationem S. D. N. Dataria obſeruat, dum publicarum ſcripturarum, aut Breuium ſumptus concedit; ne ſcilicet ex complicatione, ac multiplicitate foliorum pateat, vel ſaltem facilior ſit improbis occaſio immutandi, ſeu adulterandi Pontificum conceſſiones, & gratias; fraudibus enim ſemper eſt
3 occurrendum, *l. fraudis, ff. de reg. iur. l. 1. & toto tit. ff. &* C. *de his quæ in fraud. credit. l. 1 in princip. & ibi gloſſ. in verbo daretur, ff. naut. caup. ſtab. Surd. deciſ. 30. num. 7.*

Annuum datum, & acceptum continens, &c. Quia folium ſupradictum in duas partes, ſeu columnas diſcriminatur, quarum altera pars continet datum, ideſt omnes expenſas, & onera Communitatum; altera verò continet acceptum, ideſt quotquot eædem Communitates habent redditus, & prouentus ſingillatim deſcriptos. Ex eo enim introitus, & exitus patefiunt, *l. fin. §. inter cætera, & ibi notat Bart. ff. de liber. legat. l. ſi ita fuerit, §. quæſtio, ff. de manum. teſtam.* Et
4 ideo omnis Adminiſtrator rei alienæ obligatus ad ratiocinia debet exhibere Calculatoribus Codicem, ſeu librum, quo ſcriptum ſit datum, & acceptum, quòd ſi non exhibeat, malitiosè occultaſſe præſumitur, & aduerſus eum iuratur in litem, *arg. tex. in l. tutor, qui repertorium, ff. de adminiſt. tutor. gloſſ. & Bart. in l. 1. §. Officia, ff. de tutel. & ration. diſtrah. Ruin. conſ. 54. n. 13. in fin. & nu. 14. volum. 1. Munnoz. de Excobar. tract. de ratiocinijs, cap. 10. n. 1. & ſeq.*

5 Cum autem datum, & acceptum duas habeant inſpectiones, ordinariam ſcilicet, & extra ordinem; ſciendum eſt illud eſſe datum ordinarium, quod quolibet anno, & debitis temporibus ſoluitur, vt ſunt onera Cameralia, Officialium ſtipendia, Cenſus, & locorum Montium fructus, & alia huiuſmodi, & optimè faciunt, quæ congerit *Tholoſan. in tract. de Repub. lib. 3. ſ p. 2. n. 11. & ſeq.* dum ait pecunias publicas in duas partes diuidi, vt faciliùs intelligantur ea, quæ inde colliguntur, & cuius generis, & compendij ſint, vt ſcilicet aliæ ſint ordinariæ, aliæ extraordinariæ, vt ibi per eum videndum.

Extra ordinem verò erit, ſi ſoluatur
6 noua Collecta, ſi pecuniæ erogentur in reparationem pontium, fontium, viarũ, in tranſitu militum, & ſimilium: Et illud quoque in datum extraordinarium ponitur, quod vnicuique Communitati aſſignatur in Tabella ſub illa nota, *Per le*

ſpeſe ſtraordinarie. Quæ quidem expenſæ in ijs rebus, quæ dilationem non patiuntur, aut tempus petendi licentiam a Congregatione non datur, erogari ſolent, licèt Officialis loci aſſenſus in ſcriptis, & quòd in fine anni diſtincta notula, quibus in rebus erogatio facta fuerit, requiratur, vt *in Bulla §.6.* & huiuſmodi clauſula in ipſius Tabellæ reſcripto apponi ſolet.

7 Hęc eadem conſideratio facienda erit in accepto: itaut ordinarium acceptum dicatur quicquid ex certis Communitatum redditibus percipitur quotannis, vt ſunt munera, ſeu collectæ, quæ a ciuibus per æs, & libram exiguntur, redditus locationum, fructus prædiorum, & alia huiuſmodi; & vide ad hoc quæ ſcripſit *Tholoſan. in ſyntag. lib.3. cap.5. num.3. & alibi.* Extraordinarium verò acceptũ dicere poſſumus in caſu noſtro, ſi vendatur ſylua cædua, quæ a multis annis vendita non fuerat, ſi interpollatis vicibus aliquis prouentus Communitatibus obueniat, quia etiam hæc in Tabella deſcribenda erunt.

8 Sed an datum, & acceptum proueniens ex collectis dicatur ordinarium, ſeu extraordinarium, vide apud *Aegid. Thomat. tract. de collect. §. exactionum, n.21. & ſeq. vbi latè.*

9 Et quòd collecta impoſita per æs, & libram, magis æqua, quam quæuis alia ſit, affirmat *Mar. Ant. variar. reſolut. lib.2. reſolut.60. caſ.34.*

10 Dictum eſt, *quotannis, &c.* quia quælibet Ciuitas, & Vniuerſitas Sedi Apoſtolicæ ſubiecta quolibet anno conficere debet Tabellam, *§. 1.* Et ſi hoc neglexerint, puniuntur, vt *in §. 21.* Quàmuis in hac parte conniueri ſoleant, vel quia negotiorum multitudo non ſinit omnia

11 ſigillatim perſcrutari, vel quia ſi differatur in annum, ad biennium tamen ſine lata culpa, quæ dolo æquiparari ſolet quoad pœnam pecuniam, *Oſaſch. deciſ. 104. n.5.* differri non debet. Et in hoc Agentibus eſt inuigilandum, vt dicemus infra, cum de officio Dominorum Agentium ſermo erit.

12 Diximus, *a Communitatibus Status Eccleſiaſtici,* quia ad illarum fauorem, & pro earum bono regimine, rectaque adminiſtratione ædita fuit hæc Bulla, & Congregatio erecta; nec excipiuntur Bononia, & Beneuentum, vt dictum eſt ſupra §.1. *gloſſ.4.*

13 Quod tamen intellige de immediatè ſubiectis; nam Communitates Baronum quæ mediatè ſubiacent, executionem Bullæ, & Congregationis Tribunal declinare poſſunt, dummodo ſeſe illi ſpontè aliquando non ſubiecerint, tunc enim pedem retrahere nequeunt; nam quod ſemel placuit, amplius diſplicere non

14 debet, *l. quod ſemel, ff. de reg. iur.* Hoc tamen intellige, quãdo acceptatio Bullæ facta ſit in publico Conſilio, & legitimè conuocato; nam aliàs diceretur facta acceptatio a priuatis, non a Communitate, iuxta ea, quæ tradit *Mobed. deciſ.125. aliàs eſt prima, tit. de furtis;* & eſt repetita inter *deciſ. diuerſ. part.3. lib.3 tit. de naufragio, deciſ. 1123.* factum enim ſingulorum non cenſetur factum Communitatis, ſicut nec è contra, *l. ſicut municipium, §. ſi quid, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. Afflict. deciſ.400. num.2. Surd. deciſ.236. num.10. Lud. a Peguer. deciſ.71 num.1. & ſeq. Put. deciſ.84. num.2. lib.1.* plura congerit *Anton. Gabriel. concluſ.1. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin. per tot. lib.6. & nos dicemus infra in verb. Conſilijs.*

16 Et ideo ſi dubitari contingat, prout non rarò dubitatum vidi, an ab aliqua Communitate mediatè ſubiecta fuerit, nec ne acceptata Bulla, de qua agimus, ſeu oriatur ſuper hoc diſſenſio inter ciues, & habitatores illius Communitatis, ad hoc vt veritas eluceſcat, tranſmittitur Commiſſarius, qui conuocato generali Conſilio, omnium voluntates explorat per ſecreta ſuffragia; & iſta conuocatio Conſilij generalis facienda erit per Capita domorum, iuxta doctrinã *Bart. in l. fin. num.16 ff. de decret ab ordin. facien. Theſaur. deciſ.257. num.3.* Quia regularitèr iſta loca mediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ habent ſuos Decuriones, ſeu Conſiliarios, qui nec Doctores ſunt, nec viri graues, & ſagaces, quorum cõſilio cæteri regendi ſint, & ideo fit conuocatio per capita domorum, vt præter *Bart. & Theſaur. locis citatis dicunt Crauett. conſ.581. num.8. verſ. quartò; Cagnol. in l.2. n.145. ff. de orig. iur.*

17 Et eſt aduertendum, quòd ſi vnus ex illis, qui debuit interuenire, non fuerit vocatus, hic poterit proſequendo contemptum perſonæ ſuæ agere pro retractatione actus, quia plus obeſt contemptus vnius, quàm contradictio multorum, *Abb. in c.1. num 16. verſ. dico tamen, de his quæ fiunt a maior. par. capit. & in c. cum omnes, num.12. de conſtit. per tex. in c. quod ſicut, & c. bonæ, de elect.*

18 Ad Vrbem verò tranſmittenda, & a Sacra

Sacrã Congregatione, ſiue Eminentiſſimo D. Cardinali Congregationis Præfecto hodie Tabella confirmanda, & approbanda eſt; ita deciſum habes ab hac Sacra Cõgregatione Boni Regiminis ad inſtantiam Prouinciæ Marchiæ in petitione 12. ſub die 4. Octobris 1614. pag. 5. a tergo, ibi. *Renouentur quotannis per Gubernatorem locorum Tabellæ, & ſic renouatæ tranſmittantur ſine vlla alteratione ad Sac. Congregationem, vt poſſint quamprimùm expediri, & ſi Communitates prætendunt augere aliquam impenſam, procurent licentiam ab eadem Sacra Congregatione ante renouationem dictarum Tabellarum, &c.* & aliud decretum in materia Tabellarum magis pingue, & extenſum habes in eodem libro pag. 7. a tergo incipit. *Denique Sacra Congregatio.* Quia licèt Clemens VIII. ante erectionem Cõgregationis huiuſmodi curam approbandi Tabellam intra 30. dies. & pro prima vice tantùm S.R.E. Cardinali Camerario, & generali C. A. Theſaurario commiſiſſet, vt legitur in §. 3. hæc verò; attamen poſtquam eiuſdem Bullæ executio nonnullis ex S.R.E. Cardinalibus partim ab ipſo Clemente, partim a Paulo V. electis commiſſa fuit, quos etiam alij Romani Pontifices ſequuti ſunt, tam in hoc, quàm etiam in declarando per Breue particulare eiuſdem Congregationis Præfectum Cardinalem eiuſdem Pontificis regnantis Nepotem cum facultatibus ampliſſimis, vt in copia Breuis Eminentiſſimo, ac Reuerendiſſimo D. Cardinali Fráciſco Barberino ſan. me. Vrbani VIII. Nepoti directi, quæ forſan in calce operis ponitur, videndum eſt, apparet, ipſa quoque Tabellæ confirmatio quolibet anno ab ipſo fit modo infra dicendo.

19 Poſtquam Tabellę a Communitatibus Romam eius Agentibus tranſmiſſæ ſunt, Ratiocinatori, ſeu Calculatori generali Communitatum Status Eccleſiaſtici (de cuius officio dicemus infra) conſignantur. Hic nouas Tabellas cum antiquis, annorum ſcilicet præcedentium, cõfert, & ſi quid in dato additum, vel in accepto diminutum inueniat, poſtulata prius mutationis huiuſmodi cauſa ab ipſis Agentibus, ſi congruam dederint reſponſionem, Reuerendiſſimo Domino Congregationis Secretario illam repræſentat; ipſe verò Reuerendiſſimus D. exquirit, an de licentia Congregationis talis mutatio facta fuerit, nec ne; ſi adeſt licentia, firmantur, ſin minus, expunguntur. Mox facto calculo dati, & accepti, ſi hoc dato non ſuppetat, per Collectas, vel quid ſimile in calce eiuſdem Tabellæ ſarciendum indicitur: Si verò acceptum ſuperat, vel in extinctionem æris alieni, vel in redemptionem bonorum, & iurium ipſarum Communitatum, aut in reparationem viarum, fontium, & põtium, aliquando in Pij Montis, & Annonæ augumentum conceditur erogandũ; ſique nulla harum rerum cauſa ſubſit, in ipſo Pietatis Monte deponitur, conditione adiecta, vt quandocunque voluerint, liceat Communitatibus illud Depoſitum recipere, & in ſupra narratos, vel alios vſus a Sacra Congregatione approbandos erogare; *vt in* §. 8.

His peractis, in forma ſignandi ponitur Tabella, & primo loco, in extrema ſcilicet illius parte, videlicet vbi datum deſcriptum eſt, manum ſuam Ratiocinator apponit, vt omnia debita circumſpectione præceſsiſſe ſignificet. Inde ab Illuſtriſsimo D. Theſaurario generali ſignãdam defert, qui in ea parte, vbi adeſt Tabellæ decretum, manum apponit, relicto tamen ſpatio, vt ſupra ſuam Eminentiſsimi Cardinalis Præfecti nominis ſubſcriptio fieri poſsit; deinde ad Secretarium reportatur. Hic poſt Theſaurariũ ſuum quoque nomen inſcribit, & ſtatutis diebus, Mercurij ſcilicet, vel Sabbati Eminentiſsimo D. Cardinali Præfecto eaſdem Tabellas exhibet, vt per ſupremam Eminentiæ ſuæ manus, & nominis appoſitionem, ſigilloque maiori, quod *Patentale* vocant, munita firmiſsimum confirmationis, & auctoritatis robur obtineat. Ac tandem a Ratiocinatore in libro ad hoc ſpecialitèr deſignato exemplatur. Quilibet Agens ſuas recuperat, & ad Communitates ſuæ Curæ commiſſas remittit.

20 Dictum eſt, *ab Officialibus locorum publicè exponendam, & retinendam, &c.* quia cum hæc tanquam lex ſeruanda inuiolabilitèr ſit ab ipſis Communitatibus, ac tot diligentijs, vt patet ex ſupra narratis, proceſſerit eius confirmatio, iuxta tradita per *Bald. in l. in ambigua, ff. de legib.* & præſentibus, ac abſentibus loco, & tempore deſeruire debeat, vt dicit *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 3. num. 24* ad hoc, vt obtineat obligandi virtutem, debuit promulgari, & ad omnium notitiam deduci, *c. 1. de poſtul. Prælator. Auth. vt fact. nou. Conſtit. Coll. 5. Gabr. comm. opin. concluſ. 4. tit. de legib. & alij adducti per Maſtrill. loco cit. num. 99.* &

ita etiam præcipit noſtra *Conſtitutio in*
*§.5.*his verbis. *Tabella, ſeu libellus, eiuſ-*
que exemplum ſic correctum, & appro-
batum nedum in ipſarum Communitatũ,
ſeu Vniuerſitatum Archiuio aſſeruetur,
ſed in publico aliquo omnibus patenti, ac
conſpicuo loco pro foribus Aulæ, vbi ha-
betur publicum Conſilium, vel vbi Ius
redditur, & frequens Populi ſit concur-
ſus, affigatur, & perpetuò retineatur.
21 Sufficit enim edicta proponi in publico,
nec requiritur, quòd perſonalitèr inti-
mentur, vt notat *gloſ. in d. c.1. in verb.*
publicè promulgauerit, de poſtulat. Præ-
lator. vbi *Abb.n.9.* notat differentiam in-
22 ter citationem, & edictum, ſeu Conſti-
tutionem, quia ſcilicet citatio non po-
teſt publicè proponi, ſed debet perſo-
nalitèr fieri, *Clem.1. de iudic.* niſi igno-
remus illum, qui citandus eſt, nec pateat
ad eum tutus acceſſus, vt notat. *in dicta*
Clem.1. de iudic. & ibi Vitalin. nu.45. &
ſeq. Conſtitutio verò, ſeu edictum poteſt
promulgari per affixionem; & ratio eſt,
quia Conſtitutio eſt generalis, ideo ſuf-
ficit, vt generalitèr proponatur, vt ibi
per eum. Et hic mos figendi leges in
publicis parietibus antiquiſsimus eſt,
vt patet ex *Plaut. in trinumm. circa finẽ,*
dum Staſimum ſenem cõtra malos mo-
res inuehentem introducit his verbis.

Mores leges perduxerunt iam in po-
teſtatem ſuam,
Ea miſere etiam ad parietem ſunt fixa
clauis ferreis,
Vbi malos mores affigi nimio fuerat
æquius.

Et Virgil. in 6. Aeneid. de Theſeo ait.

Fixit leges pretio, atque refixit.

Eiuſque exemplum Depoſitario conſi-
23 *gnandum, &c.* Hoc additum eſt in de-
ſcriptione Tabellæ, quia hoc loco acci-
pitur Depoſitarius loco Quæſtoris. So-
lent enim Communitates appellare De-
poſitarium, qui curam habet exigendi
introitus, & redditus, ſoluendique ſti-
pendia, & debita ipſarum Communita-
tum; neceſſe eſt igitur conſignare dicto
Depoſitario, ſeu Quæſtori copiam Ta-
bellæ, vt ſciat nomina debitorum, & cre-
ditorum, quæ regularitèr in Tabella ad-
notantur, ac etiam vt poſsit librum iuri-
dico modo conficere, illum in fine ad-
miniſtrationis exhibere pro rationibus
a Calculatoribus diſpungendis, vt notat
Bart. in l. fin. §. inter cætera, ff. de libert.
legat. per *text. in l.82. cum ſeruus, verſ.*
nam non vtique, ff. de condit. & demon-
ſtrat. Munnoz. de Escobar. tract. de ra-
tiocin. cap.10. n.1. Verùm quia de officio
Depoſitarij, ſeu Quęſtoris dicendum erit
latiùs infra, hic plura non addam.

24 Tandem, *inuiolabilitèr obſeruandum,*
&c. diximus. Quia *in §.6. noſtræ Conſti-*
tutionis id cautum reperitur his verbis.
Tabellæ ipſius, ſeu libelli tenorem immu-
tare, aut alterare etiam in caſibus impro-
uiſis, & inopinatis, aut inſolitis, vel ali-
quid vltra contenta erogare non poſſint,
ſub pœnis cõtentis in §.10. verſ. Ac prop-
terea.

25 Verùm quia in caſibus inopinatis, im-
prouiſis, aut inſolitis non cadit conſul-
tatio, quia prudentia humana præuide-
ri non poſſunt, *l.2. §. ſi eo tempore, ff. de*
adminiſtr. rer. ad Ciuitatem pertinen. Me-
noch. conſ.353. n.9. & 15. Nec datur tem-
pus mittendi ad Vrbem pro licentia im-
petranda, iuxta illud; *Dum Romæ con-*
ſulitur, Saguntum expugnatur. Etenim
ſi ædificium ruinam minatur, eiuſque
reparatio ſi ſtatim fiat, decem ſufficiant,
ſi verò differatur, ſumptus in duplum
augetur, cur non erit in ſimili reparatio-
26 ne ſtatim manus admouenda? eſt etiam
ſatis notum adagium. *Satius eſt initijs*
mederi, quàm fini: Vnde Perſius

Elleborum fruſtra, quum iam cutis æ-
gra tumebat
Poſcentes videas: venienti occurrite
morbo.

27 Et videndus eſt *Maſtrill. de Magiſtr. lib.*
3. cap.4. n.446. vbi poſtquam poſuit re-
gulam, non poſſe Vniuerſitatem impo-
nere collectas ciuibus pro emendis fru-
mentis, reficiendis pontibus, & ſimili-
bus, limitat concluſionem, ſi neceſsitas
eſſet talis, ex qua maximum detrimen-
tum pateretur Vniuerſitas, ſi Princeps
adiretur, quo caſu etiam ſine licentia
poterit collecta imponi, & negotium
expediri, ſed interim petenda eſt, & cu-
randa a Principe dicta licentia, vt ibi per
eum, quem vide, & nos dicemus infra
latiùs.

Quapropter ſatis prudentèr hac no-
28 ſtra Cõſtitutione in eodem *§.6.* in princ.
ſancitum eſt, vt ſi vrgens neceſsitas mo-
ram non patiatur, Gubernatores, aut
Præſides Ciuitatum, & locorum licen-
tiam concedere poſſunt, argumento eo-
rum, quæ habemus *in c.39. nullus res, 17.*
quæſt.4. Verùm onus eſt illis impoſitum
ſtatim Sacram Cõgregationem, ſeu Car-
dinalem Præfectum certiorem redden-
di, nec poſſunt ſimplicitèr, & inconſul-
tè huiuſmodi licentias concedere, ſed
cum interuentu Procuratoris Fiſcalis,

cuius

cuius loco puto ſuffectos eſſe Decutiones, & Syndicum Ciuitatum, & locorũ, & cauſa cognita, videlicet cum inſpectione loci laborantis,ac relatione Peritorum, ad tradita per *Menoch. in conſil. 726.n.19.& 20.*

Alia quoque via prouiſum eſt, ſi neceſſitas vrgeat, nec ſumma notabilis requiratur, vt ſcilicet ex ijs pecunijs, quæ in Tabella ſub nota, *Per le ſpeſe ſtraordinarie*, ſunt aſsignatæ, accipiantur, & tandem in fine anni in calculo ponantur, iuxta ipſarum Tabellarum reſcriptũ; & habes etiam Decretum Sacræ Congregationis ſub die 4. Octobris 1614. emanatum, quod a nobis infra §.8. *gloſ. 1.in verb.expenſis,nu.14. & §.18.gloſ.1 in verb. Depoſitarios, n.14.*relatum eſt.

29 Quod autem in d.§.6. dicitur, non licere in futurum, niſi de expreſſa Cameræ Apoſtolicæ licentia Tabellam immutare, ſciendum eſt in locum Cameræ Apoſtolicæ ſuffectam eſſe hanc noſtram Congregationem ſuper Bono Regimine, ſicuti etiam in locum Camerarij ſucceſsit Præfectus eiuſdem Congregationis per Breue Summi Pontificis ſpecialitèr deputatus, vt diximus.

SVMMARIVM.

1 *Communitas quid ſit, & vnde dicatur.*
2 *Dominia diſtincta fuerunt iure gentiũ, & Regna diuiſa, nam a principio omnia erant communia.*
3 *Communio rerum diſcordias excitat.*
4 *Perpetua rerum communio a iure non probatur.*
5 *Communio habet rerum gerendarum difficultatem.*
6 *Naturale vitium eſt negligi, quod communitèr poſſidetur.*
7 *Qui totum non habet, ſe nihil habere arbitratur, & ſuam quoque partem corrumpi patitur, dum inuidet alienæ, quod exemplis comprobatur.*
8 *Diuiſio gentium a Deo proceſſit.*
9 *Communio facta inter duas Vniuerſitates, quàmuis per tempus immemorabile durauerit, reſcindi tamen poteſt, & quare.*
10 *Diuiſio facta eſt, vt iurgia tollantur.*
11 *Reſpublica, vt benè regatur, res debent eſſe propriæ Ciuium, ſed illarum vſus communis.*
12 *Aequalitas ſeruanda eſt in diuiſionibus faciendis inter Ciues.*
13 *Communitates habere debent proprium peculium pro conſtructione, & manutentione rerum publicarum.*
14 *Communitatibus quod debetur, ſingulis non debetur.*
15 *Communitas non tenetur ſoluere collectas, & onera pro particularibus debitoribus, qui illa ſoluere poſſunt.*
Et declaratur iſta concluſio. nu. 16.
17 *Priuatus non ſoluit pro priuato.*
Fallit regula ad fauorem Fiſci.nu.18.
19 *Onera Cameralia non ſunt impoſita Cõmunitatibus, ſed priuatis perſonis.*
20 *Dictio, ipſis perſonalitatem denotat.*
21 *Papa volens comprehendere Communitates ſolet hoc exprimere.*
22 *Camera Apoſtolica hodie exigit onera Cameralia a Communitatibus ratione concordiæ initæ anno 1543. ſedente Paulo III.*
23 *Hieronymus Saulius Archiepiſcopus Barenſis, & C. A. Clericus iniji concordiam cum Communitatibus ſuper ſolutione Subſidij triennalis.*
24 *Communitates an vigore dictæ concordiæ potuerint obligare ſuos ciues ad repreſalias.*
25 *Ciuitates habentes poteſtatem legis condendæ tenent locum Principis, & tantum poſſunt in ſua Republica, quantum Imperator in Imperio.*
26 *Obligare ſingulas perſonas ciuium non reſpicit vtilitatem publicam, neque Principis.*
27 *Caſſiodori ſententia de repræſalijs.*
28 *A commiſſione repræſaliarum abſtinendum eſt tanquam a re odioſa, & iniqua.*
29 *Multæ impietates committuntur ab exercentibus repræſalias nedum apud Germanos, ſed etiam apud nos Italos.*
30 *Ciuitates, & Oppida multa antiquis temporibus florentia hodie depreſſa iacent; & quare.*
31 *Repræſaliæ tanquam graues legibus, & æquitati naturali contrariæ eiuſli Cõſtitutione probibitæ ſunt.*
32 *Repræſalias exercentes contra perſonas Eccleſiaſticas excommunicantur.*
33 *Repræſaliæ cur fuerint inuentæ, & a quibus antiquitùs concederentur.*
34 *Repræſaliæ dicuntur quædam poteſtas in pignorando quemlibet de Terra debitoris data creditori pro iniurijs, & damnis, quæ non videntur veriſtari poſſe in ſubditis Sedis Apoſtolicæ.*
35 *Repræſaliæ concedi non poſſunt contra ſubditos.*
Contraria ſententia verior, & multis probatur argumentis. nu.36.
37 *Obligatio ſoluendi collectas ad fauorem Prin-*

Principis radicata eſt in ipſis ciuibus, & ſubditis.

38 *Repræſalia, quæ exercentur in Ditione Eccleſiaſtica, non veniunt ex conuentione inita inter Communitates, & Cameram Apoſtolicam, ſed ex ipſa ſubditorum, & ciuium obligatione.*

39 *Subditi recuſantes, vel negligentes ſoluere collectas ſtatuto tempore, ſi patiantur repræſalias, id non prouenit ex cõuentione inita inter Cameram, & Cõmunitates, ſed ex propria culpa.*

40 *Repræſaliæ iuſtis de cauſis etiam de Iure Diuino permiſſæ ſunt.*

41 *Dies certa ad aliquid faciendum aſſignata non currit, niſi petatur.*

42 *Solutio collectarum intimanda eſt Communitatibus, antequam veniat tempus exactionis.*

43 *Intimatio ad ſoluendum collectas regulariter fit Cõmunitatibus per 15. dies ante, tum ex diſpoſitione iuris, tum etiam bannimentorum.*

44 *Repræſaliæ habentes debita requiſita dicuntur licitæ; quæ autem ſint iſta requiſita, hic vide.*

45 *Ciuitas negligens, ſeu recuſans iuſtitiam facere, efficitur debitrix illius, qui iuſtitiam poſtulat, & ideo homines illius capi poſſunt.*

46 *Dominus alicuius loci ſi ſit negligens in adminiſtranda iuſtitia, poteſt indici bellum contra totam Terram, & omnes ſubditos illius.*

47 *Grauatus ob repræſalias debet releuari ab eo, qui cauſam, & culpam admiſit, etiã quoad damna, & intereſſe, imo ad quadruplum.*
Limita concluſionem, vt nu. 48.

49 *Damna prouenientia ex repræſalijs iniuſtè exequutis ſarcienda ſunt per Exactores, & Theſaurarios Prouinciales.*

50 *Communitates potuerunt obligare ciues ſuos ſub repræſalijs pro collectis ad fauorem Principis.*

51 *Appellatio non admittitur pro debitis fiſcalibus, ſeu Cameralibus.*

52 *Communitates an poſſint obligare ciues ſub repræſalijs ad fauorem priuatæ perſonæ; & affirmatiue deciditur.*

53 *Repræſaliarum vſus antiquiſſimus, & apud Romanos ſub Numa Pompilio extitit, & quomodo.*

54 *Ius pignorandorum hominum eſt antiquiſſimum.*

55 *Vſus pignorandorum hominum, quem modo repræſalias appellamus, eſt legitimè introductus, & eſt ſpecies iuſti belli, nec iniuſtus per [illegible].*

56 *Id licere dicimus, quod legibus, quod more maiorum, & inſtitutis conceditur.*

57 *Communitates habent iuriſdictionem, & poſſunt ſtatuere ſuper prædijs ſitis in ſuo Territorio, & quod importet hoc Statutum.*

58 *Onus prouenient hinc ad mille annos ita habet prædia obligata, ſicut ſi hodie eueniſſet, & eſt æs alienum contractum eum Communitate.*

59 *Communitates licet non habeant neque velle, neque nolle, tamen negligentia eorum, qui illas regunt, imputatur ipſis Ciuitatibus.*

60 *Officiales, ad quos ſpectat onus exigendi collectas, ſi negligant, & non ſoluant debito tempore, etiam quòd non ſint nominati in inſtrumento ad fauorem priuatæ perſonæ, poterunt tamen pignorari, & repræſaliari.*

61 *Inſtrumenta Camerali obligatione vallata qualitèr exequenda contra Communitates.*

62 *Repræſaliæ exercentur non ſolùm contra perſonas, ſed etiam contra res, & bona.*

63 *Repræſaliæ exequuntur non ſolùm contra Officiales, ſed in ſolidum contra omnes, ſeu maiorem partem Vniuerſitatis.*

64 *Obligatio facta a Communitatibus de conueniendo ſuos ciues in ſolidum, tũc valet, quando Syndicus, ſeu Procurator habet poteſtatem ab Vniuerſitate, penès quam ſit facultas legis cõdendæ.*

65 *Ciues quando ſub pœna repræſaliarum obligari poſſint.*

66 *Cardinalis Camerarius, & Clerici Cameræ non poſſunt ad cuiuſuis inſtantiam concedere repræſalias, etiam pro debitis fiſcalibus, niſi de mãdato Papæ.*

67 *Repræſaliæ exequuntur etiam contra illos, qui nullam partem habent in adminiſtratione rerum publicarum.*
Et cum exequantur etiam in Vrbe contra foreuſes pro fructibus Locorum Montium, præſumitur miſſa à Principe, & quòd conſuetudo ſit legitimè introducta. nu. 68.

69 *Conſuetudo habens annexam publicam vtilitatem firma debet eſſe.*

70 *Non eſt recurrendum ad Iudicem populi, contra quem relaxandæ ſunt repræſaliæ.*

71 *Publica vtilitas in repræſalijs quomodo conſideretur.*

72 *Statutum, quòd pro debito Vniuerſitatis quilibet de Vniuerſitate capi poſſit, eſt validum.*

Con-

73 *Conſuetudo fauorabilis eſt, vt inſtrumenta habeant executionem paratam; & quare.*
Limita reſpectu cenſurarum, & quare. nu.74.

75 *Repræſaliarum conſuetudo extenditur, vt non ſolùm capi poſſint in ipſa Ciuitate, ſed etiam alibi habitantes, ſi per ſe, vel alios ſubeant onera in illa Ciuitate, contra quam relaxatæ fuerint repræſaliæ.*
Declara hanc conſuetudinem non habere locum in Clerico, & perſonis Eccleſiaſticis, ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ ſint repræſaliæ. nu.76.
Limitatur hæc declaratio duobus modis, vt n.77. Et declaratur, vt ibi.

78 *Repræſaliæ exerceri non poſſunt contra Magiſtratum, & Officiales durante eorum Officio, & Magiſtratu. Declara tamen hanc regulam, vt ibi.*

79 *Repræſaliæ exerceri non poſſunt contra Milites, tam equites, quàm pedites.*

80 *Repræſaliæ non exercentur contra perſonas mulierum.*

81 *Mulieres capiuntur in bello, & habent poſtliminium.*

82 *Repræſaliæ licèt videantur introductæ de iure gentium, tamen debent ciuilitèr intelligi.*

83 *Repræſaliæ conceſſæ ab vna Ciuitate non exercentur contra ciues eiuſdem Ciuitatis.*
Amplia vt num.85.

84 *Ciuitas tenetur defendere ſuum ciuem; intereſt enim Ciuitati ſuos ciues eſſe locupletes.*

85 *Repræſaliæ conceſſæ alicui Piſano contra Peruſinum non poſſunt exerceri contra Peruſinum habentem incolatum Piſis; & quare.*

86 *Repræſaliæ exerceri non poſſunt tempore nundinarum contra venientes ad locum, vbi ſunt nundinæ; & quare.*
Limita, ſi venientes ad nundinas ſint hoſtes Reipublicæ, & diffidati; & redditur ratio. nu.87.

88 *Repræſaliæ non exercentur contra Oratores, ſeu Ambaſciatores.*

89 *Offendens Legatos eſt reus læſæ Maieſtatis.*

90 *Repræſaliæ exerceri non poſſunt in bobus aratorijs, plauſtris, & inſtrumentis fundi inſtructi, & contrafacientes pœna quadrupli, & infamia notantur.*

91 *Militibus in neceſſitate poſitis quàmuis permiſſum ſit deprędari, non poſſunt tamen impunes capere boues aratorios; & quare.*

92 *Ciuitas in neceſſitate poſita ad euitandas repræſalias poteſt cogere ſuos ciues ad mutuandum ſibi pecuniam, quouſque exigatur collecta.*

§.III.

Gloſſ.1.

Communitatum.

CAP. XII.

COmmunitas eſt nomen
1 generale pertinens ad Vniuerſitatem Ciuitatis, Caſtri, Villæ, & cuiuſlibet Municipij, eò quia ab ipſa hominũ Cõmunitate principalitèr regatur, *Bart. in extrauag ad reprimendum, in verb. Communitas.*

Dicitur autem Communitas, quaſi multorum hominum vnitas, quæ ab initio ſine certa lege, ſine certo iure agere inſtituit.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo
Sponte ſua, ſine lege fidem, rectumque colebat.

Ouid. 1. Metamor. & habetur in *l.2. ff. de*
2 *origin. iur.* etenim omnia a principio erant communia, quouſque iure gentium diſtincta fuerunt Dominia, & Regna diuiſa, *l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. c. ius gentium, diſt.5.*

Nec ſolùm publica Dominiorum, & Regnorum diuiſio ab ipſo iure gentium proceſſit, ſed etiam priuata, agrorum ſcilicet, & aliarum rerum priuatarum diſtinctio, *d. l. ex hoc iure*, iunctis, quæ ibi a Doctor. notantur *ff. de iuſtit. & iur. Hieron. a Mont. tract. de finib. cap.2. n.1.*

3 Nec ſine iuſtis de cauſis ad huiuſmodi diuiſionem deuentum fuiſſe dicendũ eſt. Primò, quia communio rerum diſcordias excitare ſolet, *l. cum pater, 79. §. dulciſſimis, in fin. ff. de leg. 2.* & plura docet *Ariſt. lib.2. polit. cap.3. verſ. probãt autem;* & ideo perpetua rerum communio

nio à iure non probatur, vt eſt *tex. in*
4 *l.in hoc iudicium,§. ſi cõuenıat, ff.comm. diuidun.& l.vlt.C.eod.tit. Alex. conſ.29. nu.2.lib.5.Menoch.conſ.202.nu.75.Azoguid.inter comm.opin. diuerſ.lib.2. cap.7. nemo cogitur ſtare in communione* .

Secundò, quia communio habet rerum gerendarum difficultatem, *Ariſt vbi ſupra,ibi,communes igitur habere res,*
5 *bas, & alias huiuſmodi difficultates;l.qui neque, 8.ff. de reb. eorum*; & naturale vitium eſt negligi,quod communitèr poſſidetur,*l.2.§.naturale, C. quan. & quib.*
7 *quarta pars,lib.*10. Qui enim totum non habet, ſe nihil habere arbitratur,& ſuam quoque partem corrumpi patitur, dum inuidet alienæ,*d.l.2.verſ.ſed multi.* Quod etiam exemplis,& quidem multis comprobari poſſet, ſed illa proborum virorum Abraham, & Loth, qui diù in communione ſine iurgijs viuere nequiuerunt, ſufficiant, vt in *Geneſ. cap.* 13.*ibi*; *Ne quæſo ſit iurgium inter me, & te, & inter Paſtores meos, & tuos, &c.* neque Iacob cum Socero ſuo Laban, vt in *eod. lib.Geneſ.cap.*30. Sed & ille Opifex rerum Sapientiſſimus Deus, piſcibus aquam, auibus aerem, alijs terram pro diuerſa diuiſit natura, vt *in cap.* 1. *Geneſ.* quod elegantèr complexus eſt *Ouid.lib.1.Metamor.in princ.*

Hanc Deus, & melior litem natura diremit,
Nam Cœlo terras, & terris abſcidit vndas
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere Cœlum.
Quæ poſtquam euoluit, cæcoque exemit aceruo,
Diſſociata locis concordi pace ligauit.

Et paulò inferiùs

Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ;
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.

Diuiſio quoque gentium ab Ipſo Deo
8 proceſsit, vt *in cap.*10. *Geneſ.* & ſeparauit filios hominum *Deuteronom.cap.*32. diſtribuique voluit terram ſubactam à filijs Iſrael,vt *in libro Ioſue cap.*18.*& cap.*21. Hinc de iure gentium eſſe diuiſionẽ Doctores noſtri tradunt in *l. hoc iure, ff. de iuſtit. & iur.* & dictum eſt ſupra; ac vide apud *Greg Tholoſ in ſyntag. iur. vniuerſ. par.1.lib.2. cap.*14. *n. fin.* & præ-
9 miſſa adeo vera ſunt, vt communio facta inter duas Vniuerſitates ſuper aquis,paſcuis, & lignis, etiam quòd durauerit per tempus immemorabile, poteſt altera parte reclamante reſcindi, & irritari, non ſolùm ſi opponatur,quòd in ea non interuenerit auctoritas Superioris, ſed etiam quia nemo cogitur inuitus in communione viuere, *l in hoc iudicio, §. ſi conueniat, ff.com.diuid. Corn. conſ.*48. *vol.*3. quem refert *Vrſill.ad Afflict.deciſ.* 254.*n.*1.*&* 2. vbi ait ita fuiſſe deciſum in Regia Camera; & vide etiam *Auend. de exequen.mandat par.*1.*cap* 4.*n.*20.*verſ.in qua communione, ac etiam n.*21.*& ſeq.*

10 Patet igitur iuſtis de cauſis factam eſſe diuiſionem, vt ſcilicet iurgia tollantur, ex quo Virgil.

Limes agro poſitus, lites vt diſcerneret agri.

quem refert *tex.in l.forus,de verb.ſignif.*

11 Verùm vt benè Reſpublica gubernetur, propriæ debent eſſe ciuium res, ſed illarum vſus communis; quomodo autẽ hoc fiat, Legiſlatoris eſt prouiſio, vt ait *Ariſt.lib.*2. *polit.cap.*3.& vide quæ ſcribit *Maſtrill de Magiſtr.lib.*3 *cap.*3. *de legib. & edict. Princip.per tot.* & ideo *in l. de modo, & ibi gloſſ.in figuratione caſus, & in verb. arbitri, ff. fin.regund.* habemus in diuiſionibus faciendis inter ciues æqualitatem ſeruandam eſſe,vtſcilicet tãtum habeat pauper, quantum diues;
12 quod etiam adnotauit *Amannell. ſing.* 255.*inter ſingular.diuerſ. pag.mihi* 365.

Sed quoniam de publico multæ quoque impenſæ faciendæ ſunt, pro conſtruendis, & manutenendis Prætorijs, vbi iudicia inſtituenda, & exercenda ſunt, *l.Prætoris,C.de operib.pub.vnde Virgil lib.*5.*Aeneid.*

Indicitque forum,& Patribus dat iura vocatis.

13 & alia huiuſmodi, quæ omnibus per ſe nota ſunt,propterea ſancitum eſt vt Cõmunitates quoque habeant proprium patrimonium, & proprium peculium diſtinctum, & ſeparatum ab illo priuatorum, & particularium perſonarum,etiãſi non habeant fiſcum, *Peregrin.de iur.fiſc.*
14 *lib* 1.*tit.*1.*n.*5. adeout quod Communitatibus debetur, ſingulis non debetur, nec è contra, *l.ſicut municipũ,§.ſi quid, & tot. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Ant. Gabr. concluſ.* 1.*quodcumque Vniuerſ.nom. per tot.lib.*6.

15 Et hoc ita verum eſt, vt Communitas non teneatur ſoluere collectas, & onera pro particularibus debitoribus, qui illa ſoluere poſſunt, *Bartas l.fin.§.vlt. ff.de muner.& bonor.& in l.ſemel,C.de apoch. lib.*10. quem refert *Menoch. conſ.*726.*n.*22. Sed quomodo ſit intelligẽda huiuſmodi

modi concluſio , vide *Thomat. de collectis, §. retenta, n. 11.* vbi poſt relatam, & examinatam diſtinctionem *Bart. in d. l. ſemel, n. 2.* ſuam affert diſtinctionem in verſ. ideo videtur dicendum ; quæ talis
16 eſt; aut agitur de publico debito conuento inter ſubditos, & Principem de certis prædijs, vel generalitèr de toto territorio , tunc portio deficientium grauat alios, quia ſubditi pro territorio erant obligati ad certam ſummam , ſi aliqui deſunt, diuiditur onus deficiẽtium per totum territorium , & prædia obligata, *l. omne, C. de cenſib. lib. 11. & l. 1. C. de om. agro. deſert. 10d. lib. l. Imperatores, ff. de publ. l. cum poſſeſſor, ff. de cenſib.* Et hoc procedit in ſumma conuenta, quæ debetur Principi annuatim, vt eſt ſubſidium triennale, & ſunt alia onera Cameralia in Statu Eccleſiaſtico; & idem etiã eſſet, ſi imponatur collecta, & fiat diuiſio, quæ vulgò dicitur, *Ripartimento*, per totum Statum ad inſtar ſubſidij triennalis, prout regularitèr fit, ſuperuenientibus neceſſitatibus, puta trãſitus militum Principum, cuſtodia certorum locorum tempore belli, & peſtis, quæ quidem collecta ab initio non habuit certam quantitatem, ſed ex poſt facto declaratur, & facto calculo a Calculatoribus Cameræ *Apoſtolicæ*, ſeu Ratiocinatore Communitatum Status Eccleſiaſtici, fit diuiſio, ſeu partitio pro rata ſoluenda a qualibet Communitate; ipſa verò Communitas partitur onus inter ciues æqualitèr pro modo facultatum, & bonorum, & viribus patrimonij, nec vnus poteſt pro alio grauari, *l. fin. C. quemad. ciuil. mun. indic. lib. 10.* & omnes huiuſmodi onera talitèr indicta ſuſtinere debent, *l. 1. & fin. C. de mun. patrim. l. vacuatis. C. de Decurion. l. 1. C. de nau. non exonera. l. 1. C. vt in empt. ſpeci. l. 1. C. de apoc. pub. l. iubemus, C. de Sacroſ. Eccleſ.*

Aut eſt Canon conuentum per aliquẽ priuatum cum fiſco ſoluendum pro certis fundis, & fundi in tertium poſſeſſorem tranſierunt, tunc quilibet poſſeſſor, ad cuius manus peruenerit fundus, tenetur fiſco, vt in *l. Imperatores, ff. de publicã.* & ſi ſint plures correi ad fauorem fiſci
17 obligati, licèt priuatus non ſoluat pro priuato, *l. vnica, C. vt nullus ex Vicarijs,* tamen qui cauſam communem poſſeſſo-
18 ris habet, cõuentus a fiſco pro tota ſumma ceſſionem, & actionem contra alios reportabit, *l. cum poſſeſſor, ff. de cenſib. & ibi gloſ. in verb. cõueniretur, Bart. in l. ſemel, circa fin. C. de apoc. pub. lib. 10.*

Sed quoniam dictum eſt ſupra, quòd in imponendis collectis Calculatores Cameræ Apoſtolicæ faciunt diuiſionem ratæ ſoluendæ a qualibet Communitate Status Eccleſiaſtici, nulla habita ratione bonorum a ciuibus poſſeſſorum, itaut quilibet ſoluat pro viribus patrimonij, ſed hæc ſecunda pars relinquitur facien-
19 da ab ipſis Communitatibus; ſciendum eſt, hoc non eſſe ex diſpoſitione iuris, ſeu Conſtitutionum Summorum Pontificum, quia hæ non comprehendunt Communitates, ſed ſubditos, quorum appellatione nõ comprehenduntur Cõmunitates, vt diximus, & in puncto de ſubſidio triennali notat *Cherub. iun. ad Conſtit. 20. Pauli IV. ſchol. 1.* motus, quia in Bulla Pauli III. qui hoc triennale ſubſidium impoſuit, ſæpè facit mentio-
20 nem de ſubditis, & vtitur dictione, *ipſis,* quæ perſonalitatem denotat, *Roland. conſ. 59. n. 28. lib. 3.* & quando Papa voluit comprehendere Communitates in
21 reuocatione exemptionum expreſſit, vt fuit dictum *in hac Sac. Congreg. in cauſa Peruſina inter Communitatem, & Clerũ d. Ciuitatis die 28. Septembris 1613. proponente R. P. D. Iulio Benigno.*

22 Vnde ergo, quòd Camera Apoſtolica hodie exigit hoc ſubſidium a Communitatibus, dicas hoc eſſe ratione Concordiæ initæ inter Cameram, & Cõmunitates, quæ onus in ſe ſuſceperunt ſoluendi Cameræ, & a ſingulis exigendi, vt fuit dictum in dicta Cauſa Peruſina. Et ſupradicta Concordia inita fuit de anno 1543. Dum enim Paulus III Parmæ moram traheret, Commiſſarios ad hoc pro toto Statu Eccleſiaſtico deputauit, & in Prouincia Vmbriæ, Ciuitate Peruſina, Ducato Spoletino, Prouincia Patrimo-
23 nij, & Ciuitate Vrbeuetana fuit deputatus Reuerẽdiſſimus D. Hieronymus Saulius Archiepiſcopus Barenſis electus, & Cameræ Apoſtolicæ Clericus, vt in eius Breui dat. Parmæ die 6. Iunij 1543. & cũ Ciuitate Vrbeuetana Patria mea inita fuit huiuſmodi concordia die 26. Iulij 1543. ex tabulis Hieronymi Ceuoli de Tarano eiuſdẽ Cameræ Apoſtolicæ Notarij.

Sed hinc oritur alia dubitatio, An
24 Communitates potuerint in huiuſmodi Concordia obligare ſuos ciues ſub repræſalijs in caſu non ſolutionis, prout quotidie videmus cõtra illos a Theſaurarijs Prouincialibus, & Exactoribus cõmitti, & exequi. Hanc quæſtionem mouẽt inter alios Doctores noſtros *Andr.*

Gail.in tract.de arreſtis,cap 9.ſæpè videmus, per tot.& in princ. ſequutus opinionem Doctorum, qui hanc materiam tractant *in l.Ciuitas, ff.ſi cert.pet.& l.ſi ſe non obtulerit, ff.de re iud.in l. ſicut, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. & l.ſi is qui bona, ff. de pignor. & hipoth.* facit diſtinctionem inter Ciuitates habentes pote-
25 ſtatem legis cōdendæ, vt ſunt ſecundùm ipſum Ciuitates Imperiales, & quia hæ tenent locum Principis, & tātum poſſunt in ſua Republica, quantum Imperator in Imperio; poſſunt etiam obligare ciues ſuos ſub pœna repræſaliarum; ſecus autem eſt in alijs Ciuitatibus municipalibus,quę ſuperiorem recognoſcunt, nec poteſtatem legis condendæ habent; vt ibi per eum n.1. & 2. Sed omnes Ciuitates Status Eccleſiaſtici ſunt huius ſecundi ordinis recognoſcentes ſuperiorem, vt notum eſt:Ergò non potuerunt, vt latè proſequitur idem *Gail. a num.8.*
26 *uſque ad fin.videndus*; dum rationem aſſignat, quia obligare ſingulas perſonas ciuium nō reſpicit vtilitatem publicam, neque Principis; cui optimè adſtipulatur *Caſſiod. lib.4. variar. cap. 10.* dum
27 Theodorici Regis iuſſu repræſaliæ prohibentur, vbi inter cætera hęc leguntur.

O iniquum perſuaſionis errorem, diuidantur cauſæ germanis, filius obligationibus paternis ſi non ſit hæres exuitur, uxor materialibus debitis, niſi per ſucceſſionis vincula non tenetur, & audacia ad ſolutionem trahit extraneos, cum abſoluant Iura coniunctos, &c. Et proſequitur *Andr. Gail.loco citato num. 11.* a conceſſionibus talium repræſaliarum
28 tanquam odioſis, & iniquis abſtinēdum eſſe, quia ex illarum licentia, & conceſſione vidit ſub opinione iuſtitiæ, & ſub ſpecie recti multa in Imperio eueniſſe ſcandala, & occaſiones multis rapinis, latrocinijs, & varijs direptionibus datas fuiſſe: quos ſua, omnium exulceratiſſima ætate nouo vocabulo, & ſplendido epitheto *Frenbeuters* appellat, idelt im-
29 punitos latrones,ſiue graſſatores dignos omni ſupplíciorum genere, & publica communique Statuum Imperij vindicta. Quæ licèt ipſe Gail.apud Germanos non ſine magna infamia fieri, & exerceri affirmet; hæc etiam omnia apud nos Italos, qui in ventoſo ciuilitatis, & humanitatis nomine præter cæteras Orbis Terrarum gētes, & nationes gloriamur, maximè vigent, & ſunt in vſu, præcipuè contra pauperes ruſticos; *Gail. tract. de arreſt.cap.9.num.20.verſ.ſed rigoroſi*; & quòd peius eſt, vt plurimùm contra innocentes, ita ut aliorum culpa in extremum ipſi, eorumque tota familia deducantur exitium; & ideò cum eorum clamores velut iuſti Abel ſanguis ad Omnipotentis Dei penetralia aſcendant, nil mirum, ſi iuſto ipſius Dei iudicio multę Communitates, quæ noſtrorum paren-
30 tum; & gentilium ætate florentiſſimo, & opulentiſſimo nobilitatis ſplendore micabant, nunc verecunda, plebeia, & immunda ſuorum ciuium paupertate (quæ mater criminum a Caſſiodoro appellatur) depreſſæ vileſcant. Et repræſalias tanquam graues legibus, & æqui-
31 tati naturali contrarias ciuili Conſtitutione prohibitas eſſe dixit *Greg. X. in c. vnico de iniur.& damn.dat. in 6.* dum
32 pœnam excommunicationis indicit in eos, qui contra perſonas Eccleſiaſticas huiuſmodi repræſalias committerent, & ſi ſit Vniuerſitas, Eccleſiaſtico ſubijcit Interdicto; *vide Mauſon. de cauſ. execut. ampl.33. per tot.*

Adde etiam, quòd repræſaliæ inuentę
33 fuerunt, & frequentari cœperunt, quando de iniuſtitijs ad Superiorem non poteſt haberi regreſſus, vt dicit *Bart. in ſuo tract.repræſal.in præfat.n.1.* & concedebantur antiquitùs a Principe; vel Magiſtratu merum, & mixtum imperium habente ob Iuſtitiam denegatam, *Andr.*
34 *Gail. de pignor. obſeruat. 2. n.1.* & quòd ſit quædam poteſtas in pignorando quælibet de terrà debitoris data creditorì pro iniurijs, & damnis, *Myſinger.ſingul. obſeru.cent.6.obſeru.1. n.1. per tex. in c.1.de iniur.& damn.dat.in 6.*

Quæ quidem in ſubditos Sedi Apoſtolicę verificari minimè poſſe videntur: Primò, quia ſi a ciuibus negentur collectæ Communitatibus, hæ poſſunt ſine dubio, & abſque vlla difficultate habere regreſſum ad Principem, & Superiorem: Secundò, non poteſt dici denegata iuſtitia, quamdiù non fuerit petita; ſed exactores nulla facta petitione coram iudice de facto repræſalias committunt, vt experientia docet. Tertiò, nulla iniuria, ſeu damnum illatum a ſubditis præcipuè non obligatis conſiderari poteſt erga Principem, & Superiorem, ſi ſoluere recuſant; & ex quocumque iure nemo debet alieno odio prægrauari, vt dictum eſt ſupra; & in terminis, repræſalias non
35 poſſe concedi contra ſubditos, *Bart. tract.de repræſal.quæſt.7.nu.4.verſ. in contrarium, & alij relati a Menoch.conſ. 244.num.54.*

Verùm

36 Verùm præmiſſis non obſtantibus, Ciuitates potuiſſe obligare ſuos ciues ad fauorem Principis, & pro ipſarum Communitatum indemnitate, etiam ſub repræſalijs, communitèr ab omnibus affirmandum eſſe puto. Primò, quia obliga-
37 tio ſoluendi Collectas ad fauorem Principis radicata eſt in ipſis ciuibus, licèt poſtea ratione facilioris exactionis ſeſe Communitates obligauerint, vt dictum eſt ſupra: Quare poſſumus dicere, quòd
38 repræſaliæ in caſu noſtro non veniant ex conuentione inita inter Cameram, & Communitates, ſed ex ipſa obligatione ciuium, qui bona, & perſonas habent obligatas ad fauorem Principis, *l.2. ff. de origin. iur. l.1. ff. de conſtit. Princip.* & plura congerit *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.3. cap.2. de ſuprema Principis iuriſdictione*: & magis ad rem noſtram de Collectis, quas Princeps poteſt imponere ſubditis, quando poſitus eſt in indigentia, & ſubditi tenentur illas ſubire, *Thomat. de collect. §. ne ſcienter, n.6. & 8.* Quæ omnia fortius procedunt in Papa, qui eſt Dominus omnium, *Hoſt. in ſum. tit. de cenſib. n.10. verſ. & breuitèr*.

Si ergo ſubditi recuſant, vel ſaltem
39 ſtatuto tempore non ſoluunt collectas, ſi relaxentur repræſaliæ, id non prouenit ex facto Communitatis, ſed ex propria culpa, quia dies interpellat pro homine, & ſtatim ac dies ſolutionis ceſſit, conſtitutus eſt debitor in mora, *Surd. deciſ. 57. Caſtri Gifredi, n.7.* & ſic ex iuſta cau-
40 ſa; quo caſu etiam de Iure Diuino permiſſas eſſe repræſalias tradunt *Doctor. præcipuè Bart. tract. repræſal. in princ. n.3 per text. in c. Dominus noſter, 23 quæſt.2. Guid. Pap. quæſt. 32. n. 1.* Et ſi dicatur,
41 quòd etiamſi præfixa ſit certa dies ad aliquid faciendum, intelligitur tamen, ſi fuerit petitum, *Socin. in regul. 299. in fin.* qui teſtatur de communi, & alij relati
42 per *Surd. d. deciſ. 57. n.4.* & in terminis de ſolutione collectarum faciendam eſſe Communitatibus intimationē ad ſoluēdum, antequam veniat tempus exactionis, & ſolutionis, eſt *text. in l.2. C. de indict. lib.10.* Reſpondetur, quòd iſta intimatio fieri debet, & regularitèr fit per
43 quindecim, vel ſaltem decem dies ante ab exactoribus, non ſolùm ex diſpoſitione *præd. l.2.* ſed etiam bannimentorum, & ordinationum Eminentiſſimi Cardinalis Camerarij ſub pœna nullitatis, & refectionis damnorum, & intereſſe, vt in dictis ordinamentis n.1. cuius copia fuit aliàs impreſſa in meo libro Bullarum vulgarium Summorum Pontificum, & Reſolutionum pag. 160.

44 Secundò, repræſaliæ quæ conceduntur contra Communitates, ſeu illorum ciues, cum habeant requiſita tradita per *Bart. in d. tract. quæſt.1. nu.4. verſ. primò requiritur*, dicuntur licitæ; duo autem ſunt requiſita: Primò auctoritas Superioris: ſecundò, quòd auctoritas Superioris interponatur ex cauſa, vt ibi per eum, quem ſequitur *Guid. Pap. quæſt. 32. num. 1.* De primo requiſito patet, quia ab ipſo Principe ſunt indictæ, ſeu conceſſæ, licèt poſtea ab exactoribus onerum fiſcalium extendantur contra hunc, vel illum particularem, vt notat *gloſſ. in c. vnico in verb. extendi, de iniur. in 6.* De ſecundo ſimilitèr patet, quia pro indigentijs Sedis Apoſtolicæ collectæ exiguntur.

Nec facit, quòd plerumque in huiuſmodi repræſalijs Iuſtus pro iniuſto, innocens pro nocente grauatur, contra omnes iuris, & æquitatis regulas, vt dictum eſt ſupra; quibus adde, quæ congerit *Gail. de pignor. obſeru.2. num.2. & alibi.* Quia reſpondetur ex doctrina *Bart. d.*
45 *tract. & quæſt. n.7.* dicentis Ciuitatem negligentem, ſeu recuſantem iuſtitiam facere, effici debitricem illius, qui iuſtitiam poſtulat, & ideo homines ſubditi illi Dominio, vel populo capi poſſunt, *per tex. in l. pro herede, §. ſi quid tamen, ff. de acquir. hered.* Sicut etiam propter
46 delictum domini negligentis facere iuſtitiam poteſt iudici bellum cōtra totam Terram, & omnes gentes ſubditas ſibi; & ad hoc citat *tex. in Auth. ſiverò dominus temporalis, C. de heretic. & manich.* qui tex. hoc dicit ad literam; concludit tandem *ipſe Bart.* repræſalias eſſe licitas ex cauſis legitimis.

Minus etiam attendendum eſt, quod diximus, in huiuſmodi repræſalijs, vt plurimùm iuſtos pro iniuſtis, & innocē-
47 tes pro noxijs grauari: Quia ab huiuſmodi grauamine liberantur, cum ex diſpoſitione iuris, & bannimentorum (de quibus meminimus ſupra) ab eo, qui culpā admiſit, & cauſam repræſaliarum dedit, omne damnum ſarciendum ſit, vnà cum intereſſe, *Iaſ. in l.2. §. fin. verſ. extra gloſſ. ff. de verb. oblig. & de comm. Matth. Chgrian. inter comm. opin. diuerſ. lib. 4. tit.39. de vectig. & com. num.47. Myſing. ſingul. obſeru. cent. 6. obſeru. 1. num.10.* & quòd exactus per repræſalias agat ad quadruplum contra eum, cuius cauſa conceſſæ fuerunt repræſaliæ, *tex.*

eſt in § 1. *Auth. vt non fiant pignor. Menoch. & alij per eum adducti in conſ. 244. n. 75. lib. 3. Hier. de Mont. var. iur. quæſt. in q. 27. n. 38. & ſeqq.*

Et quàmuis communis regula recipiat
limitationem, quando iniuſtè, & contra
48 æquum repræſaliæ eſſent conceſſæ reſpe-
ctu alicuius, ſine tamen culpa ipſius, quia
tunc nihil tenetur reſárcire, vt docent
*Doctor. ſupra relati per tex. in l. ſi per
imprudentiam, ff. de euiction.* Hoc tamen
49 in caſu noſtro non videtur poſſe locum
habere, quia ſi Communitas non fuit in
mora ſoluendi, & ſic non potuerint cõ-
tra ipſam extendi repræſaliæ, tunc, & eo
caſu tenentur Theſaurarij, & Exactores
Prouinciarum ex vi bannimẽtorum ſu-
pra relatorum, *& vide text. in l. 1. C. de
executor. & exactor. lib. 12.*

Et ita ex præmiſſis videtur concludẽ-
50 dum, potuiſſe Communitates obligare
ſuos ciues ſub pœna repræſaliarum pro
ſoluendis collectis a Principe legitimè
indictis, & ad fauorem ipſius Principis;
nec puto in hoc hæſitandum; & opti-
me facit *tex in l. abſtinendum, C. quor.
appell. non recip.* vbi pro debitis fiſcalibus,
51 ſeu Cameralibus nulla venit admitten-
da appellatio.

Verùm alia maior oritur dubitatio; an
52 Communitates poſſint obligare ſimili
modo ſub repræſalijs ſuos ciues in con-
tractibus initis cum priuatis; Puta Com-
munitas pro ſua particulari indigentia
imponit cenſum ad fauorem Franciſci,
& niſi ſoluat fructus conuentos debito
tempore, obligat ſuos ciues ſub repræ-
ſalijs, an inquam huiuſmodi obligatio
ſuſtineatur. Et pro negatiua in fortio-
ribus terminis procedunt, quæ diximus
ſupra; quibus adde *Lud. a Peguer. deciſ.
11. Io. Rubert. num. 1.* Sed omiſſo multi-
loquio, quotidianus vſus, & experientia
docent affirmatiuam partem eſſe tenen-
dam; quem quidem vſum antiquiſsimum
53 eſſe, & legitimè introductum, Doctores
noſtri pluribus probant, licèt *Bart.* no-
uitèr inuentum dicat *in princ. ſui tract.
de repræſ. d. Zaſius tamen in l. 2. §. & ita
leges, in verb. latas, circa fin. ff. de orig.
iur.* quem referunt *Gail. tract. de pignor.
obſer. 2. n. 6. Myſinger. obſeru. 1. n. 2. centur. 6.* repræſaliarum vſum (licèt ſub alio
nomine) putat extitiſſe ſub Numa
Pompilio Secundo Romanorum Rege,
qui primus Fecialium formã, & ſolem-
nitates inſtituit, vt videre eſt apud *Li-
uium Feneſtell. Plutar. Dionyſ. Halicarn.
& alios.* Horum autem Fecialium offi-
cium erat cuſtodire, ne alicui confœde-
ratæ Vrbi bellum iniuſtum inferretur,
quòd ſi fortè fœdera violarentur, res re-
petebant, & ſi non redderentur, bellum
decernebant, & niſi paruiſſent (Dijs fœ-
54 derum inſpectoribus inuocatis) bellum
comminabantur. Et ius pignorandorum
hominum antiquiſsimum affirmat *Budæus ad l. aut facta, § euentus, ff. de pœn.*
quẽ refert, eiuſque verba reſcribit *Gail.
loco cit. num. 7.* quem vide; & vide etiam
Peguer. deciſ. 11. nu. 2. & 3. qui hoc idem
dicit, nulla facta mentione Budæi, aut
Gail.

55 Et huiuſmodi vſum pignorandorum
hominum, quem modò repræſalias ap-
pellamus, eſſe legitimè introductum; &
eſſe ſpeciem iuſti belli, ne iuſtitia pereat;
tradunt *Bar. Mart. Luden. & Iacob. a Ca
nib. in ſuis tract. de repræſalijs*, apud
quos ad ſaturitatem videre poteris: Et
nonnullos caſus, quibus repræſaliæ de
iure permiſſæ ſunt, refert *Myſing. d. cent.
6. obſer. 1. a num. 4. vſque ad 9.* & id licere
dicimus, quod legibus, quod more
56 maiorum, & inſtitutis conceditur, vt
ait *M. Tull. in Philip. 13.* quem refert
*Luc. de Penn. in l. ſi Diuina, nu. 19. verſ.
vnde Tullius, C. de exact. trib. lib. 10. &
Peguer. d. deciſ. 11. a n. 2. & ſeq.*

Sed magis ad rem noſtram. De Com-
munitatibus non ſolùm habentibus iu-
riſdictionem, vt ſentit *Gail. in ſæpè cit.
tract. cap. 9. de arreſt. Imper.* ſed etiam de
illis, quæ nullam habent iuriſdictionem,
quando immineat publica neceſsitas,
poſſe ſuos ciues ſub repræſalijs obligare,
videtur velle *Thomat. de collect. § ſubij-
57 ciunt, n. 26.* dum ait, Communitates ha-
bere iuriſdictionem, & poſſe ſtatuere
ſuper prædijs ſitis in ſuo territorio, &
tale Statutum nihil aliud eſt, quàm ſim-
plex adminiſtratio ſoluendi æs alienum,
ad quod tenebatur Communitas prop-
ter euentum oneris, & indigentiæ, vt
ibi per eum, quem vide etiam in nume-
ro præcedenti circa finem dum ait; onus
58 eueniens hinc ad mille annos ita habe-
re prædia obligata, ſicut ſi hodie eueniſ-
ſet, & eſt æs alienum contractum cum
Cõmunitate; & citat *Angel. in conſ. 206.*

Nec dicatur ſupradicta reſpicere po-
59 tius obligationes reales, quàm perſona-
les, vt ſunt repræſaliæ; Quia reſponde-
tur Communitates per ſe ſumptas non
habere neque velle, neque nolle, & eſſe
perſonas fictas, *Myſing. cent. 4. obſeru. 78.
n. 7.* & tamen negligentia eorum, qui
regunt Ciuitates, imputatur ipſius Ciui-

tatibus, *Capyc.deciſ.*130. *n.*70. repræſen-
tatam per Officiales, & Magiſtratus,*arg.*
l.oſſa,in fin.ff. de relig. & ſumpt.fun. &
plura congerit *Loſeus de iur. vniuerſ.*
60 *par.*1.*cap.*1. *n.*41. *& per tot.* Quapropter
ſi dicti Officiales, ad quos ſpectat onus
exigendi, collectas non exigant, & non
ſoluant debito tempore, etiam quòd nō
ſint nominati in inſtrumento, & obliga-
tione facta per Communitates ad fauo-
rem priuatæ perſonæ, poterunt ipſi Of-
ficiales pignorari, & repræſaliari, *Bar.in*
*l.*4.*§.actor,num.*5.*verſ.tamen illi,ff. de*
*re iudic.per tex. in l.*1.*ponderando ver-*
bum, Decem primatus, qui ſecundùm
gloſ.ibi, Exactorem ſignificat, ff. de mu-
ner. & bonor. ipſi tamen Officiales exi-
gent ab alijs de Vniuerſitate, & a ſe ipſis
pro rata tangente, *Bart. loco cit. & vide*
tex. in l. miſſi Opinatores, C. de exactor.
*trib.lib.*10. & vide etiam *Saluſt. a Cor-*
61 *neto in ſua praxi A. C. lib.*1.*cap.*35. vbi
aſsignat modum exequendi inſtrumen-
ta contra Communitates. Secundò re-
62 ſpondetur repræſalias exerceri nō ſolùm
contra perſonas, ſed etiam contra res,&
bona, vt *in c.vniuerſ.de iniur. in 6. ibi,*
ſeu bona ipſorum,&c. & experientia de-
monſtrat.

63 Sed neque hæc reſponſio tollit totam
difficultatem,quia *repræſaliæ* non ſolùm
exequuntur contra Officiales, ſed in ſo-
lidum contra omnes, ſeu maiorem par-
tem Vniuerſitatis, contra id, quod do-
cet *Bar d.§.actor,n.*7. *& melius num.* 9.
vbi determinat, tunc valere obligationē
factam a Communitatibus de conueniē-
64 do ſuos ciues in ſolidum, quando Syn-
dicus,ſeu Procurator habeat poteſtatem
ab Vniuerſitate, penes quam ſit facultas
legis condendæ: Et tunc demum ciues
65 ſub pœna repræſaliarum obligari poſſe,
quando ipſi in forma Ciuitatis legitimè
conuocati conſentiant, quia tunc ſcien-
tium, & conſentientium ciuium volun-
tatem iniurioſam non eſſe cenſendam,
aliàs extra publicam, & extremam ne-
ceſſitatem Ciuitatis parcendum,& a cō-
ceſſione talium repræſaliarum tanquam
odioſa, & iniqua abſtinēdum putat *idem*
*Gail.d. cap.*9.*n.*11. *de arreſtis*;& optimè
facit *Conſtit.*55.*in* §. 10. *Pij V. Bullar.*
66 *nou. tom.* 2. *pag.* 75. vbi prohibitum eſt
Cardinali Camerario, & Clericis Came-
ræ ad cuiuſuis inſtantiam concedere re-
præſalias,etiam pro debitis fiſcalibus,niſi
de particulari, & expreſſo mādato Papæ.

67 Sed contra hanc doctrinam, vt dixi,
capiuntur ciues nedum Ciuitatum ha-
bentium facultatem legis condendæ,ſed
& pauperes incolæ cuiuſuis Villæ,& Ca-
ſtri, nec ſolùm Ciues, qui in Conſilijs in-
teruenerunt,& ſe ipſos obligauerunt,ſed
qui nullam rerum publicarum notitiam
habent, nec in numero Conſiliariorum
ſunt: prout ego vidi inter cæteros cap-
tum quendam Nepeſinum in Vrbe ad
inſtantiam Montiſtarum Mōtis Aratro-
rum pro fructibus dicti Montis; & in
Ciuitate Viterbij, vbi reſidet Theſaura-
rius Prouinciæ Patrimonij, & Vrbis ve-
teris, fuerunt pro ære alieno Ciuitatis
Vrbis veteris retenti,& repræſaliati Mu-
liones, & alij Vrbeuetani, qui nec ipſi,
nec eorum aui publica Conſilia vnquam
viderunt. Et quòd huiuſmodi repræſa-
liæ licitæ ſint, tenet etiam *Bar. in tract.*
*repræſaliarū,quæſt.*6.*principali nu.*6.*&*
7. & licèt iure ciuili, & canonico prohi-
bitæ ſint, ſunt tamen permiſſæ de Iure
Diuino, *Guid.Pap. quæſt.*32. *repræſaliæ,*
n. 1.*& per tot.*

68 Quapropter cum hæc quotidie videa-
mus in vſum deduci etiam in ipſa Vrbe,
vbi Princeps ſupremus reſidet,fatēdum
erit, inductas eſſe repræſalias de ſcientia
Principis, *Capyc.deciſ.*4. *num.*30. ex ſty-
lo, ſeu conſuetudine, quæ vim legis ob-
tinet, & ex tacito populi conſenſu in-
troducitur,*Myſinger.obſeru.*41.*num.*12.
*cent.*6.

69 Quæ conſuetudo cum habeat annexā
publicam vtilitatem, firma debet eſſe,
*Guid.Pap.*in terminis de ſtylo concedē-
di repræſalias, abſque eo, quòd adeatur
Superior, *quæſt.*33. *Sed quæro, verſ. ta-*
men quicquid; & vide *Bald.in conſ.* 107.
70 *quando quis,n.*1 *lib.*4. vbi firmat non eſ-
ſe recurrendum ad iudicem populi,con-
tra quem relaxandæ erunt repræſaliæ.

71 Publica verò vtilitas in eo verſatur,
quia Communitates non ita de facili
inuenirent pecunias mutuas, vel ſub v-
ſuris, niſi daretur facultas creditoribus
procedendi in ſolidum contra omnes
de Vniuerſitate, nec etiam Camera ſuas
penſitationes fiſcales conſequi de facili
poſſet, quando hæc ſibi via præcluſa eſ-
ſet, vt animaduertit *Io. Franc. de Ponte*
*in tract.de poteſt. proreg.tit.*10.*de diuerſ.*
prouiſ.§.6.*de alienat.fun.ſolita bonorum*
*Vniuerſitatis, nu.*2. vbi ita declarat do-
ctrinam *Bart.in d.l.*4.§.*actor,n.*9.*ff. de*
*re iudic.& ſupra n.*1. refert conſuetudi-
nem Curiæ Neapolitanæ, vt ſcilicet per
Collaterale Conſilium expediantur paſ-
ſim prouiſiones, quibus tales, & tales
ciues cogantur, & aliquando in eorum
contu-

contumaciam vt habeantur pro obligatis. Et de validitate Statuti diſponentis,
72 quòd pro debito Vniuerſitatis quilibet de Vniuerſitate capi poſſit, vt eſt *in Vrbe veteri lib.2.rubr.37.tenet Trentacinq. var.reſol. tit. quod cuiuſque Vniu. reſol. 2.lib.1.*

73 Et quòd inſtrumenta habeant executionem paratam, eſſe conſuetudinem fauorabilem, tanquam commune bonum continentem, dicit *Bald.in l. de quibus, col. 2. ff. de legib.* quem ſequitur *Roccus Curt. in c. fin. ſect.2. gloſſ.1. nihil habetur, n.20. verſ. item quod inſtrumenta, de conſuetud. Galleſ. de oblig. Cam. quaeſt.1.*
74 *num. fin.* licèt ipſe contrarium ſentiat reſpectu Cenſurarum, quæ in obligatione Camerali ſuſcipiuntur; harum enim pudor, & reuerentia multitudine, ac frequentia peccantium vileſcit.

75 Et extenditur iſta conſuetudo repræſaliarum, vt non ſolùm capi poſſint ciues in ipſa Ciuitate, ſed etiam alibi habitantes, puta ſi ſint conceſſæ repræſaliæ contra Vrbeuetanos, poterit capi Vrbeuetanus non habitans in Vrbe veteri, ſi per ſe, vel alium ſubeat onera in Vrbe veteri, & de communi teſtatur *Petr.Rauen.in ſuo alphab.aureo in verb. repræſaliæ*, quem refert *Bonac. inter commun. opin.lib.4.tit.39.de vectig. & com. nu.48.* & vide *Bart.tract.de repræſal.in 7 quaeſt. principali, n.2. & 3.* quem ſequitur *Menoch.conſ.1060.n.40.41. & 42.lib.11.*

76 Declarãda tamen eſt primò huiuſmodi regula, ſeu conſuetudo repræſaliarum, vt non habeat locum in clerico, & perſonis Eccleſiaſticis; & ſi fuerint conceſſæ a ſingulari perſona, & intra menſem non reuocauerit, pœnam excommunicationis incurrit; ſi verò conceſſio, ſeu relaxatio fuerit a Communitate, nec renocauerit vt ſupra, Eccleſiaſtico ſubiacet Interdicto, vt eſt *text ad literam in c. vnico, de iniur. & damn.dat.in 6.* & hoc habere locum, tam in repræſalijs, quæ iuſtè conceduntur contra gentem, ſeu Ciuitatem, vnde eſt clericus, vel Eccleſia, quàm in his, quæ iniuſtè, *Nauar. in commun. de cenſur. cap 27. de excomm. lib.6.Decret. num.136. excomm.31.* vbi duas affert limitationes; prima eſt, ſi quis concedat
77 repræſalias contra bona alicuius clerici propter ſibi debita, iudicans hoc conuenire, non incurreret pœnam excommunicationis, ſequutus *Archidiac. in d. c. vnico in 1. & Caietan. & alios per eum adductos*; quibus adde *Guid.Pap.quaeſt.34. incipit, ſed accidit, n.1.* vbi firmat contra clericum debitorem concedi poſſe repræſalias, & diſpoſitionem *d.c.vnic.de iniur.in 6.* habere locum, quando repræſaliæ concederentur ob culpam laicorum, non autem quando contra clericum debitorem; & teſtatur ibi de communi: & circa hanc concluſionem aduerte, quòd procedit quoad pœnam excommunicationis; non autem quoad iuriſdictionem, ita ut Iudex laicus poſſit concedere repræſalias contra clericum, nam relaxandæ ſunt a Iudice Eccleſiaſtico, vt cenſuit Sacra Congregatio Immun.in Aſculana 10.Martij 1643.

Secunda limitatio eſt, quando requiſitus Epiſcopus negat Iuſtitiam adminiſtrare contra ſuos clericos; tunc enim committi poſſunt repræſaliæ contra clericos debitores, nec habet locum diſpoſitio, *d.c.vnic. ſecundùm Petr.de Anchar. ibi in 2.col. verſ.3. quæ refert Addit.ad d. quaeſt.34.Guid.Pap.in verb.homineſque, verſ.ſed do.Petr. Bart. verò tract. de repræſal. quaeſt.7. principali, nu. 6.* mouet hoc dubium, ſed illud decidendum relinquit Canoniſtis, prout ego quoque relinquo.

Hæc tamen limitatio ſi vera eſt, quod non puto, declaratur, vt propter debita clerici vnius Epiſcopatus non poſſint concedi repræſaliæ contra bona alterius clerici eiuſdem Epiſcopatus; *gloſſ. in d.c. vnico in verb.concedi, Nauar. loco ſupra citato; & vide Bart.loco prox. citato.*

78 Declaranda eſt ſecundo loco conſuetudo repræſaliarum non habere locum, nec exerceri poſſe contra Magiſtratum, & Officiales, durante eorum Officio, & Magiſtratu, *Menoch. conſ.244. n.53. qui citat Bart.in tract.repræſal.quaeſt.6.principali in princ.* Ipſe tamen *Bart. loco cit.* tria genera Officialium aſſignat, & in omnibus diſtinguit, & docet, quando, & quomodo procedi poſsit, quem videas. Cum tamen tertio loco loquatur de Conſulibus, ſeu Prioribus Ciuitatum, & locorum, contra quos diximus ſupra, poſſe exerceri repræſalias, ſi fuerint negligentes in exigendis creditis, & ſoluẽdis debitis Ciuitatum, & locorum, quibus præſunt, *Bart. hoc loco num.5.* dicit hoc verum in Prioribus, & Conſulibus præſentibus, non autem abſentibus, contra quos abſentes non poſſunt concedi repræſaliæ tanquam Conſules, & Priores, ſed tanquam contra quoſlibet alios de populo, vt ibi per eum.

79 Declara tertiò, non habere locum cõſuetudinem repræſaliarum in militibus vigore

vigore priuilegiorum ſibi a Summo Pō-
tifice conceſſorum, *cap. 15. ibi . Di più
vogliamo, che li Soldati à piedi ſiano eſē-
ti, come anche le robbe loro dalle repreſa-
glie per qualſiuoglia cauſa .* Quæ im̄mu-
nitas extenditur etiam a fortiori ad E-
queſtrem militiam, vt in iiſdem priuile-
gijs cap. 1. *facit tex.in l. ſtipendia, C. de
execut.rei iudic. l.vlt.§.ſicut autem, ibi,
exceptis militibus , & veteranis, ff. de
muner.& honor.*
80 Declara quartò, non habere locum
in mulieribus, quoad perſonas ſcilicet
earum, *tex.in Auth.ſed hodie, C.de offic.
diuerſ.iud. & in Auth. hodie nouo iure ,
C.de cuſtod.reorum, Bart.in tract.repræ-*
81 *ſal.quæſt.7. principali, n.5.* vbi ait, quòd
licèt repræſaliæ videantur introductę de
iure gentium, ſicuti introductum eſt bel-
lum , & in bello mulieres capiuntur, &
habent poſtliminiū, *l.1.C.de poſtl. reuerſ.*
82 tamen repręſaliæ debēt ciuilitèr intelli-
gi, vt *in l.ſi cui ſimplicitèr, ff.de ſeruitut.*
Declara quintò, quando repręſalię eſ-
83 ſent conceſſæ puta a Ciuitate Vrbeueta-
na, vt in eius *lib.ſtatut.lib.2.rubr.37.* vt
non extendantur cōtra ſuos ciues, *Bart.
loco cit.n.4.Bald.conſ.106.incip.quod di-
ctus Graſſ.n.1.lib.4.* vbi reddit rationem,
quia Ciuitas tenetur ſuum ciuem ab alijs
84 defendere, *l.1.§.per hanc, ff.de rei ven-
dic.l.de iure, ff.ad municip.* & cum inter-
ſit Ciuitati ſuos ciues locupletes habe-
re, ſi contra eos repræſalias concederet,
ageret etiam contra ſe ipſam, vt firmat
ibi Bald.in d.conſ.106. quem refert, &
ſequitur *Menoch.conſ.244.n. 54.* vbi am-
pliat, etiamſi ciuis Vrbeuetanus eſſet e-
tiā ciuis Viterbienſis.& repręſaliæ eſſent
85 cōceſſæ cōtra Viterbiēſes; & refert ita di
xiſſe *Iacob.a Canib.tract.de repræſal.par.
1.n.34.& ante eum Bart.eod.tract.quæſt.
7. principali, nu.4.verſ.licèt ſit ciuis alte-
rius Ciuitatis*: qui quidem ampliat con-
cluſionem, etiam ſi talis ciuis eſſet par-
ticeps criminis, nam vigore talium re-
præſaliarum ſimplicitèr conceſſarum nō
poſſet capi, ſed debent ſpecialitèr con-
cedi, vel contra talem ciuem ordinariè
procedi per Ciuitatem concedentem
repræſalias. Et quāmuis *Iacob. a Canib.
d. par.1.nu.35.relatus a Menoch. vbi ſu-
pra* teneat in hoc contrarium; tamen
opinio Bart. mihi magis probatur: quia,
vt pluriès dictum eſt, repræſaliæ dantur
in ſubſidium, & quando eſt denegata iu-
ſtitia, quæ duo in ciue reſpectu ſuæ Ci-
uitatis verificari non poſſunt; & viden-
dus eſt *Bald.in c.1.de form.fidelit, nu.3.*
dicens, quòd ſi conceſſæ ſint repræſaliæ
alicui Piſano contra Peruſinos, non po-
terunt exerceri contra Peruſinum ha-
bentem incolatum Piſis, quia participat
duas qualitates, videlicet Piſanorum, &
Peruſinorum, & ideo inſpicienda eſt illa
qualitas, quæ magis fauorabilis eſt in hac
materia repræſaliarum, quæ eſt odioſa,
*vt notat.c.1.de iniur.& damn. dato in 6.
& in l.extat, ff. de eo, quod met. cauſ.* &
licèt aliquando permiſſæ ſint, nunquam
tamen fauorabiles ſunt, ſed ſemper re-
ſtringendæ, quantum eſt poſſibile abſque
eorum ſubuerſione, vt ibi per eum.
86 Declara ſextò, vt non poſsit quis capi
vigore repræſaliarum tempore nundina-
rum, *Bart.d quæſt.7. principali, nu.13.*
vbi declarat hoc eſſe verum in venien-
tibus ad locum, ſeu territorium, vbi quis
nundinas tenet, & exercet, *per text. in
l. vnica, C. de nundin.* quem ſequitur
*Bald. licèt de eo nullam faciat mentionem
in d.conſ.106.n.3.lib.4.* reddens rationē,
quia in nundinis publica verſatur vtili-
tas, & fauore publicæ vtilitatis ceſſant
87 interim repræſaliæ; præcipuè ſi venien-
tes ad nundinas non ſint hoſtes Reipub.
nec diffidati, nam iſti propter publicam
vtilitatem, quæ eſt, vt malis hominibus
purgetur Prouincia, capi poſſunt, cum
generali ſecuritas non patrocinetur eis;
ita *Bald. ibi per text. in Auth. de mand.
Princip.§.ſed neque, verſ. neque autem
homicidis .*
88 Sed an contra Oratores (quos Am-
baſciatores appellant) concedi poſsint
repræſaliæ, *Bald.d.conſ.107.num.2.lib.4.*
negatiuam tenet; & ante eum *Bart. d.
quæſt.7. principali n.11.& 12.* quem vi-
de etiam in ſequentibus numeris, vbi
ponit alias declarationes, ſeu limitatio-
nes, quas reſcribere ſuperuacaneum
duxi.
89 Et quòd offendens Legatos, ſeu Am-
baſciatores incidat in pœnā læſæ Maie-
ſtatis, *Decian. tract. crimin. lib.7. cap.5.
n. 10.& ſeqq.* vbi ampliat, & limitat: vide
etiam *Farinac. in pract. crimin. tom.3.
quæſt.112.inſpect.3.per tot.*
90 Nec ſilentio prætereundum cenſeo,
repræſalias exerceri non poſſe in bobus
aratorijs, plauſtris, & inſtrumentis fundi
inſtructi, *tex.eſt pulcher in l.agricultores,
C. quæ res pignor.* vbi contrafacientibus
91 pœna quadrupli, & infamiæ imponitur,
quem tex. extendit ad militarem licen-
tiam, vt ſcilicèt quāmuis militibus in ne-
ceſsitate poſitis licitum ſit deprędari
impunè, illis tamen denegatum eſt ca-
pere

pere boues aratorios, & alia ſupradicta, *Iul. Ferret. de milit. iuſt. & de pœnis deſertor. n. 158. verſ. quid de bobus*, vbi reddit rationem, quia Reipub. intereſt, ne capiantur; *Tholoſ. de Repub. lib. 11. cap. 5. n. 10.* qui adducit tex. in terminis in iure canonico, videlicet *c. 2. de tregu. & pace*; in ſubſidium verò, quando executio fieri non poſsit in alijs bonis, poſſe etiam boues aratorios capi, *Giurb. deciſ. 40. num. 12. Mauſon. de cauſ. execut. lib. 1. ampl. 15. n. 15 & ſeq.*

92 Tandem nota, Ciuitatem in neceſsitate poſitam ad euitandas repræſalias poſſe cogere ſuos ciues ad mutuandum ſibi pecunias, quouſque exigatur collecta pro ſolutione facienda, *Thomat. de collect. §. expoſuimus, n. 3. pag. apud me 522. Io. de Plat. in l. 1. n. 1. C. de omn. agri deſert. lib. 11. Andr. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 5. num. 18. Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap. 14. num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitatis nomen generale eſt aptum comprehendere tam homines, quàm cætera animalia ratione carentia.*

2 *Vniuerſitas eſt tanquam genus habens ſub ſe ſpecies.*

3 *Duo faciunt Cógregationem, tres faciunt Collegium.*

4 *Ius Collegij etiam in vno retinetur, ideo vno tantùm Cardinali ſuperſtite, in eo remanent iura ſacri Collegij, & poteſt eligere Papam.*

5 *Decem homines faciunt pupulum, & plures quàm decem, aut quindecim faciũt turbam.*

6 *Statutum prohibens conuocare populum, vel gentem, verificatur, ſi conuocati erunt decem homines.*

7 *Conſtitutio Sixti Quinti contra coaduñátes homines armatos quare promulgata, & cur ſeruanda.*

8 *Qui coadunauerit ſex homines ad malum finem, incidit in pœnam dictæ Conſtitutionis Sixti Quinti.*

9 *Pœna coadunantium conuenticulam eſt vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum; coadunatorum verò quæ ſit.*

10 *Bulla hæc Sixti Quinti fuit confirmata a Paulo Quinto, a quo etiam declaratur, ſeu limitatur in quibuſdam caſibus hic relatis.*

11 *Vniuerſitatibus licitum eſt pro conſeruãdis terminis liquidis, & certis in eorũ territorijs, vi, & armata manu reſiſtere volentibus illos amouere.*

12 *Congregatio in bonam partem, conuenticula verò in malam regulariter accipitur.*

13 *Vniuerſitas nihil aliud eſt, quàm ipſimet homines de Vniuerſitate.*

14 *Vniuerſitati ſi quid debetur, ſingulis non debetur; quæ regula declaratur, ampliatur, & limitatur.*

15 *Procurator conſtitutus ab Vniuerſitate non eſt idoneus in cauſis ſingulorum de Vniuerſitate.*

16 *Procurator conſtitutus contra omnem perſonam, & ſi quis iurauerit defendere aliquem contra omnem perſonam, non comprehenditur ſub huiuſmodi Conſtitutione, & Iuramento Vniuerſitas.*

17 *Vniuerſitas, & Ciuitas non continetur ſub nomine perſonæ.*

Limita in appellatione interpoſita a declaratione excommunicationis latæ ob contumaciam Vniuerſitatis. n. 18.

19 *Vniuerſitas ſi ſit negligens in proſequenda appellatione, ſinguli de Vniuerſitate poſſunt illam proſequi.*

20 *Procurator quando dicatur conſtitutus pro Vniuerſitate, & pro ſingulis de Vniuerſitate.*

21 *Poſſeſſio Vniuerſitatis acquiritur, & retinetur per homines de Vniuerſitate, & nu. 26.*

Hæc tamen concluſio declaratur, vt num. 22.

23 *Poſſeſſio Vniuerſitatis quomodo probetur ex actibus ſingulorum, remiſſiuè.*

24 *Ad acquirendum, & retinendum requiritur animus.*

25 *In ſeruitutibus diſcontinuis, vt ius paſcendi, & lignandi, requiritur factum hominis, nempe quòd animalia ducantur, & reducantur ad paſcua.*

27 *Ius paſcendi, & lignandi acquiritur tãto tempore, cuius memoria non extet in contrarium.*

Declara ſufficere decem, ſeu quadraginta annos, ſi interueniat aliqua præſtatio. nu. 28. 30. & 31.

29 *Seruitus iuris paſcendi dicitur realis.*

32 *Seruitutes diſcontinuæ nedum per ſententiam iudicis, ſed etiam per prohibitionem, & acquieſcentiam illorum, quibus prohibetur, ſũt præſcriptibiles.*

33 *Prohibitio facta de non coquendo pane niſi in certis furnis, quando noceat, & acquiratur ius contra Vniuerſitatem.*

34 *Ius non ſoluendi vectigalia qualitèr, & quando præſcribatur ab vna Vniuerſitate contra aliam Vniuerſitatem.*

35 *Scientia Vniuerſitatis præſumitur in nego-*

negocio arduo, & propalato propter multa ſcandala.

36 *Vniuerſitas, ſeu illius homines poſſunt propria auctoritate reſiſtere volentibus impedire ſeruitutes iam acquiſitas.*

37 *Rectores Vniuerſitatũ non poſſunt prohibere ſeruitutes iam introductas, vt sũt paſcua, & alia ſupradicta, nec claudere limitibus agros, & prohibere vſum paſcendi.*

38 *Ciuitates poſſunt tollere ius alteri quæſitum per ſtatutum generale, non autem per ſtatutum particulare, ſeu ſpeciale committendo cauſam ad arbitrium alterius.*

39 *Paſcua acquiſita in Territorio alieno ſi non ſufficiant pro Terrigenis, tunc poſſunt nõ obſtante quocumque titulo prohiberi forenſibus.*

40 *Vniuerſitas habens ius paſcendi in prædijs, & agris ciuiũ, an poſſit illis prohibere clauſuras, vt in eis vineta, & olіueta fiant.*

41 *Mala fides ſingulorum de Vniuerſitate an noceat Vniuerſitati in præſcribendo; & declaratur concluſio.*

42 *Vniuerſitas eſt capax iurispatronatus, & quomodo.*

43 *Eccleſia conſtructa ex eleemoſynis ſingulorum de Vniuerſitate non efficitur de iurepatronatus Vniuerſitatis, ſed eſt libera.*

44 *Ius præſentandi in iurepatronatus Vniuerſitatis ad quem ſpectet, & quomodo ſeruandum.*

45 *Vniuerſitas an poſſit eligere ſepulturam. & nu. 66*

46 *Supremum ſepulturæ honos nedum a Chriſtianis, ſed etiam ab ethnicis magnifactus.*

47 *Inhumana conſuetudo ſequeſtrandi cadauera debitorum reijcienda eſt tanquam barbara.*

48 *Sepultura prophana nec etiam publicis vſurarijs deneganda.*

49 *Sepelire mortuos nedum priuatorum honor, ſed Reipublicæ vtilitas exigit.*

50 *Sepultura adinuenta eſt non ſolùm propter mortuos, ſed etiam propter viuos, ne horum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fætoribus infectantur.*

51 *Pacto induci non poteſt, ne cadauer inhumatum ſit, quoad creditori ſit ſatiſfactum.*

52 *Creditor impediens ſepeliri cadauer ſui debitoris amittit creditum, hæredibus defuncti tantumdem rependit, & infamia notatur.*

53 *Electio ſepulturæ eſt actus propriæ voluntatis, qui non cadit in Vniuerſitate.*

54 *Materia priuilegiata eſt ſtrictè interpretanda.*

55 *Pater non poteſt eligere ſepulturam filio puberi, quia huiuſmodi electio eſt quid ſpirituale.*

56 *Electio ſepulturæ poteſt quandocumque reuocari vſque ad vitæ finem.*

57 *Electio ſepulturæ facta ab Vniuerſitate non poterit reuocari a ſingulis ciuibus.*

58 *Contractus perfecti non reuocantur ab Vniuerſitate etiam reſpectu lucri.*

59 *Decreta, & reſolutiones factæ ab Vniuerſitate conuocato Conſilio, & cum conſenſu duarum partium ex tribus firmæ ſunt.*

60 *Ex electione ſepulturæ infertur præiudicium Eccleſijs Parochialibus.*

61 *Ius eligendi ſepulturam eſt ius ſpeciale contra ius commune.*

62 *Confraternitates eligentes ſepulturas pro ſuis confratribus nõ præiudicant Eccleſijs Parochialibus; & quare.*

63 *Priuilegia Principis non ſunt interpretanda in præiudicium tertij, ſed quòd minus quàm fieri poſſit, lædant ius commune.*

64 *Si aliquis ex Confratribus eligat ſepulturam in ſua Confraternitate, quomodo intelligenda, & obſeruanda erit talis electio.*

65 *In Tertiarijs S. Franciſci, S. Dominici, & ſimilibus eligentibus ſepulturam quid ſeruandum.*

66 *Declaratur concluſio in electione ſepulturæ facta ab Vniuerſitate.*

67 *De ſepulchrorum materia agitur, remiſſiuè.*

68 *Vniuerſitas qualitèr acquirat ſuperioritatem in Caſtrum, ſeu Villam, & quomodo probetur Caſtrum, ſeu Villam ſubiacere Ciuitati.*

69 *Vniuerſitates tenentur parare locum, in quo Officialis ius reddere poſſit.*

70 *Officialis, cui aſſignata ſit domus ab Vniuerſitate pro iure reddendo, non poteſt aliam domum conducere.*

§.III.

Gloſſ.2.

Vniuerſitatum.

CAP. XIII.

1 VNIVERSITATIS nomen generale eſt, & aptum cõprehendere, tã homines, quàm cætera animalia ratione carentia, de his loquitur *Iuris Cõſultus in l. ſi grege, ff. de legat. 1. & in l. rerum miſtura, ff. de vſucap.* De Vniuerſitate hominum loquitur idẽ *Iuris Conſultus lib. 3. Pandect. tit. 4. quod cuiuſque*
2 *Vniuerſitatis nomine*; & iuxta hanc ſecundam acceptionem quoque Vniuerſitas poteſt appellari genus continens plures ſpecies ſub ſe, quarum vna dicitur larga, quæ facit Prouinciam, ſecunda minus larga, quæ facit Ciuitatem, tertia minima, vt Caſtrum, & Villa, *Bart. in l. 1. n. 3. ff. de damn. infect.* & hic etiam adduci poſſunt Societates, Collegia, Cõuenticulæ, Adunantiæ, Capitula, & alia huiuſmodi, de quibus habemus titulos particulares in corpore vtriuſque iuris, ex quo *gloſſ. in c. 1. in verb. dico, de*
3 *electión.* notat duo facere Congregationem, vt ibi *in text.* tres Collegium, *l. Neratius, ff. de verb. ſignific.* quàmuis etiam
4 in vno retineatur ius Collegij, *l. ſicut, §. vlt. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom.* notãt ſcribentes *in Clem. ne Romani, de elect.* dicentes, vno tantùm ſuperſtite Cardinale in eo remanere iura ſacri Collegij,
5 & poſſe eligere Papam. Decem quoque homines faciunt populum, *10. quæſt. 3. c. vnico*; & plures quàm decem, aut quindecim faciunt turbam, *l. Prætor ait, la ſeconda, §. 1. ff. vi bonorum rapt. & ibi Bart. in princ. & n. 5.* quærit, quot homines faciant gentem, & concludit, idem eſſe, ac de populo, quia in vno loco dicitur gens, in alio loco, populus. Et ex hoc ſoluit quæſtionem, quam de facto
6 contigiſſe ait in Ciuitate Peruſina, vbi adeſt Statutum contra coadunantes gẽtem, & interrogatus ipſe Bart. quot homines conſtituerent gentem, reſpondit tot, quot populum, & ſic decem.

Placet autem hic addere, Statutum prædictum Peruſinum eſſe extenſum ad totum Statum Eccleſiaſticum *a Sixto Quinto in ſua Conſtitutione 75. dum pro communi, Bull. nou. tom. 2. pag. 617.*
7 Quæ Conſtitutio loquitur de coadunantibus homines armatos occaſione adipiſcendæ, recuperandæ, vel retinendæ poſſeſſionis, & ratio prohibitionis eſt, ne tumultus fiant, & ad euitanda ſcandala, quapropter cum publicam reſpiciat vtilitatem, inuiolabilitèr ſeruanda erit, *c. 1. & 2. diſtinct. 4. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 3. de legib. in princ.* Sed cum in ea Conſtitutione non exprimatur numerus hominum armatorum, ad hoc, vt dici poſſit coadunatio, & dicatur contrauentum legi, & veniat imponenda pęna in ea contenta, ideo in bannimentis, ſeu edictis generalibus in toto Statu Eccleſiaſtico, & die 16. Februarij 1588. pro-
8 mulgatis ſub num. 38. hæc leguntur. *Dichiarando, che ſarà tenuta conuenticola, & coadunatione, ogni volta che ſaranno inſieme più dì ſei perſone con arme, e più di diece ſenz'arme, riſeruato l'arbitrio &*
9 pœna autem coadunantium eſt vltimi ſupplicij, & cõfiſcationis bonorum, coadunatorum verò trium funis ictuum publicè inflingen. & ſcutorũ 200. auri in auro pro vice qualibet, vt in dictis bannimentis *cap. 37.*

Et prædicta Sixti Quinti Conſtitutio
10 anno 1615. die 14. Iulij a Paulo Quinto confirmata fuit, vt in eius Bulla, quã omiſſa a *Cherub. ſenior.* eius filius in Compendio poſt illam Sixti Quinti eam collocauit, vt videre eſt *pag 133. tom. 2.* & ibidem habes declarationem, Conſtitutionem ſcilicet prædictam non habere locum ...

Pro tollenda infeſtatione bannitorum, vel tuitionem locorum maritimorum aduerſus Turchas, & Piratas, quæ tamen cauſa debet eſſe vera, & non ficta.

Excipitur etiam cauſa neceſſaria ad vim vi repellendam, cum moderatione inculpatæ tutelæ defenſionis non tamen violentèr, aut de facto adeptæ, vel recuperatæ poſſeſſionis, *vt in d. Bull. Pauli V. §. 3.* & vide plenè ad hanc materiã, quæ ſcribit *Farinac. in pract. crim. quæſt. 113. n. 174.* & alibi, & pulchrum *conſ. D. Io. Baptiſtæ Spadæ ſenioris Sacræ Aulæ Conſiſtorialis, ac Fiſci, & Cameræ Apo-*

Apoſtolicæ Aduocati celeberrimi impreſſ.
in 3.vol.conſiliorum D.Farinac. & *eſt cõ-*
11 *ſil.229.pag.* 145. quos refert *d. Cherub.*
*iun.ad præd. Bullam Sixti V. ſchol.*2. &
in puncto de Vniuerſitatibus, quòd poſ-
ſint pro conſeruandis terminis liquidis,
& certis in eorum Territorijs, vi, & ar-
mata manu reſiſtere volentibus illos a-
mouere, *Aund.de exequen.mand.par.*1
cap.4.n.26.verſ.tertium notat, quem vi-
de, nam docet, quomodo ſit intelligen-
da hæc concluſio.
12 Sciendum eſt differre inter ſe Con-
gregationem, & Conuenticulam, vt ſci-
licet Congregatio regulariter in bonam
partem accipiatur, *Crauet.conſ.4. nn.*18.
& *per tot.lib.*1. & faciunt tradita per *Io.*
Baptiſtam Coſt. tract. de fact. ſcient. &
*ignor.cent.*1. *diſtinct.56. n.*3. & 4. Con-
uenticula verò ad malum finem cenſea-
tur, & ideo punienda, *Crauet. loco cit.*
& plenè *apud doctiſs.Decian.tract. crim.*
lib.7.cap.20.de Colleg.illicit. & *conuenti-*
culis,nu.16. & *plurib.ſeqq.* & *per tot.* vbi
more ſuo multa cum eruditione loqui-
tur; vbi etiam habes, quæ Collegia di-
cantur licita, & quæ illicita, & idem de
ſocietatibus, quò te lectorem remitto;
videre etiam poteris *Bald.c.1.§.Conuen-*
ticulas, in princ. de pace iuram. firm.
13 Et ad Vniuerſitatem redeo, quæ nihil
aliud eſt, quàm ipſimet homines Vni-
uerſitatis, iuxta opinionem *gloſſ. in l. ſi-*
cut, §.1. in verb. non debetur, ff. quod
cuiuſque Vniuer.nomin. quàmuis perſo-
nam propriam non habeat, ſed fictè aliã
perſonam a particularibus, & ſingulari-
bus repræſentet, *l. mortuo, ff. de fideiuſ.*
Roman.conſ.436.n.3.4. & *ſeq. Myſinger.*
cent.4.obſeru.78.n.7. & latè *Felin.in c.eã*
te,n.14.verſ.ſecunda declaratio, & *n.ſeq.*
de reſcript.
14 Et ideo ſi quid Vniuerſitati debetur,
ſingulis non debetur, & è contra, *l.ſicut*
municipium, §.ſi quid, ff. quod cuiuſque
*Vniuerſ.nom. Afflict. deciſ.*400. *num.*2.
*Surd.deciſ.236.n.10.Peguer.deciſ.71.n.*1
& *ſeq. vſque ad num.* 5. vbi optimè di-
ſtinguit, quæ res dicantur ſingulorum,
vti ſinguli, quæ dicantur Vniuerſitatis
vti talis, & quæ ſint Vniuerſitatis, vt ſin-
gulorum, videndus, qui iuxta hanc di-
ſtinctionem decidit, quando ſententiæ
latę contra Vniuerſitatem afficiant etiam
ſingulas perſonas; *Put. deciſ.84. num.2.*
lib.1.in nouis; latè *Anton. Gabr.concluſ.*
1.quod cuiuſque. Vniuerſ. nomin. lib.6.
num.6.
Quàmuis hæc regula ſuas etiam ha-
beat limitationes, & fallentias, & multæ
etiam fiant illationes, quæ videri poſſũt
apud *Felin.in c.eam te, ſub num.12.verſ.*
mandatum factum capitulo, vſque ad
verſic. ſcriptum fuerat, ſub n.16. de re-
ſcript. vbi multa notatu digna ponit; vi-
de etiam *Alex.conſ.217. n.11. lib.2.* qui
ait ſuſpenſionem immunitatis factam
priuatis perſonis non extendi ad immu-
nitatem conceſſam Vniuerſitati, ratio-
nibus per eum adductis.
Vt tamen aliqua magis ſingularia ad
15 rem noſtram facientia referam, ſciendum
eſt primò procuratorem conſtitutum ab
Vniuerſitate non eſſe idoneum in cau-
ſis ſingulorum hominum de Vniuerſita-
te, *l.2.ff.quod cuiuſque Vniuer.Felin.d.*
c.eam te, ſub n.14.verſ item fuit conſultũ,
vbi quatuor notabiles declarationes ad
hanc illationem adducit, quas vide *in*
tit. de reſcript.
16 E contra ſi conſtitutus ſit procurator
contra omnem perſonam, non com-
prehenditur Vniuerſitas, *Bald. in rubr.*
C.ad Treb. quem refert *Felin.loco citato*
ſub eod. nu.14. verſ.ſimilitèr dicit Bald.
huius dicti ratio colligitur *ex eod. Bald.*
in c.1. §.conuenticulas, nu.2. de pace iur.
firm. vbi notat ex verbis illius tex. quòd
nomine perſonæ Vniuerſitas, & Ciuitas
non continetur, *Alex.conſ.217. num.11.*
verſ. & *ſi conſtituo, lib.2.*
18 Hæc tamen concluſio declaratur, non
procedere in caſu interpoſitæ appellatio-
nis a declaratione excõmunicationis la-
tæ ob contumaciam Vniuerſitatis cõtra
nonnullos de Vniuerſitate, *Rota coram*
Biſinger.in antiquiorib.deciſ.1.nu.2. & 3.
de dolo, & *contum.* & ſi Vniuerſitas ſit
19 negligens in proſequenda appellatione,
quòd ſinguli de Vniuerſitate poſsint il-
lam proſequi, *Vrſill.ad Afflict.deciſ.*175
num.4.
Declaratur ſecundò, quando apparet
procuratorem fuiſſe conſtitutum ab V-
niuerſitate, & a ſingulis perſonis, ac ho-
20 minibus per dictionem copulatiuam,
puta ſi dicatur, *conſtituunt, creant,* &
ſolemnitèr ordinant ſuum, & *dictæ Vni-*
uerſitatis, & *hominum verum,* & *legi-*
timum procuratorem, &c. vt in his ter-
minis tenet *Ruin.conſ.129.in cauſa,* &
lite,n. fin.lib.4. quem refert *Gabr.d.con-*
cluſ.n.9.
Declaratur tertiò, vt poſſeſsio Vni-
21 uerſitatis acquiratur per homines de
Vniuerſitate, quæ declaratio licèt habeat
multos contradictores, quos vide apud
Gabr.d.com.opin. concluſ.2. num.1. quod

cuiuſque Vniuerſ. nomin. tamen idem Gabr. illos ad inuicem concordat, vt ſcilicet tunc procedat concluſio, quando ſinguli poſsiderunt nomine Vniuerſitatis, & ſcientibus Officialibus dictæ Vniuerſitatis, & ratio eſt, quia poſſeſsio Vniuerſitatis retinetur per vſum particularium, *Pariſ.conſ.3.in cauſa in præſenti num.64.& ſeq.lib.1.Ruin.d.conſ.129.nu.11.viden.lib.4.Honded.conſ.17.num.8.9.77.& 78.lib.1.* vbi etiam habes, qualitèr poſſeſsio Vniuerſitatis probetur ex actibus ſingulorum de Vniuerſitate.

Sed hanc vltimam partem, quòd ſci-
22 licet poſſeſſio Vniuerſitatis retineatur per vſum particularium, intellige, ſi hæc proceſſerit ex voluntate tacita, nempe præſcriptione, ſeu expreſſa, ideſt conceſsione, nam ceſſante conſenſu, vel interueniente violentia, poſſeſsio non acquiritur, *Auend.de exeq. mandat. par. 1. cap.4.n.22.verſ.& ex ſuperioribus*, vbi etiam declarat, ſi violentia ſit modica, non impedire præſcriptionem, & ad hoc citat *Bart.in l.1.§.in operis, circa fin. ff. oper.nou. nunc.* & repetit hoc idem circa ius paſcendi, & lignandi, vt ſcilicet acquiratur ab hominibus vnius populi, ſi conſentiat tacitè, vel expreſsè alter populus; imò quòd iſta voluntas etiam cum aliqua violentia introduci poſsit, *d.Auend.in d.par.1.cap.12.n.10.*

Et quòd huiuſmodi quaſi poſſeſsio iuris lignandi, & paſcendi acquiratur, & retineatur per ſingulares perſonas nedū in territorio proprię Vniuerſitatis illarū ſingularum perſonarum, ſed etiam in alieno territorio, nedum probat *Auend. locis citatis, ſed Balb. de præſcript. in 2. par.4. par.princ. quæſt.3. 4. & 5. Guid. Pap.quæſt.573.ſupra quæſt. &c. num.2. & per tot.* melius autem omnium *Cæpoll. de ſeruit.ruſtic.præd.cap.9. de ſeruit. iur. paſcend.n.26.& n.ſeq.* vbi dicit, ſi decē, vel viginti homines vnius Vniuerſitatis vſi ſunt iure lignandi in aliquo nemore, & dicant hoc egiſſe nomine Vniuerſitatis, & interrogati reſpondeant, ideo vſi ſumus, quia Vniuerſitas habet ius, vtique acquiſitum eſt Vniuerſitati, vt ibi per eū latè, quem etiā refert, & ſequitur *Honded conſ.17. egit Vniuerſitas, n.78. lib.1.*
23 vbi plenè habes, quomodo poſſeſsio Vniuerſitatis probetur ex actibus ſingulorum, & ita etiam declaratur *Bellon. in conſ.49. dum in nu.7. & ſeq.* ait ſingulares, vt ſingulares non poſſe præſcribere, ſeu acquirere pro Vniuerſitate: ergo ſi iſti ſingulares homines agant nomine Vniuerſitatis, poterunt, etiamſi non conſtet de expreſſo mandato ipſius Vniuerſitatis acquirere, & probare; *Honded. d.conſ.17.n.78. & alij per eum adducti.*

24 Imò cum Vniuerſitas vt ſic accepta non habeat neque velle, neque nolle, & ſit perſona ficta, vt diximus, ad acquirendum verò, & retinendum requiratur animus, *l.licet, C.de acquir.poſſeſſ. l.quēadmodum, ff.eod.tit.Bar.in l.1.§. in operis, n.1.in 4.oppoſ.ff.oper.nou.nunc.* Et in
25 ſeruitutibus diſcontinuis, vt eſt ius paſcendi, & lignandi etiam factum hominis requiratur, vt ſcilicet animalia ducantur, & reducantur ad paſcua, vt docet *Guid.Pap. d.quæſt. 573. n 1.* vtique
26 concludendum erit, quod diximus in hac tertia declaratione, videlicet poſſeſſionem Vniuerſitatis acquiri per homines Vniuerſitatis, vt eſt *tex.in l.2. ff.de acquir. poſſeſſ.& in l. vnica, & ibi gloſſ. in verb.per alium, ff.de libert.municip.& Vniuerſit.* aliàs nunquam Vniuerſitas acquireret, vt patet.

27 Quanto autem tempore acquiratur huiuſmodi ius lignandi, & paſcendi, dicas cuius non eſt memoria in contrariū, *Cæpoll.d.cap.9.nu.23 Couar.var.reſolut. lib.1 cap.17.n.11.qui teſtatur de com. Auend.d.cap.12.n.10.Socin.ſen. conſ15. in cauſa, & quæſt.per tot.lib.3.* Surd. *deciſ. 236.ius paſcendi, per tot.*

Verùm ſi homines paſcentes eorum animalia præſtitiſſent dominis fundorū aliquod tributum, puta vnum nummum
28 pro capite pecorum, per quam præſtationem poteſt corroborari tacitus conſenſus domini fundi, tunc ſufficerent decem anni; ita *Guid.Pap. d. quæſt.573. n.2. verſ. ſi tamen homines*, vbi ait ita fuiſſe determinatum in Camera Conſilij die 28.Martij 1561.

Sed *Auend.loco cit.cap.12 nu.10.verſ. tutius tamen*, dicit tutius credere ad huiuſmodi acquiſitionem cum titulo, vt ſupra ſufficere 40.annos, & exceptis quatuor caſibus idem probari *in l.fin. C. de Sacroſ.Eccleſ.& innuit Couar.loco ſupra citato ibi, vel 40. annorum cum titulo*; eò quia iſta ſeruitus maximi ſit præiudicij, & præſcribens habet contrariam iuris præſumptionem, vt ibi per eum, quē
29 vide; nam vtilitèr quærit, & examinat, an huiuſmodi ſeruitus ſit realis, ſeu perſonalis: ſi enim realis, immemoriale tempus ad præſcribendum requirit; ſi verò perſonalis, non erit exigenda tanti temporis vſucapio; ſed poſt relatas opiniones pro vtraque parte, concludit eſſe ſerui-

ſeuitutē realem, verſ.verū ſeruitutē; ſed
deſcendens ad practicam dicit, ſi quis in
30 iudicium deducat, ſe vſum fuiſſe decen-
nio hoc iure paſcendi, ſciente, & patien-
te domino ex titulo donationis, aliouè
ſufficienti ad conſtituendam ſeruitutem,
etiamſi nō probet hunc titulum, tamen
omnino pręſumitur, donec oppoſitum
probetur, neque tunc ratione præſcrip-
tionis ſeruitus acquiritur, ſed titulo ex
vſu decennij probato, *gloſſ. communiter
recepta in l. ſeruitutes prædiorum, 14. in
verb. certam, circa fin. verſ. ſed quomodo,
ff. de ſeruit. & ibi etiam Bart. Caſtrenſ.
& alij, quos refert Couar. loco citato, &
teſtatur de commun. verſ. nam etſi*.

31 Adducit etiam alios duos caſus pra-
cticabiles idem *Couar. ibi verſ. ſecundò
animaduertendum*, deſumptos *ex Petr.
Iacob. in pract. tit. de ſeruit. pecor. de præ-
ſcript. & Guid. Pap. d. quæſt. 573. primus
caſus eſt*, quem ſupra retulimus de aliqua
præſtatione, ſeu ſolutione ſacta pro quo-
libet capite animalium depaſcentium
domino fundi in ſingulo anno, vel men-
ſe; hæc enim ſolutio cum patientia do-
mini, & vſu decennij inducit præſciptio-
nem, vt diximus.

Secundus caſus eſt, ſi intra decēnium,
quo quis vſus eſt hac ſeruitute iuris li-
gnandi, paſcendi, ſeu alia ſeruitute di-
ſcontinua, fuerit iudicium ſuper hoc in-
tentatum, & mora lis, & a iudice pro-
nunciatum fuerit pignora capta a domi-
no fundi eſſe reſtituenda vſucapiēti, aut
ipſe vſucapiens ſuper hoc iudicio con-
tra dominum fundi ſententiam ad ſui fa-
uorem reportauerit; ex quibus ſenten-
tijs ſaltem bis latis, & decennij vſu ſimul
iunctis, legitima reſultat acquiſitio, vt
ibi per eum, qui tamen non videtur in
hoc figere pedem; imò ſatis dubitat, an
in praxi obtineri poſſit, vt ab hac fre-
quentiſſima omnium ſententia receda-
tur, & quòd decennium non ſufficiat, ſed
triginta annorum ſpatium requiratur;
Theſaur. qui alios multos adducit *deciſ.
16 n. 7. verſ. diſſentiunt tamen; & vide
Alciat. conſ. 364. n. 5. verſ. præterea reſpon-
detur*, vbi ait, ſi ſententia non habuit ef-
fectum, nō ſufficit 30. annorum ſpatium;
& quòd 40. requirantur contra Vniuer-
ſitates, *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. fin.
32 n. vlt. Couar. pract. quæſt. cap. 37. num.* 8.
Verùm quòd huiuſmodi ſeruitutes, &
iura paſcendi, lignandi, venandi, piſcan-
di, & ſimilium nedum per ſententiam
iudicis, vt ſupra, ſed etiam per prohibi-
tionem, & acquieſcentiam illorum, qui-
bus prohibetur, ſint præſcriptibilia, no-
tat *Fabr. in §. flumina, n. 2. inſtit. de rer.
diuiſ.* quem ſequitur *Auend. d. par. 1. cap.
12. n. 11.* ſubdens ad rē noſtram, ad hoc,
vt iſtud ius venandi, & piſcandi acquira-
tur nomine Vniuerſitatis, interuenire
debent ea, quæ notat *Bellon. in præcita-
to conſ. 49. n. 8. & nos diximus etiam ſu-
pra in 3. declaratione*: ſed vt hæc melius
cognoſcas, vide omnino *Capyc. deciſ.* 209
n. 28. & 29. qui etiam loquitur in prohi-
33 bitione facta de non coquendo pane,
niſi in certis furnis, quando noceat, &
acquiratur ius contra Vniuerſitatem;
Theſaur. deciſ. 16. n. 7. & de iure non
ſoluendi vectigalia per concordiam ini-
34 tam, ſeu laudum latum inter duas Vni-
uerſitates, qualitèr, & quando præſcri-
batur, vide pulchrum *conſ. 18. vol. 2. D.
Abb.* ſoluit pro Communitate Auximi
contra Communitatem Recineti, inter
quas adeſt laudum bis latum ſuper li-
bertate non ſoluendi vectigalia, ſeu ga-
bellas ab hominibus, & diſtrictualibus
Auximanis in territorio Recanati, & *ſub
n. 6. & 7.* ait, quòd licèt huiuſmodi ve-
ctigalia fuiſſent ſoluta a quibuſdam ho-
minibus Auximi, ac etiam quòd licèt ipſi
homines non fuerint vſi huiuſmodi im-
munitate, nec duxerint aliqua per ter-
ritorium Recineti per mille annos, non
tamen fuit illatum præiudicium ipſi Ci-
uitati, & Vniuerſitati Auximi. Verùm
poſt multa concludit, ſi probetur, quòd
maior pars populi Auximi ſoluerit, &
quòd ita palàm per maiorem partem
populi fuerit facta ſolutio, ex qua ſcien-
tia veriſimilitèr perueniſſet ad ipſam
Communitatem, apud quam conſiſtebat
iſtud ius, quòd eo caſu per 30. annos fue-
rit præſcriptum iſtud ius, vt ibi per eum
circa finem, *verſ. concludo ergo*, quem
35 refert etiam, & ſequitur *Capyc. d. deciſ.
209. n. 29.* ſubdens, quòd in negocio ar-
duo, & propalato propter multa ſcan-
dala pręſumitur ſcientia Vniuerſitatis,
per c. quoſdam, & c. quanto, de præſumpt.
& ad rem vide quæ ſcribit *Bart. de Ca-
pua ſuper Conſtit. Regn. lib. 3. rubr. de
animalib. in paſcu. aſſign. per tot.*

36 At ſi poſtquam inductæ ſunt huiuſ-
modi ſeruitutes, voluerit quis prohibe-
re, vel vſum illarum impedire, quòd
tunc, & eo caſu poſſint homines de V-
niuerſitate propria auctoritate tollere
huiuſmodi impedimenta, conſuluit *Cra-
uet. conſ. 4. pro Vniuerſitate Gomellini,
per tot. lib. 1. Couar. loco citato d. num. 11.
verſ. ſed & quoties*; & faciunt quæ dixi-
mus

mus ſupra *de conuenticula in ea excep-
tione ad Bullam Sixti Quinti, verſ. exci-
pitur etiam*.

Quibus adde non poſſe Rectores V-
37 niuerſitatis contra morem iam vſu re-
ceptum in huiuſmodi ſeruitutibus, vel
ex conſenſu omnium, aut ad publicam
vtilitatem, vel ex Principis permiſſione,
paſcua, & alias ſeruitutes omnibus ciui-
bus communes ad tempus, vel in perpe-
tuum interdicere, nec ex eiſdem agris
partem aliquam certis claudere limiti-
bus, & prohibere paſcendi vſum; ita
*Couar. d.c.17.n.11. in fin. verſ. ſic Rector;
ſequutus Bart. in l. toties, §.1. per tex. ibi,
ff. de pollicitat. & in l. ambitioſa, num. 12.
ff. de decret. ab ordin. faciend.* vbi firmat
38 Ciuitates poſſe tollere ius alteri quæſi-
tum per Statutum generale, non tamen
per Statutum ſpeciale, vel committendo
cauſam ad arbitrium alterius, vt ibi per
eum; & vide eundem *Couar. pract. quæſt.
cap.37.n.6. & per tot.* vbi particularitèr,
& benè tractat hanc materiam iuris pa-
ſcendi.

39 Tandem in hac materia iuris paſcen-
di notandum eſt, quòd ſi huiuſmodi ſer-
uitus fuerit acquiſita in territorio alie-
no, & paſcua non ſufficiunt pro terrige-
nis, tunc, & eo caſu poterunt interdici
forenſibus, *Afflict. deciſ. 290. nu. 8. & ibi
Vrſill. n.9. per text. in l. præſes, C. de ſerui-
tut. Surd. de alim. tit. 7. quæſt. 8. nu. 7. &
idem in deciſ. 236. n. 20 verſ. & confirma-
tur; Couar. loco cit. verſ. bis verò; & alij
per eum adducti*. An verò Vniuerſitas,
40 quæ huiuſmodi ſeruitutem habet in præ-
dijs ciuium, poſſit illis prohibere clau-
ſuras, vineta, & oliueta facere, & vt Do-
ctores dicunt, nouellare, negatiuè re-
ſpondeas *ex Couar. pract. quæſt. cap. 37.
n.4. verſ. ſic denique, quèm tamen videas
in num. ſeq. vſque ad fin.* quia hanc con-
cluſionem declarat. Et ego habui de
facto pro Communitate Vetrallæ con-
tra quendam illius Terræ ciuem, qui ad
hoc vt nouellare poſſet, neceſſe habuit
impetrare licentiam ab hac Sacra Con-
gregatione; Vniuerſitas enim per ſe ip-
ſam non poteſt, quia eſt ſpecies aliena-
tionis, poſito quòd ipſa habeat faculta-
tem vendendi paſcua in toto eius terri-
torio; optimè facit *deciſ. 97. Rotæ Roma-
næ coram Mantic. n.1. & per tot. & nos
diximus infra §.19. gloſſ.1. in verb. im-
munitates, declarat. 16.*

Sed numquid in prædictis ſeruituti-
bus præſcribēdis mala fides ſingulorum
noceat Vniuerſitatibus, affirmatiuè re-
41 ſpondendum eſt, ex congeſtis *per Gabr.
com. concluſ. lib. 6. tit. quod cuiuſque Vni-
uerſ. concluſ. 1. n. 14. & 15.*

Hoc autem intellige, viuentibus illis,
qui malam fidem habent, illis verò mor-
tuis, tunc incipit currere præſcriptio,
*Vrſill. ad Afflict. dec. 67. n. 5. Seraphin. de
priuil. iuram. priuil. 83. n. 29. Capyc. deciſ.
4. n. 15. & ſeq.* quem vide.

Licèt cōtrarium teneat *Pariſ. conſ. 27.
n. 107.* qui loquitur in præſcriptione iu-
ris paſcendi, & melius *n. 138. 139. & ſeq.
lib. 1. & conſ. 104. n. 133. d. lib. 1.* quòd ſci-
licèt mala fides ſingularum perſonarum,
etiamſi primi mortui ſint, noceat etiam
ſucceſſoribus; *Gabr. d. concluſ. num. 13.
idem Pariſ. conſ. 101. n. 100. d. lib. 1.*

Sed numquid Vniuerſitas poſſit ac-
42 quirere iuspatronatus, videndus eſt
*Lambert. hoc tract. de iurepatronat. lib. 1.
art. 15. quæſt. 7. principali par. 2. & ſeq.*
vbi poſt adductas opiniones in contra-
rium facientes ſub n. 5. firmat Vniuerſi-
tatem eſſe capacem iurispatronatus, &
hinc eſſe veriorem, & communem opi-
nionem affirmat, rationibus comprobat,
& ad contraria reſpondet vſque ad n. 9.

Hæc tamen concluſio ita intelligenda
erit, vt habeat locum, quando Eccleſia,
in qua Vniuerſitas prætendat habere ius
patronatus, eſt fundata, conſtructa, vel
dotata a Ciuitate, Populo, Plebe, Vni-
uerſitate, Capitulo, vel Collegio ratione
Communitatis eius nomine, ſecus ſi per
Populum eleemoſynalitèr, & ſingulari-
tèr, non pro parte Vniuerſitatis, ſed ob-
43 lationum particularium, & per ſingula-
res de Vniuerſitate, quia tunc non eſſet
iuspatronatus Vniuerſitatis, nec ſingu-
lorum, ſed Eccleſia erit libera, quia ex
eleemoſynis fabricata eſt, ita *Lambert. lo-
co cit. n. 9. Mar. Anton. var. reſolut. lib. 1.
reſol. 47. Vniuerſitas loci, n. 4.* Et niſi oſtē-
datur verus titulus fundationis, & dota-
tionis, vltra immemorabile requiruntur
continuatæ præſentationes per ſpatium
quinquaginta annorum, quæ fuerint ſor-
titæ effectum, & probentur per authen-
ticas ſcripturas. *Mareſcot. var. reſolut.
lib. 2. cap. 52. n. 1.* & hoc ad excludendum
præſumptiones vſurpationis, ex Cōcilio
Tridentino, vt ibi per eum in n. ſeqq.

44 Poſito igitur, quòd Vniuerſitas ac-
quirere poſsit iuspatronatus, quæſitum
eſt, ad quem ſpectabit ius præſentandi
in dicto patronatu; ratio dubitandi re-
ſultat ex ijs, quæ dicit *Lambert. loco cit.
d. n. 9. verſ. eſt etiam circa, & plurib. num.
ſeqq.* cuius verba reſcribere neceſſarium

non

non exiſtimo, ſed ad ſolutionem ſtrictè
deueniendo, ſciendum eſt, iuspatrona-
tus eſſe quæſitum non vti ſingulis, ſed
vti vniuerſis, licèt ipſa ſingularitas atten-
datur in danda voce, vel actu explican-
do, nam quilibet dat vocem, vel actum
explicat, ſed tamen in communi, & con-
ueniendo cum alijs; *Lambert. loco citato
n.20. verſ. & intellige; & latiùs in 2. par.
2. lib. artic. 8. quæſt. 2. principali, num. 10.
& latiùs artic. immediatè ſeq. verſ. vnde
dicerem*; & quòd huiuſmodi præſenta-
tio, ſeu nominatio fiat per Vniuerſitatẽ
legitimè congregatam, *Abb. in c. in Ge-
neſi. n.7. de elect. Io. Baptiſta Coſt. de fact.
& iur. ignor. cent. 1. diſt. 36. n.14. & nos
dicemus infra, cum de Conſilijs tractabi-
mus*; & ita etiam fuit dictum a Sacra
Congregatione Boni Regiminis in cau-
ſa Ferentinen. quæ habet ius præſentan-
di ad quoddam Beneficium de Iurepa-
tronatus ipſius Communitatis, & quia
præſentatio fuerat facta a Prioribus tan-
tùm, Sacra Congregatio mandauit fa-
ciendã eſſe a toto Conſilio de more cõ-
gregato, & ita fuit ſcriptum Guberna-
tori Prouinciæ Campaniæ die 22. Fe-
bruarij 1640. inſtante Excellenti D. Ni-
colao Lero Agente illius Prouinciæ, &
Collega meritiſsimo. Sed qualis proba-
tio requiratur, quando Vniuerſitas præ-
tendit habere ius præſentandi ſuperio-
rem in Eccleſia Conuentuali, aut Colle-
giata; vide eundem *Mareſcot. d. cap. 52.
n.6. verſ. ſed hic pulchra, & num. ſeq.*

45 Sed fuit etiam aliquando dubitatum,
an Vniuerſitas poſsit eligere ſepulturam
in aliqua Eccleſia, itaut omnes de Vni-
uerſitate debeant in ea ſepeliri. Et pro
affirmatiua faciunt, quia nedum Chri-
ſtiana pietas, ſed etiam ethnicorum ſu-
perſtitio ſupremum ſepulturæ honorem
magnifeciſſe exempla demonſtrant, ſi-
quidem Annibal Pauli Aemilij cadauer
46 ſepeliuit, & Machabæus interſectorum
corpora inimicorum ſepeliri mandauit;
tantæque pietatis eſt corpora inhumata
tumulo dignari, vt *Regum. 2. cap. 2*, bene-
dicti a Deo dicantur, qui Saul ſepelie-
runt; & plura ad hanc rem colligit *Pol-
lid. Rip. in comm. de act. in mort. artic. cap.
99. de iuſt. funer. Fran. Leon. theſaur. fo-
ri Eccleſ. par. 4. cap. 2. num. 48. & pluri-
bus ſeqq.*

47 Et inhumana, ac barbara Anglorum
conſuetudo, quam approbare videtur
*Angel. in Auth. vt defuncti, ſeu funera
eorum, in princ. relata a Lancell. tract. de
attent. par. 2. cap. 4. limit. 13. n.6. & alibi*,
dicens, quòd debitor vigore inſtrumen-
ti guarentigiati obligatus ſi moriatur,
illius cadauer a ſepultura poſſit ſeque-
ſtrari, atque a creditoribus ne ſepeliatur
tamdiù impediri, quamdiù ſatisfiat, vt
cadauer ſit interim loco pignoris, quæ
quidem opinio tanquam barbara, &
inhumana, vt dixi, damnata eſt a Felin.
Guliel. de Bened. Marſil. Gram. & alijs
multis adductis *a Polyd. Rip. in dd. com.
de act. in mort. artic. cap. 39. nu. 14. & ſeq.*
vbi de communi affirmat: imò nec in
48 crimine vſurariæ prauitatis defunctum a
ſepultura prophana ſequeſtrandum eſſe
dicit *Gram. deciſ. 82. relatus a d. Rip. ſub
n.16.* & vide latius apud *Iul. Lauor. de
priſc. recent. fun. more, tit. 2. cap. 1. nu. 123
& ſeq.*

Nec ſolus priuatorum honor, ſed etiã
49 Reipublicæ vtilitas exigit, vt mortuorũ
cadauera ſepeliantur; ita *Bald. in l. fin.
C. de negoc. geſt. Caſſan. in cathalog. glor.
mund. par. 2. conſid. 5.* huius dicti ratio
colligitur ex *D. Thom. in 3. ſent. diſtinct.
50 46. quæſt. 2. ar. 3.* dicente ſepulturam ad-
inuentam eſſe non ſolùm propter mor-
tuos, ſed etiam propter viuos, ne eorum
oculi ex turpitudine cadauerum offen-
dantur, & corpora fœtoribus inficiantur;
& vide latius apud *Iul. Lauor. de priſc.
recen. funer. mor. tit. 2 cap. 14. n.37. & ſeq.
Gram. deciſ. 82. n.3. in fin.* vbi plus addit,
vt neque per pactum induci poſſit, ne
51 corpus debitoris ſepeliatur, quouſque
debitum non ſit creditori ſatisfactum,
quia ex tali pacto læderetur ius publicũ,
vt ibi per eum; & creditor impediens,
52 ne corpus ſui debitoris ſepulturæ trada-
tur, amiſſione ſui crediti mulctatur, *Boer.
deciſ. 287. & in d. n. 2. per tex. in l. fin. &
in Auth. ibi ſeq. C. de ſepulc. violat.* vbi ne-
dum amiſſione crediti, vt diximus, ſed
alterum tantundem exigitur ab hæredi-
bus iniuriati publicanda tertia parte
bonorum, ipſoque infamia notato, *vt
ibi in tex. Iul. Lauor. d. cap. 1. num. 123.
in fin.*

Sed quòd Vniuerſitas non poſſit eli-
53 gere ſepulturam, ſuadetur primò, quia
electio ſepulturæ eſt actus propriæ vo-
luntatis cuiuſque, *c. licet, & ibi ſcribentes
de ſepult. in 6. Cæſar de Graſſ. deciſ. 1. de
ſepult. n.1. Natt. conſ. 432. n.6. & ſeq. Na-
uarr. d. tit. de ſepult. conſ. 1. n 4.* cum antè
Vniuerſitas non habeat neque velle, ne-
que nolle, & ſit nomen fictum, vt plu-
54 riès dictum eſt ſupra, non poterit ergo
ſepulturam eligere, tantò magis, cum
ſimus in materia priuilegiata, quæ ſtrictè
inter-

interpretanda eſt, *Mar. Anton. var. reſol.*
lib. 1. reſol. fin. caſ. 59. incip. Communitas
loci, verſ. 1. nam; Rota Rom decis. 333. n. 5.
par. 1. diuerſ.

55 Secundò, pater non poteſt eligere ſe-
pulturam filio puberi, *in d. c. licet, de ſe-*
pult. in 6. Gul. de Bened. in repet. c. Raynu-
tius, in verb. ſi abſque liberis, n. 3. par. 2. de
teſtam. Natt. d. conſ. 1. n. 1. & ſeq. vbi red-
dit rationem; quia eligere ſepulturam
eſt quid ſpirituale, & propterea multò
minus poterit eligi ab Vniuerſitate, quæ
tantam non habet poteſtatem in ſuos
ciues, ſicut pater in filios.

Tertiò, quia electionē ſepulturæ qui-
56 libet poteſt reuocare vſque ad finem vi-
tæ, *Natar d. conſ. 1. in fin. Anchar. conſ.*
214. n. 5. Cæſar de Graſſ. d. deciſ. 1. de ſe-
pult. n. 5. ſed ſi Communitas, ſeu Vni-
57 uerſitas eligat ſepulturam, non poterit
à ſingularibus ciuibus reuocari, quia
quod ab Vniuerſitatibus fit iuxta ſuam
Statutorum formam, firmum eſſe debet,
l. fin. de iur. reipub. lib. 11. ſicut etiam cō-
58 tractus perfecti locationis, ſeu venditio-
nis non reuocantur ab Vniuerſitatibus,
licèt maior penſio offeratur, *l. 1. & 2. C.*
de vend. reb. Ciuit. eod. lib. 11. & faciunt
tradita *per Capyc. deciſ. 4. num. 1. & alibi;*
59 Et Vniuerſitatum reſolutiones, & decre-
ta cōgregato Conſilio, & quando duæ
partes Conſiliariorum conſentiunt, fir-
ma eſſe debere, eſt *tex. ad literam in l. 45.*
nominationum, C. de Decurion. lib. 10.

60 Quartò, quia ex hoc poſſet inferri præ-
iudicium Eccleſijs Parochialibus, qua-
rum ius inter cætera conſiſtit in iure fu-
nerandi, *c. 1. & 2. de ſepult. Clem. dudum,*
§. verùm, eod. tit. Iul. Lauor. de priſc. &
recent. funer. mor. cap. 12. n. 54. verſ. qua-
re Parochus; & quòd quiſque in ſua Pa-
rochiali Eccleſia ſepeliri debeat, *c. 1. 13.*
quæſt. 1. Rota Rom. deciſ. 333. nu. 5. par. 1.
61 *diuerſ.* dum ait, ius eligendi ſepulturam
eſſe ius ſpeciale contra ius commune, &
plura congerit *Mar. Anton. loco cit.*

Verùm cum quotidie videamus Cō-
fraternitates, & Congregationes tam lai-
corum, quàm Regularium eligere ſepul-
turas pro Confratribus, & Congregatis,
62 dubitare contigit, an huiuſmodi electio-
nes præiudicent Eccleſijs Parochialibus,
& negatiuè reſpondendum eſt, ſi iſti Cō-
fratres decedant, non electa ſepultura,
etiamſi Confraternitas haberet in hoc
particulare Statutum, vt ſcilicet ſepeliā-
tur in Eccleſia Cōfratrum, vbi adſit par-
63 ticularis ſepultura, quia priuilegia Prin-
cipis non ſunt interpretanda in præiu-
dicium tertij, & quòd minus quàm fieri
poſſit, corrigant ius commune, *l. 2. §. ſi*
quis à Principe, ff. ne quid in loc. pub.
Prax. Archiep. Neapol. cap. 76. n. 5. & 6. &
alia multa congerit *Iul. Lauor. de priſc.*
& recent. funer. mor. cap. 11. n. 106. ſub-
dens, quòd etiamſi aliquis ex Confra-
tribus eligat ſibi ſepulturam in ſua Con-
64 fraternitate conſtructam, & erectam in
Oratorio Confraternitatis, hoc erit ſem-
per intelligendum ſine præiudicio iuriū
Parochialium, & ſuper cadauere fiet of-
ficium à Curato illius Parochiæ, intra
cuius fines Oratorium ſitum eſt, non au-
tem à Capellano Confraternitatis; & ita
fuiſſe deciſum à Sacra Congregatione
ſuper negocijs Epiſcoporum, & Regu-
larium, referente Ludouico Card. Taber-
na affirmat in num. 107.

65 Sed iſta procedunt in Congregatio-
nibus laicorum, & vniuerſitatibus artiū,
quas in Vrbe, & in alijs etiam Ciuitati-
bus multas videmus, ſed in Congrega-
tionibus Regularium, vt ſunt Tertiarij
Sancti Franciſci, Sancti Dominici, & ſi-
miles, vide reſolutiones factas in præ-
dicta Congregatione ſuper negocijs Re-
gularium, quas refert idem *Lauor. dicto*
cap. 11. n. 102. 103. & 104.

Quæ autem dicta ſunt pro parte affir-
matiua, vt ſcilicet Vniuerſitas poſſit eli-
gere ſepulturam, poterunt verificari, vt
66 habeant locum pro illis tantùm, qui in-
terfuerunt in Conſilio, quando talis ele-
ctio facta fuit, iuxta ea, quæ tradit *Gail.*
tract. de arreſt. cap. 9. n. 11. Bald. in l. 1. de
Magiſtr. con. in princ. relatus à Capyc. de-
ciſ. 4. n. 6. ſed neque hoc erit ſimpliciter
verum, quia licèt ex tali actu poſſit dici
electa ſepultura, non tamen potuerunt
dicti Conſiliarij id ſub voto, vel iuramē-
to, vel alio modo adeo ratum habere,
quin aliam electionem facere poſſint, vt
voluit *Rota apud Caſ. de Graſſ. d. deciſ. 1.*
n. 6. de ſepult. & eſt tex. in c. 1. & ibi Ar-
chid. n. 2. de ſepult. in 6.

Secundò poterunt etiam habere lo-
cum, ſi procedant ſine præiudicio iu-
rium Eccleſiæ Parochialis, ex adnotatis
per *Iul. Lauor. in d. c. 11. n. 106. & alibi,*
& ex ijs etiam, quæ dicta ſunt ſupra.

De ſepulchrorum materia, eorumque
67 violatoribus, pœnis, de atrocitate huius
criminis, de legib. ciuilibus, & crimina-
libus concernentibus hanc materiam
ſepulchrorum, de excuſationibus eo-
rum, qui ſepulchra violauerunt, alijſque
multis hanc materiam concernentibus,
vide latè apud *doctiſs. Decian. tract. crim.*
lib. 6.

*lib.6.a cap.39.vſque ad fin. d.lib.6. viden. eſt etiam Rip. de remed. præſeruat.contra peſtem, a n.*108.*vſque ad n.*142.qui multa ſcitu digna refert.

68 Tandem ſi ſcire cupis, qualitèr Vniuerſitas, ſeu Ciuitas acquirat ſuperioritatem in Caſtrum, ſeu Villam, & qualitèr probetur, Caſtrum, ſeu Villam ſubiacere Ciuitati, vide *Alex.conſ.*43.*de celerrima,n.*3.*& per tot.lib.*1.*& conſ.*35.*n.*4. *lib.*4.*Menoch conſ.*21.*n* 18. *lib.*1.*& conſ.* 147.*n.*53.*& alibi Hieron. de Mont. de finib.cap.*52.*n.*8.*&* 9.*Corn.conſ.*333.*n.*2. *lib.*1.*Feſtas,de collect.par.*3.*c.*7.*n.*39.*&* 45. qui firmant per ſolutiones collectarum factas a Caſtro, ſeu Villa in aliqua Ciuitate præſumendam eſſe ſubiectionē Ciuitati, in qua fuit facta ſolutio; & ita fuit dictum ab hac noſtra Congregatione in cauſa Vrbeuetana Salis inter ipſam Ciuitatem Vrbis veteris, & Caſtrum,ſeu Villam Carnaſolæ proponente R. P. D. Muto die 19. Iunij 1638. vbi etiam fuit dictum, duplicem eſſe ſubiectionem, alteram quoad iuriſdictionem, alteram verò quoad territorium, *iuxta conſ.* 64. *n.*22.*lib.*1.*Rimin.ſen.*

69 Vniuerſitatem verò obligatam eſſe parare locum, in quo Officialis ad ipſam Vniuerſitatem regendam miſſus ius reddere poſſit, ac domum pro eodem Officiale conducere ſumptibus publicis, dicit *Maſtrill.de Magiſtr.lib.*3.*cap.*9.*n.*44

70 Vbi verò conſtituta, & aſsignata eſt domus publica Officiali, illam inhabitare tenetur, nec poteſt aliam domum conducere, *tex.pulcherrimus in l. nulli iudicum, C.de offic. Rect. prouin. viden. & diximus infra in verb.Officialis.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna quid ſit, & quare conſtituta, & quotuplex.*

2 *Pœna præſupponit delictum, & delicta præceſſerunt quaſcumque actiones humanas.*

3 *Delicta quatuor modis committuntur, facto, dicto, conſilio, ſcriptura.*

4 *Vniuerſitas an poſſit delinquere, itaut contra ipſam pœnæ locus ſit.*

5 *Vniuerſitas in quibus delinquere poſſit.*

6 *Vniuerſitas eſt perſona ficta repræſentans aliam perſonam abſtractam a particularibus, & ſingularibus animo, & capite carens, & eſt nomen iuris.*

7 *In delictis requiritur verus dolus, voluntas, & ſenſus delinquentis.*

8 *Vniuerſitas dicitur impropriè delinquere, & pœnis ſubijcitur.*

Vniuerſitas tunc ex delicto obligatur, quando omnes de Ciuitate, vel maior pars, conuocato Conſilio, & præcedente deliberatione progreſſi ſunt ad delinquendum.

*Amplia non eſſe ſemper neceſſariam conuocationem Conſilij, ſed ſufficere alias circumſtantias relatas. nu.*10.

11 *Vniuerſitas ſi neget tributum Principi, committit delictum rebellionis, & læſæ Maieſtatis.*

12 *Delictorum genera tria ſunt, grauiſſima, grauia, & leuia; & hæc declarantur.*

13 *Delictum grauiſſimum eſt velut genus habens ſub ſe tres ſpecies vt hìc.*

14 *Apoſtaſia quid ſit propriè, vel impropriè loquendo.*

15 *Nefandum ſodomiæ crimen præter deuaſtationes, & incendia Ciuitatum reddit etiam homines mutos.*

16 *Quot modis poſſit quis ob aliorum crimina puniri.*

17 *Pœna duplex eſt, altera ſpiritualis, altera temporalis.*

18 *Pœna ſpiritualis, quæ ſalutem animarum reſpicit, non cadit in Vniuerſitatem.*

19 *Vniuerſitas ſi violauerit iuramentum, non ex hoc ſingulares perſonæ dicuntur periuræ.*

20 *Vniuerſitas non poteſt excommunicari, ſed excommunicantur ciues, qui fuerunt in culpa.*

21 *Omnes de Collegio poſſunt excommunicari vti ſinguli, & quomodo.*

22 *Diuerſitas inter* Collegia, *& Vniuerſitates.*

23 *Vniuerſitas poteſt ſubijci Eccleſiaſtico Interdicto; ſed quando procedi poſſit ad huiuſmodi Interdictum.*

24 *Pœna temporalis non ſemper eadem, & eiuſdem generis eſſe debet, ſed iuxta delictorum qualitatem infligenda.*

25 *Vniuerſitas in hæreſim lapſa qualitèr puniatur.*

26 *Vniuerſitas in hæreſim lapſa antequam puniatur, debet præcedere ſententia ſupremi Principis.*

27 *Ordo Templariorum deſtructus a Bonifacio Octauo, ſiue Clemente Quinto, eò quia in hæreſim lapſus erat.*

28 *Ciuitas, ſiue Vniuerſitas quando dicatur in hæreſim lapſa.*

29 *Ciuitas in hæreſim lapſa nedum ipſa punitur deuaſtatione, & igne, ſed etiam ipſius ciues, & ſingulares perſonæ.*

30 *Pœna ignis quare datur hæreticis, &*

I *quo*

quo iure inuenta.

31 *Hæretici ex diſpoſitione iuris canonici quadruplici pœna puniuntur.*

32 *Vniuerſitas ſi crimen perduellionis contra ſuum Principem committat, damnatur aratro: requiritur tamen prius ſententia Principis.*

33 *Pœna in dubio intelligitur impoſita non ipſo iure, ſed per ſententiam.*

34 *Ciuitas rebellis poterit deprædari, & deuaſtari ab omnibus, prius quàm illi inferatur aratrum.*

35 *Aratrum quando antiquitùs inferebatur Ciuitatibus rebellibus.*

36 *Ciuitas ſi aratrum paſſa eſt, deſinit eſſe Ciuitas.*

Amplia, vt ſemel amiſſa iura Ciuitatis, illa non recuperet in præiudicium tertij. nu.37.

38 *In ſimilibus pœnis Principes mitius agere ſolent; & quare.*

39 *Fridericus cognomento Barbaroſſa damnauit aratro Mediolanum, Placentiã, & Brixiam.*

40 *Paulus Tertius mitius egit contra Ciuitatem Peruſinam rebellantem, quàm delictum requireret; & quid tunc actũ.*

41 *Ciuitas, ſiue Vniuerſitas, quæ curauit, vel conſilium, vel auxilium dedit, vt Cardinalis interficiatur, crimen læſæ maieſtatis incurrit.*

Et quibus puniatur pœnis ob huiuſmodi delictum, vide nu.42.

43 *Ciuitas occidens Cardinalem, ſiue ſuum Epiſcopum præter alias pœnas priuatur in perpetuum Epiſcopo, etiam interdicitur.*

44 *Interdicta* Ciuitate, *an intelligatur etiam interdicta Diœceſis.*

45 *Roma non eſt comprehenſa ſub diſpoſitione c. felicis, de pœn. in 6. & quare.*

Afferuntur aliæ limitationes ad prædictum c. felicis.

47 *Cardinalis expreſsè, vel tacitè rebellans a Papa poteſt impunè occidi.*

48 *Ciuitas, quæ auſa fuit impedire electionẽ Romani Pontificis, non longè eſt a crimine læſæ maieſtatis, & qua pœna puniantur, tam ipſa, quàm eius Rectores, & Officiales.*

49 *Ciuitas, ſiue Vniuerſitas læſæ maieſtatis crimen admittens poteſt a Principe condemnari ſine citatione.*

50 *Spoletini fuerunt condemnati ab Vrbano Pontifice ſine citatione, eò quia occupauerant quandam Terram Eccleſiæ Romanæ.*

51 *Pœna quando exequi poſſit ſine citatione; vide remiſſiuè.*

52 *Ciuitas, vel Vniuerſitas reſiſtens Officialibus Principis negando illi obedire, poterit illi bellum indici, vti rebelli.*

Declara hanc concluſionem, vt nu.53.

54 *Andreas de Iſernia dum in Conſiſtorio Regio militabat, fuit occiſus a quodam Gallo, & hic fuit reus læſæ maieſtatis.*

55 *Vniuerſitas, ſiue Ciuitas recuſans recipere Officiales SS. Inquiſitionis incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

56 *Ciuitas Neapolitana tanquam rebellis condemnata fuit a D. Petro de Toledo, quia noluit acceptare Officiales SS. Inquiſitionis.*

57 *Pœna pecuniaria ſi ſit ſoluenda ab Vniuerſitate ob delictum publicum, an ſint collectandi etiam immunes, & qui contradixerunt.*

58 *Vniuerſitas non tenetur ex delicto commiſſo a Magiſtratu, vel Primatibus Ciuitatis.*

Limita, ſi Vniuerſitas ratum habuerit, ſignantèr in delictis continuatis, & habentibus cauſam ſucceſſam. nu.59.

Amplia limitationem, quando ex prætenſa ratificatione Vniuerſitas fuit condemnata, & punita, vt poſſint etiam ſingulares perſonæ eiuſdem Vniuerſitatis puniri. nu 60.

61 *Vniuerſitas incidit in pœnam læſæ maieſtatis, ſi offendat Legatos, & Oratores alicuius Principis.*

62 *Pœna quæ ſit violantibus Legatos, & Oratores.*

63 *Crimen læſæ maieſtatis quot modis committatur.*

64 *Delicta grauia dicuntur, pro quibus imponitur pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut membri abſciſſio.*

65 *Vniuerſitates verò pro huiuſmodi delictis puniuntur extra ordinem, ideſt arbitrio iudicis.*

Declara, & diſtingue, vt hic per D. Luc. de Penn. ex Quintiliani ſententia. num.66.

67 *Ob multitudinem delinquentium pœna poteſt commutari.*

68 *Cauſa, & origo omnis furoris penès authores eſt, multitudo autem contagione inſanit.*

69 *Populus ſi tanquam bellua ſine capite, abſque Decurionum ordinatione delinquit, pœna pecuniaria per collectam exigenda damnabitur.*

In huiuſmodi collecta non ſunt taxandi abſentes, infantes, furioſi, & innocentes. nu.70.

71 *Ciues, & incolæ occupando poſſeſſionem alterius ſub nomine Vniuerſitatis grau-*

uiter delinquunt.

Amplia, ſi violentèr, & armati hoc egerint, & vt dicitur, per caualcatam. num. 72.

73 Caualcatæ prohibentur, nedum ex diſpoſitione iuris communis, ſed etiam ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum, & bannimentis generalibus.

74 Pœna caualcatæ quando, & quibus caſibus non incurratur.

75 Caualcatæ, & adunantiæ neque etiam ad bonum finem hodie ſunt faciendæ, ne tumultus commoueantur.

Declara, vt num. 78.

76 Communitatibus tolerantibus bannitos in eorum territorijs imponitur præter alias pœna confiſcationis quorumcumque bonorum, non obſtantibus inueſtituris, & fideicommiſſis.

77 Communitates, & Barones tenentur ad refectionem damnorum, & alias pœnas pro furtis, & criminibus in eorum territorijs commiſſis.

78 Vniuerſitates, & Barones, nedum ex Cõſtitutionibus Summorum Pontificum, ſed etiam de iure communi tenentur purgare ſua territoria malis hominibus.

Amplia, quòd teneantur ad inſequendum latrones, qui rapuerunt res naufragatas ſub pœna refectionis. nu. 79.

80 Communitates an incidant in prædictas pœnas, ſi non capiunt homicidas, latrones, &c.

81 Vniuerſitas an teneatur reſiſtere, & acclamare latronibus.

82 Dominus, ſiue Baro an poſſit cogere vaſſallos ad ſe armandos pro capiendo bannitos, &c.

83 Communitates tenentur ad ſarciendum damna, & intereſſe damnum paſſo, ſi malefactores euaſerint impunes.

84 Conſanguinei tenentur cauere, ne banniti ingrediantur Statum Eccleſiaſticũ; vide remiſſiuè.

85 Vniuerſitas, in qua non ſint ad minus quinque patres familias, nõ tenetur ad ſupradictas pœnas.

86 Damnum datum in confinibus duarum Vniuerſitatum, a qua erit ſarciendum; declara non eſſe idem ius in homicidio.

87 Damnum paſſus in Statu Eccleſiaſtico eligit quam Vniuerſitatem voluerit cõuenire.

88 Valor rerum ablatarum exiſtimandus eſt a Clericis Cameræ Apoſtolicæ, conſideratis circumſtantijs, & recepto iuramento ipſius damnum paſſi.

89 Contra iuramentum damnum paſſi admittitur probatio in contrarium.

90 Qui damnum patitur in territorio ſuæ patriæ, tenetur ad collectam imponendam pro refectione ſui damni.

91 Vniuerſitates an teneantur ad refectionem damnum paſſi in eorum territorio, ſi damnificatus per viam inſolitam tranſierit.

92 Territorij ſignificatio lata eſt cõprehendens Vniuerſitatem agrorum intra fines cuiuſque Ciuitatis.

93 Vniuerſitatibus ideo permiſſum eſt exigere pedagia a tranſeuntibus per eorũ territoria, vt tutum iter præbeant, & aſpera, & difficilia complanent.

94 Vniuerſitates ſicut cogere poſsũt tranſeuntes ad ſoluendum gabellas, quàmuis non vadant per viam rectam, ita debent cuſtodire totum territorium.

95 Vniuerſitas non tenetur ſarcire damnum illatum a multitudine hominum, cui ipſa Vniuerſitas non potuit reſiſtere.

96 Pœna abſque culpa non irrogatur.

97 In delictis nocturnis præſumitur ignorantia.

98 Ignorans nec contemnere, nec pati, nec conſentire dicitur.

99 Mulieres non ligantur Statutis, & Conſtitutionibus loquentibus de capiẽdis, & inſequendis delinquentibus.

100 Communitates tenentur ad emendam damni inciſionis vinearum, etiamſi fiat de nocte.

101 Vitium inciſio grauiſſimum, & atrociſſimum eſt facinus, præſertim in agro Vrbeuetano, vbi vina precioſa colliguntur.

102 Qui vini Vrbeuetani generoſitatem negat, nulla alia pœna, quàm perpetua illius priuatione mulctandus.

103 Omnis abſtemius auus, ideſt veſanus; & Athenienſiũ lex in conuiuijs erat, aut bibe, aut abi.

104 Vniuerſitas, ſeu Villa condemnata ad refectionem damnorum, an habeat regreſſum contra bona fructuum delinquentis.

105 Vniuerſitas concedens Campum liberum ad duellandum pœna Interdicti, & ſcutorum quatuor milliũ mulctatur.

106 Duellum eſt probibitum nedum ex iure ciuili, & canonico, ſed etiam Diuino.

Amplia, quòd quæcumque conſuetudo in cõtrarium introducta dicitur corruptela. num. 107.

108 Pœna contra prouocantes ad duellum non habet locum, quando prouocatio proceſſit calore iracundiæ.

109 *Delicta leuis continent dolum, metum, & alia crimina, quibus imponitur pœna relegationis, & infra.*

110 *Delicta leuia quomodo conſiderentur in Communitatibus.*

111 *In contractibus etiam conſideratur dolus.*

112 *Dolus eſt machinatio quædam alterius decipiendi cauſa, cum aliud agitur, & aliud ſimulatur.*

113 *Dolus duplex eſt, alius verus, alius præſumptus; hic in omittendo, ille verò in faciendo conſiſtit.*

114 *Dolus verus eſt, qui ſolùm in malã partem interpetrari poteſt.*

115 *Dolus præſumptus eſt, quando coniecturæ extant, ſed nõ adeò vehementes, quæ iudicem in certam credulitatẽ inducant.*

116 *Dolus verus nõ videtur conſiderari poſſe in Vniuerſitatibus, & quare.*

117 *Nemo præſumitur immemor ſalutis. æternæ.*

118 *Quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo.*

119 *Ignorantia, & imperitia ſolemnitatum requiſitarum, potius quàm dolus in contractibus Vniuerſitatum præſumitur.*

120 *Per ignorantiam, aut imperitiam delinquentibus parcendum eſt.*

121 *Mitius punitur dolus præſumptus, quã verus.*

122 *Vniuerſitates mittentes Oratores ad Principem leue delictum committunt,*

123 *Delicta leuia dicuntur, quando iudicis arbitrio coerctio relinquitur.*

124 *Pœna arbitraria non poteſt excedere relegationem.*

125 *Ciuitas, ſiue Vniuerſitas an poſſit pœnas remittere, & quibus caſibus.*

126 *Ciues conuocati ad Conſilium ſub certa pœna, an illi, qui non venerint, excuſentur, ſi ad Conſilium venerit maior pars, a qua publica negocia expleri potuerunt.*

127 *Confiſcationes, pœnæ, mulctæ quibus veniant applicandæ, Principi ſcilicet, vel alteri, pendet ex priuilegijs.*

128 *Vniuerſitas exigens pœnas a committentibus delicta in pontibus, & vijs, debet illas pœnas erogare in reparationem pontium, & viarum.*

129 *Declaratur Bulla Pij IV. ſuper applicatione pœnarum maleficiorum.*

130 *Vniuerſitates ex quocumque delicto audiuntur per procuratorem.*

§.III.

Gloſſ. 1.

Pœnis.

CAP. XIV.

1 POENA eſt delicti, vel delictorum ſatisfactio, quę a lege, vel Miniſtro legis imponitur, notatur *in l. 1. ff. de pœn. & eſt tex. in l. ſi pœna, 20. eodem tit. ibi, quia pœna conſtituitur in emendationem hominum; Azo in ſum. C. de pœn. n. 1.* Pœna verò aut eſt pecuniaria, aut corporalis, aut reſpiciens famam, & exiſtimationem alicuius, *Loſeus de iur. vniu. in par. 4. cap. 1. n. 45. per tex. in l. congregationum, in princ. ff. de var. extraord. cognit. Menoch. de arbit. cēt. 2. caſu 185. n. 4.*

Ex quibus patet pœnam præſupponente delictum, quia delicta præceſſerunt

2 origine quaſcumque actiones humanas. Nam Lucifer primò damnatus crimine læſæ maieſtatis, vt habetur *Iſai. cap. 14. & S. Ioannes in Epiſtola 1. cap. 3.* ab initio diabolus peccat, & quoad homines Deus Omnipotens prohibuit Parẽti noſtro Adam eſum pomi, & ſpreto pręcepto, Adam comedendo deliquit, vt in *Geneſ. cap. 3.* quòd optimè aduertit *eruditiſs. Decian. tract. crim. lib. 2. cap. 1. nu. 2.* vbi diſertiſſimè loquitur; eſt etiam præ-

3 mittendum, delicta quatuor modis cõmitti, videlicet facto, dicto, conſilio, & ſcriptura; notat *Bald. in l. data opera, n. 9. verſ. præmittendum eſt, C. de ijs qui accuſ. non poſſ. Ferrett. de milit. iuſtit. & pœn. n. 168.* addens in quolibet iſtorum modorum dari caſus, in quibus veniat imponenda pœna mortis; & a n. 169. vſque ad n. 226. enumerat caſus, quibus pœna mortis infligitur.

Hoc poſito fundamento, non leuis oritur quæſtio, an ſcilicet Vniuerſitas poſſit delinquere, adeut etiam contra Vniuerſi-

uerſitatem pœnæ locus ſit. Quamquidem
4 quæſtionem ponit *Myſing. ſing obſer. cent.4.obſer.78 per tot.* vbi adductis pro vtraque parte rationibus,& argumentis, in affirmatiuam reſidet partem; & *ſub n.5.& ſeq.*diſtinguendo delictorum genera, nonnulla aſſignat, in quibus Vniuerſitas delinquere poteſt, videlicet in
5 faciendis Statutis, dandis iuriſdictionibus, in imponendis collectis, & ſimilibus, vt in *Auth. nulla Communitas, & in Auth.caſſa.C.de Sacroſ.Eccleſ.*nec poteſt dici, quòd aliquis priuatus hoc faciat, ſed ipſa Ciuitas, & Vniuerſitas, in qua reſidet illud ius, *l.omnes populi, ff.de iuſt.& iur.l.fin.C. de iuriſd.omn. indic. Menoch.de arbitr.cent.6.caſu.*498. *nu.*16.
6 qui alios citat,licèt ipſe contrarium ſentiat, rationibus per eum adductis. Verùm cum Vniuerſitas non ſit vera perſona, ſed ficta, repræſentans aliam perſonam diſtinctam a particularibus,& ſingularibus, *l. mortuo, ff. de fideiuſſ. Lud. Rom.conſ.*436. & animo, & capite caret, & eſt nomen iuris, quod nec animum, nec intellectum habet, vt notat *Gail. de pac.publ.cap 9.n.*11.*&* 12.*lib.*2 latè *Eugen.in conſ.86.tria ſunt,per tot. par.*1.vbi conſulit pro Vniuerſitate Ciuitatis Plebis, quæ permiſerat Appaltatoribus Salariæ emere, & vendere Sal exterum cõtra formam Motus proprij Iulij Tertij,& reſpondet, Vniuerſitatem non incidiſſe in pœnas, rationibus per eum adductis.

Propterea nec delinquere, nec puniri poteſt,*l.*1.*§.*1.*ff.ſi quod paup. feciſ.dicat.l.infans,C.ad l.Cornel. de ſicar.* quia
7 in delictis requiritur verus dolus,voluntas, & conſenſus delinquentis,*l.* 1. *ff. de furt.* & faciunt congeſta per eundẽ *Gail. eod.tract.de pac.pub.cap.7.lib.*1. *Menoch. de arbitr.lib.2.cent.6.caſ.*598.*n.*11.*& ſeq.*
8 Attamen impropriè etiam Vniuerſitas delinquere dicitur, & pœnis ſubiacet, *Bart.in l.aut facta, §.vlt. ff.de pœn. Menoch.conſ.*28 *a n.*1. *vſque ad* 11. & alibi, quem refert *Farin. in pract.crimin.par. 3.quæſt.112.inſpect.7.in princip. Myſing. d. obſer.78.n.8.Gail d.cap.9.num.13.* Qui
9 omnes concludunt, Vniuerſitates tunc ex delicto obligari, quando omnes de Ciuitate,vel maior pars conuocato Cõſilio, & præcedente deliberatione progreſſi ſunt ad delinquendum, *Myſing.d. cent.4.obſer.79.n.1.& alij per eum adductis; Decian.tract.crim.lib.7.cap.8. num.9. & ſeq.Gigas de crim.læſ.maieſt.lib.3.rubr. de prodit.cap.12.per tot.Gail.d.cap.9.n.4.*
10 qui teſtatur de communi. Imò nec ſemper requiritur conuocatio Conſilij, ex quo expreſſa voluntas apparet, ſed ſufficit etiam aliquãdo tacita ratificatio populi, ſiue Vniuerſitatis, aut regentium eam, quæ quidem tacita ratificatio ſatis apparet, ſi auctores ſeditionum non puniantur, in exilium non mittantur, aut illis non reſiſtatur; ex hac enim taciturnitate, & conniuentia delicti particeps Vniuerſitas redditur, *Myſing.de obſer.79 n.5.Felin.in c.dilectus,il ſecondo, num.8. de ſimon. Menoch. de recuper.poſſ.remed. 9.n.129.& de arbitr.iud.d.caſu 598.nu.7 Luc.de Penn.in l.3.n.10.verſ.itaque ſi Vniuerſitas, C. de exactor. & executor. lib.12.*

Et hæc ſecunda pars præcipuè locum habet in delictis cõtinuatis, & actu permanentibus, vt eſt crimen rebellionis, quo caſu Vniuerſitas ſine vlla Conſilij deliberatione, vel multitudinis conuocatione delinquit, *Gail.d.cap.9.nu.5. & 31.Vrſill.ad Afflict. deciſ.376. nu.6.* latè *Menoch. de arbitr. lib.2. cent.6. caſ.598. per tot. ſignantèr n.6.& ſeq.Gigas d.trac. lib.3.tit.de rebell.quæſt.12.n.4.verſ.quinimò;* ad huiuſmodi enim delicta totus populus tanquam bellua multorum capitum furioſè concurrit;& vt *Virg.lib.1. Aeneid.*ait

Ac veluti magno in Populo cum ſæpè coorta eſt
Seditio, ſæuitque animis ignobilis vulgus:
Iamque faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Quæ carmina refert *Decian.d.lib.7.cap.7. de coniurat.faction.& ſedit.n.16.* vbi etiã habes, quid ſit, & vnde dicatur ſeditio.
11 Et ſub hac ſpecie delicti rebellionis, & læſæ maieſtatis cadit, ſi Vniuerſitas neget tributa ſuo Principi ſoluere, *Farinac. pract crimin.tom.3.quæſt.113.nu. 55.Gig.de læſ maieſt.lib.1. rub. qualitèr, & a quib. crim.læſ.maieſt. quæſt.36. per tot.* vbi docet, quando initium habuit tributorum ſolutio; *Decian. d. lib.7. cap. 33. nu.* 1. vbi enumerat damna, quæ ex huiuſmodi tributorum denegatione Principibus inferuntur;& numeris ſeqq. nonnullas affert declarationes, & limitationes, ex quibus euitatur pœna huius delicti; quæ etiam videre poteris apud *Farinac.& Gig. locis citatis; Menoch. d. caſ.508.n.33.*

Vt autem hæc noſtra quæſtio melius intelligatur, afferam diſtinctionem delictorum ſumptam ex *Luc. de Penn. in l.3.n.7.C.de exact.& executor. lib.* 12. vbi tria

tria

12 tria eſſe genera delictorum affirmat, alia
ſcilicet grauiſſima, alia grauia, aliqua
denique leuia; in primo genere eſt cri-
men apoſtaſiæ; in ſecundo ſunt homici-
dia, & omnia crimina, quibus imponi-
tur pœna mortis naturalis, vel ciuilis, aut
membri abſciſſionis; in tertio autem ge-
nere ſunt dolus, metus, & omnia crimi-
na, in quibus imponitur pœna relegatio-
nis, & infra hanc pœnam.
13 Genus verò delictorum grauiſſimo-
rum, nempe apoſtaſiæ tres habet ſpe-
cies ſub ſe, hoc eſt a Deo, a Natura, a
Principe. Prima, & tertia ſpecies ſatis
notæ ſunt, quia prima vocatur crimen
hæreſis; ſecunda læſæ maieſtatis, de qui-
bus in vtroque iure ſatis diſpoſitum fuit;
14 & hoc intellige de apoſtaſia propriè lo-
quendo; nam aliàs omnis tranſgreſſor,
& violator ſuæ legis dicitur apoſtata,
3.quæſt.4.c.Beatus: quàmuis *gloſſ. in c. 1.
in verb. apoſtaſia, de apoſtat.* aliam afferat
diſtinctionem, licèt ipſa quoque dicat
triplicem eſſe apoſtaſiam, ideſt perfidiæ,
quando quis recedit a Fide, inobedien-
tiæ, quando tranſgrediuntur præcepta,
irregularitàtis, quàndo quis recedit ab
ordine ſuo, ſiue ſumptæ religionis, vt
ibi per eum.

Tertia verò ſpecies apoſtaſiæ, quæ a
natura dicitur ſecundùm *Luc. de Penn.*
eſt nefandum ſodomiæ crimen, contra
quod licèt multa dicat ipſe Lucas, nun-
15 quam tamen ſatis deteſtandum, impu-
gnandumuè puto, cum hæc luxuria dia-
bolica dicatur, propter quam Ciuitates
cum hominibus paritèr perierunt, &
peſtilentiæ, terræmotus, & fames oriun-
tur, vt *in Auth. vt non lux. contra natur.
poſt. princ. & in §. propterea.* Sed quoniã
hoc peccatum (*vt idem Luc. de Penn.*
aduertit, & pluribus probat) reddit ho-
minem mutum, nos quoque deo eo plu-
ra dicere omittamus.

Et ad alia delicta, quorum cauſa con-
tra Vniuerſitates, & ob aliorum crimina
aliquando pœnæ ſunt impoſitæ, tranſea-
mus.

16 Septem verò cauſas eſſe affirmat in
hoc *Luc. de Penn. d. l. 3. num. 11.* propter
quas punitur quis ob aliorum crimina,
& eſt *tex. in cauſ. 1. quæſt. 4. §. bis ita re-
ſpondetur; & ibi Archid.* ſed fuſius apud
Conciuem, & Conſanguineum meum
Mutium Cartharium in ſuo tractatu de
pœn. innocen. pro noxa nocent. typis da-
to a Carolo Carthario eius Nepote, &
Conſiſtorialis Aulæ Aduocato.

Poſita igitur delictorum diſtinctione,
vt ſupra, & circa quam poteris etiam
videre, quæ congerit *Decian. tract. crim.
lib. 1. ferè per tot.* Veniendum nunc eſt
ad diſtinctionem pœnarum; hanc autem
17 duplicem eſſe dicit *Menoch. de arbitr.
iud. lib. 2. cent. 6. caſ. 598. num. 17.* itaut a-
lia dicatur pœna ſpiritualis; alia verò tẽ-
poralis.

Pœna ſpiritualis, quæ ſalutem animæ
18 reſpicit, nulla ratione indici poteſt con-
tra Vniuerſitatem, quia vt dictum eſt
ſupra ex *Gail. de pac. pub. cap. 9. n. 11. & 12*
Vniuerſitas nec animam, nec intellectũ
habet, & in ſpecie dicit *Corrad. Brun.
tract. de hæretic. lib. 5. cap. 16. n. 28.* quem
refert *Menoch. d. caſ. 598. n. 17.*
19 Et ob violatum iuramentum ab ipſa
Vniuerſitate, ſeu Decurionibus, & Con-
ſiliarijs illam repræſentantibus præſtitũ,
ſingulares perſonas non incidere in per-
iurium, *Curt. iun. in l. ſi quis maior, nu. 2.
C. de tranſact. & ibid. Parpal. nu. 86. Ca-
gnol. n. 17. Bolognett. n. 19. 20.* vbi decla-
rat hoc verum in Vniuerſitatibus natu-
ralibus, quæ continent pupillos, viduas,
& furioſos, & naturalitèr creſcunt, & de-
creſcunt, vt ſunt Ciuitates, & Oppida;
ſed in Vniuerſitatibus artificialibus, vt
ſunt Collegium Doctorum, Schola-
rium, Capitula Eccleſiarum, & ſimilium,
dicit rem habere maiorem difficultatẽ:
ſed ipſe putat idem dicendum in omni-
bus, vt *in verſ. ideo ego puto, Seraph. de
priuil. iuram. priuil. 83. n. 28.*
20 Sicut etiam nec excommunicari po-
teſt Vniuerſitas, vt *Innocentius Quartus
ſtatuit in c. Romana, §. vlt. de ſent. excom.
in 6. c. clericis laicos, §. nos igitur, verſ. V-
niuerſitates quoque, & ibi gloſſ. in verb.
interdicto, de immun. Eccleſ. eod. lib. 6.
Gail. de pac. pub. cap. 9. n. 18. lib. 2. Decian.
tract. crim. lib. 5. cap. 5. n. 7.*

Licèt excommunicari poſsint ciues,
& illi, qui fuerunt in culpa, *d. c. Romana,
§. caueant, de ſent. excom. in 6. Abb. in c.
aduerſus, n. 8. de immun. Eccleſ. Hoſtien.
in ſumm. de contum. §. fin. verſ. ſi ergo*
21 *conſtat*, vbi ait, ſi conſtat, quòd omnes
de Collegio deliquerint, omnes poſſunt
excommunicari, vt ſinguli; quem refert
*Felin. in c. dilectus, il ſecondo, num. 6. verſ.
autem, de ſimon.* Sed quomodo practi-
canda erit huiuſmodi excommunicatio,
dicas poſt citatam Vniuerſitatem, eaque
contumace, tunc ſinguli ſub nomine
collectiuo excommunicantur, videlicet
Excommunico Priores, & omnes de ta-
li Ciuitate, vel Vniuerſitate, vt per *Ho-
ſtien. loco citato*, quem refert *Decian.*

tract.crimin.lib.5.cap 50. *num*.8. quem vide. Quàmuis diuerſa ſit ratio in Collegio, puta Doctorum, Mercatorum, Artificum, & ſimilium, in quibus interſunt viri perfectæ ætatis, & ingenij; & ideo ſi eo conuocato collegialitèr fuit commiſſum delictum, omnes dicuntur in culpa, quod non eſt in Vniuerſitatibus conſiſtentibus ex maſculis, & fœminis, pupillis, & minoribus, qui in Conſilijs non interſunt, vt animaduertit *Iul. Clar. in pract. crim. § fin. quæſt.*16.*verſ. vlterius quæro*, & alij relati *a Menoch.d.caſ.*598. *n.*9. quod etiam colligitur ex verbis *tex. in d.c.Romana, §. vlt. ibi, cum nonnunquam contingeret innoxios huiuſmodi ſententia metiri. Luc.de Penn.in l.*2. *n.*6. 7. *&* 8. *C.de paſc. pub.lib.* 11. Sed in alijs etiam Vniuerſitatibus conſiſtentibus ex viris perfectæ ætatis, vt ſunt Collegia Doctorum, Vniuerſitates Mercatorum, Capitula Eccleſiarum Collegiatarum, idem dicendum putat *Bologn. in d. l. ſi quis maior, n.*20. *verſ. ideo ego puto, C.de tranſact.*

Poteſt autem Vniuerſitas Eccleſiaſti-
23 co Interdicto ſubijci, *Gail.d.cap.*9.*nu.*18. *Straph.de priuil. iur. priuil.*83. *num.*28. Sed tunc etiam ad huiuſmodi Interdictum procedi poterit contra Vniuerſitatem, quando potuit prohibere delictum, & non fecit, *Aretin.conſ.*163.*n.*18. *in fin.Socin.ſen.inter conſ.Curt.ſen.conſ.* 20.*col. antepenult.verſ.circa quintam, & vltimam dubitationem*; quos refert *Menoch.d.caſ.*598. *n.*8. & ad hæc etiam vide integrum *conſil. Hieron. de Tort. inſertum inter conſil.canonic.diuerſ.*

Quod autem attinet ad pœnam tem-
24 poralem, non ſemper eadem, nec eiuſdē generis eſſe debet, ſed iuxta delictorum qualitatem infligenda erit, vt notat in *l.*3.*§.*1. *ff.de re milit. Pelin.d.c. dilectus, il ſecondo, n.*4.*verſ.vlt.in quantum, & n.*5. *de ſimon. Luc.de Penn.in l.*3.*nu.*7. *C. de exact.& executor.lib.*12. vbi tria delictorum genera enumerat, hoc eſt grauiſſima, grauia, & leuia.

Sed in crimine læſæ Maieſtatis Diui-
25 næ, quando hæreſes amplexa eſt Vniuerſitas, adeſt pœna ab ipſa Diuina Lege inducta, & in *Deuteron.cap.*13. *relat. in c.ſi audieris*, 23.*quæſt.*5. cuius verba ſūt. *Si audieris in vna ex Ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare, illic dicentes. Eamus, & ſeruiamus Dijs alienis, quos Deos non nouiſti, interficiens necabis omnes, qui ſunt in Ciuitate eadē gladij, & incendes Ciuitatem igne, & erit ſine habitaculo in æternum; & non reædificabitur etiā nunc, vt auertatur Deus ab indignatione iræ ſuæ, & dabit tibi miſericordiam, & miſerebitur tibi, & multiplicabit te, ſi audieris vocem Domini Dei tui, & obſeruaueris præcepta eius.* Hactenus Lex Diuina relata *a Menoch.d.cent.*6.*caſ.*598. *ſub nu.*21. quæ tamen *a Decian.tract crim.lib.*5. *cap.*50. *Vniuerſitas hæretica an, & quomodo puniatur, ſub n. fin.* ſub alijs verbis refertur, ſed idem importantibus; & ideo *in princ.d.cap.* ait, Ciuitas, Caſtrum, Villa, & quælibet Vniuerſitas ſi labatur tota in hæreſim, poteſt contra eam inquiri, condemnari, comburi, & deſtrui, iuxta *tex. & ibi gloſſ. in c.ſi audieris*, 23. *quæſt.*5. *Bart.in l.aut facta, §.nonnunquam, ff.de pœn. Menoch.d.caſ.*598. *n.*21. *& alij per*
26 *eos relati.* Hoc autem procedit, dummodo ſententia lata ſit a Principe ſupremo, puta a Papa, quia nullus auctoritate priuata, & ante ſententiam poterit Ciuitatem deuaſtare, & deſtruere, etiam quòd hæretica eſſet, vt latè concludit *Gundiſal.de hæretic.quæſt.* 24. *per tot. relatus a Decian.d.cap.*50.*n.*2.

27 Et ſub hac forma Bonifacium Papam VIII. deſtruxiſſe Ordinem Tēplariorum, quia illi Equites in hæreſim erant lapſi, *Felin.in c.dilectus, il ſecōdo, n.*2. *de ſimon. poſt Auchar.ab eo cit.* ſed *Luc.de Penn.in l.*3.*n.*6.*C.de exact.& executor.lib.*12. ait hoc factum fuiſſe a Clem.Papa V. & ita etiam refert *Platin. in vita huius Pontificis*.

28 Et tunc dicetur Ciuitas in hæreſim lapſa, quando omnes, vel maior pars habitantium eſſet hæretica, & quòd ſæpè ad tractandas hæreticales materias conuenerit in vnum, communicando Conſilium, & nomine Vniuerſitatis agendo, *Gundiſal.d.quæſt.*24.*num.*2. *Decian.dict. cap.*50.*n.*3.

29 Et eſt etiam notandum, quòd licèt deuaſtata eſſet Ciuitas, puta igne combuſta, priuata nomine Ciuitatis, & omnibus priuilegijs, & facultatibus, aliàs d.Ciuitati conceſſis, poterunt nihilominus ſingulares omnes eiuſdem Ciuitatis puniri de hæreſi, vt per *Gundiſal. relatus a Decian.d.cap.*50.*n.*4. & quòd pœna ignis plectantur hæretici homines ſicut & Ciuitas, pluribus probat idem *Decian. d.lib.*5. *cap.*42. *pœn. corporal. num.*4. vbi habes, quare pœna ignis puniantur hæ-
30 retici, & ex quibus ſumatur Auctoribus, pœna ignis quare hæreticis detur, & in quibus alijs caſibus, & quo iure inuenta ſit

ſit pœna ignis, & an poſſit moderari, vt ibi per eum latius. Et quadruplicem
31 pœnam ſecundùm Canones inuentam eſſe contra hæreticos, videlicet excommunicationis, depoſitionis bonorum, oblationis, & militaris perſecutionis, voluerunt *Hoſtienſ.in ſumm. de hæretic. §.qua pœna feriatur, Archidiac. in c. ad Apoſtolicæ,n.3.verſ.& nota quòd hæreticus, de ſent.& re iudic.in verb. hæreſi, in addit*.

32 Sed & non abſimili pœna mulctatur Vniuerſitas, ſi crimen læſæ maieſtatis humanæ committat, puta ſi rebellionem faciat, & Principem, eiuſque Miniſtros recognoſcere, illiſque obedire negauerit, quo caſu damnatur aratro; prout Carthagini contigiſſe teſtatur *Modeſtin. in l.ſi vſusfructus Ciuitatis,ff.quib.mod. vſusfruct.amitt.Gig. de crim. læſ. maieſt. lib.3.tit.de rebell.quæſt.12.n.7.* nec ſemel tantùm, ſed iterum, ac tertiò hanc pœnam fuiſſe paſſam affirmat *lyric. Poet. Florent.in triumph.amor.cap.2.*

Pon, diſſe il cuore, o Sofonoisba in pace;
Che Cartagine tua per le man noſtre
Tre volte cadde, & alla terza giace.

Hoc etiam Bononiæ ſemel contigiſſe dicunt *Io.Andr.& Abb.in c. dilectus, il 2.n.11.de ſimon. Gig. de crim. læſ. maieſt. lib.3.rubr.de rebell.quæſt.12.n.6.Decian. d.lib.7.cap.40.n.48.* & plura congerit, aliaque adducit exempla *Menoch. d. caſ. 598.n.26.& 27.*

Verùm ſicut diximus in crimine hæreſis, antequam contra Ciuitatem inferatur aratrum, declaratio, ſeu ſententia Principis præcedere debet, & ſolum Principem poſſe huiuſmodi declarationem facere, dicit *Bart.tract. qui ſint rebelles,in verb.rebellando, n.24.* quem ſequitur *Boſſ.tit.de crim.læſ.maieſt.nu.132*
33 & in dubio pœnam intelligendam eſſe impoſitam non ipſo iure, ſed per ſententiam ferendam, *Alex. conſ.103. num.16. verſ.& ita in dubio, lib.1. Maſtrill. de Magiſtr.lib.3.cap.4.n.379.& 380.*

Et antequam aratrum inferatur, Ciui-
34 tas rebellis poterit ab vnoquoque deprædari, vaſtari, omniaque igni, ac neci tradi, quia contra rebelles ea omnia fieri poſſunt, quæ contra legitimos hoſtes, *l.3. in fin.ff.de acquir.rer.domi.Bart. loco proximè citato,n.23.Gig d.rubr.de rebell. quæſt.10. num 2.Capyc. deciſ.130. num. 23. Menoch. dict. caſ.598. num.31. & 32.*

35 Sed quomodo euertendis olim Vrbibus aratrum inferretur, *Horat.lib.1.Carmin.ode 16.* ſic ait,

Et altis Vrbibus vltimæ
Stetere cauſæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hoſtile Aratrum exercitus inſolens.

Cœlius quoque Rhodigin.antiq.lect.lib.14 cap.5. nonnulla ad propoſitum adducit,
36 ex noſtris verò *Decian.d.lib.7.cap.40.nu. 48.* ſic ait. *Deſolantur muri, & effodiuntur aratro;* videndus eſt etiam *Petr. Greg. Tholoſ. in tract. de Repub. lib. 21. cap.11. in princ. ibi. Si aratrum inducatur, Ciuitas eſſe deſinit, vt paſſa eſt Carthago, & ita deſinit etiam iura ſua (quæ prius ei erant) habere, &c.* Et hęc adeo vera ſunt, vt ſi ex gratia reſtituatur, ea
37 non recuperat, ſi adſit præiudicium tertij, *Bald.conſ.321.n.4. verſ. huic reſpondetur,lib.4. Maſtrill. de Magiſtr. cap.22. n.134.in comm.ad Iud. gener.*

Solet autem Principis clementia in
38 huiuſmodi delictis eluceſcere, parcendo ſcilicet Vniuerſitati, ne innocentes, vt infantes, pupilli, cæterique doli minimè capaces cum nocentibus, & criminoſis pereant, *Luc.de Penn in l.3. num.5.C. de exact.& executor. lib. 12.* ſic Brixienſi Ciuitati peperciſſe Henricum Imperatorem teſtatur *Bart.in l.aut facta,§.nonnunquam,n.6. ff.de pœn. Abb. d.c.dilectus il ſecondo,n.11. de ſimon.* Et quàmuis Fe-
39 dericus Imperator Primus cognomento Barbaroſſa contra Mediolanenſem, Placentinam, & Brixienſem Ciuitates ſententiam tuliſſet, quatenus eorum mœnia euerterentur, ſolo æquatis Vrbibus, aratrum in eas induceretur, & ſal in perpetuam damnationem ſeminaretur, vt refert *Menoch.d.caſ.598. n.27.* cum hodie huiuſmodi Ciuitates florentiſſimæ ſint, & ita a multis ab hinc annis fuerint, credendum eſt, dictam ſententiam fuiſſe ab eo reuocatam, vel ſaltem ſub mitiori forma exequutam; & quædam exẽpla de clementia Principum erga multitudinem delinquentium refert *Luc.de Penn.d.l.3.n.12.& 13.C.de exact.& execut.lib.12.*

40 Sicuti ſub Auorum noſtrorum ætate Peruſinæ Ciuitati contra Paulum III.Pōtif.Max.rebellanti, eique tributa ſoluere deneganti, idem Pontifex pepercit, nec ad aratrum damnata fuit, ſed tantùm iniuncta ea, quæ tradit *Gail. de pac. pub. lib.2.cap.9.n.27.* ſublata enim fuit poteſtas, & iuriſdictio illis, penès quos Ciuitatis gubernium erat, priuilegijs, & immunitatibus priuati, redditus imminuti,

nuti, Oratores eum laqueis ad collum
alligatis delictum agnoſcentes, & dete-
ſtantes ad pedes eiuſdem Pontificis miſ-
ſi, & noua quædã tributa indicta; prout
erga Ciuitates rebelles, mitius cum illis
agendo, fieri ſolere ait *Decian. d. tract.
crim.lib.7.cap.40.n.50.& 51. ac etiam in
num. ſeq.* alias pœnas recenſet, quæ con-
tra Ciuitates rebelles iniunctæ fuerunt.

Si verò Ciuitas, vel Vniuerſitas inter-
41 fici curauerit Cardinalem, auxilium, ſeu
conſilium dederit, vt Cardinalis occida-
tur, crimen læſæ maieſtatis incurrit, vt
pluribus probat *Gig tract.de crimin. læſ.
maieſt.lib.1.rubr qualitèr,& a quib. &c.
quæſt.5.n.1. verſ.communis tamen, & in
num. ſeqq.* huius concluſionis rationes
reddit; illa tamen magis ab eo probatur,
quia Cardinales ſunt pars corporis Papę,
& læſo Cardinali, læditur Maieſtas Papę,
vt ibi n.3.& 4.

42 Et hoc læſæ maieſtatis crimen habet
etiam annexum ſacrilegium, vt probat
tex.in.c.felicis,de pœn.in 6. imò ante di-
ſpoſitionem huius *c. felicis*, ſola pœna
ſacrilegij impoſita erat offendentibus
Cardinales, vt probat *tex.in c. ad Apo-
ſtolicæ,§. perpetrauerit,de ſent. & re iu-
dic.in 6. vbi Innoc.IV. cuius ſunt verba
d.tex.* declarat Federicum Imperatorem
in ſacrilegij crimen incidiſſe, capi facien
do Cardinales, & alios Prælatos euntes
ad Concilium, *vbi gloſſ. in verb. Cardi-
nales*, notat *per d.c. felicis*, hoc etiam eſ-
ſe crimen læſæ maieſtatis, & in eam in-
cidiſſe etiam Imperatorem; quam gloſſ.
refert, & ſequitur *Gig.loco citato nu.* 10.
*& vide Conſtitut. Leon. X. in Bull.nou.
tom.1.Conſtit.16.pag.494.*

Sed ad rem noſtram, videlicet ad Ci-
uitates, & Vniuerſitates redeamus; hæ
namque talia facientes, vel ſi facientibus,
ſeu præſumentibus in his conſilium, vel
auxilium dederint, aut fauorem, vel in-
fra menſem ſaltem talitèr delinquentes
(prout tanti facinoris enormitas exege-
rit, & facultas eis affuerit) non duxerint
puniendos, Pontificali, & ſupra, ſint eò
ipſo dignitate priuatæ, & nihilominus
remaneant interdictæ, vt ſunt verba *tex.
in d.c. felicis, §. fin.de pœn.in 6. Menoch.
d.caſ.598.n.22.*

43 Et quoad priuationem Epiſcopi, idem
erit, & eadem pœna plectuntur Ciuita-
tes, quæ ſuum occiderint Epiſcopum, vt
eſt *tex.in c. ita nos,25.quæſt. 2.* ibi, *egeat
ergo Epiſcopalibus ſubſidijs ſibimet aliun-
dè penſandis, quæ ſacram in ſuo gremio
collocatam fuſo crudelitèr maculat ſan-
guine dignitatem.*

Quod autem attinet ad interdictum,
44 quærit *Archidiac.in d.c. felicis, n.19.* an
talis pœna extendatur ad Diœceſim, &
negatiuam tenet, quia in pœnalibus ſtri-
cta facienda eſt interpretatio; *Marſ. in
tract.de bannit.in verb.Ciuitate,num.19.
Abb. in c. Rodulphus,n.5. verſ. & ex his
infertur,de reſcript.* & faciunt quæ dixi-
mus ſupra §. 1. *gloſſ. 5. in verb. com-
prehenſæ.*

Sicuti nec etiam Romana Ciuitas cõ-
45 prehenſa eſt ſub diſpoſitione, & pœna
contenta in *d. c. felicis, de pœn.* vt dicit
*tex.in d.§.Ciuitas,ibi, quæuis alia præter
Vrbem,& gloſſ.vlt.* reddit huius dicti ra-
tionem, quia ſi Vrbs quoque priuaretur,
omnes aliæ inferiores priuatæ eſſent,
cum totius Orbis Epiſcopus ſit Roma-
nus Pontifex; ſecundò quia ibi prom-
ptiorem habemus Iudicem, ſcilicet Pa-
pam, qui huic rei poteſt adhibere reme-
dia, & pœnas imponere, & ad hoc pro-
bandum adducit pulchrum *tex.in l.vlti-
ma in princ. C.de his, qui confug. ad Ec-
cleſ.* cuius verba ſunt. *Præſenti lege de-
cernimus per omnia loca valitura (excep-
ta hac Vrbe Regia, in qua Nos Diuinita-
te propitia degentes, quoties vſus exege-
rit, inuocati, ſingulis cauſis, atque perſo-
nis præſentanea conſtituta præſtamus)*
hactenus Leo Imperator, cuius eſt illa
lex.

46 Alias quoque limitationes ad *d.c. feli-
cis*, de offendentibus malo animo, deti-
nentibus, inſequentibus, occidentibus
Cardinales, conſilium, ſiue auxilium dã-
tibus affert *Gig. de crim.læſ.maieſt.d.quæſ.
5.nu.14. & alijs ſeqq. ſignantèr num.* 19.
47 vbi firmat, ſi Cardinalis ſit rebellis Papæ
apertè, vel occultè, vel ſi ſit proditor ip-
ſius Pontificis, reuelando eius ſecreta
inimicis, poterit impunè occidi, vt ibi
per eum, afferendo exemplum Franciſci
Mariæ Ducis Vrbini, qui Franciſcum A-
lidoſium Cardinalem Papiẽſem occidit,
quia ſecreta Exercitus Eccleſiaſtici Du-
cibus Gallis inimicis reuelabat; ac etiam
Vrbani VI. Põtificis, qui Cardinales ſep-
tem, eò quia cum Clemente ſecum in
Pontificatu cõtendente conſpirauerant
ſaccis incluſos in mare demergi iuſſit, vt
ibi per eum: *Et nos diximus alibi in
tract.de Cardinalib. ſignantèr priuil.23.*
& pro ſupradicto Duce Vrbini, non in-
cidiſſe ſcilicet in crimen læſæ maieſtatis,
conſuluit *Ruin.con.4.vol.5.relatus a De-
cian. tract. crim. lib.6.cap.34. de excuſat.
reor. ſacril.n.9.*

K Nec

48 Nec longè abeſt a crimine læſæ maie-
ſtatis, eamque pœnam meretur Ciuitas,
vel Vniuerſitas, quæ Summi Pontificis
electionem auſa fuerit impedire, ſiqui-
dem Interdicto ſubijcitur, & Pontificali
Dignitate priuatur, vt eſt *text. ad literam
in c.vbi periculum,* §. *Ciuitas verò, de
elect. in 6. Felin. in c. dilectus, il ſecōdo, n. 4.
verſ. 1. ſi turbat. de ſimon. Menoch. de ar-
bitr. cent. 6. caſ. 598. n. 14.* & ſi Domini, a-
lique Rectores, & Officiales Ciuitatis
illius, in qua huiuſmodi Pōtificis electio
celebranda ſit, quæ *in d. c. vbi periculum,*
a Greg. X. tradita ſunt, nō obſeruauerint,
obſeruarique inuiolabilitèr non fecerint,
& Cardinales, vltra quàm permittitur,
arctauerint, & de his ſeruandis coram
Clero, & populo illius Ciuitatis iuramē-
tum non præſtiterint, quocumque pri-
uilegio ceſſante, excommunicationis,
infamiæ, priuationis omnium bonorum,
& feudorum incurrunt pœnam, vt *in d.
c. vbi periculum,* §. *præterea, de elect. Iul.
Lauor. in ſuis elucubr. tit. 1. de comit. cap.
9. num. 18.*

49 Et eſt valdè notandum, quòd ſi Ciui-
tas, vel Vniuerſitas læſæ maieſtatis cri-
men committat, poterit Papa contra eā
procedere ſine citatione, & ad ſenten-
tiam condemnatoriam deuenire; eſt ſin-
gulare dictum *Io. Andr. in c. cum olim,
de ſent. & re iudic. per tex. iuncta gloſſ.
ibi in verb. abſenti;* ſed ante eum hoc vo-
luiſſe *Hoſtien. affirmat Felin. qui teſta-
tur de communi in d. c. cum olim, nu. fin.
verſ. vlt. noto dictum;* vbi refert Vrbanū
Pontificem abſque citatione condem-
50 naſſe Spoletinos, qui de facto quandam
Terram Eccleſiæ occupauerant; & alios
citat *Gig. de crim. læſ. maieſt. lib. 1. rubr.
quis de crim. cogn. poſſit, quæſt. 6. num.* 8.
& vide *Lud. Roman. & illi addentes in
ſing. 671. tu ſcis, quòd nedum iudex, &c.*
51 Sed quando pœna exequi poſſit abſque
citatione, plura congerit *Marſil. de ban-
nit. in verb. mortui, n. 78.* & vide *Mobe-
dan. deciſ. 4. de probat. num. 3.* qui videtur
contrarium ſentire, dum firmat, quando
quis tenetur aliquid facere ſub certa pœ-
na, non ſufficit ſola notitia, ſed requiri-
tur intimatio ei facta.

At ſi Ciuitas, vel Vniuerſitas reſiſtat
52 Officialibus Principis, & Dominis, ne-
gando illis obedire, poterit tanquam
contra rebellem indici bellum, *Bart. in
l. hoſtis, n. 15. verſ. circa prædicta, ff. de cap-
tiu. & poſtlim. reuer. Gig. de crimin. læſæ
maieſt. lib. 3. tit. de rebell. quæſt. 12. nu. fin.*
53 vbi declarat, concluſionem procedere,
quando Ciuitas neget obedire Miniſtris
propter Principem, ſecus autem ſi recu-
ſaret obedire Officiali propter ipſum
Officialem, & citat *Capyc. deciſ. 130. n. 42*
54 *& n. 43.* qui ait, quòd quidam Gallus,
qui occidit Andream de Iſernia militā-
tem tunc in Conſiſtorio Regio, incidit
in crimen læſæ maieſtatis.

Sicuti etiam non incidit Ciuitas in
hoc delictum, quando non vult obedire
Officialibus Principis ob malos eorum
Officialium mores, & tyrannidem, malè
tractando ipſos ciues, *Farin. in quæſt.
crim. quæſt. 24. n. 124. relatus a Menoch.
d. caſ. 598. n. 33. Capyc. & alij per eum ad-
ducti in d. deciſ. 130. n. 42.* & optimè fa-
ciunt tradita per *Maſtril. tract. de Ma-
giſtr. lib. 4. cap. 18. n. 22. & ſeqq.*

55 In idem quoque crimen læſæ maie-
ſtatis incidit Vniuerſitas, ſi Officiales SS.
Inquiſitionis recipere, illiſque obedire
recuſet, ſeu illos eorum officium exer-
cere impediuerit, *c. ad abolendam,* §. *Ci-
uitas, de hæretic. Felin. in c. dilectus, il ſe-
condo, n. 4. verſ. tertiò ſi impediat, de ſimon.
Menoch. d. caſ. 598. n. 23.*

56 Quod in Neapolitana Ciuitate conti-
giſſe ſub Petro Tolero Prorege narrat
*Vbert. Fogliett. in eo libro, quem vocat,
Tumultus Neapolitani;* ex quo delicto
Ciuitas ipſa centum millibus aureorum
nummum mulctata eſt, ac centum ex
Neapolitanis, quorum in prælijs, & tu-
multibus inſignior ardor animorum fue-
rat, exilio damnantur, quæ tamen mul-
cta paulò poſt ab Imperatore Ciuitati
remiſſa fuit, numeruſque exulum ad vi-
ginti redactus; qui etiam haud multò
poſt Patriæ ſunt reſtituti, præter tres re-
latos ab *eod. Foglietta* in fine operis.

57 Sed ſi antedicta pecuniaria pœna ſol-
uenda fuiſſet a Ciuitate, numquid col-
lectandi erant innocentes, & qui con-
tradixerunt, negatiuè reſpondet *Gig. de
crim. læſ. maieſt. lib. 3. tit. de rebell. cap. 12.
n. 5. & alij per eum adducti; & vide Luc.
de Penn. l. 3. num. 15. C. de exact. & exe-
cutor. lib. 12.*

Verùm ſi Magiſtratus, principaliſue
58 Ciuitatis, vel Præſidentes etiam nomi-
ne Vniuerſitatis hoc crimen committe-
rent, non tamen ideo teneretur Vni-
uerſitas, *Decian. & alij per eum adducti
d. lib. 7. cap. 8. n. 13.* optimè facit *Luc. de
Penn. d. l. 3. n. 4. C. de exact. & execut. lib.*
59 12. niſi ratum haberet, vt diximus ſu-
pra, ſignanter in delictis continuatis, &
cauſam ſucceſſiuam habentibus, vt in re-
bellione, guerra, & ſimilibus; propter
tole-

toleráttiam enim Vniuerſitatis delictum
quaſi tacitè ratificatur, *Gig.d.tract.lib.3.*
tit.de rebell.quæſt.12. n.4. & alij per eum
adducti.

Imò ſi appareat de huiuſmodi prætē-
60 ſa ratificatione, ex quo contra Vniuer-
ſitatem proceſſum, illaque condemnata,
& punita fuerit, adhuc tamen puniri
poſſunt ſingulares perſonæ dictæ Vni-
uerſitatis, ſicut dictum eſt ſupra in cri-
mine hæreſis, *Gig.dict.lib.3.tit. de rebell.*
quæſt.12. n. 9. ſequutus Io. Monach. &
Io.And.in c.fin. de pœn.in 6. Et hoc in
Ciuitate Viterbij ſeruatum dicunt; tu vi-
de *Luc.de Penn.in d.l.3.nu.16.17. & 18.*
vbi hanc quæſtionem pro vtraque parte
diſputat, & argumenta adducit, ac tan-
dem concludit, etiamſi mulctata ſit Vni-
uerſitas, puniendos tamen eſſe etiam
ſingulos de Vniuerſitate, qui deliquе-
rint, vt ibi per eum latè; imò nec ſolùm
ſingulares perſonæ, ſed interficiuntur e-
tiam paruuli, & cuncta bona delentur
vſque ad pecora, & Vrbs ſuccenditur
igne, *c.ſi audieris,23.quæſt.5. & origina-*
litèr in Deuteron.cap.13. Imò plus etiam
ad res inanimatas extenditur pœna, vt
lib.4.Reg.cap.3. ibi Percutietis omnem
Ciuitatem munitam, & Vrbem electam,
& vniuerſum lignum fructiferum ſuc-
cidetis, cunctoſque fontes aquarum ob-
turabitis, & omnem agrum egregium
operietis lapidibus. Et alia quoque vide
apud eundem *Luc.de Penn. d.l.3.nu.11.*
C.de exact.& execut.lib.10.

Incidit etiam Vniuerſitas in crimen
61 læſæ maieſtatis, ſi Legatum, ſeu Amba-
ſciatorem alicuius Principis offendat, vt
latè probat *Gig.de crim. læſ.maieſt. lib.1.*
rubr. qualitèr, & a quib. committatur,
quæſt. 16. in princ. & per tot vbi habes
limitationes, & declarationes, quas vi-
de apud ipſum; & alia quoque multa
videnda ſunt apud *Decian.tract.crim.lib.*
7.cap.5. quando contra Conſiliarios, &
adhærentes Principum n.11. & ſeq.vſque
ad 17. vbi multas affert limitationes, &
ſub ipſo num.17.verſ.pœna autem, dicit,
62 violantes Legatos, vel eos impedientes
de iure canonico excommunicandos, &
ab Eccleſia arcendos eſſe, *c.ſi quis, & ibi*
gloſſ.diſtinct. 94. & facit c. nobiliſſimus,
diſt.97. de iure autem ciuili non eſſe di-
rectò pœnam læſæ maieſtatis, ideſt ca-
pitalem, ſed deditionem hoſti, vel Prin-
cipi Legati offenſi, vt eſt *tex. in l.fin. ff.*
de legation.& idem dixit *Gig. d.tract. lib.*
1 rubr.qualitèr, & a quib.quæſt 33. n.5.
vbi exempla Romanorũ, & aliorũ afferũt.

63 At ſi ſcire quis cupiat, quot modis
committatur crimen læſæ maieſtatis, vi-
deat *Lancell.Corrad.de offic.Prat. in cri-*
minal. ſub tit. de læſ. maieſt. reis, vbi ſe-
xaginta & vnum modum enumerat.

Atque hæc de primo, & grauiſſimo
delictorum genere, videamus nunc de
ſecundo, ideſt de graui.

64 Secundum genus delictorum eſt gra-
ue, vt diximus, videlicet homicidium,
& omnia crimina, quibus imponitur pę-
na mortis naturalis, vel ciuilis, aut mem-
bri abſciſſionis, de qua etiam agit *Me-*
noch.d.cent.6.caſ.598. n.34. dicens graue
delictum appellari ſolitum, homicidium,
violentiam, rapinam, & ſimilia, vbi con-
65 cludit, iure noſtro huiuſmodi delicta ab
Vniuerſitate perpetrata puniuntur ex-
tra ordinem, hoc eſt pro iudicis arbitrio,
qui poterit indicere pœnam pecuniariã,
vt affirmant *Doct. per eum adductis, ſi-*
gnantèr Oſaſc.decìſ.90.nu.9. Iul. Clar. §.
fin quæſt.16.in fin.

Sed *Luc.de Penn.d.l.3.n 11.verſ. vidi-*
66 *mus de apoſtaſia*, diſtinguendo procedit;
aut delictum fuit commiſſum de conſi-
lio, & ordinatione Rectorum, ſeu De-
curionum, & Principalium, & hi pœna
legitima puniendi ſunt; morte enim au-
thorum expianda ſunt peccata imitan-
tium populorũ, *23.quæſt.4.c.Guiliſarius,*
§.ſed & hic in palea; & ipſe Lucas de
Penna affert illud *Quintil. in diuiſ.accu-*
*ſat. prodit.*dicentis. *Fallitur Iudex quiſ-*
quis vllum facinus in rebus humanis pu-
blicum putat: perſuadentium vires ſunt
quicquid Ciuitas facit, & quodcumque
facit populus, ſecundùm quod exaſpera-
tur, iraſcitur, ſicut corpora noſtra motũ,
niſi de mente non ſumunt, & ocioſa ſunt
membra, donec illis animus citatur, &c.
& in eod.ca.Quid æquius excogitari, quid
iuſtius poteſt? Graſſatus eſt aliquis ferro,
præbeat & ipſe ceruices: miſcuit noxium
virus, refundat in ſuum facinus autho-
rem, oculos rapuit, & effodit, reddat de
ſua cæcitate ſolatium veriſſima iuſtitia
vindictæ, cum facinus menſura pœnæ eſt:
hactenus Quintilianus.

67 Prædicta tamen limitanda putat, quã-
do eſſet magna delinquentium multitu-
do, & ex eorum punitione graue ſcan-
dalum timeretur; tunc enim ob multitu-
dinem delinquentium poterit habere
locum commutatio pœnæ, *vt ibi per eũ*
n.12.& idem voluit *Felin.in c.dilectus, il*
ſecondo, nu.3. de ſimon. vbi ſeptem affert
fallentias ad regul.parcitur multitudini;
68 nam vt *Tit.Liu.lib.8. de ſecund. bell. pu-*

nic. ait; *cauſa, & origo omnis furoris penes auctores eſt, multitudo autem contagione inſanit.*

Atque ita ſi Rectorum, aut Decurio-
69 num ordinatio, ſiue Coſilium ad perpetrandum delictum non interfuit, ſed populus ipſe tanquam bellua multorum capitum deliquit in modum Collectæ procedendo, pœna pecuniaria damnabitur, *Cacher.deciſ.Pedem.90. nu.9. Menoch. & alij per eum adducti d. caſ.* 598. *num.*36.

An autem pro huiuſmodi pœna ſoluenda collectandi ſint abſentes, infan-
70 tes, furioſi, & innocentes, *Luc.de Penn. d.l.3.nu.*15.*& ſeq.* ponit argumenta pro vtraque parte, & tandem negatiuam tenet; & alia ad hoc idem adducit *Cacher.d.deciſ.90.num.9. Menoch.d.caſ.*598. *num.*37.

Graue quoque delictum reputabitur,
71 ſi omnes ciues, & incolæ ſub Vniuerſitatis nomine occupent poſſeſſionem alterius, quo caſu incidunt in pœnam *l. ſi quis in tantam,C.vnde vi; & voluit Menoch.de recuper. poſſ.remed.9.nu.*123. *& ſeq.* vbi poſt firmatam concluſionem tres affert extenſiones, ex quibus Vniuerſitas dicitur incidere in hanc pœnam.

72 Quæ fortius procederent, ſi violētèr, & armati hoc egerint, nedum ex diſpoſitione iuris communis, iuxta quam loquitur *Menoch.* licèt afferat etiam Statutum Papiæ, *vt ibi nu.* 125. Sed in Statu Eccleſiaſtico *ex pluribus Cōſtitutionibus*
73 *Summorum Pontificum;* & in ſpecie cōtra Prouinciam Marchiæ adeſt *Conſtitutio x.Ioann.22.Bull.nou.tom.1.pag.*163. qua Marchiani prohibentur ſibi ius dicere, & caualcatas, niſi de licentia Rectoris Prouinciæ facere, vbi *Cherub.iun.* declarat, non habere locum hanc Con-
74 ſtit. quando caualcata incidentèr facta eſſet, puta, quia Petrus interficit Vincentium, *Pelin.in rubr.de treg.& pac.n.6.* & alij per eum adducti.

Et contra omnes ſubditos eiuſdem Status eſt *Conſtit.1.Alex.VI. d.Bull. & tom.pag.*391. *vbi idē Cherub.iun.ſchol.*1 dicit, Bullam recipere interpretationem paſſiuam a iure communi, & ideo non habere locum, ſi furem nocturnum propria auctoritate quis capiat, cum permiſſum ſit a *lege ait Prætor,*10. *§. ſi debitorē, ff.quæ in fraud.credit. Lancell. Corrad.de offic.Prætor. in cauſ.crim. tit. de furib.n.*26.

Sicuti nec etiam militat diſpoſitio huius Bullæ, ſi fiat hominum coadunatio, & caualcata ad bonum finem, puta ad ſecurè ineundam pacem inter duos inimicos, *Boſſ.in tit.de crim læſæ maieſt. n.*23.*Bertazzol.conſ.*223.*n.*2. *lib.*1. *& in conſ.*76.*n.*30.*eod.lib.Aim.conſ.*4.*num.*26. *ad fin. Menoch.conſ.*28.*n.*12. *lib.*1. *Alciat. conſ.*364.*n.fin.verſic.fallit rurſus; Farinac.pract.crim.quæſt.*113. *nu.*159. quos refert *Cherub.iun.ibi ſchol.*2.

Qui tamen *Farinac. in num.ſeq.* ait,
75 nec etiam ad bonum finem hodie faciēdas eſſe adunantias, & caualcatas, ne tumultus commoueantur, ex diſpoſitione *Conſtit.*75. *§.*1. *&* 2.*Sixti V. Bull. nou. tom.*2.*pag.*617. & facit etiam *Conſtit.* 6. *eiuſdem Pontificis* contra exules, & bannitos *eod.tom.*2.*pag.*491.*vbi in §.9.* Cō-
76 munitatibus tolerantibus bannitos in eorum Territorijs imponitur pęna (pręter alias) confiſcationis quorumcumque bonorum, nō obſtantibus quibuſcumque
77 inueſtituris, & fideicommiſſis. Et ſi in dictis territorijs furta, & crimina admiſſa, & perpetrata fuerint, vltra alias pœnas, ad refectionem damnorum, & tantundem Camerę Apoſtolicæ ſoluendum dictæ Communitates tenentur, *vt ibi in §.7.* Et quoad hanc partem de refectione damnorum per Communitates facienda, vide quæ congerit *Io.Baptiſta Coſt.de fact. & iur.ignor.cent.*2. *diſt.*88. *Statuta quòd Vniuerſitas, per tot.* & vide etiam *Conſtit.*28.*Leon.X.Bull. nou.tom.* 1. *pag.*521.

Sed redeundo ad caualcatas, & adunantias, *Cherubin iun.ad d.Conſtitut.*1.
78 *Alex.VI. ſchol.* 2. putat interpretationē Farinacij, hodie ſcilicet non licere etiam ad bonum finem facere caualcatas; veram eſſe, quando clarè non conſtaret de bono fine, pro qua facta eſſet coadunatio; tunc enim non eſſet locus pœnæ impoſitæ à Sixto V. ſed alteri mitiori, prout ſe vidiſſe affirmat, & ſentit etiam *Farinac. d.quæſt.*113.*n.*174. & alia multa congerit Conciuis, & Conſanguineus meus *Iulius Carthariuſ dec.crim.*1.*n.*5

Alias quoque Conſtitut. prohibentes coadunantias, & caualcatas habes, nempe *Iulij II.Conſtit.6.§.4. d. Bull. tom.* 1. *pag.*408.*Clem.VII.Conſtit.*10.*§.*4.*d.Bul. & tom.pag.*574. *Pij IV.Conſtit.*27.*tom.* 2. *pag.*38.39.*&* 40.*vbi in* §.5. iubet Territoria per Barones, & Communitates malis hominibus expurgari ſub pœna Interdicti, ac duorum millium ducatorū per Communitates, & mille per Vniuerſitates ſoluendorum; & ante hanc Conſtitutionem vide aliā *Leon.X. Bull. nou.*

*tom.*1.

*tom.1.pag.*521. *Conſtit.*28 quod etiam de iure communi procedit, vt ſcilicet Barones, & Vniuerſitates teneantur expurgare eorum Territoria a latronibus, & malis hominibus, vt notat *Maſtrill. de Magiſtr.lib.4.cap.16.nu.*213. vbi alios citat, & teneri etiam Communitates, &
79 Barones ad inſequendos, & capiendos latrones, qui bona naufragata ſurripiunt, ſub pœna refectionis damnorum, ſanciuit *Pius V.Conſtit.7.§ 7.Bull.nou.tom. 2. pag.*183. vbi plura de rebus naufragatis, & vide *Luc.de Penn.in l.2. n.9. C.de naufrag.lib.*11.

80 Sed numquid Communitates incidant in has pœnas, quandocumque non capiant homines facinoroſos, & malos; negatiuè reſpondit *Bar.conſ.*102 *n* 2.*lib.*1. niſi probetur earum ſcientia,& negligentia, & qualitèr probetur talis negligentia, idẽ *Bart.docet d.conſ.* prout etiam docet, quid probare debeant Cõmunitates pro earum defenſione; & vide *Io. Bapt. Coſt. d.tract. de fact. & iur. ignor.cent.2.diſt.*88.*num.*2.*&* 4. *& alibi,*
81 vbi loquitur de incendio ab hoſtibus excitato;& vide etiam *Vrſill.ad Afflict.deciſ.*265.*n.*5 *qui loquitur iuxta Pragma-*
82 *ticam Regni*; an ſcilicet Vniuerſitas teneatur reſiſtere, & acclamare latronibus, & an dominus poſſit vaſallos burgenſes cogere ad ſe armandos pro capiendo bannitos, & malefactores, & affirmatiuam tenet; & idem firmat *Maſtrill. de Magiſtrat. alios adducens lib.* 4. *cap.16.ampl.39.n.*205.& pro hac opinione eſt *Conſtit.* 10. §. 10. *Pij V. d. tom.*2.
93 *pag.*188.*&* 190. vbi Communitates teneri declarat ad damna, & intereſſe ſarcienda damnum paſſi, ſi impunè euaſerint homicidæ, & ſicarij;& hoc idem dicit *Conſtit.6.in* §.7. *&* 9. *Sixti V. ſupra citat.*poſt quam quidem Cõſtitutionem *Cherub.iun. in ſuo compendio* nonnullas
84 poſuit reſolutiones,& decreta Sacræ Cõſultæ circa fideiuſſores dandos a cõſanguineis bannitorum, de non ingrediendo ſcilicet Statum Eccleſiaſticum, quæ quidem reſolutiones ſub Paulo V. Pont. Max.emanarunt, & de illarum validitate vide *Farinac.tract.crim.quæſt.*24.*n.*150 *& ſeq.Caball.reſol.crim. caſ.* 149.*per tot. relat.a Cherub.iun. loco cit.*

85 Sed quoniam diximus, Vniuerſitates teneri ad refectionem damnorum in eorũ Territoriis,&ad alias quoque pœnas, quæſitum eſt, an hæc habeant locum in illis Vniuerſitatibus, in quibus non ſint ad minus quinque patres familias, & negatiuè reſpondet *Bald.in c.1.n.*8. *de elect.Marſil.ſingul.*232.*Baiard.quæſt.*82. *n.*1.quos refert *Cherub.iun. ad Conſt.*2. *Iul.II.ſchol.*2.

86 At ſi damnum datum ſit in confinibus duarum Communitatum, quænã earum tenebitur? & dicas vtramque, iuxta cõmunem Doctorum ſententiam, de qua teſtatur *Alber.in tract. de ſtatut. par.*2. *quæſt.*75.*Clar. pract.crim.*§.*fin.quæſt.*82 *de Statut. in verb. Statutum primum circa dam.dat. verſ.ſed quid ſi damnum, poſt Afflict.ſuper Conſtit.Regn.lib.1.rub.* 27.*num.*23.

Quæ tamen non procedunt in homicidio, nam ſi medietas cadaueris reperiatur in vno Territorio, & alia medietas in altero, illa Communitas tenetur, in qua reperitur medietas cum capite, *Afflict.vbi ſupra n.*22.*poſt.Iſern.ibidem in addit.n.*80.vbi ſic iudicatum audiuiſſe refert *Baiard.quæſt.*82.*n.*5.

Verùm prædicta locum habent iuxta
87 diſpoſitionem iuris communis, ſed in Statu Eccleſiaſtico damnum paſſus eligit, quam voluerit Communitatem conuenire, *ex Bull.*28.§.4.*Leon.X.in Bull.nou. tom.* 1.*pag.*521.

88 Vbi præter confirmationem *ſupradictæ Conſtitutionis* 2.*Iul.II.in* §.3.declarat, rerum ablatarum valorem æſtimandum eſſe a Clericis Reu. Cameræ Apoſtolicæ, conſiderata qualitate perſonarũ, furtorum, & alijs circumſtantijs, & coniecturis, receptoque iuramento partis, contra quam commiſſum eſt furtum, vt ibi; *& in alia eiuſdem Leonis X.Conſt.*36. vbi extendit etiam ad non capiẽtes,§.3. *d.Bull.pag.*526.

89 Ad quam *Conſtit.Cherub.iun.*quærit, an contra ſupradictũ iuramentum damnum paſſi, admittenda ſit probatio in contrarium, & affirmatiuè reſpõdet, niſi alitèr expreſsè caueatur, & de communi teſtatur, ſequutus *Angel.de malefic. in* §.*nec non ad denunciationem,num.*16.*&* 17. *Clar.d.*§.*fin.quæſt.*82.*in verb. ſtatutum primum, verſ. quæro numquid ſtatur; Menoch.de arbitr. lib.*1. *quæſt.*76.*n.* 17.*Baiard.qui alios congerit d. quæſt.*82. *num.*25.

90 At ſi qui damnum paſſus eſt, de illa Vniuerſitate ſit,in cuius Territorio damnum ſequutum eſt, ac pro refectione d.damni imponenda ſit collecta, an inquam teneatur ipſe quoque contribuere, affirmatiuè reſpondet *Paul.de Caſtr. in l.ab omnibus,*107.§. *Titio,ff. de leg.*1. *n.3.poſt Bart.ibidem n.*1. *Socin.in c.dilecta,*

lecta,14.n.53.de exceſſ.Prælat. Baiard.d. quæſt.82.n 37.Aretin tract.de maleſic.verbo,& Andr.Marc.n.29.

91 Quærit etiam *Cherub.iun.in d.Conſtit.* 36.an Communitates teneantur ad refectionem damnorum, quando damnificatus per viam inſolitam iter faceret, & poſt adductum *tex.in l.1.§.ſumma,ff. de his qui eiecer. & effudit.* qui tex. pro negatiua videtur facere, tandem concludit Communitates teneri; quia prædictæ Conſtitutiones tam Iulij, quàm Leonis non dicunt tenenda eſſe itinera communia ſecura, quo caſu ſolùm iter facientibus prouidere voluiſſe viderentur,& ita loquitur *Prætor in d.§.ſumma,* ſed præcipiunt cuſtodienda eſſe Terri-
92 toria ſecura, & libera a latronibus, & ſicarijs, & alijs delinquentibus; & cum lata ſit ſignificatio Territorij,cõprehendens vniuerſitatem agrorum intra fines cuiuſque Ciuitatis, *l. pupillus, §.ſi Territorium, ff.de verb.ſignific. Hieron. de Mont.tract.de finib.regun. cap.6. num.1.* ſequitur, vt in quacumque parte Territorij committatur delictum,Ciuitas tene-
93 bitur;& hoc iuſta quidem lege ſancitum eſſe videtur, quia Vniuerſitatibus ideo conceſſum eſt pedagia a tranſeuntibus per eorum Territoria exigere, vt tutum iter præbeant, & aſpera, difficiliaque complanent; *Dec.conſ.534. n 6. & conſ. 74.n.4.relatus a Menoch.conſ.21. nu.28. Tholoſ.in ſynt.ag.iur.lib.3.n.7.*

Et ſicut poſſunt cogere tranſeuntes
94 per Territorium ad ſolutionem pedagij, etiamſi non vadant per viam rectam, *Bald.in l.3.n.4 C.de priuil.fiſ.* ita debet cuſtodire etiam totum Territorium, iuxta illud *Hoſtien.in ſum.de Eccleſ.ædific.n 1.*

Commoda qui ſentis,iungas onus emolumentis.

Quid autem ſi Statuto alicuius Ciuitatis cautum ſit, Plebatum,Caſtra,& Vniuerſitates teneri ad emendationem damnorum datorum in eorum Territorijs, & Diſtrictu,extendatur ad furtum in aliqua domo rurali intra dictum Territorium exiſtentem: & affirmatiuè determinat *Conciuis meus Magonius in deciſ. Florentin.123.Dominus Ioannes,per tot. viden.*

95 Quid ſi damnum illatum ſit a multitudine hominum,cui Communitas non potuit reſiſtere, an teneatur? negatiuè reſpondeas, quia ad impoſſibile nemo
96 tenetur,& pœna abſque culpa non irrogatur; ita in terminis *Bart.in l.1.§.Occiſorum.ff.ad S.C.Syllan.n.7.Oſaſcb.deciſ. Pedem.138. n.34.* vbi extendit, etiamſi
97 damnum illatum ſit de nocte,quia delictorum noctis tempore commiſſorũ præſumitur ignorãtia; ignorans autem
98 nec contemnere, nec pati, nec conſentire dicitur, *vt ibi per eum n.24. 25. &*
99 26.quem vide. Sed neque mulieres eſſe comprehenſas ſub huiuſmodi Statutis, & Conſtitutionibus tenet *Deci. in l. fœminæ, nu.92. ff.de reg.iur.ſequutus Io.de Plat. in l.patrimoniorum, C. de muner. patrim. lib.10. verſ.ſi autem;* Verùm pro omnimoda huius quæſtionis intelligentia recurre ad *Polyd. Rip. in ſuo tract. de de noct. temp. cap.30. de damn.dat.per tot.*vbi Doctorum diſcrepantes opiniones inter ſe conciliare diſtinguendo procurat, & nititur:quãuis in præcedenti *capitulo 29.n.fin.* fir-
100 met vineas etiam noctu ſuccidentem obligare Communitates ad damni emendationem; eſt enim grauiſſimum, atque atrociſſimum facinus vites ſuccidere, vt patet *ex toto tit. ff. arbor.*
101 *furt.cæſar. præſertim in l.2. & ibi gloſſ.* & hoc ſignantèr verum erit in agro Vrbeuetano, vbi vitium eximia qualitas viget, iuxta illud, *a fructibus earum cognoſcetis eos*: quis enim vini Vrbeuetani excellentiam, & generoſitatem (niſi abſtemius ſit) non agnoſcat, &
102 publicè fateatur? & ſi quis quis contrarium auſus fuerit affirmare, nulla alia pœna, quàm illius perpetua priuatio-
103 ne mulctandus, & vulgari Græcorum prouerbio irridendus erit, nempe.*Omnis abſtemius auus*; ideſt veſanus: Et ſi amico propinanti non reſpondeat, Athenienſium legem in conuiuijs latam, *aut bibe,* ſcilicet, *aut abi*, relatam *a Cœlio Rhodig. lib.7.cap.26. antiq.lect.* ſibi dictam putet. Et quod ſcribit *Horat.lib.3.carmin.Ode 21.* ad amphoram, ideo ſcripſiſſe puto, quia Vrbeuetano mero plena erat; libet carmina referre.

Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerumque duro: tu ſapientium
Curas, & arcanum iocoſo
Conſilium retegis lyæo.
Tu ſpem reducis mentibus anxijs,
Vireſque & addis cornua pauperi,
Poſt te neque iratos trementi
Regum apices,neque militum arma.

104 Sed hęc miſſa faciamus,ad rem noſtram redeundo. Quæſitum eſt, an ſtante Statuto,quòd Villa negligens in capiẽdo malefactorem, ſi condemnata fuerit, an inquam habeat regreſſum contra

tra bona fratrum delinquentis: quo-
modo ſit intelligẽdum huiuſmodi Sta-
tutum, vide *Roman. conſ. 508. præſens
conſultatio, per tot.*

Prohibentur etiam Communitates,
& Vniuerſitates ſub pœna Interdicti
105 Eccleſiaſtici, & pro qualibet vice ſcu-
torum quatuor mille, Cameræ Apo-
ſtolicæ applicandorum pœna, ſi locum,
ſeu campum liberum ad duellandum,
ſeu aliàs ad pugnandum tutũ, aut quo-
modolibet aſſignent, concedant, ſeu
tradant, aut aſsignari, concedi, ſeu tra-
di faciant, vel permittant, vt in *Conſtit.
19. §. 3. Iul. II. Bull. nou. tom. 1. pag. 434.*

106 Et duellum eſſe prohibitum, nedum
iure canonico, & ciuili, vt *in c. 1. & ibi
gloſſ. vlt. de purgat. vulg. l. 1. C. de gladiat.*
ſed etiam Iure Diuino, eruditè demon-
ſtrat *Barbat. conſ. 62. n. 8. lib. 1. Lancell.
in ſuo templ. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. nu. 7.
vbi alios congerit; Ioſeph Ludou. deciſ.
Lucen. 11. n. 2.*

107 Et quæcumque conſuetudo in con-
trarium corruptela dicenda eſſet, *Bar-
bat. d. conſ. 62. Grat. conſ. 3. lib. 2. nu. 5. &
ſeq.* & alij relati a *Cherub. iun. ad dict.
Bull. Iul. II. ſchol. 1. quibus adde Concil.
Trident. de reformat. ſeſſ. 25. cap. 19. &
Pij IV. Conſtit. 21. Bull. nou. tom. 2. pag.
31.* & ad ſupradictã Concilij Tridenti-
ni declarationem, & extenſionem ad
duella etiam priuatim ex condicto cõ-
miſſa, vide *Greg. XIII. Conſtit. 78. ad
tollendum, d. Bull. & tom. 2. pag. 461. &
ibi Cherub. iun. ſchol. 1. & 2.* Et prædi-
ctas omnes Cõſtitutiones in hac duel-
lorum materia innouabit *Clem. VIII.
in ſua Conſtit. 11. illius iuriſd. Bull. tom.
3. pag. 13. vbi Cherub. iun. ſchol. 1.* ait,
108 non habere locum has Conſtitutiones,
quando calore iracũdiæ inuitaret quis
inimicum ad duellandum; ponderan-
do verbum Bullæ, *ex compoſito*, quod
animum deliberatum innuit, & idem
tenet *Ioſeph Ludou. deciſ. Lucen. 11 nu.
10. & 11. & per tot.* videndus; & plura
ad materiam duellorum vide apud
*Greg. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuer. lib.
48. cap. 16. Claud. Cotber. de re milit. lib.
3. cap. 24. Iul. Ferret. tract. de duell.*

Atque hæc de delictis, quæ grauia
dicuntur, & in quibus Communitates
incidere, & puniri poſſunt, enarraſſe
ſufficiant. Veniendum nunc eſt ad ter-
tium genus, nempe leuium, iuxta do-
ctrinam *Luc. de Penn. ſupra pſitam*.

109 Tertium genus delictorum leuium
appellatum continet dolum malum, &
omnia crimina, quibus imponitur pœ-
na relegationis, & infra, iuxta opinio-
nem *Luc. de Penn. in d. l. 3. num. 7. C. de
exact. & execut. lib. 12.*

110 Poſſunt autem huiuſmodi delicta in
Communitatibus conſiderari, ſi faciant
locationes ad longum tempus, quæ ſi-
ne licentia Papæ ſubſtineri nequeunt,
ex *Conſtitut. 42. inter varias, Sixti V.
Bull. nou. tom. 2. pag. 545. & Clem. VIII.
hac noſtra Conſtit. § 12. & videndus eſt
tex. in l. fin. C. de vend. reb. com. lib. 11.*

Idem erit in venditionibus, & alie-
111 nationibus, quæ ſine certis ſolemnita-
tibus fieri non poſſunt, vt dicemus in-
fra ſuo loco, quibus ſolemnitatibus re-
nunciari non poteſt, *Afin. de execut. §.
5. cap. 13. nu. 2.* & in contractibus quo-
que conſiderari poſſe dolum, dicit *tex.
in l. 1. in fin. ff. de dolo mal. & met. ex-
cept.*

112 Et ideo in dolo videntur, quia do-
lus eſt machinatio quædã alterius de-
cipiẽdi cauſa, cum aliud agitur, & aliud
ſimulatur, vt docet *tex. in l. 1. §. 2. ff. de
dol. Lancellott. Corrad. de off. Præt. tit. de
falſar. n. 4. Decian. tract. crim. lib. 1. cap. 4.
de dol. n. 1.*

113 Sed cum iuxta Doctorum opinionẽ
præcipuè *Bart. in l. quod Nerua, nu. 14.
ff. depoſit.* dolus duplex ſit, alius verus,
alter verò præſumptus, itaut verus do-
lus in faciendo, præſumptus verò in
omittendo conſiſtat, vt latè docet *A-
lex. conſ. 103. videtur prima conſidera-
tione, n. 13. verſ. nam differentia eſt, lib. 1.
relatus a Decian. tract. crim. lib. 1. cap. 4.
de dolo, n. 14. verſ. alij tamen*, licèt ipſe
114 aliam afferat diſtinctionem *in n. 16.* vi-
delicet verum dolum eſſe, qui nonniſi
in malam partem interpretari poteſt,
nullaque ratione, aut prætextu tergi-
uerſari valet, itaut reus ſe ipſum excu-
ſare, quin doloſè admiſerit, non poſſit.

Præſumptus verò dolus eſt, cum eius
115 quidem coniecturæ extant, ſed non tã
vehementes, quæ iudicẽ in certam cre-
dulitatem inducant, vt non poſſit etiam
in bonã partem interpretari, vt ibi per
eum.

116 Iuxta quam doctrinam exiſtimo, in
Vniuerſitatibus non poſſe conſiderari
verum dolum, quia ſemper iudex cer-
tam habere credulitatem poteſt, admi-
niſtratores ſcilicet rerum publicarum
noluiſſe decipere contrahentes cum
Communitatibus, ne dum alienæ ſtu-
dent vtilitati, & commodo, propriæ
conſcientiæ obliuiſcantur, cum nemo
præ-

117 præſumatur immemor ſalutis æternæ, *c.inuenis,de ſponſal.cum ſimil.l.volt.C.ad leg.Iul.repet.Menoch.conſ.37.nu.113.& conſ.491.n.15.*

Imò contrarium vt plurimùm videmus ſeruari in practica, vt ſcilicet Adminiſtratores rerum publicarum magis propriæ, quàm publicæ vtilitati inuigilent, vt legitur *in princ. huius noſtræ Conſtitutionis, & alibi ſæpe,* & animaduertit *Lancell. Corrad. tract. de Decurion.nu.56.*

118 Accedit, quamlibet cauſam etiam iniuſtam excuſare quem a dolo, *l.igitur,* §.1. *ff.de liber.cauſ. l.1.in fin. vbi Bart. ff.de ambig.Lãcell Corrad.de offic.Præt. in crim.tit.de falſar.n.6.*

119 Quapropter potius præſumenda erit ignorantia, & imperitia ſolemnitatum requiſitarum, quàm dolus in contra-

120 ctibus ſupra narratis: per ignorantiam verò, aut imperitiam delinquentibus parcendum eſſe, pluribus demonſtrat *Tiraquell.de pœn.temper.cauſ.10.& alÿ ſeq.cauſ.* vbi rationibus, & iuribus per eum adductis probat mitiùs agendum eſſe in delictis per ignorantiam, inſcitiam, vel imprudentiam commiſſis. Et

121 mitius quoque puniendum eſſe dolum præſumptum, quàm verum, *gloſſ. not. in l.ſi mora, ff. ſol. matr.* quam refert, *alios quoque adducens Decian. d. lib.1. cap.4. de dol. n.17.* & ad hoc vt incurratur pœna grauis, requiritur ſcientia vera, non præſumpta, *Alex.conſ.52.nu.1. lib.7 Corn.conſ.313.n.9.lib.4. Rot.diuer. deciſ.578.n.3. par.1.*

122 Inter leuia quoque delicta connumerari poſſunt, ſi Oratores, Agentes, & Priores ab Vniuerſitatibus ad Vrbem mittantur ſine licentia ſacræ Congregationis, etiamſi tales Legati, Oratores, Agentes,& Priores ſumptibus proprijs tale munus ſuſcipere velint: hoc enim expreſſis verbis prohibitum eſt *a Sixto V.in ſua Conſtit.* 42. §. 8. *ac ne eaſdem,Bull.nou.tom.2.pag.546. & innouatum a Clem.VIII.in hac noſtra Conſtit.§.13. & 14. & nos dicemus infra latius.*

123 Dixi hæc eſſe leuia delicta, quia pœna arbitraria iudicis plectenda ſunt in *dicta Conſtit. Sixti V. & §. 9. quòd ſi*

124 *quis*; pœnam verò arbitrariam non poſſe excedere relegationem, dicit *Menoch.de arbitr. caſ.300. n.5. ſequutus Capoll.conſ.72.vol.2 in crim.*Verùm Clemens VIII. alias multò grauiores pœnas expreſſit, videlicet qui huiuſmodi munus ſuſcipere auſus fuerit, officijs per eum obtentis eò ipſo priuatus, & ad illa, & alia quæcumque obtinenda perpetuò inhabilis,& incapax, necnon infamis, & ignominiæ, atque infamia notatus cenſeatur, vt *in citato §. in fin.* Attamen cum omnes iſtæ pœnæ ſint legales, ſub arbitrio iudicis poſitæ ſunt, itaut illas augere, & minuere valeat, iuxta facti, & perſonarum qualitatem, vt eſt *tex in terminis caſus noſtri de infamia in l. etſi, & ibi gloſſ. C. ex quibus cauſ.infam.l.hodie,13. ff de pœn.Bar. in l.quid ergo,§.pœna grauior,num.9. & n.fin. ff. de ÿs, qui not.infam.Tiraq. de pœn.cauſ.31.n 35.& clarius ſupra in præfat.n.16.17.& ſeq.Mar.Ant.var.reſolut.lib.3.reſol.12.Reuerendiſſimus,n.5 Menoch.de arbitr.lib.quæſt.96.n.14.*

Sed quoniam infra latius ſuis locis dicemus de delictis, quæ tam in omittendo, quàm committendo contra formam præſcriptam in hac noſtra Cõſtitutione ab Vniuerſitatibus perpetrari poſſunt, ſeu de facto perpetrantur, quibuſuè pœnis plectenda ſint, hic pluta non addam.

125 An autem Ciuitates poſſint huiuſmodi pœnas remittere, dicas poſſe quidem, ſi pœna pecuniaria ſit, & ſi ſit pœna infamiæ, & non pecuniaria, non poſſe, *Bart. Raph. & alÿ multi adducti a Marſ.de bannit.in verb.Ciuitate,n.84. vbi limitat*

Primò, ſi pœna infamiæ a Statuto lata ſit, quia illa per contrarium Statutũ tolli poteſt.

Secundò fallit in Ciuitatibus non recognoſcentibus Superiorem; tunc omne, quod poteſt Princeps, poſſunt tales Ciuitates.

Tertiò fallit, quãdo quis iniuſtè erat damnatus, nam poterit eo caſu pœna remitti ab ipſa Ciuitate, ſecus autem, ſi iuſtè damnatus vellet illi Ciuitas remittere per viam indulgentiæ, & gratiæ, vt ibi per eum latiùs.

126 Pulchram quoque excitat quæſtionem *Ioannes de Platea in l.in filijs,n.4. C.de Decurion. lib.10. in hac verba.* Pone, quòd Poteſtas fecit conuocare Conſiliarios Ciuitatis ſub certa pœna, & venerunt duæ partes, quæ ſufficiunt ad explenda negocia, *l.quod maior, ff. ad municip.* vtrum illi, qui nõ venerunt excuſentur a pœna, cum ſine ipſis legitimè factum ſit, quod erat agendum, & negatiuè reſpondet, non eſſe ſcilicet excuſandos, quia licèt eorum præſentia

non

non eſſet neceſſaria, tamen pœna, qua prius erant alligati, non remittitur, *ex notatis in d.l. in filijs*.

127 Confiſcationes, pœnæ, & mulctæ quibus verò ſint applicandæ, Principi, vel alijs, pendet ex priuilegijs, vt obſeruat *Gratian. d.ſcept. forenſ. cap.642. pœnæ prouenientes, tom.4. qui loquitur* §.4. in Ciuitate Anchonæ habente in hoc priuilegia Summ.Pont.

128 Et quod Vniuerſitas exigens pœnas a committentibus delicta in pontibus, & vijs, teneatur has pœnas erogare in reparationem horum pontium, & viarum, ſcribit *Ruin. conſ.116. viſa, & benè intellecta, n.16. & 17. vol.4.*

129 Quomodo autem intelligenda ſit *Conſtit. Pij IV. quæ eſt 43. in ordine*, ſuper applicatione pęnarum maleficiorum Cameræ Apoſtolicæ, & fuit confirmata *a Sixto V. & Clem. VIII.* vt dictum eſt ſupra; ac etiam *Bulla 52. eiuſdem Pij IV.* de pęna conuentionali de non offendendo; vide *Fabium Timeũ in addit. ad vlt. deciſ. Lucen. Magonij*, qui dicit habere locum in cauſis, quæ concernunt dictam Cameram, & eius fiſcum, non autem quando pęna conuentionalis ad d.Cameram non ſpectaret, nec ſpectare poſſet, & adducit exẽplum in Patria Vrbeuetana, quæ cum habeat merum, & mixtum imperium, ſitque ſuperior, & domina, cum omnimoda gladij poteſtate multorum Caſtrorum in eius territorio exiſtentium, quoties contingit fieri pax, vel dari fideiuſſores de non offendendo inter incolas dictorum Caſtrorum, & ditioni Ciuitatis ſubiectorum, ſemper pęna ſtipulatur pro Cõmunitate eiuſdem, non autem pro R. Camera, & ideo in illis habebit locum ius commune, non autem dicta Conſtitutio Pij IV. *Hæc Timeus, qui citat Thob. Noricum hoc idem dicentem in conſ.110. n.9.* quos ambos refert *Guazzin. tract. ad defenſam, defenſ.22. cap.1. nu. fin. ad fin.*

Et licèt cõtrarium videatur ſcribere *Cherub. iun. ad d.Cõſt.43. Pij IV. ſchol.2* Attamen opinio ſupradictorum magis æqua, & iuridica videtur, ponderando etiam *d.Conſtit. in* §. 4. vbi limitat diſpoſitionem in pęnis conceſsis titulo oneroſo, & pecunia actualitèr numerata: cum autem Ciuitas Vrbeuetana emerit hæc Caſtra ab ipſa Camera, prę-uia actuali ſolutione pecuniarum; & pęnæ ſint fructus iuriſdictionis, *Boſſ. tract. de pœnis, n.32.* ideo in caſu noſtro pęnæ non erunt applicatæ Cameræ, ſed Ciuitati debentur.

Excipit etiam dicta Bulla pęnas conceſſas, & applicatas pro reparatione pontium, & viarum, & in primis Eccleſiarum, & piorum locorum, & alijs rebus publicis, *vt in d.* §. *4. in fin. confirmata, vt diximus, a Sixto V. in eius Bulla 93.* §.8. Cum aſsignatione tamen termini ad docendum de titulo oneroſo, ſeu publico in plena Camera Apoſtolica, vt ibi latius, &c.

Vniuerſitates autem delinquentes in
130 quocumque crimine audiũtur per procuratorem, & Syndicum, *Myſin. cent.4. obſer.76. n.4. & per tot. Guazzin. ad defenſam defenſ.12. cap.1. n.29 verſ. & etiã; Bald. in l. reos, n.27. C. de accuſat.* reddens rationem, ſiue Vniuerſitates accuſaurint, ſiue ſe ipſas defendant, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Camerarij Dignitas ſecunda eſt in Vrbe poſt Papam; prima enim penès Viceccãcellarium eſt; tertia verò Summi Pœnitentiarij dicitur.*

2 *Camerarius vnde, & qua ratione ſic fuerit appellatus.*

3 *Camerarius ante Gregorium VII. anno ſalutis 1073. Archidiaconus dicebatur.*

4 *Sanctus Laurentius anno 257. Sixto Papa II. ſedente Archidiaconus Romanæ Eccleſiæ fuit.*

5 *Sanctus Laurentius fuit Cardinalis Sãctæ Romanæ Eccleſiæ.*

6 *Camerarij Dignitas Cardinalatui annexa reperitur annis hinc 431.*

7 *Camerarij munus, & officium quale fuerit, & cur etiam mortuo Papa non expiret.*

8 *Spiritualia diù eſſe non poſſunt ſine redditibus Eccleſiaſticis.*

9 *Camerarius hodie non habet amplius curam eleemoſynarum; & quare.*

10 *Camerarius totius Vrbis gubern iũ olim habebat.*

11 *Vrbis gubernium exercet hodie vnus ex Prælatis a Summo Pontifice deputatus, qui Vicecamerarius dicitur.*

12 *Hieronymus Grimaldus Patritius Ianuenſis Gubernato Vrbis.*

13 *Camerarius hodie recipit iuramenta a Prælatis ad gubernia miſſis.*

14 *Camerarius eſt caput ſupremi Tribunalis Cameræ Apoſtolicæ, eiuſque nomine reſolutiones fiunt.*

15 *Camerarius in Vigilia SS. Apoſtolorum*

Petri, & Pauli in plena Camera reſidet, feudatarios requirit, & cenſus, ac feuda recipit.

Contra piratas, & noua pedagia imponentes procedit, & arma ad Saracenos deferentes punit; & hanc facultatem cumulatiue habet cum Auditore Cameræ. nu.16.

Omnes cauſas intereſſe Cameræ concernentes ſummariè cognoſcit. nu. 17

Ad ornandam Vrbem, eiuſque deformitatem tollẽdam cum Magiſtris viarum procedit. nu. 18.

19 *Venditio domus alteri quàm vicino facta non eſt nulla ipſo iure, ſed tantùm vicino volente; & quare.*

Amplia, quàmuis in Bulla dicatur eò ipſo, & ipſo iure, quia hæc clauſula ſemper intelligitur, ſi ille voluerit, ad cuius fauorem poſita fuit.

21 *Venditor non tenetur requirere vicinum ex Bulla Sixti IV. ſed ex Bulla Gregorij XIII.*

22 *Camerarius cognoſcit cauſas dohanarum, gabellarum, & illarum conductorum.*

23 *Camerarij, & Clericorum Cameræ facultates, & priuilegia confirmauit Leo Papa X.*

24 *Theſaurarij Prouinciales Cardinali Camerario ſubſunt.*

25 *Camerarius compellere poteſt Officiales Vrbis, & Eccleſiaſticæ ditionis ad obediendum mandatis ſuis in concernentibus tamen officium ipſius Camerarij.*

26 *Computa iam ſolidata reuidere, contractus Cameram lædentes reſcindere, detentores ad dimittendum compellere manu regia, & appellatione remota procedere poteſt Camerarius.*

27 *Contractus præſumitur læſiuus, ſi fuit omiſſa forma tradita in Conſtitutionibus Apoſtolicis.*

28 *Præſumptio læſionis ceſſat, ſi hæc a futuro euentu pendeat, quia læſio inſpicitur ſolùm tempore contractus.*

29 *Camerarius, & Clerici auocant cauſas concernentes intereſſe Cameræ a quibuſcumque Iudicibus, & Tribunalibus, etiam S.R.E. Cardinalibus, abſque alio Papæ mandato cum facultate inhibendi.*

Limita, ſi adſit commiſſio Papæ cum derogatione Conſtitutionis Pij Quarti. num.30

31 *Signatura Iuſtitiæ non reſcribit in cauſis Cameralibus, & ipſamet Camera cognoſcit, an cauſa ſit Cameralis.*

32 *Camerarius eſt executor priuilegij conceſſi a Clemente Octauo Vniuerſitati hebræorum circa penſiones domorum.*

33 *Camerarius cognoſcit venditiones pignorum hebræorum, & fructuum priuatiuè quoad omnes.*

Licentias tamen fœnerandi, medendi, duas vxores habendi, nummulariam exercendi hebræis concedere non poteſt num.34.

Monetas reprobatas ad Vrbem deferri, non concedit. nu.35.

A conceſſione moratoriarum, ſiue dilationum cõtra prohibitiones Summorum Pontificum abſtinere debet. n.36

Saluos conductos ad impediendas executiones mandatorum aliorum iudicum non concedit; & quid ſi Nautis concedatur? num.37.

Tractas annonam, vel graſciam reſpicientes, niſi ſub certa lege concedere non poteſt. num.38.

39 *Exactiones annonæ, & graſciæ intra quadrageſimũ lapidem concedunt Præfecti annonæ, & graſciæ ſub nomine, & ſigillo Camerarij.*

40 *Licentias emendi frumenta, illaque in ſolutum recipiendi non concedit Camerarius.*

Indulta, ne quis teneatur in ſolidum, ſoluta rata ſibi tangente, niſi ad fauorem conducentium graſciam ad Vrbẽ, concedere non debet. num.41.

Pœnas ſtatutarias ad fauorem certarum perſonarum alterare non poteſt. num.42.

Licentias vendendi ſtabilia, ſiue accipiendi pecunias ad cenſum, faciendi nũdinas, & mercata Vniuerſitatibus ne concedat. num.43.

44 *Licentias prædictas alienandi hodie concedit Congregatio Boni Regiminis abſque vll. impenſa.*

45 *Vniuerſitates mediatè ſubiectæ, quæ Bullam Boni Regiminis non agnouerunt, licentias prædictas expediunt in Camera Apoſtolica, ſoluta mercede.*

46 *Camerarij officium, & iuriſdictio, Sede vacante circa quæ verſetur.*

47 *Conclauis conſtructio, & ornatus ad Cameram pertinet.*

48 *Camerarius cum alijs tribus Cardinalibus, quos Ordinum Capita dicunt, alios Cardinales conuocandi facultatem habent.*

49 *Ordinariam iuriſdictionem, quam habet Camerarius viuente Papa, retinet etiã Sede vacante.*

50 *Quid agat Camerarius cum alijs Clericis in adminiſtratione rerum, & bonorũ cameralium.*

Car-

51 *Cardinales ingerere ſe in officio Camera-*
rij non debent, etiam vacante Sede, nec
tenetur illis obedire, præterquam in
certis caſibus.
52 *Camerarius erogãdo pecunias Cameræ de*
mandato Cardinalium tenetur ad re-
ſtitutionem arbitrio Pontificis futuri.
53 *Cardinales non poſſunt aliquem Came-*
rario adiungere, niſi manifeſta neceſſi-
tas exigat.
54 *Camerarius eſt iudex ordinarius, eiuſque*
Tribunal eſt maius Auditorio Rotæ.
Inhibitiones tamen huius Tribunalis
ad impediendam exactionem credito-
rum Vniuerſitatum non attenduntur.
num. 55.
56 *Cencius Sabellus fuit Camerarius inſi-*
gnis, & celeberrimus, poſtea S. R. E.
Cardinalis, demum B. Petri Succeſſor
Honorij III. nomine.
57 *Guido Biſentius Regulus Vrbeuetanus*
fuit S.R.E. Cardinalis Archidiaconus,
& Honorio III. inſignia Pontificia
Peruſiæ contulit.

§. IV.

Gloſſ. 2.

Camerarius.

CAP. XV.

1 CAMERARII Dignitas ſecunda eſt in
Vrbe poſt Papam; prima enim penès
Vicecancellarium reſidet, *Sarnen. in*
procem. Reg. cancell. quæſt.
1. dum ait, primam Dignitatem, Vice-
cancellarij ſcilicet a Ioanne XXII. in lu-
cem reductam, & ſummo ſplendori red-
ditam fuiſſe: hanc verò ſecundam, ideſt
Camerarij ab Eugenio IV. auctam; Sum-
mi autem Pœnitentiarij, quæ tertia eſt,
& perfectum Triumuiratum in Eccleſia-
ſtica hierarchia conſtituit, Benedicto
XII. ſedẽte in lucem prodijt, quæ poſtea
a prædicto Eugenio IV. & Sixto IV. lo-
cupletior reddita fuit.
2 Camerarij nomen a Camera dictum
putat *Veſtr. in pract. lib. 2. cap. 1. in princ.*
ea motus ratione, quia Pontifici in au-
dientia domeſtica aſſiſteret. Hoc etiam
voluit *Panuin.* aliam aſſignans rationẽ,
quia ſcilicet pecuniarum Eccleſiaſticarũ,
quæ in Cameris ſeruabantur, curam ge-
reret, vt in eius *libro de interpret. nom.*
obſcur. Eccleſ. relatus a Moſcon. de maieſt.
milit. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. pag. 133. addens
hoc nomen Camerarij ſub Gregor. VII.
3 qui anno ſalutis 1073. Summus Pontifex
renunciatus fuit, originem habuiſſe; ſi-
quidem antea Archidiaconus S.R.E. di-
cebatur, quo nomine ſuppreſſo, in eius
locum Camerarius ſucceſſit: ita *Moſcon.*
loco citato ſub litera B.
Hinc notant ſcribentes Sanctum Lau-
4 rentium anno ſalutis 257. Sixti Papæ II.
Camerarium (ſub Archidiaconi nomi-
ne) cuſtodem ſcilicet, & diſpenſatorem
Eccleſiaſticarum facultatum fuiſſe, de
quibus a tyranno requiſitus, reſpondit.
Facultates Eccleſiæ, quas requiris, in
Cœleſtes theſauros manus pauperum de-
portauerunt. Grauat. ad Veſtr. in pract.
5 *d. lib. 2. cap. 1.* & D. Laurentiũ S.R.E. Car-
dinalem fuiſſe affirmat *Manfred. de Card.*
cap. 4. verſ. his quidem, cuius opinio licèt
6 habere poſſit difficultatem, Officium
tamen Camerariatus multis ab hinc an-
nis Cardinalitia dignitate decoratum
fuiſſe colligitur *ex c. ad audientiam, de*
præſcript. ibi. Conſiderantes etiam librum
cenſualem, quem non ſuſpectum habui-
mus, licèt non in noſtra, ſed in Card. Sã-
cti Adriani Camera fuerit inuentus, qui
eum, quando Camerarius fuerat, de Ca-
mera B. Petri ſuſceperat: hæc autem De-
cretalis eſt Innocentij III. qui die 22. Fe-
bruarij 1198. Pont. Max. renunciatus fuit,
ex Cronol. Panuini.
Cardinalis verò Camerarij officium,
& munus fuiſſe, Eccleſiaſticos redditus
pauperibus erogare, notat *gloſſ. in c. 1.*
verb. aut ligandi, 8. quæſt. 1. addens A-
7 poſtolorum tempore officium hoc Dia-
conos ab ipſis Apoſtolis electos exer-
cuiſſe; & ideo Camerarij officium, etiam
mortuo Pontifice non expirat, ne ſcili-
cet interim pauperes, qui alendi ſunt,
fame pereant, *c. paſce, 80. diſtinct.* ac etiã,
ne redditus Eccleſiaſtici, ſine quibus ſpi-
ritualia diù eſſe non poſſunt, negligãtur,
1. quæſt. 3. c. ſi quis obierit; c. cum ſecundũ,
de probat. Gherub. iun. ad Conſtitut. 41.
Pauli III. ſchol. 2 in compend. Bullar.
9 Hodie tamen Camerarius eleemoſy-
nas pauperibus non erogat, ſed ipſemet
Papa per manus Prælati, ſiue alicuius ex

ſuis intimis Cubicularijs,qui Summi Pō-
tificis Eleemoſynarius dicitur, eleemo-
ſynas in pauperes, loca pia, miſerabilei-
que perſonas, præſertim in eos, qui vl-
tra montes ad hæc ſacra Vrbis loca ve-
neranda accedunt, erogare facit: pecu-
niæ tamen ab Aerario vigore mandati
ab ipſo Camerario Card. & Theſaurario
generali ſubſcripti recipiuntur, vt ſcribit
*Flau.Cherub.in compend.Bullar.ad Bul.
penult. Vrbani VI.ſchol.2.*

Gubernium quoque Vrbis, ac totius
10 Exclefiaſticæ ditionis in temporalibus
habuiſſe Card.Camerariū affirmat *Veſtr.
lib.2.cap.1.verſ.hinc enim, ſuæ pract.* Sed
11 hodie,& multis ab hinc annis Guberna-
torem Vrbis eligit Summus Pontifex,&
hic nedum Gubernator, ſed Vicecame-
rarius quoque dicitur, & ad ipſius Pon-
tificis beneplacitum in Officio perma-
net; ex ipſa tamen Vicecamerarij de-
nominatione, & prærogatiuis, quibus
decoratus eſt, apparet in locum Came-
rarij ſucceſſiſſe, illiuſque vices gerere:
cui etiam muneri præfuerunt Viri præ-
clariſsimi, & ad Cardinalatus Dignita-
12 tem eue&ti, ac inter alios. Hieronymus
Grimaldus Patricius Ianuenſis, vir qui-
dem caſtigatiſsimi ingenij, & ad quæcū-
que publica munia pertractanda, ſum-
ma, incomparabilique prudentia orna-
tiſsimus, qui denique apud Chriſtianiſ-
ſimum Francorum Regem Sedis Apo-
ſtolicæ Nuncius, ſacra Purpura decora-
tus, & inter Vaticanos Senatores ab Vr-
baño VIII. die 13. Iulij 1643 aſſumptus
fuit. Sed alia quoque Eccleſiaſticæ ditio-
nis gubernia per Prælatos, proboſque
Viros ab ipſo Pontifice, & Sacra eius
Conſulta ele&os, deputatoſque regun-
tur; itaut penès Cardinalē Camerarium
13 de benè, fidelitèrque commiſſa guber-
nia adminiſtrando iuramētorum recep-
tio nunc ſolùm remanſerit, *vt idē Veſtr.
obſeruat.d.lib.2.cap.1.n.1. verſ. hic etiam
Pontifex.*

14 Sed Cameræ Apoſtolicæ (ſic dicta,
quia in Apoſtolico Palatio celebratur)
caput eſt Eminētiſsimus Cardinalis Ca-
merarius, eiuſque nomine reſolutiones,
expeditioneſque omnes celebrantur *ex
Conſtit.3.§.9.Iulij III.Bull.nou. tom.1.
pag. 692.* Hæc autem Camera, ſeu Tri-
bunal in Romana Curia ſupremum ex
ipſo Card. Camerario, alijſque multis
Prælatis, & viris egregijs conſtituitur,vt
*diximus aliàs in Notitia Cardinalatus
ſecunda parte*, qui bis in hebdomada (ſi
ceſſent impedimenta) inſimul ad cauſas
decidendas conueniunt, iuxta formam
traditam a *Pio IV. Conſtit. 87. per tot.
Bull.nou.tom.2. pag.* 122. licèt ipſe Car-
dinalis Camerarius grauioribus deten-
15 tus negocijs raro interueniat: in Vigilia
tamen recurrentis anni Principis Apo-
ſtolorum, quo die feudatarij, cenſuarij-
que omnes S.Sedis Apoſtolicę certo or-
dine, & proprio nomine vocati ad cen-
ſus, Canoneſque ſoluendos, ſub pœna
caducitatis per ſeipſos, ſeu eorum legi-
timos procuratores accedere tenentur
ad ipſos cenſus, canones, & tributa re-
cipiendos, pro Tribunali ſedendo vna
cum alijs Clericis, & Cameralibus mini-
ſtris, vt res tanti momenti eius auctori-
tate, & præſentia re&ius, validiuſque
geratur, & legitimum recipiat firmamē-
tum, ſemper adeſſe ſolet: quod autem
ad ipſius facultates attinet,nonnullas ex
Conſtitutionibus Summorum Pontifi-
cum deſumptas breuitèr enarrabimus.

Contra piratas, & noua pedagia im-
16 ponentes, & deferentes arma ad Tur-
chas, & Saracenos procedit *ex Conſtit.
1. Vrbani Quinti Bull. nou. tom. 1. pag.
219. vbi Cherub. iun.ſchol.1.* ait, hanc
iuriſdi&ionem Camerarij eſſe cumula-
tiuè cum Auditore Cameræ *per nouam
Conſtit.28.aliàs 20.Pauli V.incipit, exi-
miæ,§.14.d.Bull.pag.212.tom.3.*

17 Omnes,& quaſcumque cauſas intereſ-
ſe Cameræ concernentes ſummariè co-
gnoſcit *ex Conſtit.1.Vrbani VI.d. Bull
tom.1.pag.227.*

18 Vicinos non habitantes domos illas
vendere alijs vicinis reficere volentibus
cogit, idque cumulatiuè cum Magiſtris
viarum Vrbis, *Sixti Quarti Conſtit. 20.
per tot.* vbi hoc ad tollendam Vrbis de-
formitatem, eiuſque ornatum amplian-
dum agitur, *d.Bull. pag. 364. tom.1. vbi*
19 *Cerub. iun.ſchol.1.* firmat, venditiones
domorum fa&as alteri quàm vicino nō
eſſe nullas ipſo iure, ſed tantùm vicino
volente, quia de eius commodo Papa
cogitauit; & ita tenuit *Rota apud Put.
deciſ.8.lib.2.in nou.*vt in ſimili dicitur de
emphyteuta, & feudatario *per Iaſon. in*
20 *l.2.in 5.notab.C.de iur.emphit.*& ampliat
concluſionem, etiamſi in Bulla dicatur,
eo ipſo, & ipſo iure ſit nulla, quia hæc
clauſula ſemper intelligitur, ſi ille, ad
cuius fauorē eſt poſita, voluerit,*Caſſad.
deciſ.2.n.6.de locat.& cōduct.Rot.diuerſ.
deciſ. 21.n.3.de conceſſ. preben. in antiq.*
21 Imò nec tenetur venditor ex forma
huius Bullæ requirere vicinum, vt dixit
*Pariſ.cōſ.123.n.4.l.4.*Hodie tamē ex alia
Con-

*Conſtit. 22. §.8. Gregor. XIII. Bullar. nou.tom.2. pag.*387. venditor tenetur requirere vicinum, & hac Conſtitutione continentur etiam facultates ipſius Camerarij, & Magiſtrorum viarum in exequendo iure congrui.

22 Cauſæ de gabellis, dohanis, datijs, eorumque Officialibus tam in Vrbe, quàm extra tractantes Camerarij, Præſidentis, Clericorumque Cameræ iuriſdictioni ſubijciuntur *a Leone X. Conſt.*24. §.*6. dict. Bull. pag.*514. & 515. *tom.*1. vbi etiam
23 habes ab eodem Leone cõfirmatas fuiſſe facultates, & priuilegia Camerario, & Cameræ Clericis a Prędeceſſoribus Pontificibus conceſſas, vt *in §.2. & ſeq. alterius Bullæ annexæ*, quę 27. ſtatuta, & priuilegia continet per te ipſum videnda, vnà cum alia *Conſtit.3. Iulij Tertij pag. 692. tom.1. & Conſtit.87. Pij Quarti eodē Bull. tom. 2. pag.* 122. Theſaurarii per
24 Prouincias ditionis Eccleſiaſticæ commorantes Camerario, & Cameræ Apoſtolicæ Clericis ſubijciuntur *ab eodem*
25 *Leone X. Conſt.*24. §.6. Sicut etiam Officiales omnes Vrbani, & per Prouincias, & loca ditionis Eccleſiaſticæ deputati eidem Camerario obedire tenentur, & cõ. pelli poſſunt; habet enim Summi Pontificis viuæ vocis oraculum, vt legitur in *Conſtit.41. Pauli Tertij pag.680. tom.1. & Conſtitut.3. §.7 Iulij Tertij d. Bull. & tom. pag. 692.* quæ tamen intelligenda ſunt in concernentibus officium Camerariatus, vt *in Conſtit.55. §.1.2. & 3. Pij Quarti d. Bull. tom.2. pag.74.*

26 Poteſt etiam Camerarius computa iã ſolidata iterum videre, contractus lęſionem Cameræ continentes reſcindere, detentores bonorum eiuſdem Cameræ excutere manu regia, & appellatione remota procedere vigore *Conſtit.26. Pij Quarti d. Bull. tom 2. pag.36.* præſumitur
27 autem contractus læſiuus, ſi forma data in Conſtitutionbus Apoſtolicis, ſiue ab ipſo iure ſeruata non fuerit in contractibus, *c. qui contra iura, 82. de reg. iur. in 6. Roman. conſ.54. n.5. Rota apud Caputaq.*
28 *deciſ.200. n.2. par.3.* Sed ceſſat hæc læſionis præſumptio, ſi a futuro pendet euẽtu, læſio enim inſpicitur ſolùm tempore initi contractus, *l. ſi voluntate, 8. C. de reſcinden. vendit. Aim. Crauett. qui alios citat in conſ.114. n.16. Rot. coram Penia in vna Interamnen. mercium, 14. Iunij 1597. Cherub. iun. ad præd. Conſt.26. Pij Quarti ſchol.2.*

29 Camerarius, & Cameræ Apoſtolicæ Clerici quaſcumque cauſas ipſius Cameræ intereſſe concernentes ab omnibus Tribunalibus, & quibuſuis Iudicibus etiã
30 Cardinalibus ſine alio Papæ mandato auocant, cum facultate inhibendi ſub cẽſuris, & pœnis, niſi Commiſſio fuerit ſubſcripta manu ipſius Pontificis cum derogatione *Conſtit.35. Pij Quarti tom.2. pag.51. & Clem. Octaui Conſtit.65. tom.3. pag.90. & 93. vbi in §.38. & ſeq.* habes, Si
31 gnaturam Iuſtitiæ non reſcribere in cauſis Cameralibus, & ab ipſa Camera cognoſcendum eſſe, an cauſa ſit Cameralis, nec ne.

Eſt etiam Camerarius executor priui-
32 legij a Clemente Octauo Vniuerſitati hebræorum conceſſi circa penſiones domorum eis locatarum, qua in re vide *Cherub. iun. ad hanc Conſtit.65. dicti Põtificis ſchol.2.* vbi particulam dicti priui-
33 legij refert. Facultatem quoque habet Camerarius ſuper venditione pignorum hebræorum; ac eorum fructus cognoſcẽdi priuatiuè quoad omnes, vt in Motu proprio eiuſdem Clem. VIII. immediatè *poſt dictam Conſtit.65. impreſſ. tom. 3. pag.93.*

Quædam verò ſunt Camerario denegata, & interdicta, nec ſine certa licentia Papæ exequi valet, nempe
34 Licentias fœnerandi, medendi, duas vxores habendi, ſinagogas erigendi, nũmulariam, ſeu telonium exercendi hebræis concedere nequit, *dicta Conſtitut. 65. §.14.*
35 Monetam, ſeu quatrenos reprobatos ad Vrbem deferri non concedit §.15.
36 A conceſſione moratoriarum, ſiue dilationnm contra Summorum Pontificum prohibitiones abſtinere debet §.16.
37 Cedulas, quas nõ grauetur, ſeu ſaluos conductos vocant, ad impediendam executionem mandatorum aliorum iudicum ne concedat. In ſaluis conductis verò pro Naui, aut alijs quibuſcumque non poteſt apponere clauſulam, *quòd impetrans non moleſtetur ex cauſa etiam Religionis*, niſi eadem cauſa Romano Pontifici collata fuerit §.17.
38 Tractas frumentorum, aliarumque rerum tam annonam, quàm graſciã concernentes, niſi certa lege ſeruata, concedere nequit §.18.
39 Extractiones autem prædictorum intra quadrageſimum lapidem Præfectus annonæ, & graſciæ Præſes, ſub nomine, & ſigillo Card. Camerarij expediunt. §. 19. & §.20.
40 Abſtinere debet a conceſſione licentiarum emendi frumenta, & alia ſupradicta,

dicta, necnon eadem inſolutum acci-
piendi *in* §.21.
41 Indulta quoque, vt quis ſoluta rata ſi-
bi tangente non teneatur pro alijs, ne
concedat, præterquam ad fauorem con-
ducentium graſciam ad Vrbem, & in
quibuſdam caſibus aliàs permiſſis, §.22.
42 Pœnas quoque ſtatutarias ad fauorem
certarum perſonarum augere, ſeu alte-
rare non poteſt. *§.23.*
43 Licentias vendendi bona ſtabilia, im-
ponendi cenſus, faciendi nundinas, &
mercata Vniuerſitatibus ne concedat.
§.26.
Quod autem attinet ad licentias ven-
44 dendi bona ſtabilia, aut imponendi cen-
ſus, &c. ſciendum eſt; ſi Vniuerſitas fue-
rit Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta,
ſiue ſit mediatè, & Bullam Boni Regimi-
nis agnouerit, acceptaueritque, licentias
huiuſmodi expediendas eſſe ab ipſa Sac.
Congregatione Boni Regiminis nulla ſo
luta mercede, ſed omni ex parte gratis,
vt in d. Bulla.
45 Si verò Vniuerſitas ſit mediatè ſubie-
cta, nec Congregationem Boni Regimi-
nis agnouerit, tunc prædictæ licentiæ in
plena Camera expediuntur, certa quadã
mercede ſoluta Notario expedienti iux-
ta taxam Paulo V. ſedẽte renouatã, vt in
eius *Cõſtit.72. ſuper reformat. Tribunal.
Vrbis, tom. 3. pag.287.* vbi etiam habes,
quid ſoluendũ ſit Camerario pro ſigillò
cuiuſuis expeditionis.
46 Verùm quia diximus ſupra, Came-
rariatus officium, & iuriſdictionem non
expirare etiam Pontifice defuncto, quæ-
ritur, quibus in rebus hoc tempore (quo
Sedes vacare dicitur) eius officium, &
iuriſdictio verſetur.
47 Conſtruendi igitur, & ornandi Con-
claue (vbi noui Pontificis electio cele-
branda erit) primo loco Camerarius
curam gerit, *Iul. Lauor. teſte, tract. de cõc.
cap. 1. in princ.* apud quem videre pote-
ris, quid ſit Conclaue, eius originem, &
conſtructionem.
48 Camerarius, & cũ eo alij tres Cardina-
les, quos Capita Ordinum vocant, quia
ex quolibet Ordine nempe Epiſcopali,
Presbyterali, & Diaconali eliguntur, ius
habent vacante Sede reliquos Cardina-
les conuocandi, occurrentes neceſſita-
tes in Congregationibus proponendi, &
vt Conclaue vndiquè benè claudatur cu-
randi, *ex Conſtit 63.* §.7. *Pij IV. d. Bull.
nou. tom. 2. pag. 91.*
49 Vltra iuriſdictionem, quam proximè
diximus habere cum Capitibus Ordinũ,
retinet etiam ſuam ordinariam, quam
habet viuente Pontifice, ex quo illa nun-
quam expirat, vt probat *tex. in Clem. 2.
§. porrò, de elect. & in præcitata Conſtit.
63. §. 9. Pij IV.*
50 Debet etiam Camerarius vnà cum a-
lijs Clericis, & Miniſtris Cameræ exa-
ctionibus pecuniarum ipſi Cameræ de-
bitarum, & prouiſionibus Sedis vacantis
incumbere, a ſolidationibus tamen com-
putorum, extractionibus frumentorum,
gratijs delictorum, alijſque ſimilibus in-
terim abſtinere debet, *vt in præcitata
Conſtit. 63.* §.9. cuius rei rationem red-
dere nititur *Iul. Lauor. de Conclau. cap. 3.
num. 37.* ne ſcilicet nimium ſuæ ampliſſi-
mæ iuriſdictioni intentus temporales
Eccleſiæ redditus, ſine quibus ſpiritualia
diu eſſe non poſſunt, paruifaciat, & ne-
ceſſaria pauperum ſubſtentatio retarde-
tur, *c. paſce, 86. diſtin.* cum ad eumdem
Camerariũ ſpectet temporales Eccleſiæ
facultates pauperibus erogare, vt dixi-
mus ſupra, & eſt *gloſſ. in d. Clem. 2.* §. *eo
tamen, in verb. Camerarium, de elect.* quę
ſubdit hodie magnum eſſe officium, &
habere iuriſdictionem in omnes debi-
tores Cameræ, & Auditorem quoque
habet ad hoc, & putat, quòd etiam poſ-
ſit habere vacante Sede, ponderando
verba *text. vbi etiam Vitalin. in procem.
huius Clem. n.45.* ait Cardinales non ſe
51 intromittere in officio Camerarij Sede
vacante, licèt ſi mors illius contingat,
poterit Cętus Cardinalium in eius locũ
alium ſufficere, prout etiam dicit ibi tex.
& adeo verum eſt, Cardinales non poſ-
ſe vacante Sede ingerere ſe in officio
Camerarij, vt hic non teneatur obedire
Cardinalibus contra ea, quæ *a Pio IV.*
52 *d. Conſtit. 63.* ſancita leguntur: quinimò
ſi eis obtemperauerit, de proprio Ca-
meræ Apoſtolicæ integrè ſatisfacere, pe-
cunias erogatas reſtituere, & quæuis
damna ad eligendi Pontificis arbitrium
reſarcienda cogi poterit, *vt ibi §. 6. verſ.
neque Camerarius; Iul. Lauor. loco citato
nu.* 21. Nec poſſe ſacrum Purpuratorum
53 Patrum Senatum vacante Sede aliquem
Camerario in officio adminiſtratione
adiungere, niſi manifeſta neceſſitas im-
pelleret, quia ſcilicet Camerarius bona
Eccleſiæ dilapidaret, ſcribit *Gãbar. tract.
de legat. lib. 9. n. 53. & ſeq.* qui hanc quæ-
ſtionem in facto contigiſſe ait vacante
Sede per obitum Leonis X. quem vide;
nam loquitur etiam de Caſtellano Ar-
cis, cui nec etiã adiungere poſſunt Car-
dinales alium, niſi ipſe Caſtellanus eſſet
ſuſpe-

ſuſpectus de proditione ipſius Arcis, ponderando verba *tex.in c. vbi periculũ, de elect.in 6.* & hæc quidem limitatio, ſi Camerarius ſcilicet dilapidaret, & Caſtellanus eſſet ſuſpectus, vt poſſint illis dari adiuncti, adeo vera eſt, vt ſi eſſet lex, quæ contrarium diſponeret, non eſſet attendenda, quia lex, quæ ducit ad iniquum, non valet, per ea, quæ ſcribit idem *Gambar.loco cit.ſub n.*54.

Alia de Camerario peti poſſunt *a Veſtrio in pract.lib.2.cap.6. Greg. Tholoſ. in ſyntag.iur.vniuer.lib.*15.*cap.*42.*nu.*6. *& ſeq. Mandoſ.in gloſſ.facult. Regent.§. vo-*
54 *lentes, verb.Camerariatus*, vbi eſſe Iudicem ordinarium firmat, ſequutus *Hoſtien.in ſumm.de offic.ordin.verſ.ideo Camerarium; Archid.in c.experientiæ, nu.*3. *verſ.vnde Camerarium*, 11.*quæſt.*1.*gloſſ.* 1.*in Clem.Auditor, verſ.itemſcias, de reſcript. Rota apud Tho.Faſtol.dub.*39.vbi in fine legitur Tribunal Camerarij eſſe
55 maius Auditorio Rotæ. Verùm inhibitiones ab hoc Tribunali, ſiue Auditore Cameræ, vel alio quocumque iudice ordinario, ſeu delegato emanatæ ad impediendas exactiones, & iura Communitatum non ſunt attendendæ, *vt hac noſtra Conſtitutione §.*24. ſancitum eſt.

Sed inter S.R.E. Camerarios celebris extat memoria Cencij Sabelli, qui ſub
56 Clemente Tertio primùm, deinde Cœleſtino Tertio Camerariatus officium geſſit, & ob egregiam in eo nauatam operam Cencius Camerarius appellatur. Hic enim anno 1192. vt teſtatur *Baron. tom.*12.*annal.pag.*859. rebus temporalibus Romanæ Eccleſiæ conſulturus aggreſſus eſt opus valdè vtile; & cenſus, qui tũc Romanæ Eccleſiæ a diuerſis perſoluebantur, ſcriptis mandauit, cui volumini in eius argumento ita præfatus eſt. *Incipit liber Cenſuum Romanæ Eccleſiæ a Cencio Camerario compoſitum ſecundũ antiquorum Patrum regeſta, & memorialia diuerſi, anno Incarnationis Dominicæ* 1192. *Pontif. Cæleſtini Papæ III. anno* 2. Hæc Baronius.

Et ab eodem Pontifice Cæleſtino fuiſſe Cẽcium ex Canonico S. Mariæ Maioris inter Purpuratos Patres anno ſequẽti in ſecunda eius promotione relatum, teſtãtur *Ciacon.& Panuin. in vita præfati Pontificis*, vbi *Florauantes Martinellus* quædam alia ſcitu digna reſcribit.

Demum Pontificem Maximum Honorij III.nomine Cencium fuiſſe renunciatum, *idem Ciacon.* in hæc verba refert. *Anno Dominicæ Incarnationis* 1216 *die Dominico* 9.*Kal.Auguſti Peruſij in*
57 *Cathedrali Eccleſia Honorius III.Coronationis ſuæ inſignia conſequutus eſt per manus Guidonis de Biſentio Vrbeuetani S.R.E.Archidiaconi; ſedit imperante Federico II.Auguſto annos* 10. *menſes* 8.

SVMMARIVM.

1 *In exordio Eccleſiæ Theſaurarij nomen effulſit in S.Laurentio.*
2 *Cameræ Apoſtolicæ Collegium cur feſtum S.Laurentij colat.*
3 *Eugenius Papa IV.multa de Cameræ Apoſtolicæ Tribunali edidit.*
4 *Poſt Vicecamerarium Theſaurarius locum obtinet.*
5 *Collegium omne, cui Apoſtolici fiſci incumbit cura, quibus perſonis conſtituatur.*
6 *Theſaurarij dignitas in Auditorio Cameræ prima eſt poſt Camerarium.*
7 *Qui in Cœlo Dei proximior eſt, altius ſedere dicitur; ita etiam in terris magis honoratur, qui propior Principi eſt.*
8 *Ordo ſeruandus in ſeſſionibus qualis ſit.*
9 *Theſaurarij Officiũ apud Romanos Quæſtorum erat, qui ab inquirenda, & conſeruanda pecunia nomen habebant.*
10 *Quæſtorum origo antiquiſſima eſt.*
11 *Quæſtores xx.a Romanis creati ſed non omnes inquirendæ pecuniæ cauſa, ſed ad alia peragenda negocia.*
12 *Cardinalis Vicecancellarius etiam Quæſtor dici poteſt.*
13 *Quæſtores parricidij quinam eſſent.*
14 *Quæſtores candidati quinam eſſent.*
15 *Exactiones tributorũ vbi completæ erant ad Quæſtorem, ſeu Theſaurarium mittebantur, & quomodo conſignabantur.*
16 *Theſaurarios Prouinciales etiam hodie habemus, & Suſceptores olim dicebantur.*
17 *Suſceptores per annum tantùm permanebant in officio, vel ad ſummum per biennium, & quare.*
18 *Suſceptores vltra modum, & tempus exactiones exercentes qua pœna mulctarentur.*
19 *Pecuniæ exactæ diù apud Exactores permanere non debent.*
20 *Solutio onerum fiſcalium facienda eſt illis, qui tempore ſolutionis exactores erant, non autem illis, qui fuerant, quando facienda erat ſolutio, & ab officio remoti fuerant.*
21 *Noui exactores tenentur ad exactionem tributorum non ſolùm intra annum officij*

officij debitorum, ſed etiam ad reliqua præteritorum.

22 *Exactor recuſans recipere a ſoluere volente, debitorem liberat, & ſe ipſum in duplum fiſco adſtringit.*

23 *Exactores onerum* Cameralium *quem ordinem, & modum in exactionibus ſeruare debeant.*

24 *Exactores onerum* Cameralium *etiam Agentes in rebus dicti ſunt.*

25 *Theſaurarius generalis totius minoris laterculi curam gerit.*

26 *Theſaurarij prouinciales dignitatem quandam habere dicuntur.*

27 *Theſaurarius generalis eſt Vir Illuſtris, habet culmen iudicij, & ampliſſimæ ſedis adminiſtrationem.*

28 *Theſaurarius generalis circa bona temporalia S. Sedis Apoſtolicæ verſatur, & ideo nõ requiritur, vt ſit clericus, prout multi laici fuerunt.*

29 *Theſaurarij generalis, Præſidentis, & Commiſſarij Cameræ officia quandoque in laicos collata.*

30 *Theſaurarius generalis hodie debet eſſe Clericus; & quare.*

Eſt verus ipſius Pontificis familiaris, imò familiaribus ipſis præpoſitus. n.31.

Habitum verè Clericalem, & Prælatorum S. R. E. cum ſuperpelliceo, & cappa defert, & Epiſcopis, alijſque Prælatis antecedit.

33 *Gubernator Vrbis licèt inſignia, & ornamenta Eccleſiaſtica deferat, laicus tamen eſſe poteſt*

34 *Gubernator Vrbis non vti Gubernator, ſed tanquam Vicecamerarius præcedit Theſaurario, & alijs.*

35 *Theſaurarius habet multa priuilegia clericalia, quæ referuntur.*

36 *Theſaurariatus* Officium, *vel per promotionem ad Cardinalatum, vel per mortem expirat.*

37 Cardinalatus Dignitatẽ obtinere nõ poteſt *qui* Clericali *charactere inſignitus non eſt, & per annum ſaltem habitum, & tonſuram Eccleſiaſticam non geſtauit.*

38 *Theſaurarij* Officium *a Sixto V. ſupra modum illuſtratum, & vſque ad* Cardinalatus *Dignitatem euectum fuit.*

39 *Alexander Farneſius Theſaurarius fuit ſub Alexandro VI. a quo* Sacra *Purpura decoratus, B. Petri Succeſſor, & Chriſti vices Pauli Tertij nomine poſtea geſſit.*

40 *Theſaurarius locum in Camera Apoſtolica, in capella* Pontificis, *& in alijs publicis functionibus habet.*

In Signatura Gratiæ coram Pontifice etiam adeſt. num.41.

De locationibus, & Cameræ *redditibus cum ipſo* Pont. *ſic agit. num.42.*

Pro penſione domus ſcuta 200. *& quotidianum victum pro ſe, & octo familiaribus habet. nu.43.*

Spoliorum bonorum vacantium, relictorum illegitimis, & aliorum ſimiliũ cauſas cognoſcit. nu.44.

Officiales Cameræ *ad reddendam rationem, teſtes ad ſubijciendum ſe examini, & cogendum, occupatores ſpoliorũ coercendum, delinquentes puniendum, & componendum in facultatibus habet. nu.45.*

Summariè procedit, a Nunciorum, & Collectorum ſententijs appellationes cognoſcit. nu.46.

Ceſſiones, & reſignationes locorum Montium admittit, Officiales *ad hæc peragenda neceſſarios ad nutum eligit, & remouet. nu.47.*

Ciuitatis Terracinæ introitus curat, eiuſque reparationi inuigilat. nu.48.

Sortes (quas lottos vocant) certa lege permittit. nu.49.

Notarium ſibi benè viſum, ex ijs tamen, qui Camerales *ſunt, eligit. nu.50.*

Habentes inſtrumenta, & iura ad iuriſdictionem ſuam pertinentia compellit ad exhibendum. nu.51.

Si quid ex pecunijs Cameræ acquirit, ipſi Cameræ acquirit, vel ad pretium rei acquiſitæ tenetur nu.52.

53 *Tutor, ſeu Adminiſtrator quod ex pecunijs pupillaribus acquirit, pupillo cedit.*

54 *Depoſitarius rei frumentariæ a Communitatibus deputatus pecuniam ad hoc ſibi conſignatam in alium vſum conuertere non poteſt.*

55 *Theſaurarius generalis de verè exactis tantùm decimas capit.*

56 *Commiſſarij, qui ab hac Sac. Congregatione mittuntur ad exigendum credita Vniuerſitatum, de verè exactis tãtummodo decimas conſequi debent.*

57 Commiſſarij *tranſmittendi ad prædicta negocia peragenda quas habere debeant qualitates.*

58 *Theſaurarius generalis amplas habet facultates circa locationes, & alia iura Cameræ, mandatum tamen Papæ per eius* Chirographum *adeſſe ſolet.*

Et quàmuis latas habeat habenas in materia locorum montium Romanæ Curiæ, Congregationis tamen ad hoc inſtitutæ votum exquirit. nu.59.

Congregatio quoque Baronum in eius ædibus,

ædibus, & coram ipſo celebratur; & quæ ſit huius Congregationis iuriſdictio. num.60.

61 *Paulu V. particularem Congregationem egregiorum virorum inſtituit, vt in ea diſcuteretur de validitate, & iuribus Bullæ Baronum.*

62 *Bulla Baronum eſt generaliter intelligeda; & quare.*

63 *Bulla Baronum comprehendit nedum maiores, ſed etiam minores, pupillos, mulieres, ac etiam S. R. E. Cardinales, Camera Apoſtolica tantùm excepta.*

64 *Bulla Baronum dicitur realis, quia principalitèr diſponit circa rem, & circa materiam, in qua minores, & alij non ſunt priuilegiati.*

65 *Bulla Baronum comprehendit nedum caſus futuros, ſed etiam præteritos, & ante Bullam; derogat regulæ de iure quæſito non tollendo.*

Amplia comprehendere etiam ſucceſſores ex quocumque titulo in bonis Baronum; & exequitur mandata relaxata nedum in vita debitorum, ſed etiam poſt eorum mortem, nu.66.

Amplia ſecundò, comprehendere etiam Barones, qui Caſtra, & loca iuriſdictionalia vendiderunt, & quare. num.67.

68 *Dictiones*, quorumcumque, & quoſcumque, *ſunt vniuerſales, & effrænatæ, comprehendêtes omnem ſignificationem verbi, cui adijciuntur etiam impropriam.*

69 *Barones etiam poſt venditionem Caſtri retinent priuilegia, & effectus dignitatis.*

70 *Epiſcopus, qui reſignauit Epiſcopatum, retinet nomen, & dignitatem, & ea quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis.*

71 *Bulla Baronum licèt loquatur de venditione bonorum Iuriſdictionalium, non excludit, imò comprehendit etiam alia bona, in quibus nulla cadit iuriſdictio.*

72 *Congregatio quoque computorum coram Theſaurario generali celebratur.*

73 *Cardinalis Camerarius, & Theſaurarius generalis videntur ſubrogati in locum Duumuirum publico Aerario ab Octauiano Cæſare inſtitutorum.*

74 *Cardinalis Camerarius quia maioribus detinetur negocijs, aſſiſtendo Summo Pontifici in adminiſtratione vniuerſalis Eccleſiæ, ideo multa Theſaurario generali in rebus Cameralibus permittit.*

75 *Redditio computorum in rebus Cameralibus quomodo facienda, & qua pœna mulctentur integra computa non reddentes.*

76 *Ratiocinatores, ſeu Computiſtas Pius IV. inſtituit pro intereſſe Cameræ.*

77 *Ratiocinatores antequam ad exercendum officium admittantur, quid agere debeant.*

78 *Calculatores antequam incipiant calculare, indiſtinctè iurare debent; declara tamen, vt hic.*

79 *Theſaurario, & alijs Cameræ Apoſtolicæ Miniſtris probibitum eſt participare in locationibus, & affictibus Cameræ ſub pœna excommunicationis.*

80 *Cardinalis Camerarius eximitur ab hac probibitione, & pœna; & quare.*

81 *Cardinales cum ſint partes corporis Papæ non ligantur Conſtitutionibus Papalibus.*

82 *Auguſta cum ſit vxor, & pars corporis Imperatoris, non ligatur legibus.*

§.IV.

Gloſſ.3.

Theſaurarius.

CAP. XVI.

1 HOC Theſau-
rarij nomen
in Eccleſia
Dei tunc na-
ſcente rece-
ptum fuiſſe,
patet ex ijs,
quę leguntur
de S.Lauren-
tio, qui The-
ſauri Eccleſia-
2 ſtici cuſtos, & diſpenſator fuit: atque
hinc deductum nonnulli putant, vt a
ſacro Cameræ Apoſtolicæ Collegio S.
Laurentij Martyris dies feſtus præcipuè
colatur, *Cherub. iun. hoc ſcribente ad Cõ-
ſtit. 13. Eugen. IV. ſchol. 2.*
3 Verùm auorum noſtrorum tempora
reſpiciendo, Eugenius ipſe Põtifex huius
nominis IV. qui anno 1431. hanc ſupre-
mam in Eccleſia Dei Dignitatem adep-
tus fuit, *in Conſtit. prædicta 13. §. omne
Collegium, Bull. nou. tom. 1. pag.* 280. poſt
præfinitum numerum Clericorum ſep-
tenarium, & alia multa ibi ſancita, pro

recta huius Tribunalis adminiſtratione,
aſſignata etiam forma loquendi, & ſedē-
dj in ipſa Camera poſt Cardinalem Ca-
merarium, eiuſque ſubſtitutum, qui, vt
4 diximus, eſt Gubernator Vrbis, Theſau-
rario locum aſſignat, *vt in §.5. Nihil eſt,*
dum ait: *Omne Collegium, cui Apoſto-*
5 *lici fiſci incumbit cura, his perſonis con-*
cluditur, Primum illorum caput eſt Re-
uerendiſſimus D. Camerarius, tum Reue-
6 *rendus Theſaurarius, poſt Aſſiſten-*
tes, qui ex Patrum Clericorum Collegio
ad ampliorem dignitatem euecti ſunt, poſt
eos Clerici, ſeptem numero tantùm, vt
Sanctiſſimus D.N. Eugenius IV. Ponti-
fex inſtituit. Quibus ex verbis colligi-
mus, poſt Card. Camerarium nullam eſſe
in ipſa Camera digniorem perſonam
Theſaurario generali, quia ſicut in Cęlo
qui proximior Deo eſt, ille altius ſedere
dicitur, *gloſſ. in §. aliam, verb. altiore, In-*
ſtit. de bon. poſſeſſ. ita in terra is magis di-
7 citur honorari, qui prope Principem
ſedit; *et eadem gloſſ. tradit loco cit. Gram.*
deciſ. 64. num. 30. Maſtrill. de Magiſtr.
qui alios refert *lib. 5. cap. 4. de Magiſtra-*
tuum precedentijs, num. 2. & 3. Et ordi-
nem ſeruandum eſſe in ſeſſionibus do-
8 cet nos *Imperator in l. 3. C. de Tyronib.*
lib. 12. vbi Tyronibus locum aſſignans
poſteriores ſedere mandat, & alia multa
congerit *Menoch. conſ. 126. nobilis certè,*
num. 1. & hoc maximè procedit in locis
publicis, *ad tex. in l. 2. C. de ſtatu. & ima-*
ginib.

9 Ad ipſum verò Theſaurarij generalis
officium redeundo, quod apud Roma-
nos Quæſtoris erat, *Gellius lib. 13. cap. 24.*
noct. atticar. & in Pandectis habemus
tex. in l. 2. §. deinde cum ærarium, ff. de
orig. iur. in hæc verba. Deinde cum Aera-
rium populi auctius eſſe cœpiſſet, vt eſſet,
qui illius curam gererent, conſtituti ſunt
10 *Quæſtores, dicti ab eo, quòd inquirendæ,*
& conſeruandæ pecuniæ cauſa creati eſ-
ſent, &c. Et antiquiſſimam eſſe Quæſto-
rum originem teſtatur *Vulpian. in l. vni-*
ca, ff. de offic. quæſtor. in princip. Pompon.
Letus de Magiſtr. Roman. tit. de quæſtor.
qui plures fuiſſe ſcribit; *& ſi Cornel. Ta-*
11 *cit. credamus lib. 11. & 16. annal.* viginti
Quæſtores creati fuerunt, quàmuis non
omnibus inquirendæ pecuniæ munus
iniunctum erat; *Greg. Tholoſ. in ſyntag.*
iuris vniuer. lib. 3. cap. 2. num. 12. & 13. at-
que his o. *Caſſiod. lib. 10. variar. cap. 6. &*
7. Officium Quæſtoris fuiſſe dicit ius di-
cendi, & ornatè loquendi; *& Luc. de*
Penna in rubr. C. de Magiſ. ſacr. ſcrin. &
12 *in rubr. C. de quæſt. lib. 12.* Exiſtimat of-
ficium Quæſtoris hodie penès Cardina-
lem Vicecancellarium eſſe; videndus eſt
etiam *tex. in d. l. vnica, ff. de offic. quæſt.*
Legitur enim ibi varium Quæſtorum
munus; alij ſiquidem mittebãtur in Pro-
uincias, vt fiſci pecunias, & vectigalia
curarent; alij erant Quæſtores a populo
creati, qui capitalibus rebus præeſſent,
13 & hi Quæſtores parricidij dicebantur,
quorum meminit *lex 12. tab. & eſt text.*
in l. 2. §. quæſtor, ff. orig. iur. alij verò can-
14 didati Principis erant, qui ſolis libris
principalibus in Senatu legendis vaca-
bant: de ſecundis loquuntur *Caſſiod. &*
Luc. de Penn. locis citatis, & in l. nemini,
num. 2. C. de Decurion. lib. 10. & in l. om-
ne, num. 2. C. de petit. bon. ſublat. eodem
lib. 10. Tholoſ. in ſyntag. iur. lib. 47. cap. 27.
num. 7. cap. 28. num. 7. de prioribus verò
habemus *tex. in l. 1. C. de canon. largit. lib.*
10. vbi hæc leguntur. *Omnem ſummam*
auri, vel argenti, & reliquarum ſpecie-
rum, quæ ſacris largitionibus ex more
penduntur, ſtatim vt exactio fuerit ce-
lebrata, ad Theſauros vniuſcuiuſque
Prouinciæ, vel ad proximos referri ſub
15 *obſignatione tabularij, cæterorumque,*
quos ſollicitos eſſe debere præcedentia iuſ-
ſa decreuerunt, & Theſaurorum præpo-
ſitis conſignari præcipimus, vt exinde ad
ſacrum Comitatum integer omnium titu-
lorum numerus dirigatur. Alia quoque
de Theſaurorum origine docet *Caſſan.*
in Cathal. glor. mundi, par. 6. conſid. 18.
quem vide, ſi lubet.

16 Hi autem Theſaurarij prouinciales, &
Suſceptores, quos etiam nunc habemus
in vnaquaque Prouincia Status Eccle-
ſiaſtici (Exactores, & Commiſſarij ca-
ualcantes nuncupati) ſi minus idonei
erant, Theſaurariorum damno cedebat,
vt habetur *in l. 2. C. de ſuſceptor. lib. 10. &*
in l. 1. in fin. C. de execut. & exact. lib. 12.
ibi, *& ſuo periculo rem peragant, & im-*
17 *pleant vniuerſam*. Qui quidem ſuſcep-
tores, ſeu exactores per annum tantùm,
ad ſummum per biennium, huiuſmodi
munere fungi poterant, ne ſcilicet in
continua vexandorum Prouincialium
poteſtate vel in concuſſionum, domina-
tione permanerent, *vt in l. 4. verſ. non*
perpetuus, C. de ſuſceptor. & facit tex. in
l. fina. §. quod ſi exactor, C. de execut. &
exactor. lib. 12.

18 Et ſi horum quiſpiam vetito, ac te-
merario auſu exactionem exercere au-
debat, hunc Prouinciæ Moderatori cor-
reptum ad Theſaurarium generalem
remit-

remittere ſub fida cuſtodia licebat, *l. contra, & l. fin. in fin. C. eodem*.

19 Pecuniæ verò exactæ diù penès ipſos exactores manere non debent, ſed ſtatim quodcũque a prouincialibus fuerit exolutum, ſacris Theſauris inferendum eſt, *l. diu*, C. *de ſuſcept.* Solutio autem a pro-
20 uincialibus illi facienda eſt, qui tempore ſolutionis exactor erat, non ei, qui fuit, quando facienda erat ſolutio, & ab officio remotus fuerat, vt notat *Bar. in l. ſuſceptores*, C. *de ſuſceptor. lib. 10. vbi*
21 *Luc. de Penn.* obſeruat nouos exactores teneri nedum ad exactionem tributorũ intra annum ſui officij debitorum, ſed etiam reliquata, ideſt reſidua præteritorum. Verùm ſi ſuſceptores a ſoluere vo-
22 lente neglexerint recipere, debitor ipſe liberatur, & ſuſceptor in duplum fiſco inferre cogitur, *l. 1. C. eodem tit. de ſuſcep. ad cuius tex. intelligentiam vide Luc. de Penn. num. 2. & ſeqq.* vbi plura congerit de oblatione debiti facta creditori, an, & quando debitor cenſeatur liberatus. Quo verò ad tributorum exactionem, & negligẽtiam Suſceptorum, vide *Caſſiod. lib. 12. variar. cap. 10.*

23 Quis autem modus, & ordo ſeruandus ſit in Eccleſiaſtica ditione a ſuſceptoribus, ſeu exactoribus onerum Cameralium, legitur in edicto ab Eminentiſſimo Cardinali Camerario materna lingua aliàs promulgato, & in calce operis, ſeu aptiori loco a nobis reponendo; plura ſi de Quæſtoribus, ſeu Theſaurarijs co-
24 gnoſcere cupis, vide *Tholoſ. in ſyntag. iur. lib. 3. cap. 2. a n. 12. vſque ad fin.* & faciunt quæ ſcribit *Io. de Plat. in rubr. de Agentib. in reb. lib. 12.* Siquidem horum Agentium officium referens, exactores Camerales deſcribere videtur.

25 Verumenimuerò ad ipſum Theſaurarium generalẽ redeundum eſt, ad cuius ſublimitatis ſolicitudinem totius minoris laterculi cura pertinebat, *l. 1. C. de off. quæſtor.* laterculi autem ſignificatio eadem eſt, ac ſcrinij, vt exponit *Alciat. lib. 1. prætermiſſorum*; cura autem prædicta licèt aliquando in totum, vel in partem ad Magiſtratum Militum deuoluta eſſet, ipſe tamen Theodoſius vetuſti temporis more renouato, omnes minoris laterculi dignitates Illuſtri Viro Quæſtori ſubeſſe voluit, *l. 2. C. de offic. quæſt.* ex qua lege duo præcipuè colligenda videntur, primum eſt, Theſaurarios prouinciales,
26 quos minoris laterculi vocat, habere dignitatem; ſecundum eſt, Theſaurarium
27 generalem eſſe Virum Illuſtrem, habere culmen iudicij, & ampliſſimæ Sedis adminiſtrationem, *l. fin.* C. *de execut. & exact. lib. 12. Caſſador. viden. in Cathal. glor. mundi, par. 6. conſid. 18. in princ. & alibi*.

Sed omiſſa iam veterum monumen-
28 torum inueſtigatione, & ad hæc noſtra tempora accedentes, licèt Theſaurarij generalis Cameræ Apoſtolicæ munus circa bona temporalia S. Sedis Apoſtolicæ verſetur, nec requiratur, vt Clericali charactere ſit inſignitus, ex quo *Nicolaus de Vbaldis*, qui Rotæ Romanæ Auditor ante annos 160. pluſuè minus fuit, *in ſuo tractatu de ſucceſſ. ab inteſt. cleric. regul in verb. finita tandem, n. 22. verſ. vnde ego conſiderabam; & Quintil. Mandoſ.* qui parentum noſtrorum ætate in Romana Curia Aduocatus erat, *in ſua gloſ. facult. Regen. §. volentes, in verb. Camerariatus*, dixerunt ſe vidiſſe Theſaurarij,
29 Præſidentis, & Commiſſarij Cameræ officia in perſonas laicas a Summis Pontificibus collata. Hodie tamen & ſi horum
30 opinio, & dicta verificari poſſint in Præſidente, & Commiſſario Cameræ, in Theſaurario tamen generali alitèr dicẽdum exiſtimo. Moueor primò, quia in ſupra citata *Conſtit. 13. Eug. IV. §. 3. Reu. Theſaurarius*, legitur; Reuerendi autem attributum regularitèr clericis ex approbato loquendi vſu conceſſum eſt.

31 Secundò, quia verus ipſius Pontificis familiaris eſt Theſaurarius generalis, vt in *Conſt. 1. Caliſt. III. Bull. nou. tom. 1. pag. 309.* imò familiaribus omnibus eiuſdem Pontificis præpoſitum eſſe innuit Card. *Papien. in ſuis commentarijs lib. 7. in princ.* dum Federici Imperatoris huius nominis Tertij Vrbem ingredientis pompam deſcribit.

32 Tertiò, quia habitum verè clericalem violaceum more Prælatorum cum ſuperpelliceo, ſeu rocchetto, & cappa ad inſtar Epiſcoporum defert, quinimò ante Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas immediatè poſt Auditorẽ Cameræ in Capella Pontificis, eoque præſente, & in aliis quoque publicis functionibus, excepto Tribunali Cameræ, vbi ante ipſum Auditorem ſedet, & incedit, ex conceſſione *Sixti V. in Conſtit. 100. §. 3. Bullar. nou. tom. 2. pag. 670.*

33 Abſurdum verò videtur, laicum principalioribus in Eccleſia Dei Dignitatibus præferri: nec dicatur Gubernatorem quoque Vrbis eſſe laicum, & tamen ſupradictis omnibus Dignitatibus, & ipſimet Theſaurario generali antefer-

M 2 ri;

ti; quia reſpondetur, hoc non proueni-
re ex perſona, ſeu officio ipſius Guber-
34 natoris, ſed ratione excellentiæ Eminen-
tiſsimi Cardinalis Camerarij, cnius ipſe
vices gerit, vt notat *Tuſcus in ſuis concl.
verb.Cancellarium*, & colligitur *ex Bul-
la* 18 *§.6. Iul. II. Bull. nou. tom. 1. pag.*
448. *& Leonis X.Conſtit.*8. §.1.*eod.Bull.
& tom.pag.*479.

35 Quartò, penſiones vſque ad ſummam
ducatornm mille auri de auro transferre
poteſt, de rebus Eccleſiaſticis acquiſitis
teſtandı facultatem habet, literas Apo-
ſtolicas pro ſe, Vicethesaurario, Locum-
tenente, & duobus familiaribus gratis
expedire poteſt, ita *Sixto V. permitten-
te in Bulla* 100. *§.* 46. 47. *&* 48. *d. Bull.
nou.tom.*2. *pag.* 673. hæc autem priuile-
gia, niſi Theſautarius ſit clericus, fruſtra
videntur conceſſa.

36 Quintò, Theſaurariatus officium per
mortẽ (vt annis proximè lapſis in perſo-
nam Cõſtantij Patritij, & Io.Baptiſtæ Lo-
mellini, contigiſſe vidimus) aut per pro-
morionem ad Cardinalatus Eminẽtiam
vacar, vt mulra teſtantur exempla: Cum
igitur adeo proximus ſit Eminentiſsimę
huic Dignitati, cuius nulla maior in Ec-
cleſia Dei (Pontificem excipias) reſpe-
ctu adminiſtrationis, *c.quamquã,* 2. *quæſt.*
7. *Roman. in ſermon. ſeu conſil. vlt. nu.* 19.
vtique fatendum videtur, Theſaurarium
generalem eſſe clericum, ne ſcilicet ab
vno extremo ad aliud ſine medio aſcen-
diſſe dicatur, *argum. textus in c. cum in
cunctis, de elect. & optimus tex. in l. fin.*
C. *de Tyron. lib.* 12. vbi Imperator hæc
ait: *Nec enim patimur quemquam celſio-
rem gradum obtinere, niſi cui & laborum
aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuf-
fragantur*. Sed apertis quoque verbis
37 legimus *in Conſtit.*50. §.15. *Sixti Quin-
ti* non eſſe vllatenus aliquem ad Cardi-
nalatus honorem aſſumendum, niſi qui
antea clericali charactere non ſit inſigni-
tus, & in quatuor minoribus Ordinibus
conſtitutus, per annum ſaltem habitum,
& tonſuram geſtauerit clericalem, *Bull.
nou.tom.* 2. *pag.* 562.

Et quamuis ab ipſo Sixto V. Theſau-
38 rariatus Officium ſupramodum fuerit il-
luſtratum, *vt in præcitata eius Bulla* 100
& ad Cardinalatus honorem, vt dixi-
mus euectum, quem poſtea alij Pontifi-
ces ad hæc noſtra tempora ſequuti ſunt,
39 noua tamen inſtitutio non fuit. Nam A-
lexander Farneſius Cameræ Apoſtolicę,
& Alexandri Papę VI. Theſaurarius ge-
neralis fuit, & ab eodẽ Alexandro Pon-
tifice Cardinalis creatus, & ad Pontifi-
catum denique euectus Pauli III. nomi-
ne, vt apud eos, qui eius geſta, & vitam
ſcripſere. Et antiquiſsimum eſſe Theſau-
rarij Officium, *ex citata Bulla* 13. *Euge-
nij IV. Bull.nou.tom.*1. *pag.*279. *apparet;*
& eſſe ipſius Pontificis familiarem, di-
ximus etiam *ſupra ex Conſtit.* 1. *Calixti
III. eodem Bull. & tom. pag.* 309.

Atque hæc de dignitate, & preemi-
nentia Theſautarij generalis dicta ſuffi-
ciant; de facultatibus, & iuriſdictione
dicendum ſupereſt, quæ licèt in multis
diuerſorum Pontificum Conſtitutioni-
bus contineantur, omnes tamen in vnũ
collegiſſe videtur *Sixtus V. in præcitata
Conſtit.* 100. vbi poſt electum in The-
ſaurarium generalem anno 1590. R.P.D.
Bartholomæum Cæſium Romanum, quẽ
poſtea Clemens VIII. Cardinalem crea-
uit, prærogatiuas, & facultates infraſcri-
40 ptas illi conceſsit.

Locum in Camera Apoſtolica, in Ca-
pella Pontificis, & in alijs actibus, vt ſu-
pra narrauimus, aſsignat in *§.*3.

41 In Signatura Gratiæ coram Pontifice
celebrati ſolita intereſſe poteſt, & locum
habet. *§.*4.

42 De locationibus, & redditibus Came-
ræ Pontificem conſulere, eiuſque bene-
placitum in celebratione inſtrumentorũ
requirere debet. *§.*6.

43 Pro penſione domus ſcuta ducenta,
victum quotidianum pro ſe, & octo fa-
mulis aſsignantur in §.7.

44 Spoliorum bonorum vacantium, red-
dituum beneficiorum, literis Apoſtoli-
cis non expeditis, illicitæ negociationis,
relictorum illegitimis contra formã Bul-
læ Pij V. malè acquiſitorum, relictorum
a Religioſis extra clauſtrum degentibus,
acquiſitorum ex fructibus Eccleſiaſticis,
de quibus legitimè diſpoſitum non ſit,
bonorum non reſidentium, fructuum
Beneficiorum reſeruatorum pro tem-
pore, quo vacant, & malè perceptorum
cognitionem cum facultate etiam pro-
cedendi ex officio contra exemptos cõ-
ceſsit, *a* §.8 *vſque ad* 22.

Officiales Cameræ, vt rationes red-
dant, teſtes, vt examini ſe ſubijciant, co-
45 gendi, ſpoliorum occupatores coercen-
di, eademque ſuo arbitrio vendendi, de-
linquentes in præmiſsis punire, & cum
illis componendi, facultatem habet, *a* §.
23. *vſque ad* 28.

Spoliorum cauſas, cum annexis, &
46 connexis a quibuſuis iudicibus auocare,
& priuatiuè quoad omnes cognoſcere, &
ſum-

ſummariè procedere;a Nunciorum,Collectorum, aliorumuè ſententijs ſuper præmiſſis latis, appellationes interpoſitas ipſi tantùm Theſaurario committendas eſſe, a ſuis verò ſententijs deuolutiuè tantùm, & non retardata executione appellari poſſe conceſſum, & reſpectiuè permiſſum eſt, *a* §.29. *vſque ad* 34. ac etiam *in* §.38.*&* 39.

47 Conceſſiones, & reſignationes locorum montium admittit, eademque vendit, literas patentes ſuo ſigillo munitas expedit; Secretarios, Capellanos, Ratiocinatores, aliosque Miniſtros, & Officiales ad nutum eligete, & remouere valet §.35.

48 Ciuitatis Terracinen.introitus curat, illamque reparandi, & ſalubriori loco reædificandi licentiam habet in §.36.

49 Sortes, quas lottos vocant, ſoluta Cameræ rata, & portione benè ſibi viſa, ac ſibimet decima, permittit. §.37.

50 Notarium proprium ex ijs,qui Tribunali Cameræ Apoſtolicæ inſeruiunt, ad cauſas coram ſe vertentes, quæuè quoquo modo vertere poſſunt, eligit,& deputat. §.40.

51 Inſtrumenta ſuam iuriſdictionem cõcernentia, ſi quis habeat, vt illa edat, ſibique tradat,compellere poteſt: prædictorum omnium prouentuum decimas præcipit; Bannimenta promulgat, Cameræ debitores ad ſoluendum impellit, proprio ſigillo vtitur,eiuſque emolumẽta percipit, *vt in* §.41.*vſque ad* 45. *prædictæ Conſtit.* 100. *Sixti V. vbi Cherub. iun.* duas excitat quæſtiones,eaſdemque ſoluit.

52 Prima eſt. Theſaurarius generalis ſi quid cum pecunijs Cameræ acquirat,nõ ſibi,ſed Cameræ acquirit,vel ad pretium

53 rei acquiſitæ tenetur,exemplo Eccleſiæ, militis, & minoris, quibus tutor(quàmuis proprio nomine negocietur pecunias minoris) illi acquirit, *l. ſi vt proponis,C.de rei vendicat. Bald. in l. ſi eum ſeruum,*23. *ff. ſi cert. pet. Peregrin. de iur. fiſc.lib.*6.*tit.*3.*num.*10. *& optimè facit deciſio Rotæ coram Ludouiſio dec.*106.

54 quæ loquitur in Depoſitario rei frumentariæ a Communitate deputato,vt non poſſit vti pecunia deſtinata ad dictum vſum, nec in aliam rem conuertere: videndus eſt *Petr.de Auendag.de exequen. mand.*2.*par.cap.*10.*n.*33.*& ſeq.& nos dicemus infra latins ſuo loco*.

55 Secunda quæſtio, & ſolutio eſt. Theſaurarius,qui ſuper aliquo ſpolio fecerit inuentarium,exequutionem, ſequeſtrũ, vel quid ſimile, niſi pretium inde redactum fuerit, decimas habere non debet, ſed ad ſucceſſorem pertinent; ratio eſt, quia de verè exactis tantùm debetur decima, vt in facti contingentia deciſum habes *in Cam.coram Reu.D. Tudertino anno* 1589. *in cauſa Pariſiana Subcollectoris in Regno Hiſpaniarum; & alia coram R.P.D. Matthæio* 23.*Martij* 1605 *verten.inter D.Ginum Capponum Theſaurarium Prouinciæ Marchiæ, & D. Cardinalem Tabernam eiuſdem Prouinciæ tunc Legatum*.

56 Et hinc etiam colligi poteſt deciſio contra quoſdam Commiſſarios ab hac noſtra Sacra Congregatione quandoque miſſos ad exigendum credita antiqua, & reſiduata Communitatum, cum aſſignatione decimi eorum, quæ exiguntur; nempe decimas iſtas ex illis tantùm pecunijs percipiendas eſſe, quæ realitèr, & cum effectu fuerint exactæ: & ideo tolerandus non eſt abuſus ab iſtis Commiſſarijs introductus capiendi decimas etiam illarum pecuniarum, quæ (licèt deſcriptæ, ſequeſtratæ, vel etiam ſuper quibus executiones factæ fuerint) nondum tamen in Arca Communitatum reconditæ ſunt, ex iuribus ſupradictis.

Quas autem qualitates habere debeāt

57 huiuſmodi Commiſſarij, docet *Franc. a Ponte de poteſt. Proreg.tit.*10. *cap. de donis,& expenſ.commun. num.*5. *&* 6. *poſt Auendag.in tract.de exequend.mand.par.*2.*cap.*10.*num.*30. *& ſeq.* vbi loquitur de ratione exigenda ab iſtis Commiſſarijs, & Exactoribus reddituum Vniuerſitatũ. De Commiſſarijs verò ſpoliorum, & ad ſpolia, decimaſque,& alia Cameræ Apoſtolicæ regalia exigenda deputatis, quid iſti ſeruare debeant, videnda eſt *Conſtit.* 71.*Pauli V.*§.14.*de commiſſ. nu.*4. *Bull. nou. tom.*3. *pag.* 274. Facultates etiam amplas habet D. Theſaurarius generalis

58 in locationibus, venditionibus, & conceſsionibus Cancellariarum ciuilium, & criminalium,in toto Eccleſiaſtico Statu conſiſtentium,& à quocũque quantumuis exempto, & priuilegiato(cauſa tantùm oneroſa excepta) auocandi, & auferendi,& quibuſuis idoneis notarijs locandi, & diſponendi, ac præmiſſorum occaſione Cameræ Apoſtolicæ bona obligādi;quàmuis vt magis ſibi præcaueat, priuſquàm ad præmiſſorum determinationem deueniat, Chirographum Summi Pontificis,quo ſibi locationes,& venditiones prædictas fieri mandatur, ipſe D.Theſaurarius habere curet. Lites verò,

rò, & controuerſias in præmiſsis occurrentes ſimplicitèr, & de plano, omni,& quacumque appellatione remota, cognoſcit, decidit, & determinat. Emptoreſque dictarum Cancellariarum in pacifica poſſeſſione manutenendi vnà cum generali eiuſdem Cameræ Auditore in ſolidum, & eorum quilibet facultatem habet,vt in *Conſtit.83.& in alia ſeq.Pij IV.Bullar.nou.tom.2.pag.*113.*&* 118.

59 Latas quoque habet habenas circa locorum montium Romanę Curię erectiones,ampliationes, reſignationes, reductiones, ſuppreſſiones, & extractiones, aliaq; huiuſcemodi,quibus tamen in rebus vigore Chirographi,ac ſpecialis Sūmi Pontificis mandati, procedere ſolet. Vtque maturius in re tanti momenti,in qua nedum priuata, ſed publica verſatur vtilitas, magna circumſpectione (vt res ipſa poſtulat) procedatur, in ædibus iuſdē D. Theſaurarij generalis ſtatis diebus, plerumque die Iouis, interuenientibus nōnullis Cameræ Apoſtolicæ Clericis, Præſidente, Commiſſario, & fiſci Aduocato, alijſque peritis in arte, congregatio celebratur *iuxta Sanctionem fel.rec. Pauli Quinti, quæ incipit, Inter cæteras, die* 4. *Aprilis* 1615. *Pontificatus ſui x. tunc Reuerendiſs. D. Iacobo Card. Serra Protheſaurario exiſtente,promulgatam*:vbi multa ad hanc montium Romanæ Curiæ materiam(ſcitu quidem digna) leguntur: *& nos quædam fuſius infra dicemus, cum de Agente generali Cōmunitatum Status Eccleſiaſtici, eiuſque munere tractabimus*.

60 Cum autē fel.rec.Clemens VIII.Congregationem egregiorum virorum ſuper bona feudalia, & iuriſdictionalia Baronum Status Eccleſiaſtici, qui ære alieno cum diuerſis creditoribus contracto, illis ſatisfacere minimè curant, inſtituiſſer,vt in eius *Bulla* 41.*Iuſtitiæ ratio,Bullar. nou. tom.3.pag.* 55. Qua ſancitum habes.

Expeditis per creditores Baronum mandatis executiuis a Iudicibus Romanæ Curiæ,hæc in ipſa Baronum Congregatione exhibeantur, ipſa verò Congregatio nomine Cameræ ad commodum creditorum dicta mādata ſuper illorum Caſtris exequi facit,& ſtatim Baronum iuriſdictio ceſſat; Elapſo menſe pro Caſtrorum ſubhaſtatione proponit edicta, & abſque impenſa plus offerenti concedit, adiudicatq. pretium inde redactum creditoribus conſignari mandat: Oblatore non reperto, ipſi Cameræ pro pretio æſtimando ſit adiudicatio, vt creditoribus ſatisfiat. Et idem ordo ſeruatur in Barones, qui ſuper fructibus,& reſpōſionibus caſtrorum mōtes Romanæ Curiæ erexerint, ſub certo tempore extinguendos,nec ſtatuto tempore extinxerint,nec fructus ſoluerint,aut alia in erectione dictorum Mōtium promiſſa non adimpleuerint. Executiones verò, venditiones, & alienationes prædictæ fiunt ab hac Congregatione fideicōmiſſis,primogeniturís,& prohibitionibus quibuſcumque non obſtantibus, ſiquidem his omnibus derogatum eſt, & eorum loco, alia bona libera eorundē Baronum ſupponuntur. Si quid ex pretio ſupereſt,in emptionē bonorum ſtabilium erogatur.

Caſtra verò ſi a Camera Apoſtolica emantur,Pij V. conſtitutioni 35.De non infeudandis,&c. minimè ſubijciuntur,vt plenius videre eſt *in præcitata Conſtit.* 41.*Clementis VIII.* qui huius Congregationis Præfectum conſtituit D. Bartholomæum Cæſium Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Cardinalem antea Theſaurarium generalem, additis Tiberio Ceraſeo Cameræ Apoſtolicę Clerico, Paulo Coperchio ſacri Conſiſtorij, fiſci, & Cameræ Aduocato, Paulo Aemilio Zacchia Commiſſario generali, Rodulpho Bonfiolo Senatore Bononienſi.

Et hæc eadem Congregatio hodie quoque ſtatis diebus in domo D. Theſaurarij generalis celebratur, interuenientibus,qui in prænarratis Officijs ſucceſſerunt, ijſdemque facultatibus vtuntur. Cum autem de validitate, & facultatibus huius Bullæ, & Congregationis

61 aliquando dubitatum eſſet, Paulus Papa Quintus in cauſa Sabinen. Caſtri Montis Rotundi quandam particularem Cōgregationem ordinauit, quæ celebrata fuit die 27. Nouembris 1617. coram bo.me. Card. Lancellotto, in qua interfuerunt N. Monterentius Vrbis tunc Gubernator, Conſtantius Patritius Theſaurarius generalis, Io. Baptiſta Coccinus Rotæ Decanus, Io. Baptiſta Pamphilius tunc eiuſdem Rotę Auditor,deinde Eminentiſſimus Cardinalis, denique Diui Petri in ſuprema Sede ſucceſſor,Innocentij X. nomine, N.Sanuitalis Archiepiſcopus,& Lælius Biſcia Cameræ Clerici, Io.Baptiſta Spada fiſci, & eiuſdem Cameræ, ac ſacri Conſiſtorij Aduocatus, Hortentius de Rubeis Commiſſarius generalis. In qua quidem Congregatione, præter alia ſcitu digna,hæc fuerūt diſcuſſa,& deciſa.

62 1 Bullam Baronum eſſe generalitèr intel-

intelligendam, quia loquitur generalitèr de omnibus, & quibuſcũque Caſtris, & alijs bonis immobilibus quorũcumque Baronum, cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis fuerint.

63 2 Comprehendere nedum maiores, ſed etiam minores, pupillos, mulieres, & S.R.E.Cardinales, Camera Apoſtolica tantùm excepta.

64 3 Eſſe realem, quia principalitèr diſponit circa rem, & de perſonis non facit mentionem, niſi in conſequentiam, & de eorum iuribus derogando: nec dicitur pœnalis, diſponitque circa materiam, in qua minores, & alij non ſunt priuilegiati.

65 4 Comprehendere nedum caſus futuros, ſed etiam pręteritos, & ante Bullam.

5 Derogare etiam regulæ de iure quæſito non tollendo.

66 6 Comprehendere etiam ſucceſſores ex quocumque titulo.

7 Exequi mandata relaxata, nedum relaxata in vita, ſed etiam poſt mortem ipſorum Baronum.

Et cum die 8. Februarij 1627. hæc eadem cauſa Sabinen. caſtri Montis Rotundi diſcuſſa eſſet in Rota Romana coram bo. me. R.P. D. Coccino eiuſdem Rotæ Decano, fuerunt reaſſumpta ferè omnia motiua contenta in præcitata Congregatione, & magis diſtinctè procedendo diſcuſſæ fuerunt quinque inſpectiones, in quibus elucidantur facultates, & diſpoſita in hac Bulla Baronum, vt videre eſt in d.deciſione.

67 Numquid autem comprehendat Barones, qui Terras, Caſtra, Oppida, Ciuitates, aliaque loca (ſuper quibus iuriſdictionem exercebant) vendiderunt: & nomine tantùm ſunt Barones, & affirmatiuè videtur dicendum: quia cum a principio haberent dignitatem, & iuriſdictionem, per venditionem iuriſdictionis, remanet dignitas, licèt iuriſdictio expiret, *Iſern.cap.1.de feud.march.nu.2. in fin. verſ. ipſos tamen depoſitos; & ibi Afflict.n.13.Io. Franc. a Ponte conſ.31. n.10.& 13.& de poteſt.Proreg.tit.3.nu.8. 9.& ſeq.Capiblanc.de Baronib.tom.2.cap. 57.n.13.* & 14. & ponderanda ſunt verba *Bullæ* §.2.& §.3. *in illis dictionibus,* 68 *quorumcumque, & quoſcumque*, quæ ſunt vniuerſales, & effrenatæ, cõprehendentes omnem ſignificationem verbi, cui adijciuntur, etiam impropriam, vt in terminis huius Bullæ Baronum dixit *Rota in eadem Sabinen. Caſtri Montis Rotundi deciſ.36. num.4. 5. & 28. par.5 recent.*

69 Et Barones etiam poſt venditionem Caſtri remanere priuilegiatos, & retinere effectus dignitatis, probant *tex.in l.1. & 2.C. de Præfect. Prætor. lib.12. & ibi And.de Barul.Io.de Platea, Rebuff.& alij, & in l.fin.C.de priuil.eor.qui in ſacr. Palatio milit. lib.12. Steph. Gratian. diſcept. forenſ. diſcept.834.n.3.tom.5.* Quod etiam procedit in Epiſcopo, qui reſigna-
70 uit Epiſcopatum, itaut retineat adhuc nomen, & dignitatem, & ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, licèt exercitium ceſſet in loco reſignato abſque licentia Epiſcopi reſignatarij, & ſucceſſoris, *c.1. de ordinat.ab Epiſc. qui renunc.Pariſ. de reſignat.lib.1.quæſt.17.num.5. & ſeq.latè Ruitus ſuper Pragmat.1. de titul.ſeu inſcript.abuſ.n.29.36.41.43. 46. 48. 51. & 52.* Et quàmuis ex prooemio Bullæ videatur colligendum, Papam fuiſſe motũ ad promulgationem huius Conſtitutionis propter potentiam Baronum, eorũque iuriſdictionem, ac vaſallorum numerum, exiſtentiamque, quibus fictionibus creditores irridebant, & debita ſoluere recuſabant; attamen licèt hæc dici poſſit cauſa impulſiua, non tamen eſt finalis, vt obſeruat *Rota in Sabinen. Caſtri Montis Rotundi, d.deciſ.36.nu.57*
71 *par.5.recent.* Et quàmuis Bulla loquatur de venditione Terrarum, & Caſtrorum, non excludit, imò comprehendit etiam venditiones aliorum bonorum, in quibus nulla cadit iuriſdictio.

Et quoniam in ſæpe citata *Conſtit.*100 *Sixti V. a* §.23. *vſque ad* 28. data eſt Thſaurario facultas compellendi Officiales Reu. Cameræ Apoſtolicæ ad rationes reddendas, in hac quoque redditione rationum conſtituta eſt Congre-
72 gatio, quæ in ædibus eiuſdem Theſaurarij celebratur vt plurimùm die Lunæ. Et quàmuis *in Pij IV.Conſtit.*87. §.37. *Bullar.nou.tom.2.pag.* 122. dicatur huiuſmodi computorum ſolidationes faciendas eſſe in domibus Clericorum, hodie tamen vſu receptum eſt, vt corã, & in domo ipſius Theſaurarij fiat, interuenientibus nonnullis ex ipſius Camerę Clericis, Præſidente, & Commiſſario generali, qui quidem vſus in ipſa Sixti V. poſteriori Bulla (ni fallor) fundamentum habet: ſiquidem ante illam Theſaurarij generales nec Romanæ Curiæ Prælati, nec aliqua dignitate decorati, ſed viri priuati, & mercatores erant, quamobrem rectè quidem coràm digniori, & anti-

antiquiori Cameræ Apoſtolicæ Clerico celebranda erat iſta Congregatio; quia magis dignus trahit ad ſe minus dignũ: Cum autem præfatus Pontifex Sixtus V. adeo ſplendentibus priuilegijs, & facultatibus Theſaurarium generalem decorauerit, & Octauianum Cæſarem imitatus, qui anno ab Vrbe condita 720. duos Prætorios viros publici Aerarij adminiſtratores præfecit, *Dione teſte lib. 43. hiſt. circa fin. & ex noſtris Tholoſ. in ſyntag.*
73 *iur. vniuer. par. 1. lib. 3. cap. 2. in fin.* Eminentiſs. Card. Camerarium, & Theſaurarium generalem Cameræ Apoſtolicæ Aerario præfecit; ipſe verò Card. Camera-
74 rarius grauioribus detentus negocijs, cũ his vacare nequeat, ad ipſum Theſaurarium hanc deuolui curam permittit. Coram igitur Theſaurario tanquam digniori miniſtro ipſius Cameræ (poſt Camerarium tamen) celebranda erit hæc Cõgregatio, ita tamen, vt ipſo Camerario volente, apud ipſum, & coram Eminentiſſima eius perſona, & non alibi fieri debeat, vt videmus non rarò tam ipſum Theſaurarium, quàm reliquos Cameræ Clericos, & Officiales ad nutum Cardinalis Camerarij apud ipſum conuenire, & conuocari.

75 Quomodo autem præfata computorum redditio concipienda ſit, ſancitum habes *a Pio IV. in dicta Conſtit. 87. §. 35 & ſeq. videlicet.* Omnes, & ſinguli Theſaurarij, Depoſitarij, Commiſſarij, & alij quicumque rerum, & pecuniarum Cameræ adminiſtratores, & exactores rationes, & computa vera eſſe, nec habere diuerſa, iurare omnino tenentur: & ſi præſentes in Vrbe, nec legitimè fuerint impediti, per ſe ipſos, non autem per procuratores iurent: at ſi abſentes, & legitimè impediti, procurator cum ſpeciali mandato admittatur: ſi verò principalis ſit in Vrbe, & legitimè impeditus, tranſmittatur ad eum notarius, qui ſimile iuramentum ab eo recipiat coram teſtibus, & publicum conficiat inſtrumentum.

Si verò quis ex ſupra narratis integra computa non exhibuerit, vltra periurij reatum excommunicationis quoque, & falſi, ac dupli cui in ſuis partitæ pœnam incurrere *Paulus III. in ſua Bulla 40. ſanciuit Bullar. nou. tom. 1. pag. 679. vbi Cherub. iun.* notat, præmiſſa procedere nedum in partitis omiſſis, ſed etiam duplicatis, *& ita fuiſſe iudicatum in Camera die 5. Ianuarij 1606. contra Tiberium Ceulum ipſius Cameræ Depoſitarium.*

Rationes, & cõputa, vt præmittitur iurata notarius ad Calculatores, ſeu Computiſtas Cameræ ſtatim deferat, vt inde ad Præſidentem, & Theſaurarium generalem ab ipſis Computiſtis aſportentur, & celeritèr diſcutiantur, vt in §. 36.

Vbi verò Theſaurarius generalis hanc computorum ſolidationem aggredi voluerit, ſchedulam notarius in officio omnibus patentem exhibeat, videlicet,

Die 19. Auguſti 1641. erit Congregatio Computorum in domo Illuſtriſſimi Domini Theſaurarij generalis.

& nihilominus per Nuncium particularem omnibus, qui adeſſe debent, inſinuatur: ab ipſis verò Adminiſtratoribus computa ſolidare volentibus, citandus eſt omnino D. Commiſſarius generalis ipſius Cameræ ad intereſſendum dictæ ſolidationi, ipſo enim abſente, ſolidatio fieri nequit: tenetur tamen ipſe Commiſſarius adeſſe ſub pœna priuationis officij, vt videre eſt latius in §. 37.

Omnes autem rerum Cameræ conductores, iurium adminiſtratores, & pecuniarum exactores librum corio, vel membrana coopertum habeant, in quo quibuſdam ex primis folijs albis relictis, literas ſuarum facultatum, mandata, atque reſcripta quæcumque, cõtractus denique ipſos ad verbum, quibus huiuſmodi curæ, & exactioni præpoſiti fuerint, adminiſtrationem ipſam geſſerint, tranſcribere, & deinde rationes ipſas modo, & forma infra dicenda conſcribere, & ſcriptas edere teneantur.

Qui liber poſtea a notario recipiatur, & primo folio albo nomina adminiſtratorum, genus adminiſtrationis, rationũ qualitas, temporis ſpatium, quo redditur, iuriſiurandi ſubſtantia breui cõpendio deſcribantur.

Theſaurarius verò, & Cameræ Præſes quicquid a Clericis iudicibus in ipſis rationibus animaduerſum fuerit, annotare, adnotationeſque manu propria ſubſcribere debent, vt in §. 38.

Sed harum rationum iuſtificationes in eodem, ſi id commodè fieri poterit, ſin autem, in alio libro, ab eo, qui illas redditurus eſt, regiſtrentur: literæ verò, ac mandata Cameralia quæcumque fides, ac inſtrumẽta, & reliquæ omnes ſcripturæ ad rẽ pertinentes reſcribantur ad verbũ, & ad earum ſingulas, ſingulæ rationes, & particulæ, ſeu partitæ referantur, adiecto vnicuique eorum folio, nec non citato eiuſdem libri chartarum numero, in quo iuſtificatio quælibet deſcripta fuerit.

Et

Et hic liber, priuſquàm in Camera Apoſtolica vnà cum altero proferatur, ab ipſo Cameræ Ratiocinatore legatur, & cum originalibus ſcripturis, ſi rationem reddens eas penès ſe retinere voluerit, diligentèr conferatur: collatione autem facta, & ſcriptura fideli reperta, id manu propria confirmet, tam in libro iuſtificationum, quàm in quauis ipſarum partiū his verbis. *Cum originale, &c.* in ſcripturis verò originalibus a tergo illarum. *Cum regiſtro concordant, &c.* nomenque proprium ſubſcribant, vt in §.39.

Libri quoque præfati rationum, eorumque ſingulæ partitæ tam dati, quàm accepti, perſonas, cauſas, locum, annum, menſem, diem, & ſummam adeo claros, & diſtinctos habeant, vt qualis, quantuſque ſit introitus, & exitus omnibus innoreſcat; quod etiam in iure cautum inuenies, *l.81.cum ſeruus, & l.110. quod ſub conditione, ff. de condit. & demonſtr.* & videndi ſunt *Garz. de expenſ. cap. 20. n.22. verſ. hic autem, Munnoz. de excob. tract. de ratiocin. cap.10. num. 34. Petrus de Auendag. de exeq. mand. par.2. cap.10. num. 30. & ſeq.* In qualibet exactione commiſſa præponatur taxa; deinde ſcribatur quantitas exigenda, & à quibus, ad hoc vt omnibus appareat omnis ipſius Cameræ introitus, & ſciat debitor, quid ſibi ſoluendum fuerit: poteſt enim, qui ad ſoluendum collectas requiritur, petere ab officiali, vt oſtendat ſibi librum, ne ſcilicet indebitè grauetur, *ad tex. in l.1. & ibi Bar. C. de exact. trib. lib.10. Corſett. in ſingul. in verbo collecta, il primo num.1.*

Solidationes verò, quandocumque modo præmiſſo celebratæ fuerint, in Archiuio Cameræ Apoſtolicæ, vt ibi perpetuò conſeruentur, reponendæ erunt: omiſſa verò forma iam ſupra præſcripta, nec libri ſunt admittendi, nec fidem vllam faciunt; ipſi autem Miniſtri, ſi minus legalitèr præmiſſa egerint, grauiſſimis pœnis mulctantur, *§. 40. vſque ad 44.*

Inſuper rationum redditio (quàmuis adminiſtratio longiori tempore conceſſa fuerit) ſingulo quoque anno in fine, vel in principio ſequentis facienda eſt, ſub pœna ducatorum mille, & ipſius adminiſtrationis priuatione, *§.45. & facit tex. in l.7. C. de ſuſceptorib. lib.10. & l. miſſi opinatores, C. de exact. tribut. eod. lib.10.* Neque a præmiſſa rationum redditione eximuntur Theſaurarius ipſe generalis, nec alij Summi Pontificis, & Romanæ Curiæ Magiſtratus. §.46.

Et quoniam, vt rationes rectè diſpungantur, & calculentur, neceſſaria eſt Ratiocinatorum, ſeu Calculatorum opera,
76 vt ſcribit *Munnoz. de excob. tract. de ratioc. cap.8. per tot.* ideo *idem Pontifex Pius IV. hac eadem Conſtit.87. §.48.* Ratiocinatores, ſeu Calculatores Cameræ vnà cum Subſtituto ab ipſis Cameræ Clericis conſtitutos approbauit, certamque legem per eos obſeruandam præſcripſit, *vt in d. §.48. & alijs ſeqq.* ex quibus etiā cognoſcere licet, quid agere debeant, & circa quę verſetur ipſorū Ratiocinatorū officium & munus: quod quidē cum ſit magni ponderis, & momenti, priuſquàm ad illud exercendum admittantur, iure-
77 iurando adſtringi, & idoneè cauere debent; *ſe rectè, & fidelitèr exequuturos omnia, & ſingula ad eorum officium, & munus pertinentia, eademque cuſtodire, ac diligentèr obſeruare, §.53.*

Quale autem iuramentum in Regnis Hiſpaniarum a Calculatoribus pręſtetur, antequàm calculare incipiant, docet *Munnoz. de excob. d. cap.8. nu.21. & ſeq.* declarans ſententiam *Bald. in l. hac edictali, §. his illud, C. de ſecund. nupt.* dum
78 ait, Calculatores indiſtinctè iurare debere, antequàm incipiant calculare; vt ſcilicet hæc Baldi opinio procedat, quādo calculum fit de mandato iudicis, non autem ad inſtantiam priuatorum, niſi id eſſet intrr ipſas partes conuentum; & hoc etiam voluit *Garz. de expenſ. cap.24 num.18.*

79 Prohibitum quoque eſt Theſaurario, & Cameræ Apoſtolicæ Clericis, Procuratori fiſcali, alijſque ipſius Cameræ Miniſtris partem habere, & participes eſſe in conductionibus, locationibus, & contractibus rerum, ac bonorum Cameræ ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nec non officiorum, dignitatum, atque emolumentorum priuationis: & qui præmiſſorum notitiam habuerint, nec reuelauerint, in eaſdem incidunt pœnas; ita *Iulio II. ſanciente in ſua Conſtit.9. §.1. & 2. Bullar. nou. tom.1. pag. 411. facit l. vnica, C. quibus ad conduct. præd. fiſcal. acceder. non licet lib.11. vbi Io. de Plat.* rationem reddit, quia in Officiali, vel Curiali cadit præſumptio impreſſionis metus, & notat etiam hanc prohibitionem extendendam eſſe, non licere nec per ſe, nec per aliam interpoſitam perſonam, *ad tex. in l. ſi per impreſſionem, C. quod met. cauſ.*

Vetitum quoque eſt Theſaurario generali,

nerali, & Cameræ Apoſtolicæ Clericis
in ipſa Camera intereſſe, vbi ipſorum
parentum, & coniunctorum cauſæ di-
ſcutiuntur, & deciduntur, ita *Paulo III.*
mandante Conſtit.18.Bullar. nou. tom.1.
pag.641.& Iulio III.Conſtit.3.licet ea,
§.4.& 5.eodem Bullar.& tom. pag.692.
80 Eximitur tamen ab hac prohibitione
Eminentiſſimus D.Card.Camerarius, vt
in d.Conſtit.3.§.6.Iulij III. quod fortè
factum eſt, non ratione Camerariatus,
ſed quia Cardinalis eſt, ſiquidem nullus
Cardinalium comprehenditur ſub ge-
nerali Pontificum Conſtitutione, niſi fiat
de illis ſpecialis mentio, etiamſi Conſti-
tutio eſſet reuocatoria priuilegiorum,
ex Io.Monacho,Io.Andr.& alijs in c. v-
nico de ſchiſmat.in 6.Gigas de penſionib.
81 *quæſt.59.n.11.* reddens rationem, quia
ſcilicet Cardinales ſunt partes corporis
Papæ, & ſicut Papa ſuis Conſtitutionibus
non ligatur, ita nec etiam Cardinales,
ad tex. in l.penult. C.de donat. inter vir.
82 *& vxor.* vbi Auguſta, quæ eſt vxor, &
pars corporis Imperatoris, non ligatur
legibus; & quod attinet ad Cardinales,
ceſſat hodie omnis difficultas *ex regula*
67.Cancell. quæ primo loco edita fuit a
Clem.VII. & poſtea ab alijs Summis Pō-
tificibus confirmata, & nos diximus ple-
nius in Notitia Cardinalatus par.1. pri-
nil.26.§.5.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Archiuium, & vnde dicatur.*
2 *Archiuia ſcripturarum ſtare debent in Palatijs Magiſtratuum.*
3 *Archiuiorum claues a Conſulibus Ciuitatum retinendæ ſunt, nec vna tātum, ſed duæ, & diuerſæ, nec ab vno, ſed a duobus cuſtodiendæ.*
4 *Claues capſarum, in quibus ſeruantur inſtrumenta notarij mortui, quis debeat cuſtodire.*
5 *Notarij tenentur dare copias inſtrumentorum conductori Archiuiorum.*
6 *Archiuia in qualibet Ciuitate eſſe Iuſtinianus Imperator edixit.*
In Eccleſiaſtica ditione hoc etiam renouatum, & ſancitum habes a Sixto V. num.7.
8 *Archiuiorum Regens a Sixto V. inſtitutus cum certa iuriſdictione ſublatus eſt a ſucceſſoribus; & quis in eius locum ſucceſſerit.*
9 *Archiuium in Vrbe a quibus inſtitutum, & quomodo gubernetur.*
10 *Iura ex Archiuio deſumenda, vt fidem in iudicio faciant, quid requirant.*
11 *Archiuium non dat robur ſcripturæ non authentica, & quare.*
12 *Conſuetudine induci poteſt, vt ſcripturis priuatis in Archiuio repertis fides adhibeatur.*
Allegandi talem conſuetudinem incumbit onus probandi. num.13.
14 *Cautela tradita per Felinum pro ſoluentibus collectas.*
15 *Conſuetudo non ligat eos, qui non ſunt ſubditi loco, in quo viget ipſa conſuetudo.*
16 *Inſtrumenta Archiuij fidem faciunt inter ſubditos, etiam extra territorium, & inter Ciuitates confœderatas.*
17 *Archiuiſta an poſſit extendere inſtrumentum rogatum extra Statum, ſed in Archiuio repertum.*
18 *Inſtrumentum rogatum extra Statum a notario, & in Archiuio Status Eccleſiaſtici reconditum, non poteſt extendi niſi ab illo notario, qui fuit de illo rogatus, & ſi mortuus fuerit, a iudice loci, in quo inſtrumentum fuit rogatum; & quare.*
19 *Archiuiſtarum priuilegium eſt ſtrictè interpretandum.*
20 *Archiuiſta nō poteſt mihi denegare ſcripturam in Archiuio exiſtentem, quāuis nullum in ea habeam intereſſe.*
21 *Creditum contentum in duabus ſcripturis, quarū vna ſit in Archiuio, alia verò extra, præualet exiſtens in Archiuio, licèt maiorem ſummam contineat.*
22 *Scriptura, quæ infra 15. dies non fuit in Archiuio exhibita, nullam fidem facit in Statu Eccleſiaſtico.*
23 *Scripturæ Archiuij publici magis creditur, quàm teſtium depoſitionibus.*
Declara tamen concluſionem, vt nu.24.
25 *Apoca etiam nullo teſte ſuffulta, in Archiuio reperta plenè probat, & quare.*
Declara concluſionem, vt n.26.
27 *Inſtrumentum de falſitate ſuſpectum non facit fidem, licèt in Archiuio repertum.*
28 *Rotæ Romanæ Tribunal dat fidem relationi Archiuiſtarum, iunctis tamen alijs probationibus de iure requiſitis.*
29 *Citatio non requiritur in extractione ſcripturæ ex Archiuio facienda.*
Declara concluſionem vt num.30.
31 *Scripturæ extractæ ex Archiuijs particularibus Ciuitatum an probent. & n.33.*
32 *Archiuia in Eccleſiaſtica ditione ſpectant ad Communitates eiuſdem Status ex titulo emptionis, & annuæ præſtationis.*

Com-

34 *Communitas, quæ vendidit Archiuium, ſi velit ex ipſo Archiuio ſcripturam publicam ad ſui commoditatem, non tenetur ſoluere mercedem Archiuiſtæ.*

35 *Notarij non poſſunt conficere inſtrumenta, niſi deſcripti ſint in Archiuio, & matricula ſub pœna falſi.*

Limita concluſionem tempore peſtilentiæ. num. 36.

37 *Notarius, qui per multos annos non dedit inſtrumenta in Archiuium, an poſſit allegare huiuſmodi non vſum, & illo ſe tueri.*

38 *Venditio Archiuiorum plus offerenti ex diſpoſitione Bullæ quomodo in praxim deducenda.*

39 *Inſtrumenta nondum perfecta a notario morte præuento, an, & quando poſſint extendi, & perfici ad Archiuiſta, itaut fidem faciant.*

§. V.

Gloſſ. 1.

Archiuio.

CAP. XVII.

1 ARCHIVIVM ab archa dicitur, & eſt locus, ſeu armarium publicũ, in quo libri, & inſtrumenta, ſeu acta ponũtur, *Authen. ad hæc, C. de fid. inſtr. & peruenit, & ibi gloſſ. in verb. archiuijs, 30. quæſt. 1.* Nec eſſe archiuium, niſi ſit locus publicus, dixit *Rota coram Puteo deciſ. 384. n. 3. lib. 3.*

Dicitur etiam aliquando locus, in quo ſacra vaſa reponuntur ad cuſtodiam, *vt in Auth. quib. mod. nat. eff. legit. §. illud quoque, verſ. ſi verò, & ibi gloſſ. in verb. archiuijs; & eadem gloſſ. in Auth. de Defenſor.* Ciuit. *§. 1. in verbo archiuium; Vitalin. in* Clement. *vnica,* §. *porrò, nu. 42. de iureiuran.*

2 Archiuia autem ſcripturarum ſtare debent in Palatijs Magiſtratuum, vt notat *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 9. de Palatijs magiſtrat. n. 53.* & colligitur *ex Auth. de Defenſor.* Ciuit. *§. 1. ibi. Deinde cum nullum habeant archiuium, in quo geſta apud ſe reponant, deperit quod conficitur, &c.* pondera verbum *apud ſe*, quæ particula ad perſonam, vel locum ſimpliciter refertur, *Spicileg. in lexicon iuris, verb. apud; & facit tex. in l. id apud ſe, 143. ff. de verb. ſignific. & plenius in l. 63. penes ſe, vbi Alciat. ff. eod. tit.*

3 Claues verò Archiuiorum a Conſulibus Ciuitatum retinendę ſunt, vt probat *Guid. Pap. conſ. 1. n. 4. Rip. in tract. de peſte, in 2. par. n. 415.* quos refert A*uendag. de exeq. mandat. par. 1. in princ.* Nec vna tantum clauis, ſed duæ ad minus, & diuerſæ, non vniformes, nec ab vno, ſed a duobus retinendæ ſunt, vt legitur, & notatur *in Clem. vnica,* § *ſanè, de hæretic. ibi, Erunt duæ claues diuerſæ, quarum vnam vnus, aliam alius tenebit;* & licet textus hic loquatur de carceribus hæreticorum, tamen ad Archiuium extendit A*uendag. loco citato num. 1. verſ. quæ claues.*

4 Et cum aliquando orta eſſet differentia inter hęredes notariorum prędefunctorum, & cuſtodes Archiuiorum ſuper retentione clauium, ſiquidem hæredes prætendebant retinere claues capſarum, in quibus inſtrumẽta ſuorum auctorum ſeruantur, ideo hæc ſacra Congregatio ita reſcripſit. *Non obſtante quacumque prouiſione contraria, ſeruentur ordines pluriès dati per Sacram* Congregationem, *quòd ſolus conductor Archiuij retineat claues Archiuiorum, & ſcripturarum in eo exiſtentium, & ſibi per inuentarium conſignatarum; & Prætor Prouinciæ vltra pœnas cõtra dictos conductores iniunctas, caſu quo appareat fraudaſſe dictos hæredes, prouideat pro ſua prudentia eorundem indemnitati, &c.*

5 Inſuper cum ex forma bannimentorum notarij teneantur tradere conductori Archiuiorum copias inſtrumentorum rogatorum, recepta competenti mercede, quam quidem recipiebant, copias verò non dabant, eadem Sacra Cõgregatio cenſuit vt infra. *Notarij vel tradant cum effectu copias inſtrumentorum Archiuio, vel puniantur, ſi pro copijs a partibus mercedem recipiant, & illas non conſignent Archiuiſtæ, quacumque prouiſione, ſeu conceſſione in contrarium facta non obſtante, vt in dictis petitionibus, & reſponſionibus reſpectiuè factis Prouinciæ Marchiæ pag. 6.*

6 Et huiuſmodi Archiuia in qualibet Ciuitate inſtituenda eſſe ſanciuit *Iuſti-*

nianus Imperator in Authen. de defenſor. Ciuitat. §. penult. verſ. præterea verò, vbi Angelus, & alij notant, & colligunt hoc ex verbis ipſius textus.

7 Et hanc Iuſtiniani ſanctionem non dedignatus fuit imitari *recol. mem. Sixtus V. Pont. Max.* dum & ipſe Conſtitutionem edidit, quæ legitur impreſſa *in Bul. nou. tom. 2. pag. 636. & 637. Conſtit. 83.*

8 *incipit, Sollicitudo*; vtque maturius, & maiori cum diligentia res tanti ponderis exequeretur, ipſius Archiuij Regentem multis priuilegijs decoratum, & iuriſdictione ſuffultum inſtituit, & ordinauit, *vt in alia eiuſdem Pontificis Conſtitutione immediatè ſequenti, quæ pariter incipit, Sollicitudo Miniſtris, &c. vide Quarant. in ſumm. bullar. verb. Archiuium.*

9 Sed hodie hoc munus ab Eminentiſſimo Cardinali Camerario, & ab vno ex Reuerendiſſimis Dominis Cameræ Apoſtolicæ Clericis quolibet anno ſorte extrahendo, regitur, & ſuſtinetur, vt aduertit *Cherubin Sen. in princ. d. Bullæ 83. Sixti V* addens, ſupradictum officium Regentatus Archiuij fuiſſe iam ſuppreſſum: Quo verò ad electionem in Camera ſorte faciendam, legitur *in ead. Bulla* §. 5 *in fine*.

Dictorum autem Archiuiorum capita, & ipſius Regentis facultates, ac priuilegia, cum publicè circumferantur, & nota ſint omnibus, hic plura non addā: ſi quis autem illorum deſiderio teneatur, ſciat, hæc vltimo loco impreſſa fuiſſe apud Impreſſores Camerales die 8. Martij 1630 Hieronym. Bonuiſio Cameræ Apoſtolicæ Clerico, & Regente.

Verùm in Vrbe licèt *Iulius II. in ſua Conſtitut. 15. Bullar. nou. tom. 1. pag. 87. & Leo X.* priuilegia quædam Scriptoribus Archiuij Romani conceſſiſſent, *Pius tamen V. in ſua Conſtit. 87. d. Bull. tom. 2. pag. 287.* præmiſſa confirmatione dictorum priuilegiorum, notarios cauſarum ciuilium cuiuſcumque Iudicis commiſſarij, etiam S. R. E. Cardinalis eoſdem ſcriptores deputauit, vt ibi.

Sed cum in erectione Archiuiorum in Eccleſiaſtica ditione a Sixto Quinto; vt diximus, facta, alma Vrbs exciperetur, ſan. mem. Vrbanus VIII. animaduertens graue hoc negocium vbicumque neceſſarium eſſe, etiam in Vrbe *Archiuium* de ſuo nomine *Vrbanum* certis capitulis, & priuilegijs inſtituit, & ordinauit. Ea potiſſimùm ratione, vt in eo teſtamēta, donationes, legata, vltimæ voluntates, inſtrumenta denique omnia habentia tractum ſucceſſiuum, & quæ futuris temporibus vſui eſſe poterunt, vel ſaltē eorum copiæ reponantur, & collocētur. Vtque in præmiſſis debita circumſpectione procedatur, vt par eſt, Eminentiſſimum Card. Antonium Barberinum eius ex fratre Nepotem huic Archiuio Vrbano præfecit cum facultatibus neceſſarijs, & opportunis, præcipuè eligendi, & deputandi Miniſtrum, & Miniſtros pro receptione, & cuſtodia ſcripturarum illuc delatarum, & ferēdarum. Quæ quidem electio, & deputatio Miniſtri neceſſaria dicitur, ad hoc vt Archiuiorum ſcripturæ fidem faciant.

10 Quatuor enim requiruntur, ad hoc vt iura, & ſcripturæ ex Archiuijs deſumptę fidem faciant in iudicijs, & probent.

Primum eſt, vt Archiuio præpoſitus ſit Officialis publicus.

Secundum, vt ſcriptura ſit repoſita inter alias ſcripturas authenticas.

Tertium, vt conſuetudine detur eis fides.

Quartum, vt habeat teſtimonium officialis, eam ſcilicet ſcripſiſſe, vel atteſtetur eſſe ſcripturam Archiuij publici. Ita notantèr ſcribit *Crauett. de antiq. tēpor. in prima par. principali, verſ. quartò limitatur, n. 1. pag. apud me, 82.* quem refert, & ſequitur *Menoch. conſ. 708. n. 13.*

Et quod attinet ad quartum requiſitum, vt ſcilicet in ſcriptura appoſita ſit manus Præfecti Archiuij, atteſtātis ſcripturam eſſe extractam ex Archiuio, voluit *Rota Romana apud Put. deciſ. 384. in cauſa Toletana, num. fin. lib. 3. in nouis poſt Felinum*, qui rem hanc larius proſequitur *in c. ad audientiam, num. 11. de præſcript.*

11 An autem Archiuium det robur ſcripturæ non authenticæ, negatiuè reſpondit *eadem Rota in d. deciſ. 384. Put. nu. 2.* & magis apertè *deciſ. 430. eiuſdem Putei in cauſa Britonienſi lib. 2 per tot.* vbi quęritur, an inſtrumenta conceſsionis in emphyteuſim de anno 1355. & 1466. reperta in Archiuio Rauennaten. ſint in forma probanti, & negatiuè fuit reſponſum; primò quia erat ſimplex copia, nec notarius appoſuerat *Ego talis Notarius rogatus præmiſſis interfui, &c.* Secundò, quia non aderat ſignum notarij, nec ſufficit ſimplex ſubſcriptio notarij, ſed requiritur, vt dicat, *Rogatus, &c.* Nec etiam ſufficit, quòd officialis Archiuij, ſeu notarius exhibens ſcripturam in Archiuio, dicat illam inueniſſe inter rogitus,

tus, & protocolla notarij publici, quia vltra atteſtationem notarij requiritur, vt per alios teſtes recognoſcatur ſcripturā eſſe ex rogitibus illius notarij, ex cuius protocollo deſumptam fuiſſe affirmatur, prout *in d. deciſ.* 430. *viden. per tot.* quæ fuit confirmata *in alia deciſ.* 441. *eiuſdem Putei num.* 1. *lib.* 2. *& coram Gregor. XV. deciſ.* 389. *num.* 4. *& ibi Beltram. in vltima addit.*

12 Sed numquid conſuetudine induci poſsit, vt ſcripturis priuatis in Archiuio repertis adhibeatur fides, affirmatiuè reſpondet *Felin. in c. ad audientiam, nu.* 11 *verſ. tertio quòd, de præſcript. & eſt optimus tex. in c. cum dilectus, de fid. inſtrum.* vbi ex conſuetudine induci poteſt, vt adhibeatur fides ſcripturis etiam ſine illa qualitate, quòd ſint in Archiuijs publicis recondit. prout etiam aduertit *Felin. loco citato, declarans d. c. cum dilectus*, procedere etiam in conſuetudine validante ſcripturam aliàs ſimpliciter inualidam; opinionem verò *Io. And. Bald. Innoc. locis ab eo citatis* contrarium inuentem habere locum, quando cõſuetudo approbat ſcripturam aliàs inualidam, concurrentibus duobus, videlicet loco Archiuij, & auctoritate officialis, vt ibi per eum.

13 Sciendum tamen eſt, alleganti talem adeſſe conſuetudinem ineſſe illi onus probandi; ita *Felin. loco citato n.* 18. *verſ. nona concluſio*; qui ponit caſum de quodam fideiuſſore certi datij, dicente ſe exactum a fiſco, & ſoluiſſe pro debitore, & oſtendebat ſcripturam factam ab officiali de receptione, in qua non erat ſub-

14 ſcripſio notarij ipſius officialis, & oportuit probare, quòd de conſuetudine tales ſubſcriptiones non erant in vſu, & quòd cautiones factæ ab officiali faciebant plenam fidem, vt ibi per eum, & ait eſſe menti tenendum pro ſoluẽtibus collectas: *videndus eſt etiam Puteus d. deciſ.* 441. *n.* 2. *lib.* 2. *in nouis*.

15 Sciendum ſecundò, huiuſmodi conſuetudinem non ligare eos, qui non ſunt ſubditi illius loci, vbi talis viget conſuetudo, *Alex. conſ.* 16. *num.* 5. *& conſ.* 23. *num.* 6. *lib.* 5. *Put. d. deciſ.* 441. *num.* 2. *verſ. & ſi probaretur*; *Felin. d. c. ad audientiam num.* 12. *in ſecunda concluſ. de præſcript. videndus Maſcard. de probat. concluſ.* 976 *num.* 51. *&* 52. *Rota apud Caputaq. deciſ.* 42. *Archiuium, par.* 2.

Sed hodie in Statu Eccleſiaſtico contrarium erit dicendum, vt ſcilicet comprehendantur omnes S. Sedi Apoſtolicę, tàm mediatè, quàm immediatè ſubiecti propter *Conſtit.* 83 *Sixti V. Bullar. nou. tom.* 2. *pag.* 637. quia hæc habet vim legis, & ligat omnes S. Sedi Apoſtolicæ ſubiectos, vt obſeruat *Cherub. iun. in compend. ad hanc Bullam ſchol.* 1. optimè facit *Felin. d. c. ad audientiam, nu.* 12. *verſ. contra iſtam concluſionem*, vbi videtur

16 firmare, inſtrumenta Archiuij fidem facere inter ſubditos etiam extra territorium, & inter Ciuitates confœderatas. Quibus ita firmatis, non ab re putaui quoſdam caſus referre, qui de facili euenire poſſunt.

17 Quidã notarius fuit rogatus de quodam contractu in loco extra Statum Eccleſiaſticum, hic portauit matricem abſque extenſione inſtrumenti in vnum ex Archiuijs Status Eccleſiaſtici, vbi Archiuiſtæ ex præcitata Conſtitutione Sixti V. facultatem habent extendendi inſtrumenta aliorum notariorum, quęſitum eſt, an hic Archiuiſta poſſit extendere hoc inſtrumentum, & negatiuè reſpondit *Rota coram Put. deciſ.* 414. *per tot. in-*

18 *cipit Archiuiſta*, vbi concludit, quòd tale inſtrumentum erit extendendum per notarium, qui de eo rogatus fuit, vel ſi hic mortuus erit, de mandato iudicis loci, in quo inſtrumentum rogatum fuit; & ita etiam diſponitur *in bannimentis generalibus Archiuiorum editis, vt di-*

19 *ximus, die* 8. *Martij* 1630. *cap.* 13. Ratio poteſt eſſe, quia hoc Archiuiſtarum priuilegium eſt ſtrictè interpretandum, *vt in d. deciſ. Put.* 414. *in fine*.

Alius caſus erit. Volo ex Archiuio

20 ſcripturam, in qua nullum habeo intereſſe, numquid Archiuiſta poterit illam mihi denegare? & negatiuè, non poſſe inquam ſcribit *Angel. in Auth. de defenſor. Ciuit. §. penult. num.* 3. quem refert *Cherub. iun. ad Bullam* 87. *Pij Quinti ſchol.* 2.

21 Tertius erit caſus. Si duæ ſcripturæ concurrant ambo priuatæ, quarum altera reperiatur extra Archiuium, altera verò in Archiuio, quænam iſtarum habebit potiorem fidem? dicas illa, quæ reperitur in Archiuio, quàmuis maiorẽ contineat ſummam, & obligationem eiuſdem perſonæ; ita *Roman. conſ.* 319. *per tot.* qui loquitur de quodam fideiuſſore ad fauorem cuiuſdam Communitatis; & idem tenet *Felin. d. c. ad audientiam, n.* 15. *verſ. octaua concluſio, de præſcript. Marſil. in rubr. C. de probat. n.* 293.

Quæ concluſio abſque vlla hæſitatione procedit in Eccleſiaſtica ditione ex diſpo-

diſpoſitis *in Bulla Sixti V. & Bannimē-*
tis in vim illius emanatis. Cautum enim
22 in illis habes *cap.*8. *&* 9. ſcripturam eſſe
nullam, & inualidam, quæ intra 15. dies
non fuerit in Archiuio exhibita.
23 Et ſcripturam Archiuij publici potio-
rem habere fidem quàm teſtes, & eorum
depoſitioni præferendam, probatur *in*
l. cenſus, & monumenta, ff. de probat. Ro-
man. d. conſ. 319. *verſ. hae quidem*, quem
ſequitur *Bartholom. Caſſan. conſ.* 16. *viſo*
proceſſu, vol. 1. *verſ. & dicit Ludouicus*; vt
obſeruat *Mandoſ. ad hoc conſ. Roman. in*
verb. praferri.
24 Hanc tamen concluſionem intelligē-
dam puto iuxta opinionem *Felin. in d.*
c. ad audientiam, n. 15. *in* 5. *concluſ. verſ.*
ſed de mente, extr. de praeſcript. dicentis
tunc ſcripturas priuatas ex Archiuio pu-
blico deſumptas plenam fidem facere,
quando loci conſuetudo ita diſponit, &
quando res agitur intra territorium, &
inter ſubditos illius territorij, in quo
poſitum eſt Archiuium, *ex Caputaq. de-*
ciſ. 42. *per tot. par.* 1. Quia tunc conſue-
tudo, & authoritas officialis facient ſcri-
pturam de non authētica authenticam;
vt ibi per eum; qui quidem *Felin.* niti-
tur concordare *Abb. & Aretin.* de hac re
loquentes *in c. cum cauſam, de probat.* Et
fortius procedet hæc opinio, ſi concur-
rant illa quatuor, quę ſupra retulimus ex
Crauett. & Menoeb. & Caputaq. deciſ. 41
in princ. per tot. par. 1. Quāmuis in Ec-
cleſiaſtica ditione hanc quęſtionem eua-
neſcere putamus propter Cōſtitutiones
Pontificias ſupra relatas, quæ vt dixi-
mus faciunt ius.
25 An autem apocha nullo ſuffulta teſtiū
adiumento, reperta tamen in Archiuio
publico, plenè probet, affirmatiuè ſcribit
Maſcard. de probat. concluſ. 111. *incipit,*
Reliquum eſt, n. 9. *&* 10. *arg. tex. in Auth.*
ad haec, & ibi ſcriben. C. de fide inſtrum.
Bart. & alij multi per eum adducti, Ro-
man. conſ. 265. *per tot.* & reddit rationē,
quia Archiuium dat robur ſcripturæ nō
authenticæ; quod etiam videtur cautum
in præcitatis *Bannimentis cap.* 23. *Che a*
tutti gl'inſtrumenti.
Contrarium tamen videntur ſentire
26 *Felin. Crauett. & Menoeb.* maximè quan-
do ageretur de maximo præiudicio il-
lius, contra quem exhiberetur talis apo-
cha, per ea, quæ notabilitèr docet *Abb.*
in d. c. cum cauſam, n. 1. *verſ. dico ergo, de*
probat. Quae Maſcard. quoque videtur ad-
mittere concluſio, 976. *n.* 61. *& ſupra n.* 51.
& 52. prout etiam expreſsè deciſum
habemus *in Rota coram Put. d. dec.* 430.
poſt Zabb. conſ. 41. *cum praeſupponatur,*
num. 2.
Nec me mouent dicta Bannimenta,
quia hæc recipiunt interpretationem a
iure communi, & optimè facit *deciſ.* 249.
27 *par.* 3. *lib.* 3. *diuerſ. per tot.* vbi inſtrumen-
tum de falſitate ſuſpectum non recipit
fidem, licèt in Archiuio ſit repertum; &
28 *deciſ.* 318. *d. par.* 3. *lib.* 3. vbi Rotæ Tribu-
nal dat fidem relationi Archiuiſtarum
iunctis tamen alijs probationibus de iu-
re requiſitis, *Caputaq. deciſ.* 41. *par.* 1.
29 Sed numquid in extractione ſcripturę
ex Archiuio facienda requiratur citatio
partis, ad hoc vt fidem faciat, negatiuè
reſpondet *Felin. in d. c. ad audientiam,*
ſub n. 15. *verſ. ſexta concluſio, de praeſcrip.*
ſequutus Bald. in c. 1. *in fin. de fid. inſtr.*
Card. conſ. 72. *incipit, ſigillatim ad ſingu-*
la, num. 6. *verſ. in contrarium, & num.* 7.
ait tunc eſſe propriè neceſſariam cita-
tionem, quando de actu debet fieri ſcri-
ptura, de quo prius non fuit facta, *vt in*
c. ſignificauit, de teſtib. & atteſtat. vel quā-
do ſcriptura priuata fieri debet authenti-
ca, *ad notat. in c. penult. & c. fin. de fid.*
inſtrum.
Hoc tamen puto verum, quando ſcri-
30 ptura eſſet extracta ante litem, vt dixit
Rota coram Seraph. deciſ. 1481. *& in dec.*
1. *n.* 1. *de fid. inſtr. in nouis.* Item quando
eſſet extracta ab eodem notario, qui de
tali ſcriptura, ſeu inſtrumento eſſet ro-
gatus, & qui dedit ſemel vnam copiam,
& ex cauſa vult facere aliam copiam, ta-
lis exemplatio valet etiam parte non ci-
tata, quia cenſetur pro vna, vt ſcribit
Card. Zabb. d. conſ. 72. *n.* 7. *verſ. ſed ſi no-*
tarius; & ita etiam dixit *Rota in d. deciſ.*
1. *num.* 1. *de fid. inſtrum. in nouis*, vbi ex-
preſsè legitur, inſtrumenta extracta in
partibus, parte ad hoc non vocata, nul-
lam fidem facere, ſi fuerunt extracta, ſi-
ue exemplata per alium notarium, quàm
per illum, qui illa aliàs recepit, & con-
fecit; ſi verò ab eodem notario, ſecus
dicendum, quia illis ſtandum eſſet tan-
quam originalibus ſine partis vocatio-
nę; & hoc idem habetur *in deciſ.* 4. *de*
fid. inſtrum. in antiq. viden.
Cum autem in multis Ciuitatibus, &
locis adſint Archiuia particularia, in qui-
bus ipſæ Communitates cuſtodiunt, &
ſeruant proprias ſcripturas, & de quibus
Archiuijs videtur loqui hæc noſtra Con-
ſtitutio, dum præcipit, Tabellas in Ar-
chiuijs ipſarum Communitatum, & Vni-
uerſitatum eſſe ſeruandas, quæſitum eſt,
an

an ſcripturæ ex iſtis Archiuijs extractæ fidem faciant in iudicio.

31 Et abſolutè loquendo negatiuè reſpōdetur per ea, quæ dixit *Rota coram Seraph.deciſ.320.n.2.& deciſ.642.nu.1. & coram Puteo deciſ.186.n.1.lib.3.in nouis*, quæ loquuntur in Archiuijs Capitulorū, & Monaſteriorum. Cum autem Capitula, & Monaſteria veniant ſub nomine Vniuerſitatum, vt per *Nicol.Loſæum trac. de iur. vniuerſ. par. 1. cap.1.* benè ſit illatio.

32 Cum autem hodie Cōmunitates Eccleſiaſticæ ditionis ſint Dominæ, & ſub earum diſpoſitione maneant Archiuia ex conceſſione, titulo tamen emptionis *a fel. rec. Clem. VIII. facta, vt legitur in eius Conſtit.nuncupata, ſuper extinctione recentiorum vectigalium ſexto Idus Maij* 1592. *Pontif. anno primo edita*: In qua præuia reuocatione conceſſionis olim de ipſis Archiuijs a Sixto V. factæ Paulo Falconerio, & iniuncto Communitatibus onere ſoluendi certam pecuniarum ſummam in ipſa conceſſione expreſſam, ac deinde quolibet anno fructus Montium ab ipſo Sixto iam erectorum, eiſdem Communitatibus Archiuia, & illorum emolumenta conceſſit, vt latius in dicta Conſtitutione, quæ cum in volumine aliarum Conſtitutionum, & Bullarum non reperiatur, illam in calce operis forſitan habebis.

Et cum in poſſeſſione prędictę Communitates iugitèr exiſtant, propterea in Bannimentis iniunctum eſt illis onus prouidendi domos, & miniſtros ad hoc neceſſarios, & idoneos, *vt in cap.18.Che le Communità,&c.* Videtur igitur dicendum,

33 omnes ſcripturas ex Archiuijs Cōmunitatum deſumptas plenam fidem facere, quod etiam innuunt *eadem Bannimenta cap.23.Che a tutti gl'inſtromenti, &c.*

Cui obiectioni reſpondendum erit: aut loquimur de Archiuijs particularibus, quæ nonnullæ Communitates habēt ad cuſtodiam ſuarum ſcripturarum, in quibus terminis loquuntur *deciſ.Rotæ apud Put.Seraph. & Caputaq.locis citatis*, & tunc non faciunt fidem, ſignantèr inter non ſubditos, & non exiſtentes in Territorio dd.Ciuitatum; nā ſi ſint ſubditi, & exiſtant in territorio, & adſit cōſuetudo, vt talibus ſcripturis fides adhibeatur, tunc habebit locum, quod dictū eſt *ſupra num.12. verſ.ſed numquid ex conſuetudine, &c.* & adde *deciſ.183.in fine, & per tot.par.2. diuerſ.* vbi ſcripturæ deſumptæ ex Archiuio Capituli fidē faciunt contra ipſos Capitulares; aut loquimur de Archiuijs publicis, quæ ab Vniuerſitatibus locantur notarijs idoneis plus offerētibus, & pro quibus Archiuijs ipſæ Vniuerſitates tenentur parare manſiones ipſas cum armarijs, & alijs requiſitis, iuxtà diſpoſita *in dictis Bannimentis cap.18. Che le Communità, &c.* quæ quidem Bannimēta emanarunt in executionem *ſupracitatæ Conſtit.83. Sixti V.§.6.verſ.Communitates verò, & alterius Conſtitutionis immediatè ſequētis §.5.* & tunc nulli dubium eſſe poteſt, quin huiuſmodi ſcripturis plena fides in iudicio, & extra ſit adhibenda, vt communitèr concluditur in iuribus ſuperius allegatis, & legitur apertè in *d. Conſtit. 83. & in Bannimentis cap.23.*

Sed pulchra oritur quæſtio. Commu-

34 nitates Eccleſiaſticę ditionis ſunt dominæ Archiuiorum, vt diximus, illaque notarijs locant, qui quidem notarij certum quid recipiunt ab ijs, qui volunt ſcripturas, vt notum eſt; contingit aliquando, vt ipſa Communitas, quæ locauit Archiuium ſub certa annua reſpōſione, velit inſtrumentum publicum ex ipſo Archiuio, cum ſolito ſigno Archiuiſtæ, numquid Communitas tenebitur ſoluere ſolitam mercedem? & negatiuè reſpondendū puto, ad tradita per *Boer. deciſ.213.num.1.& 2.* vbi ait, hanc eſſe magis communem contra *Bart. in eius conſ.226.cauetur ſtatuto Montis politiani, per tot. lib.1.* videndus eſt etiam *Afflict.deciſ.319. nu.8.* quem ſequitur *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 44. egregia, & celebris, num.11.* vbi concludit, quòd conducens gabellam a Ciuitate, quæ ſit immunis pro rebus a ſe emptis, non tenetur Ciuitas ſoluere gabellam, cùm non præſumatur vendidiſſe ius ſuæ immunitatis, atque ita ius exigendi gabellam contra ſe ipſam.

35 Notandum quoque erit, *in ſæpe citatis Bannimentis cap. 15. Et perche, &c.* caueri notarios omnes deſcribendos eſſe in Archiuio, & Matricula aliorum notariorum ſub certa forma ibi aſſignata, aliàs falſitate notandos, &c.

36 Hæc tamen diſpoſitio limitanda erit in notario conficiente inſtrumenta tempore magnæ peſtilentiæ, prout deciſum habes *in Rota Romana in cauſa Tudertina, deciſ.67.lib.2.par.3.diuerſ.*

Quæritur etiam. Præfectus Archiuij, vel eius officiales diſtulerunt cogere notarios portare ſcripturas ad Archiuiū, prout

prout cogendi ſunt ex diſpoſitis *in dicta Bulla Sixti V*. §.6. & ipſi notarij per
37 multos annos non portarunt, nec conſignarunt ſuas ſcripturas in Archiuio, vtrũ poſsint allegare non vſum dictæ Bullæ, & ſe ipſos ab ipſa delatione exonerare? Negatiuè reſpondeas: Quia legem, cui Papa appoſuit decretum irritans, non poteſt officialis non vtendo, imò neque ex contrarijs actibus, illam eludere ſine expreſſo Papæ conſenſu, vel ſcientia cum lapſu 40. annorum, prout cenſuit *Rota coram Caputaq deciſ*.204. *par*.3. *per tot*. quam refert, & ſequitur *Cherub. iun. ad præd. Sixti V. Conſtit*.83. *ſchol*.2.

Verùm cum ſupra dictum ſit, prouentus omnes Communitatum ex diſpoſitis
38 in hac noſtra Bulla ſuper Bono Regimine locandos eſſe plus offerenti ad extinctionem candelæ, inter prouentus verò ponuntur Archiuia, & Cancellariæ, quæritur propterea, ſi perſona minus apta licitando obtineat, numquid locatio concedenda ſit? Et cum in facti contingentia id aliquando veniſſet, *Sacra hæc noſtra Congregatio die* 14. *Octobris* 1614. *inſtante Prouincia Marchiæ reſpondit. Conductores Archiuiorum per Conſilium eſſe eligendos, dummodo electi per Gubernatorem Prouinciæ approbentur, & caueant iuxta formam Conſtitutionis ſuper Bono Regimine de ſoluendo pẽſionem conuentam, quæ nullo modo poſſit eſſe minor ea taxa, quam Communitates ſoluunt Monti Archiuiorum, &c.*

39 Quid ſi notarius morte præuentus quædam non perfecerit inſtrumẽta, quæ in nota redacta tamen fuerant ab eodẽ, numquid Archiuiſta poterit illas abbreulaturas extendere? dicas, ad petitionẽ illorum, ad quos pertinet, & interueniente auctoritate Iudicis ordinarij vtique poſſe, vt eſt *tex. in c. cum P. Tabellio, de fid. inſtrum*. & ad pleniorem intelligentiam huius concluſionis vide *Alex. conſ*.152. *videtur prima conſiderat. nu*.12 *&* 13. *lib*.2. *Afflict. ad Conſtit. Regn. lib*.1. *de ferijs, & ſalarijs iudicijs, &c. in verb. baiulos omnes, n*.37. *& alibi*, *Anton. Taſſar. de notar. exceſſib. & error. cap*.115. *per totum*.

Et abbreuiaturas notarij mortui extendi poſſe per alium notarium, & inſtrumentum ita extenſum eſſe validum etiam quoad fideiuſſores in abbreuiaturis contentos, cenſuit *hac Sac. Congreg. Boni Regim. in cauſa Vrbeuetana Mõtis Pietatis proponẽte R.P.D. meo Muto die* 11. *Septembris* 1638.

S V M M A R I V M.

1 *Collegia, Societates, Monaſteria, Vniuerſitates habentes corpus, poſſunt habere Arcam, ſeu Burſam communem, & Syndicum.*

2 *Communitates, & municipia debent habere Aerarium, & Arcam communem, ad quam in publicis neceſſitatibus recurrant; quia pecuniæ obediunt omnia.*

3 *Non eſt Ciuitas, ſeu Caſtrum adeo munitum, quod expugnari non valeat, ſi ingredi poſſit aſellus auro onuſtus.*

4 *Aerarium ab ære dictum eſt, & quare, & quæ ſit differentia inter Aerarium, Fiſcum. & Marſupium, quæ tamen ſæpe confunduntur. & nu*.16.

5 *Aerarium dici poteſt locus, ad quem ex omni loco ſubiecto pecuniæ publicæ deferuntur.*

6 *Caſtrum S. Angeli dici poteſt Aerarium ditionis Eccleſiaſticæ, & quare.*

7 *Sixtus V. magnam pecuniæ quantitatem collegit, & in Caſtro S. Angeli certa lege recondidit.*

8 *Antiquum Romanorum Aerarium quibus penſitationibus ditaretur.*

9 *Fiſcus, ſeu Arca fiſcalis quænam dici poſſit hodie apud nos, & quid Marſupium.*

10 *Ciuitates, & loca recognoſcentes ſuperiorem regulariter non habent fiſcum, nec ſuccedunt in bonis vacantibus.*

11 *Communitates Romanæ Eccleſiæ ſubiectæ non habent pœnas maleficiorum, nec confiſcationes.*
Amplia poſitam concluſionem procedere etiam de iure communi. num.12.

13 *Epiſcopi an dicantur habere fiſcum in earum Diœceſibus; & quomodo applicare debeant pœnas maleficiorum, vide remiſſiuè.*

14 *Pœnæ damnorum datorum in Eccleſiaſtica ditione ſunt Communitatum ex titulo emptionis. & num*.15.

17 *Aerario S.R.Eccleſ. præſunt hodie Eminentiſſimus D. Cardinalis Camerarius, & Illuſtriſs. D. Theſaurarius generalis, qui repræſentant binos viros Aerarios Prætorios.*

18 *Binis viris Prætorijs ſuberant Tribuni Aerarij, ſeu Quæſtores prouinciales.*

19 *Quæſtorum prouincialium, quos hodie dicimus Theſaurarios, quodnam eſſet officium.*

20 *Exactores tenentur facere quietantias de receptis.*

21 *Exactores recuſantes recipere pecunias fiſca-*

ſiscales ſibi oblatas, liberant debitorem, & ipſi tenentur in duplum.

Amplia concluſionem, ſufficere oblationem pecuniæ in odium exactorum. num. 22.

Amplia ſecundò, in exactoribus gabellarum. num. 23.

24 *Quæſtor, ſeu Theſaurarius prouincialis tenetur pro delictis ſui exactoris.*

25 *Refertur quædam noua cautela ab vno ex Theſaurarijs prouincialibus inuenta, & a ſuperioribus reiecta.*

26 *Tributorum exactio hodierna differt ab ea, quæ antiquitùs ſiebat, & quomodo.*

27 *Pro debitis publicis, ſeu ſiscalibus poteſt incipi a captura.*

28 *Stylus exigendi pecunias publicas in Gallia correſpondet noſtræ conſuetudini.*

29 *Exactores malas artes adhibere ſolent, & in ſacra Pagina eorum miniſterium deteſtatur.*

30 *Exactores ad annum tantùm, & ad ſummum ad bienniū durabant; & quare.*

31 *Exactores exigentes vltra debitum tenētur ad duplum, & ad alias pœnas.*

32 *Exactorum opera eſt Principibus neceſſaria, qui tamen occurrere debent eorum rapacitatibus.*

33 *Exactori exigenti vltra modum præſcriptum poteſt licitè reſiſti, & probato crimine, puniendus eſt.*

34 *Expedit Reipublicæ, & Principi ſubditos in pace quieſcere; & quare.*

35 *Imperium, & ſiscus abundabit, ſi vtatur ſubiectis locupletibus; & ſingulorum facultates* Ciuitatum *diuitiæ ſunt.*

36 *Principes ne ſubditos tributis, & vectigalibus onerarent, quid aliquando egerint.*

37 *Boni paſtoris eſt pecus tondere, non deglubere, vel ad viuum vſque radere.*

38 *Vectigal ab initio ex iuſta cauſa iuſtè impoſitum, ceſſante cauſa ſi exigatur, redditur iniuſtum.*

39 *Vectigalium iniuſta exactio ſubditis incommoda, & Regnis detrimentum affert.*

40 *Canon quid ſit, quidue canonica illatio, & qui ad illam teneantur.*

41 *Canon in Eccleſiaſtica ditione dici poſſūt ſubſidium triennale, & alia onera Cameralia; & quare.*

42 *Oblatio eſt ſpecies penſitationis, & eius ſimulachrum apud nos quodnam ſit.*

43 *Habentes priuilegium Principis ſunt immunes a præſtationibus.*

44 *Oblatio propriè loquendo quænam ſit, & dicatur.*

45 *Communitates volentes facere oblationes, & ex hac cauſa partienda ſit collecta inter ciues, neceſſaria eſt Principis licentia.*

46 *Indictum quid ſit, & in quo differat a muneribus patrimonialibus, & vnde dictum.*

47 *Poſt indictum quid agendum, quomodo facienda exactio, & quanto tempore durabit; remiſſiuè.*

48 *Vniuerſitas mouens litem ex conſilio aliquorum ciuium, ſi pro expenſis partienda ſit collecta, ad hanc non tenentur, qui nullum habent intereſſe in negotio, ſeu lite.*

49 *Ambitioſa Decurionum decreta non debent onerare non conſentientes.*

50 *Collecta impon̄eda pro neceſſitatibus Vniuerſitatum debet eſſe æqualis inter ciues, & ab omnibus ſoluenda.*

51 *Decuriones detrectantes imponere collectas pro neceſſitatibus publicis cogendi ſunt a iudice.*

52 *Principis patrimonium ex multis bonis conſtituitur, & quænam ſint iſta bona.*

53 *Patrimonium Summi Pontificis quodnā propriè ſit.*

54 *Confiſcationes ſunt de regalibus Principis, & ſine eius iuſſu non ſiunt.*

55 *Poſita Principis, & Aerarij publici indigentia, varia inueniuntur genera penſitationum.*

56 *Recuſans ſoluere per contemptum collectas a Principe impoſitas, & ab illarum ſolutione alios attrahere attentans, reus eſt læſæ maieſtatis.*

57 *Vniuerſitatum patrimonium appellare poſſumus, quod ipſis Vniuerſitatibus debetur.*

58 *Vniuerſitas habens proprium patrimonium an teneatur ſoluere collectas pro ſuis ciuibus.*

59 *Vniuerſitates tunc imponent collectas, ſi nulla habeant bona, nec burſam communem.*

Declara concluſionem diſtinguendo, vt num. 60.

61 *Principem voluiſſe imponere collectam Vniuerſitatibus, ſeu ſubditis, quomodo cognoſcatur.*

62 *Dictio,* ipſi, *perſonalitatem denotat.*

63 *Vniuerſitas non tenetur ad collectas impoſitas ſubditis, vti ſingularibus perſonis.*

64 *Vniuerſitas habens redditus ſufficientes, nec ære alieno grauata, non debet imponere collectam ciuibus ſuis.*

Amplia, ſi ciues ſint pauperes, & eorum indu-

O

induſtria ſit neceſſaria in Ciuitate. num. 65.

66 *Vniuerſitas, quæ per multos annos ex proprijs redditibus ſoluit onera fiscalia, ſi deficiant redditus, poterit collectare ciues, quocumque titulo non obſtante.*

67 *Omnia prædia pro oneribus fiscalibus ſubijciuntur Vniuerſitatibus.*

68 *Onus eueniens hinc ad mille annos ita habet prædia obligata, ſicut ſi hodie eueniſſet, & dicitur æs alienum contractum cum Vniuerſitate.*

69 *Præſcriptio non habet locum aduerſus Vniuerſitatem habentem hypothecata prædia ciuium pro collectis.*

70 *Conſuetudo reijcitur non ſolùm quando eſt aduerſus obligationem, ſed etiam quando abſorbet ius alterius.*

§. VI.

Gloſſ. 1.

Aerarijs.

CAP. XVIII.

1 QVIBVS permiſſum eſt habere corpus, vt Collegia, Societates, Vniuerſitates & alia huius generis ad exemplum Reipublicæ proprium eſt habere res communes, Arcam communem, Actorem, ſeu Syndicum, per quem tanquam in Republica, quid communitèr agi, fieriuè oporteat, agatur, & fiat, vt eſt *Caij I. Conſulti reſponſum in l. 1. §. quibus autẽ, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomine.*

2 Ex quibus verbis *Petr. Greg. Tholoſ. colligit in ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 3. cap. 2* Vniuerſitatibus, & Municipijs omnibus permiſſum eſſe habere ærarium, & arcã communem ad pecuniam publicam pro ipſarũ Vniuerſitatum neceſſitatibus ſeruandam; quia pecuniæ obediunt omnia, *Eccleſ. cap. 10.* & ſicut protegit ſapientia,
3 ita etiam pecunia, *idem Eccleſ. cap. 7.* nec eſſe Ciuitatem, ſeu Caſtrum inexpugnabile quantumuis munitum, quòd ingredi poſſit aſellus auro onuſtus, dicere ſolebat Philippus Macedo a *Demòſthene relatus in Eſchin.* & ad rem faciunt, quæ refert *Arrius Pinellus ad l. 2. par. 1. cap. 3. n. 10. ad fin. C. de reſcind. vendit.* & fuſius *Nicol. Loſæus de iur. vniuerſ. par. 3. cap. 1 in princ. & per tot.*

4 Aerarium igitur ab ære dictum eſt, quo olim antiqui loco pecuniæ vtebantur, nondum ſignato auro, vel argento, teſte *Plin. lib. 34. cap. 1.*

Differunt autem inter ſe Marſupium, Fiſcus, & Aerarium, nam vt fiſcus maior eſt marſupio, ſic ærarium maius, & capacius fiſcó.

5 Aerarium enim appellare poſſumus locum, ad quem ex omni parte Regni pecuniæ publicæ, & fiſcales deferuntur:
6 In Vrbe erit Caſtrum S. Angeli, in quo Sixtus V. primo ſui Põtificatus anno decies centena millia repoſuit, *vt in eius Bull. 31. Bullar. nou. pag. 529.* Anno ſecundo alia decies centena millia, *vt in Conſtit. 69. pag. 599.* In quarto verò anno alia decies centena millia, ea conditione
7 locauit, & depoſuit, vt inde amoueri nequeant, niſi pro recuperatione Terræ Sanctæ, generali expeditione contra Turchas, vel recuperatione Regnorum a quibuſuis Catholicæ Romanæ Eccleſię hoſtibus occupatorum, & in expeditione contra eos decernenda, *vt in alia eiuſdem Pontificis Conſtitut. 80. §. 2. in fin. d. Bull. pag. 627.*

Cuius exemplo alij quoque Pontifices Maximi, licèt non adeo ſolẽmni lege, aut ritu pecunias publicas repoſuerunt, & modò reponunt; prout antiquitus, vigente tunc Romana Republica, in Aede Saturni Aerarium erát, ibique pecuniæ publicæ locabantur, vt refert *Iuſtinus in hiſt. lib. 43.* & fuſius *Macrob. in Saturnal. lib. 1. cap. 8.*

8 Et quæ mitterentur in Aerarium Romanum, colligere poſſumus ex *Lucano dum lib. 2. de bell. ciuil.* expilationem totius Aerarij factam a Iulio Cæſare, his verbis deſcribit.

Tunc conditus imo
Eruitur tẽplo, multis intactus ab annis
Romani cenſus populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perſeus, quem victi præda Philippi,
Quod tibi Roma, fuga Pyrrhus trepidante reliquit,
Quo te Fabricius Regi, non vendidit auro,

Quic-

Quicquid parcorum mores ſeruaſtis auorum,
Quod dites Aſia populi miſere tributũ,
Victorique dedit Minora Creta Metello,
Quod Cato longinqua vexit ſuper æquora Cypro,
Tunc orientis opes, captorumque vltima Regum,
Quæ Pompeianis prælata eſt Gaza triumphis,
Egeritur, triſti ſpoliantur templa ruina.

Fiſcũm verò, ſeu Arcas fiſcales appel-
9 lare poſſumus Theſaurarias prouinciales, ad quas collectiones minutatim factæ ex Pagis, Oppidis, Ciuitatibus deferuntur, vt colligitur *ex l.4. C. de numer. & actuar. lib. 11. vbi Iuſtin. Imper.* decernit in ſingulis Prouincijs eſſe Arcas fiſcales, in quibus tamen pecunias collectas diù manere vetitũ erat, ſed ſtatim quicquid a prouincialibus ſolutum erat, ſacris Theſauris, ſeu Aerarijs inferendum; vt legitur *in l. diù, C. de ſuſceptor. lib.* 10.

Marſupium dicemus exactiones, ſeu redditus cuiuſcumque Ciuitatis, Oppidi, & Vniuerſitatis, vt aduertit *P. Gregor. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 3. cap. 2. n. 11.* vbi latè de ærarijs; & magis fusè *in tract. de Repub. lib. 3. cap. 3. per tot. & in alijs ſeq. capit.* & Marſupium dici etiã peculium priuatorum, legimus *in parabol. Salamon. cap. 1. ibi. Marſupium vnum ſit omnium noſtrum.*

Oppida enim, & Ciuitates recognoſcentes ſuperiorem regularitèr non ha-
10 bere fiſcum, nec propterea ſuccedere in bonis vacantibus, ſancitum eſt *in l. 1. C. de bonis vacantib. lib. 10. ſcripſerunt Roman. conſ. 111. viſo pũcto, per tot. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. tit. 1. n. 5 ibi: Municipia, Caſtra, & Ciuitates ſubditæ, quæ ſummum imperium non habent, fiſco carent, Burſam tamen communem habent, ſeu habere poſſunt.* latè *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. n. 391.*

Et in Eccleſiaſtica ditione nec etiam
11 pœnas, & confiſcationes maleficiorum habent, quia hæ ſunt Cameræ Apoſtolicæ applicatæ per Summorum Pontificum Conſtitutiones, & poſt alios *Sixti V. Conſtitut. 93. Bullar. nou. tom. 2. pag. 655. vbi Cherub. iun. in ſchol. 1. & 2.* ampliat, & extendit hanc concluſionem etiam ad mulctas, bonorum confiſcationes, & compoſitiones, rationibus, & iuribus per eum adductis.

12 Verùm circumſcriptis etiam Summorum Pontificum conſtitutionibus, etiam de iure communi pœnarum applicatio facienda eſt Cameræ Apoſtolicæ, vt docet *Bart. in l. item veniunt, §. ait Senatus, n. 2. ff. de petit. hæred. ibi. & ideo in Marchia, & in alijs prouincijs Eccleſiæ omnia, quæ dicuntur de fiſco, intelliguntur de Eccleſia:* & in Romana Curia nulla particularis perſona eſt fiſcus, ſed ipſamet Sedes Apoſtolica, & qui hodie gerit in Curia officium fiſci, non appellatur fiſcus, ſed Aduocatus, vel Procurator fiſci, ita notantèr ſcribit *Gomes in procem. Reg. Cancell. tit. Epiſcop. dignit. diminut. verſ. ſolutio.*

13 Sed an ſola Romana Eccleſia gaudeat hoc priuilegio, an verò aliæ quoque inferiores, & earum Epiſcopi habeant fiſcum, videndus eſt *Felin. in c. irrefragabili, n. 11. verſ. quarta concluſio, de offic. iud. ordin.* vbi etiam habes, quid agendum ſit ab Epiſcopis circa pœnarum applicationem, *ſignantèr n. 8. 9. & ſeq.*

14 Pœnæ autem damnorum dictorum licèt *Pius IV. in ſua Conſtitut. 43. tom. 2. pag. 56.* exceperit ab applicatione Cameræ Apoſtolicæ, *Sixtus tamen V.* ſuper eorum emolumentis officium particulare inſtituit, illudque Horatio Burgio Maceratenſi precio ſcutorum trium millium monetæ, vt legitur *in eius Bulla ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum Nonis Aprilis anno Pontificatus 4. Quæ tamen in Bullar. nou.* non reperitur, & ideo illam imprimi curaui in alio volumine Bullarum Summorum Pontificum
15 *pag. 39.* vt ex illa, & alia edita *a fel. rec. Clem. VIII. ſuper extinctione recentior. vectigalium*, quæ paritèr habetur impreſſa *in eod. tomo Bullar. pag. 53.* cognoſcatùr, quo iure, & quibus facultatibus gaudeant Communitates circa huiuſmodi pœnas damnorum datorum.

Verũ quia de huiuſmodi pœnis damnorum datorum alibi fuſiùs agendum erit, hìc plura non addimus; ſed ad rem redeundo, dicimus quod attinet ad ſu-
16 pra poſitam diſtinctionem de Aerario, & Marſupio, ſciendum eſſe, non rarò inter ſe confundi: & hoc nomen Aerarium etiam de Marſupio cuiuſuis Ciuitatis dici, vt in hac noſtra Conſtitutione pluriès repetitum videmus, ibi *in communibus Aerarijs dictorum locorum;* & paulò infra, *in Aerarium Communitatis, &c.* & nomine Aerarij intelligendum eſſe omnem locum, in quo reponitur cuiuslibet generis pecunia, ſiue aurea, ſiue argentea, vel ærea, ſcribit *Tholoſan.*

tractat. de Repub. lib. 3. cap. 3. num. 2.
In regendis verò Aerarijs, colligen-
diſque pecunijs parua, aut nulla videtur
adeſſe differentia ab ea, qua antiquitùs
vſi fuerunt antiqui, & modò modernio-
res vtuntur, vt obſeruat *idem P. Gregor.
Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 3. cap. 2.
nu. 1.* & fuſius *in tract. de Repub. lib. 3. per
plura capita, videndus.*
17 Aerario quippè Sanctæ Romanę Ec-
cleſiæ præſunt hodie Eminentiſs. Cardi-
nalis Camerarius; & Illuſtriſs. D. The-
ſaurarius generalis, quemadmodum an-
tiquitus in Romana Repub. & ſub. Im-
perat. ex decreto Octauiani Cæſaris an-
nò ab Vrbe condita 720. præfuerunt bi-
ni viri Prætorij, *teſte Dione lib. 5.* quem
refert *Tholoſ. in ſyntag. iur. d. lib. 3. cap. 2.
num. fin.*
18 Quibus quidem binis viris Prætorijs
quemadmodum ſuberant Tribuni Aera-
rij, ſeu Quæſtores prouinciales, *l. 1. & 2.
C. de off. quaſtor.* ita hodie Cardinali Ca-
merario, & Theſaurario generali ſubſunt
Theſaurarij prouinciales, qui ad exigen-
da tributa, & collectas per Ciuitates, &
loca cuiuſque Prouinciæ particulares
exactores mittunt; facta autem exactio-
ne, ad ipſos Theſaurarios prouinciarum
pecunias deferunt, prout etiam antiqui-
tùs fieri notum eſt, *ex l. 1. C. de canon. lar-*
19 *gition. lib. 10.* ipſi verò Theſaurarij pro-
uinciales tenebantur etiam, ſicut hodie
tenentur, ſingulis quatuor menſibus pe-
cunias exactas conſignare, cum nomine
eorum, qui ſoluerunt, die, conſule, men-
ſe, cauſa, & ſumma, prout *a Theodoſ. &
Honor. Impp. ſancitum apparet in l. 1. C.
de apoc. pub. lib. 10.*
20 Vlterius chirographũ ſecuritatis (quod
nos quietantias, ſeu receputas apella-
mus) facere tenebantur exactores iſti,
ſicut hodie tenentur illis, a quibus pe-
cunias fiſcales recipiunt, nulla interpo-
ſita mora, *vt l. placuit, 4. C. de collat. fund.
patrim. lib. 10. & in Banniment. Eminen-
tiſs. Card. Camerarij.*
21 Et ſi ſoluere volens a ſuſcipiente fue-
rit contemptus, teſtibus adhibitis, con-
teſtationem debebit proponere, vt hoc
probato, & ipſe ſecuritatem debitam,
commiſsi nexu liberatus, cum emolu-
mentis accipiat; & qui ſuſcipere negle-
xerit, eius ponderis, quod debebatur,
duplum fiſci rationibus per vigorem of-
ficij Præſidis inferre cogatur: Ita *Anto-
nius Imperator edixit in l. 1. C. de ſuſcep-
torib. lib. 10. vbi Bart. & Salycet. relat. a
Io. de Plat. num. 1. verſ. & hoc dicit Bart.*
22 quòd ſola oblatio eius, quod debetur, nõ
attenta ammiſsione liberat ipſo iure o-
dio exactorum, qui ſine cauſa recuſant
recipere ſolutiones, & vexant ſoluere
volentes, vnde illi debitores liberantur
oblatione, & exactores ſuccedunt in de-
bitum, & vltra hoc condemnantur in
duplum, & hoc etiam Antonini reſcrip-
tum retulit *Maetian. in l. fin. §. ſi quis*
23 *profeſſus, ff. de publican.* dum ait. *Si quis
profeſſus apud publicanum fuerit, non
tamen vectigal ſoluerit, hoc contedente
publicano, vt ſolent facere, diui Seue-
rus, & Antoninus reſcripſerunt, res in
commiſſum non cadere. Cum enim (in-
quiunt) profeſſiones recitantur, commiſ-
ſum ceſſat; cum poterit ſatisfieri fiſco ex
bonis publicanorum, vel fideiuſſorum,*
ex quo quidem reſponſo reſultat am-
pliatio, ad exactores etiam gabellarum,
& vectigalium.
Delicta verò ab ipſis exactoribus cõ-
24 miſſa Theſaurariorum periculo ſarciun-
tur, *vt in l. exactores, C. de ſuſceptor. lib. 10
ibi. Et animaduertant quicumque no-
minauerint, ad diſcrimen ſuum vniuer-
ſa, quæ illi geſſerint, redundare;* & hoc
idem repetitum inuenies *in l. 1. in fin. &
l. 11. eod. tit. de ſuſceptor.* Et ita deciſum
fuit ab Illuſtriſsimo Domino Theſaura-
rio generali Stephano Duratio, deinde
Cardinali Eminentiſsimo, Ferrariæ Le-
gato de latere, & Archiepiſcopo *Ianuẽ-
ſi*, ad fauorem Communitatum Tuſculi,
& Veliterni contra D. Franciſcum Lã-
ceum Theſaurarium Prouinciæ Latij,
Campaniæ, & Maritimę: cum enim exa-
25 ctor dicti D. Lancei poſt exactionem fu-
gam arripuiſſet, quàmuis Communita-
tes oſtenderent Chirographum ſecuri-
tatis, ideſt quietantias in eorum libris
adnotatas, recuſabat tamen Lanceus has
habere ratas, eò quia non fuerat adim-
pleta quædam ſubtilis forma ab ipſo in-
uenta, nempe, vltra quietantias Com-
munitates debere eſſe ſollicitas, vt ſo-
lutiones notarentur a tergo literarum
patentium, ſeu mandati, quod exacto-
res ſecum deferre ſolent, quam quidem
cautelam tanquam oneroſam Commu-
nitatibus, & nimis ſubtilem ſeruandam
non eſſe, & ſufficere Chirographum ſe-
curitatis penes ipſas Communitates re-
pertum dixerunt *Domini in vna Con-
gregatione habita in ædibus dicti D. The-
ſaurarij generalis, interuenientibus Il-
luſtriſſimis Dominis .... Serra Cameræ
Apoſtolicæ Clerico, Antonio Cicalotto
Eminentiſs. Card. Camerarij Auditore,*
Ful-

Fuluio de Fuluijs Benigno huius Sacra
Congreg. Boni Regim. Secretario, Felice
Contelorio Cam. Apoſt. Commiſſario, &
quatuor ex Dominis Agentibus prouin-
tialibus, nempe D. Matthia Nardino Ca-
pranicenſe, D. Carolo Margaruccio de
Sancto Seuerino, D. Nicolao Leto Spole-
tano, meque Iacobo Cobellio Vrbeuetano.
In qua etiam Congregatione habita die
14. Aprilis 1631. fuit actnm de renoua-
rione, & noua publicatione Bannimen-
torum aliàs ab Eminentiſs. Cardinali Ca-
merario editorum ſuper exactione one-
rum Cameralium, & fructuum Locorum
montinm, quæ quidem Ben'nimenta fe-
re in deſuetudinē abierant; & ideo man-
datum, vt de nouo imprimerērur, prout
habemus impreſſa *in libro variar. reſol.*
& Bull. a me edito fol. 160.
26 Differre tamen videtur hodierna exa-
ctio in Statu Eccleſiaſtico ab illa anti-
qua, nam exactores antiqui exigebant a
ſubditis collectas, & tributa, habito re-
ſpectu ad res, & bona per ipſos ſubditos
poſſeſſa, vt *in l. 1. & 2. ac toto tit. C. de*
anno. & trib. lib. 10. l. 1. C. de indict. & a-
lijs multis in locis: imò nec ipſas parti-
culares perſonas per ſeipſos exigere po-
terant, ſed apud ludices ordinarios lo-
corum pro exactione inſtabant, *vt in l. 2*
C. de canonic. largit. lib. 10. nec perſonam,
ſed pignora, vt debitorem ad ſoluendi
neceſſitatem inducerent, capiebant, *l. fin.*
C. de capien. & diſtrahen. pignor. lib. 10.
nec pro debitis publicis aliquem carce-
rare, vel nouitatem in perſonam facie-
bant, *l. 2. C. de exactor. trib. lib.* 10. *vbi Io.*
de Platea in princ. verſ. & iſta lex, notat,
debitores fiſcales capi non poſſe, niſi in
ſoluendo fuerint contumaces, & ſi in
contumacia perſiſtant, bona capiuntnr,
& diſtrahuntur, vt fiſco ſatisfiat.

Moderni verò exactores non priuatas
perſonas, ſed Vniuerſitates exigunt ex
quadam conuentione inita inter Came-
ram, & Communitates, ſeruata tamen
forma in præcitatis Bannimētis tradita;
præcedente ſcilicet intimatione ad ſol-
uendum per quindecim dies ante, qui-
bus elapſis, coram officialibus locorum
exhibent exactores ſuas, quas habent
facultates exigendi; non enim poſſunt
exactores exigere, niſi habeant extractū
eis traditum manu publici notarij ad
ſcripturam talis impoſitionis deputati;
& ideo debitores, qui putarēt ſe grauа-
tos in ſolutione, poſſunt petere ab exa-
ctore, vt oſtendat eis librum, vel ex-
tractum, ſeu breues, in quibus ſunt de-
ſcripti, vt videant debiti quantitatem,
vt notat *Plateanus in l. 1. nu. 1. C. de exa-*
ctor. trib. per tex. apertum in Auth. de col-
lat. §. hoc autem iubemus.

Vbi verò Communitates debitam ſo-
lutionem diſtulerint, tunc ab exactore
relaxantnr repræſaliæ contra homines,
animalia, & bona cuiuſuis de ipſa Vni-
uerſitate, nulla habita ratione, an ſint
verè, & realitèr debitores illi, contra
quos repræſaliæ exercentur; ſatis eſſe
putans exactor, ſi ſint homines illius V-
niuerſitatis.

Verùm hoc prouenire non ex iuris
diſpoſitione, ſed ex pacto, & conuētio-
ne inita inter ipſas Cōmunitates, & Ca-
meram Apoſtolicam, *diximus ſupra §. 3.*
gloſſ. 1. in verbo Communitatum, nu. 19.
27 *verſ. ſed quoniam dictum eſt.* Imò poſſe
etiam incipi a captura pro debitis publi-
cis, ſeu fiſcalibus etiam ante condemna-
tionem, ſcribit *Io. de Platea in d. l. 2. n.* 15
verſ. ſed colligo, C. de exactor. tribut. lib. 10
28 Quapropter ſicnt de ſtylo Galliæ re-
ſtatur *Tholoſan. in ſyntag. iur. vniuerſ.*
lib. 3. cap. 2. n. 15. in conquirenda pecu-
nia publica ſeruetur ordo, vt Conſules,
& Decuriones locornm exigant iuxta
portionem, & titulos ſibi aſſignatos a
ſuis priuatis ciuibus, ita etiam fiat, & idē
ordo ſeruetnr in Terris Eccleſiæ, vbi etiā
Conſules, & Decuriones, vel per ſe ipſos,
vel mediante perſona exactorum pecu-
nias fiſcales exigunt a ſuis ciuibus, iuxta
portiones, & collectas inter eos factas;
exactas verò pecunias ad prouinciales
Theſaurarios mittunt, vel ad Vrbem, vbi
Depoſitarius generalis rerum fiſcalium
reſidet.

Cnm autem exactores ex iuris præ-
29 ſumptione dicantur malas artes adhibe-
re in exactionibns ſibi commiſſis, & in
Sacra Pagina multis in locis exactornm
miniſterium deteſtatur. *Exod. cap. 22. ad*
fin. & pro maximo beneficio populo ſuo
collato recenſet Deus illum ſcilicet ab
exactoribus liberaſſe. *Iob cap. 3. poſt med.*
cap. 39. Zaccar. cap. 9. è contra verò in ſi-
gnum iræ ſuæ eūdem populum exacto-
ribus expoſuiſſe *per Iſaiam cap. 3. & Luc.*
cap. 12. ad fin. ideo ciuili quoque lege
hos tributorum exactores correctioni
ſubiectos eſſe legimus, *vt in l. 2. C. de*
exactor. trib. lib. 10. & ſi vetito, & teme-
rario auſu exactionem fecerint, Prouin-
ciæ Moderator illos correptos ſub fida
cuſtodia ad Quæſtorem generalem mit-
tebat, *l. cuncta, C. de execut. & exact. lib.*
12. l. fin. C. de ſuſcept. lib. 10.

Et

30 Et ideo per annum, vel ad ſummum per biennium hoc munere fungi poterant, ne ſcilicet in cõtinua vexandorum prouincialium poteſtate, velut concuſſionum dominatione permanerent, *l.4. C. de ſuſceptor. verſ. nam perpetui, & ibi gloſſ. in verbo per biennium*, dicit non eſſe vltra biennium, etiamſi ordo voluerit: & hoc idem *a Theod. & Valen. Impp. certa pœna ſanctũ legimus in l.3. §. quod ſi, C. de execut. & exact. lib.12.* Quod etiã inſinuat *Caſſiodor. lib. 7. var. cap.2. formula Præſidatus*, dum ait. *Prudentèr omnimodis inſpexit antiquitas. Prouinciarum dignitates annua ſucceſſione reparari, vt nec diuturna poteſtate vnius inſoleſceret, &c.*

31 At ſi vltra debitum ab ipſis exactoribus elicitum fuerit, in duplum condemnantur prouincialibus reſtituere, & ſi exactorum ſuperexactionis crimine fuerint conuicti, capitali periculo cupiditas eorum emouenda, & prohibenda erit, prout *ab Arcbid. & Honor. ſancitum eſt in l. vnica, C. de ſuperexactionib. lib.10. & ibi ſcribentes.* & *in Edicto Theodoſij Gothorum Regis ab Apoll. Sydon. cap.149 relato, & inter opera Caſſiod. pag. apud me 369. impreſſ. hæc leguntur. Si quis exactorum, vel ſuſceptorum maiorem menſuram, vel maius pondus adhibuerit, dum fiscales traduntur ſpecies, quàm publicæ ordinationis moderatio antiquitus prouiſa conſtituit, ad iudicem continuò cum ipſius menſuris, & ponderibus deducatur, vt ſi fuerit de eorum iniquitate conuictus, inde quadruplum pro vtilitate illius, quem grauauit, malè ſuſceptarum ſpecierum damna ſuſtineat.*

32 Licèt enim Princeps horum exactorũ opera multùm egeat, vt fiſcales pecuniæ ad æraria deferantur, ad notata *per Tholoſan. in ſyntag. iur. vniu. lib.3. cap 2. & 3 & in tract. de Repub. lib.3. cap.3.4. & ſeq. & nos diximus alids in tract. de Præfecto Pontificalis ærarij, cap.25. de exactor. tribut.* Tamen eorum rapacitatibus, & concuſſionibus occurrere debet, *vt ab Imp. Anaſtaſio ſancitum apparet in l. contra noſtra, C. de exactor. & execut. lib.12. vbi Bar. & And. de Barolo notant*, facienti
33 exactiones contra modum præſcriptum poſſe licitè reſiſti, & ſi probetur crimen in hoc commiſſum, puniri poterit; & facit *tex. in l. fin. C. de ſuſceptor. lib.10.*

34 Expedit enim Reipub. & Principi ſubditos in pace quieſcere, nam quies ſuauiſſima populi, & tranquilla diſpoſitio Regionum præconium probatur eſſe Regnantium, *Caſſiod. teſte lib.5. variar. cap.39.* Nec Principis theſaurus eſt fiſcus, ſed ſubditi benè ſe habentes, vt ait *Maſtrill. de Magiſtr. lib.3. cap.1. n.66. & diximus etiam nos ſupra latius in procœmio gloſſ.1. in verbo, pro commiſſa, & Iuſtinianus Imper in l.1. prope fin. C. de caduc. tollen. ſic effatus eſt. Noſtrum eſſe proprium ſubiectorum commodum imperialitèr exiſtimamus. & in Auth. vt iudic.*
35 *ſine quoq. ſuffr. §.1. ibi. & Imperium, & fiſcus abundabit vtens ſubiectis locupletibus. & Marc. Tull. lib.3. de off. Singulorum facultates, & copia diuitiæ ſunt Ciuitatis;* & alia congerit *Luc. de Penn. in l. prouincialium, n.1. C. de erog. milit. annon. lib.12. & in l.1. n.4.5. & 6. C. de ſuperindict. lib.10.*

36 Nec verbis tantùm, ſed re ipſa hæc a multis Principibus comprobata fuiſſe docet *Tholoſan. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib.3. cap 3. n.10.* dum ait, M. Antoninum Philoſophum, ne exactionibus vectigalium, & tributorum, Aerario ob bella exhauſto, populum oneraret, auctionem veſtium Imperialium feciſſe, & pocula aurea, chriſtallina, myrrhina, & vaſa Regia, veſtem vxoriam ſericam, & auratam, & gemmas vendidiſſe: & hoc idem confirmarunt *Iulius Capitol. in Marco Philoſopho, & Platin. in vita Aniceti Pontificis; videndus eſt etiam Panuin. in vita Sixti IV. & Innocẽtij VIII.* Boni quip-
37 pe Paſtoris eſt pecus tondere, non deglubere, vel ad viuum vſque radere; vt apud *Dion. Caſſio. lib.57.* ſcriptum fuiſſe legimus a Tiberio Cæſare Aemilio Rectori, qui Aegypto præerat, maioremque ſummam, quàm eſſet conſtituta, ad Vrbem mittebat; & ex noſtris ſcribit *Luc. de Penn. in l.1. num.6. C. de ſuperindict. lib.10.*

38 Et licèt aliquando in ipſo exordio iuſta poſſint eſſe vectigalia, vrgente quippe cauſa bellorum, vel quid ſimile maximas Reipublicæ impenſas afferens; attamen vbi cauſa ceſſauerit, iniuſta ſunt, ſi exigantur, & populus, qui in neceſſitate confert, etiam ſpontè, dum ſine cauſa onera perſeuerant, calcitrat, vel res incultas abijcit; *Tholoſano teſte in ſyntag. iur. vniuer. d. lib.3. cap.3. n.10. verſ. iuſta*
39 *aliquando*; & comprobat exemplo Chilperici Francorum Regis, qui deſcriptiones nouas, & graues in Regno fieri iuſſit, ex quo multi relinquentes Ciuitates, quas incolebant, alia Regna petierunt, ſatius ducentes peregrinari, quàm tali ſubiacere periculo. *Et Apollon. Thian. a*

Philo-

Philoſtrato in eius vita præcepta de Regno adminiſtrãdo tradens lib.5. pag.apud me 231. ſic ait. *Diuitias igitur primùm magnifacies, non quæ in occulto repoſitæ iacent: quid enim hæ ab arenæ cumulo differunt? nec ea, quæ ex collatione tributorum a gementibus hominibus proueniunt; atrum enim, ſordidumque putandum eſt aurum, quod ex lacbrimis oritur, &c. Diuitijs autem ſupra Reges omnes optimè vteris; ſi eum egentibus eas communicaueris. Diuitibus verò permittes, vt facultatibus ſuis tuto frui poſſint, &c.* videndus eſt *Arcbid.in repet.c.quia, n.3.cauſ.*10.*quæſt.* 111. cuius verba reſcribit *Luc.de Penn.loco cit.*

40 Quoniam verò ſupra facta eſt mentio de canone, ſciendum eſt, dictionem hãc importare exactionem, quæ perpetuò, & eodem modo fit a Principe, ſeu fiſco ex rebus, vel perſonis, *l. placet, C. de ſacroſan.Eccleſ. ibi. poſtremò nihil præter canonicam illationem, &c.vbi gloſſ. in verb.canonicam*, exponit, *ideſt regularis*, quia canon regulam ſignificat.

Et ab hac præſtatione nemo, qui res canonis poſſidet, immunis eſſe debet, æqua tamen lance facienda eſt exactio pro ratione rei poſſeſſæ, *l. fundos*, 10.*C. de fund. patrim. l.nemo*, 7. *C. de fund. rei priuat.lib.*11.*l.*1.*C.de immun.nem.cõced. lib.*10. & ideo ſi minuatur res, etiam canonis præſtatio minuenda erit, vt ſcribit *Thomat. de muner.patrim.* §.*retenta*, *num.*7.

41 Et hanc penſitationis ſpeciem poſſumus in Eccleſiaſtica Ditione appellare ſubſidium triennale, & alia onera, quæ ad inſtar illius impoſita, vel ratione rerum immobilium, mobilium, & ſe mouentium, ac etiam perſonarum iuxta cuiuſque loci partitionem quolibet anno, & in eadem quantitate a ſubditis exiguntur, prout antiquitùs apud Romanos habito ciuium Romanorum cenſu, & facultatibus deſcriptis pro quantitate patrimonij imponebantur onera, *teſte Liuio lib.*1. *Hiſtor. Romanæ, Dion. Alicarnaſ.lib.4.& alijs.* Triplicem tamen diſtinctionem munerum patrimonialium refert *Bart.in l.*1.*n.*22. *& ſeq. C. de mulier.& in quo loco.lib.*10. De materia autem canonis multa refert *P. Greg. Tholoſ.in ſyntag.iur.vniuerſ.lib.*3. *cap.* 5. *per tot.& in tract.de Republ.lib.*3.*cap.*4.*&* 5.

42 Alia quoque ſpecies penſitationis eſt, quæ dicitur oblatio, quæ etiam datium, gabella, ſubſidium vulgò dici ſolet, vt in Eccleſiaſtica ditione habemus datia vini, carnis, & ſimilium, quæ minutatim venduntur a cauponis, & lanionibus, & a mercatoribus Ripæ, & Ripettæ in Vrbe, & a quibus inducitur vinum exterũ; & in foro Boario, qui vendunt animalia, præcipuè ſues, agnos, & boues, imò etiã & equos; prout etiam Pariſijs ſeruari teſtatur *Tholoſan.in ſyntag.iur.vniu.lib.*3. *cap.*6.*in princ.*

43 Et ab ipſa præſtatione regularitèr ſunt immunes, qui aliquo Principis, ſeu legis priuilegio gaudent, vt clerici, milites, &c. niſi tamen ab ipſo Principe fuerit d. priuilegio ſpecialitèr derogatum, *Bar. in l.*1.*nu.*29. *C.de mulier.& in quo loco, lib.*10.*Tholoſan.loco cit.cap.*8.

44 Propriè tamen loquendo, illa dicitur oblatio, quæ a ſubditis, Principe, & Republica indigente, ſpontè datur, prout annis retroactis Communitates Eccleſiaſtici Status Cameræ Apoſtolicæ indigenti pro manutentione exercitus, vt barbarorum inuerſiones reprimeret, magnam pecuniarum ſummam eidem Cameræ obtulerunt: cuius exemplo moti Curiales, & in Romana Curia commorantes, quantumuis priuilegiati, hoc idẽ quoque præſtiterunt viritìm, & iuxta vires patrimonij, & facultatum.

45 Verùm quòd attinet ad Communitates ſi pro huiuſmodi oblationibus faciẽdis partiendum ſit onus, & imponenda ſit collecta inter ciues, id ſine Principis licentia fieri nequit, *Ruin. in conſ.* 107. *viſo proceſſu,n.*8.*lib.*5. ſequutus *Bart. in l.*1.*n.*4.*verſ. vnde ſi quædam Ciuitas, C. de mulier. & in quo loco, lib.*10. Qui tamen ait hoc procedere de iure, ſed de facto poterit etiam ſine licentia imponi, quemadmodum imponitur a ciuibus nõ recognoſcentibus ſuperiorem, ac etiam ab illis, qui ſuperiorem recognoſcunt, quando imponitur ob neceſſitatem eiuſdem Ciuitatis, *vt ibi per eundem Bartol. viden.etiam in l.*1.*nu.*2. *C.de ſuperindict. lib.* 10. Alia ſi cupis circa propoſitam materiam de oblatione, videndus eſt *Tholoſan. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib.* 3. *cap.*6.

46 Tertia ſpecies penſitationis eſt indictio, quæ vulgò talea, ſeu collecta dicitur, vt habemus titulum particularem in *C.de indiction.lib.*10.*vbi gloſſ.in rubr.* docet differentiam inter indictum, & munera patrimonialia, vt hæc principalitèr imponantur ratione, & contemplatione bonorum; indictum verò principalitèr perſonis, contemplatione bonorum.

Dici-

Dicitur autem indictio, eò quod ante ſolutionem, & exactionem faciendam admonerentur prouinciales, quomodo collectio indicti facienda eſſet, & ad indictionem faciendam ſe præpararent, *vt eſt tex. in l.2.C.de indict.lib.*10.

47 Poſt indictionem verò quid ageretur, & quomodo fieret exactio, & quanto tempore duraret, quiduè penderetur, docet *gloſſ. in d.rubr.de indiction.Tholoſ.in ſyntag.iur.vniu.lib 3.cap.7.qui ſub n.*10.*& ſeq.* ad rem noſtram de Communitatibus loquens ait, *Si a Communitate extra ordinem imponatur collecta, ad ipſius Communitatis onera, & anguſtias ſubleuandas, conuocandum eſt Conſilium, & omnium, ſeu maioris partis, quorum intereſt, requiritur conſenſus; ex Guid. Pap.deciſ.*424.*in taleis.*

48 Verùm ſi negocia non omnes de Vniuerſitate tangunt, & pro illis imponatur collecta ad eam ſoluendam nō ſunt cogendi qui in tali negocio nullum habēt intereſſe, ſed solùm illi, qui adhæſerant, & conſenſeruñt: nempe ſi Vniuerſitas litem moueat ex conſilio aliquorum, & propter ſumptus litis, vel ſi Vniuerſitas ſuccumbat, neceſſaria ſit collecta, illi tantùm collectandi erunt, & contribuere debent, qui in Conſilio adfuerunt, & comprobarunt litem eſſe mouendam: & ita ſæpe iudicatum in Senatu Tholoſano affirmat ſe vidiſſe *idem P.Gregor.Tholoſ.*
49 *loco cit.* reddens rationem, ne ſcilicet ambitioſa Decurionum decreta non conſentientes onerent, *l.ambitioſa, ff.de decret.ab ord. facien.Guid Pap.d.dec.*424 vbi ponit aliud exemplum, quando imponeretur collecta, vt Officialibus viſitantibus Ciuitates donaretur; quod eſt notandum pro abuſu (vt audio) introducto ab Officialibus militiæ Status Eccleſiaſtici, qui in viſitatione militum cohortalium, & eorum reſignatione, recipiunt in ſingulis diebus huiuſmodi negocio vacantes duos aureos, vel quid amplius a Cōmunitatibus ex ambitioſo decreto nonnullorum ciuium, qui cogendi erunt ad reſtitutionem, ex prædicta doctrina *Guid.Pap.ac etiam ex diſpoſitis in hac noſtra Bulla* §.14. vbi fuſiùs hanc rem tractabimus.

50 At ſi collecta veniat imponenda pro negocijs, & cauſis, quæ omnes de Vniuerſitate tangunt, puta pro reſtitutione mutui, nomine, & ad vtilitatem Vniuerſitatis accepti; hanc Officiales, & Decuriones Ciuitatum pro modo patrimonij imponere poſſunt, & ſi detrectent, iudex poterit cogere municipales, vt ad hanc rem expiendam conueniant inſimul, imponant, diſtribuant, & exigant collectā, prout quotidie mandat hæc Sacra Congregatio in expeditionibus Tabellarum, vbi datum ſuperat acceptum, & redditus
51 non ſufficiunt pro ſoluendo ære alieno. Et ſi Decuriones, & alij, ad quos pertinet, id agere negligant, tunc iudex, & hæc Sacra noſtra Congregatio ex officio imponent, *ex doctr.Bart.in l.4.§. actor, n 6.ff.de re iudic. per tex.in l.fin.C.de muner. patrim.lib.*10.*& in n.ſeq. quærit idem Bart* an pro tali debito poſſit quis capi in ſolidum, & negatiuè reſpondet; ſed quilibet conueniendus eſt pro parte ſua, reddens rationem, quia non eſt debitum cuiuſque proprium, ſed Vniuerſitatis; *qua de re nos quoque fuſiùs aptiori loco tractabimus*

52 Quarta pēſitationis ſpecies, qua Principis, & Vniuerſitatū Aerarium ditatur, eſt ipſius Principis, & Vniuerſitatis patrimonium, & quod attinet ad Pricipem, eius patrimonium ex multis bonis conſtituitur, quæ quidem bona, generalitèr loquendo, ſunt in duplici differentia, & conſideratione; alia enim poſſidet, vt priuatus, quæ propriè fiſcalia non dicuntur, ſed patrimonialia, & apud antiquos Imperatores, qui huiuſmodi bonis præpoſiti erant, Procuratores, vel Comites rerum priuatarum dicebantur, vt eſt *tex.*
53 *in l.1.ff.de offic. Procur. Cæſar. & in l.1. C.de offic.Com rer. priuat.* & in Romana Cùria poterit eſſe exemplum quicquid Summi Pontifices ex Dataria in expeditione literarum Apoſtolicarum percipiunt; ſiquidem huiuſmodi emolumenta propria ipſius Pontificis ſunt, & de illis poteſt ad libitum diſponere, ad tradita per *Gomes in Com.ad regul.Cancell. de valore exprimen. Mand. in tract. annal. caſib.num.*168.

54 Alia bona Principes habent, quæ vel iure Diadematis poſſident; & quæ annexa Coronæ dicuntur, vel iure poteſtatis, & auctoritatis cōceſſa; veluti quæ ex confiſcatione veniunt, cum iſta ſine ipſius Principis iuſſu non fiant, vt eſt *tex. viden.in l.vnica, C. ne ſine iuſſu Principis*. Et hæc iura fiſcalia dici ſolent, quinè hæc curant, Aduocatus, & Procurator fiſci dicuntur, *l.1.& tot.tit. C.de Aduocat fiſc.*

Et quoniam hæc omnia Principis arbitrio, quamdiù imperat, reguntur, patrimonium quodammodò ipſius Principis dicuntur, *argum.text.in l.2.§.hoc interdi-*

terdictum, ff. ne quid in loco pub. Pet. Greg. Tholoſ. in ſyntag. iuris vniuerſ. lib. 3. cap. 2. n. 8. & ſeqq.

55 Poſita tamen Principis, & Aerarij indigentia, nedum ſupradictæ quatuor penſitationum ſpecies in ſubditos exercentur; ſed alijs quoque modis vſos fuiſſe Principes, & Reſpublicas, docet *idem Tholoſan. tract. de Repub. lib. 3. cap. 6. & nos quoque diximus in tract. de Præfecto Pontificalis Aerarij cap. quibus penſitationibus ditetur ærarium*. Et ſi quis à

56 prædictarum penſitationum ſolutione per contemptum ſe ipſum, vel alios ſubtrahere attētauerit, in crimen læſæ maieſtatis incurrit, vt probat *Gigas tract. de crim. læſ. maieſt. par. 2. cap. 36. per tot.* Atque hæc de patrimonio Principis dicta ſint.

57 Vniuerſitatum verò patrimonium poſſumus appellare id, quod Vniuerſitati debetur, nam hoc ſingulis de Vniuerſitate non debetur, *l. ſicut municipium, §. ſi quid, ff. cuiuſq; Vniuerſ. Afflict. dec. 400. Surd. deciſ. 236. ius paſcendi, nu. 10. Lud. Peguer. deciſ. 71. facti ſpecies, nu. 1. & ſeq.* vbi benè diſtinguit, quod eſt proprium Vniuerſitatis, quod ſingulorum, & quod Vniuerſitatis, & ſingulorum ſimul.

58 Sed hic non inutile quæritur, an Vniuerſitas habens proprium patrimoniũ, & peculium teneatur ad ſoluendum collectam impoſitam a Principe pro ſuis ciuibus? & quòd teneatur, conſuluit *Natt. conſ. 150. per tot. & faciunt tradita per Nicolaum Loſæum tract. de iur. Vniuer. par. 3. cap. 9. nu. 5. & 9.* vbi ait, Vni-

59 uerſitates tũc imponere poſſe collectas, ſi nulla habeant bona, nec burſam communem, quæ in primis excutienda eſt, deinde bona mobilia, immobilia, & nomina debitorum diſtrahi debent, antequam veniatur ad burſam ſingularium perſonarum; *Franc. Marc. deciſ. Delphin. 805. quæritur de modo, n. 1. & ſeq. & ſupra deciſ. 490. nu. 5. 10. & 11. lib. 1. & nos diximus infra §. 14. gloſſ. 1. de collectis, n. 19. & 20.*

Pro ſolutione quæſtionis puto diſtin-

60 guendum. Aut collecta imponitur Vniuerſitati, ſub nomine Vniuerſitatis, itaut ex verbis appareat, Principem velle collectare Vniuerſitatem, prout Vniuerſitas eſt, quo caſu debitum dici poteſt ipſius Vniuerſitatis, & hoc caſu vera erit opinio *Natt. d. conſ. 150. Nicol. Loſæi, & aliorum ſupra relatorum*, nempe Vniuerſitatem teneri pro ſuis ciuibus, ex quibus Vniuerſitas conſtituitur.

61 Aut collecta imponitur ſingulis de Vniuerſitate, prout regularitèr fit, ſignãtèr in impoſitione ſubſidij triennalis à Paulo III. cuius intentio colligitur ex verbis *Bullæ ab eo ſuper hoc editæ in Bullar. nou. tom. 1. pag. 678.* nempe voluiſſe imponere onus ſoluendi non Communitatibus, ſed ſingularibus perſonis, quia in dicta Bulla ſæpè fit mentio de ſubditis, quorum appellatione non veniunt Communitates, vt diximus, & tenuit *Rota coram Puteo deciſ. 84. n. 2. in nouis, & fuit etiam ita deciſum ab hac Sacra Congregatione in cauſa Peruſina die 28. Septembris 1613. proponente R.P.D. Iulio Benigno d. Congregationis Conſultore,*

62 *prout teſtatur Cherub. iun. ad hanc Bullam Pauli III. ſchol. 1.* & magis clarè *ad Bullam 20. Pauli IV. ſchol. 1.* ponderando dictionem, *ipſis*, in ipſa Bulla pluriès repetitam, quæ perſonalitatem denotat, *Roland conſ. 59. lib. 3. n. 28.* Tunc, quando

63 ſcilicet collecta imponitur ſubditis, vti ſingularibus perſonis, Vniuerſitas non tenetur ſoluere pro ciuibus, ex iuribus ſuperiùs adductis.

64 Verùm vbi Vniuerſitas non ſit ære alieno grauata, & habeat redditus nedum ſufficientes ad explendum ſumptus neceſſarios pro ſua, ſuorumque Officialium manutentione, ſed etiam ſuperabundantes, tunc non eſſe imponendas collectas in ciues, illoſque nouo onere grauandos, reſpondit *hæc noſtra Congregatio die 4. Octobris 1614. inſtante Prouincia Marchiæ in 19. petitione.*

65 Quod fortiùs procedet, vbi ciues eſsēt pauperes, & eorum induſtria eſſet neceſſaria in Ciuitate ad alimenta, nam hi non debent concurrere ad onus impoſitæ collectæ, *Iaſ. l. 34. nu. 13. ff. de pactis, Marc. d. deciſ. 490. nu. 6.* vbi ait, *Quando aliquis excuſatur a ſolutione collectæ, ſeu tabellæ propter paupertatem, tunc Communitas tenetur ſoluere collectam; addens ſupra n. 3. Vniuerſitas æquanimitèr debet ſufferre modicam læſionem.*

Vlterius quæro, Vniuerſitas habens

66 bona propria, & redditus ſufficiētes per multos annos, ſoluit collectas impoſitas a Principe pro ſuis ciuibus, poſtea deficientibus redditibus, vel ſuperuenientibus impedimentis, & alijs impenſis non vult amplius ſoluere dictas collectas, numquid poterint ciues ſe tueri conſuetudine, vel alio titulo? & puto non poſſe, præcipuè quando collecta, ſeu onera ſoluenda ſunt ratione bonorum, & vt dicitur per æs, & libram.

P Quia,

67 Quia, vt ſcribit *Aegid.Thomat.in trac. de collect.§.ſubijciunt,n 15. ad fin.* omnia prędia ſunt Vniuerſitatibus pro oneribus fiſcalibus ſubdita, *Innoc.in c. poſtulaſti,num.3. verſ ſed ſi poſſeſſiones,de for.*
68 *compet.* & onus eueniens hinc ad mille annos ita habet prædia obligata, ſicut ſi hodie eueniſſet, & eſt æs alienum contractum cum Vniuerſitate, *vt per eundẽ Thomatum, qui ad hoc citat Angel. in conſ.206.*

Et hæc quæſtio hodie agitatur (vt audio) inter Ciuitatem Fani, & Clericos eiuſdem Ciuitatis; ſiquidem Ciuitas ab impoſitione ſubſidij triẽnalis, quod fuit anno 1544. ſoluit vſque in hanc diem onera Cameralia ex proprijs redditibus, quibus hodie deficientibus, vult exigere collectas per æs, & libram, ad quas ratione bonorum prædialium petit, vt pro rata concurrant etiam clerici, qui recuſant, allegantes eſſe in quaſi poſſeſſione non ſoluendi ab annis fermè cẽtum, &c. Quæ quidem lis adhuc ſub iudice eſt; videnda tamen ſunt quę ſcribit idem *Thomat.d.tract.de collectis,§. exactis, nu.27.* vbi nititur probare, quòd aduerſus Vni-
69 uerſitatem, & obligationem hypothecæ nullum habet locum præſcriptio, ſicut etiam reijcitur conſuetudo, non ſolùm
70 quando eſt aduerſus obligationem, ſed etiam quando abſorbet ius alterius, vt *idem Thomat.hoc loco n.23. per tex.* quẽ dicit hoc expreſsè probare *in l.venditor, §. ſi conſtat, ff.comm. prædior.*

SVMMARIVM.

1 *Curatores Ciuitatum quid potiſſimùm ſeruare debeant.*
2 *Curatores Ciuitatum dicuntur Abundantiarij, & Graſcerij.*
3 *Officialis nomen ſatis latè patet, & quid comprehendat.*
4 *Officialis quis propriè dicatur.*
5 *Officialis debet eſſe aſpectu grauis, & ſpecioſus.*
6 *Dignitas formæ plurimùm auget auctoritatis, & deformitas minuit.*
7 *Barbari neminem putant magnarum rerum capacem, niſi a natura ſint eximia ſpecie donati.*
8 *In officialibus eligendis conſideranda eſt qualitas, & exercitium, & ideo publicani reijciendi ſunt.*
9 *Publicani dicuntur audaces, & temerarij, & inter viles perſonas reputantur.*
10 *Decurio prohibetur conducere redditus ſuæ Ciuitatis, ſi tamen conduxit, non prohibetur retinere.*
11 *Multa prohibentur a principio, quæ poſt recepta permittuntur.*
12 *Debitores Ciuitatum non poſſunt eſſe officiales; quinam ſint iſti debitores, & pro qua ſumma.*
13 *Tutor repellitur a cura pupilli, cuius ſit debitor.*
14 *Debitum magnum, vel paruum quomodo iudicetur.*
15 *Pauperes non ſunt admittendi ad officia publica.*
16 *Pauperes in officijs ſunt veluti in militia debiles, qui magis officiunt, quàm proſint.*
17 *Impoſſibile eſt pauperem benè principari, & corruptio Ciuitatum eſt dominium pauperum.*
18 *Pauperibus non eſſe committendum Magiſtratum Vulpianus docet; & quare.*
19 *Indigniſſimum eſt iuſtitiam auro vendi.*
20 *Decuriones Ciuitatum ex dignioribus, & ditioribus ſunt eligendi, nec electi recuſare poſſunt ſine pœna.*
21 *Officiales Eccleſiaſticæ Ditionis quid agere debent ex forma noſtra Bulla.*
22 *Iudex non impartitur officium niſi petenti, & ſi vltra petita condemnet, dicitur fatuus.*
23 *Actor debet inſtare coram iudice pro expeditione cauſæ.*
24 *Iudex etiam irrequiſitus fauore Vniuerſitatis tenetur impartiri officium ſuum.*
25 *Naturale vitium eſt negligi, quod communitèr poſſidet.*
26 *Ciues cupiditates ſuas explere ſatagentes, Aerarium publicum exhauriunt, & multa inferunt Reipub. damna.*
27 *Ciues boni quandoque recuſant munera publica adminiſtrare, ne perditorum rete illaqueantur.*
28 *Ciues boni cogendi ſunt ad acceptandum munera publica, & de facto contra eos in hoc proceditur.*
Amplia, etiam ſi quis data opera debitũ contraxit cum Vniuerſitate. nu.29.
Amplia ſecundò, cogi etiã poſſe ad exercendum officium Depoſitarij, vel Exactoris. num.30.
31 *Iuſta cauſa excuſandi a muneribus publicis quænam ſit.*
32 *Milites non coguntur acceptare officia publica.*
33 *Militum priuilegia in corpore iuris clauſa hodie non ſunt in vſu, ſed ſeruantur conceſſa a principibus hodiernis.*
34 *Milites hodierni propter anguſtiam loci, in quo domicilium contraxerunt, & ori-*

originem habent, coguntur gerere officia publica ex reſcripto Principis.

35 *Admiſſi ad munera publica, nempe prioratus, gaudere debent priuilegijs aliorum ciuium tam ipſi, quã ſucceſſores.*

36 *Priuilegium ciuilitatis tranſit ad filios, etiam nulla facta de eis mentione.*

37 *Officiales tranſmiſſi ad regendas Vniuerſitates, & populos tenentur inhabitare palatia publica, nec poſſunt cõducere domos priuatas; & hoc ſeruatur in praxi.*

38 *Officiales in regendis populis, & Vniuerſitatibus quid agere, quiduè prætermittere debeant.*

39 *Officiales durante officio accuſari non poſſunt, eo tamen finito, tenentur ſtare ſyndicatui, & reperti culpabiles, ſunt remouendi.*

40 *Quid ſeruandum ſit in ſyndicatu Officialium, vide remiſſiuè; nec retardatur ſententiæ executio contra eos latę.*

41 *Officiales conſequuntur decem pro centenario ex pœnis maleficiorum.*

42 *Pœnæ, & mulctæ pertinent ad Camerã, nec poſſunt alijs applicari.*

43 *Tractantes alienationes, ſeu infeudationes Terrarum S. Sedis Apoſtolicæ qua pœna plectantur, remiſſiuè.*

44 *Officiales non poſſunt concedere licentias portandi pugiones, & arma breuiora.*

Curare debent, ne Monaſteria Monialium moleſtentur in hoſpitandis militibus. num. 45.

Quando reos abſoluere, vel habilitare queant, & quid iurare debeant in ingreſſu officij. nu. 46.

Tabellas Cõmunitatum quolibet anno reuidere, & exequi debent, & munus ſuum negligenter exercentes qua pœna puniantur. num. 47.

Non poſſunt cogere ſubditos ad deferendũ ſibi paleas, ligna, & ſimilia. n. 48.

49 *Conſtitutio impreſſa in volumine aliarũ Conſtitutionum ligat, licèt non appareat de eius publicatione.*

50 *In confirmatione Officialium non ſufficit conſenſus maioris partis, ſed requiritur, vt omnes conſentiant; & eſt notandum.*

51 *Officiales non poſſunt a ſe ipſis ſua ſalaria exigere; & quare.*

52 *Officiales multa poſſunt agere, ſi publica vtilitas, ſeu neceſſitas poſtulet.*

53 *Officialibus Principis credendum non eſt, niſi literas ipſius Principis mittentis oſtendant; & niſi oſtendant, poteſt illis licitè reſiſti.*

54 *Officiales non poſſunt in loco ſibi commiſſo nouum opus inchoare, nec ornamenta ædium de ſuo loco transferre; poſſunt tamen horrea, & ſtabula conſtruere.*

55 *Officiali quando liceat impune reſiſti, vide remiſſiuè.*

56 *Officialis capiens delinquentem non debet habere præmium promiſſum capientibus delinquentes, & quare.*

57 *Homines de Vniuerſitate ſi non vltrò ſed excitati capiant bannitum, an conſequantur præmium.*

58 *Officialis ducens vxorem, & habens conſanguineos in loco officij remouendus eſt.*

59 *Nemo debet eſſe iudex in patria.*

60 *Officiales durante officio nec agere, nec conueniri poſſunt, etiam in vim obligationis Cameralis.*

§. VII.

Gloſſ. 1.

Officiales.

CAP. XIX.

1 DEFENSORES Ciuitatũ poſſunt etiam Officiales appellari, quale autem ſit horum munus, deſcribit *Caſſiodor. lib. 7. var. formul. 11. de defenſor. cuiuslibet Ciuitatis, & in ſeq. formul.* agit de Curatoribus Ciuitatum, quorum curam in eo repoſitam ait, vt laudabiles ordines Curię ſapientèr gubernent; moderata pretia ab ipſis, quorum intereſt, faciant cuſtodiri; ne ſit merces in ſola poteſtate vendentium, æqualitas grata cuſtodiatur in omnibus, opulentiſſima ſiquidem hinc gratia ciuium colligitur, ſi pretia ſub moderamine ſeruentur.

2 Quos verò Curatores Ciuitatum *Caſſiodor.* appellat, in multis Italiæ locis Abundantiarij, ſeu Graſcerij dicuntur, de quibus nonnihil *diximus in 2. par. Notitiæ Cardinalatus tit. de Graſciæ Præſide:* & alia multa congerit *Auendag. de exeq. mand. par. 1. cap. 19. n. 30. & ſeq.*

3 Verùm quia hoc nomen officialis ſatis

latè patet,ſtaut ad quemlibet quodcum-
que munus exercentem referri poſſit,
ſiue iuriſdictionem habeat, ſiue non, *vt
ex verbis noſtræ Conſtit*. colligitur ibi.
*Officialibus, qui Magiſtratu funguntur,
aut fungi deſinunt*: & tam laicos, quàm
clericos comprehendit *ex. Auendag.loco
proximè cit.num.*28. *verſ.ſub quo voca-*
4 *bulo*.Propriè tamen loquendo illi dicun-
tur officiales, qui aliquam habent ſupe-
rioritatem cum iuriſdictione;& ideo de-
bent eſſe potentes, & non abiecti, *Ma-
ſtrill.qui alios cumulat tract.de Magiſtr.
lib.*2. *cap.*12. *num.*52. de quibus etiam
agere videtur *hæc noſtra Conſtitutio in
illis verbis. Intra decem dies ab ipſis Prio-
ribus, Maſſarijs, Camerarijs, ſeu Offi-
cialibus, qui Magiſtratu funguntur,&c.*
5 Aſpectu graues eſſe debent officiales,
*ex Platonis ſententia lib.7.de Repub.Gra-
uiſſimos*, inquit, *homines decet eligere, &
6 quoad fieri poterit ſpecioſiſſimos*;nam for-
mæ dignitas plurimùm auget auctorita-
tis, & deformitas minuit; eſt enim in
corporis maieſtate maxima quædam ve-
neratio, qua quidem ducti barbari ho-
7 mines nullos putãt magnorum operum
capaces, niſi illos, quos eximia ſpecie
natura donauerit, vt *Franc. Patricius
ſcribit lib.2 tit.3.de Regno*.
Nec ſola corporis deformitas omiten-
da eſt in electione officialium, ſed con-
ſideranda eſt etiam qualitas, & exercitiũ
8 perſonarum; ſiquidem publicani, ſeu
gabellarum conductores non ſunt ad of-
ficia publica promouẽdi,vt notant *Scri-
9 bentes in l.decurio,ff.de decurion.*hi nam-
que audaces, & temerarij dicuntur *a
Vulpiano in l.*12 *quantæ, ff.de public.&
vectigal.* & inter viles perſonas referun-
tur, P.*Gregor. Tholoſ.in ſyntag.iur.vni-
uerſ.lib.27 cap.1.nu.14.Maſtrill. de Ma-
giſtr.lib.2.cap.12.num.34.Petr. de Auen-
dag.de exeq.mand.par.2.cap.12.num.13
verſ.octauuum requiſitum*, qui tamen
concludit *verſ.item licet*, quàmuis De-
10 curio prohibeatur conducere redditus
ſuæ Ciuitatis, non tamen prohibetur re-
tinere, quando ſucceſſit conductori, *per
tex.in l.decurio, ff.de decurion. vbi gloſſ.
in verb.remanet*, reddit rationem, quia
melius eſt remanere, quàm ad intereſſe
iure hæreditario teneri, *l.3.§.cum quin-
11 quennium,in fine, ff.de iur.fiſc.& Auen-
dag.* ſubdit, multa prohibentur a princi-
pio, quæ poſt recepta permittuntur, vt
eſt dictum *gloſſ.in l.longa,verſ.item in
eo, ff.de mortuo inferen.*
12 Prohibentur etiam fieri officiales,qui
ſint debitores Ciuitatum, *in l. reſcripto,
verſ.debitores, ff.de muner.& honor.* vbi
habes,quando debitores ſint ab officijs
publicis arcendi, *l.*1.*C.de debitor. Ciuit.
lib.*10. alia congerit *Maſtrill.de Magiſtr.
lib.2.cap.12.n.*49. & ita cautum eſt etiam
*in hac noſtra Conſtit.§.*12.
Quæ concluſio procedit, etiamſi ele-
ctus ad officium ſoluat debitum ante ac-
ceptationem officij, quia requiritur, vt
tempore electionis, & extractionis non
ſit debitor, *ita deciſum habes ab hac no-
ſtra Congregatione in cauſa Amerina die*
30.*Ianuarij* 1630.
Quanta autem ſit debiti quantitas re-
pellens ab officio, videndus eſt *Menoch.
de arbitr. caſu* 196. qui licèt loquatur de
13 tutore repellendo a tutela ſui credito-
ris, eius doctrina poterit etiam adaptari
caſui noſtro, quia Communitates,& pu-
pilli pari paſſu ambulant;& quàmuis de-
bitores rei modicæ non arceantur a tu-
tela, & cura; quæ tamen dicatur magna,
vel parua res, arbitrio iudicis relictum
eſt *ex eodem Menoch.ibi.*& debitum ma-
14 gnum, vel paruum æſtimatur reſpectu
intereſſe communis, non autem ſingu-
laris; ita *Bald.in Auth.minoris,nu.*5. *C.
qui tutor.dari poſſ.*
15 Nec pauperes ad officia publica ſunt
admittendi, *ex Boet. de diſcipl. ſcholar.
cap.*4. dum ait. *O quã abſurdum eſt Ma-
giſtratus egeſtas*. & *Innoc. III. Cantua-
rienſi Epiſcopo reſpondit in c.quod ſuper,
16 de voto;ſunt pauperes in officijs ſicut in
militia debiles, qui magis officiunt,quàm
proſint. & Ariſtot. lib.2. Polit. Impoſſi-
17 bile eſt*, inquit, *agentem benè principari,
& lib.3.Corruptio Ciuitatis eſt dominiũ
pauperum*.
Et hanc veritatem agnouiſſe etiam
*Vulpianum, eius reſponſum demonſtrat
in l.reſcripto, ff.de muner.& honor.* dum
ait. *Cæterùm ſi ita quidem tenues, &
18 exhauſti ſunt, vt non modò publicis bo-
noribus pares non ſint, ſed & vix de ſuo
victum ſuſtinere poſſint, & minus vtile,
& nequaquam honeſtum eſt talibus man-
dare Magiſtratum:* Cuius rei rationem
affert *P.Greg.Tholoſ.in ſyntag.iur. vni-
uer.lib.*47. *cap.*10. *num.* 14. ne officiales
pauperes prædandi occaſionem ex offi-
19 cio capiant: indigniſſimum quippe eſt
iuſtitiam auro vendi, *Petr. Bimius conſ.*
103.*num.*1.*l.vltima, C.ad l.Iul. repet. l* 1.
& 2.*ff. eod.tit. Maſtrill.de Magiſtr.lib.*2
*cap.*12. *num.*9.*vſque ad* 30.*Franc.a Põt.
de poteſt. Proreg. tit.* 11.*lib.*1. *de abund.
Ciuit.num.*2. qui ſcribit, & probat De-
curio-

20 curiones Ciuitatum ex dignioribus, & ditioribus eligendos eſſe, nec poſſe ſine pœna recuſare munus, ad quod eliguntur, *vt ibi per eum n.3. & ſeq.* multa de electione officialium reſcribentem.

21 Verùm ad rem noſtram; ad ſancita quippe in hoc §. mandat Summus Pontifex officialibus quorumcumque locorum; vt in principio officij nomina debitorum Vniuerſitatis a Prioribus, Maſſarijs, cæteriſque rerum publicarum Adminiſtratoribus recipiant, eoſque intra tres menſes, aut quatuor ad ſoluendum cogant: quæ cum fuerint exacta, in Aerarium Communitatum inferri per eoſdem officiales, & Magiſtratus.

Et cum aliquando hæc Sanctio frigeſceret, Sacra hæc Congregatio ita Commiſſario Terræ Vetrallæ reſcripſit. *S'intende, che in danno publico, e contro la probibitione della Bolla di Bono regimine ſi ſia tralaſciato il far render conto da' Priori in fine dell' offitio loro. Onde al riceuer di queſta con particolar decreto da regiſtrarſi in Cancellaria ordinarete, che ciaſcun Priore, che eſca d'offitio debba da qui auanti nel termine d'vn meſe hauer reſo conto del ſuo maneggio; ſotto quelle pene, che à voi pareranno conuenienti, & inuigilarete poi all'oſſeruanza di eſſo, e Dio vi guardi. Roma li 25. Aprile 1635.*

Voſtro Amoreuole
Il Card. Barberino.
Giulio Donati Secretario.

22 Notandum tamen videtur per hanc Sãctionem receſſum a diſpoſitione iuris communis, quo cautum habes iudicem non impartiri officium ſuum, niſi petenti, *l.4.§.hoc autem, & ibi Sribentes, ff. de damn.infect.* adeut ſi iudex vltra petita aliquem condemnet, ſtultus dicitur, *Afflict.deciſ.3.n.1.verſ.imò ſtultus*; & alia congerit *Luc.de Penn.in l.2. n.22. verſ. ſecundò quæritur, C. de naufrag. lib. 11.*

23 vbi expreſsè docet, actorem debere inſtare coram iudice pro expeditione cauſæ.

24 Sed hoc fauore Communitatum introductum eſſe cõſtat, ne ſcilicet eorum iura, & credita pereant, negligentia, ſeu malitia eorum, qui publica gerunt officia, & redditus adminiſtrant: Naturale

25 quippe vitium eſt negligi, quod communitèr poſſidetur, vtque ſe nihil habere arbitretur, qui non totum habet, *l.2. §.naturale, C.quand.& quib. quar. pars, lib.10.& in princ. huius noſtræ Conſtitutionis legimus. Dum Ciues ſuas cupiditates explere ſatagunt, nulla vtilitatis publicæ ratione habita, Aerarium publi-*

26 *cum ipſarum Ciuitatum, & Locorum exhauriunt, graui ære alieno implicant, inanibus pompis, & oſtentationibus dilapidant, &c.*

27 Verùm ſicut in malis ciuibus ambitioſa viget auiditas conſequendi officia, & Magiſtratus, ita qui bonis ſunt imbuti moribus, & a malo declinant, & iniqua fugiunt, agnoſcentes perdifficile quidẽ eſſe perditorum hominum inſidijs, prauiſque eorum conatibus reſiſtere, libèrèr pro viribus contendunt a rebus publicis abſtinere: itaut ad officia publica electi,

28 exercere recuſant. Quapropter quæſitũ eſt, an hi cogi poſſint ad acceptandum, & exercendum officium, & affirmatiuè reſpondit *Auendag.de exeq.mand. par.1 cap.19.num.24.poſt Io. de Plat.in l. ſi ad Magiſtratum*, C. *de decur. lib.10.* Itaut poſſit etiam de domo propria extrahi; & de facto procedi, vt officium acceptet; *idem Plat.in l.ex omnibus, eodem tit. Pariſ.de ſyndic.in verb.officium, n. final. pag.apud me 193. a tergo*: Subdens; qui

29 debitum contraxit data opera, ne Magiſtratum conſequatur, hoc non obſtante, officium habebit, ex doctrina *Bar. & Roman.locis ab eo cit.*

Nec ſolùm ad Magiſtratus acceptan-

30 dos cogendi ſunt ciues, ſed etiam vt pecuniæ publicæ Collectores fiant, norat *Alber.in d.l.munerũ, ff. de muner. & honor.* Neque ab huiuſmodi acceptatione excuſat ætas, dignitas, vel etiam infamia, *ex Bartol.in l.1. n.8.C. de mulier. & in quo loco, lib.10.* & contra nolentes acceptare officia ſtatutæ ſunt pœnæ *in l. ſi ad magiſtratum, & in l. ex omnibus domibus, C.de decur.lib.10.* Quibus quidem pœnis locus erit, niſi iuſta cauſa interce-

31 dat: quæ verò ſit iuſta cauſa, idem *Auendag. ſcribit loco citato, verſ. primus caſus eſt*, quem vide etiam *num. 17. & alibi*; multa enim de electione, prælatione, & prærogatiua officialium refert, & quindecim cõſiderationes ad hanc rem benè perficiẽdam aſſignat, quibus omiſſis electio poterit periclitari, *vt ibi per eum n.28.verſ.his quindecim*; alia quoque ſcitu digna de electione officialium ſcribit *Carolus Sigonius de Regn. Italiæ, lib.10. in princ. de Bononia Ciuitate loquens, ibi, circa Idus Decembris.*

32 Quod autem diximus, officiales cogi poſſe ad acceptandum officium, limitãdum eſt in militibus, nedum in expeditione, & militia exiſtentibus, *l. 42. militari-*

*taribus,C.de decurion. lib.*10. Sed etiam
in ijs, quos vocant, *del Battaglione*, ad
33 nullum certum bellum, ſeu exercitium
deſcriptis,& ſtipendia nulla habentibus;
& hoc non ex diſpoſitione iuris, nam
hodie huiuſmodi priuilegia iuris non
ſunt in vſu, vt ſcribit *modernus Reatinus
poſt Angelum in ſuis caſibus militaribus
caſ.36.n.11.ſed ex priuilegio* Summi *Pō-
tificis,cap.13.& nos diximus infra latius
§.19.exemptiones, & immunitates,decla-
rat.13 n.14.n.210.& ſeq.*

34 Verùm quia in multis Caſtris, & par-
uis Locis ferè omnes habitatores sūt in
albo militum deſcripti, & ſi omnes hoc
gauderent priuilegio, nemo eſſet, qui
publica gereret negocia;ideo *Sacra Cō-
ſulta die* 21. *Martij* 1626. reſpondit co-
gendos eſſe huiuſmodi milites ad officia
publica acceptanda, ſi alij inueniri ne-
queant idonei.

Quod fortius procedit in officijs Prio-
ratus, quia hoc ad honorem magis,quā
ad munera pertinet, *Abb. in c.aduerſus,
num.*10.*de immunit. Eccleſ. & facit tex.
in l.*1.*& l.munera,ff.de muner.& honor.*

35 Admiſſi verò ad Prioratum per gene-
rale Conſilium (quod totum populum
repræſentat) nedum ipſi, ſed etiam eius
hæredes gaudere debent omnibus pri-
uilegijs, quibus gaudent alij ciues origi-
narij, vt dixit *Rot. Maceraten.apud Tho-
mat.deciſ.7. per tot.& n.*10. habes priui-
legium ciuilitatis tranſire ad filios, etiā
quòd de illis non ſit facta mentio,*Greg.*
36 *XV. deciſ.*372. *num.* 6. imò filij dicuntur
ciues originarij, quando nati ſunt in illa
Ciuitate, qua eorum patres donati fue-
runt, vt dicemus infra.

37 Officiales autem transmiſſi a Principe
ad regendum Ciuitates, & ciues ibidem
exiſtentes, ſi adſit Palatium, in quo ſint
ſoliti inhabitare officiales, non poſſunt,
eo relicto, domos alienas conducere,
vt eſt *tex.ad literam in l.*14.*nulli iudicū,
C.de off.Rector.Prouin.* cuius ſunt verba
ſequentia. *Nulli iudicum, qui Prouin-
cias regunt, in Ciuitatibus, in quibus ſa-
cra Palatia, aut Prætoria ſunt,liceat his
relictis, priuatorum ſibi domos ad habi-
tandum veluti Prætoria vindicare; ſed
ſacratiſſima modis omnibus inhabitare
Palatia, ſeu Prætoria cogantur, vt hac
neceſſitate compellantur eorum reparatio-
ni prouidere. Vbi verò Palatium ſit, &
Prætorium, Palatium quidem habitatio-
ni Præſidis; Prætorium autem vel ſuſci-
piendis, conſeruandiſque ſpeciebus publi-
cis horreorum vice, vel alij neceſſariæ rei
deputetur. Quod ſi quis aliquando diſſi-
mulare tentauerit, protinus eum, atque
officium eius quinquaginta librarum au-
ri multam ad reparandum ſacrum, quod
neglexerit, Palatium, ſoluere ſancimus.
Dat.6.Idus Februarij, Clementino, &
Probo Coſſ.videndus eſt Maſtrill. & alij
per eum adducti tract. de Magiſtr. lib.*3.
*cap.9.num.*37.*&* 38.

Et cum in facti contingentia mihi ali-
quando velut Agenti Cōmunitatis Ci-
uitatis Caſtellanæ id contigiſſet, *die
vltima Maij* 1634. *Sacra Conſulta* man-
dauit Gubernatori eiuſdem Ciuitatis, vt
relicta domo priuata, a ſe conducta, Pa-
latium, ſiue Aedes publicas habitaret.
at ſi propria pecunia aptauit Cameram
in dicto Palatio publico, poſſe repetere
impenſam, illamque retinere de pecu-
nijs Communitatis impunè poſt *Bart.in
l.diuus, n. .ff. de bonis damnat. ſcribit
Ferrett.de militar. iuſt.num.*160.

38 Vbi verò officiales ad locum regendū
peruenerint,quid agere,quiduè præter-
mittere debeant, nedum ex Iuriſconſul-
torum reſponſis, Imperatorum ſanctio-
nibus, ſed etiam ex Summorum Ponti-
ficum Conſtitutionibus cognoſci po-
teſt; ſiquidem

Gubernatores, & officiales, ſeu Ma-
giſtratus Eccleſiaſticæ Ditionis, & Iuſ-
dicentes non poſſunt conferre officia
ſolita conferri a Papa, ita *Pauli II.
Conſtitut.4. Bullar.nou. tom.1.pag.*328.
§.3.

Nec etiam reos capitalitèr condem-
natos, & bannitos ſine licentia Papæ re-
mittunt, nec illis pœnas pecuniarias cō-
donant, *d.Conſtit.*4 §.4.*&* 5.

Munera etiam recipere prohibentur
in eadem Bulla §.1. Conſtitutiones Ae-
gidianas obſeruare tenentur, *Sixto IV.
in Conſtit.*15.§.2.*tom.1.pag.*354.*& Six-
to V.Conſtit.*93.§.19.*tom.2.pag.*652.*ita
mandantibus.*

Quid autem iurent ſe obſeruaturos,
antequam ad officia admittantur,*Sixtus
IV.d.*Conſ*tit.*15.*& Paulus V.Conſtit.*88
§.4. *tom.3.pag.* 130. præſcripſerunt; &
vide omnino *Auth. iuramen quod præ-
ſtat.ab ijs, qui adminiſ. per tot.*

De viaticis, & prouentibus iudicum,
qui pro cognitionibus cauſarum decer-
nuntur, participare non poſſunt; *d.Con-
ſtit.*15.*Sixti IV.* §.6.

Pœnas, & mulctas delictorum apud
Theſaurariū deponere tenentur;*d. Con-
ſtit.*15. *Sixti IV.* §.8.

Cauſas in prima inſtantia non auo-
cent,

cent, niſi in caſibus ibi expreſſis; *d.Con-
ſtit.15. §.9.*
In cauſis ab Apoſtolica Sede ſibi cō-
miſſis nihil recipiant; *vt ibi §.10.*
9 In fine eorum officij (nam officio du-
rante accuſari non poſſunt, *l. 32. ff. de
iniur. Decian. tract. crim. lib. 3. cap. 38. nu.
15. & ſeq.*) ſyndicatui ſtare tenentur; ita
*Clem. VII. iubente in Conſtit. 25. §. 2. eod.
Bull. pag. 593. & vide tex. in l. vnica, C.
vt omn. iud. tam ciuil. quàm milit. teneā-
tur*. Culpabiles autem in ſyndicatu re-
perti, non poſſunt in officio perſeuera-
40 re; *d. Conſtit. 25. §. 15. quid verò ſeruan-
dum ſit in ſyndicatibus*; qualitèr, & co-
ram quibus fiant, *habes in ſeqq. §§. &
apud Cherub. iun. ibi in compendio*: nec
poſſe retardari ſententias a Syndicato-
ribus latas cuiuſuis inhibitionis prætex-
tu, & a quocumque iudice obtentæ, *Sa-
cra Conſulta die 30. Martij 1607. Guber-
natori Prouinciæ Marchiæ reſcripſit in
hæc verba. E' ſtato fatto ſapere alla Sacra
Conſulta, che con Inhibitioni ò di Roma,
ò de' Tribunali maggiori delle Prouincie,
e Gouerni dello Stato Eccleſiaſtico s'in-
torbidano i Sindicati, che ſi fanno degli
offitiali, poiche queſti appellano ſempre
dalle ſentenze de' ſindicatori, e ben ſpeſſo
i querelanti per l'incommodo, e ſpeſa, che
apporta loro l'hauere ad andare ne' Tri-
bunali, doue ſono interpoſte le appellatio-
ni, laſſano correr le cauſe ſenza ſpeditio-
ne: il che eſſendo parſo poco conueniente
al ſeruitio della Giuſtitia, ſi è riſoluto,
che tutte l'Inibitioni, che ſi otterranno in
auuenire in materia de' ſindicati, non
habbiano a ſuffragare quanto all' effetto
ſuſpenſiuo, ſe non in quei caſi, che la me-
deſima Conſulta dichiararà in contrario;
nella cōformità di che prouederà V.S. che
venga eſeguito. Roma li 3. Marzo 1607.
Il Cardinal Borgheſe.*
Nec poſſe Principem de plenitudine
poteſtatis remittere ſyndicatum officia-
li, docet *Lud. Rodulph. de abſol. Princip.
poteſt. cap. 6. num. 69 ſeptima concluſio, vi-
de ſdus*.
41 Conſequuntur autem officiales ex pę-
nis maleficiorum decem pro centena-
rio, *Pio IV. Conſtit. 43. pag. 58. & Sixti
V. Conſtit. 93. pag. 656, tom. 2. permitten-
42 tibus*. Dictarum verò pœnarum emolu-
menta ad Cameram pertinentia Vniuer-
ſitatibus, vel alijs applicare non poſſunt,
vt ibi.
43 Officiales tractantes de alienatione,
ſeu infeudatione Terrarum, & Locorum
S.R. Eccleſiæ quas pœnas incurrant; *Pius
V. edixit in Conſtitut. 35. pag. 222. dicto
tom 2.*
44 Licentias portandi pugiones, & arma
breuiora concedere nequeunt; *eodem
Pio V. mandante Conſtit.* 145. Qui etiam
45 ijſdem officialibus onus, & curam iniun-
xit, ne Monialium Monaſteria moleſten-
tur in hoſpitandis militibus; *in Conſtit.*
148. *pag. 360. tom. 2.*
In ingreſſu officij iurant ſe ſeruaturos,
46 *Conſtit. Sixti V. 93. & Pauli V. Conſt. 93.*
Quibus præcipuè cauetur, quando reos
abſoluere, ſeu habilitare valeant.
47 Tabellas, ſeu libellos expenſarum V-
niuerſitatum diligentèr perſcrutari, &
exequi debent, *ex decreto Conſtit.* 10.
§. 9. Clem. VIII. qui paritèr contra eoſ-
dem pœnas indixit, ſi munus ſuum ne-
gligentèr exerceant.
Nihil etiam ex condemnatione, ſeu
ſyndicatu illorum, qui bona Vniuerſita-
tum adminiſtrarunt, recipiant, *vt in ea-
dem Conſtit.* 10. quam nos præ manibus
habemus.
48 Nec poſſunt officiales locorum coge-
re ſubditos ad portandum ſibi ligna,
granum, & ſimilia abſque ſolutione iuſti
pretij; *vt Conſtit. 5. Greg. 11. Bullar. nou.
tom. 1. pag. 222. vbi Cherub. iun. ſchol. 2.*
49 notat, hanc Conſtitutionem ligare,
quàmuis non appareat de eius publica-
tione, quia eſt impreſſa in volumine alia-
rum Conſtitutionum Marchiæ cap. 38.
lib. 1. Quæ quidem Conſtitutiones ſunt
in viridi, & communi obſeruantia apud
omnes, *Gabr. de clauſ. concluſ. 4. num. 64
Rota coram Ortembergo in Valentina
Baronia, 4. Iulij 1603. & coram Marco-
montio in Hortana locationis, 14. Aprilis
eiuſdem anni*.
Quædam alia ad rem facientia cogno-
ſci poterunt ex *Auendag. de exeq. mand.
par. 2. cap. 11. per tot. & vide tex. in l. 2. &
ibi Io. de Plat. Luc. de Penn. & alios, C. ne
ruſti. ad vll. obſeq. deuocent. lib. 11.*
50 Et in confirmatione officialis in Con-
ſilio alicuius Ciuitatis electi, non ſuffi-
cere conſenſum maioris partis, ſed re-
quiri, vt omnes conſentiant, adeout vno
contradicente confirmatio non teneat,
*Francus deciſ. Neapol. 2. num. 21. per tex.
in §. ſi verò nondum biennium, in Auth.
de defenſor. Ciuit. ibi: Niſi cuncta Ciui-
tas, reluctante nullo, elegerit eum.* Quod
eſt notandū pro multis Ciuitatibus Sta-
tus Eccleſiaſtici, & ſignantèr pro Ciuita-
te Vrbeuetana Patria mea, quæ habet
ius eligendi Prætorem in pleno Conſilio
ad ſex menſes; ſi petatur confirmatio,
hæc

hæc debet concedi nemine reluctante, aliàs non tenet, ex dictis iuribus.

51 Nec eſſe permittendum officialibus, vt ſalaria ſua a ſe ipſis exigant a prouincialibus, *vt in l.15.annonas*, C.*de erogat. milit.annon.lib.*12.*& l.nulli,eodem tit.*ex quibus iuribus colligitur huius deciſionis ratio; quam ita explicat *Ioannes de Plat.in d.l.annonas,n.*1.*quia,*inquit,*præſumptio legis eſt, vt pro tali exactione eos grauent, & euiſcerent, & ſuperlucrari velint*; vbi etiam *Andr. de Barolo* addit obuiandum eſſe malitijs hominum.

52 Multa denique permittuntur officialibus non ſeruato iuris ordine propter publicam vtilitatem, vt notat, & ſcribit *Pariſ.de Puteo tract. de ſyndicat.in verb. iudicis ſuprema poteſtas,nu.*2. *& ſeq. per tot.* itaut ex hoc non poſſit conueniri in ſyndicatu, quem vide.

53 Et officialibus Principis non eſſe credendum ſine literis, quando mittuntur de vna Prouincia in aliam, probat *text. in l.probibitum,vbi Bar.n.*1.*& alij.C.de iur.fisc. lib.*10. quod eſt notandum pro Commiſſarijs, qui mittuntur per Prouincias, vel ad inquirẽdos malefactores, vel ad obuiandum, nec extrahatur frumentum de vno loco ad alium, vt teneantur iſti Commiſſarij exhibere literas, quas vocant, patentes, & ſi non exhibeant, poteſt illis licitè, & ſine pœna reſiſti, *vt in d.l. probibitum*.

54 Vetitum eſt etiam officialibus locorũ propria auctoritate nouũ opus inchoare, ſeu ornamenta ædium de ſuo loco transferre; poſſunt tamen hortea, & ſtabula ſuo arbitratu conſtruere, *vt eſt tex. in l. nemo, C. de oper. pub.* ſed hodie ex diſpoſitis in Bulla nihil omnino impendere poſſunt de redditibus Vniuerſitatum ſine licentia huius Sacræ Congregationis.

55 Quando autem liceat officialibus impunè reſiſtere, vide *Io.de Plat. in l. probibitum,n.*4.C.*de iur.fisc.Pari.de ſyndic.* §.*pone quod Vniuerſitas, n.*3. *Petr. de Auendag de exeq.mand. par.*2.*cap.*14.*n.*7 *& ſeq.Andr. de Barolo in d.l. probibitũ, n.*5.*C.de iur. fisc.lib.*10.

56 Sed oritur pulchra dubitatio. Statutũ, vel proclama concedit ſcuta centum capienti exulem, ſeu bannitum, aut facinoroſum, officialis alicuius loci illum capit in loco ſuæ iuriſdictionis, quæritur, an debeat habere præmium ſcutorum centum a Statuto, ſiue proclamate promiſſum? & negatiuè reſpondet *Bart.in l.*3.§.*vtrum,num.*2.*ff.ad Syllanian.*red-dens rationem, quia officialis ad hoc tenetur coarctatione iuris, & extendit deciſionem ad executores, & birruarios eiuſdem officialis, propter identitatem rationis, quia ipſi quoque tenentur ad hoc ratione officij: ſequuntur *Bart Aegid.Boſſ.tit. de captura, num.*76. qui ait ita vidiſſe ſeruatum, & deciſum contra officialem Nouocomensẽ; *Clarus pract. crim.*§.*fin.quæſt.*29.*verſ. cæterùm in multis*; *Io. Mõtag.in addit.ad tract.Boer. de autb.magna Curia,num.*146.*verſ. & ibi dicunt omnes*; *Petr. Gerard. in ſingul. vlt.num.*20. *& ita etiam deciſum in Regno Catalonia affirmat Peguer. deciſ.*67. *in boc Principatu,per tot* qui licèt concludat ita ſeruari per Regium Cõſilium, ſubdit tamen aliquando per viam gratię Præſides Prouinciæ aliquibus Regijs officialibus dictum pręmium conceſſiſſe; & Camera Apoſtolica ſolet etiam huiuſmodi præmia dare Præfecto vigilum (quem Bariſellum vocant) & militibus Corſis, quàmuis iſti ratione officij teneãtur capere delinquentes, & exbannitos, & ideo de iure non debentur, ſed per viam gratiæ conceduntur. Et in hoc ſtãdum eſſe conſuetudini, concludit *Boſſ. loco ſupra cit.* qui refert *Decium in conſ.* 691.*num.*11.*verſ.& ſupradicta omnia*, qui licèt loquatur in alijs terminis, nempe de talia ſoluta pro redemptione militis capti in bello ab hoſtibus, vt ſcilicet repetì poſſit per ſoluentem, quam ille, qui libertatem conſequitur, denegaſſet, & in hoc adeſſe cõſuetudinem affirmat, quæ ſeruanda eſt, vt ibi per eum.

Vlterius quærit *Bart.d.*§.*vtrum, n.*1.
57 Si homines de Vniuerſitate excitati ab vno, qui inſequebatur bannitum, illum capiant, an inquam dicti homines conſequantur præmium, ſi adſit aliud Statutum, quòd ipſi teneantur inſequi, & capere delinquentes? & negatiuè etiam reſpondet, quia iſti non vltrò proſilierunt ad inſequendum, ſed excitati ab alio, quo caſu non intrat diſpoſitio illius §.volentis ſpontaneam, & non excitatã voluntatem; ſequitur *Alban. in additionib.ad eundem Bart.in d.*§.*vtrum,nu.*1. qui alios adducit; & vide *eundem Bart. in l.nulla,n.*2.*C.de debitor.lib.*10.

58 Sed quoniam aliquando euenit, vt Cancellarij criminales, & birruarij, qui ducunt vxorem, & contrahunt domicilium in loco exercitij, ab officijs remoueantur, quæritur, an hæc deciſio ſit iuridica? & affirmatiuè reſpondeas, per *tex.apertum,& clarum in l.*38. *ſi quis of-*

fictum,

ſtium, ff. de ritu nupt. & amplia concluſionem, non ſolùm in ipſo officiali, ſed etiam in filijs, & nepotibus, vt nec ipſi ducere poſſint vxores, & contrahere domicilium, quouſque eorum patres officium gerant, vt eſt *text. in l. 57. qui in Prouincia, ff. eodem, l. vnica, C. ſi Rector Prouinciæ; Capiblanc. de baron. pragm. 3. num. 40.* alia cumulat *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 5. cap. 6. num. 121. & ſeq.* reddens ibi rationem, ne ſcilicet propter officij auctoritatem ſubditos concutiat, & vexet; & alia ratio reddi poteſt, quia officialis contrahens domicilium in loco
59 dicitur ciuis illius loci; ciues autem de iure communi prohibentur eſſe iudices, & officiales in patria, *l. ſi eadem, ff. de off. aſſeſſ. l. 3. de diuerſ. off. & apparit. lib. 12. vbi Luc. de Penn. & Io. de Platea*; latè *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap. 7. a nu. 1. vſque ad 26.* nam in ſequentibus numeris ait, in Regno Siciliæ ſeruari contrarium, & nititur probare, hanc conſuetudinem habere iuris aſſiſtentiam, vt ibi per eum viden. Ego tamen opinor ſupradictam opinionem procedere de iure ciuili, non autem de iure canonico.

Verùm in Eccleſiaſtica Ditione a prima concluſione non erit recedendum, *per Aegidianam Conſtitutionẽ lib. 4. cap. 47. Bertrard. Epiſcopus, &c. & ibi Gaſp. Cabdll. in gloſſ. verb. ſacrilegij.*

Imò nec poſſe contractus per ſe, vel alios facere iudices, & officiales in loco officij, *eſt tex. in l. non licet, ff. de contrahẽ. empt. l. vnica, C. de contract. iud. l. quiſquis C. de poſtuland.*

Adde nec poſſe conuenire aliquem
60 in iudicio, nec ab alijs conueniri, etiamſi agatur de obligatione Camerali, durante eorum officio, *deciſum habes a Sacra Conſulta in cauſa Ciuitatis, & Priorum Peruſij in hæc verba ad Peruſij Gubernatorem. Come è parſa conueniente la domanda, che con il memoriale aggiunto è ſtata fatta da coteſta Città, che li Priori pro tempore non poſſino cõuenire alcuno, ne eſſer cõuenuti da altri anco nelle cauſe, doue ſi tratta d'obligo Camerale, così la Sacra Conſulta vuole, che ne riceuano la gratia. Onde ſarà contenta V. S. d'ordinare, che ſi metta in eſecutione, dandone auuiſo; e Dio la conſerui. Di Roma li 5. Giugno 1624.*

Di V. S.

Come fratello
Il Card. Barberino
M. Ginetto Secretario.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ nomen latinum, & antiquum eſt a permutatione rerum deriuatum.*
2 *Expenſæ nomine pecunia, quæ conſumpta eſt, ſignificatur.*
3 *Expenſæ, & impenſæ idem deſignant; magis forenſe eſt, expenſæ.*
4 *Expenſæ ſunt in quadruplici differentiâ, neceſſariæ, vtiles, voluptuariæ, & quæ fiunt fructuum colligendorum gratia.*
5 *Expenſæ neceſſariæ, vtiles, voluptuariæ quæ ſint.*
6 *Fructus intelliguntur, deductis impenſis.*
7 *Pro recuperandis impenſis datur retentio.*
8 *Res, quæ pignori data non eſt, retineri non debet regulariter, quandoque tamen datur retentio rei magni valoris pro paruo credito.*
9 *Impenſæ factæ gratia colligendorum fructuum in quibus caſibus non detrahantur.*
10 *Decima ex quibus rebus, & cauſis debeatur.*
11 *Quota fructuum Fiſco ſoluenda, nulla habita ratione expenſarum, ſoluitur. Declaratur tamen concluſio. num 12.*
13 *Expenſæ factæ vltra ſummam in Tabella contentam in calculo recipiendæ non ſunt.*
14 *Summa deſcripta in Tabella pro expenſis extraordinarijs quomodo ſit eroganda.*
15 *Sola Congregatio Boni Regiminis erogare poteſt pecunias Communitatum, vel erogandi licentiam concedere; & quare.*
16 *Collectas nouas imponere ſolus Princeps poteſt.*
17 *Collecta impoſita a non habente poteſtatem ſolui non debet, & ſoluta repeti poteſt.*
18 *Collectas imponens abſque licentia incidit in excommunicationem; & abſolutione indiget; & affertur exemplum.*

§. VIII.

Gloſſ. 1.

Expenſis.

CAP. XX.

1 HOC verbum, *expenſum*, ſiue *expenſa* latinum eſt, & antiquiſſimũ eſſe contendit, eiuſque deriuationẽ a permutatione rerum, quæ
ante pecuniarum inuẽtionem inter homines fiebat, deducit *Garzias tract. de expenſis, & melioram. cap. 1. num. 1. vſque*
2 *ad* 8. Verùm expenſæ nomine pecunia, quæ conſumpta eſt, ſignificatur, quicquid enim conſumitur, vel expenditur ſiue circa res, ſiue circa perſonas, quocumque modo expendatur, expenſæ di-
3 cuntur; & hoc nomen *expenſa* idẽ quod *impenſa* deſignat, magis tamen forenſe eſt, *expenſæ*, quàm *impenſæ*, *vt idẽ Garz. ſcribit loco cit. num. 7.*

4 Sunt autem expenſæ in quadruplici differentia, neceſſariæ, vtiles, voluptuariæ, quartum genus earum, quæ fiunt colligendorum fructuum gratia. De primis tribus loquitur, illaſque benè declarat *Paulus I.C. in l. impenſæ, 79. ff. de*
5 *verb. ſignif.* dum ait. *Impenſæ neceſſariæ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura, aut deterior futura ſit.*

Vtiles impenſas eſſe Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, deteriorem non eſſe ſinant; ex quibus redditus mulieri acquiratur; ſicut arbuſti, paſtinationes, vltra quam neceſſe fuerat: item doctrinã puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem, vel inuitam non oportet, ne cogatur fundo, aut mancipijs carere. In his impenſis, & piſtrinum, & horreum inſulæ dotali adiectum plerumque dicemus.

Voluptuariæ impenſæ ſunt, quæ ſpeciem dumtaxat ornant, non etiam fructus augent, vt ſunt viridaria, aquæ ſalientes, incruſtationes, loricationes, picturæ. *Hæc Paulus I.C.* tantùm expenſarum ſpecies enumerat hic.

De quarta autem ſpecie expẽſarum, quæ gratia colligendorum fructuum fiunt, tractant communitèr *Doctores in l. fundus qui, 52. ff. famil. erciſc.* Has etiã *Paulus I.C.* declarat, & deberi ait, nedum bonæ fidei poſſeſſoribus, ſed etiam prædonibus, *in l. ſi a patre, 39. §. fin. ff. de petit. hered.* his verbis. *Fructus in-*
6 *telliguntur, deductis impenſis, quæ quærendorum, cogendorum, conſeruandorumque eorum gratia fiunt: quod non ſolùm in bonæ fidei poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat, verùm etiam in prædonibus; ſicut Sabino quoque placuit.* Hæc Paulus, quibus videntur contrariã quæ ſcribit *Vulpian. in l. ſi ſeruus ſeruũ, §. ſi oliuam, ff. ad leg. Aquil. ibi: nulla enim iniuria eſt, cum ſibi etiam impenſas donauerit, quæ in collectione huiuſmodi fructuum impenduntur, &c.* Hanc tamen contrarietatem optimè conciliat *Garzias tract. de expenſ. cap. 1. num. 13. videndus.*

7 Et pro recuperandis huiuſmodi expenſis, dandam eſſe retentionem, apertè reſpondet *Pomponius in l. ſi neceſſarias, 8. ff. de pignor. action.* qui tamen loquitur de impenſis neceſſarijs.

Regularitèr enim retineri non poteſt
8 res, quæ pignori tradita non ſit, *l. fin. C. commodat. prætextu debiti.* (inquit Imperator) *reſtitutio commodati non probabilitèr recuſatur.* & *in l. ſi non inducta, C. in quib. cauſ. pig. vel hyp. tacit. contrah. ibi. Non enim prætextu debiti penſionum reſtitutionem eorum morari poteſt; vbi gloſſ. in verb. morari poteſt,* notat ſua auctoritate poſſidentem non habere retentionem.

Quandoque tamen datur retentio rei magni valoris pro modica re. *l. quandiu, 6. C. de diſtract. pignor. l. creditoris, ff. eod. tit. l. moſchis, & ibi gloſſ. in verb. poſſeſſorum, ff. de iur. fiſc.* Quæ tamen concluſio declaratur procedere, quando creditor poſſidet rem indiuiſibilem, puta gemmam valoris ſcutorum decem millium pro mille, vel prædium maioris valoris, cuius non poſſit priuari parte, quin priuetur toto, vt tenuit *Rota in Romana Legatorum de Columnis, coram Sacrato 27. Ianuarij 1614 quæ eſt dec. 69 num. 8. impreſſ. poſt tract. Cenc. de cenſib. & num. 9. & ſeq.* determinat, ſi res erit diuiſibilis, vt pecuniæ, & nomina debitorum, omnis æquitas ſuadet, vt creditor, retenta ſumma ſibi debita, reſiduum

reſti-

reſtituat, quia aliàs retineret ſine cauſa, & contra notata *in l. ex conducto, in princ. ff. locat. Tiraq. in tract. Ceſſante cauſa, par. 1, n. 189.*

Quod autem diximus, detrahendas eſſe impenſas, quæ gratia colligẽdorum fructuum fiunt, non procedit

9 Primò in ſolutione decimarum, *c. tua nobis, de decim.* Cuius rei rationem legimus in Concilio Triburicẽſe anno ſalutis 895. Formoſo Pontifice, & Arnoldo Rege celebrato, teſte *Baronio in ann. l. lib. 10. pag. 638. verba Concilij in cap. 13. de decimis*, referente, dum ait. *Decimæ ex debito requiruntur; Quid ſi diceret Deus, nempe meus es o homo, mea eſt Terra, quam colis, mea ſemina, quæ ſpargis, mea animalia, quæ fatigas, meus eſt Solis ardor; & cum omnia mea ſint, tu qui minus accommodas, ſolam decimam merebaris, ſed ſeruo tibi nouem; da mihi decimam; ſi non dederis decimam, auferam nouem; ſi dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Si ergo quærat aliquis, cur decimæ dantur, ſciat, quòd ideo dandæ ſunt, vt hac deuotione Deus placatus, largiùs præſtet, quæ neceſſaria ſunt.* Hactenus Concilium (quod etiam legitur impreſſum *tom. 3. Cõcilior. pag. 559.*) a Garzia relatum, vnà cum alia ratione deſumpta *ex Dominico Soto apud ipſum viden. dicto tract. de expenſ. cap. 1. nu. 17.* & videre etiam poteris *Tiraquell. de retract. lignag. gloſſ. 1. §. 15. n. 10.*

11 Secundò non detrahuntur expenſæ, ſi debeatur quota fructuum fiſco, prout in aliquibus Ciuitatibus Eccleſiaſticæ Ditionis fieri ſolet, dum ciues ſoluunt collectas, & onera Cameralia ratione fructuum, quos colligunt ex prædijs; & hoc fieri a ciuibus Spoletanis retulit mihi D. Nicolaus Letus vnus ex Dominis Agentibus prouincialibus Collega meus, & Patritius Spoletanus. Hæc inquam ſolutio facienda erit, nulla habita ratione expenſarum in recolligendis fructibus factarum; conueniunt in hoc Hiſpani, vt *Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap. 14. nu. 15.* & Galli, vt *Tiraquell. de retract. lignag. gloſſ. 1. §. 15. num. 11. qui tamen in num. ſeq.* contrarium tenet etiam in decimis; ex Italis verò habes *Bald. Angel. Imol. Cuman. Roman. Alex. Salycet. Caſtrenſ. Socin. Iaſon.* quos refert *Afflict. in deciſ. 252. n. 7.* dum ait expenſas non eſſe detrahendas, vbi agitur de fauore Diuino, vel de iure publico; quæ duo æquiparantur, *vt in l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

12 Verùm contrariam ſententiam, vt ſcilicet fiat detractio expenſarum, etiam in ſolutione collectarum, præter *Tiraquel. loco proximè citato nu. 12.* firmat *Garz. tract. de expenſ. cap. 11. num. 60.* ex eo, quia fructus ſemper intelliguntur deductis expenſis, vt ibi per eum. Hanc tamen concluſionem circa ſolutionem decimarum benè diſtinguit *Moneta tract. de decimis, cap. 6. quæſt. 4. num. 28. 29. & 30. & ſeq.* videlicet, Ex decimis prædialibus non eſſe detrahendas impenſas: in decimis verò perſonalibus vtique detrahendas eſſe; qui etiam reddit rationẽ huius diſtinctionis *ſub n. 34. videndus*; nam ex eius verbis poſſunt reduci ad concordiam Doctores, qui ex iam dictis videntur inter ſe contrarij, vt ſcilicet ex collecta ſoluenda de fructibus prædiorum non detrahantur impenſæ, de collecta verò perſonali detrahantur.

13 Sed magis ad rem noſtram ponderando verba Bullæ ibi, *Deductis expenſis in Tabella, ſeu libello deſcriptis, &c.* Hinc enim colligimus, expenſas factas vltra id, quod eſt deſcriptum in Tabella, non eſſe admittendas; quod etiam cautum eſt *in §. 6. verſ. quicquid verò.*

Sed quoniam multæ poſſunt occurrere expenſæ, quæ in Tabella non ſunt deſcriptæ, & ſpecificatæ, quamobrem ponitur in ijſdem Tabellis certa quantitas, & pecuniarum ſumma, quæ dicitur, *Pro extraordinarijs*, neque hæc relinquitur eroganda arbitrio Decurionum; quæritur propterea, quomodo ſit expendenda, & qualitèr de iſta quantitate exigenda ſit ratio? *Et hoc deciſum fuit ab hac Sacra Congregatione die 4. Octobris 1614 in hæc verba.* [*Sacra Congregatio* prohibuit, ne ſumma in Tabella cuiuslibet Communitatis aſſignata pro occurren-
14 tijs extraordinarijs expendatur abſque vrgenti neceſſitate, per generale Conſilium, & per Gubernatorem, ſeu Officialem loci approbanda, & præuia cognitione, quòd moram non patiatur, nec poſſit expectari particularis licentia a Sacra Congregatione, & mandauit, quòd Priores proponentes in Conſilio, quòd expendatur vltra dictam ſummam, ſeu de dicta ſumma in caſibus prohibitis per Conſtitutionem ſuper Bono Regimine, & Cancellarius ſcribens tales propoſitiones, & decreta, & Camerarius acceptans mandata contra formam præſentis decreti, teneantur ſoluere de proprio omnes impenſas factas contra præſentem ordinationem, vltra alias pœnas

per d. Conſtitutionem Conſiliarijs impoſitas: Et ſub iiſdem pœnis prohibuit Syndicis, & Reuiſoribus, ne Camerarijs prædictis admittāt in ſolidatione Computorum huiuſmodi partitas, etiamſi in Inſtrumento Camerariatus fuerit appoſitum pactum, quòd teneatur acceptare, & ſoluere omnia mandata Officialium, quia voluit intelligi de legitimè expeditis. Et huiuſmodi declarationē mandauit per Cancellarium intimari ſingulis, ad quos ſpectat, & ad omnem propoſitionem circa expenſas pro tempore faciendas recitari per eum præſentem ordinationem, & in caſu contrauentionis in quolibet ſupradictorum capitum, vltra pœnas in ipſa Conſtitutione contētas ad integrum ſalarium illius anni reſtituendum, cogi debere mandauit: Et nihilominus voluit, quòd finito anno fiat notula ſupradictarum expenſarum per extenſum, & tranſmittatur ad Congregationem cum noua Tabella, prout etiam ſi conſumpta dicta ſumma intra annum aliqua neceſſitas occurrat, nec illius vrgentia patiatur expectari reſponſum, & licentiam, vt ſupra, voluit prouideri per Gubernatorem Prouinciæ, tranſmiſſa poſtmodum incontinenti dicta notula cum informatione expenſarum, quæ ſuperuenerunt; & ita voluit, prohibuit, & reſpectiuè mandauit. Datum Romæ 4. Octobris 1614.]

Odoardus Sanctarellus Secretarius.

Quæ quidem deciſio iuridica dicitur, per ea, quæ colligit *Petr. de Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap. 10. a num. 3. vſque ad num. 29.* vbi viginti enumerat exempla, ex quibus licitum ſit vniuerſitatibus, & eorum Officialibus pecunias publicas erogare: Neque ad ſola exempla relata ſe reſtringit, ſed extendit etiam ad alios caſus, in quibus æqua, vel maior ratio inſit; ex auctoritate *gloſſ. in l. ob æs, in verb. tantum, C. de prædijs minor.* & latè *Iaſ. in l. 1. num. 7. C. de bonor. poſſ. contra tabul.* addit tamen *Auendag. ſub nu. 16.* hæc notanda verba. [*Caueat* tamen Iudex, ne hanc pecuniam ipſe eroget proprio mandato, quia hodie non poteſt, cum ad ſolum Regem ſpectent harum publicarum pecuniarū ergationes, &c.]

15 Quæ quidem verba etiam ad iudices, & officiales locorū Status Eccleſiaſtici optimè adoptantur; ſola enim hæc Sacra Congregatio, quæ Principis perſonam repræſentat, publicas Communitatum pecunias erogare poteſt, & erogandi licentiam impartiri: Et ratio eſt, quia expenſæ vltra Tabellam faciendæ, aut fiunt ex pecunijs, quæ ſuperſunt, aut ex pecunijs per collectam inter ciues partiendam recolligendis: Si ex pecunijs, quæ ſuperſunt, cum in fine cuiuſque Tabellæ Sacra Congregatio reſcribat, quid agendum ſit de huiuſmodi pecunijs, neque Decuriones, neque Officiales, & Iudices locorum poſſunt de illis abſque licentia in ſcriptis ab ipſa Congregatione obtinenda diſponere; ſola enim Principis voluntas lex eſt, *Luc. de Penn. in l. nulli, num. 1. C. de cond. in pub. horre. lib. 10.* Si

16 verò pecunia redigenda ſit ex collecta inter ciues partienda, neque id agere iudex poterit, quia nouas collectas imponere ſolo Principi permiſſum eſt, *c. ſuper quibuſdam, 26. & ibi gloſſ. in verb. padagia, de verb. ſignific l. vectigalia, ff.*

17 *de pub. & vectig.* & ſi à Ciuitate, quæ ſub Principe ſit, imponatur, ſolui non debet, & ſoluta vi, aut ſimplicitate, reſtituenda erit, vt notat *Bald. in d. l. vectigalia, & l. non ſolet, C. vectigal. nou. inſtit. non poſſ. & nos dicemus infra latius in §. 11. gloſſ. 2. verb. taxa facienda, & in §. 14. gloſſ. 1. in verb. collectis.*

18 Et cum aliquando nonnullæ Communitates pro eorum indigentijs abſque licentia Papæ impoſuiſſent, & exegiſſent collectas, neceſſe fuit petere abſolutionem a Cenſuris, quæ ita conceſſa fuit. [*S. D. N.* annuit, quòd abſoluantur pro præterito, & mandauit in futurum examinari huiuſmodi gabellas, earumque naturas, & ſi repertæ fuerint iuſtæ, confirmentur: & interim permiſit illas exigi iuxtà ſolitum vſque ad renouationem Tabellæ pro anno futuro.]

De expenſis, quæ fiunt ab Oratoribus & Syndicis, ſi mittantur ad aliquem locum pro defenſione iurium Vniuerſitatum, dicemus infra *in verb. Oratores, & in verb. Conſilijs;* Interim vide *Guid. Pap. quæſt. 68. & quæſt. 625. Garzi. de expenſ. cap. 29. num. 15. Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap. 10. n. 7. in 5. exempl.*

Alia quoque de ſumptibus, & impenſis dicemus infra *in §. 15. gloſſ. 6. in verbo ſumptus.*

SVMMARIVM.

1 *Vbertas, & frumenti copia plurimùm valet ad pacem, & tranquillitatem ciuium conſeruandam.*

2 *Saturo populo nihil poteſt eſſe lætius.*

3 *Theodoſius, & Valent. Imperatores certam auri quantitatem ad perpetuam fru-*

frumenti coemptionem dedit arunt.

4 *Sixtus V. horum exemplo ſcuta ducenta millia ad vſum annonæ deſtinauit.*

5 *Clemens VIII. quod ſupereſt ex redditibus Communitatum, deductis expenſis, in ſubleuationem annonæ erogandum duxit.*

6 *Neceſſitate impellente, nedum quod ſupereſt, ſed etiam pecuniæ ſub vſuris pro annona accipiendæ ſunt.*

7 *Cautela, ne Vniuerſitates accipientes pecunias ſub vſuris pro ſubleuanda annona, patiantur damnum.*
Cautela hæc habet iuris aſſiſtentiam, & quomodo. num.8.

9 *Sanctio Valentin. & Valent. Imperatorũ de frumento condito in publicis horreis.*

10 *Abundanzerij tenentur ad refectionem damni, ſi frumentum corrumpatur in horreis.*
Mixtio frumenti corrupti cum bono facienda, ne annona publica ſit in damno. ibid. & n.9. & 34.
Amplia, quòd poſſunt etiam ciues cogi ad illud emendum. num.11.
Amplia ſecundò, cogendos eſſe tam diuites, quàm pauperes, & redditur ratio. num.12.

13 *Ciuitas non dicitur perfecta ſine pauperibus.*

14 *Ciuitatũ Rectores ordinare poſſunt quid expediat circa emptionem, & venditionem frumenti.*

15 *Frumentum quod ſupereſt, nedum in Ciuitate, ſed etiam in Comitatu diuidi poteſt.*

16 *Ciuitates non habentes, nec inuenientes pecunias pro ſubleuanda annona, quid agere debeant, & poſſint.*

17 *Ciuitas cogere poteſt ſuos ciues ad vendendum frumentum ſoluto iuſto pretio; & quodnam dicatur iuſtum pretium.*
Quid actum ſit anno 1621. in Statu Eccleſiaſtico ad ſubleuandam annonam. num.18.

19 *Eminentiſſimus D. Cardinalis Laurentius Magalottus Florentinus debitis laudibus cumulatur.*

20 *Vniuerſitates quandoque cogunt ciues ſuos ad collocandum in horreis publicis decimam partem frumenti.*

21 *Quæ perſonæ eligendæ ſint ad æſtimandum frumentum conditum in publicis horreis.*

22 *Pauper ita eſt idoneus ad modicum, ſicut diues ad multum.*

23 *Si non inueniantur conductores furnorum, & qui furnariam exerceant quid agere debeant Decuriones Ciuitatum.*

24 *Damnum reſultans ex mala adminiſtratione annonæ ab adminiſtratoribus ſarciendum eſt.*

25 *Vniuerſitates conſtituentes vnum, vel plures ciues ad comparandam annonam poſſunt etiam illis aſſignare certum ſalarium.*

26 *Nemo tenetur proprijs ſtipendijs militare.*

27 *Depoſitarius rei frumentariæ ſi vertat pecunias in alium vſum, grauiter puniendus.*
Amplia, quòd neque ſit audiendus, ſi opponat compenſationem. num.28.

29 *Annonæ priuilegium eſt, vt cogi poſſint domini animalium, curruum, nauicularum ad mutuandum huiuſmodi inſtrumenta pro euectionibus faciendis.*

30 *De fraudãtibus, & onerantibus annonã, & qua pœna puniantur, vide remiſſiuè.*

31 *Seruus contra dominum poteſt eſſe teſtis in cauſa annonæ; item mulier.*

32 *Statuta fauore annonæ non admittunt exceptionem ex defectu poteſtatis; & declara vt hic.*

33 *Statutum, ne quis emat in foro, niſi certam quantitatem frumenti, valet, & quare.*

34 *Ciuitas, vel Reſpublica poteſt miſcere frumentum corruptum cum bono, ne ſit in damno.*

35 *Ordinatio, vt quilibet locuples teneatur vendere certam quantitatem frumenti, eſt valida etiam cum certo, & viliori pretio.*

36 *Epiſcopis demandata fuit aliquando cura, ne merces, vel annona cariùs venderentur.*

37 *Princeps quibus remedijs vti debeat, ſi maxima annonæ charitas vrgeat.*

38 *Princeps, & Vniuerſitates ordinare poſſunt, ne forenſes, regatterij, dardanarij emant in foro, niſi certa hora iam tranſacta, & quare.*

39 *Incantantes frumentum, vel merces ad hoc, vt cariùs vendantur, ſtellionatus crimine tenentur.*

40 *Sitocomia poteſt merces corruptas de facto proijcere, & perdere.*
Amplia, etiamſi merces ſit tantùm in parte corrupta, vel mixta. num.41.
Amplia ſecundò, ſi mixtio ſiat in vino, ſi apponantur in eo medicamenta, ne appareat corruptio. num.42.

43 *Statutum, ne vindemiæ fiant, niſi tempore*

poſe certo, eſt validum, & quare.

44 *Piſcatores proijcientes in fluminibus taxum, vel alias herbas mortiferas ad capiendos piſces, puniendi ſunt, & quare.*

45 *Piſtores lauantes manus cum aceto, & laniones inflantes animalia mortua, ſunt etiam puniendi.*

46 *Vniuerſitates poſſunt ſtatuere, ne merces vendantur, niſi in certa platea, vel loco ſub pœna amiſſionis.*
Declara concluſionem vt num.47.

48 *Damnari quis non poteſt, vt negotietur.*

49 *Qui incœpit exercere furnariam, carnicinam, hoſpitium, vel quid ſimile publicam vtilitatem reſpiciens, non auditur, volens deſerere artificium, ſed poteſt cogi ad exercendum.*
Amplia concluſionem in Aduocato, Procuratore, Notario, Syndico. n.50.

51 *Contrahi poteſt etiam cum incertis, vt inter caupones, & diuertentes ad eorũ hoſpitia.*

52 *Haſta ſalutis apud Romanos hodie in aliquibus Ciuitatibus Status Eccleſiaſtici reperitur; & quid ſit.*

53 *Dilatio ad reſtituendum frumentum mutuatum quando ſit concedenda, vel non.*

54 *Creditores ruſticorum, qui ſtudioſè differunt petere frumentum mutuatum, tempore fertilitatis repelluntur, ſi petant tempore ſterilitatis.*

55 *Cognitio fraudum, quæ fiunt in venditione rerum victualium cumulatiuè pertinet ad Rectores Ciuitatum, & ad Iudices ordinarios.*

56 *Statuta Ciuitatum diſponentia, quòd Rectores Ciuitatum taxent pretia rerum, intelliguntur ſine præiudicio Iudicis ordinarij.*

57 *Iuriſdictio Rectorum in taxando pretia, cum ſit inferior, non extinguit iuriſdictionem Iudicis ſuperioris.*
Taxa prædicta quo tempore ſit facienda, & quæ puniantur pœna qui illas non ſeruant. n.58.

59 *Ciuis, qui habita notitia de taxa, antè illius publicationẽ cariùs vendidit frumentum, venditio reſcinditur tanquã facta in fraudem taxæ.*

60 *Supprimentes annonam coemptam, vt illam cariùs vendant, quâ pœna puniantur.*

61 *Vniuerſitas non eſt condemnanda ob irruptionem ſingulorum in horreum priuatum, niſi appareat id factũ fuiſſe conuocato Conſilio.*

62 *Famis effectus quamplurimi referuntur, videndi.*

63 *Vniuerſitas obligata ſubminiſtrare alteri Vniuerſitati certam annuam quantitatem frumenti, intelligitur, quando frumentum ſupereſt.*
Extende, vt num.64.

65 *Iuſtum pretium frumenti quodnam dicatur, quando quis cogitur vendere pro neceſſitate; & ſupra num.17.*

66 *Res tanti valet, quanti vendi poteſt.*

67 *Non omnia, quæ licent, honeſta ſunt.*

68 *Quicquid plus iuſto appetit homo, turpe lucrum eſt.*

69 *Clerici vendentes frumentum pluſquàm laici, an peccent mortalitèr, & ad reſtitutionem teneantur.*

70 *Clerici magis, quàm laici tenentur ad opera charitatis.*

71 *Beneficia Eccleſiaſtica principalitèr inſtituta ſunt ad opera pietatis.*

72 *Indecens eſt, qui Diuino miniſterio ſunt adſcripti, in ſæcularibus negocijs nimiùm eſſe implicitos, & quæſtuoſas artes exercere.*

73 *Religioſi quicumque prohibentur exercere artes quæſtuoſas, & præcipuè aromatarias, piſtoriam, lanificium, textinum, & ſimilia; vt in Decreto Sacræ Congregationis Apoſtolicæ Viſitationis.*

74 *Extrahens frumentum extra Statum, poſtea pœnitens, recedat, & in receſſu ſit comprehenſus, an incidat in pœnas.*
Quid ſi extrahat farinam, an incurrat in eandem pœnam. num.75.

§. VIII.

Gloſſ. 2.

Annonam.

CAP. XXI.

1 AD pacem, & tranquillitatẽ ciuium conſeruandã frumenti copia, & vbertas plurimùm valet; nihil enim (vt Aurelian. Imperator aiebat) ſaturo

2 populo poteſt eſſe lætius, *teſte Vopiſco in eius vita ad finem*; quod etiam reſpexiſſe viden-

videntur *Thcod.& Valent.Imperat.*dum
3 certam auri quantitatem ad coemptionem frumenti perpetuò dedicatam eſſe voluerunt, prout ſancitum legimus *in l.2.C.de frum.Vrbis Conſtantin.lib.11.*

Et quod Impp.ad iuuandam Ciuitatē Conſtantinopolitanam, vbi Sedes Imperialis erat, ſtatuerunt, hoc idem à Summis Pontificibus pro Ciuitate Romana factitatum fuiſſe conſtat:ſiquidem
4 Sixtus V. ſcuta ducenta millia ad vſum annonæ Vrbis aſſignauit in ſua *Conſtit. 78. Bullar. nou. tom.2.pag.624.* Paulus quoque V. alijque Succeſſores in hanc potiſſimùm curam incubiſſe ſatis conſtat. Verùm Clementis VIII. prouidentia nō ad Vrbem tantùm reſtringitur, ſed ad omnes Ciuitates, omniaque Oppida, & Loca S.Sedi Apoſtolicæ ſubiecta diffunditur, dum in hoc §.mandat, quòd ſupereſt ex redditibus Communitatum,
5 deductis expenſis,in ſubleuationem annonæ totum erogari.

Verùm ſi neceſſitas inſtet,periculumque
6 immineat, ne frumentum pro ſubſtentatione ciuium, & incolarum ſufficiat, nedum quod ſupereſt in tabella,ſed etiam conceditur licentia Vniuerſitatibus accipiēdi pecunias ſub vſuris,ex quibus ematur frumentum,in publicis horreis collocandum, vt inde certa lege diuidatur inter ciues, vt millies ab hac Sacra Congregatione factitatum ſcimus, præſertim dum hæc ſcribo: Ego enim pro Communitatibus Vrbeuetana,Ciuitate Caſtellana, & Viterbienſi, hanc licentiam obtinui; prout etiam alij domini mei Coagentes pro ſuis Communitatibus obtinuerunt in hæc verba. *Al Gouernatore di Ciuita Caſtellana. [Si contenta* la Sacra Congregatione, che coteſta Communità pigli à cenſo ſcudi mille per impreſtarli all' Appaltator de' ſorni per ſeruitio dell'Abondanza: onde voi le ne darete l'oportuna licenza,con fare obligare il medeſimo Appaltator de'forni,e largli dare idonea ſigurtà d'eſtinguere il cenſo in fine dell'Appalto, e pagarne ancora i frutti del ſuo, ſenza che la Communità ne ſenta alcun danno, ò intereſſe. E Dio vi guardi. li 22. Ottobre 1636.]

Voſtro Amoreuole

Il Card.Barberino

Giulio Donati Secretario.

7 Cum autem ex hac acceptatione pecuniarum ſub vſuris Vniuerſitatum nomine,nō rarò Vniuerſitatibus ipſis damnum emerſerit; vel ob miniſtrantium incuriam, vel quia frumentum corrumpitur, aut aliquid ſimile contingit,itaut conſumpto iam frumento, pecuniæ ex ipſius venditione redactæ, & quæ in extinctionem æris alieni hac de cauſa cōtracti erogandæ fuerunt, in alios vſus diſtrahebantur; vt huic malo opportunū noſtra Congregatio afferret remedium, mandauit per Abundantiarios, Graſcerios, vel alio nomine nuncupatos, Adminiſtratores inquam annonæ infraſcriptam fieri obligationem,videlicet.[*Perſonalitèr* conſtituti N. N. ſpecialitèr electi, & deputati pro manutentione, & ſeruitio annonæ Ciuitatis N. parentes,& parere volentes ordinibus Sacræ Congregationis ſuper Bono Regimine ſpōte, &c. omni, &c. vti principales, principalitèr, & in ſolidum etiam proprijs, & particularibus nominibus promiſerunt,& ſe obligarunt,& quilibet ipſorum in ſolidum promiſit, & ſe obligauit mihi Notario, &c. præſenti, ſtipulanti, & ſolemnitèr acceptanti vice,& nomine Cōmunitatis dictæ Ciuitatis, & omnium, & ſingulorū quorum intereſt, intererit, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum,quòd benè, diligentèr, ac fidelitèr officium annonæ, eiuſque negociū gerent, & adminiſtrabunt, & de geſtis,& adminiſtratis bonum,& fidele computū, ac rationem reddent, ac reliquatum reſtituent finito eorum munere,atque etiā ante, ad omne mandatum Sacræ Congregationis, aliàs, &c. Necnon fructus cenſuum impoſitorum, ac imponendorum, ſocietatum officiorum creatarum, & creandarum, pecuniarumque ſuper quibuſcumque locis montium vacabiliū, & non vacabilium,ſeu etiam ad cambiū, aut aliàs quomodolibet receptarum, & recipiendarum pro ſeruitio eiuſdem annonæ, vſque ad illorum effectualem extinctionem, reſtitutionem, & integralē ſatisfactionem in ſuis debitis terminis,& paghis illorum creditoribus, & habere debentibus, ſoluere, & exburſare. Nec non dictos cenſus impoſitos, & imponendos, Societates ſuper quibuſuis officijs contractas, ſeu contrahendas, & pecunias vt ſupra quomodolibet receptas, & recipiendas extinguere, caſſare, reſtituere, reſpectiuè illorum,& illarum dominis, & creditoribus per totum menſem Auguſti proximi futuri ſequētis anni... vt ſupra, cum fructibus decurſis,& quibuſcumque alijs fructibus, & expenſis vſque ad totalem pecuniæ reſtitutionem faciendam,decurſam, & decurrendam.

dam, Dictamque Communitatem, eiuſ-
que res, bona, iura, fructus, redditus, &
prouentus ſemper, & omni tempore ab
impoſitione dictorum cenſuum, conſti-
tutione dictarum Societatum, & recep-
tione vt ſupra pecuniarum, fructuum,
illorum ſolutione, & ab omnibus dam-
nis, expenſis, & intereſſe, quæ occaſione
præmiſſorum quomodocumque, quali-
tercumque, & quacumque de cauſa pati,
& ſubſtineri poſſet, indemnem, & peni-
tus ſine damno conſeruare, & releuare,
a moleſtijs quibuſcumque eximere, & li-
berare omnibus ipſorum ſumptibus, &
expenſis liberè, &c. omni, &c. alias, &c.
ſupra præciſam obſeruãtiam, &c. ad om-
nia damna, &c. pro quibus, &c. obliga-
runt ſeipſos, &c. bona inſolidum ſub ar-
ctiori forma R. Cameræ Apoſtolicæ, &c.
conſentien. &c. vnica, &c. citra, &c renun-
ciantes, &c. iurantes, &c. rogantes, &c.
ſuper quibus, &c.]

8 Quæ quidem obligatio præterquam
quòd habet iuris aſſiſtentiam, non ſolùm
quia Vniuerſitates ſunt ad inſtar pupillo-
rum, quorum bona, & iura per tutores
adminiſtranda ſunt, recepta obligatione
de benè, & fidelitèr adminiſtrando, vt
in §.18. & concordat tex. in l.2. C. *de ad-
miniſtr. rer. publ. lib.*11. & alia multa cõ-
gerit *Nicol. Loſ. tractat. de iur. Vniuerſ.
par.3. cap. vlt. per tot. poſt Luc. de Penn. in
l.1. n.14. C. de condit. in pub. horre. lib.10.*

Sed etiam quia ſi Vniuerſitas tãquam
pia mater erga ſuos ciues ſe ipſam, & bo
na ſua propria obligat, nam aliàs non ita
de facili inueniretur pecuniæ, non debet
propria ſentire damnum, & incommo-
dum.

Et huc etiam reſpexiſſe videntur *Va-
9 lentin. & Valens Impp. ſcribentes ad Vo-
luſianum Præfectum Vrbis in l.1. C. de
conditor. in publ. horreis, lib.*10. his ver-
bis. [*Omnia*, quæ in horreis habentur,
expendi volumus, itaut non prius ad
frumentum extendatur expenſa, quod
ſub Præfectura tua Vrbis horreis infer-
tur, quàm vetera condita fuerint eroga-
ta: & ſi fortè vetuſtate ſpecies ita cor-
rupta eſt, vt per ſemet erogari ſine quæ-
rela non poſſit, eidem ex noua portio-
ne miſceatur, cuius adiectione corrup-
tio velata damnum fiſco non faciat. Ad
iſtud autem negotium arbitratu, ac iu-
dicio ſuo nobilis prudens, fidelis, opti-
mè ſibi conſcius pro integritate mentis
apponatur cuſtos, ac menſor, qui vel fru-
menta modio metiatur, vel iuſtis æſti-
mationibus colligat quanta habeantur
in condito, &c.

10 Et hos Abundantiarios teneri etiam
ad refectionem damni, ſi frumentum
conditum in horreis pluuia corrumpa-
tur, *ijdem Imperatores ſanxerunt in l.2.
C. de condit. in publ. horre. eod. lib.10. ibi.*
[*Nam* ſi per incuriam officij grauitatis
tuæ ſartorum tectorum neglecta procu-
ratione, aliqua pluuijs infecta perierint,
ad damnum tuum *referentur*, &c.] *Rip.
de remed. ad conſtr. ann. num.*11.12. *&* 13
Et ſi frumentum hoc pro annona publi-
ca conditum in horreis dd. Abundantia-
rij in vſum proprium conuertant, de-
portationis, & confiſcationis bonorum
pœna mulctantur, *vt in l. fin. C. eod. tit.
Rip. loco citato num.*15. *Gabr. Berat. in
ſpecul. Viſit. cap.*22. *de Decurion. num.*31.
& alibi.

Quod autem dictum eſt, faciendã eſſe
mixtionem frumenti corrupti cum bo-
no, vt *in d.l.1. & ſcribunt Auendag. de
exeq. mand. par.2. cap.10. num.20. verſ.
hæc & alia, Fran. de Pont. tract. de poteſt.
Proreg. tit.*11. *de abundantia Ciuit. in
princ. num.17. & ſeq. pag. apud me* 33. la-
tè *Anton. de Burgos in repet. c. quod hoc,
num.32. & ſeq. de empt. & vendit.* Adde
poſſe etiã cogi ad illud emendum, ſi ſu-
11 perſit (per modum gabellæ, iuxta ſuffi-
cientes facultates); vt notant *Bart. &
alij in l. vnica, C. vt nemin. liceat in empt.
ſpeci. ſe excuſ. lib.10. qui quidem Bart. n.3*
ait, licèt emptio frumenti videatur prin-
12 cipalitèr facta in fauorem pauperum, &
indigentium, tamen onus eſt patrimo-
niale, & ſic compellendi ſunt etiam di-
13 uites, quia ad publicam vtilitatem per-
tinet, & ſine pauperibus Ciuitas non eſt
perfecta, *l. fin. ff. de nundin. Felin. in c. pe-
nult. de iud.* quem refert, & ſequitur *An-
ton. de Burgos in repet. c. quod hoc, nu.19.
de empt. & vendit. pag. iuxta paruam
impreſſ. apud me* 32. *Anton. Corſett. in ſin-
gul.1. in verb. fiſcus.*

Et circa hanc emptionem, & vendi-
14 tionem reſpectiuè poſſe Ciuitatum Re-
ctores ordinare, quod magis vtilitati
publicæ expedire viderint, *idem Corſett.
ſcribit ſingul. in verb. frumentum, num.2
poſt Bart. in l.3. ff. ad l. Iul. de annon.* ſed
pleniùs *Tiberius Decian. tract. crim. lib.7
cap.22. de fraudant. annon. num.* 22. 23.
36. *& alibi:* videndus eſt etiam *Franc. de
Pont. loco citato num.*13. qui ait in Ciui-
15 tate Neapolitana quandoque ſeruatũ, vt
inter ciues, & per eius Caſalia fuerit fru-
mentum pro certo pretio diſtributum,
vt Ciuitas minus eſſet in damno.

16 Si verò Ciuitas, vel Vniuerſitas non inueniat pecunias ad emendum frumẽtum, vel alia victualia, quòd poſſit inducere onus huiuſmodi comparationis frumenti ſuis ciuibus, vt vnuſquiſque pro modo ſuæ ſubſtantiæ frumentum, & ſpecies annonales emat, illaſque in Ciuitate ipſa vendat, vel vt pecuniam mutuẽt, ex qua frumenta ipſa comparari poſſint, ne tam ipſi, quàm alij pauperes fame pereant, notant *Luc. de Penn. & alij in l.1. num.2. & alibi, C. de quib. mun. nem. liceat ſe excuſ. lib.10 Auendag. de exeq. mandat. par.2. cap.14. num.9. verſ. quartus caſus*; & quòd cogi poſsint ciues ad
17 vendendum frumẽtum ſoluto iuſto pretio, & prout annona exigit, *vide tex. in l.8. non debere, ff. ad municipal. faciunt Menoch. conſ.264. interrogatus, num.35. lib.3. Surd. conſ.203. bona omnia, num.38. lib.2.* imò viliori pretio, dicit *Luc. de Penn. loco citato videndus*.

An autem iuſtum pretium dicatur, quod venditur in Ciuitate, vel quod haberi poteſt, ſi vendatur extraneis, vide *Menoch. conſ. 137. num.8. verſ. cæterùm*; qui ait, illud eſſe iuſtum pretium, quod venditur in Ciuitate, vbi eſt frumentum, & pecunia.

18 Verùm in Eccefiaſtica Ditione ſeruatum vidi de anno 1621. & 1622. ſedente Gregorio XV. vt tranſmittatur Prælatus aliquis ſumma prudentia præditus, & maximo rerum vſu probatus per Ciuitates, & loca, cum facultatibus ampliſſimis compellẽdi quoſcumque, ad exhibendum notam diſtinctam continentem ſummam frumenti, ordei, leguminum, bladarum, &c. recollectarum, vnà cum hominibus, & familiaribus ſuis, quibus alimenta præſtare tenentur, ac etiam quantitatem, quam volunt, & intendunt ſeminare; & habetur etiam ratio operariorum, qui dietim conducendi ſunt ad laborandum in agris, vineis, & alibi; itaut facta proportionabili diuiſione in capita cuiuſque ipſorum, quod ſupereſt, ad horrea publica dferatur in ſubuentionem indigentium: qua in re videri poterunt quæ ſcribit *D. de Sola in ſuis comment. ad edictum Ducis Sabaudiæ de annon.* quod quidem edictum treſdecim gloſsis exornat.

19 Ad prædicta verò peragenda in dictis annis 1621. & 1622. electus fuit, & tranſmiſſus ferè per totam Eccleſiaſticam Ditionem Reuerendiſsimus tunc D. Laurentius Magalottus Patritius Florentinus Sacræ Conſultæ Auditor, poſtea Eminentiſs. ac Reuerendiſs. S.R.E. Cardinalis, & Epiſcopus Ferrarienſis, vbi ſumma cum laude diem clauſit extremum; fuit enim vir omni virtutum genere, nõ mediocritèr cultus, rerum vſu, & bonarum artium eruditiſsimus, ad maxima quæque munia pertractanda, perficiendaque natus, vt res, & negocia ab eo domi, foriſque peracta palàm faciunt; & ego teſtis ſum, ſiquidem per multos annos inter familiares ſuos adſcriptus fui, & oculis vidi, & auribus audiui quod refero.

Quandoque etiam vnaqueque Ciuitas
20 per ſe ipſam ciues ſuos compellit ad ſupradictam frumenti, & bladarum aſsignationem, & decimam partem capit, quam in publicis horreis condit, ſoluto tamen pretio ab ipſis Decurionibus ſtatuto; ad quod pretium ſtatuendum *Franc. de Pont.* ſcribit, non eſſe eligen-
21 dos ſolùm ditiores, ſed etiam alios mediocris fortunæ, ac etiam pauperes, quia ita eſt idoneus pauper ad modicum, ſi-
22 cut diues ad multum, & hæc tam diuites, quàm pauperes, imò magis pauperes reſpiciunt, & tangunt, vt latiùs in *ſuo tract. de poteſt. Proreg. tit. de abundant. Ciuit. in princ. cap. nu.9.* ſed clariùs *Decian in tract. crim. lib.7. cap.22. nu.21. videndus*.

23 Eſt etiam in hoc aduertendum, diligentias prædictas tunc faciendas eſſe a Communitatibus, & Rectoribus, ſiue officialibus ad hoc ſpecialitèr deputatis, quando non inueniantur conductores furnorum, qui furnariam nomine proprio exerceant, quiuè aſſumant in ſe onus emendi, & prouidendi frumentum neceſſarium, & ſufficiens ad paſcendum ciues, & incolas locorum; hoc enim caſu Communitates aſſument in ſe onus hæc omnia neceſſaria prouidendi, ſeruata forma *ab hac noſtra Sacra Congregatione aliàs die 10. Septembris 1596.* tradita in hæc verba. *A Monſig. Gouernatore della Marca. [Se bene* altre volte per ordine di N.Sig. è ſtato comandato, che quando non ſi poſsino fare appalti de' forni, o che per altri riſpetti le Communità doueranno pigliare ſopra di loro il far prouiſione de' grani, ſi aggiuſti in modo il Calmiero, o Tariſſa del Pane, che la Borſa publica non habbia da guadagnar, nè perdere, regolandoſi il peſo del pane ſecondo il prezzo, che ſarà coſtato il grano, computatoui tutte le ſpeſe, & intereſsi, che poſſa pagar la Communità del danaro, che ſi piglia per im-

piegarlo in queſto ſeruitio. Tuttauia perche in alcuni luoghi ſi è viſto poco oſſeruarſi, e le Communità ſono perciò entrare in debito, per eſſerſi daro il pane à miglior mercatò di quello, che coſtaſſe il grano: ſi è riſoluro di rinouare a tutti queſt'ordine, & incaricare a' Gouernatori, & altri Offitiali l'oſſeruanza di eſſo, e che per quanto ſtimano la gratia di N. S. ſi ricordino di prouedere in modo, che li Popoli non habbiano à patir di pane, e le Communità non ſentino danno: e doue ſiano finiti gli Appalti, e non ſi troui, o non paia di rinouarli, mentre ſi prouede di ſuori il grano, che biſogna, ſi vagliano dell'autorità loro in farlo leuare a chi ne hauerà, pagandolo, e facendolo lauorare ſecondo il prezzo, che a lei parerà conueniẽtè, hauendo conſideratione al tempo, & à tutto quello, che ſi conuiene. Si compiaccia V.S. di moſtrare, per quanro ne tocca alla ſua giuriſdittione, la ſolita diligenza, facendo regiſtrar la preſenre in coteſte Cancellarie, acciò coſti alli ſucceſſori, e me li raccomando. Di Roma li 10. di Settembre 1596.]

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Aldobrandino.

Satis igitur prouiſum videtur indemnitati Communitatum, ſi ſeruentur hæ litteræ, & fiant etiam obligationes certorum ciuium iuxta formam ſupra a nobis poſitam. Sic enim ſeruatum vidi pro incolumitate Ciuitatis Caſtellanæ, ac illius Montis Pietatis; ſiquidem cum Rectores rei frumentariæ minus diligentes ſe geſſerint in diſtributione frumenti cõditi in horreis publicis, iuxta formam eorum obligationis, ex quo ipſius frumenti corruptio imminebat, *Sacra hæc*
24 *Congregatio anni* 1633. reſcripſit Epiſcopo dictæ Ciuitatis, vt dictos Rectores cogeret ad refectionem damni. Et hoc quoque ſeruatum pro Ciuitate Fulginei, ad quam tranſmiſſus fuit R.P.D. Sauſius eiuſdem Congregationis Auditor, Rectores, & Adminiſtratores annonæ condemnante, vt ſupra; & hæc condemnatio iuridica eſt, *vt in Auth de collat. §. Ciuitatũ, verſ. ſcientibus, Beratan ſpecul. cap. 22. num 32. & 33.*

Verùm cum iſti Rectores, & ciues deputati ſubijciantur huiuſmodi periculis, quæſitum eſt, an debeat illis aſſignari, &
25 conſtitui certum ſalarium ex publica pecunia detrahendum? & affirmatiuè reſpondet *Io. de Platea in l. 1. num. 1. C. de*
26 *frument. Alex. lib. 11.* quia, vt ipſe ait, nemo tenetur ſtipendijs proprijs militare, *vt in Auth de iudicib. §. ne autem circa;* & ſequitur *Auendag. de exeq. mand. par. 2 cap. 10. num. 16. verſ. duodecimum exemplum; & vide omnino Rip. de remed. præſer. contra peſt num. 186.*

27 Depoſitarium verò rei frumentariæ vtentem pecunijs, in vſum annonæ deſtinatis, poſſe carceribus mancipari, dixit *Rota Romana coram Greg. XV. in deciſ. 106. per tot. & viden. eſt Tiber. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 31. nu. 3. Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap. 10. num. 33. & ſeqq. Rip. de remed. ad conſer. vbert. nu. 15. Escobar. de ratiocin. cap. 14. n. 31.*

28 Neque audiendum eſſe, ſi opponat, ſe eſſe creditorem Vniuerſitatis ex alia cauſa, ac propterea faciendam eſſe compenſationem, *tex. in l. 46. aufertur, §. vt debitoribus. ff. de iur. fisc. l. 2. § ad frumẽti, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertinen. l. in ea, C. de compenſat. Ripa loco proximè citato n. 34. & alibi.*

Si verò tranſportandum ſit frumentũ
29 de vno ad alium locum, & Communitas ad hoc egeat animalibus, curribus, nauiculis priuatorum, an poſſit dominos harum rerum cogere ad hanc conductionem, & tranſportationem? affirmatinè reſpondet *Luc. de Penn. in l. 2. nu. 6. C. vt ruſtic. ad null obſeq. lib. 11. arg. tex. in l. 1. §. 1. ff. de muner. & honor. ibi. Sitonia (vel vt Alciato placet Sitocomia) id eſt annona, & ſimilium cura prædiorum publicorum frumenti comparandi, &c.* vbi Hermogenianus I.C. firmat hoc eſſe munus perſonale, quod corporibus labore cum ſollicitudine animi, ac vigilantia principalitèr exiſtit, ſed melius, ni fallor, hæc concluſio probatur *in l. 1. & 2. C. de nauib. non excuſan. lib. 10. in l. vnica, C. de nautis Tyber. eod. lib & nos dicemus infra §. 12. gloſſ. 2. in verbo conſilys.*

30 Et ſi quis nauem, nautamuè retineat, aut dolo malo faciat, quò magis, quàm ſit opus, detineatur, pœna viginti aureorum mulctabitur, *ex Vulp reſponſo l. 2. ff. ad leg. Iul. de annon. videndus eſt Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 22. de fraudantib. aut onerant. ann. nu. 2. 3. & ſeq.* vbi perbellè declarat, quomodo, & qualitèr quis dicatur fraudare, & onerare annonam, & qua pœna ſit puniendus.

Multa quoque inducta ſunt ſpecialia in fauorem annonæ, & in pœnam fraudantium, & onerantium illam, quia ex hoc vitæ totius populi inſidiatur.

31 Primum ſpeciale eſt; quia licèt ſeruus

non

non admittatur ad accuſandum eius do-
minum, *l. ſeruus*, *C. de ſedic.* in hoc ta-
men iudicio frandatæ annonæ admitti-
tur, *l. 1. ff. ad leg. Iul. de annon. l. vix, ff. de*
ſedic. Mulier quoque ab acccuſatione
repellitur, & in hoc caſu admittitur pro-
pter publicam vtilitatem, *l. mulierem, ff.*
de accuſat. l. vltima in fin. ff. ad leg. Iul. de
annon.

32 Statuta, quæ ex defectu poteſtatis re-
gularitèr non valent, *Rota diuerſ. deciſ.*
780. *num. 1. & coram Greg. XV. dec. 267.*
num. 7 & 14. attamen ſi fiant pro vber-
tate annonæ, ſuſtinentur; etenim ſi Ma-
giſtratus inferiores (qui ſtatuta conde-
re non valent) ſtatuant ad ſubleuandam
annonam, vt portantes frumentum, &
bladas capi, aut detineri non poſſint, nec
vllam ſoluant gabellam, vel quid ſimile,
vtique Statutum erit ſeruãdum, *ex Cac-*
cialup. in repet. l. omnes populi, num. 17.
verſ. & ideo infertur quòd officiales, &
ibidem Crot. num. 24. ff. de iuſtit. & iur.
Quod quidem Statutum debet eſſe vni-
uerſale contra omnes, non autem con-
tra ſingularem perſonã, *Iaſ. in l. 1. n. 6. ff.*
de legib. & expirat finito officio ſtatuen-
tium, & voluit *Crot. loco citato*, quem re-
fert, & ſequitur *Decian. tract. crim. lib. 7.*
cap. 22. num. 18.

33 Statuere etiam poſſunt, qui annonæ
curam habent, ne vllus emat in foro vl-
tra duo ſextaria grani, tum ne quis locu-
ples omne frumentum comparet, tum
etiam vt omnes de frumento venali par-
ticipes eſſe poſſint; *Marſil. poſt Salycet.*
& Angel. quos allegat, *in ſingul. 441 li-*
cet de iure, verſ. adde tamen: nec ſolùm
in frumento, ſed etiam in pane hoc idẽ
procedere ſcribit *Auendag. de exeq. mãd.*
par. 1. cap. 19. num. 35. verſ. item ſtante
penuria.

Et quod diximus ſupra, ſi frumentum
34 conditum in publicis horrei corrumpa-
tur in aliqua ſui parte, poterit hæc pars
corrupta miſceri cum incorrupta, cum
declaratione, de qua *ſup. num. 10.* & vl-
terius compelli ementes, vt hoc frumẽ-
tum ita mixtum emant, ne fiſcus, aut
Reſpublica damnum patiatur, *ita Decian.*
d. lib. 7. cap. 22. n. 13. intelligit, & interpre-
tatur tex. in dict. l. 1. C. de condit. in publ.
horre. lib. 10.

35 Suſtinetur etiam ordinatio facta ab ijs,
qui curam gerunt annonæ, vt quilibet
locuples teneatur vendere certam fru-
menti quantitatem pretio currenti, etiãſi
non inſtet neceſſitas, nam ſi vrgeret ne-
ceſſitas, etiam viliori pretio cogi pote-
rit ad vendendum; *Bart. in l. annonam*
ff. de extraord. crimin. & in l. 1. §. cura
carnis, ff. de offic. Præfect. Vrb. Alex. conſ.
190. num. 3 in ſecundo dubio, Decian. loco
citato num. 36. Auendag. de exeq. mand.
par. 1. cap. 19. num. 33. & ſeq. Luc. de Pen.
in l. 1. num. 3. in fin. C. vt nem. lic. in empt.
ſpec. ſe excuſ. lib. 10. Menoch conſ. 137. n. 8
verſ. cæterùm, & alibi; & vide Rip. de re-
med. præſeruat. contra peſtem. num. 187.
& ſeq.

Et ne merces, vel annona cariùs ven-
36 derentur, datam aliquandò fuiſſe curam
Epiſcopis, *patet ex l. 1. C. de Epiſcop. au-*
dien. vbi Valentinian. & Valens Impp. ita
ſanxerunt. [*Negotiatores* ſi qui ad do-
mum noſtram pertinent, ne modum
mercandi videantur excedere. Chriſtia-
ni (quibus verus cultus eſt adiuuare
pauperes, & poſitos in neceſſitate) pro-
uideant Epiſcopi. *Dat. xv. Kal. Mart. &c.*

37 Si verò maxima caritas annonæ pre-
mat, quid agere, & quibus vti debeat
remedijs Princeps, docet *Franc. a Pon-*
te de poteſt. Proreg. tit. 11. §. 11. per tot.
videndus; nam præter alia, de expellen-
dis forenſibus, mendicantibus, alijſque
ſimilibus de Ciuitate agit.

38 Poſſe etiam ad vbertatem, & penuriã
melius tegendam ſtatui, ne forenſes, ra-
gatterij, dardanarij emant victualia, do-
nec tranſeat hora certa, vt interim ciues
poſſint emere; nam ceſſantibus empto-
ribus viles̃cit pretium rerum, vt poſt *Io.*
de Platea in l. ſeptem diebus, num. 1. C. de
erog. milit. ann. lib. 12. ſcribit *Auendag.*
de exeq. mand. par. 1 cap. 19. nu. 35. verſ.
& ob vbertatem videmus. Prout etiam
ſcimus pluriès hoc idem in Vrbe ſanci-
tum, & malè ſeruatum eſſe; & videndus
eſt *Marſil. d. ſingul. 441. verſ. Angel. de*
Aretio, qui ait, contra iſtos, qui vulga-
ritèr dicuntur, incantare frumentum, vel
39 mercantias, vt ſi quis in foro vadit, &
de frumento plus debito offert, vt alij
plus emant, quòd talis committit cri-
men ſtellionatus; *ita Marſil. poſt Aret.*
ab eo allegatum in §. final. ad fin. inſtit.
de donation. & facit optimè text. in l. 3.
ſtellionatus, §. item ſi quis impoſturam,
& ibi notat Bart. ff. de crim. ſtellionat.
& alia multa colligit ad rem *P. de Auen-*
dag. loco citato num. 30. Boſſ. tract. crim.
tit. de crimin. ſtellionat. num. 6.

40 Primò enim colligit, & infert *Auen-*
dag. quòd officiales annonæ poſsũt mer-
ces corruptas de facto proijcere, & per-
dere, *arg. text. in l. cætera, §. mula, ff. fa-*
mil. herciſcun. in l. item quæritur, §. ſi quis

menſuras, ff. locat. & in l. lectos, ff. de peric. & commod. rei vend. & docet expreſsè *Put. tract. de ſyndicat. in verb. iudicis ſuprema poteſtas, num. 20. & ſeqq.* videndus, qui ſubdit, licèt fiſco permiſſum ſit miſcere res corruptas cum incorruptis, vt diximus etiam ſupra eum declarationibus *num.* 10. hoc tamen eſt omnino
41 prohibitum priuatis hominibus: itaut ſi aromatarius miſceat ceram antiquam cum noua, poterit officialis illam frangere. & igni ad comburendum tradere, vel in pauperes diſtribuere, *vt ibi per eũ num.* 24. qui allegat *Angel. hoc dicentem in l. 1. C. de condit. in pub. horre. lib. 10. Io. tamen de Plat. in d. l. 1. nu. 4.* videtur concludere, quòd liceat etiam priuatis viris miſcere bladum corruptum cum incorrupto, ex eo quia apparet, & diſcerni poteſt iſta commixtio ſuméti boni cum malo, & minus vendetur; in alijs verò rebus, in quibus mixtio dignoſci nequit, vt in vendente currum fœni, vel paleæ, qui apponit deſuper bonum fœnum, vel paleam, in medio autem fœtidum, aut in vendente rem in ſacco, in cuius ſummitate ponit bonam ſpeciem, in fundo autem corruptam; hic etenim puniendus erit extra ordinem, *l. ſaccularij, ff. de extraord. crimin.* & hoc idem ſcribit *Angel. in l. annonã, ff. eod. tit. de extraord. crimin.* puniendos ſcilicet eſſe illos, qui vendunt ſal, & miſcent cum eo lapillos
42 albos, & vinum in maluatico: nam hæc hæc nocent humanæ ſaluti, *Auendag. loco cit. verſ. ſextò infertur*.

Et vtinam hæc fieret animaduerſio in Vrbe, vbi caupones nedum vini mixtiones multas faciunt, ſed varijs vtũtur medicamentis, vt vinum citiùs clareſcat, & illius corruptio non appareat, in maximam ſalutis humanæ perniciem. Nam ſi ex *Capoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. de*
43 *meſſe, & vindemia*, licitum eſt, & valet Statutum, vt niſi certo tempore fiant vindemiæ, & colligantur vuæ, ne ſcilicet vinum ſit acerbum, quantò magis inuigilandum erit, ne ex medicata mixtione corrumpatur vinum, & noceat humanis corporibus? Videndus eſt *Frãc. a Ponte de poteſt. Proreg tit. 2. de abundant. Ciuit in princ. nu 21. & alibi, Menoch. de arbitr. lib. 2. cent 4. caſ. 382. qui corruptam annonam, per tot. qui num. 2. editam in hoc legem a Platone dialog. 11. de legib. circa princ.* refert in hæc verba. [*Eum vero*, qui legi non obtemperauerit, remque adulteratam vendiderit, quicumque aduertit, poteſtque arguat, & quicumque coram Magiſtratu redarguerit; ſeruus quidem, aut inquilinus rem adulteratam ſecum aſportet: eiuis verò ſi accuſare neglexerit, quaſi dijs ſuſtulerit, improbus habeatur; ſin accuſauerit, conuinceritque, dijs ſi qui in foro ſunt, dedicet. Huius autem rei qui deprehẽſus fuerit manifeſtè venditor, non ſolùm re ipſa priuetur, verùm etiam tot verberibus publicè cedatur, quot drachmis vẽdebat, præconum voce cauſa cur verberetur, declarata; ſed vendentium omnem malitiam, adulterationeſque ipſi rerum venalium curatores, cuſtodeſque legum, ab hominibus harum rerum peritis diligentèr inquirant, & in columna conſcriptus in foro proponant, vt planè ex his pateat, quid oporteat, quid non *vendentes facere.*] Hæc Plato, qui certam pœnam fuſtigationis contra committẽtes huiuſmodi delicta declarauit. Verùm hodie apud nos arbitrio iudicis puniũtur. *ex Menoch. loco citato, num. 3. poſt Boſſ. tract. crim. in tit. de extraord. crimin. num. 4.*

44 Poſſunt etiam puniri piſcatores proijcientes in flumina taxum, vel alias herbas mortiferas ad capiendos piſces; ſolent enim huiuſmodi piſces eſſe nocumenti, & eorum paſtu homines infirmari; *Andr. de Iſern. in Conſtit. Regn. Sicil: cap. de venditore veneni, lib. 4.* quem refert *Auendag. loco citato, verſ. octauò infertur*.

Et diebus retroactis vidimus in Vrbe factam animaduerſionem contra quoſdam piſcatores, qui vt piſces a corruptione melius præſeruarent, in eorum ventre poſuerunt calcem, ex cuius mala qualitate infecti piſces, qui ex illis comederunt, grauitèr infirmati sũt, & ideo fuit dictum, huiuſmodi piſcatores puniendos pœna arbitraria.

45 Piſtores quoque, qui cum aceto ſolẽt lauare manus, vt panis exaletur, & appareat maior; Carnifices, qui inflant animalia mortua, vt pinguiores, & craſſiores appareant, & alijs huiuſcemodi Artifices vendentes res comeſtibiles, ſi in officio delinquant, puniendi ſunt, ex traditis per *D. Parid. de Puteo d. tract. de ſyndic. in verb. iudicis ſuprema poteſtas, n. 20. & ſeq. Auendag. loco cit. verſ decimò infertur*.

46 Et vt in præmiſſis, alijſque fraudibus occurratur, poterit iudex, & officialis Ciuitatum ſtatuere, vt aliquo certo loco. & in certa platea vendantur merces, & ſi alibi vendentur, res cadat in commiſ-
ſum,

ſum, & perdatur; hanc concluſionem ſingularem, & quotidianam in practica dicit *Auendag. loco cit. num.* 31. & per *multa iura probatam a Luc. de Penn. in l.1.C.ne ruſtici ad vllum obſeq.lib.11.qui quidem Lucas* in meo Codice vtique ponit hanc concluſionem, eamque pro vtraque parte examinat *a n.3.vſque ad 9* & ponit caſum in quadam Ciuitate, vbi forum rerum venalium certo loco iuxta
47 Eccleſiam ſpatio 40. annorum fuerat, & Prælatus illius Eccleſiæ, & incolæ dicti loci prohibebant omnibus, ne venderent, aut mercarentur alibi, quàm in iſto loco, aſſerentes hoc ius illis deberi ex conſuetudine iam introducta; & poſt relata iura facientia pro Prælato, alia multa in contrarium adducit apud ipſum videnda; & breuitèr ſicuti non poteſt
48 quis damnari, vt negotietur, *l. moris, 9. §. ſed & damnari, ff. de pœn. ita nec vt certo loco negotietur; hæc Luc. de Penn.*
49 *qui ibi num 9. addit: vbi quis negotiari cœpit, puta lanio facere carnes, & publicè vendere, non auditur volens deſerere artificium, ſed illud perfectè agere compellitur; facit tex. & ibi Bart. & alij in l.vnica, §.namque, ff. de furt. aduerſ. naut. caupon. ſtab. & idem Bart. in l.1. §. maximè, ff. naut. caupon. ſtab. Archid. in c.quartam, num.2. in fin. 11. quæſt.3. Couar. var. reſol. lib.3. cap.14. in princ. Polyd. Rip. in tract. de noctur. tempor. tit. de naut. caup. ſtab. cap.81. num.24. & alibi*, qui licèt loquatur in nauta, & caupone, adaptatur etiam eius dictum lanioni: ſicut etiam ex paritate rationis hanc conclu-
50 ſionem extendit ad Aduocatos, & Procuratores, vt cogantur patrocinari; ad ſyndicum Ciuitatis, qui cogi poteſt ad acceptandum officium, ad Notarium, vt conficiat inſtrumentum, ad Doctorem, vt conſilium reddat *Aſynius tract. de excuſation. §.6. cap.11. a num.5. vſque ad* 13. reddens rationem, quia etiam cum
51 incertis contrahi poteſt, & ſicut inter caupones, & diuertentes ad eos contrahitur, itaut etiamſi multo tempore poſt diuertant, recipiendi tamen ſunt, ita etiam inter alios prænominatos publica exercentes officia; *vide Morlam in emporio par.1. de contrahen. emption. quæſt.1. num.12. & alibi.*

Adſunt etiam in multis Ciuitatibus Status Eccleſiaſtici horrea publica, quæ tèr, vel quatèr in anno aperiuntur, & venditur, mutuatur, & diuiditur frumē-
52 tum pauperibus; qui mos antiquiſſimus eſt, & in Romana Republica viguiſſe, & haſtam ſalutis appellatam ſcribit *Alex. ab Alex. dierum genial. lib.3. cap. 16. ad finbis verbis. Præter quas* (multas enim haſtarum ſpecies, & nomina refert) *fuit haſta ſalutis, vbi in ſumma inopia ad leuandam famem haſta poſita publicè frumentum venijt; vbi Tiraquell.* aduertit, huius haſtę mentionem eſſe apud Quintilianum in declamationibus in hæc verba. *Sed ſi ſemel ponis haſtam ſalutis, & redemptores vitæ admittis, & nos admone melius vendes*: hoc etiam ſcribit *Aſinius d. §.6. cap.1. num.14.*

Cum autem aliquando contingat, vt pauperes, qui ad hanc haſtam confugiētes nonnihil frumenti mutuo acceperunt, & eueniente tempore reſtitutionis ob ſterilitatem, & annonæ inopiam red-
53 dere non poſſunt; ſupplicatione porrecta in hac Sacra Congregatione, vidì aliquando reſponſum, & ſcriptum Officialibus locorum; *Conſtito de paupertate, & præſtita cautione de reſtituendo, quando fiet noua recollectio, non moleſtari*; & ita dictum pro pauperibus Ciuitatis Caſtellanæ *in Congregatione habita die 13. Auguſti 1636. referente R. P. D. Muto.*

Verùm ſi pauper, qui mutuum frumentum accepit, voluitque illud reſtituere tempore vbertatis, & Adminiſtratores noluerunt illud recipere, & poſtea tempore ſterilitatis cogere ad reſtituendum, ſciendum eſt hoc caſu de iure concedendam eſſe dilationem, *text. eſt notandus in l nulli, C. de erogat. milit. annon. lib.12. vbi Theodoſ. Arcbad. & Honor. Impp. ita reſcripſerunt. [Nulli militariū* pro his annonis, quæ in Prouincijs delegantur, repudiata ad tempus ſpecierū copia, & inopiæ occaſione captata, pretia liceat poſtulare: itaut ſi quis propter anni abundantiam ſuſcipere oblata neglexerit, ac poſtea impoſitis pro neceſſitate rerum pretij, repudiata taxauerit, neque id, quod contra hanc legem expetit, ſinatur exigere, neque id, quod accipere diſsimulauerit, *conſequatur, &c.* vbi *gloſſ. in verb. expedit, & Io. de*
54 *Platea*, qui eam refert, & ſequitur, inducunt hunc textum contra creditores ruſticorum, qui ſtudioſè differunt tempore fertilitatis petere frumentum, & blada eis debita, & expectant tempus careſtiæ, vt habeant tunc pretium, prout faciebat quidam Albertus Caluus tempore Accurſij Gloſſatoris, quòd hoc facere non poſſunt.

Præterea notandum eſt: taxa victualium,

lium, quæ in foro venduntur, & quam eſſe faciendam ex Platone loco ſupra relato didicimus, ſi hæc inquam fiat a Rectoribus Ciuitatum vigore Statuti, vel
55 conſuetudinis illius loci, intelligitur tamen, exequendam eſſe cumulatiuè cum Correctore, vel Iudice ordinario, cum ipſe quoque poſsit taxare pretia, & reuidere fraudes, maximè ad querelam vendentium, vel Procuratoris populi, vt poſt *Bald. in l. ſi in aliquam, ff. de offic. Proconſ. ſcribit Auendag loco ſupra citato num. 37. addens ex eodem Bald. in l. ſæ-*
56 *pe audius, ff. de offic. Præſid.* quòd Statuta confirmata, vt Rectores taxent, intelliguntur ſine præiudicio iuris Iudicis ordinarij.

57 Atque ita iuriſdictio Rectorum in taxando cum ſit inferior, non extinguit iuriſdictionem Iudicis ſuperioris, *Bald in prœm. Gregor. in princ. hæc Auendag.*

Ex quibus notandum putaui, malè cõqueſtos eſſe aliquãdo Rectores (quos Graſcerios etiam appellant) Viterbienſes, & Nepeſinos contra Gubernatores illarum Ciuitatum, volentes apponere manus in huiuſmodi taxis, & cognoſcere ſuper fraudibus illarum occaſione factis: quia iuriſdictio Rectorum eſt cumulatiua, vt diximus, cum Gubernatore: niſi fortè Rectores præſcripſerint tale ius, quo caſu concluſio redderetur valde dubia.

Si verò facta ſit taxa ſuper pretio fru-
58 menti vendendi, de qua habuerit notitiam aliquis ciuium, & antequam publicetur, vendat frumentum ſuum cariori pretio, deinde publicetur taxa, per quã fiat reductio dicti pretij, verùm ſit reſcindenda venditio, veluti facta in fraudem legis? & affirmatiuè reſpõdet *Bart. in l. 28. num. 2. ff. de legib. & in l. 40. ff. de action. empt. Nicol. Loſæ. de iur. Vniuerſ. par. 1. cap. 3. num. 65.*

Quo verò tẽpore faciendę ſint huiuſ-
59 modi taxæ, præcipit *Frideric. Imp. in vſib. feud. tit. 27. lib. 2. de pace tenenda, §. poſt Natalem, vbi hæc habes. Poſt Natalem Sanctæ Mariæ vnuſquiſque comes ſeptem boni teſtimonij viros ſibi eligat, & de qualibet Prouincia cum ipſis ſagacitèr diſponat, & quanto pretio ſecundùm qualitatem temporis ſit annona vendenda, vtilitèr prouideat, &c. vbi Bald. Iſern. & alij.*

Qui verò vltra taxatum pretium rem vendiderit, pœna iudicis arbitraria feriendus eſt, vt poſt *Rip. in tract. de peſte, tit. de remed. præſeruat. contra peſtem, num. 202. cenſuit Menoch. de arbitr. caſ. 384 n. 4. quàmuis in d. §. poſt natalẽ,* dicatur puniendum eſſe tanquam pacis violatorem, & teneri in conſcientia ad reſtitutionem illius, quod vltra prædictam taxam accepit, *Morla in emporio iuris, par. 1. de contraben. empt. quæſt. 6. num. 7.*

Si quis autem, non ex prouidentia, vt
60 Tales ille Mileſius, qui, vt in illius vita ſcribunt *Diogen. Laertius. & Ariſtot lib. 1. polyt. cap. 7.* olearum inopiam præuidens omnes coemit, & anno ſequenti vendidit, qua prouidentia maximè diues factus eſt; ſed auaritiæ ſtimulo agitatus annonam, merceſque coemptas occultat, vt carius illas vendendi occaſio veniat, pœna extraordinaria iudicis arbitrio plectendus erit, *l. annonam, vbi Bart. & Angel. ff. de extraord. crim. Menoch. de arbitr. in d. caſu* 384. *n.* 1.

Denique ſi frumentum Titij exiſtens
61 in horreo ſuo, vel appulſus ad portum, ſeu littus alicuius Ciuitatis, ſinguli homines illius Ciuitatis impetum faciant, & accepto frumento, inter ſe illud diuiſerint, ex hac tamen diuiſione non poterit Titius agere contra Ciuitatem, neque ex delicto ſingulorum condemnanda erit Ciuitas, niſi appareat, diuiſionem, & diſtributionem fuiſſe factam conuocato Conſilio, vt tenuit *Rota Romana apud Mohedan. deciſ. 1. de furtis, aliàs eſt dec.* 125. quã etiam impreſſam inuenies inter *deciſ. diuerſ. par.* 3. *lib.* 3. *D. Tholomæi, tit. de naufrag. deciſ.* 1123.

Imò nec ſingulares perſonas mulctã-
62 das eſſe, ſed tantùm conueniendas eſſe ad ſolutionem iuſti pretij dicendum videtur; nam vt *Symmachus in epiſtol.* ait. *Patriam alimentorum defectu laborantẽ periculoſum eſt inhabitare, crudele verò eſt, & impium deſerere, & propter neceſſitatem famis digna præbetur excuſatio a furto; 47. diſt. c. ſicut hi, c. diſcipulos, de conſecr. diſt. 5. & in c. 3. de furt. & Luc. de Penn. in l. comparationi, num. 3. C. de quib. muner. nem. liceat ſe excuſ. lib. 10. & num. 4.* Horribilia mala ex fame prouenientia refert: ait enim. *Felix peſtilentia, felix præliorum ſtrages, denique omnis mors facilis: fames aſpera vitalia hauſit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magiſtra peccandi, duriſſima neceſſitatum, deformiſſima malorum, hæc ad humile corpus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes proſternit, hæc ſæpe ſociorum fidem fregit, hæc venena populis publicè dedit, hæc in parricidiũ pios egit:* ita Lucas, qui ex Quintiliano

Edinno deſumpſit: *ex Diuo autem Hieronymo lib.3.ſuper* .... ita ſubdit. *Nil fame durius, quæ ſæpe compellit obſeſſos humanis veſci carnibus, & in ſuam ſæuire naturam, ita nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus vxoris dudum amatæ membra dilaceret, &c*

Quibus adde; ſi aliqua Vniuerſitas ex
63 conuentione teneatur ſubminiſtrare alteri Vniuerſitati frumentum in certa annali quantitate, talis conuentio tunc habebit locum, & ſeruanda erit, quando frumẽtum ſupereſt, vt poſt *Bart. & Luc. de Penn. ſcribit Maſtrill. de Magiſtr. lib.5.cap.9.num.60.61.& 62.*

Et hanc concluſionem extendit etiam
64 ad paſcua animalium, *Pariſ.conſ.27.nu. 134.lib.1.Afflict.deciſ.290.num.9.& alibi; Rip.de remed. præſer.contra peſtem, num.29.Io.de Plat.in l.ſi quis, n.3. verſ. & nota*, C.*de aquæduct.lib.11. vide infra cap.50.de immunit.declarat.30.num.318. & ſeqq.*

Sentiunt aliquando detrimentum Vniuerſitates, dum facta congrua frumẽti comparatione, ne populus egeat, inſurgunt perſonæ priuilegiatæ non inuenientes qui emant eorum frumenta propter vbertatem annonæ, quapropter minitantur aperire furnos, & panem ex eorum frumentis confectum minutatim vendere in præiudicium eorum, qui furnos a Communitatibus ſub certa penſione conduxerunt; quod quidem præiudicium redundat etiam in ipſas Communitates, vel quia tenentur remittere mercedem, vel quia non ita facilè inueniunt conductores prouentuum, prout contigiſſe vidimus anno 1634. qua in re ad ſupremum Principem, qui talia priuilegia conceſſit, recurrendum eſt, vt illa reuocet.

Quæ quidem reuocatio habere iuris
65 aſſiſtentiam videtur ex ijs, quæ ſcribit *Menoch.in conſ.137.nu.8.verſ. cæterùm*, vbi etiam habes, quodnam dicatur iuſtũ pretium, & quando quis cogatur vendere pro neceſſitate annonæ; & iuſtum pretium in dubio cenſetur, quod in foro rerum venalium vendi ſolet; *Morla in empor. par.1.de contrah.empt.quæſt.6. num.3.*

Facit etiam, quòd licèt quis poſſit de
66 re ſua ad libitum diſponere, & res tanti valeat, quanti vendi poteſt, *l.ſi ſeruus, la ſeconda in fin. prin.vbi Bart.ff.de condit. furt.l.prætor,§.in eum,ff de bon.auctor. iudic. poſſ. l.2. & l.3. C.ſi propter publ. penſit.Iacob. a S.Georgio in inueſtitura feudali in verb.& cum pacto de non alienando, num.38.* Attamen vera, & proba-
67 ta eſt communitèr regula, non omnia, quæ licent, honeſta eſſe; *l.ſemper in contractibus, ff.de reg.iur. vbi Dec. Cagnol. & alij* multa lectu digna referunt. Quapropter, quàmuis nonnullis licitum ſit aperire furnos, & triticum in panem redactum minutatim vendere, prout Sacrà Congregatio Immunitatis pluriès declarauit in Ciuitate Caſtelli 6. Nouembris 1627. in Bononien. 16. Decembris 1645. & de Menſe Ianuarij 1646. & in alijs, attamen multi dicunt hoc non eſſe de honeſtate; & eſſe quandam ſpeciem negociationis, quæ non omnibus permiſſa eſt, *vt in rubro, & nigro, ne clerici, vel monach.ſæcular. negoc. ſe immiſce. vbi in c.1. hæc habes; quicquid plus iuſto*
68 *appetit homo, turpe lucrum eſt*; ex quibus colligunt argumentum: ſi iuſtum ergo pretium frumenti recipi poteſt, turpe lucrum eſt aperire furnos, *c.6. eodem tit.* & vide quæ ſcribit *Petrus Morla in empor.iur. par.1.de contrahen. empt. quæſt. 10.n.1.& per totam quæſt.*

69 Dicunt etiam aliqui clericos mortalitèr peccare, & ad reſtitutionem teneri, ſi vendant frumentum carius, quàm laici, licèt non videatur deduci poſſe iuſtũ pretium frumenti Eccleſiaſticorum ex communi taxa facta ab officialibus laicorum, quia hoc frumentum maius priuilegium habet, vt nota *Graſſ. de effect. Cler. eff.2.num.291.*& a pœnis iuris, quę ſunt corporales, ſint exempti clerici; ita *Sot.in 4.ſent.diſt.25.quæſt 2.art.2.in col.5 verſ.quarta concluſio;* quem refert, & ſequitur *Vinc.de Franch. deciſ.9.nu.5. &*
70 *6.* & quòd clerici magis quàm laici tenentur ad exercendum opera charitatis, dicit *Abb.in c.1.num.8.verſ.primo caſu,*
71 *de empt.& vend.* reddens rationem, quia ad opus pietatis ſunt principalitèr inſtituta beneficia, *12.quæſt.1.c.videntes, 16. quæſt.1.c.fin.c.de Monachis, de præben. vide Nauarr.in manual.cap.23. num.88. verſ.qua in re, Azor. in ſumm.lib.5.cap. 12.ad fin.verſ.quartò quæritur, tom.1.& alij relati a Leonio in theſaur. for. Eccl. par.4.cap.1.num.133.*

Et huc reſpexiſſe videtur *decretum vltimo loco in Vrbe emanatum ſub die 29. Auguſti anni 1637.a Sac. Congreg. Apoſtolicæ Viſitationis*, quo ſancitum eſt; ne Congregationes, Monaſteria, Conuentus, Collegia, Domus, aut Loca Regularium in Vrbe, eiuſque diſtrictu exiſtentia, nec etiam particulares Religioſi, &

Eccle-

Eccleſiaſtici quicumque in poſterum, ſiue Religionis nomine, ſiue particulari audeant, & præſumant per ſe, vel alios exercere in ſuis Conuentibus, aut alibi quocumque loco vllam venalem Artem, ſeu Aromatariam, Piſtoriam, Lanificium, Textrinum, ſeu aliam quamlibet, præterquam ſuis Religioſorum, aut Alumnorum vſibus, nec vllo modo ſæcularibus, aut alijs Religioſis, & Eccleſiaſticis pharmaca, panem, carnes, aut alia quælibet opificia quomodocumque elaborata, & ornata vendere, etiam prætextu amicitiæ, & familiaritatis abſque ſpeciali licẽtia in ſcriptis obtinenda, etiam ab ijs Religioſis, quibus ex particulari ſuæ Religionis inſtituto id aliàs liceret, ſub pœna ſuſpenſionis a Diuinis, alijſque pęnis, &c. & vt Theſaurarius generalis procedat contra eos, tanquam contra illicitos negociatores, vt latiùs in dicto Decreto, cuius copia eſt, quæ ſequitur. [*Decretum* Sacræ Congregationis Viſitationis Apoſtolicę S.D.N. Vrbani Diuina Prouidentia Papæ Octaui conſtitutæ, contra Religioſos, & Eccleſiaſticos quoſcumque, quæſtuoſas artes exercentes pro *ſæcularibus.*]

72 [*Cum* nõ deceat eos, qui Diuino miniſterio adſcripti ſunt, in ſæcularibus negocijs nimium eſſe implicatos, quæſtuoſas artes exercendò, Sacra Congregatio Apoſtolicę Viſitationis ad tollendos varios abuſus, qui in diuerſis Vrbis, eiuſque Diſtrictus Monaſterijs irrepſerunt, dum ijdem Religioſi per ſe, vel a Communitatibus, aut alijs ſæcularibus requiſiti diuerſas mechanicas, ſeu venales artes exercere ſtudent, quod omnino ab Eccleſiaſtica diſciplina alienum eſſe debet, cum præſertim in graue hoc artium, & pauperum artificum, eorumque familiarum in Vrbe, eiuſque diſtrictu exiſtentiũ præiudicium *cedat.*]

73 [*Statuit,* decreuit, atque inhibendo mandauit omnibus tã ſuperioribus quorumcunque Ordinum, vel Congregationum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac Locorum Regularium in Vrbe, eiuſque diſtrictu exiſtentium; quàm particularibus Religioſis, & Eccleſiaſticis quibuſcumque, ne in poſterum, ſiue Religionis nomine, ſiue particulari audeant, & præſumant per ſe, vel alios exercere in ſuis Conuẽtibus, aut alibi in quocumque loco vllã venalem artem, ſiue Aromatariam, Piſtoriam, Lanificium, Textrinum, aut aliã quamlibet, præterquam pro ſuis Religioſorum, aut Alumnorum vſibus, nec vllo modo ſæcularibus, aut alijs Religioſis, & Eccleſiaſticis pharmaca, panem, carnes, aut alia quælibet opificia quomodocumque elaborata, & ornata vendere, etiam prætextu amicitiæ, & familiaritatis, abſque ſpeciali licẽtia in ſcriptis obtinenda, etiam ab ijs Religioſis, quibus ex particulari ſuæ Religionis inſtituto id aliàs *liceret.*]

[*Si quis* verò ipſorum aliquid contra hoc decretum quoquo modo facere, vel moliri præſumpſerit, ipſo facto pœnam ſuſpenſionis a Diuinis, priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cœtero obtinenda, vociſque actiuæ, ac paſſiuæ abſque alia declaratione *incurrat.*]

[*Et nihilominus* contra eos generalis Theſaurarius procedat tanquam cõtra illicitos negociatores, confiſcando omnia lucra, & capitale ad *dictas* artes, & opificia *ſpectantia.*]

[*Non obſtantibus* quoad ſupraſcripta, & ſingula in præſenti decreto contenta, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcumque perſonarum, atque Ordinum, ſiue Congregationis Caſſinenſis, Fratrum Prædicatorum, Societatis Ieſu, Minorum, aut aliorum quorumcũque tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Inſtituti, etiam neceſſariò, ac in indiuiduo exprimendi Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conuentuum, Collegiorũ, & aliorum quorumcumque Regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibus quoad ea, quę præſentibus aduerſantur, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, Sacra Congregatio S. Suæ auctoritate ſpecialitèr, & expreſsè derogat, cœteriſque contrarijs *quibuſcumque.*]

[*Et* ne pręmiſſorum ignorãtia a quoquam prætendi poſsit, voluit eadem Sacra Congregatio, vt præſentes ordinationes in valuis Baſilicarum S. Ioannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Flore, vt moris eſt, affixæ, omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonalitèr intimatæ fuiſſent. Vtque earundem præſentium tranſumptis etiã impreſsis manu alicuius Notarij publici ſub-

ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadē protſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ die 29. Augusti 1637.

I.B.Epiſc.Cam.Viceſg.& Secret.

Odoardus Tibaldeſcus eiuſdem Viſitationis Apoſtolicæ Not.

Die, & anno ſupradictis affixum, & publicatum fuit ſupradictum Decretum ad valuas Cam.Apoſt. & in Acie Campi Floræ, & alijs locis ſolitis, & conſuetis, vt mos eſt, per me Petrum Paulum Deſiderium Apoſt.Curſorem.

Pro D. Magiſtro Curſorum Andreas Scalmanus Curſor.

Romæ ex Typograph. Reu.Cam.Apoſtolicæ 1637. Et huiuſmodi decretum maximam habere iuris aſsiſtentiam colligitur ex ijs, quæ congerit *Steph.Quar.in Sum.Bullar. verbo vectigal, verſ.limitatur denique; Nauar.Azor. & alij relati a Leonio in theſaur.for.Eccleſ.par.4.cap.1.num.133.* tu tamen vide *Craſſ.de effect.Cler.effect.2.nu.290. 291. & 293.* qui concluſionem declarat, & diſtinguit & Doctori diſtinguenti magis ad[h]ærendum eſt.

74 Quæſitum fuit; ſi quis extraxit granū extra Ditionem Eccleſiaſticam, quod eſt prohibitum ſub grauiſsimis pœnis *per Conſtitutiones Summorum Pontificū Pij IV. Pij V. Gregorij XIII. Clementis VIII.* quas omnes enumerat *Paulus V. in ſua Conſtit. 12. ſeu 10. Bullar. nou. tom.3. fol.190. & ſan.me. Vrbanus VIII. in Conſtitut.28.§.16.d.Bullar.tom.4.fol. 283.* Sed poſtea pœnitentia ductus, retrocedat, & in receſſu ſit deprehenſus cum grano, quod extrahere volebat, numquid incidiſſe dicatur in pœnas cōtentas in dd. Conſtitutionibus? Dicas non incidiſſe, ſi talis extrahens erat in via; ſecus autem ſi erat in tugurio, & ibi requieſcebat cum animalibus, & grano, & dixerit pœnituiſſe, quia ei non creditur, niſi alia extarent indicia ita ſingulariter docet *Io.Andr.ad Speculat. in tit.de Conſtitut.§.1.in apoſtill.ad nu.9. & ſeq.* & ſequitur *Bertachin. de gabellis, par. 9. ſub num.* 18. ſubdens, quòd hoc nemo alius dixit præter Io.Andr.

75 Quid ſi extrahat farinam, & non granum, an incidat in eandem pœnam? videtur affirmatiuè reſpondendum, quia appellatione frumenti venit farina, quādo agitur de vitanda penuria, *Bar. in l. quæſitu, 76.§.illud, ff.de legat.3. Bertach. de gabell.par.8.membr.2. num.15. & 16.* qui nititur ſaluare *Bald.* dicentem contrarium *in l.ſi conuenerit, 18. §. fundus ff.de pignorat.action.in fin.* vt ſcilicet dictum Baldi habeat locum in alijs diſpoſitionibus, puta in legatis, & contractibus, & ſimilibus, non autem in fraudātibus annonam.

SVMMARIVM.

1 *Mons Pietatis quid ſit; & num.3.*

2 *Mons Pietatis quibus conditionibus, ac legibus regatur.*

3 *Mons Pietatis quibus modis inſtituatur ex Nauarro.*

4 *Hanc inſtitutionem nonnulli tanquam vſurariam improbarunt.*

5 *Caietani, & aliorum opinio reijcitur a Leone X. dum Montes Pietatis licitos declarat.*

6 *Caietanus edidit tractatum de Monte Pietatis ante Bullam Leonis X.*

7 *Montem Pietatis in Vrbe veteri iam inſtitutum confirmauit Pius II. ſuo diplomate; & hanc Papæ confirmationem eſſe neceſſariam; & quare.*

8 *Tria requiſita ad Montem Pietatis ex Toleto deſumpta referuntur.*

9 *Dominium pecuniæ Montis Pietatis eſt penes pauperes, & qua lege.*

10 *Pecunia, vel triticum relictum Vniuerſitati pro erectione Montis* Pietatis *non dicitur relictum Ciuitati, ſed ad commodum pauperum, quorum periculo cedit diminutio, vel amiſſio.*

11 *Adminiſtratio Mōtium Pietatis quamuis ſit penès laicos, ſuperioritas tamen penès Epiſcopos eſt ex Concilio Tridentino.*

. *Declara qualitèr intelligatur huiuſmodi ſuperioritas. num. 12. Vide num.15.*

13 *Mons Pietatis ſi fundatus ſit a Titio in vltima eius voluntate, Epiſcopus non dicitur habere intentionem fundatam ſuper illius viſitatione, & quare.*

14 *Priuata perſona non poteſt facere locum pium, & religioſum.*

15 *Epiſcopus quando poſſit reformare loca pia, ob negligentiam, vel dilapidationē bonorum.*

16 *Congregatio Boni Regiminis corrigit, & punit malos adminiſtratores Montium Pietatis.*

17 *Epiſcopus quo caſu nullam habeat iuriſdictionem ſuper huiuſmodi Montibus.*

18 *Epiſcopus poteſt concedere licentiam celebrandi in aliquo loco, qui tamen non*

remaneat ſacer, nec neligioſus; neque in illo Epiſcopus vllam habeat iuriſdictionem.

30 *Pecuniæ ad vſum Montis Pietatis deſtinata non poſſunt ab eorum primæua aſſignatione diuerti.*

31 *In alijs bonis, ex quibus conſtituitur Mons, non militat eadem ratio.*

32 *Pecunia Montis exuberans vtrum erogari poſſit in alios vſus abſque licentia Papæ.*

33 *Quinam excuſētur a crimine peculatus ex diſpoſitione iuris communis.*

24 *Pecuniæ deſtinata ad vſum rei frumentariæ non poſſunt in alium vſum conuerti.*

25 *Pecuniæ in Monte Pietatis depoſitatæ ſi pereant, vtrum qui depoſuit, teneatur iteratò deponere.*

26 *Mons Pietatis an, & quando obligetur ex facto ſui adminiſtratoris.*

27 *Depoſitarius Montis non tenetur reſtituere pecunias ei, a quo non accepit, licèt ſit verus dominus.*

28 *Pecuniæ ſi furto, vel caſu fortuito pereãt, an, & quando agi poſſit contra Montẽ, vel eius Rectorem.*

29. *Depoſiti pecuniæ facti in ſacculo obſignato dominium remanet penès deponentem.*

39 *Depoſitum factum in pecunia numerata transfert dominium in recipientem, qui vti poteſt pecunijs, & aſſumit periculum in ſe, ſicut in mutuo.*

31 *Genus perire non poteſt.*

32 *Depoſitum factum in pecunia numerata non dicitur propriè depoſitum, ſed mutuum.*

33 *Priuata perſona vtrum poſſit ex pecunijs proprijs exercere opus pietatis, prout faciunt Montes ad hoc publicè instituti.*

34 *Licitum eſt dare pecuniam mercatori ad aliquod honeſtum lucrum.*

35 *Priuata perſona non poteſt exercere opera, quæ exercet Mons Pietatis; & quare.*

36 *Mutuans pecuniam Monti Pietati nihil recipere poteſt, licèt Mons aliquid recipiat, & quare.*

38 *Miniſtri Montium Pietatis non poſſunt vti, & negociari pecunias ipſorum Montium.*

37 *Pecunia publica non poteſt mutuo accipi, vel alio titulo in vtilitatem priuatam conuerti.*
Declaratur concluſio duobus modis. num.39.

40 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

41 *Ciues coacti mutuare pecunias Montibus Pietatis poſſunt aliquod honeſtum lucrum petere; licèt aliqui contrarium dicant.*
Conciliantur inter ſe contrariæ opiniones ope diſtinctionis perſonarum mutuantium. num.42.

43 *Diues, qui habet pecunias otioſas, ſi cogatur mutuare Regi, ſiue Ciuitati, non poteſt aliquid petere pro vſuris.*
Declara hoc verum, ſi principalitèr petatur, ſecus ſi aliquid remunerationis cauſa donetur. num 44.

45 *Montes Pietatis habent priuilegium electionis, & variationis fori.*

§. VIII.

Gloſſ. 3.

Pro Monte Pietatiſ.

CAP. XXII.

1 MONS Pietatis eſt quædam ſumma pecuniæ, aut rerũ pecuniã æſtimabiliũ, quæ in pauperum refugiũ, vel ab vno diuite, vel a multis, aut Principe, aut Republica, aut Vniuerſitate repoſita, & condita eſt, vt pauperibus mutuetur gratis; ita *Toletus in inſtit. Sacerdotali, lib.5. cap.38. num.1.* qui etiam ibidem docet, quibus conditionibus, &

2 legibus iſti Montes regantur. *Primò ſcilicet, vt detur mutuum ad breue tempus, puta ad annum, pluſuè, minus, nec excedat, vt poſſit pecunia multis mutuari, & per eam multis ſubueniri.*

Secundò, vt mutuetur ſub pignore, ne pauperes in ſoluendo negligentes ſint, & Mons conſumetur.

Tertiò, vt ſi intra tempus ſignatum nõ ſoluatur mutuum, pignus vendatur, & detur Monti, quod ei debetur, vt poſſit ſubueniri alijs.

Quartò, vt cui mutuum datur, ſingulis menſibus, quibus mutuum acceptum poſſidet, aliquam breuem, & paruam ſummam pecuniæ eroget Monti pro expenſis.

penſis, quas Miniſtri faciunt. Hæc Tolet. qui ità deſcribit Montes Pietatis.

Aliam deſcriptionem non longè ab hac diſſimilem affert *Bartholom. Vgolin. in tract. de vſur. cap. 4. §. 1. num. 1* in hæc verba. [*Mons Pietatis* nil aliud eſt, quã pecunia ex priuatis eleemoſynis, aut ex alicuius Reipublicæ, vel Principis donatione, relictoue ad vſus pauperum, ne vſuris eorum facultates exhauriantur, deſtinata, quo ipſis ea præſtetur mutuo ſub leui fœnore dando pro ſumptibus Cuſtodum, & Miniſtrorum, & Conſeruatorum pignorum ipſius Montis, necnon *eius pecuniæ*:] quam quidem deſcriptionem idem Vgolinus examinat videndus.

3 Nauarrus autem *in repet. c. 1. 14. quæſt. 3. aliàs eſt Comment. de vſur. in 20. notabil.* ſic Montis Pietatis erectionẽ, ſeu inſtitutionem deſcribit. [*Inſtituitur* (Mons ſcilicet Pietatis) hoc modo. Prælatus aliquis, aut Dominus, aut opulẽtus homo, aut Ciuitas donat, aut relinquit aliquã quantitatem tritici, vel pecuniæ numeratæ alicui loco, vel Reipublicæ, ea lege, vt mutuo dentur pauperibus; pignoribus acceptis, vt exiguum aliquod ſoluant ſingulis menſibus pro quantitate accepta, & pro tempore, quo eam non ſoluerint, pro victu, & ſalario Miniſtrorum, qui ſunt habituri curam cuſtodiendi dictum triticum, aut pecuniam mutuandi, & recuperandi, ſeruandi, & reſtituendi pignora tempore oportuno: ita quòd aliquid amplius vltra ſortem mutuo datam ſingulis menſibus capitur, ad prædicta onera ſubſtentanda.] *Ita Nauarrus*: videndus eſt etiam *Munnoz de excobar tract. de ratiocin. cap. 7. nu. 54.* qui horum Montium inſtitutiones, & qualitates in illis requiſitas enumerat.

4 Verùm hanc Montium Pietatis inſtitutionem ea lege, vt ex mutuo aliquid recipiatur, vſurarium dixit *Thomas de Vio Card. Caietanus in tract. de Monte Pietatis*, quem 15. capitibus compilatũ edidit, & inter huius auctoris opuſcula legitur, *pag. apud me 36.* cuius opinionem ſequutus eſt *Sotus lib. 6. quæſt. 1. art. 6. de iuſt. & iur.*

Et horum auctoritas in cauſa fuit, vt etiam Nauarrus in Cathedris legendo, & extra illas reſpondendo contrarium aſſerere per aliquod temporis ſpatium nõ fit auſus. Poſtquam autem vidit *in Lateranenſi Concilio ſeſſ. 10. & in Conſtit. 11. Leonis X. Bull. nou. tom. 1. pag. 483.* hos Pietatis Montes declaratos eſſe validos, & contrarium aſſerentes pœna excommunicationis mulctari, mutata in melius ſententia, a Caietano, & Soto diſceſſit, eorumque argumentis reſpondet, & diluit.

6 Toletus verò loco ſupra relato miratur Caietanum, & Sotum in contrarium ſcripſiſſe: Verùm ceſſaſſet illius admiratio, ſi obſeruaſſet Toletus, Caietanũ, & Sotum ita ſcripſiſſe ante Concilium Lateranenſe, & eorum ſcripta in cauſa fuiſſe, vt huius concluſionis veritas, & falſitatis redargutione luceſceret: ex hoc enim prædicti Concilij Lateranenſis deciſio potiſſimùm emanauit, vt legitur *in præcitata Conſtitutione Leonis X. §. 1.* ibi. [*Sanè* cum olim inter nonnullos dilectos filios Sacræ Theologiæ Magiſtros, & I.V.D. controuerſiam quandam non ſine populorum ſcandalo, & murmuratione exortam, & nuper his diebus innouatam eſſe compercrimus, circa pauperum releuationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis, qui Montes Pietatis vulgò appellantur, *&c.*]

Caietanum verò ſuum ediidiſſe tractatum ante Concilium, & Bullam apertè ſcribit *Cherub. iun. in compendio ad ipſam Bullam ſchol. 2.* dum quærit, quis primus hos Montes Pietatis inſtituerit, & ita reſpondit. [*De certo* Auctore mihi non conſtat, ſed certiſſimum eſt, quòd Diuini verbi Prædicatores compatiẽtes inopiæ multorum pauperum, qui pecunia in ſuis neceſſitatibus indigentes, ab vſuris hebræorum vexabantur; efficacibus perſuaſionibus induxerunt populũ, vt pietatis intuitu quiſque voluntariè quod ſibi placeret, offerret, vt ex multis oblatis vna pecuniarum ſumma conſtitueretur integrè conſeruanda, vt cuique pauperi mutuari poſſet. Adunataque fuit pecunia ſub publicis Cuſtodibus repoſita, & Mons Pietatis nuncupari cœpit, prout recenſet *Thomas de Vio in ſuo tract. de Mon te Pietatis in principio, quem ipſe edidit anno* 1498. *& ante Bullam*:] hæc Cherub. iun. licèt in meo Codice impreſſoris errore legatur 1548. Sed ipſemet Caietanus locum, diem, & annum, quibus ipſe tractatum hunc perfecit, palàm ſcribit *cap. 15. in fine*, dum ait: *Papiæ in S. Apolinare completo hodie id eſt die* 13. *Iulij* 1498. *per infinita ſecula, &c.* atque ita proculdubio ante Bullam, quæ fuit edita *die 4. Maij* 1515. Dũ autem in hac Bulla recenſentur §. 3. Sũmi Pontifices, nempe Paulus II. Sixtus IV. Innocent. VIII. Alex. VI. Iulius II. qui

hanc ſententiam ſuper validitate horum
Montium laudauerunt, neſcio, quo pa-
7 cto fuerit omiſſus Pius II. qui anno In-
carnationis Dominicæ 1463. die 3. Iunij
ſuo Diplomate, ſub Annulo Piſcatoris
expedito, Montem Pietatis in Ciuitate
Vrbeuetana Patria mea iam erectum
confirmauit: Cuius Diplomatis, ſeu Bre-
uis tenor eſt, qui ſequitur,

*Dilectis filijs Conſeruatoribus, & Com-
muni Ciuitatis noſtræ Vrbeuetanæ*

Pius Papa II.

Dilectis filijs ſalutem, & Apoſtolicam
benedictionem. Cum dilecti filij Bar-
tholomæi de Colle Ordinis Minorum
relatione didicerimus, Vos a maledicta
vſurarum voragine liberos eſſe cupien-
tes, in generali veſtro Conſilio, ne iudęi
in Ciuitate iſta noſtra damnabile fœnua
exercerent, vnanimitèr ſtatuiſſe. Hinc eſt,
quòd tam laudabile, pium, ac ſanctum
propoſitum veſtrum approbantes, Con-
ſilium, & Statutum veſtrum ſuper hoc
confectum præſentium tenore ratifica-
mus, & confirmamus, volentes, & præ-
cipientes, ab omnibus tam veſtris ciui-
bus, quàm etiam forenſibus in Vrbe iſta
inuiolabilitèr obſeruari. Inſuper vt ijs
omnibus, & ſingulis, qui apud vos pau-
pertate grauatis præconſulere cupiẽtes,
in vnitate fidei, & S.R.E. ac Sedis Apo-
ſtolicæ obedientia perſiſtentibus, Monti
Chriſti per vos fiendo, pro mutuo dan-
do pauperibus infra menſem in vnum
terminum a publicatione præſentium
decem ducatos donabunt, & liberè tra-
dent de facultatibus ſuis, vt ſibi Sacer-
dotem ſæcularem, vel regularem, qui ſe-
mel in vita de reſeruatis in mortis arti-
culo cum plenaria remiſſione omnium
peccatorum ſuorum eum abſoluat; Qui
verò minus, ſecundùm facultates ſuas,
ſeptem annos, & ſeptem quadragenas
verarum Indulgentiarum; Qui verò non
donabunt, ſed prædicto Monti aliquid
iuxta poſſibilitatem ſuam mutuabunt,
ſingulis annis, quibus mutuabunt, ſeptẽ
ſimilitèr annos, & ſeptem quadragenas
Indulgentiarum auctoritate Apoſtolica
concedimus. Præcipientes tamen ſub
pœna excommunicationis, & diſtrictè
mandantes, vt pecuniam dicti Montis ad
alios vſus, quàm ad mutuum pauperum
minimè conuertatis. Datum Romę apud
S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 3.
Iunij 1463. Pontificatus Noſtri Anno 5.

G. de Piccolominibus.

Et cum pro recta huius Montis admi-
niſtratione Statuta quædam, & Capitula
in publico generali Conſilio Ciuitatis
facta eſſent, & in ſupra relato Breui de
ſolo decreto ſuper erectione ipſius Mõ-
tis fiat mentio, ne ſuper dictorum Ca-
pitulorum, & Statutorum validitate du-
bitari contingeret aliquando, quia Cõ-
munitates immediatè ſubiectæ S. Sedi
Apoſtolicæ non habent facultatem con-
dendi Statuta, nec ligant, niſi ſint con-
firmata a Papa, *Rota diuerſor. deciſ.536.
num.1. & deciſ.780. num.1. Gregor. XV.
deciſ.267. num.7. & 14. in puncto de Sta-
tutis Montis Pietatis, Thomat. deciſ. Ma-
cerat.94. num.1.* Ideo hæc eadem Statuta
fuerunt exhibita in plena Camera Apo-
ſtolica, ibique a Clericis, & Cardinali
Rothomagenſi tunc Camerario confir-
mata, & approbata de mandato ipſius
Pontificis; Quapropter de illorum vali-
ditate amplius dubitari non poterit, &
Statuta Papalia dici poſſunt, quia cum
Cardinalis Camerarius habeat viuæ vo-
cis oraculum, illius atteſtationi ſtandum
omnino eſt, vt *in d. deciſ.94. Maceraten.
num.3.4.5.6. & 7.*

Placuit autem Breue prælibati Do-
mini Pontificis Pij II. hìc inſerere, vt ap-
pareat antiquiſſimum eſſe hoc inſtitutũ
erigendi Montes Pietatis (& fortaſſe
hic inter primos fuit) ac etiam vt inno-
teſcat, prohibitionem conuertendi pe-
cunias deſtinatas ab hoc pium opus in
alium vſum, etiam ſub pœna excommu-
nicationis, eſſe paritèr antiquam. Qua-
propter Paulus V. Prædeceſſorũ veſtigijs
inhærendo, illam quoad laicos innoua-
uit, & extendit ad omnes Montes Pie-
tatis vbicumque exiſtentes, quoad verò
Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſco-
pos ſuſpenſionis a Diuinis, vt legitur in
eius Diplomate, quod Motum propriũ
vocant impreſſum *in Bull. nouo tom.3.
pag.316. Conſtit.82.*

Sed videnda eſt etiam antiquior San-
ctio *Iuſtiniani Imperatoris in Auth. de
collat.* §. *Ciuitatum, tit 14. coll.9.* cuius
verba, cum optimè adaptentur caſui no-
ſtro, reſcribere non piget: ita enim ſe
habent. [*Ciuitatum* verò noſtræ Reipu-
blicæ, & habitantium eos perfectè pro-
ſpicientes, iubemus nullam omnino eſſe
licentiam fiſcalium exactoribus commu-
nicare pecunijs, quæ operibus, & fru-
mentis Ciuitatum, & aquæductibus, aut
alijs quibuslibet ſolemnitatibus, aut ſa-
larijs deputatæ ſunt; aut retinere aliquid
ex ijs, aut ad proprium lucrum redige-
re, ſed ſine aliqua dilatione, aut immi-
nutione has præbere, vt proficiant ab

Initio, in quibus deputatæ ſunt operibus; ſed neque poſſeſſores, aut habitatores Ciuitatum præſumere quolibet modo auferre aliquid ex ipſis pecunijs, aut nomine deſcriptionum, aut pro ſportulis dare aliquid ex his, aut expendere. Si quis autẽ dare, aut accipere ex his præſumpſerit, iubemus eum de ſuo in duplici quantitate hoc Ciuitati reddere. Sed neque Prouinciarum Iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquod ad prædictas pecunias, aut earum diſpenſationi ſemetipſum miſcere: ſed Ciuitatis Sanctiſs. Epiſcopum, & Primates, nec non & eius poſſeſſores conſtituere quidem patrem Ciuitatis, & frumentarios, & alios huiuſmodi diſpenſatores, *&c.*] hæc, & alia Iuſtinianus ibi videnda.

Et cum temerarium, ne dicam fatuum ſit hodie in dubium reuocare validitatẽ, & iuſtitiam horum Montium, vt videre eſt ex ſancitis *in Concilio Lateranenſi Bulla Leonis Decimi ex Nauarro, & Tolet. locis citatis; Bart. Vgolin. tract. de vſuris cap.4. §.1. num.2. & alijs ab ipſis relatis, Io. Maria Nouar. de elect. fori, ſect.2. quaſt.57. num.6.* ſuppoſita illorum validitate, & exiſtentia, alias conditiones neceſſarias, vt a calumniatoribus ſint omnino tuti, referamus, ex Toleto deſumptas.

8 Prima eſt, vt ex mutuo nihil lucri accedat Monti vltra id, quod habebat.

Secunda, vt quod a mutuatario accipitur, ſit pro obligatione, qua Mons obligatur mutuare indigenti, & pro expẽſis, quæ neceſſariæ ſint pro Montis conſeruatione, & hoc vocat Leo Decimus *pro indemnitate*: Nam Mons debet mutuare ſic, vt non patiatur damnum, *Nauarrus vbi ſupra quaſt.58. num.3.*

Tertia, vt nihil accipiatur vltra expẽſas, & cauſas prædictas, quæ debent eſſe moderatæ, puta quanenm neceſſarium eſt, vnde non ſunt plures Miniſtri conſtituendi in Monte, quàm ſint neceſſarij, nec aliæ expenſæ ſuperfluæ fieri debent; pro his enim accipere aliquid vſura eſt. *Hæc Toletus.*

9 *Nauarrus autem loco citato in reſponſione ad 2. argumentum* firmat concluſionem; dominium ſcilicet pecuniæ Mõtis Pietatis eſſe penes Vniuerſitatem pauperum, aut penes alium, ea lege, vt tota eius vtilitas pauperibus cedat, per quod in effectu ſit ſua, & Adminiſtrator Montis habet officium, & obligationem mutuandi, & ad id cogi poteſt.

In reſponſione autem ad tertium argumentum negat cuſtodiam Mõtis Pietatis ad alios, quàm ad pauperes principalitèr pertinere, cum ſaltem principalitèr ſola ipſorum vtilitas in eo reſpiciatur. Quod & *Concilium Lateranenſe d. ſeſſ.10.* exprimit illis verbis. *Cum pauperes commodum ſentiant, etiam impenſam, quæ parua eſt, ſentire debent.*

10 Ex quibus, & alijs ab eo deductis infert idem Nauarrus pecuniam, vel triticum relictum Ciuitatibus pro erectione horum Montium non eſſe datum, vel relictum Ciuitatibus, vel ciuibus ad cõmodum eorum, quatenus tales; ſed ad commodum pauperum, & ſi perirent, aut imminuerentur, illis ſolis perirent, aut diminuerentur, & non alijs: nam ſecundùm ius eſt, vt ad illum pertineat cuſtodia rei, ad cuius commodum cuſtoditur, & cui perit, aut lucrifit, *l. 1. & l. neceſſario, ff. de peric. & commod. rei vend.*

11 Ne autem culpa regentium, ſeu adminiſtrantium hos Montes pecunia, & triticum pereat, vel minuatur, *Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ. 22. cap. 8.* Epiſcopis tanquam S. Sedis Apoſtolicæ delegatis, etiamſi illorum cura, & adminiſtratio ad laicos pertineat, & exemptionis priuilegio munita ſint, ius viſitãdi conceſſit, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, vt ipſi ex officio ſuo iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta cognoſcant, & exequantur, non obſtantibus quacumque conſuetudine, & immemorabili priuilegio, aut ſtatuto, *vt in d. cap.8. in fine*; cui valdè fauẽt, quæ *Iuſtinianus Imperator edixit in Auth. de collat. §. Ciuitatum, verſ. ſingulis autem annis*, in hæc verba. [*Singulis* autem annis impletis Sanctiſs. Epiſcopum cum quinque Primatibus Ciuitatis rationes exigere eos, qui ab ipſis ordinati ſunt, & ſi quid ex talibus ratiocinijs apparuerit debitum, aut remanſiſſe, exigi huiuſmodi diſpenſatores periculo eos conſtituẽtium, & vtilitatibus, quibus deputata ſunt, reſeruari. Si quis autem ex prædictis diſpenſatoribus inefficax inueniatur, repentè hunc remoueri iubemus, aliumque pro eo a Sanctiſs. Ciuitatis Epiſcopo, & reliquis poſſeſſoribus (ſicut prædictum eſt) ordinari: Scientibus ijs, qui denominant eos, quia ſi quod damnum Ciuitati contigerit, ex proprijs ſubſtantijs hoc medebuntur, *&c.*]

12 Cum autem in ſupra citata Sacri Cõcilij

cilij Tridentini Sanctione (quæ hodie ſeruanda eſt) Epiſcoporum ſuperioritas, cognitio, & executio reſtringatur ad Sacrorum Canonum ſtatuta, quæſitum eſt, quòd ſibi velint huiuſmodi ſtatuta? Et ſolùm in caſu negligentiæ eorum, qui miniſtrant, poſſe Epiſcopos cognoſcere, ſcribit *Martha* cum facultate legendus *tract. de iuriſdict. par. 2. cap. 10. nu. 31. & ſeq.* qui ponderat etiam ad hoc ſancita *in eodem Concilio Tridentino ſeſſ. 7. cap. 15. in princ. ibi. Curent Ordinarij, vt hoſpitalia quæcumque a ſuis Adminiſtratoribus, quocumque illi nomine cenſeantur, etiam quomodolibet exemptis, fidelitèr, & diligentèr gubernentur, &c.* vim faciũt illa verba, *fidelitèr, & diligentèr:* quæ ſi deficiant, tunc Epiſcopus cognoſcet.

13 Aliud quoque fundamentum habet ſuperioritas, & ius viſitandi huiuſmodi Montes Epiſcopis conceſſum; quia Mõtes iſti dicuntur loci religioſi, & pij, potiſſimùm ad pauperes ſubleuandos inſtituti, vt notat *Gutier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 35. num. 23.*

14 Quamobrẽ ſi Mons Pietatis fundatum ſit a priuata perſona abſque auctoritate Epiſcopi, non dicitur locus pius, & religioſus, *c. ad hæc, de relig. domib. vbi gloſſ. in verb. authoritate Pontificis,* notat hęc verba fuiſſe poſita, quia priuatus non facit locnm ſacrum, *l. in tantum, §. ſacræ, ff. de rer. diuiſ. l. 3. §. ſi quis in ſepulchro dolo malo, & §. ſi quis in ſepulchro, ff. de ſepulchr. violat. Mart. d. loco cit. n. 22.*

Et conſequentèr ceſſabit Epiſcopi ſuperioritas, & facultas viſitandi, ad tradita *per Pariſ. conſ. 34. n. 9. lib. 4. & Card. Zabar. conſ. 13. num. 2. verſ. contrarium eſt verum; Bened. Capra conſ. 97. num. 4. verſ. tamen derelicto; Bellencin. de charit. ſubſid. quæſt. 38. num. 5. & ſeq.*

15 Attamen quia huiuſmodi Mõtes cum (ex ijs, quæ ſupra diximus) ad pauperes ſubleuandos erecti ſint, & quotidie ea lege erigantur, quàmuis a priuata perſona, & abſque auctoritate Epiſcopi fiãt, nihilominus cum negari non poſſit, quin ſint opus pium, & bona ad hoc in vnum collata diſtrahi non poſſint, neque in alium vſum conuerti, quàm in pauperum ſubleuatione, vt *in dd. Leon. X. & Pauli V. Conſtitutionibus,* non videtur negari poſſe in illis Epiſcoporum ſuperioritas, & viſitatio ad præſcriptum *Sac. Cõc. Trid. ſeſſ. 22. de reform cap. 8. & 9. vbi Barboſ. & alij, ac idem Barboſ. alleg. 75. num. 6. & ſeqq.* vt argumentatur *Ioann. Gutier. canon quæſt. lib. 6. cap. 35. num. 23. & melius num. 28. poſt Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu 36. verſ. ſi verò locus,* vbi ait; Si bona eo animo congeſta ſint, vt ad pauperes ſubleuandos perpetuò ſint deſtinata, tunc bona illa, & is locus iudicandus eſt religioſus, etiamſi Epiſcopi conſenſus non acceſſerit: ideoque bona illa ad libitum diſtrahi non poterunt, niſi accedente conſenſu Confraternitatis, & auctoritate Epiſcopi: & ſemel Deo dicata ad vſus humanos conuerti non poſſunt, *§. ſacræ, §. religioſũ, Inſtit. de rer. diuiſ.*

Quando autem Epiſcopi poſſint reformare pia loca ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, & exigere rationem ab Adminiſtratoribus locorum, etiã merè laicorum, docet *idem Mart. d. tract. de iuriſdict. par. 2. cap. 18. num. 5. 6. & 9. Gutier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 35. num. 19.* vbi firmat, ſuperioritatem cõceſſam a Concilio Tridentino Epiſcopis extendendam etiam eſſe, & habere locum in hoſpitali, quod cum tali conditione ſit extructum; & in his etiam terminis loquuntur *Capra, & Bellencin. locis citatis,* vt non teneantur Adminiſtratores rationem reddere Ordinario loci: Et ita ait declaratum *a Sacra Congregat. dicti Sacri Concilj Cardinalium Interpretum declarat. 159.* quę tamen procedere declarat quoad viſitationem, & rationis redditionem quolibet anno faciendam, *vt in præcitata Auth. de collat. §. Ciuitatum, verſ. ſingulis autem annis, Munnoz. de exsobar. tract. de ratiocin. cap. 1. num. 53.* qui tamen bonam affert diſtinctionem ad rem noſtram faciẽtem *in num. 54. & 55.* nempe quando frumẽtum, vel pecuniæ teſtamento, vel alia vltima voluntate ſunt relictæ, vt tempore indigentiæ, & cariſtiæ in vſum pauperũ, & pro eorum ſubſtentatione diuidantur, tunc Epiſcopus poterit ex diſpoſitione prædicta Concilij Tridentini rationem exquirere, & cogere adminiſtratores ad illam reddendam.

Si verò pecunia, vel triticum conditum ſit in publicis horreis per Conſules, & Proceres Ciuitatum, non poterit Epiſcopus hoc opus viſitare, neque eorum Adminiſtratores, & Depoſitarios ad reddendam ſibi rationem aſtringere, quia hoc ad Iudices ordinarios loci, & Decuriones in ſuis Oppidis pertinet, *vt in l. 1. & 2. C. de condit. in pub. horre. & ibi gloſſ. & ſcribentes lib. 10. & in toto titulo, C. de frumen. Vrbis Conſtantinopol.* quod

etiam

etiam correſpondet diſpoſitioni noſtræ Bullæ ſuper Bono Regimine, vt dictum eſt ſupra præcedenti *gloſſ. in verbo annonam*.

16 Quandoque etiam hæc noſtra Cõgregatio cognoſcit cauſas ad hos Pietatis Montes pertinentes, adminiſtratores negligentes, & doloſos punit, & mulctat, locorum Ordinarijs modum in his rebus procedendi præſcibit; ſic enim contra Rectorem Montis Pietatis in Ciuitate Caſtellana exiſtentis, dum hæc ſcribo, ex eo quia debitis temporibus iuxta formam Capitulorum non diuiſerat frumentum, ex quo nonnihil corruptum videbatur, mandauit totum damnum ſarciendum, & periculum cedere ipſi Rectori, itaut Mons omnino ſeruaretur incolumis, & ſine damno, per ea, quæ leguntur *in l.cum duobus, §. venit, l. ſocius ſocio, ff. pro ſocio*: vbi I. C. determinat huiuſmodi Rectores non eſſe audiendos, ſi vellent compenſare diligentiam, quam antea adhibuerunt, cum negligentia, qua poſtea vſi ſunt, cuius determinationis rationem reddit *Munnoz. de excobar tract. de ratiocin. cap. 36. n. fin* dum ait; *de natura Societatis eſt, vt diligentia per Adminiſtratorem adhibeatur in acquirendo, & eius negligentia puniatur*. Huius verò decreti executio contra Rectorem dicti Montis Pietatis Ciuitatis Caſtellanæ commiſſa eſt Ordinario loci.

17 Fuit etiam in hac Sacra Congregatione porrectũ memoriale pro parte cuiuſdam Vniuerſitatis, quo continebatur, quendam ſuum ciuem velle certam frumenti quantitatem donare Communitati, ea lege, vt erigatur Mons Pietatis, & frumentum mutuetur pauperibus, Epiſcopus verò nullam in hoc habeat ſuperioritatem, neque cogere poſſit Adminiſtratores ad reddendam rationem de geſtis, ſed hæc penes Communitatẽ, & homines ab ipſa eligendos reſideat; quæſitum eſt, an hæc petitio recipienda eſſet? & pro negatiua dicebatur; nemo priuatus efficere poteſt, quin leges in ſuis actibus locum habeant, *c. ſi diligẽti, de foro compet. Abb. in c. inter dilectos, n. fin. verſ. quia non video, de donation.* Cum autem in Concilio Tridentino ſancitum ſit, vt diximus, Epiſcopos habere huiuſmodi ſuperioritatem, non poterit priuatus cõtra hanc legem diſponere, itaut in ſuis actibus locum non habeat.

Verùm placuit Sacræ Congregationi petitionem recipere, & Communitatem ad ea, quæ ciuis in legato appoſuit, ſẽ obligare. Ratio conceſſionis forte erit; quia hic dici poterit locus priuatus, licet ad pium opus deſtinatus, ad tradita *per Abb. in c. officij, num. 7. verſ. ſed hæc loca, de teſtament. & in c. fin. in 1. notab. num. 3. de cenſib.* vbi aſſignat differentiam inter loca priuata, & religioſa; & facit *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 24. & ſeq. Card. Zabar. in conſil. 13. num. 3. & ſupra conſil. 11. num. 2.* vbi firmat poſſe fieri conceſſionem de cele-
18 brando in certo loco, qui tamen locus non remaneat ſacer, nec religioſus, neque in illo Epiſcopus vllam habeat iuriſdictionem.

Et hoc fortius procedit, quouſque viuat ille, qui legatum ſub hac lege, & conditione fecit, eum poſſit illud reuocare, vt docet *Abb in d. c. officij, n. 7. verſ. ſed vtrum, de teſtament.* quem ſequitur *Pariſ. conſ. 34. num. 38. & 44. lib. 4. Capra*
19 *d. conſ. 97. num. 4. verſ cum ſit locus*. Secus autem, vbi mortuus ſit, quia tunc Epiſcopus poteſtatem habet videndi, & inquirendi, an cuncta ſecundùm voluntatem defuncti procedant, *text. pulch. in Auth. de Eccleſiaſticis titul. §. ſi quis ædificationem, coll. 9. tit. 6.* quem citat *Abb. in c. inter dilectos, nu. fin. verſ. item ſcias, de donat. Pariſ. d. conſ. 34. num. 44. Bellencin. tract. de charit. ſubſid. quæſt. 38. nu. 7. & vide plenum conſ. 88. Eugenij in cauſa Viſitationis, lib. 2.* vbi de quodam Hoſpitali Peruſino: qui licèt loquantur in Hoſpitalibus, & Oratorijs, alijſque locis pijs, eorum tamen dicta poſſunt adaptari ad Montes Pietatis, vt obſeruat *Gutierez canon. quæſt. d. lib. 1. cap. 35. num. 28. Munnoz. de excobar. de ratiocin. cap. 7. num. 52.*

Sed alia melior ratio erit, ſi dicamus, Montem hunc Pietatis quamuis exemptum a iuriſdictione Ordinarij, non tamen eſſe liberum a ſuperioritate, & iuriſdictione huius noſtræ Congregationis, quæ Pontificem ipſum Ordinarium omnium Ordinariorum repræſentat: Et ideo non eſſe receſſum a regulis iuris, & a diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini.

20 Diximus etiam ſupra, pecunias ad hos pietatis vſus aſsignatas non poſſe a primeua ipſorum deſtinatione dimoueri, vel erogari ſub pœnis contentis in præcitata *Conſtit. 82. Pauli V. Bullar. nou. tom. 3. pag. 316.* Quo loci quærit *Flauius Cherubin. in compend.* an ſub iſta prohibitione diſponendi de pecunijs, comprehendatur etiam, ſi depoſitarius, vel

alij

alijſminiſtri diſponant de alijs rebus, ex
quibus pecunia redigi poſsit? & pro af-
21 firmatiua videtur *text. in l. nam quod, 14.*
§. final. ff. ad Trebell. & ibi gloſſ. in ver-
bo bona, quæ notandum dicit, hoc no-
men, bona, largè accipi. Contrarium
tamen dicit *Cherub.* eſſe reſpondendum,
ponderando verba Bullæ ibi (*mutuo dã-*
da) quæ pecuniam dumtaxat numera-
tam ſignificant, vt in ſimili cenſuit *Rota*
apud Seraphin. decis. 965. num. 2. iuncto
princ.

22 Præterea quæſitum eſt. Si ante hanc
prohibitionem officialis aliquam pecu-
niæ Montis partem, quam vltra quanti-
tatem veriſimilitèr pauperibus mutuan-
dam ſupereſſe credebat, in aliquod aliud
beneficium Montis expendiſſet, erit ne
exuſatione dignus? Et affirmatiuè reſpõ-
det *idẽ Cherubin.* ſequutus *Franc. Curt.*
iun. in conſ. 19. lib. 1. num. fin. verſ. nam il-
la iura, ſi tamen hoc bona fide egerit, &
ſine dolo, cui etiam adhæret *Tiber. De-*
cian. tract. crimin. lib. 8. cap. 32. num. 9. vbi
agit de excuſandis reis a crimine pecu-
23 latus, & ita loquitur. *Excuſabitur etiam,*
quòd recepit pecuniam publicam ad hunc
vſum in ſpecie, vt expenderet, puta in
tali ædificio faciendo, vel ad tantam quã-
titatem frumenti emendam, & ipſe ædi-
ficium fecit, vel frumenti quantitatem
decretam emit, ſed ſuperfuit pecuniæ a-
liqua quantitas, quam tamen ipſe expen-
dit in alios vſus vtiles ipſi Reipublicæ, &
hoc oſtendat clarè; nam hoc caſu licèt par-
tem dictæ pecuniæ in alios vſus conſum-
pſerit, & ſic contra l. 2. & 3. ff. ad l. Iul.
peculat. attamen quia non in vſus ſuos
conuertit, neque dolo expendit, ſed bona
fide, & in beneficium Reipublicæ, credens
id ſibi licere, non tenebitur de peculatu,
neque de reſiduis; Ita reſpõdit Curt. iun.
d. conſ. 19. nu. 13. 14. & 15. lib. 1. Hæc De-
cianus. Quæ tamen de iure communi
procedere puto, nam ſi ſtandum eſt ver-
bis *prædictæ Bullæ Pauli V.* contrarium
puto dicendum, ſi licentia Papæ non in-
teruenerit, ponderando illa verba, *abſque*
noſtra, & Sedis Apoſtolicæ licentia ſub
quouis prætextu, vel quæſito colore, &c.
& Cherubin. pònit caſum ante prohibi-
tionem contentam in hac Bulla.

24 Et quod etiam procedit, quando pe-
cuniæ ſunt deſtinatæ ad vſum rei frumẽ-
tariæ; adſunt enim multis in locis Italię,
vt *Munnoz. de exeobar.* obſeruat *tract.*
de ratiocin. cap. 7. num. 53. ad fin. Montes
Pietatis conſiſtentes in frumento pau-
peribus certis anni temporibus mutuã-
do; etenim ſi pecuniæ ad hunc vſum de-
ſtinatæ, fuerint a depoſitario, ſeu admi-
niſtratore in alium conuerſæ, carceribus
mancipandus, alijſque pœnis mulctan-
dus erit: Ita *Decian. d. tract. crimin. lib. 8.*
cap. 31. de reſiduis, num. 9. & 30. Petr. de
Aurn d. 1. de exequen. mandat. par. 2. n. 33.
& ſeq & voluit etiam Rota coram Greg.
XV. decis. 106. per tot.

25 Sed pulchra oritur quæſtio. Deponun-
tur de mandato iudicis pecuniæ penès
Rectores, vel Adminiſtratores horum
Montium, quorum aliquando ſuperue-
nit inopia, itaut depoſiti reſtitutio fieri
nequeat; numquid ille, qui ſemel depo-
ſuit, teneatur iterum deponere? & ne-
gatiuè deciſum habes apud *Afflict. dec.*
172. per tot. Giurb. in decis. Regn. Siciliæ
decis. 98 num. 3. verſ. nec eo decoito; qui
addit, ſi iniuſtè recuſauit creditor acci-
pere. Sed an huiuſmodi depoſitũ pereat
totum periculo creditoris; *vide dec. 298*
impreſſ. poſt tract. Cene. de cenſib. vbi in
caſu illius deciſ. fuit dictum, periculum
cedere tam debitori, quàm creditori,
rationibus ibi deductis; nempe quia de-
poſitum non erat omnino legitimè fa-
ctum, ſed quaſdam habebat difficul-
tates.

26 Secundò quæritur, an Mons ipſe ob-
ligetur ex depoſito facto in manibus
Rectoris, vel Adminiſtratoris? & ſi fuit
ſeruata forma Capitulorum ipſius Mon-
tis de depoſitis loquentium, vtique
Mons obligatur; ſecus autem ſi fuit o-
miſſa forma dictorum Capitulorum; ita
deciſum inuenies *in Rota Maceraten. co-*
ram Thomato decis. 94. n. 25. & 26.

27 Ponamus etiam, quòd Titius depo-
nat in Monte pecunias Caij, vtrum de-
poſitarius teneatur illas reſtituere Caio
vero domino? & negatiuè fuit reſolutũ
coram *Caualer. decis. 331. num. 5.* nempe,
quòd depoſitarius non tenetur reſtitue-
re pecunias ei, a quo non habuit, licèt
ſint ipſius, ceſſante tamen mala fide, &
ſcientia, quòd eſſent alterius, *l. quod ſer-*
uus, 11. l. bona fides, 31. ff. depoſiti; ſimili-
tèr ſi deponens poſt depoſitum efficia-
tur furioſus, vel demens, *Guid. Pap.*
28 *quæſt. 152. num. 3.* Si verò pecuniæ depo-
ſitatæ furto fuerint ſubſtractæ, vel caſu
fortuito pereant, vtrum agi poſſit con-
tra depoſitarium, vel Montem? & dicas
negatiuè, quoties abſit dolus, & lata
culpa; quia depoſitarius ex cauſa depo-
ſiti non obligatur, niſi de dolo, & lata
culpa, *l. ſi vt certo, §. interdum, ff. cõmod.*
l. quod Nerua, 32. ff. depoſit. Curt. iun.
conſ.

conſ.270.num.11. Fab. Timeus in addit.
ad M gon.deciſ.Lucenſ.2.ſub num.13.li-
tera E.Peguer.deciſ.38.Titius mercator,
num.3.& 4. qui hanc concluſionem di-
ſtinguit. Nempe ſi depoſitum fiat in ſac-
culo obſignato, vt in Monte cuſtodia-
29 tur, quod propriè dicitur depoſitum, &
ita regularitèr fiunt depoſita in Monti-
bus Pietatis, *l.1.in princ.ff.depoſiti*. quo
caſu dominium rerum depoſitarum re-
manet penes deponentem, *l.licet, §.rei,*
ff.depoſit.l.in naue Saupheij, 34.ff.locati,
gloſſ.in l.Lucius,24.in verbo terminos,ff.
depoſit. & hoc caſu procedit concluſio
præmiſſa;depoſitarium non obligari,niſi
de dolo, & lata culpa.

Si verò pecuniæ deponantur ad nu-
30 merum, non obſignatæ, neque clauſæ,
ſed vt tantundem reſtituatur, prout re-
gularitèr fit in Romana Curia penes Nũ
mularios, quos vocant Banchieri, tunc
quia illud depoſitum notiſſimos depo-
ſiti terminos egreditur, non poteſt dici
propriè depoſitum,& dominium rei de-
poſitatæ tranſit in Bancherium depoſi-
tarium,qui vti poteſt pecunijs ita depo-
ſitatis,*gloſſ.in l.3.in verb. obnoxium,*
C.depoſiti,& text.in l.die ſponſaliorum,
§.qui pecuniam, ff.eodem, ibi, qui pecu-
niam apud ſe non obſignatam, vt tantun-
dem redderet,depoſitam, in vſus proprios
conuertit; & depoſitarius ipſe non tene-
tur reſtituere eandem pecuniam in ſpe-
cie, ſed aliam in eodem genere, ſicut in
mutuo, *vt in d.l.in naue Saupheij, ff.lo-*
cati. Et hoc caſu ſi pecuniæ pereant etiã
31 caſu fortuito, depoſitarius tenetur reſti-
tuere; quia genus perire non poteſt,
l.incendium, C.ſi cert.pet. Dec. in regul.
contractus,num.5. ff.de reg.iur. Peguer.
d.deciſ.38.num.7.Giurb. deciſ.98. num.3.
*verſ. proinde ſi Bancherij,*qui per totam
hanc deciſionem ſatis clarè demonſtrat,
quæ ſint neceſſaria ad legitimum depo-
ſitum. Prædictam diſtinctionem de de-
poſito facto in ſacculo obſignato, vel in
numerata pecunia, ponit etiam *Marius*
Antonin.var.reſolut.lib.2. reſolut.13. per
tot. & illud idem, quod Peguera (licèt
de eo nullam faciat mentionem) deter-
minat, vt ibi: & vide *Io.Bapt. Coſtam*
de fact.ſcient.& ignorant.diſt.69.cent.1.
per totam; ſed melius num. fin. Marcus
32 *deciſ.889.num 5.* qui ait depoſitum fa-
ctum in pecunia numerata, non depoſi-
tum, ſed mutuum eſſe.

33 Denique quæſitum eſt. An quemad-
modum Vniuerſitates poſſunt habere
Montes Pietatis, in quibus adeſt pecunia
parata ad mutuandum pauperibus, hoc
etiam licitum ſit priuatæ perſonæ,habe-
re pecuniam paratã in vſum pauperum,
& aliquid vltra ſortem accipere, vt fa-
ciunt ipſi Montes Pietatis? Et pro affir-
matiua videtur *tex in c.per veſtras,de*
donat.inter vir. & vxor. vbi *Innoc. III.*
Pontifex mandat aſſignari dotem viro
ſub ea cautione, quam poterit præſtare,
vel ſaltem alicui mercatori committi, vt
de parte honeſti lucri dictus vir onera
poſſit matrimonij ſuſtentare: ex quibus
34 verbis colligunt Doctores licitum eſſe
dare mercatori pecuniam ad honeſtum
lucrum;vt poſt multos ab eo relatos ſcri-
bit *Marcus deciſ.889.nu.1.& ſeq.* Con-
35 trarium tamen determinat *Bartholom.*
*Vgolin.tract.de vſur.cap.4.§.2.nu 1.*mo-
tus, quia non habet qualitates Mõtium
Pietatis, nẽpe vt pecunia ſit pauperum,
vt diximus ex Nauarro;ſed remanet ſub
dominio priuatæ perſonæ, quæ ad arbi-
trium ſuum poteſt denegare mutuum,
& cum pecunia ſit ſua,eius iura ad ipſum
pertinent, & non ad pauperes, *vt toto*
tit. ff. de peric.& com.rei vend. & ſic ra-
tione cuſtodiæ nihil accipere poteſt, a-
liàs vſura eſſet, vt notat *ibi Vgolin. ex*
Nauar.loco ab eo citato.

36 Secundò quæritur; an mutuans pecu-
niam Montibus Pietatis poſſit aliquid ac-
cipere, ſicut ipſi Montes? & negatiuè e-
tiam reſpondetur; quia Montes ſi quid
accipiunt, ideſt ratione cuſtodiæ acci-
piunt; mutuans verò pecuniam nullam
habet cuſtodiam;ita *Vgolin.ibi n.2.*

37 Tertiò quæritur; an liceat Montiſtis
Montium vti pecunijs ipſius Montis? &
negatiuam partem probauimus ſupra;
& habemus *textus claros; & ibi etiam*
Bart.& ſcribentes notant in l.1.& tot.tit.
C.de ijs, quæ ex pub.collation. illata ſunt,
38 *lib.10.*vbi Conſtantin Imperator expreſ-
sè prohibet, pecuniam publicam a quo-
quam accipi mutuo, vel alio titulo, vel
in ſuam vtilitatem alitèr conuerti; quod
maximè procedit in caſu noſtro, ne ſci-
licet pecuniæ deſtinatæ ad commodum
pauperum, ipſis deficiant in ſuis neceſſi-
tatibus.

39 Limitat tamen Vgolin.concluſionem,
ſi miniſtri ita vtantur pecunijs, vt inde
pauperes damnum non patiãtur;quem-
admodum dicimus, depoſitarium poſſe
aliquando vti pecunia depoſitata ſine
damno deponentis; cui limitationi non
acquieſco, per ea, quæ diximus *ſupra n.*
23.verſ.quæ tamen.

40 Limitat ſecundò, ſi miniſtri ſint pau-

peres, & conditiones Montis obſeruent; quia non debet officium ſuum cuiquam eſſe damnoſum, iuribus vulgaribus; quod fieret, ſi tanquam miniſtri excluderentur a beneficio, alijs pauperibus conceſſo.

41 Quartò quæritur, ſi Ciues cogantur ad mutuandum his Montibus, prout diximus cogi poſſe, quando imminet neceſſitas publica, an poſſint hoc caſu aliquid recipere abſque vſuraria nota? Affirmatiuam partem tenuit *Abb. in c. in Ciuitate, num.* 8. *de vſur.* qui ait poſſe dictis ciuibus taxari lucrum ad rationem quinque pro centenario, quando non poteſt reperi capitale; ſed poteſt alteri vendi, & ait, hanc eſſe communem opinionem *Scribentium in d. c. in Ciuitate, & in c. fin. infra eodem tit. Alex. in l. item quia, §. 1. num. 2. ff. de pact. Iaſ. in l. cunctos populos, in 2. lectura, num 40. C. de ſum. Trinit. & fid. Catholic.* Negatiuam verò videtur defendere *Nauarr. in 7. præcepto Decalog. non furtum facies, cap. 17. tit. de vſur. circa Cambia, n. 302. quod eſt finale d. cap.* 17. Has tamen contrarias opiniones concordare non videtur valdè durum, per ea, quæ notat *Vgolinus*

42 *de vſur. d. cap. 4. §. 2. nu. 4. verſ. quid igitur concludendum.* Aut enim qui cogitur mutuare, eſt mercator ſolitus negociari cum ſua pecunia, vel eſt ciuis, qui vult ſoluere debitum, vel emere prædiū, vel quid ſimile, & hoc caſu licitum eſt aliquid petere, non ſub ratione vſuræ, ſed intereſſe damni emergentis, propter fructus, quos dominus pecuniæ percepiſſet, ſi non fuiſſet coactus mutuare, iuxta ea, quæ notant *Scribentes in l. curabit, C. de act. empt. Franc. Purpur. in l. cunctos populos, num. 56. verſ & ratio per Bart. C. de ſum. Trinit. & fid. Cathol.* & hac quoque fuiſſe intentionem *Abbatis in d. c. in Ciuitate, num fin. de vſur.* eius verba de-

43 monſtrant. Si verò qui coguntur mutuare Regibus, Ciuitatibus, & Montibus Pietatis, ſunt perſonæ diuites, quæ pecunias otioſas retinere, & conſeruare ſolent in arca, ſi quid ex huiuſmodi mutuo petant, vſura eſt; & ita intelligendus eſt *Nauar.* vt ex eis verbis colligitur, dum ait. [*Quare conſulendum* videtur viris pecunioſis non exercentibus mercaturam, neque intendentibus emere prædia, vel cenſus, etiamſi non mutuarent, vt ſine vllo temporali auctario gratis principalitèr mutuent ſuas pecunias dictis Regibus, pro ſpirituali virtutis, & meriti ſperantes minus principalitèr aliquam remunerationem antidoralem: aut certè emant ab eis cenſus iuſto pretio cum pacto redimendi, conſtitutos ſuper redditibus publicis illarum, vel illarum Ciuitatum, vel Statuum: habentibus verò pecunias deſtinatas ad lucra prædicta mutuent ſub intereſſe veriſimili *lucri ceſſantis.*] Hæc Nauarrus.

44 Ex quibus probatur nedum ſuprapoſita diſtinctio, ſed etiam licitum eſſe illis, qui pecunias otioſas habent, aliquid remunerationis non principalitèr, ſed ſecundariò ſperare ex mutuo, nec vetitum eſſe aliquid recipere, ſi a Principe gratitudinis ergo illis donetur, vt notat *Vgolin. loco citato, verſ item ſi vltro;* ſed fuſius *eodem tract. cap. 8. §. 2. per tot.*

45 An autem huiuſmodi Montes Pietatis gaudeant priuilegio electionis, & variationis fori? affirmatiuè determinat *Io Maria Nouarius in tract. de elect. & variat. for. ſect. 2. quæſt. 57. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Petitio Procuratoris fiſci qualiter olim, & coram quo inſtitueretur.*

2 *Epiſcopi hodie regularitèr nõ ſe ingerunt in negocijs ſecularibus, & quare.*

3 *Quid agatur in Statu Eccleſiaſtico, ſi exigenda ſit ratio adminiſtrationis rerum publicarum.*

4 *Baro poteſt in locis ſibi ſubiectis huiuſmodi rationes exigere.*
Declara, niſi adſit conſuetudo in contrarium. num. 5.
Conſuetudo hæc non poteſt opponi contra hanc noſtram Congregationem, & quare, num. 6.

7 *Forma exigendi, & reddendi rationes aſſignatur.*

8 *Confeſſio introitus nunquam præiudicat, niſi acceptetur expenſum.*

9 *In erogationibus exprimenda eſt cauſa, & dies. aliàs non dicitur reddita ratio perfectè.*

10 *Ratio non dicitur reddita, quæ non poteſt intelligi.*

11 *Adminiſtrator rerum publicarum in ſolutionibus notabilis quantitatis debet oſtendere apocam de recepto: in minutis verò erogationibus ſufficit liber priuatus cum iuramento.*

12 *Adminiſtrator omittens ſcribere acceptum, & recuſans exhibere librum, aſſerens amiſiſſe, quando credendum illi ſit, & quando præſumēda ſit potius occultatio, & ſuppreſſio, quàm amiſſio.*

13 *Quando quis tenetur rem cuſtodire, non ſuffi-*

ſufficit iuramentum; ſed debet probare illam amiſiſſe.

14 *Dolus nihil aliud eſt, quàm falſa aſſeueratio cum animo fallendi.*

15 *Vniuerſitas iurat in litem contra adminiſtratorem doloſum, & qualitèr præſtetur tale iuramentum.*

16 *Adminiſtratores conuertendo pecunias in proprios vſus prædones dici poſſunt.*

17 *Tutor ne dicatur doloſus, in confectione libri rationum quid agere debeat.*

18 *Syndici, ſeu Rectores Vniuerſitatum quando, & quomodo ferre poſſint ſententiam contra adminiſtratorem.*

9 *Contra debitores fiſcales proceditur ad capturam perſonæ, & ad tenutam bonorum pro eorum debito liquido.*

0 *Sententia lata contra adminiſtratores exequitur appellatione non obſtante; & quare.*

1 *Obligatus ratiocinij ad fauorem Cameræ non eſt tutus in Eccleſia de iure ciuili. Sed hæc opinio non eſt vera. ibid.*

Noua computorũ ratio cuius ſumptibus ſit reddenda.

3 *Iudex habens ſalarium a publico, tenetur viſitare loca ſuæ iuriſdictionis proprijs ſumptibus.*

14 *Congregatio Boni Regiminis quandoque mittit Ratiocinatores per Prouincias pro ſolidatione computorum.*

25 *Reuerendiſſimi DD. Lælius Falconerius, & Carolus Perbenedictus ab ipſa Congregatione tranſmiſſi Commiſſarij per Prouincias, & ſumptibus proprijs militarunt: ijque laudantur.*

6 *Quandoque mittuntur Commiſſarij inferioris ordinis, nempe viri priuati, quibus licèt aſſignetur certa merces, & ſtipendium, ſunt tamen vt plurimum damnoſi; & ideo ab illis cauendum.*

7 *Commiſſarij prædicti non debent habere mercedem, niſi de effectualitèr exactis.*

Adminiſtratores doloſi rerum publicarũ vtrum corporali pœna ſint puniendi, vel alia.

Exactor non reddens bonam rationem, vel occultans pecunias exactas pœna amputationis manus eſt puniendus.

Pœna amputationis manus hodie eſt communis, quoties amputandum eſt aliquod membrum.

Iudex ſubtrahens publicas pecunias tẽpore adminiſtrationis capitalem pœnam ſuſtinet, & nihilominus ad reſtitutionem cum intereſſe condemnandus.

Congregatio Boni Regiminis pœnas criminales imponit contra malos adminiſtratores rerum Vniuerſitatum.

33 *Conſentientes tacitè, vel expreſsè in præiudicium Vniuerſitatum, qua pœna plectendi ſunt.*

34 *Contra adminiſtratores doloſos nedum ex claris probationibus, ſed etiam ex præſumptionibus proceditur.*

35 *Pauper ſi poſt adminiſtrata bona publica euaſit diues, præſumitur ditatus ex bonis ipſius Vniuerſitatis, & lucrum poteſt illi auferri.*

36 *Vulcaſij Gallicani pulchrum dictum cõtra malos Rectores Prouinciarum, & rerum publicarum.*

37 *Pœnæ a prædictis delinquentibus exactæ qualitèr, & quomodo diuidendæ.*

38 *Pœnarum applicatio, quæ fit delatoribus, & inſtigatoribus, eſt antiquiſſima.*

39 *Rationes redditæ, & ſubſcriptæ quanto tempore retractari poſſint, tam contra principalem, quàm eius hæredem.*

40 *Conſuetudo multum obtinet in reuiſione, & redditione computorum.*

§. IX.

Gloſſ. 1.

Fiſci Procurator.

C A P. XXIII.

QVAE in hoc §. 9. diſponuntur, ferè omnia deſumpta vidẽtur ex diuerſis titulis in corpore Iuris contentis, nempe *ex tit. 75. C. de magiſtrat. conueniend. tit. 2. C. de conueniend. fiſci debitor. lib. 10. l. 2. C. de adminiſtr. rer. pub. lib. 11. l. 2. C. de debitor. Ciuitatum; & videndus eſt Nicol. Loſæus tract. de iur. vniuerſ. par. 1. cap. 3.*

Cum autem hìc agatur de petitione
1 facienda a Procuratore fiſci, ſciendum eſt, hanc eſſe inſtituendam coram Syndicis, & Gubernatoribus locorum, vt exigantur rationes, an benè, vel malè pecuniæ, & bona Vniuerſitatum fuerint adminiſtrata, quæ olim coram Epiſcopo

 loci.

loci cum quinque Primatibus fieri ſolebant, idque ſingulis annis ex *Iuſtiniani Imperatoris ſanctione in Auth. de collat. §.Ciuitatum, verſ. ſingulis annis*, cuius verba hàbes ſupra relata *in cap.22.immediatè praeced.num.11.*

2 Sed hodie Epiſcopi negocijs ſæcularibus (niſi quid pietatis annexũ habeant, vt de Montibus Pietatis, & locis pijs dictum eſt ſupra) immiſcere ſe non aſſolent: Sed Gubernatoribus, alijſque locorum Officialibus id negocij demandatum videmus, ex diſpoſitis in Bulla, quam præ manibus habemus.

Quandoque tamen Sacra hæc Congregatio iudices ſpeciali facultate munitos tranſmittit, ad has rationes exigendas: quod etiam in Hiſpania ſeruari affirmat *Auendagn.de exeq.mand.par. 2, cap.10. num.29.* ibi, licèt aliquando hoc adimatur Iudicibus ordinarijs per Sacrũ Concilium Regium, & committitur alicui ſpeciali Iudici, qui exigat rationes, quem vulgus appellat *Iauz. de Cuentas de Ciudad.* nos Itali *Commiſſarij, ò Compotiſti*: In omnibus verò Ciuitatibus Regni Siciliæ de mandato Tribunalis Regij Patrimonij exiguntur prædictæ rationes per tres Magiſtros iuratos a Regia Maieſtate pro reuiſione computorum nominatos, vt affirmat *Maſtrill.de Magiſtrat.lib.5.cap.9.num.85.& ſeq.*

3 In Eccleſiaſtica verò Ditione Vniuerſitates, vt plurimùm in publicis Conſilijs eligunt duos, vel plures viros peritos bonæ opinionis, & famæ, qui viſis computis, dati ſcilicet, & accepti, ad eorundem computorum ſolidationem veniunt; & ſtylus hic laudatur, probaturque a *Io.de Platea in l.ſecuritates, verſ. nota quod redditio, C. de ſuſceptor. præpoſ.& arcar.lib.10.* & alia multa congerit *Nicol.Loſæus tract.de iur vniuerſ. par.3. cap.fin. per totum, cuius titulus eſt: De redditione rationum fienda per adminiſtratores Vniuerſitatum*; videndus.

4 In locis autem mediatè ſubiectis, vt ſunt Vniuerſitates Baronum, poterit ipſe Baro, & Domicellus ratione iuriſdictionis ordinariæ cogere adminiſtratores loci ſibi ſubiecti ad reddendam rationem, & computum pecuniæ publicę, & cognoſcere in quam cauſam fuerit erogata, vel conſumpta, vt eſt ſententia *Guid.Pap. quæſt. 631. num.9. Munnoz. de excobar.tract.de ratiocin.cap.42.nu.1. & aliorum apud Maſtrill.de Magiſtrat. lib.4.cap.16. n.134.* qui in numeris ſeqq.
5 limitat concluſionem, niſi adſit conſuetudo in contrarium, quæ tamen ſit legitimè introducta, puta ſi a Ciuitate, vel Conſilio loci (Barone id agere volente) emanauerit prohibitio, ne fiat talis computorum redditio coram Barone, & ipſe conſentiat, vel acquieſcat, per ea, quæ notat *gloſſ.in l. qui luminibus, ff. de ſeruit.vrban.præd. Munnoz. loco citato num.2.*

Hanc tamen conſuetudinem opponi
6 minimè poſſe exiſtimo contra noſtram Congregationem, quæ quibuſcumque non obſtantibus computa ſemel, & pluries reddita, iterum reddenda eſſe mandat; vt menſibus proximè lapſis vidimus contra adminiſtratorem Annonæ Ciuitatis Fulginatenſis, qui iterum, ac tertiò rationes reddiderat in partibus, & nihilominus iterum in Vrbe reddendas mandauit: & hoc potiſſimùm procedit, vbi aliqua ſuſpicio ſuperueniat, malè redditam fuiſſe rationem, vt notat *Maſtrill.d.lib.5 cap.9.num.86.& ſupra lib.4. cap.16.num.136.*

Cuius autem expẽſis hæc noua computorum redditio facienda ſit? *Munnoz de excobar.loco citato num.6.* docet, videndus.

7 Forma autem exigẽdarum rationum, hæc eſſe ſolet. Exhibetur liber publicus, in quo debent eſſe nominatim deſcripta omnia, quæ Cameratius recepit, & ex qua cauſa, *l.apparitores, C. de exactor.trib. lib.10.* & notant *Bart.Io.de Plat.& Luc. de Penn.in l.2. C. de nauicul. lib. 11. ſed fuſius Nicol.Loſæ. tract. de iur. vniuerſ. par.3.cap.vlt.num.16.& per tot.* & prius faciendum eſſe computum introitus, quàm expenſarum, ſeu erogationis, notat *gloſſ.in l.Thais ancilla, §. libertatem, ff.de fideicom. liber.* ſunt enim iſta adeo
8 connexa ad inuicem, vt nunquam præiudicet confeſſio introitus, niſi acceptetur expenſa, *l.cum quæritur, ff.de adminiſt.tutor.Io.de Plat.in l.1.num. fin. C.de apoc. pub.lib.10.*

9 In erogationibus verò debet exprimi cauſa, & dies, *l.neminem, C.de ſuſceptor. lib.10.* neque alitèr videtur reddita perfectè ratio, niſi hæc omnia clarè exprimantur, *l.cum ſeruus, 81. ff.de condit.&*
10 *demonſtr.* Neç etiam ſine tali expreſſione comprehendi poteſt, an aliquid fraudis admiſſum ſit; neque dicitur reddita ratio, quæ non poteſt intelligi, *l.argentarius, §.edi, ff.de edend.l.qui ſub conditione, 110 ff.de condit.& demonſtrat. Loſæ. loco cit.num.16. Auendag.de exeq. mand. par.2.cap.10.num.30. 31. & ſeq.* qui ait,

in

in ſolutionibus notabilis quãtitatis oſtẽ-
dendam eſſe per Camerarium, ſeu Ad-
miniſtratorem apocam de recepto, quæ
ſufficit, quàmuis ſit priuata; in minutis
verò erogationibus ſufficere librum ip-
ſius Camerarij cum iuramento, *l. ſi quis
pro redemptione, §. eandemque, verſ. quod
ſi aliqua, C. de donat. ibi; quòd ſi aliqua
dubitatio orta fuerit, vtrum tota quan-
titas, an pars eius in ædificijs expenſa ſit,
hæc domini domus ſacramẽto dirimetur,
&c. Lucas de Penna in l. 2. num. 2. C. de
nauicular. lib. 11. Excobar. de ratioc. cap.
10. num. 45. & ſeq.*

Quòd ſi Adminiſtrator, ſeu Camera-
rius Vniuerſitatis omiſerit ſcribere ac-
ceptum, & librum exhibere recuſauerit,
allegando illum amiſiſſe, illi credendum
non eſt, niſi probet, hunc caſu fortuito
perdidiſſe: ratio eſt, quia cum ad offi-
cium Adminiſtratoris (ex natura officij)
pertineat rationis librum conficere, &
illum diligentèr cuſtodire, potius præ-
ſumitur occultatio, & ſuppreſsio, quàm
amiſſio, *Ancbar. conſ. 316 num. 4. Socin.
conſ. 159. col. 3.* quos refert *Munnoz. de
Excobar. trac. de ratiocin. cap. 10. n. 3. & 4.*
3 vbi ampliat dictum, etiamſi Adminiſtra-
tor iuret, librum amiſiſſe, quia quando
quis tenetur rem aliquam cuſtodire, non
ſtatur eius iuramento, ſed tenetur pro-
bare, *Felin. in c. accepit, de fid. inſtr. Grat.
conſ. 23. num. 10. Socin. d. conſ. 159. verſ.
primò quia.*

Quapropter niſi liber hic rationum
exhibeatur ab Adminiſtratore, vel eius
hærede, præſumuntur eſſe in dolo, *Lo-
ſæus de iur. Vniuerſ. par. 3. cap. vlt. nu. 20*
4 nam dolus nil aliud eſt, quàm falſa aſſe-
ueratio cum animo fallendi, *l. 1. ff. de do-
lo;* & contra eos in litem iurari poteſt,
Franc. Marc. decis. 628. num. 2.

5 Hoc autem iuramentum præſtabit V-
niuerſitas mediante perſona eorum, qui
ipſam regunt, *Loſæus d. tract. & cap. nu.*
18. qui idem iuris eſſe affirmat, ſi exhi-
beatur liber, qui non ſit legitimè confe-
ctus, vt quia multa omiſerint ſcribere,
quæ ad ipſos Adminiſtratores peruene-
runt; vel ſcripſerint, ſe ſoluiſſe pecunias,
6 quas verè non ſoluerunt, ex quibus ar-
guitur in eis dolus, & falſitas in præiu-
dicium Vniuerſitatis, conuertendo pe-
cuniam publicam in proprios vſus, præ-
dones dici poſſunt; *hæc Loſæus*. Et in
quadruplum ſunt condemnandi; *Pariſ.
in tract. de ſyndicat. §. redditio rationum
officialium, in verb. officialis, num. 2. verſ.
& ideo Adminiſtratores, per tex. in l. ex-
cellentia, C. de erogat. milit. annon. lib. 12.*
vbi in meo Codice lego, *in duplum; ibi
memorati in duplum reddere compellan-
tur, &c.* & ita etiam notant ibi *Andr. de
Barulo num. 1. & Io. de Plat. verſ. in ſecũ-
do dicto, Capolla in Auth. ſed nouo iure,
num. 15. C. de ſeru. fugitiu.* quem refert,
& ſequitur *Auendag. d. par. 2. cap. 10. nu.
34. de exequend. mandat. Excobar. de ra-
tiocin. cap. 10. num. 47.* qui ait; ad hoc, vt
17 tutoris, vel alterius adminiſtratoris do-
lus, culpa, vel negligentia circa libri cõ-
fectionem argui non poſſit, debet eſſe
cautus, omnia ſcribendo ſigillatim, ſin-
gularitèr, & de die in diem, tam reſpe-
ctu eius, quod recipit, quàm illius, quod
expendit, dicens ſic; *Tali anno collegi
ex tali fundo tot modios tritici, vel ordei,
& expendi in collectione tantum tali die,
in tot operarijs, &c.* vel ſi ſoluerit aliquid
pro minore, dicat cauſam, ex qua ſoluit,
vel recipit, quia rationes etiam cauſam
habere debent, ex qua acceptum, da-
tumque ſit. *Ita Excobar. qui infra ſub
num. 69.* aſſignat formam ſingularem ad
hoc, vt liber rationum benè dicatur cõ-
poſitus, ideo videndus.

18 Facta igitur exhibitione, & viſo libro
rationum dati, & accepti, tunc Syndici,
ſeu Reuiſores, etiam ipſo Adminiſtra-
tore abſente, & non citato, cõtra ipſum
ferre ſententiam valent, vt notat *gloſſ.
in l. 2. in verb. inanis*, & poſt eam *Bart.
ff. ad adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinen.
& alij multi relati a Iaſone in l. ne quic-
quam, num. 45. ff. de offic. Proc. & Legat.*
& huius concluſionis rationem reddit
Loſæus loco citato num. 22. dicens non
eſſe requirendam aliam cognitionem,
niſi ipſius rationis computationem; &
hoc idem ſcribit *Peregr. de iur. fisc. lib. 6.*
19 *tit. 7. n. 6. & 7.* vbi ait, quòd ita cõſuetudo
obſeruat, vt contra debitores fiſcales pro
eorum debito liquido procedatur ad
capturam perſonæ, & ad tenutam bono-
rum, *l. nemo carcerem, C. de exact. trib. lib.
10. vbi Angel. hoc notat; Marant. in ſpec.
par. 4. diſtin. 9. num. 181. verſ. decimoſepti-
mò dicitur cauſa ſummaria; & legitur in
tex. d. l. 2. ff. de adminiſtr. rer. ad Ciuitat.
pertinen. ibi. idque & ſi contra abſentem
pronunciatum eſt, inanis querela eſt, &c.
Hieron. de Mont. de finib. regund. cap. 32.
num. 6.*

20 Lata verò ſententia ſtatim exequi de-
bet, appellatione non obſtante, *argum.
tex. in Auth. de Sanctiſſ. Episc. §. Oecono-
mos, coll. 9. ibi, non enim concedimus præ-
dictis perſonis pro memoratis cauſis ante
exa-*

examinationem, & exactionē debiti proprios Epiſcopos declinare, & ad alia venire iudicia, &c. & ita declarat ibi *gloſſ. in verb. repetitionem*; & poſt eam *Ang. ibi & alij relati ab Auendagn. d. par. 2. cap. 10. num. 36. Excobar. tract. de ratiocin. cap. 4. num. 5.* dicens, hoc ſancitum eſſe in odium malè adminiſtrantium bona aliena: & alia multa congerit *Lancellot. tract. de attent. in 2. par. cap. 12. limit. 19. num. 2. & per tot.*

21 Et quòd obligatus reddere rationem fiſco Regio, & apud nos Cameræ Apoſtolicæ non gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, itaut ad eam confugiens ante redditam rationem extrahi poſſit, colligitur *ex text. in Auth. de mand. Princip. §. publicorum, coll. 3. tit. 4.* cuius verba ſunt hæc. *Publicorum verò Tributorum exactiones etiam intra Templa decentèr fieri procurabis: quoniam fiſcalium ratio, & militibus, & priuatis, ipſiſque Templis, & cunctæ Reipublicæ vtilis, & neceſſaria eſt, &c.* Verū hæc concluſio non eſt tuta; neque de iure gentium, vt notat *Gambacurta de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 15. num. 11. dicens*. De debitoribus tributorūm an eodem aſyli iure apud gentes vſi ſint, in neutram partem aliquid reperio: probabile eſt tamen fuiſſe omnino tutos; & melius, & fuſius hanc quæſtionem examinat idem auctor eodem *tract. lib. 4 cap. 15.* De obæratis confugientibus ad Eccleſiam, & relatis hinc inde opinionibus, tandem concludit gaudere immunitate etiam in terminis Conſtit. Greg. XIV. ad quem me remitto, eoque magis quia ita etiam declaraſſe audio Sacram Immunitatis Congregationem, & alia quædam *dicemus infra gloſſ. 2. §. 11. nu. 134. 135. & 136.*

22 Sed quoniam ſupra dictum eſt, poſſe hanc noſtram Congregationem, prout non rarò facit, rationes iam redditas iterum reuidere, præſertim vbi aliqua ſuperueniat ſuſpicio contra Reuiſores primæ viſionis, & calculi, & Communitates fuiſſe læſas, quæſitum eſt, ſumptibus cuius hæc ſecunda viſio facienda ſit? Hanc queſtionem poſt multos examinat *Munoz. de Excobar. tractat. de ratiocin. cap. 42. num. 6. & ſeq.* & affert diſtinctionem deſumptam *ab Aymone Crauet. in conſ. 236. num. 15.* dicente. Aut adminiſtratores, quorum rationes iterum ſunt expungendæ, ſunt in dolo; & hoc caſu expenſis ipſorum, quia iniquum eſſet grauare Vniuerſitates in expenſis, etiāſi ad eorum inſtantiam iudex reuiſionem impartitus eſſet; quia pœna ſuum debet ſequi auctorem, *l. ſancimus, C. de pœnis.* Aut fit reuiſio ad inſtātiam alicuius particularis, qui tanquam vnus de populo hoc petijt (quod petere poteſt, *vt dicemus infra §. 10. gloſſ. 2.*) tunc noua reuiſio facienda erit ſumptibus petentis, donec exitus cauſæ aliud moneat, ex vulgata regula, quando quis petit aliquid fieri, eius expenſis fieri debet, *l. quoniam liberi, C. de teſtib.* Si verò Iudex ex officio publicas rationes iterum reuidere mandat, & vult, tunc Iudex ſuis expenſis vſque ad exitum cauſæ reuiſionem faciet, quemadmodum ſumptibus

23 proprijs tenetur viſitare loca publica ſui territorij, quando habet ſalarium publicum, vt notat *Io. de Platea in l. Præſidibus, num. 1. verſ. nota ergo, C. de curſu pub. lib. 12. & in l. fin. num. 5. C. de canon. largit. lib. 10. Auendag. de exeq. mand. par. 1. cap. 4. num. 45.* Conſuluit denique *Crauett. d. conſ. 236.* ad euitandas huiuſmodi expenſas trāſportandos eſſe libros rationum ad domum Iudicis, qui citatis citandis, rationes iterum videat, errores corrigat, reliqua, ſi quæ ſunt, cum effectu reſtitui curet, itaut Reſpublica illæſa, & incolumis a fraudibus malè adminiſtrantium conſeruetur. Prout ab hac noſtra Congregatione quandoque ſeruatum vidi, vt ſcilicet Depoſitarij Vniuerſitatum rationes reddant hic in Vrbe coram Prælato illius Prouinciæ, vbi ſita eſt Vniuerſitas Ponente, adhibito etiam Communitatum Status Eccleſiaſtici Ratiocinatore, ſeu Computiſta generali.

Quandoque etiam, cum ad eandem Congregationem pertineat Vniuerſitatum

24 tum defenſio, quia per ſe ipſas non valent ſe defendere, *Auth. vt ij, qui oblig. ſe habere, § fin. verſ. hæc lex; & notant Archidiac. ac alij in c. quorum vices, diſt. 68. Guid. Pap. deciſ. 631. nu. 9.* tranſmittit Commiſſarios per Prouincias, & Vniuerſitates, qui Statum, & Regimen cuiuſque Vniuerſitatis videant, adiuuent, & indigentijs conſulant: prout anno 1633. ad Ciuitatem Peruſinam primò, deinde ad Aemiliam Prouinciam tranſmiſſus

25 fuit Reuerendiſſimus D. Lælius Falconerius, poſtea Coloniæ pro S. Sede Apoſtolicæ Nuncius, denique S.R.E. Cardinalis, tunc eiuſdem Cōgregationis Auditor; & anno 1636. Reuerendiſſimus D. Carolus Perbenedictus Camers (illius Eminentiſsimi Cardinalis de Camerino nuncupati, & cuius memoria ſemper viuida eſſe debet apud omnes Vniuerſitates

tes

tes Eccleſiaſticę Ditionis, hic enim apud Sanctiſsimum Pontificem Clem. VIII. præcipuus promotor, & excitator extitit, vt hæc Bulla ſuper Bono Regimine ederetur, Nepos meritiſsimus) in Vmbriam præter ordinarias ipſius Congregationis facultates, ſpeciali quoque Sũmi Pontificis Vrbani VIII. diplomate munitus, ac ſuffultus ad omnium Ciuitatum, & Locorum illius Prouinciæ ſtatum, & regimen examinan. & diſpungendum profectus eſt: & ambo ſumptibus proprijs militantes; prout etiam fecerunt Illuſtriſsimi, & Reue endiſsimi Domini Stephanus Saulius Patritius Ianuenſis, deinde Prouinciæ Patrimonij Gubernator; & Proſper Mutus Patritius Romanus, nedum huius noſtræ Cõgregationis, ſed Sacræ Conſultæ Auditor, & huius deinde Secretarius, Baſilicæque Principis Apoſtolorum Canonicus, per
6 alia loca Ditionis Eccleſiaſticæ: licèt aliquando aſsignari ſoleat Commiſſarijs huiuſmodi (ſed tamen inferioris ordinis, puta ſi ſint priuati viri) certum ſtipendium, decem ſcilicet pro centenario, detrahendum ex burſa debitorum Vniuerſitatis, qui moroſi fuerunt in ſoluendo quicquid ipſis Vniuerſitatibus debebant: Qui tamen ſtylus improbatur, & valde inhumanus dicitur *a Bobadill. lib. 5. politic. cap. 1. num. 251. nec etiam placet Munoz. de Excobar. d. cap. 42. n. 11. & 12.* dum ait. *Iſti Iudices Commiſſarij ne pro eorum ſalarijs deficiat, ſubditos (ob leuiſſimam etiam culpam) excoriare ſolent, quod norint melius verſati, & practici Senatores Regij Conſilij*: ita Excobar. quibus nos addimus, & oculata fide teſtamur, nonnullos ex iſtis Cõmiſſarijs adeo proprium quæſtum appetere, vt poſthabito munere ipſis iniuncto, nihil curantes exigere credita Vniuerſitatum, receptis tantummodo ſtipendijs ſibi conſtitutis, debitores vlterius ad ſoluendum cogere non curant: quapropter iniungendum eſſet, & declarandum, nullo modo poſſe huiuſmo-
27 di Commiſſarios recipere ſtipendia, niſi realitèr, & cum effectu exigant, & pecunias in marſupium Ciuitatum, & Locorum prius reponant: *prout diximus ſupra §. 4. gloſſ. 3. num. 55. de Theſaurario Papæ*, fuiſſe deciſum in plena Camera; non poſſe inquam ipſum Theſaurarium habere decimam, niſi de verè exactis.

Præterea quæſitum eſt, vtrum Adminiſtratores rerum publicarũ ſi malè adminiſtraſſe, & doloſè pecunias publicas, & bona occultaſſe, ac in proprios vſus
28 conuertiſſe reperti fuerint, Procurator fiſcalis valeat coram Iudicibus ordinarijs inſtare, vt aliqua corporali pœna puniantur? & licèt negatiuè videatur reſpondere *Munoz. de Excobar. d. cap. 42. num. 14. 15. & 16.* ſumpto argumento a tutore, & curatore, qui in duplum tantùm puniuntur; imò idem quoque ius ſtatuitur in Adminiſtratoribus Ciuitatũ, *vt in l. excellentia, C. de erogat. milit. annon. lib. 12. & dictum eſt ſupra*. Contraria tamen opinio magis placet, ponderando *textum in Auth. de mandat. Princip. §. coges*; vbi Theſaurarius, vel Exactor, qui aliqua bona, vel pecunias a ſe collectas occultauerit, & doloſè retinuerit, non reddendo integram rationẽ, pœna amputationis manus mulctatur; vbi *Accurſius in verb. manus amputationem*, addit; hanc pœnam hodie eſſe generalem contra quemcumque, cui ſit amputandum aliquod membrum; & videtur ſentire *Socin. conſ. 46. col. 5. verſ. 5.
30 & vlt. quod eſt repetitum conſ. 213. lib. 2. relatus ab Oſaſcb. deciſ. 70. num. 9.* licèt antea dicat teneri ad pœnam quadrupli, & ad reſtitutionem retentorum: & ſi Decurio, vel alius Officialis hoc admiſerit delictum plumbatorum ictibus ſubijciẽdus erit, vt eſt *Theod. & Valent. ſanctio in l. quilibet, 40. C. de decurion. lib. 10.*
31 quinimo & capitalem pœnam legimus iniunctam, ſi quis Iudex tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerit; *§. item lex Iulia peculatus, Inſtit. de public. iudic. & alia multa congerit Excobar. d. cap. 42. num. 17. & ſeq. videndus*; qui ait, vltra pœnas prædictas ad reſtitutionem eius, quod vſurpauerat, cum maiori intereſſe condemnandus erit, *ex gloſſ. in l. cum quidam, §. eos qui, in verb. notum eſt, ff. de vſur.*

32 Et nos habemus legem ſatis claram in *Conſtit. 38. aliàs 25. cupientes, Pauli V. Bullar. nou. tom. 3. pag.* 227. qua cautum eſt, poſſe hanc noſtram Congregationẽ non ſolùm per ſe ipſam, ſed etiam per alios ab ea delegatos cauſas criminales meras, & mixtas, vbi de intereſſe Communitatum Status Eccleſiaſtici mediatè, vel immediatè ſubiectarum agitur, cognoſcere, & terminare, præcipuè circa computorum redditionem, tam annonæ, quàm pecuniarum, rerum, & bonorum.

Et contra tranſgreſſores, inobedientes, & Conſtitutionis ſuper Bono Regimine

mine violatores ſtatutæ ſunt ab eodem
Clem. VIII. pœnæ, vt præter reſtitutio-
nem, ſolutionem, & damni refectionem,
qui preeminētia, aut gradu aliquo cęte-
ris ſuperiores fuerint, omnibus Officijs,
& Magiſtratibus ſint eò ipſo priuati, &
in futurum incapaces ad illa iterum ob-
tinenda, & tam ipſi, quàm alij inferio-
res perpetua infamia, & ignominia no-
tati; & vltra reſtitutionē in duplum eius
damni, quod communi maſſæ illatum
erit, ſi ſoluendo fuerint, ſin minus, pęna
exilij, ac carceris ſaltem triennalis ple-
ctantur; vt plenius habetur in *Bulla §.21*
concordant etiam, quæ ſcribit *Excobar.*
33 *loco citato, verſ. quinimò*. Qui verò con-
ſenſum tacitè, vel expreſsè in præiudi-
cium Vniuerſitatis præſtiterint, ſi ſoluē-
do fuerint, tantundem pecuniarum,
quantum indebitè conſenſerint, erogan-
dum, de ſuo perſoluant; quòd ſi propter
inopiam præſtare nequiuerint, pœna
aliqua corporis afflictiua ſuperiorum ar-
bitrio puniantur, *vt in eod. §.21.*
34 Nec tantùm ex claris probationibus
contra huiuſmodi Adminiſtratores pro-
ceditur, verùm etiam præſumptionibus;
puta ſi tempore officij ſuſcepti pauper-
tate laborabant, & finito officio diuites,
& opulenti exiſtant, præſumuntur ex bo-
nis Reipublicæ, & Vniuerſitatum ditati:
35 & lucrum, ſeu augumentum hoc poſſe
Fiſco, vel Reipublicæ applicari, notat
Bald. in l.1. ante fin. C. *de hæred. vel act.
vend. Neuiz. in ſylua nupt. lib.5. nu.*110.
*verſ. ſit etiam, & alij multi relati ab Ex-
cobar. d. cap.42. nu.17. verſ. ſi verò ſemel*;
& faciunt quæ ſcribit *Vulcaſius Gallica-
nus in Auidium Caſſium ad finem*, dum
de Miniſtris ad regendas Prouincias, &
36 Ciuitates miſſis loquitur his verbis: *An
ego Proconſules, an ego Præſides putem
qui ad hoc ſibi a Senatu, & ab Antonino
Prouincias datas credunt, vt luxurien-
tur, vt diuites? Audiſti Præfecti Præto-
rij noſtri philoſophi ante triduum quàm
fieret mendicum, & pauperem; ſed ſubitò
diuitem factum: Vnde quæſo, niſi de
viſceribus Reipublicæ, Prouincialium-
que fortunis?*
Additur etiam *in d. §.21. ſed melius*
37 *hoc noſtro §. 9. in fine*: vt præmiſſa om-
nia promptius exequantur, qualitèr ſit
pœnarum a delinquentibus exigēdarum
facienda diuiſio; nempe quartam partē
Procuratori fiſcali applicandam, reliquas
verò tres Cameræ Apoſtolicæ cedere
*ex Pauli V. declaratione, quæ legitur in
præcitata Conſtit.38, aliàs 25.* §.2. & hanc
38 partis pœnarum applicationem delato-
ribus, & inſtigatoribus antiquam eſſe
conſtat *ex Alex. ab Alex dier. genial lib.
cap.22. verſ. eademque lege, vbi T*[illegible]
viden. Petr. Greg. Tholoſ. in ſyntag. [illegible]
vniuer. lib.32. cap.4. num.8.
Quanto autem tempore rationes red-
ditæ, & ſubſcriptæ aduerſus eum, qui ad-
39 miniſtrauit, vel eius hæredes retractari
poſsint, dicas contra principalem ſpatio
viginti annorum, contra hæredem verò
ſpatio decem annorum, *l.13. §.1. ff. de
diuerſ. & tempor. præſcript. l 9. ff. de ad-
min. rer. ad Ciuit. pertin. l.2. cum gloſſ.* C.
*de iur. fisc. lib.10. Nicol. Loſæ. de iur. vni-
uerſ. par.3. cap. vlt. nu.23. ſed plenius hanc
concluſionem examinat Excobar. de ra-
tiocin. cap.41. per tot.* vbi quærit, quibus
ex cauſis rationes ſemel calculatæ ite-
rum poſsint fieri, reuideri, & retractari.
40 Verùm in materia *hac reuiſionis* com-
putorum, & redditionis rationis plu ri-
mùm eſſe deferēdum cōſuetudini cuiuſ-
que loci, vbi ratio reddenda eſt, præter
tit. in C. lib.3. tit.21. vbi *de ratio* [illegible]
publicis, quàm priuatis agi oportet, [illegible]
*ibi Scribentes, vide eundem Excobar d.
tract. cap.2. nu.*10. vbi etiam docet, [illegible]
ſeruandum ſit ab ijs. qui veram, & rectā
rationem adminiſtrationis reddere vo-
lunt.

S V M M A R I V M.

1 *Vniuerſitates poſſunt agere, & conueniri in iudicio mediante perſona Syndici, vel Actoris.*
2 *Syndicus propriè dicitur ille, qui conſtituitur ab Vniuerſitate, vel Collegio.*
3 *Syndicus dicitur quaſi ſingulorum cauſas dicens.*
4 *Vniuerſitas cogi poteſt officio iudicis ad conſtituendum Syndicum.*
5 *Syndicus electus ab Vniuerſitate non poteſt recuſare officium, præcipuè in Ciuitate parua.*
6 *Non ſolùm patri, ſed patriæ naſcimur; nec eſt laudandus, qui ſe, vel alios ſubtrabit vtilitatibus patriæ.*
7 *Syndicus non excuſatur, quòd in Ciuitate ſint magis idonei.*
8 *Coactus ad acceptandum officium publicum, non tamen liberatur a præſtandis ſolitis cautionibus in fauorem Reipublicæ.*
9 *In conſtitutione Syndici multa requiruntur, quæ hic referuntur.*
10 *Decretum iudicis neceſſariò requiritur in conſtitutione Syndici facti ad alienandum:*

nandum : quæ concluſio examinatur.

Specificatio nominum eorum, qui interueniunt in conſtitutione Syndici quãdo requiratur.

Syndicus ad defendendum iura Vniuerſitatis poteſt ab vno tantùm conſtitui, & quare.

Syndicus conſtitutus ad ſoluendum, debet inquirere diligentèr, an Vniuerſitas ſit debitrix, aliàs dicitur in lata culpa.

Maſſarius Communitatis non debet ſoluere debita Vniuerſitatis, niſi de mandato Procerum.

Syndicus non præſumitur conſtitutus ad ſoluendum quod non debetur, licèt habeat mandatum cum libera.

Officialis publicus non poteſt ſoluere vnum nummum ex æquitate ſui capitis.

Confeſſio de recepto facta a Syndico, quando, & quomodo præiudicet Vniuerſitati.

Debitor Ciuitatis ſoluens ei, qui communitèr putabatur Exactor ipſius Ciui*tatis, benè ſoluit.*

9 *Confeſſio non admittitur, quando eſt probibita alienatio.*

20 *Confeſſio Prælati non præiudicat Eccleſiæ, neque procuratoris præiudicat domino.*

21 *Citatio contra Syndicum an ſufficiat agere volenti contra Vniuerſitatem.*

22 *Vniuerſitas quando citanda ſit.*

23 *Syndicus mittendus ad aliquem locum pro defenſione iurium Vniuerſitatis, non poteſt petere ſalarium, ſed expenſas tantùm.*

4 *Decuriones Ciuitatum habent generale mandatum ad agendum, vel ſecundũ alios Poteſtas ipſius Vniuerſitatis.*

Syndicus poteſt etiam iurare de calumnia.

6 *Vniuerſitas contraueniens iuramento, an, & quando periura dicatur, & fiat.*

7 *Vniuerſitas obligata per Syndicum in forma Cameræ, an, & quando poſſit excommunicari.*

8 *Syndici electi ab Vniuerſitatibus ad ſyndicandum officiales habent iuriſdictionem.*

29 *Syndicus an, quando, & quomodo poſſit obligare bona, & perſonas ſingulorum ciuium in ſolidum.*

30 *Ex obligatis in ſolidum, ſi vnus ſoluat ratam ſuam, non tamen liberatur pro rata aliorum.*

31 *Ciuitas tenetur indemnes conſeruare particulares perſonas, quæ pro ipſa ſoluerunt; vel ex publico ærario, ſi extet, vel per collectam imponendam.*

§. IX.

Gloſſ. 2.

Syndicis.

CAP. XXIV.

1 NVLLI dubium eſt, Vniuerſitates poſſe in iudicijs eſſe agendo, & excipiendo, *l.1. §.1. l.2.3.7. & 9. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin. l. procuratores, C. de decurion. lib. 10.* Cum autem per ſe ipſas in iudicio eſſe non poſſint, neceſſe habent conſtituere Syndicos, & actores, a quibus ipſa Vniuerſitas repręſentetur, *d. l. 2. & 3. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. l. 8. ff. de pollicit. ibi, actores conſtituti, qui legitimè pro Ciuitate agere poſſunt nomine publico, adire aduerſus eum Iudices poterunt, &c.* Et Syndicus propriè dicitur ille, qui eſt conſtitutus ab Vniuerſi-
2 tate, & Collegio, *l. 1. §. quibus, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin.* & dicitur Syndicus, quaſi ſingulorum cauſas dicens,
3 *c. 1. de Syndic. gloſſ. in l. 1. §. quibus antẽ, in verb. Syndicum, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin.*

4 Et quemadmodum Vniuerſitas cogi poteſt officio Iudicis ad conſtituendum Syndicum, vt ipſam Vniuerſitatem defendat, & qui nomine ipſius conueniri poſſit a creditoribus, vt cauſæ facilius, & melius agantur, *ex Rip. l. 1. §. ſi autem Collegium, num. 9. ff. ad S.C. Trebell. & alijs a Loſæo relatis tract. de iur. vniuerſ. par. 2. cap 1 num. 3. Io. de Plat. in l. 1. nu. 3. C. de iur. Reip. lib. 11.* ita qui fuerit ele-
5 ctus in Syndicum, non poterit officium recuſare, *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 30. num. 88. & ſeq.* & ampliat hoc magis procedere in Ciuitate parua; & pluribus exornat hanc concluſionem *Petr. Greg. Tholoſ. tract. de repub. lib. 4. cap. 5. num. 4. verſ. contrarium tamen*: Nam vt

Vlpianus ait in l.1.§.apparet itaque,verſ.
quia non tantum, ff. de ventre in poſſeſſ.
6 *mittend.* non ſolùm patri, ſed patriæ na-
ſcimur, nec eſt laudandus qui ſe, vel a-
lios ſubtrahit vtilitatibus patriæ, *l.3. §.*
*quod pater,ff.de mun.& hon.*Nec valeret
7 excuſatio, quæ diceret, magis idoneos
in eadem Vniuerſitate reperiri, qui tale
munus exercere valeant, *ex mente gloſſ.*
vlt.in c.quid ergo,11. quæſt.3. & optimè
facit tex. in l.ſi quis Magiſtratus, ff. de
muner.& honor.

8 Notandum quoque eſt, licèt quis co-
gatur acceptare officium, non tamen
liberatur a præſtandis ſolitis cautioni-
bus in fauorem Reipublicæ, vt eſt *tex.ad*
literam in l.fin.ff.ad municip.in fine: ibi.
Imperatores Verus, & Antoninus re-
ſcripſerunt non minus eos, qui compulſi
Magiſtratu funguntur, cauere debere,
quàm qui ſponte officium agnouerunt.

9 In conſtitutione autem Syndici multa
requiruntur, vt valida dicatur, vt notat
Marc.deciſ.781.& 782.per tot. Horum
aliqua ſunt generalia ad omnes alios a-
ctus, qui fiunt ab Vniuerſitatibus; alia
verò ſunt ſpecialia reſpicientia modum,
& formam conſtituendi Syndicum.

Primò igitur requiritur, vt Vniuerſi-
tas, ſeu ipſius Conſilium conuocetur
mandato Superioris, *l.obſeruare, C.de*
decurion.lib.10. vbi Io.de Plat.num.1. &
nos dicemus infra latius §.12. gloſſ.2. in
verb.Conſilijs.

Secundò requiritur, vt Conſilium cō-
gregetur in loco publico,ſolito, & con-
ſueto, ad ſonum Campanæ, vel Tubæ,
ſeu Præconis vocem iuxta conſuetudinē
cuiuſque loci, *d.l.obſeruare, & ibi Pla-*
teanus num.2. Marc.dict.deciſ.781. in
princip.

Tertiò requiritur interuentus, & præ-
ſentia ſaltem duarum partium ex tribus,
quæ interuenire debent, & ſolent in
Conſilijs, *l.3.& 4.ff.quod cuiuſque Vni-*
uerſ. nomin. l.quod maior, ff. ad munici-
pal.l.45.nominatorum,C.de decurion.lib.
10. Nec ſatis eſſet ſola præſentia duarū
partium, niſi omnes Conſiliarij eſſent
vocati per ſonum Tubæ, vel Campanæ,
ad tradita *per Marcum d.deciſ.782. n.5.*

Quartò, ſiue omnes Decuriones, ſiue
maior eorum pars interueniat, neceſſe
eſt, vt maior pars congregatorum con-
ſentiat, *gloſſ. in l.30. procuratores, in*
verb.Reipublicæ, vbi etiam Io.de Plat. C.
de decurion. lib. 10. Et hæc requiruntur
generaliter ad omnes alios actus, & in
electionibus ferè omnium officialium,
quæ fiunt ab Vniuerſitatibus; *Marcus, &*
alij ab eo relati d.deciſ.782.

10 Quintò, ſpecialitèr in conſtitutione
Syndici requiritur, vt præmittatur, &
adſit decretum, & auctoritas Iudicis,
Prætoris, ſeu alterius Officialis, qui Præ-
poſitus ſit gubernatio illius Vniuerſita-
tis: Quæ concluſio licèt a quibuſdam
non recipiatur, volentibus in conſtitu-
tione Syndici ſufficere decretum Decu-
rionum, abſque alia Superioris auctori-
tate; verùm magis tutum eſſe dicit *Bar*
in l.3. num.7.ff. quod cuiuſque Vniuerſ.
nomin. ſi vltra decretum Decurionum
interueniat etiam Superioris auctoritas
vide *Boccacc.ad Conſtit.Piceni, gloſſ.6.*
num.21.& ſeqq.

Et Syndicum electum præſentandum
eſſe iudici, vt ab eo confirmetur, & in
eius manibus iuramentum præſtet, ait
Marcus d.deciſ.781.num.5. & deciſ. 789.
per tot.Nicol.Loſæus de iur.vniuerſ. par.
2. cap.1. num.22. qui poſt multa refert
opinionem *Caſtrenſ.in l.3. nu.6.ff.quod*
cuiuſque vniuerſ.nomin. & in l.6. §.ſed
ſi ita, n.vlt. cū §.quid ſit actor, ff.eodem
diſtinguentis. Si conſtituatur Syndicus
ab aliqua Ciuitate non recognoſcente
ſuperiorem, tunc non requiritur aucto-
ritas, ſeu confirmatio iudicis; ſi autem
conſtituatur ab Vniuerſitate recogno-
ſcente ſuperiorem, tunc erit neceſſaria
auctoritas, & confirmatio iudicis, præ-
ſertim quia in iſtis Vniuerſitatibus ſub-
ditis non poteſt conuocari, nec congre-
gari Conſilium ſine licentia, & inter-
uentu officialis, qui Principem repræſen-
tat. Verùm *Io.de Plat.in l.procuratores,*
verſ.ſed veritas, C. de decurion. lib. 10.
aliam affert diſtinctionem, quæ non mi-
hi diſplicet. Ait enim ille; aut conſti-
tuitur Syndicus ad iudicia, quo caſu
quilibet de populo poteſt pro ſua patria
comparere, vt *in d. l. procuratores,* &
hoc caſu non requiritur decretum iudi-
cis; aut conſtituitur Syndicus ad alienā-
dum bona Vniuerſitatis, & hoc caſu re-
quiritur decretum iudicis. Ita *Plateanus,*
& Boccaccius loco citato.

Præterea requiritur, vt in inſtrumen-
11 to deſcribantur, & exprimantur ſingil-
latim nomina omnium Conſiliariorum,
qui in conſtitutione Syndici interfue-
runt, vt notant *Scribentes, & præcipuè*
Io.de Plat.in l.vlt.num.4.verſ.item facit,
C.de vend.reb.Ciuit.lib.11. Loſæ. d.tract.
de iur. vniuerſ. par.2.cap vnic. num.23.
vbi hanc concluſionem diſtinguit; tunc
ſcilicet habere locum, quando agitur de

re

re magni ponderis, vt eſt alienatio bo-
norum Vniuerſitatis; ſi verò agatur
de re parui momenti, non eſſe neceſſa-
riam expreſſionem: & ita dicit eſſe in-
telligendos *Iaſ.in l.placet,num.15. C.de
ſacroſ.Eccleſ.poſt Bart.in l.1.num.xli.ff.
de alb.ſcriben.Bal. in l.3. num.3.ff.quod
cuiuſque vniuerſ.nomin.Roland.conſ 90.
num.16.21.& 55. lib.1.& omnium ple-
nius Myſinger. obſeru. 18. cent.3.* dicen-
tes, non ſufficere, ſi dicatur, *Decuriones
conſtituunt,& faciunt talem Syndicum,*
vel nominare duos, vel tres ex ipſis De-
curionibus, & poſtea ſubijcere, *& omnes
alij, qui faciunt maiorem partem.* Ol-
dradus antem in conſ.100. ita diſtinxit:
Aut conſtituitur Syndicus ſub nomine
collectiuo certam iuris determinationē
habente, vt eſt Capitulum, Vniuerſitas,
Ciuitas, Collegium, Conuentus, & ſi-
milia, tunc non eſt neceſſe nomina Ca-
nonicorum, vel ſingulorum de Vniner-
ſitate, *Ciuitate, vel Collegio* exprime-
re. Aut conſtituitur per nomina ſingu-
laria corpora deſignantia, puta, ſi dica-
tur, Canonici talis Eccleſiæ, Ciues talis
Municipij, tunc exprimenda ſunt nomi-
na ſingulorum, ea ratione, qnia talis ſer-
mo poteſt verificari de duobus tantùm.
*l.inter illam,§.vlt.ff. de verb.ſignific. &
hanc opinionem ſequutam fuiſſe Camerā
Imperialem teſtatur Myſinger. d. obſer.
28.cent.3. & ſupra obſer.76. cent. 1. verſ.
cæterùm quando.*

12 Et Syndicum ad defendendum iura
Vniuerſitatum etiam ab vno cōſtitutum
procedere poſſe dixit *Rota coram Cre-
ſcentio deciſ.6.num 4.de procurator.alids
eſt 117.* ea ratione, quia Vniuerſitas vti-
tur iure minoris, & geſta cum minus le-
gitimo procuratore minoris in defen-
ſione valet. *l.non eo minus,14. C.de pro-
curat.ibi: Minoribus enim ætas in dam-
nis ſubuenire, non in rebus proſperè ge-
ſtis obeſſe conſueuit.* Quibus addi po-
teſt, quòd in ijs, quæ defenſionem Vni-
uerſitatum reſpiciunt, quilibet de popu-
lo, etiam ſine mandato in iudicio ſtare
poteſt, *l. procuratores, vbi Ioan. de Plat.
verſ. ſed veritas, C. de decur. lib.10.* vbi
addit hoc etiam fieri poſſe ſine decreto
iudicis, quando conſtituitur Syndicus
ad iudicia; ſecus ſi ad alienandum, vt di-
ximus ſupra.

13 Vbi verò Syndicus fuerit conſtitutus
pro Vniuerſitate ad ſoluendum debita,
& ſatisfaciendum creditoribus; ſi ante-
quam ſoluat, non inquirat diligentèr, an
verè Vniuerſitas ſit debitrix, & ad illius
ſolutionem tencatnr, & ex qua cauſa, &
an benè probata ſit; dicitnr in lata cul-
pa, ſi ſoluerit; quod maximè locum ha-
bet, niſi iudicis, & decurionum iuſſus
præceſſerit, vt eſt doctrina *Bart. in l.
quoties,notab.3. ff.ad municipal.* qni ait,
Maſſarium Communitatis ſoluere non
14 debere debita Vniuerſitatis, niſi de mā-
dato Prioris, & Procerum; *Munnoz. de
Excobar.tract.de ratiocin.cap.23. nu.20.
& 21.ſequutus Bald.de Vbald. in tract.
de conſtitut.num.1.vol.1.* dicentem; licèt
Syndicus Vniuerſitatis habeat mandatū
generale cum libera a lege circa nego-
tia Vniuerſitatis, adhuc ſine iudicis mā-
dato bonam fidem ſolnendo agnoſcere
15 non poteſt, *arg.text.in l. ſi is cui,§. Fla-
uius, ff. de ſolution.ibi: quia non eſt veri-
ſimile dominum ad eam ſpeciem ſoluen-
dis pecunijs ſeruum præpoſuiſſe, quæ ſol-
ui non debuerint. & Bald.in rubr. C. de*
16 *conſtit. pecun.* ſcripſit; Officialem publi-
cum non poſſe ſoluere vnnm nnmmnm
ex æquitate ſui capitis. *Nicolaus tamen
Loſæus d.tract.de iur.Vniuerſ.par.1.cap.
vlt. num.116.* voluit; qnòd licèt Syndi-
17 cus, & Adminiſtrator rerum pnblicarum
non poſſit gratis debitum liquidum V-
niuerſitatis remittere, ſi tamen confi-
teatur ſolutum eſſe Vniuerſitati, & ha-
beat facultatem recipiendi ſolutiones,
talis confeſſio præiudicat Vniuerſitati,
& illi ſtatur; & hanc eſſe opinionem
Caſtrenſ.in l.38.num.3. ff.de pact. quæ ta-
men opinio ſi vera eſt, puto eam intelli-
18 gendam, vt ſcilicet præiudicet Vniuer-
ſitati, quoàd eum, qui ſoluir; nam de-
bitor Ciuitatis ſolnens ei, qui commu-
nitèr putabatur Exactor ipſius Ciuitatis,
benè ſoluit, & liberatur, qnàmuis non
eſſet verè procurator, & exactor, *l. eius
qui in Prouincia, ff. ſi cert. pet. l. ſi quis
ſeruo, ff. de ſolut. & alia adducit Curt.
iun.conſ 310.num.94. & ſeq. lib.3.* Non
autem præiudicare, quin Vniuerſitàs a-
gere poſſit contra Syndicum, qui talem
19 fecit confeſſionem; nam confeſſio non
admittitur, quando eſt prohibita alie-
natio, *Put.deciſ.7. & 55.ferè per tot.lib.
3.in nouis;Greg.XV.deciſ.188.num.7.* ſi-
cut etiam confeſſio Prælati, & Admini-
20 ſtratoris non præindicat Eccleſiæ, *Se-
raphin.deciſ.292. nu.2.* Er confeſſionem
procuratoris, ſe recepiſſe pecuniam non
præiudicare domino, niſi habeat ſpecia-
le mandatum ad confitendum, *idem
Seraphin. deciſ.987.fuit dubitatum an
Didaco, nu.5.*
21 An verò ſufficiat citare Syndicum,

quando qnis agere velit contra Vniuerſitatem? videtur affirmatiuè reſpondendum, per ea, qnæ dixit *Rota coram Put. deciſ.448.in cauſa Spoletana, ſeu Nurſina Territoriorum*; quo loci habetur, citandnm eſſe Syndicum, quando agitur de translatione bonorom accataſſatorũ de vno ad alium locum propter præiudicium, quod poteſt afferri Vniuerſitati. Sed contrariam partem tuentur *Bald. in l.5.num.4.& 15.C.de execut.rei iudic. & in l.1.in 2.lect.num.1. ff.quod cuiuſque Vniuerſ.nom.* vbi ait, Vniuerſitatem ci-
22 tandam eſſe in Conſilio congregato; nec ſufficere, ſi citetur Poteſtas, vel alius Officialis, quia eius contumacia non nocet Vniuerſitati, *Caſtrenſ.in l.1.§.1.nu.5 ff.quod cuiuſque Vniuerſ.nomin.* vbi ait, Vniuerſitatem citari debere in Arrengo, ideſt quando ſunt ſimul congregati Officiales in loco publico; citatio enim facta in perſona Syndici non ſufficeret, vt Vniuerſitas dicatur in dolo, & contumacia: ita *Caſtrenſ. relatus a Loſæo dicto tract.de iur.Vniuerſ.par.2.cap. vnic.nu. 63.videndus*, quia alia multa ad hanc rẽ adducit. Verùm quòd non ſufficiat citare Syndicum, puto verum, quando Syndicus eſſet generalitèr conſtitutus, ſecus autem, quando ſpecialitèr ad petitionem volentis agere contra Communitatem; quia cum hic petere poſsit a iudice, vt conſtituatur Syndicus, cum quo agat, ſi citatio contra hunc facta non valeret, inanis eſſet petitio, ad tradita per *Io.de Plat.in l.1.nu.3. C. de iur. Reipub.lib.11.& facit gloſſ.in l.6.§.actor, in verb.de rato, ff.quod cuiuſque vniuerſ. nomin.*

23 Si verò mittendus ſit Syndicus ad aliquem locum pro defenſione iurium Vniuerſitatis, non poſſe Syndicum petere ſalarium, ſed tantùm expenſas victus, ſcipſit *Guid.Pap deciſ.68.num.2.& 4.& in annotat.ad conſ.109.Alex.in verb. non poteſt petere,lib.6.* qui tamen putat, limitandam hanc concluſionem in viro, qui quotidie lucraretur ex opera ſua, *vt in d.deciſ.68.num.6.* vbi loquitur non ſolùm in Syndicis, ſed etiam in omnibus, qui mittuntnr ab Vniuerſitatibus ad aliquem locum; ideo nota, quia hoc frequentèr in facti contingentia poteſt euenire: licèt *idem Guid.* videatur concludere, attendendam eſſe conſuetudinem cuiuſque loci.

24 Denique ſi Ciuitas, vel Vniuerſitas diſcordet in cõſtitutione Syndici, vel Procuratoris, quis interim ſine mandato agere poterit? Hanc quæſtionem ponit *Roman.in ſingular.658.* ponens, quòd Collegium, qui ait in hoc caſu adeſſe duas *gloſſ. altera eſt in l.procuratores, C. de decurion lib. 10.* qnæ vult, Decuriones Ciuitatum habere generale, aliàs ſpeciale mandatum, ad agendum; altera verò *gloſſ.eſt in l.nulli, in verb.ea lege, ff.quod cuiuſque Vniuerſ. nom.* quæ dicit, Poteſtas Ciuitatis poteſt pro Ciuitate agere ſine mandato, quando pro ea non eſt conſtitutus procurator: *Hæc Roman. vbi Nicol. Pig. in annot. adducit Bart.Angel.Aret.& Alex.* hoc idem tenentes: qua de re nos etiam dicemus aliquid infra *§.16.gloſſ.3.in verb.adminiſtrauerint.*

Et alia multa ad materiam conſtitutionis Syndici, Procuratoris, Actoris, Oeconomi, & his ſimilium, quæuè ſit inter illos differentia, collegit *Loſæus videndus d. tract. de iur. Vniuerſ. par.2. cap.1.per tot.poſt Papienſem, & alios ab eo relatos; videri etiam poterit Luc. de Penn. in l. vltima num.4.& 5. C.de legation. lib.10. Boccacc. ad Conſtit. Piceni, gloſſ.6.num.18. & aliis ſeqq.*

25 An autem Syndicus iuret de calumnia; dicas affirmatiuè, *vt eſt tex. in l.2.§. quod obſeruari,C.de iur. iur. propter calumn. & notat Io.de Platea in l. Rempublicam,num.3. verſ. quia Syndicus, C. de iur.Reipubl.lib.11.*

26 Et quòd Vniuerſitas contraueniens iuramento præſtito per Syndicum habentem ad hoc ſpeciale mandatnm, efficiatur periura, *Curt. iun. in l. ſi quis maior,num.22.C. de tranſaction.* quem refert, & ſequitur *Boccac. in comment. Conſtit.Piceni, gloſſ.2.n.90.*

27 Vniuerſitas verò obligata per Syndicum in forma Cameræ an poſsit excommunicari? dicas, ſi obligatio fuit facta, ſeu ratificata per ſingulares perſonas nominatas, quæ obligarunt Vniuerſitatem, & ſe ipſos; tunc illi particulares obligati poterunt excommunicari loco Vniuerſitatis; ita *Boccac in d.comment. gloſſ.6. num.58.& melius ſupra num.44.* Si verò Vniuerſitas ſit obligata ſub nomine collectiuo, tunc non poterit excommunicari, *vt ibi per eum*, ſed fuſius *per Galleſ. de oblig Cam.quæſt.36. num.22. iuxta nouam impreſſ.& ibi Zacchias n.4.*

28 Eliguntur etiam Syndici, ſeu Syndicatores ab Vniuerſitatibus ad ſyndicandum Officiales, & videndum rationes eorum, quæ in officio geſſerunt; & hi habent iuriſdictionem iudicandi, & condem-

demnandi, ſi malè geſſerint, iuxta formã Statutorum Prouinciæ, vel ſingulorum Locorum, *Natt.conſ.636.num.136.Virg. Boccac.ad Conſtit.Picen.gloſſ.6.num.20.* & in Statu Eccleſiaſtico habes *Conſtit. Clem.VII.in ord.25.Bullar. nouo tom.1. pag.593.*

29 Et poſſe Syndicum a publico deputatum ſingulorum bona obligare; & ſi fiat obligatio cum clauſula, *in ſolidum*, quòd
30 hæc afficiat ſingulos pro tota ſumma, itaut eo caſu vnus ſoluendo partem ſuã non liberetur, cum totum ſoluere teneatur, *Bart.in l.4.§.actor,num.10.in fin. ff. de re iud.* quem refert, & ſequitur *Mangil.de euict.q.132.num.12.& 13.& num.14.* ſubdit, quòd licèt præmiſſa ve-
31 ra ſint fauore creditorum, debebit tamen Ciuitas indemnes conſeruare iſtas particulares perſonas, quę ſoluerunt pro ea, vel ex communi ærario, ſi extet, vel ex collecta imponenda per æs, & librã; vt ibi latius apud ipſum.

SVMMARIVM.

1 *Metus cuncta componit, ſi reus crimen in iudicante non inueniat.*
2 *Culpa negligentiæ iudicis eſſe probatur, quoties coguntur homines legum beneficia poſtulare.*
3 *Inſtantia, & diligentia ſicut in ſuo quoque opere artium mater inuenitur, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.*
4 *Ob negligentiam datur ius agendi.*
5 *Negligentia, & contemptus æquiparantur.*
6 *Negligens quandoque punitur pœna fuſtigationis, interdum tenetur crimine falſi, quandoque vt præuaricator, & contemptor.*
7 *Iurari poteſt in litem contra Vniuerſitatem propter culpam incolarum, qui fuerunt negligentes in cuſtodiendo, & purgando territorium a malis hominibus.*
8 *Rectores Prouinciarum puniendi ſunt, ſi facinora vindicare neglexerint.*
9 *Negligentia correctionis perdit diſciplinam in ſubditos.*
10 *Quæ malè vſurpantur, ſi negligentèr omittimus, exceſſibus alijs viam aperimus.*
11 *Gubernatores, & Officiales negligentes puniuntur non ſolùm quoad refectionem damni illati, ſed etiam priuationis, & inhabilitatis ad alia officia.*
12 *Actio, quæ datur contra Officiales negligentes, licèt ſit ſubſidiaria, extenditur tamen ad hæredes.*
13 *Officiales negligentes recipere fideiuſſores a conducentibus prouentus Vniuerſitatis qualitèr puniantur.*
14 *Negligentes colere agros, & vineas ſuas, & equos mundos habere, qua pœna puniretur antiquitùs.*
15 *Promoti ad Beneficia Eccleſiaſtica, & ad regimen bonorum Vniuerſitatum, quid agere debeant ratione iuramenti per eos præſtiti.*
16 *Tutores negligentes qua actione conueniantur.*

§. X.

Gloſſ.1.

Negligens.

CAP. XXV.

IN præcedēti §. ſancitum eſt, quid agere debeat Procurator fiſcalis cuiuſq; loci, quippe qui cogere debeat adminiſtratores ad reddendam rationem de geſtis, & inſtare coram Officialibus locorum, vt pręfigatur terminus debitoribus ad ſoluendum, & reſtituendum Vniuerſitatibus quidquid in manibus habent. Verùm ſi hæc Procuratoris fiſcalis inſtantia negligatur ab ipſis Officialibus, graue ex hoc damnum ipſis Vniuerſitatibus reſultaret

Ideo pergit Summus Pontifex in hoc §.10.declarare, & ſtatuere pœnas contra ipſos Officiales negligentes; ſiquidem, vt *Caſſiodor.ait lib.9. var.c.19.ad fin. Me-*
1 *tus cuncta componit, ſi reus crimen in iudicante non inuenit;* & *in ſeq.cap.* ad vniuerſos iudices Prouinciarũ ſcribens.
2 *Culpa ſiquidem veſtræ probatur eſſe negligentiæ, quoties a vobis coguntur homines legum beneficia poſtulare. Et Anacletus Papa relatus a Gratian. diſt.83. c.*
3 *nihil, Sicut artium* (inquit) *in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia, & diligentia, ita nouerca eruditionis eſt*
4 *negligentia:* & propter negligentiam amitti

amitti ius agendi, notat *Luc.de Penn. in*
l.2.ſi quis nauicularius, num.16. C.de
5 *naufrag.lib.*11.Aequiparantur enim ne-
gligentia, & contemptus *in Auth. vt cũ*
de app.cognoſc. §.*ſi vnum de prædictis,&*
in §.*præcedenti*, vbi multa contra negli-
gentes ſancita inuenies. Et ideo punitur
6 interdum negligens pœna fuſtigationis,
*l.1.§.quies, ff.de offic.Præfect. vigil.*quã-
doque negligens tenetur crimine falſi,
l.1.§. ſed & ſi videre, ff.de falſ. aliquan-
do etiam, vt contemptor, & præuarica-
tor, *c.cum ad monaſterium,§. penult. de*
ſtatu monachor. & alia ad rem congerit
Luc.de Penn.in l.2.num.9. C.de naufrag.
lib. 11. qui notat etiam in verſ. videtur
igitur, poſſe contra Vniuerſitates iurari
7 in litem, ſi propter culpam incolarum
fuerint negligentes in cuſtodiendo, &
expurgando eorum territoria a malis
hominibus; & hanc quæſtionem diſpu-
tat pro vtraque parte, videndus; & vide
etiam quæ diximus ſupra §.4.*gloſſ.1.in*
verbo pœnis.

Et Conſtantinus *Imperator in l.1.& l.*
8 *Chriſtianos, C. de pagan.* puniendos eſſe
præcipit Rectores Prouinciarum, ſi fa-
cinora vindicare neglexerint; negligen-
9 tia enim in corrigendo diſciplinam per-
dit in ſubditis, 23.*quæſt.3. c.* iuſtum; &
ſi negligentèr ea, quæ male vſurpantur,
10 omittimus, exceſſibus alijs viam aperi-
mus, *diſt.93. c.peruenit ad nos*. Iure igi-
tur merito ſtatuta eſt pœna ab hac no-
11 ſtra Conſtitutione cõtra Gubernatores,
& alios Officiales negligentes, nõ ſolùm
quoad refectionem damnorum, ſed etiã
priuationis, & inhabilitatis ad alia offi-
cia obtinenda, *facit tex.in l.3. C.de Ma-*
giſt. conuen. l.2. & 3.in fin. C.de conuen.
*fisci debitor.lib.*10. *& optimus tex. in*
Auth.de collat.§.*Ciuitatum, verſ. ſingu-*
lis annis; viden.eſt etiam l.2.C.de admin.
*rer. publ.lib.*11.*& Inſtit.de ſatiſd. tutor.*
vel cur. §.*ſciendum autem*, vbi licèt Im-
12 perator dicat hanc actionem eſſe ſubſi-
diariam contra Magiſtratus, & Admini-
ſtratores rerum publicarum, illa tamen
ad hæredes extendendam eſſe voluit.

13 Et Officiales negligentes exigere fi-
deiuſsiones idoneas a conductoribus
prouentuum Vniuerſitatum, illaſque
per generale Conſilium approbari, an-
tequam ad exercitium, & poſſeſsionem
rei conductæ admittantur, teneri ad
omnia damna, expenſas, & intereſſe,
quæ reſultare poſſunt Vniuerſitatibus,
dixit pluriès hæc Sacra Congregatio,
ſignantèr inſtante Prouincia Marchiæ
petitione 6. quæ deciſio deſumitur a
iure communi, *vt in Auth. de collat.* §.
Ciuitatum,verſ.ſcientibus ijs,l.quod ſe-
mel, ff.de decret. ab ord.facien. l.vt gra-
datim, ff. de mun. & honor. l. Exactores,
*C.de ſuſceptor. præpoſ. & archar. lib.*10.
Solon etiam in negligentes, & ſegnes
mulctam, & pœnam conſtituit, *authore*
Plutarc.in Solone; & in veteribus moni-
mentis inueniſſe pœnas iniunctas negli-
gentibus, teſtatur *Gellius lib. 4. cap.* 12.
his verbis. [*Si quis* agrum ſuum ſor-
14 deſcere paſſus fuerat, eumque indiligẽ-
tèr curabat, ac neque arauerat, neque
purgauerat, ſiue quis arborem ſuam, vi-
neamque habuerat derelictui, non is ſi-
ne pœna fuit, ſed erat opus cenſorium:
item ſi quis Eques Romanus equum
habere gratalentum, aut parum nitidum
viſus erat, impolitiæ notabatur: id ver-
bum ſignificat quaſi tu dicas *iniuria*.]
Hæc Gellius.

Et magis ad rem noſtram *Card. in*
Clem.2.num.2.de religioſ.domib. qui licèt
loquatur de ijs, qui negligunt recupera-
re bona Eccleſiæ, benè tamen adaptan-
15 tur ad bona Vniuerſitatum, quia ſi-
cut promoti ad Beneficia iurant, quòd
alienata, & occupata iniuſtè pro poſſe
repetent, & ad ius, & proprietatem ſui
Beneficij reducent; ita etiam Magiſtra-
tus ſæculares iurant ſeruare contenta in
Bulla ſuper Bono Regimine, quæ pari
modo præcipit recuperationem bono-
rum malè alienatorũ, & expreſsè prohi-
bet illorum alienationem, & vt diligen-
tes ſint in gubernio, & conſeruatione
rerum publicarum, ſub pœnis nedum
pecuniarijs, & corporalibus, ſed etiam
Cenſurarum.

Et argumentum hoc de Prælatis Ec-
cleſiaſticis circa regimen Eccleſiarum
ad Rectores Ciuitatum, & Prouinciarũ,
itaut in ambobus requiratur eadem di-
ligentia, & cura, ponit *Tholoſan. tract.*
*de Repub.lib.*13.*cap.3.n.*11.*&* 12.

Et cum pluriès dictum ſit, Admini-
ſtratores, & Officiales Vniuerſitatum
habere ſe ad inſtar tutorum, pari etiam
iure ſunt iudicandi, & ideo intrat diſpo-
ſitio *textus in l.quicquid,C.arbitr.tutel.*
vbi Diocletia.& Maxim. A A. reſcripſe-
runt. [*Quicquid* tutoris dolo, vel lata
16 culpa, aut leui, ſeu curatoris minores a-
miſerint, vel cum poſſent, non acquiſie-
rint, hoc in tutelæ, ſeu negociorum ge-
ſtorum vtile iudicium venire non eſt in-
certi *iuris*.] & faciunt *tex. viden. in c.1.*
& 2.12.quæſt.4.& ibi Archidiac.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ intereſt habere plures, qui ſuas cauſas defendant.*

2 *Syndico non exiſtente, ſeu legitimè impedito, quilibet de populo admittitur pro defenſione Reipublicæ.*

3 *Vniuerſitas æquiparatur pupillo, & Eccleſiæ, quæ non poſſunt eſſe indefenſa.*

4 *Sententia lata contra Vniuerſitatem, pupillum, & Eccleſiam indefenſas eſt ipſo iure nulla, etiamſi appareat de citatione, & non habuerit actorem.*
Declara, vt num ſeq.

5 *Vniuerſitates habent reſtitutionem in integrum, ſiue ſint læſæ in iudicio, ſiue extra; & læſio in iudicio quotuplex ſit.*

6 *Diſpoſita in l. Rempublicam, C. de iur. Reipub. habet locum in vnaquaque Vniuerſitate.*

7 *Beneficium reſtitutionis in integrum quibus Vniuerſitatibus competat.*

8 *Vniuerſitates ideo gaudent priuilegijs, quia in illis reperiuntur minores, pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonæ.*

9 *Quilibet de populo admittitur ad defendendam Vniuerſitatem ſub cautione de rato, nec requiritur de ſoluendo iudicatum.*

10 *Ad denunciandum negligentias officialiũ quilibet de populo admittitur, & quare non requiratur deputatio delatoris.*

11 *Quilibet de populo poteſt petere in iudicio, vt adminiſtratores rerum publicarum reddant rationem, & detur copia calculi.*

12 *Delatores, qui curioſi etiam dicuntur, neceſſarij sũt pro recta Reipublicæ adminiſtratione.*

13 *Delatores quartam partem bonorum præſcriptorum habebant, & ideo dicti ſunt Quadruplatores; & ex lege Papia præmia recipiebant.*

14 *Delatorum audacia, & præſumptio compreſſa; & quare; & quomodo.*

15 *Delationibus hodie præpoſiti ſunt Rationales, & fiſci Procurator.*

16 *Delatores eſſe qui non poſſunt; & execrabiles dicuntur.*

17 *Delationes fiſco faciendæ ad 16. capita reducuntur.*

18 *Delatorum pœnis quinam ſubiecti non ſunt.*

19 *Quilibet de populo poteſt defendere iura fiſci, & Reipublicæ.*

20 *Denunciatores maleficiorum in Villis, & Caſtris deputati, quid agere debeant ratione officij; vide remiſſiuè.*

21 *Ciuis ſuſcipiens defenſionem iurium ſuæ Vniuerſitatis pater patriæ appellandus eſt.*
Amplia, eſſe tam ipſum, quàm ſucceſſores eius perpetuæ ciuium memoriæ commendandos. num. 22.
Amplia ſecundò, eſſe in honoribus, & prærogatiuis præferendos. num. 23.

24 *Ciues infideles, & qui contra publica commoda laborant, & machinantur, perpetua nota ſignandi, & ab honoribus vnà cum ſucceſſoribus arcendi ſunt.*

25 *Ciuis qui aſſumit munus defendendi patriam, cogere poteſt Vniuerſitatem ad ſubminiſtrandum litis expenſas; & redditur ratio.*

§. X.

Gloſſ. 2.

Cuilibet de Populo.

CAP. XXVI.

1 REIPVBLICÆ intereſt quã plurimos habere, & iudicio admitti, qui ſuas cauſas defendãt, vt eſt *Pauli I. C. reſponſum in l. 4. ff. de oper. nou.*
2 *nunciat.* & ideo ſi nullus Syndicus ſit ab Vniuerſitate conſtitutus, per quem defendi valeat, vel ſi ſit conſtitutus, abſit, aut valetudine, alionè legitimo impedimento detentus, quilibet de populo, & extraneus ad ipſius Vniuerſitatis defenſionem admittitur, vt *Nicol. Loſæus ſcribit tract. de iur. Vniuer. par. 2. cap. 1.*
3 *num. 7.* Aequiparatur enim Vniuerſitas pupillo, qui indefenſus eſſe non debet, *l. Rempublicam, C. de iur. Reipub. lib. 11. & ibi Luc. de Pen. & alij Scribentes, Bar. in l. 2. num. 1. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiscal. lib. 10.* Aequiparatur etiam Ciuitas Eccleſiæ, vt in *l. vt inter Diuinũ,*
4 *C. de Sacroſ. Eccleſ.* & ſententia lata contra pupillum, Eccleſiam, Rempublicam, Ciuitatem indefenſam, eſt ipſo iure nulla,

remaneat ſacer, nec religioſus; neque in illo Epiſcopus vllam habeat iuriſdictionem.

30 *Pecuniæ ad vſum Montis Pietatis deſtinatæ non poſſunt ab eorum primæua aſſignatione diuerti.*

31 *In alijs bonis, ex quibus conſtituitur Mons, non militat eadem ratio.*

32 *Pecunia Montis exuberans vtrum erogari poſſit in alios vſus abſque licentia Papæ.*

33 *Quidam excuſetur a crimine peculatus ex diſpoſitione iuris communis.*

24 *Pecunia deſtinata ad vſum rei frumentariæ non poſſunt in alium vſum conuerti.*

25 *Pecuniæ in Monte Pietatis depoſitatæ ſi pereant, vtrum qui depoſuit, teneatur iteratò deponere.*

26 *Mons Pietatis an, & quando obligetur ex facto ſui adminiſtratoris.*

27 *Depoſitarius Montis non tenetur reſtituere pecunias ei, a quo non accepit, licèt ſit verus dominus.*

28 *Pecuniæ ſi furto, vel caſu fortuito pereãt, an, & quando agi poſſit contra Montẽ, vel eius Rectorem.*

29 *Depoſiti pecuniæ facti in ſacculo obſignato dominium remanet penès deponentem.*

30 *Depoſitum factum in pecunia numerata transfere dominium in recipientem, qui vti poteſt pecunijs, & aſſumit periculum in ſe, ſicut in mutuo.*

31 *Genus perire non poteſt.*

32 *Depoſitum factum in pecunia numerata non dicitur propriè depoſitum, ſed mutuum.*

33 *Priuata perſona vtrum poſſit ex pecunijs proprijs exercere opus pietatis, prout faciunt Montes ad hoc publicè inſtituti.*

34 *Licitum eſt dare pecuniam mercatori ad aliquod honeſtum lucrum.*

35 *Priuata perſona non poteſt exercere opera, quæ exercet Mons Pietatis; & quare.*

36 *Mutuans pecuniam Monti Pietati nihil recipere poteſt, licèt Mons aliquid recipiat, & quare.*

38 *Miniſtri Montium Pietatis non poſſunt vti, & negociari pecunias ipſorum Montium.*

37 *Pecunia publica non poteſt mutuo accipi, vel alio titulo in vtilitatem priuatam conuerti.*

Declaratur concluſio duobus modis. num.39.

40 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

41 *Ciues coacti mutuare pecunias Montibus Pietatis poſſunt aliquod honeſtum lucrum petere; licèt aliqui contrarium dicant.*

Conciliantur inter ſe contrariæ opiniones ope diſtinctionis perſonarum mutuantium. num.42.

43 *Diues, qui habet pecunias otioſas, ſi cogatur mutuare Regi, ſiue Ciuitati, non poteſt aliquid petere pro vſuris.*

Declara hoc verum, ſi principalitèr petatur, ſecus ſi aliquid remunerationis cauſa donetur. num 44.

45 *Montes Pietatis habent priuilegium electionis, & variationis fori.*

§. VIII.

Gloſſ. 3.

Pro Monte Pietatis.

CAP. XXII.

1 MONS Pietatis
eſt quædam
ſumma pecuniæ, aut rerũ
pecunia æſtimabiliũ, quæ
in pauperum
refugiũ, vel
ab vno diuite, vel a multis, aut Principe, aut Republica, aut Vniuerſitate
repoſita, & condita eſt, vt pauperibus
mutuetur gratis; ita *Toletus in inſtit. Sacerdotali, lib.5. cap.38. num.1.* qui etiam
ibidem docet, quibus conditionibus, &
2 legibus iſti Montes regantur. *Primò ſcilicet, vt detur mutuum ad breue tempus,
puta ad annum, pluſuè, minus, nec excedat, vt poſſit pecunia multis mutuari, &
per eam multis ſubueniri.*

Secundò, vt mutuetur ſub pignore, ne pauperes in ſoluendo negligentes ſint, & Mons conſumetur.

Tertiò, vt ſi intra tempus ſignatum nõ ſoluatur mutuum, pignus vendatur, & detur Monti, quod ei debetur, vt poſſit ſubueniri alijs.

Quartò, vt cui mutuum datur, ſingulis menſibus, quibus mutuum acceptum poſſidet, aliquam breuem, & paruam ſummam pecuniæ eroget Monti pro expenſis.

penſis, quas Miniſtri faciunt. Hæc Tolet. qui ità deſcribit Montes Pietatis.

Aliam deſcriptionem non longè ab hac diſſimilem affert *Bartholom. Vgolin. in tract. de vſur. cap. 4. §. 1. num. 1* in hæc verba. [*Mons Pietatis* nil aliud eſt, quã pecunia ex priuatis eleemoſynis, aut ex alicuius Reipublicæ, vel Principis donatione, relictouè ad vſus pauperum, ne vſuris eorum facultates exhauriantur, deſtinata, quo ipſis ea præſtetur mutuo ſub leui fœnore dando pro ſumptibus Cuſtodum, & Miniſtrorum, & Conſeruatorum pignorum ipſius Montis, necnon *eius pecuniæ:*] quam quidem deſcriptionem idem Vgolinus examinat videndus.

3 Nauarrus autem *in repet. c. 1. 14. quæſt. 3. aliàs eſt Comment. de vſur. in 20. notabil.* ſic Montis Pietatis erectionẽ, ſeu inſtitutionem deſcribit. [*Inſtituitur* (Mons ſcilicet Pietatis) hoc modo. Prælatus aliquis, aut Dominus, aut opulẽtus homo, aut Ciuitas donat, aut relinquit aliquã quantitatem tritici, vel pecuniæ numeratæ alicui loco, vel Reipublicæ, ea lege, vt mutuo dentur pauperibus; pignoribus acceptis, vt exiguum aliquod ſoluant ſingulis menſibus pro quantitate accepta, & pro tempore, quo eam non ſoluerint, pro victu, & ſalario Miniſtrorum, qui ſunt habituri curam cuſtodiendi dictum triticum, aut pecuniam mutuandi, & recuperandi, ſeruandi, & reſtituendi pignora tempore opportuno: ita quòd aliquid amplius vltra ſortem mutuo datam ſingulis menſibus capitur, ad prædicta onera ſubſtentanda.] *Ita Nauarrus*: videndus eſt etiam *Munnoz de excobar. tract. de ratiocin. cap. 7. nu. 54.* qui horum Montium inſtitutiones, & qualitates in illis requiſitas enumerat.

4 Verùm hanc Montium Pietatis inſtitutionem ea lege, vt ex mutuo aliquid recipiatur, vſurarium dixit. *Thomas de Vio Card. Caietanus in tract. de Monte Pietatis*, quem 15. capitibus compilatũ edidit, & inter huius auctoris opuſcula legitur, *pag. apud me* 36. cuius opinionem ſequutus eſt *Sotus lib. 6. quæſt. 1. art. 6. de iuſt. & iur.*

Et horum auctoritas in cauſa fuit, vt etiam Nauarrus in Cathedris legendo, & extra illas reſpondendo contrarium aſſerere per aliquod temporis ſpatium nõ
5 ſit auſus. Poſtquam autem vidit *in Lateranenſi Concilio ſeſſ. 10. & in Conſtit. 11. Leonis X. Bull. nou. tom. 1. pag. 483.* hos Pietatis Montes declaratos eſſe validos, & contrarium aſſerentes pœna excommunicationis mulctari, mutata in melius ſententia, a Caietano, & Soto diſceſſit, eorumque argumentis reſpondet, & diluit.

6 Toletus verò loco ſupra relato miratur Caietanum, & Sotum in contrarium ſcripſiſſe: Verùm ceſſaſſet illius admiratio, ſi obſeruaſſet Toletus, Caietanũ, & Sotum ita ſcripſiſſe ante Concilium Lateranenſe, & eorum ſcripta in cauſa fuiſſe, vt huius concluſionis veritas, & falſitatis redargutione luceſceret: ex hoc enim prædicti Concilij Lateranenſis deciſio potiſſimùm emanauit, vt legitur *in præcitata Conſtitutione Leonis X. §. 1.* ibi. [*Sanè* cum olim inter nonnullos dilectos filios Sacrę Theologię Magiſtros, & I.V.D. controuerſiam quandam non ſine populorum ſcandalo, & murmuratione exortam, & nuper his diebus innouatam eſſe compererimus, circa pauperum releuationem in mutuis eis publica auctoritate faciendis, qui Montes Pietatis vulgò appellantur, *&c.*]

Caietanum verò ſuum edidiſſe tractatum ante Concilium, & Bullam apertè ſcribit *Cherub. iun. in compendio ad ipſam Bullam ſchol. 2.* dum quærit, quis primus hos Montes Pietatis inſtituerit, & ita reſpondit. [*De certo* Auctore mihi non conſtat, ſed certiſſimum eſt, quòd Diuini verbi Prædicatores compatiẽtes inopiæ multorum pauperum, qui pecunia in ſuis neceſſitatibus indigentes, ab vſuris hebræorum vexabantur; efficacibus perſuaſionibus induxerunt populũ, vt pietatis intuitu quiſque voluntariè quod ſibi placeret, offerret, vt ex multis oblatis vna pecuniarum ſumma conſtitueretur integrè conſeruanda, vt cuique pauperi mutuari poſſet. Adunataque fuit pecunia ſub publicis Cuſtodibus repoſita, & Mons Pietatis nuncupari cœpit, prout recenſet *Thomas de Vio in ſuo tract. de Monte Pietatis in principio, quem ipſe edidit anno* 1498. *& ante Bullam:*] hæc Cherub. iun. licèt in meo Codice impreſſoris errore legatur 1548. Sed ipſemet Caietanus locum, diem, & annum, quibus ipſe tractatum hunc perfecit, palàm ſcribit *cap. 15. in fine*, dum ait: *Papiæ in S. Apolinare completo hodie ideſt die* 13. *Iulij* 1498. *per infinita ſæcula, &c.* atque ita proculdubio ante Bullam, quæ fuit edita *die 4. Maij* 1515. Dũ autem in hac Bulla recenſentur §. 3. Sũmi Pontifices, nempe Paulus II. Sixtus IV. Innocent. VIII. Alex. VI. Iulius II. qui

S 2 hanc

hanc ſententiam ſuper validitate horum Montium laudauerunt, neſcio, quo pa-
7 cto fuerit omiſſus Pius II. qui anno Incarnationis Dominicæ 1463. die 3. Iunij ſuo Diplomate, ſub Annulo Piſcatoris expedito, Montem Pietatis in Ciuitate Vrbeuetana Patria mea iam erectum confirmauit: Cuius Diplomatis, ſeu Breuis tenor eſt, qui ſequitur,

Dilectis filijs Conſeruatoribus, & Communi Ciuitatis noſtræ Vrbeuetanæ
Pius Papa II.

Dilectis filijs ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum dilecti filij Bartholomæi de Colle Ordinis Minorum relatione didicerimus, Vos a maledicta vſurarum voragine liberos eſſe cupientes, in generali veſtro Conſilio, ne iudęi in Ciuitate iſta noſtra damnabile fœnus exerceant, vnanimitèr ſtatuiſſe. Hinc eſt, quòd tam laudabile, pium, ac ſanctum propoſitum veſtrum approbantes, Conſilium, & Statutum veſtrum ſuper hoc confectum præſentium tenore ratificamus, & confirmamus, volentes, & præcipientes, ab omnibus tam veſtris ciuibus, quàm etiam forenſibus in Vrbe iſta inuiolabilitèr obſeruari. Inſuper vt ijs omnibus, & ſingulis, qui apud vos paupertate grauatis præconſulere cupiętes, in vnitate fidei, & S.R.E. ac Sedis Apoſtolicæ obedientia perſiſtentibus, Monti Chriſti per vos fiendo, pro mutuo dando pauperibus infra menſem in vnum terminum a publicatione præſentium decem ducatos donabunt, & liberè tradent de facultatibus ſuis, vt ſibi Sacerdotem ſæcularem, vel regularem, qui ſemel in vita de reſeruatis in mortis articulo cum plenaria remiſſione omnium peccatorum ſuorum eum abſoluat; Qui verò minus, ſecundùm facultates ſuas, ſeptem annos, & ſeptem quadragenas verarum Indulgentiarum; Qui verò non donabunt, ſed prædicto Monti aliquid iuxta poſſibilitatem ſuam mutuabunt, ſingulis annis, quibus mutuabunt, ſeptẽ ſimilitèr annos, & ſeptem quadragenas Indulgentiarum auctoritate Apoſtolica concedimus. Præcipientes tamen ſub pœna excommunicationis, & diſtrictè mandantes, vt pecuniam dicti Montis ad alios vſus, quàm ad mutuum pauperum minimè conuertatis. Datum Romę apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatoris die 3. Iunij 1463. Pontificatus Noſtri Anno 5.

G. de Piccolominibus.

Et cum pro recta huius Montis adminiſtratione Statuta quædam, & Capitula in publico generali Conſilio Ciuitatis facta eſſent, & in ſupra relato Breui de ſolo decreto ſuper erectione ipſius Mõtis fiat mentio, ne ſuper dictorum Capitulorum, & Statutorum validitate dubitari contingeret aliquando, quia Cõmunitates immediatè ſubiectæ S. Sedi Apoſtolicæ non habent facultates condendi Statuta, nec ligant, niſi ſint confirmata a Papa, *Rota diuerſor. deciſ.* 536. *num.* 1. *& deciſ.* 780. *num.* 1. *Gregor. XV. deciſ.* 267. *num.* 7. *&* 14. *in puncto de Statutis Montis Pietatis, Thomat. deciſ. Macerat.* 94. *num.* 1. Ideo hæc eadem Statuta fuerunt exhibita in plena Camera Apoſtolica, ibique a Clericis, & Cardinali Rothomagenſi tunc Camerario confirmata, & approbata de mandato ipſius Pontificis; Quapropter de illorum validitate amplius dubitari non poterit, & Statuta Papalia dici poſſunt, quia cum Cardinalis Camerarius habeat viuæ vocis oraculum, illius atteſtationi ſtandum omnino eſt, vt *in d. deciſ.* 94. *Maceraten. num.* 3. 4. 5. 6. *&* 7.

Placuit autem Breue prælibati Domini Pontificis Pij II. hic inſerere, vt appareat antiquiſſimum eſſe hoc inſtitutũ erigendi Montes Pietatis (& fortaſſe hic inter primos fuit) ac etiam vt innoteſcat, prohibitionem conuertendi pecunias deſtinatas ab hoc pium opus in alium vſum, etiam ſub pœna excommunicationis, eſſe paritèr antiquam. Quapropter Paulus V. Prædeceſſorũ veſtigijs inhærendo, illam quoad laicos innouauit, & extendit ad omnes Montes Pietatis vbicumque exiſtentes, quoad verò Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſuſpenſionis a Diuinis, vt legitur in eius Diplomate, quod Motum propriũ vocant impreſſum *in Bull. nouo tom.* 3. *pag.* 316. *Conſtit.* 82.

Sed videnda eſt etiam antiquior Sanctio *Iuſtiniani Imperatoris in Auth. de collat.* §. *Ciuitatum, tit* 14. *coll.* 9. cuius verba, cum optimè adaptentur caſui noſtro, reſcribere non piget: ita enim ſe habent. [*Ciuitatum* verò noſtræ Reipublicæ, & habitantium eos perfectè proſpicientes, iubemus nullam omnino eſſe licentiam fiſcalium exactoribus communicare pecunijs, quæ operibus, & frumentis Ciuitatum, & aquæductibus, aut alijs quibuslibet ſolemnitatibus, aut ſalarijs deputatæ ſunt; aut retinere aliquid ex ijs, aut ad proprium lucrum redigere, ſed ſine aliqua dilatione, aut imminutione has præbere, vt proficiant ab ini-

initio, in quibus deputatæ ſunt operibus; ſed neque poſſeſſores, aut habitatores Ciuitatum præſumere quolibet modo auferre aliquid ex ipſis pecunijs, aut nomine deſcriptionum, aut pro ſportulis dare aliquid ex his, aut expendere. Si quis autē dare, aut accipere ex his præſumpſerit, iubemus eum de ſuo in dupli ci quantitate hoc Ciuitati reddere. Sed neque Prouinciarum Iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquod ad prædictas pecunias, aut earum diſpenſationi ſemetipſum miſcere: ſed Ciuitatis Sanctiſs. Epiſcopum, & Primates, nec non & eius poſſeſſores conſtituere quidem patrem Ciuitatis, & frumentarios, & alios huiuſmodi diſpenſatores, *&c.*] hęc, & alia Iuſtinianus ibi videnda.

Et cum temerarium, ne dicam fatuum ſit hodie in dubium reuocare validitatē, & iuſtitiam horum Montium, vt videre eſt ex ſancitis *in Concilio Lateranenſi Bulla Leonis Decimi ex Nauarro, & Tolet. locis citatis; Bart. Vgolin. tract. de vſur. cap.*4.§.1.*num.*2. *& alijs ab ipſis relatis, Io. Maria Nouar. de elect. fori, ſect.*2.*quæſt.*57.*num.*6. ſuppoſita illorum validitate, & exiſtentia, alias conditiones neceſſarias, vt a calumniatoribus ſint omnino tuti, referamus, ex Toleto deſumptas.

8 Prima eſt, vt ex mutuo nihil lucri accedat Monti vltra id, quod habebat.

Secunda, vt quod a mutuatario accipitur, ſit pro obligatione, qua Mons obligatur mutuare indigenti, & pro expēſis, quæ neceſſariē ſint pro Montis conſeruatione, & hoc vocat Leo Decimus *pro indemnitate*: Nam Mons debet mutuare ſic, vt non patiatur damnum, *Nauarrus vbi ſupra quæſt.*58.*num.*3.

Tertia, vt nihil accipiatur vltra expēſas, & cauſas prædictas, quæ debent eſſe moderatæ, puta quantum neceſſarium eſt, vnde non ſunt plures Miniſtri conſtituendi in Monte, quàm ſint neceſſarij, nec aliæ expenſæ ſuperfluæ fieri debent; pro his enim accipere aliquid vſura eſt. *Hæc Toletus*.

9 *Nauarrus autem loco citato in reſponſione ad* 2. *argumentum* firmat concluſionem; dominium ſcilicet pecuniæ Mōtis Pietatis eſſe penes Vniuerſitatem pauperum, aut penes alium, ea lege, vt tota eius vtilitas pauperibus cedat, per quod in effectu ſit ſua, & Adminiſtrator Montis habet officium, & obligationem mutuandi, & ad id cogi poteſt.

In reſponſione autem ad tertium argumentum negat cuſtodiam Mōtis Pietatis ad alios, quàm ad pauperes principalitèr pertinere, cum ſaltem principalitèr ſola ipſorum vtilitas in eo reſpiciatur. Quod & *Concilium Lateranenſe d. ſeſſ.*10. exprimit illis verbis. *Cum pauperes commodum ſentiant, etiam impenſam, quæ parua eſt, ſentire debent*.

10 Ex quibus, & alijs ab eo deductis infert idem Nauarrus pecuniam, vel triticum relictum Ciuitatibus pro erectione horum Montium non eſſe datum, vel relictum Ciuitatibus, vel ciuibus ad cōmodum eorum, quatenus tales; ſed ad commodum pauperum, & ſi perirent, aut imminuerentur, illis ſolis perirent, aut diminuerentur, & non alijs: nam ſecundùm ius eſt, vt ad illum pertineat cuſtodia rei, ad cuius commodum cuſtoditur, & cui perit, aut lucriſit, *l.* 1. *& l. neceſſario, ff. de peric. & commod. rei vend.*

11 Ne autem culpa regentium, ſeu adminiſtrantium hos Montes pecunia, & triticum pereat, vel minuatur, *Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ.* 22. *cap.*8. Epiſcopis tanquam S. Sedis Apoſtolicæ delegatis, etiamſi illorum cura, & adminiſtratio ad laicos pertineat, & exemptionis priuilegio munita ſint, ius viſitādi conceſſit, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, vt ipſi ex officio ſuo iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta cognoſcant, & exequantur, non obſtantibus quacumque conſuetudine, & immemorabili priuilegio, aut ſtatuto, *vt in d. cap.*8.*in fine*; cui valdè fauēt, quæ *Iuſtinianus Imperator edixit in Auth. de collat.* §. *Ciuitatum*, *verſ. ſingulis autem annis*, in hæc verba. [*Singulis* autem annis impletis Sanctiſs. Epiſcopum cum quinque Primatibus Ciuitatis rationes exigere eos, qui ab ipſis ordinati ſunt, & ſi quid ex talibus ratiocinijs apparuerit debitum, aut remanſiſſe; exigi huiuſmodi diſpenſatores periculo eos conſtituētium, & vtilitatibus, quibus deputata ſunt, reſeruari. Si quis autem ex prædictis diſpenſatoribus inefficax inueniatur, repentè hunc remoueri iubemus, aliumque pro eo a Sanctiſs. Ciuitatis Epiſcopo, & reliquis poſſeſſoribus (ſicut prædictum eſt) ordinati: Scientibus ijs, qui denominant eos, quia ſi quod damnum Ciuitati contigerit, ex proprijs ſubſtantijs hoc medebuntur, *&c.*]

12 Cum autem in ſupra citata Sacri Cōcilij

cilij Tridentini Sanctione (quæ hodie ſeruanda eſt) Epiſcoporum ſuperioritas, cognitio,& executio reſtringatur ad Sacrorum Canonum ſtatuta, quæſitum eſt, quòd ſibi velint huiuſmodi ſtatuta? Et ſolùm in caſu negligentiæ eorum, qui miniſtrant, poſſe Epiſcopos cognoſcere, ſcribit *Marth.a* cum facultate legendus *tract. de iuriſdict. par.2.cap.10.nu.31. & ſeq.* qui ponderat etiam ad hoc ſancita in eodem *Concilio Tridentino ſeſſ.7. cap. 15. in princ. ibi. Curent Ordinarij, vt hoſpitalia quæcumque a ſuis Adminiſtratoribus, quocumque illi nomine cenſeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter, & diligentèr gubernentur, &c.* vim faciunt illa verba, *fideliter, & diligentèr:* quæ ſi deficiant, tunc Epiſcopus cognoſcet.

13 Aliud quoque fundamentum habet ſuperioritas, & ius viſitandi huiuſmodi Montes Epiſcopis conceſſum; quia Mõtes iſti dicuntur loci religioſi, & pij, potiſſimùm ad pauperes ſubleuandos inſtituti, vt notat *Gutier. canon. quæſt. lib.1. cap.35. num.23.*

14 Quamobrẽ ſi Mons Pietatis fundatum ſit a priuata perſona abſque auctoritate Epiſcopi, non dicitur locus pius, & religioſus, *c. ad hac, de relig. domib. vbi gloſſ. in verb. authoritate Pontificis*, notat hęc verba fuiſſe poſita, quia priuatus non facit locum ſacrum, *l. in tantum, §. ſacra; ff. de rer. diuiſ. l.3. §. ſi quis in ſepulchro dolo malo, & §. ſi quis in ſepulchro, ff. de ſepulchr. violat. Marta. loco cit. n.22.*

Et conſequenter ceſſabit Epiſcopi ſuperioritas, & facultas viſitandi, ad tradita *per Pariſ. conſ.34. n.9. lib.4. & Card. Zabar. conſ.13. num.2. verſ. contrarium eſt verum; Bened. Capra conſ.97. num.4. verſ. tamen derelicto; Bellencin. de charit. ſubſid. quæſt.38. num.5. & ſeq.*

15 Attamen quia huiuſmodi Mõtes cum (ex ijs, quæ ſupra diximus) ad pauperes ſubleuandos erecti ſint, & quotidie ex lege erigantur, quàmuis a priuata perſona,& abſque auctoritate Epiſcopi fiãt, nihilominus cum negari non poſſit, quin ſint opus pium, & bona ad hoc in vnum collata diſtrahi non poſſint, neque in alium vſum conuerti, quàm in pauperum ſubleuatione, vt *in dd. Leon. X. & Pauli V. Conſtitutionibus*, non videtur negari poſſe in illis Epiſcoporum ſuperioritas, & viſitatio ad præſcriptum *Sac. Cõc. Trid. ſeſſ. 22. de reform cap 8. & 9. vbi Barboſ. & alij, ac idem Barboſ. alleg. 75. num.6. & ſeqq.* vt argumentatur *Ioann. Gutier. canon quæſt. lib.6. cap.35. num.23. & melius num.28. poſt Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.15. nu 36. verſ. ſi verò locus*, vbi ait; Si bona eo animo congeſta ſint, vt ad pauperes ſubleuandos perpetuò ſint deſtinata, tunc bona illa, & is locus iudicandus eſt religioſus, etiamſi Epiſcopi conſenſus non acceſſerit: ideoque bona illa ad libitum diſtrahi non poterunt, niſi accedente conſenſu Confraternitatis, & auctoritate Epiſcopi: & ſemel Deo dicata ad vſus humanos conuerti non poſſunt, *§. ſacra, §. religioſũ, Inſtit. de rer. diuiſ.*

Quando autem Epiſcopi poſſint reformare pia loca ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, & exigere rationem ab Adminiſtratoribus locorum, etiã merè laicorum, docet *idem Mart. d. tract. de iuriſdict. par.2. cap.18. num.5. 6. & 9. Gutier. canon quæſt. lib.1. cap.35. num.19.* vbi firmat, ſuperioritatem cõceſſam a Concilio Tridentino Epiſcopis extendendam etiam eſſe, & habere locum in hoſpitali, quod cum tali conditione ſit extructum; & in his etiam terminis loquuntur *Capra, & Bellencin. locis citatis*, vt non teneantur Adminiſtratores rationem reddere Ordinario loci: Et ita ait declaratum *a Sacra Congregat. dicti Sacri Concilij Cardinalium Interpretum declarat.* 159. quę tamen procedere declarat quoad viſitationem, & rationis redditionem quolibet anno faciendam, *vt in præcitata Auth. de collat. §. Ciuitatum, verſ. ſingulis autem annis, Munnoz. de excobar. tract. de ratiocin. cap.1. num.* 53. qui tamen bonam affert diſtinctionem ad rem noſtram facientem *in num.54. &* 55. nempe quando frumẽtum, vel pecuniæ teſtamento, vel alia vltima voluntate ſunt relictæ, vt tempore indigentiæ, & cariſtiæ in vſum pauperũ, & pro eorum ſuſtentatione diuidantur, tunc Epiſcopus poterit ex diſpoſitione prædicta Concilij Tridentini rationem exquirere, & cogere adminiſtratores ad illam reddendam.

Si verò pecunia, vel triticum conditum ſit in publicis horreis per Conſules, & Proceres Ciuitatum, non poterit Epiſcopus hoc opus viſitare, neque eorum Adminiſtratores, & Depoſitarios ad reddendam ſibi rationem aſtringere, quia hoc ad Iudices ordinarios loci, & Decuriones in ſuis Oppidis pertinet, *vt in l.1. & 2. C. de condit. in pub. horre. & ibi gloſſ. & ſcribentes lib.10. & in toto titulo, C. de frumen. Vrbis Conſtantinopol.* quod

etiam

etiam correſpondet diſpoſitioni noſtræ Bullæ ſuper Bono Regimine, vt dictum eſt ſupra præcedenti *gloſſ. in verbo annonam*.

16 Quandoque etiam hæc noſtra Cõgregatio cognoſcit cauſas ad hos Pietatis Montes pertinentes, adminiſtratores negligentes, & doloſos punit, & mulctat, locorum Ordinarijs modum in his rebus procedendi præſcibit; ſic enim contra Rectorem Montis Pietatis in Ciuitate Caſtellana exiſtentis, dum hæc ſcribo, ex eo quia debitis temporibus iuxta formam Capitulorum non diuiſerat frumentum, ex quo nonnihil corruptum videbatur, mandauit totum damnum ſarciendum, & periculum cedere ipſi Rectori, itaut Mons omnino ſeruaretur incolumis, & ſine damno, per ea, quæ leguntur *in l. cum duobus, §. venit, l. ſocius ſocio, ff. pro ſocio*: vbi I. C. determinat huiuſmodi Rectores non eſſe audiendos, ſi vellent compenſare diligentiam, quam antea abhibuerunt, cum negligentia, qua poſtea vſi ſunt, cuius determinationis rationem reddit *Munnoz. de excobar tract. de ratiocin. cap. 36. n. fin.* dum ait; *de natura Societatis eſt, vt diligentia per Adminiſtratorem adhibeatur in acquirendo, & eius negligentia puniatur*: Huius verò decreti executio contra Rectorem dicti Montis Pietatis Ciuitatis Caſtellanæ commiſſa eſt Ordinario loci.

17 Fuit etiam in hac Sacra Congregatione porrectũ memoriale pro parte cuiuſdam Vniuerſitatis, quo continebatur, quendam ſuum ciuem velle certam frumenti quantitatem donare Communitati, ea lege, vt erigatur Mons Pietatis, & frumentum mutuetur pauperibus, Epiſcopus verò nullam in hoc habeat ſuperioritatem, neque cogere poſſit Adminiſtratores ad reddendam rationem de geſtis, ſed hæc penes Communitatẽ, & homines ab ipſa eligendos reſideat; quæſitum eſt, an hæc petitio recipienda eſſet? & pro negatiua dicebatur; nemo priuatus efficere poteſt, quin leges in ſuis actibus locum habeant, *c. ſi diligẽti, de foro compet. Abb. in c. inter dilectos, n. fin. verſ. quia non video, de donation.* Cum autem in Concilio Tridentino ſancitum ſit, vt diximus, Epiſcopos habere huiuſmodi ſuperioritatem, non poterit priuatus cõtra hanc legem diſponere, itaut in ſuis actibus locum non habeat.

Verùm placuit Sacræ Congregationi petitionem recipere, & Communitatem ad ea, quæ ciuis in legato appoſuit, ſe obligare. Ratio conceſſionis forte erit, quia hic dici poterit locus priuatus, licèt ad pium opus deſtinatus, ad tradita *per Abb. in c. officij, num. 7. verſ. ſed hac loca, de teſtament. & in c. fin. in 1. notab. num. 3. de cenſib.* vbi aſſignat differentiam inter loca priuata, & religioſa; & facit *Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 24. & ſeq. Card. Zabar. in conſil. 13. num. 3. & ſupra conſil. 11. num. 2.* vbi firmat poſſe fieri conceſſionem de celebrando in certo loco, qui tamen locus non remaneat ſacer, nec religioſus, neque in illo Epiſcopus vllam habeat iuriſdictionem.

18 Et hoc fortius procedit, quouſque viuat ille, qui legatum ſub hac lege, & conditione fecit, cum poſsit illud reuocare, vt docet *Abb. in d. c. officij, n. 7. verſ. ſed vtrum, de teſtament.* quem ſequitur *Pariſ. conſ. 34. num. 38. & 44. lib. 4. Capra d. conſ. 97. num. 4. verſ. cum ſit locus*. Secus autem, vbi mortuus ſit, quia tunc Epiſcopus poteſtatem habet videndi, & inquirendi, an cuncta ſecundùm voluntatem defuncti procedant, *text. pulch. in Auth. de Eccleſiaſticis titul. §. ſi quis ædificationem, coll. 9. tit. 6.* quem citat *Abb. in c. inter dilectos, nu. fin. verſ. item ſcias, de donat. Pariſ. d. conſ. 34. num. 44. Bellencin. tract. de charit. ſubſid. quæſt. 38. nu. 7. & vide plenum conſ. 88. Eugenij in cauſa Viſitationis, lib. 2.* vbi de quodam Hoſpitali Peruſino: qui licèt loquantur in Hoſpitalibus, & Oratorijs, alijſque locis pijs, eorum tamen dicta poſſunt adaptari ad Montes Pietatis, vt obſeruat *Gutierez canon. quæſt. d. lib. 1. cap. 35. num. 28. Munnoz. de excobar. de ratiocin. cap. 7. num. 52.*

19 Sed alia melior ratio erit, ſi dicamus, Montem hunc Pietatis quàmuis exemptum a iuriſdictione Ordinarij, non tamen eſſe liberum a ſuperioritate, & iuriſdictione huius noſtræ Congregationis, quæ Pontificem ipſum Ordinarium omnium Ordinariorum repræſentat: Et ideo non eſſe receſſum a regulis iuris, & a diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini.

20 Diximus etiam ſupra, pecunias ad hos pietatis vſus aſsignatas non poſſe a primeua ipſorum deſtinatione dimoueri, vel erogari ſub pœnis contentis in præcitata *Conſtit. 82. Pauli V. Bullar. nou. tom. 3. pag. 316.* Quo loci quærit *Flauius Cherubin. in compend.* an ſub iſta prohibitione diſponendi de pecunijs, comprehendatur etiam, ſi depoſitarius, vel alij

aliʃ miniſtri diſponant de alijs rebus, ex quibus pecunia redigi poſsit? & pro af-
21 firmatiua videtur *text. in l. nam quod, 14. §. final. ff. ad Trebell. & ibi gloſſ. in verbo bona*, quæ notandum dicit, hoc nomen, bona, largè accipi. Contrarium tamen dicit *Cherub.* eſſe reſpondendum, ponderando verba Bullæ ibi (*mutuo dădæ*) quæ pecuniam dumtaxat numeratam ſignificant, vt in ſimili cenſuit *Rota apud Seraphin. deciſ. 965. num. 2. iuncto princ.*

22 Præterea quæſitum eſt. Si ante hanc prohibitionem officialis aliquam pecuniæ Montis partem, quam vltra quantitatem veriſimilitèr pauperibus mutuandam ſupereſſe credebat, in aliquod aliud beneficium Montis expendiſſet, erit ne exuſatione dignus? Et affirmatiuè reſpõdet *idẽ Cherubin.* ſequutus *Franc. Curt. iun. in conſ. 19. lib. 1. num. fin. verſ. nam illa iura*, ſi tamen hoc bona fide egerit, & ſine dolo, cui etiam adhæret *Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 8. cap. 32. num. 9.* vbi agit de excuſandis reis a crimine pecu-
23 latus, & ita loquitur. *Excuſabitur etiam, quòd recepit pecuniam publicam ad hunc vſum in ſpecie, vt expenderet, puta in tali ædificio faciendo, vel ad tantam quătitatem frumenti emendam, & ipſe ædificium fecit, vel frumenti quantitatem decretam emit, ſed ſuperfuit pecuniæ aliqua quantitas, quam tamen ipſe expendit in alios vſus vtiles ipſi Reipublicæ, & hoc oſtendat clarè; nam hoc caſu licèt partem dictæ pecuniæ in alios vſus conſumpſerit, & ſic contra l. 2. & 3. ff. ad l. Iul. peculat. attamen quia non in vſus ſuos conuertit, neque dolo expendit, ſed bona fide, & in beneficium Reipublicæ, credens id ſibi licere, non tenebitur de peculatu, neque de reſiduis*; ita reſpõdit *Curt. iun. d. conſ. 19. nu. 13. 14. & 15. lib. 1.* Hæc Decianus. Quæ tamen de iure communi procedere puto, nam ſi ſtandum eſt verbis *prædictæ Bullæ Pauli V.* contrarium puto dicendum, ſi licentia Papæ non interuenerit, ponderando illa verba, *abſque noſtra, & Sedis Apoſtolicæ licentia ſub quouis prætextu, vel quæſito colore, &c.* & Cherubin. põnit caſum ante prohibitionem contentam in hac Bulla.

24 Et quod etiam procedit, quando pecuniæ ſunt deſtinatæ ad vſum rei frumẽtariæ; adſunt enim multis in locis Italię, *vt Munnoz. de exeobar.* obſeruat *tract. de ratiocin. cap. 7. num. 53. ad fin.* Montes Pietatis conſiſtentes in frumento pauperibus certis anni temporibus mutuãdo; etenim ſi pecuniæ ad hunc vſum deſtinatæ, fuerint a depoſitario, ſeu adminiſtrarore in alium conuerſæ, carceribus mancipandus, alijſque pœnis mulctandus erit: Ita *Decian. d. tract. crimin. lib. 8. cap. 31. de reſiduis, num. 9. & 30. Petr. de Auend. de exequen. mandat. par. 2. n. 33. & ſeq & voluit etiam Rota coram Greg. XV. deciſ. 106. per tot.*

25 Sed pulchra oritur quæſtio. Deponuntur de mandato iudicis pecuniæ penès Rectores, vel Adminiſtratores horum Montium, quorum aliquando ſuperuenit inopia, itaut depoſiti reſtitutio fieri nequeat; numquid ille, qui ſemel depoſuit, teneatur iterum deponere? & negatiuè deciſum habes apud *Afflict. dec. 172. per tot. Giurb. in deciſ. Regn. Siciliæ deciſ. 98. num. 3. verſ. nec eo decoctio*; qui addit, ſi iniuſtè recuſauit creditor accipere. Sed an huiuſmodi depoſitũ pereat totum periculo creditoris; *vide dec. 298 impreſſ. poſt tract. Cenc. de cenſib.* vbi in caſu illius deciſ. fuit dictum, periculum cedere tam debitori, quàm creditori, rationibus ibi deductis; nempe quia depoſitum non erat omnino legitimè factum, ſed quaſdam habebat difficultates.

26 Secundò quæritur, an Mons ipſe obligetur ex depoſito facto in manibus Rectoris, vel Adminiſtratoris? & ſi fuit ſeruata forma Capitulorum ipſius Montis de depoſitis loquentium, vtique Mons obligatur; ſecus autem ſi fuit omiſſa forma dictorum Capitulorum; ita deciſum inuenies *in Rota Maceraten. coram Thomato deciſ. 94. n. 25. & 26.*

27 Ponamus etiam, quòd Titius deponat in Monte pecunias Caij, vtrum depoſitarius teneatur illas reſtituere Caio vero domino? & negatiuè fuit reſolutũ coram *Caualer. deciſ. 331. num. 5.* nempe, quòd depoſitarius non tenetur reſtituere pecunias ei, a quo non habuit, licèt ſint ipſius, ceſſante tamen mala fide, & ſcientia, quòd eſſent alterius, *l. quod ſeruus, 11. l. bona fides, 31. ff. depoſiti*; ſimilitèr ſi deponens poſt depoſitum efficiatur furioſus, vel demens, *Guid. Pap.*
28 *quæſt. 152. num. 3.* Si verò pecuniæ depoſitatæ furto fuerint ſubſtractæ, vel caſu fortuito pereant, vtrum agi poſſit contra depoſitarium, vel Montem? & dicas negatiuè, quoties abſit dolus, & lata culpa; quia depoſitarius ex cauſa depoſiti non obligatur, niſi de dolo, & lata culpa, *l. ſi vt certo, §. interdum, ff. cõmod. l. quod Nerua, 32. ff. depoſit. Curt. iun.*

conſ.

conſ.270.num.11. Fab. Timeus in addit. ad Magon.deciſ.Lucenſ.2.ſub num.13.litera E.Peguer.deciſ.38.Titius mercator, num.3.& 4. qui hanc concluſionem diſtinguit. Nempe ſi depoſitum fiat in ſacculo obſignato, vt in Monte cuſtodia-
29 tur, quod propriè dicitur depoſitum, & ita regularitèr fiunt depoſita in Montibus Pietatis, *l.1.in princ.ff.depoſiti*. quo caſu dominium rerum depoſitarum remanet penes deponentem, *l.licet, §.rei, ff.depoſit.l.in naue Saupheij, 34.ff.locati, gloſſ.in l. Lucius, 24.in verbo terminos, ff. depoſit.* & hoc caſu procedit concluſio præmiſſa; depoſitarium non obligari, niſi de dolo, & lata culpa.

Si verò pecuniæ deponantur ad nu-
30 merum, non obſignatæ, neque clauſæ, ſed vt tantundem reſtituatur, prout regularitèr fit in Romana Curia penes Nũmularios, quos vocant Banchieri, tunc quia illud depoſitum notiſſimos depoſiti terminos egreditur, non poteſt dici propriè depoſitum, & dominium rei depoſitatæ tranſit in Bancherium depoſitarium, qui vti poteſt pecunijs ita depoſitatis, *gloſſ.in l.3. in verb. obnoxium, C.depoſiti, & text.in l.die ſponſaliorum, §.qui pecuniam, ff.eodem, ibi, qui pecuniam apud ſe non obſignatam, vt tantundem redderet, depoſitam, in vſus proprios conuertit;* & depoſitarius ipſe non tenetur reſtituere eandem pecuniam in ſpecie, ſed aliam in eodem genere, ſicut in mutuo, *vt in d.l. in naue Saupheij, ff.locati.* Et hoc caſu ſi pecuniæ pereant etiã
31 caſu fortuito, depoſitarius tenetur reſtituere; quia genus perire non poteſt, *l.incendium, C.ſi cert.pet. Dec. in regul. contractus, num.5. ff.de reg.iur. Peguer. d.deciſ.38.num.7.Giurb. deciſ.98. num.3. verſ. proinde ſi Bancherij,* qui per totam hanc deciſionem ſatis clarè demonſtrat, quæ ſint neceſſaria ad legitimum depoſitum. Prædictam diſtinctionem de depoſito facto in ſacculo obſignato, vel in numerata pecunia, ponit etiam *Marius Antonin.var.reſolut.lib.2. reſolut.13. per tot.* & illud idem, quod Peguera (licèt de eo nullam faciat mentionem) determinat, vt ibi: & vide *Io.Bapt. Coſtam de fact.ſcient.& ignorant.diſt.69. cent.1. per totam; ſed melius num. fin. Marcus*
32 *deciſ.889. num.5.* qui ait depoſitum factum in pecunia numerata, non depoſitum, ſed mutuum eſſe.
33 Denique quæſitum eſt. An quemadmodum Vniuerſitates poſſunt habere Montes Pietatis, in quibus adeſt pecunia parata ad mutuandum pauperibus, hoc etiam licitum ſit priuatæ perſonæ, habere pecuniam paratã in vſum pauperum, & aliquid vltra ſortem accipere, vt faciunt ipſi Montes Pietatis? Et pro affirmatiua videtur *tex in c.per veſtras, de donat.inter vir. & vxor.* vbi *Innoc. III. Pontifex* mandat aſſignari dotem viro ſub ea cautione, quam poterit præſtare, vel ſaltem alicui mercatori committi, vt de parte honeſti lucri dictus vir onera poſſit matrimonij ſuſtentare: ex quibus
34 verbis colligunt Doctores licitum eſſe dare mercatori pecuniam ad honeſtum lucrum; vt poſt multos ab eo relatos ſcribit *Marcus deciſ.889.nu.1.& ſeq.* Con-
35 trarium tamen determinat *Bartholom. Vgolin.tract.de vſur.cap.4.§.2.nu 1.* motus, quia non habet qualitates Mõtium Pietatis, nẽpe vt pecunia ſit pauperum, vt diximus ex Nauarro; ſed remanet ſub dominio priuatæ perſonæ, quæ ad arbitrium ſuum poteſt denegare mutuum, & cum pecunia ſit ſua, eius iura ad ipſum pertinent, & non ad pauperes, *vt toto tit. ff. de peric.& com.rei vend.* & ſic ratione cuſtodiæ nihil accipere poteſt, aliàs vſura eſſet, vt notat *ibi Vgolin. ex Nauar.loco ab eo citato.*
36 Secundò quæritur; an mutuans pecuniam Montibus Pietatis poſſit aliquid accipere, ſicut ipſi Montes? & negatiuè etiam reſpondetur; quia Montes ſi quid recipiunt, ideſt ratione cuſtodiæ accipiunt; mutuans verò pecuniam nullam habet cuſtodiam; ita *Vgolin.ibi n.2.*
37 Tertiò quæritur; an liceat Montiſtis Montium vti pecunijs ipſius Montis? & negatiuam partem probauimus ſupra; & habemus *textus claros; & ibi etiam Bart.& ſcribentes notant in l.1.& tot.tit. C.de ijs, quæ ex pub.collation. illata ſunt,*
38 *lib.10.* vbi Conſtantin Imperator expreſsè prohibet, pecuniam publicam a quoquam accipi mutuo, vel alio titulo, vel in ſuam vtilitatem alitèr conuerti; quod maximè procedit in caſu noſtro, ne ſcilicet pecuniæ deſtinatæ ad commodum pauperum, ipſis deficiant in ſuis neceſſitatibus.
39 Limitat tamen Vgolin.concluſionem, ſi miniſtri ita vtantur pecunijs, vt inde pauperes damnum non patiãtur; quemadmodum dicimus, depoſitarium poſſe aliquando vti pecunia depoſitata ſine damno deponentis; cui limitationi non acquieſco, per ea, quæ diximus *ſupra n. 23.verſ.quæ tamen.*
40 Limitat ſecundò, ſi miniſtri ſint pau-

petes, & conditiones Montis obſeruent; quia non debet officium ſuum cuiquam eſſe damnoſum, iuribus vulgaribus; quod fieret, ſi tanquam miniſtri excluderentur a beneficio, alijs pauperibus conceſſo.

41 Quartò quæritur, ſi Ciues cogantur ad mutuandum his Montibus, prout diximus cogi poſſe, quando imminet neceſſitas publica, an poſſint hoc caſu aliquid recipere abſque vſuraria nota? Affirmatiuam partem tenuit *Abb. in c. in Ciuitate, num. 8. de vſur.* qui ait poſſe dictis ciuibus taxari lucrum ad rationem quinque pro centenario, quando non poteſt repeti capitale; ſed poteſt alteri vendi, & ait, hanc eſſe communem opinionem *Scribentium in d. c. in Ciuitate, & in c. fin. infra eodem tit. Alex. in l. item quia, §. 1. num. 2. ff. de pact. Iaſ. in l. cunctos populos, in 2. lectura, num. 40. C. de ſum. Trinit. & fid. Catholic.* Negatiuam verò videtur defendere *Nauarr. in 7. præcepto Decalog. non furtum facies, cap. 17. tit. de vſur. circa Cambia, n. 302. quod eſt finale d. cap. 17.* Has tamen contrarias opiniones concordare non videtur valdè

42 durum, per ea, quæ notat *Vgolinus de vſur. d. cap. 4. §. 2. nu. 4. verſ. quid igitur concludendum*. Aut enim qui cogitur mutuare, eſt mercator ſolitus negociari cum ſua pecunia, vel eſt ciuis, qui vult ſoluere debitum, vel emere prædiũ, vel quid ſimile, & hoc caſu licitum eſt aliquid petere, non ſub ratione vſuræ, ſed intereſſe damni emergentis, propter fructus, quos dominus pecuniæ percepiſſet, ſi non fuiſſet coactus mutuare, iuxta ea, quæ notant *Scribentes in l. curabit, C. de act. empt. Franc. Purpur. in l. cunctos populos, num. 56. verſ. & ratio per Bart. C. de ſum. Trinit. & fid. Cathol.* & hac quoque fuiſſe intentionem *Abbatis in d. c. in Ciuitate, num fin. de vſur.* eius verba de-

43 monſtrant. Si verò qui coguntur mutuare Regibus, Ciuitatibus, & Montibus Pietatis, ſunt perſonæ diuites, quæ pecunias otioſas retinere, & conſeruare ſolent in arca, ſi quid ex huiuſmodi mutuo petant, vſura eſt; & ita intelligendus eſt *Nauar.* vt ex eis verbis colligitur, dum ait. [*Quare conſulendum* videtur viris pecunioſis non exercentibus mercaturam, neque intendentibus emere prædia, vel cenſus, etiamſi non mutuarent, vt ſine vllo temporali auctario gratis principalitèr mutuent ſuas pecunias dictis Regibus, pro ſpirituali virtutis, & meriti: ſperantes minus principalitèr aliquam remunerationem antidoralem: aut certè emant ab eis cenſus iuſto pretio cum pacto redimendi, conſtitutos ſuper redditibus publicis illarum, vel illarum Ciuitatum, vel Statuum: habentibus verò pecunias deſtinatas ad lucra prædicta mutuent ſub intereſſe veriſimili *lucri ceſſantis.*] Hæc Nauarrus.

44 Ex quibus probatur nedum ſuprapoſita diſtinctio, ſed etiam licitum eſſe illis, qui pecunias otioſas habent, aliquid remunerationis non principalitèr, ſed ſecundariò ſperare ex mutuo, nec vetitum eſſe aliquid recipere, ſi a Principe gratitudinis ergo illis donetur, vt notat *Vgolin. loco citato, verſ. item ſi vltro*; ſed fuſius *eodem tract. cap. 8. §. 2. per tot.*

45 An autem huiuſmodi Montes Pietatis gaudeant priuilegio electionis, & variationis fori? affirmatiuè determinat *Io. Maria Nouarius in tract. de elect. & variat. for. ſect. 2. quæſt. 57. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Petitio Procuratoris fiſci qualiter olim, & coram quo inſtitueretur.*

2 *Epiſcopi hodie regularitèr nõ ſe ingerunt in negocijs ſæcularibus, & quare.*

3 *Quid agatur in Statu Eccleſiaſtico, ſi exigenda ſit ratio adminiſtrationis rerum publicarum.*

4 *Baro poteſt in locis ſibi ſubiectis huiuſmodi rationes exigere.*
Declara, niſi adſit conſuetudo in contrarium. num. 5.
Conſuetudo hæc non poteſt opponi contra hanc noſtram Congregationem, & quare. num. 6.

7 *Forma exigendi, & reddendi rationes aſſignatur.*

8 *Confeſſio introitus nunquam præiudicat, niſi acceptetur expenſum.*

9 *In erogationibus exprimenda eſt cauſa, & dies. aliàs non dicitur reddita ratio perfectè.*

10 *Ratio non dicitur reddita, quæ non poteſt intelligi.*

11 *Adminiſtrator rerum publicarum in ſolutionibus notabilis quantitatis debet oſtendere apocam de recepto: in minutis verò erogationibus ſufficit liber priuatus cum iuramento.*

12 *Adminiſtrator omittens ſcribere acceptum, & recuſans exhibere librum, aſſerens amiſiſſe, quando credendum illi ſit, & quando præſumẽda ſit potius occultatio, & ſuppreſſio, quàm amiſſio.*

13 *Quando quis tenetur rem cuſtodire, non ſuffi-*

ſufficit iuramentum; ſed debet probare illam amiſiſſe.

14 *Dolus nihil aliud eſt, quàm falſa aſſeueratio cum animo fallendi.*

15 *Vniuerſitas iurat in litem contra adminiſtratorem doloſum, & qualitèr præſtetur tale iuramentum.*

16 *Adminiſtratores conuertendo pecunias in proprios vſus prædones dici poſſunt.*

17 *Tutor ne dicatur doloſus, in confectione libri rationum quid agere debeat.*

18 *Syndici, ſeu Rectores Vniuerſitatum quando, & quomodo ferre poſſint ſententiam contra adminiſtratorem.*

19 *Contra debitores fiſcales proceditur ad capturam perſonæ, & ad tenutam bonorum pro eorum debito liquido.*

20 *Sententia lata contra adminiſtratores exequitur appellatione non obſtante; & quare.*

21 *Obligatus ratiocinij ad fauorem Cameræ non eſt tutus in Eccleſia de iure ciuili. Sed hæc opinio non eſt vera. ibid.*

22 *Noua computorũ ratio cuius ſumptibus ſit reddenda.*

23 *Iudex habens ſalarium a publico, tenetur viſitare loca ſuæ iuriſdictionis proprijs ſumptibus.*

24 *Congregatio Boni Regiminis quandoque mittit Ratiocinatores per Prouincias pro ſolidatione computorum.*

25 *Reuerendiſſimi DD. Lælius Falconerius, & Carolus Perbenedictus ab ipſa Congregatione tranſmiſſi Commiſſarij per Prouincias, & ſumptibus proprijs militarunt: iique laudantur.*

26 *Quandoque mittuntur Commiſſarij inferioris ordinis, nempe viri priuati, quibus licèt aſſignetur certa merces, & ſtipendium, ſunt tamen vt plurimum damnoſi; & ideo ab illis cauendum.*

27 *Commiſſarij prædicti non debent habere mercedem, niſi de effectualitèr exactis.*

28 *Adminiſtratores doloſi rerum publicarũ vtrum corporali pœna ſint puniendi, vel alia.*

29 *Exactor non reddens bonam rationem, vel occultans pecunias exactas pœna amputationis manus eſt puniendus.*

30 *Pœna amputationis manus hodie eſt communis, quoties amputandum eſt aliquod membrum.*

31 *Iudex ſubtrahens publicas pecunias tẽpore adminiſtrationis capitalem pœnam ſuſtinet, & nihilominus ad reſtitutionem cum intereſſe condemnandus.*

32 *Congregatio Boni Regiminis pœnas criminales imponit contra malos adminiſtratores rerum Vniuerſitatum.*

33 *Conſentientes tacitè, vel expreſsè in præiudicium Vniuerſitatum, qua pœna plectendi ſunt.*

34 *Contra adminiſtratores doloſos nedum ex claris probationibus, ſed etiam ex præſumptionibus proceditur.*

35 *Pauper ſi poſt adminiſtrata bona publica euaſit diues, præſumitur ditatus ex bonis ipſius Vniuerſitatis, & lucrum poteſt illi auferri.*

36 *Vulcaſij Gallicani pulchrum dictum cõtra malos Rectores Prouinciarum, & rerum publicarum.*

37 *Pœnæ a prædictis delinquentibus exactæ qualitèr, & quomodo diuidendæ.*

38 *Pœnarum applicatio, quæ ſit delatoribus, & inſtigatoribus, eſt antiquiſſima.*

39 *Rationes redditæ, & ſubſcriptæ quanto tempore retractari poſſint, tam contra principalem, quàm eius hæredem.*

40 *Conſuetudo multum obtinet in reuiſione, & redditione computorum.*

§.IX.

Gloſſ. 1.

Fiſci Procurator.

CAP. XXIII.

QVAE in hoc §.9. diſponuntur, ferè omnia deſumpta videtur ex diuerſis titulis in corpore Iuris contentis, nempe *ex tit. 75. C. de magiſtrat. conueniend. tit. 2. C. de conueniend. fiſci debitor. lib. 10. l. 2. C. de adminiſtr. rer. pub. lib. 11. l. 2. C. de debitor. Ciuitatum; & videndus eſt Nicol. Loſæus tract. de iur. vniuerſ. par. 1. cap. 3.*

Cum autem hìc agatur de petitione
1 facienda a Procuratore fiſci, ſciendum eſt, hanc eſſe inſtituendam coram Syndicis, & Gubernatoribus locorum, vt exigantur rationes, an benè, vel malè pecuniæ, & bona Vniuerſitatum fuerint adminiſtrata, quæ olim coram Epiſcopo

loci cum quinque Primatibus fieri ſolebant, idque ſingulis annis ex *Iuſtiniani Imperatoris ſanctione in Auth. de collat. §.Ciuitatum. verſ. ſingulis annis*, cuius verba habes ſupra relata *in cap.12.immediatè præced.num.11.*

2 Sed hodie Epiſcopi negocijs ſæcularibus (niſi quid pietatis annexũ habeant, vt de Montibus Pietatis, & locis pijs dictum eſt ſupra) immiſcere ſe non aſſolent: Sed Gubernatoribus, alijſque locorum Officialibus id negocij demandatum videmus, ex diſpoſitis in Bulla, quam præ manibus habemus.

Quandoque tamen Sacra hæc Congregatio iudices ſpeciali facultate munitos tranſmittit, ad has rationes exigendas: quod etiam in Hiſpania ſeruari affirmat *Auendagn.de exeq.mand.par. 2, cap.10. num.29.* ibi, licèt aliquando hoc adimatur Iudicibus ordinarijs per Sacrũ Concilium Regium, & committitur alicui ſpeciali Iudici, qui exigat rationes, quem vulgus appellat *Iauz. de Cuentas de Ciuidad*, nos Itali *Commiſſarij, ò Cõpotiſti*: In omnibus verò Ciuitatibus Regni Siciliæ de mandato Tribunalis Regij Patrimonij exiguntur prædictæ rationes per tres Magiſtros iuratos a Regia Maieſtate pro reuiſione computorum nominatos, vt affirmat *Maſtrill.de Magiſtrat.lib.5.cap.9.num.85.& ſeq.*

3 In Eccleſiaſtica verò Ditione Vniuerſitates, vt plurimùm in publicis Conſilijs eligunt duos, vel plures viros peritos bonæ opinionis, & famæ, qui viſis computis, dati ſcilicet, & accepti, ad eorundem computorum ſolidationem veniunt; & ſtylus hic laudatur, probaturque a *Io.de Platea in l.ſecuritates, verſ. nota quod redditio, C. de ſuſceptor. præpoſ.& arcar.lib.10.*& alia multa congerit *Nicol.Loſæus tract.de iur.vniuerſ. par.3. cap.fin. per totum, cuius titulus eſt; De redditione rationum fienda per adminiſtratores Vniuerſitatum; videndus*.

4 In locis autem mediatè ſubiectis, vt ſunt Vniuerſitates Baronum, poterit ipſe Baro, & Domicellus ratione iuriſdictionis ordinariæ cogere adminiſtratores loci ſibi ſubiecti ad reddendam rationem, & computum pecuniæ publicę, & cognoſcere in quam cauſam fuerit erogata, vel conſumpta, vt eſt ſententia *Guid.Pap. quæſt. 631. num.9. Munnoz. de excobar.tract.de ratiocin.cap.42.nu.1. & aliorum apud Maſtrill.de Magiſtrat. lib.4.cap.16. n.134.* qui in numeris ſeqq.

5 limitat concluſionem, niſi adſit conſuetudo in contrarium, quæ tamen ſit legitimè introducta, puta ſi a Ciuitate, vel Conſilio loci (Barone id agere volente) emanauerit prohibitio, ne fiat talis computorum redditio coram Barone, & ipſe conſentiat, vel acquieſcat, per ea, quæ notat *gloſſ.in l.qui luminibus, ff. de ſeruit.vrban.præd. Munnoz. loco citato num.2.*

Hanc tamen conſuetudinem opponi

6 minimè poſſe exiſtimo contra noſtram Congregationem, quæ quibuſcumque non obſtantibus computa ſemel, & pluries reddita, iterum reddenda eſſe mandat; vt menſibus proximè lapſis vidimus contra adminiſtratorem Annonæ Ciuitatis Fulginatenſis, qui iterum, ac tertiò rationes reddiderat in partibus, & nihilominus iterum in Vrbe reddendas mandauit: & hoc potiſſimùm procedit, vbi aliqua ſuſpicio ſuperueniat, malè redditam fuiſſe rationem, vt notat *Maſtrill.d.lib.5 cap.9.num.86.& ſupra lib.4. cap.16.num.136.*

Cuius autem expẽſis hæc noua computorum redditio facienda ſit? *Munnoz. de excobar.loco citato num.6. docet, videndus*.

7 Forma autem exigẽdarum rationum, hæc eſſe ſolet. Exhibetur liber publicus, in quo debent eſſe nominatim deſcripta omnia, quæ Camerarius recepit, & ex qua cauſa, *l.apparitores, C.de exactor.trib. lib.10.* & notant *Bart.Io.de Plat.& Luc. de Penn.in l.2. C. de nauicul. lib. 11. ſed ſuſius Nicol.Loſæ. tract. de iur. vniuerſ. par.3.cap.vlt.num.16.& per tot.* & prius faciendum eſſe computum introitus, quàm expenſarum, ſeu erogationis, notat *gloſſ.in l.Thais ancilla, §. libertatem, ff.de fideicom. liber.* ſunt enim iſta adeo

8 connexa ad inuicem, vt nunquam præiudicet confeſſio introitus, niſi acceptetur expenſa, *l.cum quæritur, ff.de adminiſt.tutor.Io.de Plat.in l.1.num.fin. C.de apoc.pub lib.10.*

9 In erogationibus verò debet exprimi cauſa, & dies, *l.neminem, C.de ſuſceptor. lib.10.* neque aliter videtur reddita perfectè ratio, niſi hæc omnia clarè exprimantur, *l.cum ſeruus, 81. ff.de condit.&*

10 *demonſtr.* Nec etiam ſine tali expreſſione comprehendi poteſt, an aliquid fraudis admiſſum ſit; neque dicitur reddita ratio, quæ non poteſt intelligi, *l.argentarius, §.edi, ff.de edend.l.qui ſub conditione, 110 ff.de condit.& demonſtrat. Loſæ. loco cit.num.16. Auendag.de exeq.mand. par.2.cap.10.num.30. 31.& ſeq.* qui ait,

in

11 in ſolutionibus notabilis quãtitatis oſtẽdendam eſſe per Camerarium, ſeu Adminiſtratorem apocam de recepto, quæ ſufficit, quamuis ſit priuata; in minutis verò erogationibus ſufficere librum ipſius Camerarij cum iuramento, *l. ſi quis pro redemptione, §. eandèmque, verſ. quod ſi aliqua, C. de donat. ibi; quòd ſi aliqua dubitatio orta fuerit, vtrum tota quantitas, an pars eius in ædificijs expenſa ſit, hac domini domus ſacramẽto dirimetur, &c. Lucas de Penna in l. 2. num. 2. C. de nauicular. lib. 11. Excobar. de ratioc. cap. 10. num. 45. & ſeq.*

12 Quòd ſi Adminiſtrator, ſeu Camerarius Vniuerſitatis omiſerit ſcribere acceptum, & librum exhibere recuſauerit, allegando illum amiſiſſe, illi credendum non eſt, niſi probet, hunc caſu fortuito perdidiſſe: ratio eſt, quia cum ad officium Adminiſtratoris (ex natura officij) pertineat rationis librum conficere, & illum diligentèr cuſtodire, potius præſumitur occultatio, & ſuppreſsio, quàm amiſſio, *Anchar. conſ. 316. num. 4. Socin. conſ. 159. col. 3.* quos refert *Munnoz. de Excobar. trac. de ratiocin. cap. 10. n. 3. & 4.*

13 vbi ampliat dictum, etiamſi Adminiſtrator iuret, librum amiſiſſe, quia quando quis tenetur rem aliquam cuſtodire, non ſtatur eius iuramento, ſed tenetur probare, *Felin. in c. accepit, de fid. inſtr. Grat. conſ. 23. num. 10. Socin. d. conſ. 159. verſ. primò quia.*

Quapropter niſi liber hic rationum exhibeatur ab Adminiſtratore, vel eius hærede, præſumuntur eſſe in dolo, *Loſæus de iur. Vniuerſ. par. 3. cap. vlt. nu. 20*

14 nam dolus nil aliud eſt, quàm falſa aſſeueratio cum animo fallendi, *l. 1. ff. de dolo;* & contra eos in litem iurari poteſt, *Franc. Marc. deciſ. 628. num. 2.*

15 Hoc autem iuramentum præſtabit Vniuerſitas mediante perſona eorum, qui ipſam regunt, *Loſæus d. tract. & cap. nu. 18.* qui idem iuris eſſe affirmat, ſi exhibeatur liber, qui non ſit legitimè confectus, vt quia multa omiſerint ſcribere, quæ ad ipſos Adminiſtratores peruenerunt; vel ſcripſerit, ſe ſoluiſſe pecunias,

16 quas verè non ſoluerunt, ex quibus arguitur in eis dolus, & falſitas in præiudicium Vniuerſitatis, conuertendo pecuniam publicam in proprios vſus, prædones dici poſſunt; *hæc Loſæus.* Et in quadruplum ſunt condemnandi; *Pariſ. in tract. de ſyndicat. §. redditio rationum officialium, in verb. officialis, num. 2. verſ. & ideo Adminiſtratores, per tex. in l. excellentia, C. de erogat. milit. annon. lib. 12.* vbi in meo Codice lego, *in duplum; ibi memorati in duplum reddere compellantur, &c.* & ita etiam notant ibi *Andr. de Barulo num. 1. & Io. de Plat. verſ. in ſecũdo dicto, Capolla in Auth. ſed nouo iure, num. 15. C. de ſeru. fugitiu.* quem refert, & ſequitur *Auendag. d. par. 2. cap. 10. nu. 34. de exequend. mandat. Excobar. de ratiocin. cap. 10. num. 47.* qui ait; ad hoc, vt

17 tutoris, vel alterius adminiſtratoris dolus, culpa, vel negligentia circa libri cõfectionem argui non poſſit, debet eſſe cautus, omnia ſcribendo ſigillatim, ſingularitèr, & de die in diem, tam reſpectu eius, quod recipit, quàm illius, quod expendit, dicens ſic; *Tali anno collegi ex tali fundo tot modios tritici, vel ordei, & expendi in collectione tantum tali die, in tot operarijs, &c.* vel ſi ſoluerit aliquid pro minore, dicat cauſam, ex qua ſoluit, vel recipit, quia rationes etiam cauſam habere debent, ex qua acceptum, datumque ſit. *Ita Excobar. qui infra ſub num. 69.* aſſignat formam ſingularem ad hoc, vt liber rationum benè dicatur cõpoſitus, ideo videndus.

18 Facta igitur exhibitione, & viſo libro rationum dati, & accepti, tunc Syndici, ſeu Reuiſores, etiam ipſo Adminiſtratore abſente, & non citato, cõtra ipſum ferre ſententiam valent, vt notat *gloſſ. in l. 2. in verb. inanis,* & poſt eam *Bart. ff. ad adminiſtr. rer. ad Ciuit. pertinen. & alij multi relati a Iaſone in l. ne quicquam, num. 45. ff. de offic. Proc. & Legat.* & huius concluſionis rationem reddit *Loſæus loco citato num. 22.* dicens non eſſe requirendam aliam cognitionem, niſi ipſius rationis computationem; & hoc idem ſcribit *Peregr. de iur. fiſc. lib. 6.*

19 *tit. 7. n. 6. & 7.* vbi ait, quòd ita cõſuetudo obſeruat, vt contra debitores fiſcales pro eorum debito liquido procedatur ad capturam perſonæ, & ad tenutam bonorum, *l. nemo carcerem, C. de exact. trib. lib. 10. vbi Angel. hoc notat; Marant. in ſpec. par. 4. diſtin. 9. num. 181. verſ. decimoſeptimò dicitur cauſa ſummaria; & legitur in tex. d. l. 2. ff. de adminiſtr. rer.* ad Ciuitat. *pertinen. ibi. idque & ſi contra abſentem pronunciatum eſt, inanis quærela eſt, &c. Hieron. de Mont. de finib. regund. cap. 32. num. 6.*

20 Lata verò ſententia ſtatim exequi debet, appellatione non obſtante, *argum. tex. in Auth. de Sanctiſs. Epiſc. §. Oeconomos, coll. 9. ibi, non enim concedimus prædictis perſonis pro memoratis cauſis ante exa-*

*examinationem, & exactionẽ debiti pro-
prios Epiſcopos declinare, & ad alia ve-
nire iudicia, &c.* & ita declarat ibi *gloſſ.
in verb.repetitionem*;& poſt eam *Ang.ibi
& alij relati ab Auendagn. d. par.2. cap.
10.num. 36. Excobar. tract. de ratiocin.
cap.4. num.5.* dicens, hoc ſancitum eſſe
in odium malè adminiſtrantium bona
aliena: & alia multa congerit *Lancellot.
tract.de attent.in 2. par. cap.12. limit.19.
num.2.& per tot.*

21 Et quòd obligatus reddere rationem
fiſco Regio, & apud nos Cameræ Apo-
ſtolicæ non gaudeat immunitate Eccle-
ſiaſtica, itaut ad eam confugiens ante
redditam rationem extrahi poſſit, colli-
gitur *ex text.in Auth.de mand.Princip.§.
publicorum, coll.3.tit.4.* cuius verba ſunt
hæc. *Publicorum verò Tributorum exa-
ctiones etiam intra Templa decentèr fieri
procurabis: quoniam fiscalium ratio, &
militibus, & priuatis, ipſiſque Templis,
& cuncta Reipublica vtilis, & neceſſaria
eſt.&c.* Verũ hæc concluſio non eſt tuta;
neque de iure gentium, vt notat *Gam-
bacurta de immunit. Eccleſ.lib.1. cap.15.
num.11.dicens*. De debitoribus tributo-
rum an eodem aſyli iure apud gentes vſi
ſint, in neutram partem aliquid reperio:
probabile eſt tamen fuiſſe omnino tutos;
& melius, & fuſius hanc quæſtionem
examinat idem auctor eodem *tract.lib.4
cap.* 15. De obæratis confugientibus ad
Eccleſiam, & relatis hinc inde opinioni-
bus, tandem concludit gaudere immu-
nitate etiam in terminis Conſtit. Greg.
XIV. ad quem me remitto, eoque magis
quia ita etiam declaraſſe audio Sacram
Immunitatis Congregationem, & alia
quædam *dicemus infra gloſſ.2. §. 11. nu.
134.135.& 136.*

22 Sed quoniam ſupra dictum eſt, poſſe
hanc noſtram Congregationem, prout
non rarò facit, rationes iam redditas ite-
rum reuidere, præſertim vbi aliqua ſu-
peruenit ſuſpicio contra Reuiſores pri-
mæ viſionis, & calculi, & Communita-
tes fuiſſe læſas, quæſitum eſt, ſumptibus
cuius hæc ſecunda viſio facienda ſit?
Hanc quæſtionem poſt multos examinat
*Munoz. de Excobar.tractat. de ratiocin.
cap.42.num.6.& ſeq.* & affert diſtinctio-
nem deſumptam *ab Aymone Crauet. in
conſ.236.num.15.* dicente. Aut admini-
ſtratores, quorum rationes iterum ſunt
expungendæ, ſunt in dolo; & hoc caſu
expenſis ipſorum, quia iniquum eſſet
grauare Vniuerſitates in expenſis, etiãſi
ad eorum inſtantiam iudex reuiſionem
impartitus eſſet; quia pœna ſuum debet
ſequi auctorem, *l.sancimus, C.de pœnis.*
Aut ſit reuiſio ad inſtãtiam alicuius par-
ticularis, qui tanquam vnus de populo
hoc petijt (quod petere poteſt, *vt di-
cemus infra §.10.gloſſ. 2.*) tunc noua
reuiſio facienda erit ſumptibus peten-
tis, donec exitus cauſæ aliud moneat, ex
vulgata regula, quando quis petit ali-
quid fieri, eius expenſis fieri debet, *l.
quoniam liberi, C.de teſtib.* Si verò Iudex
ex officio publicas rationes iterum re-
uidere mandat, & vult, tunc Iudex ſuis
expenſis vſque ad exitum cauſæ reuiſio-
nem faciet, quemadmodum ſumptibus
23 proprijs tenetur viſitare loca publica ſui
territorij, quando habet ſalarium publi-
cum, vt notat *Io.de Platea in l. Præſidi-
bus, num.1.verſ.nota ergo, C. de curſu pub.
lib.12.& in l. fin.num.5.C.de canon. lar-
git.lib.10. Auendañ. de exeq.mand. par.1.
cap.4. num.* 45. Conſuluit denique *Cra-
uett.d.conſ.236.* ad euitandas huiuſmodi
expenſas tranſportandos eſſe libros ra-
tionum ad domum Iudicis, qui citatis
citandis, rationes iterum videat, erro-
res corrigat, reliqua, ſi quæ ſunt, cum
effectu reſtitui curet, itaut Reſpublica
illæſa, & incolumis a fraudibus malè ad-
miniſtrantium conſeruetur. Prout ab hac
noſtra Congregatione quandoque ſer-
uatum vidi, vt ſcilicet Depoſitarij Vni-
uerſitatum rationes reddant hic in Vrbe
coram Prælato illius Prouinciæ, vbi ſita
eſt Vniuerſitas Ponente, adhibito etiam
Communitatum Status Eccleſiaſtici Ra-
tiocinatore, ſeu Computiſta generali.

Quandoque etiam, cum ad eandem
Congregationem pertineat Vniuerſita-
24 tum defenſio, quia per ſe ipſas non va-
lent ſe defendere, *Auth.vt ij, qui oblig.
ſe habere, § fin. verſ. hac lex; & notant
Archidiac.ac alij in c.quorum vices, diſt.
68. Guid.Pap.decif.631.nu.9.* tranſmittit
Commiſſarios per Prouincias, & Vniuer
ſitates, qui Statum, & Regimen cuiuſque
Vniuerſitatis videant, adiuuent, & in-
digentijs conſulant; prout anno 1633.
ad Ciuitatem Peruſinam primò, deinde
ad Aemiliam Prouinciam tranſmiſſus
25 fuit Reuerendiſſimus D.Lælius Falcone-
rius, poſtea Coloniæ pro S. Sede Apo-
ſtolicæ Nuncius, denique S.R.E. Cardi-
nalis, tunc eiuſdem Cõgregationis Au-
ditor; & anno 1636. Reuerendiſſimus D.
Carolus Petbenedictus Camers (illius
Eminentiſſimi Cardinalis de Camerino
nuncupati, & cuius memoria ſemper vi-
uida eſſe debet apud omnes Vniuerſita-
tes

tes Eccleſiaſticę Ditionis, hic enim apud
Sanctiſsimum Pontificem Clem. VIII.
præcipuus promotor, & excitator exti-
tit, vt hæc Bulla ſuper Bono Regimine
ederetur, Nepos meritiſsimus) in Vm-
briam præter ordinarias ipſius Congre-
gationis facultates, ſpeciali quoque Sũ-
mi Pontificis Vrbani VIII. diplomate
munitus, ac ſuffultus ad omnium Ciui-
tatum, & Locorum illius Prouinciæ ſta-
tum, & regimen examinan. & diſpun-
gendum profectus eſt: & ambo ſumpti-
bus proprijs militantes; prout etiam
fecerunt Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi
Domini Stephanus Saulius Patritius Ia-
nuenſis, deinde Prouinciæ Patrimonij
Gubernator; & Proſper Mutius Patritius
Romanus, nedum huius noſtræ Cõgre-
gationis, ſed Sacræ Conſultæ Auditor, &
huius deinde Secretarius, Baſilicæque
Principis Apoſtolorum Canonicus, per
26 alia loca Ditionis Eccleſiaſticæ: licèt ali-
quando aſsignari ſoleat Commiſſarijs
huiuſmodi (ſed tamen inferioris ordi-
nis, puta ſi ſint priuati viri) certum ſti-
pendium, decem ſcilicet pro centena-
rio, detrahendum ex burſa debitorum
Vniuerſitatis, qui moroſi fuerunt in ſol-
uendo quicquid ipſis Vniuerſitatibus
debebant: Qui tamen ſtylus improbatur,
& valde inhumanus dicitur *a Bobadill.
lib.5. politic. cap.1. num.251. nec etiam
placet Munoz. de Excobar. d. cap.42. n.11.
& 12.* dum ait. *Iſti Iudices Commiſſa-
rij ne pro eorum ſalarijs deficiat, ſubdi-
tos (ob leuiſſimam etiam culpam) exco-
riare ſolent, quod norint melius verſati,
& practici Senatores Regij Conſilij*: ita
Excobar. quibus nos addimus, & ocu-
lata fide teſtamur, nonnullos ex iſtis Cõ-
miſſarijs adeo proprium quæſtum appe-
tere, vt poſthabito munere ipſis iniun-
cto, nihil curantes exigere credita Vni-
uerſitatum, receptis tantummodo ſti-
pendijs ſibi conſtitutis, debitores vlte-
rius ad ſoluendum cogere non curant:
quapropter iniungendum eſſet, & de-
clarandum, nullo modo poſſe huiuſmo-
27 di Commiſſarios recipere ſtipendia, niſi
realitèr, & cum effectu exigant, & pe-
cunias in marſupium Ciuitatum, & Lo-
corum prius reponant: *prout diximus
ſupra §.4. gloſſ.3. num.55. de Theſaura-
rio Papæ*, fuiſſe deciſum in plena Came-
ra; non poſſe inquam ipſum Theſaura-
rium habere decimam, niſi de verè ex-
actis.

Præterea quæſitum eſt, vtrum Admi-
niſtratores rerum publicarũ ſi malè ad-
miniſtraſſe, & doloſè pecunias publicas,
& bona occultaſſe, ac in proprios vſus
28 conuertiſſe reperti fuerint, Procurator
fiſcalis valeat coram Iudicibus ordina-
rijs inſtare, vt aliqua corporali pœna
puniantur? & licèt negatiuè videatur re-
ſpondere *Munoz. de Excobar. d. cap.42.
num.14.15. & 16.* ſumpto argumento a
tutore, & curatore, qui in duplum tan-
tùm puniuntur; imò idem quoque ius
ſtatuitur in Adminiſtratoribus Ciuitatũ,
*vt in l. excellentia, C. de erogat. milit. an-
non. lib.12. & dictum eſt ſupra*. Contra-
ria tamen opinio magis placet, ponde-
rando *textum in Auth. de mandat. Prin-
cip. §. coges*; vbi Theſaurarius, vel Exa-
ctor, qui aliqua bona, vel pecunias a ſe
collectas occultauerit, & doloſè reti-
nuerit, non reddendo integram rationẽ,
pœna amputationis manus mulctatur;
vbi *Accurſius in verb. manus amputatio-
nem*, addit; hanc pœnam hodie eſſe ge-
neralem contra quemcumque, cui ſit
amputandum aliquod membrum; & vi-
detur ſentire *Socin. conſ.46. col.5. verſ.5.
30 & vlt. quod eſt repetitum conſ.213. lib.2.
relatus ab Oſaſch. deciſ.70. num.9.* licèt an-
tea dicat teneri ad pœnam quadrupli, &
ad reſtitutionem retentorum: & ſi De-
curio, vel alius Officialis hoc admiſerit
delictum plumbatorum ictibus ſubijciẽ-
dus erit, vt eſt *Theod. & Valent. ſanctio
in l. quilibet, 40. C. de decurion. lib. 10.*
31 quinimo & capitalem pœnam legimus
iniunctam, ſi quis Iudex tempore admi-
niſtrationis publicas pecunias ſubtraxe-
rit; *§. item lex Iulia peculatus, Inſtit. de
public. iudic. & alia multa congerit Ex-
cobar. d. cap.42. num.17. & ſeq. videndus*;
qui ait, vltra pœnas prædictas ad reſtitu-
tionem eius, quod vſurpauerat, cum
maiori intereſſe condemnandus erit, *ex
gloſſ. in l. cum quidam, §. eos qui, in verb.
notum eſt, ff. de vſur.*

32 Et nos habemus legem ſatis claram
in *Conſtit.38. aliàs 25. cupientes, Pauli V.
Bullar. nou. tom.3. pag.* 227. qua cautum
eſt, poſſe hanc noſtram Congregationẽ
non ſolùm per ſe ipſam, ſed etiam per
alios ab ea delegatos cauſas criminales
meras, & mixtas, vbi de intereſſe Com-
munitatum Status Eccleſiaſtici mediatè,
vel immediatè ſubiectarum agitur, co-
gnoſcere, & terminare, præcipuè circa
computorum redditionem, tam anno-
næ, quàm pecuniarum, rerum, & bono-
rum.

Et contra tranſgreſſores, inobedien-
tes, & Conſtitutionis ſuper Bono Regi-
mine

mine violatores ſtatutæ ſunt ab eodem Clem. VIII. pœnæ, vt præter reſtitutionem,ſolutionem,& damni refectionem, qui preeminẽtia, aut gradu aliquo cęteris ſuperiores fuerint, omnibus Officijs, & Magiſtratibus ſint eò ipſo priuati, & in futurum incapaces ad illa iterum obtinenda, & tam ipſi, quàm alij inferiores perpetua infamia, & ignominia notati; & vltra reſtitutionẽ in duplum eius damni, quod communi maſſæ illatum erit, ſi ſoluendo fuerint, ſin minus,pęna exilij, ac carceris ſaltem triennalis plectantur;vt plenius habetur in *Bulla §.21* concordant etiam, quæ ſcribit *Excobar. loco citato,verſ.quinimò*.
33 Qui verò conſenſum tacitè, vel expreſsè in præiudicium Vniuerſitatis præſtiterint, ſi ſoluẽdo fuerint, tantundem pecuniarum, quantum indebitè conſenſerint,erogandum,de ſuo perſoluant; quòd ſi propter inopiam præſtare nequiuerint, pœna aliqua corporis afflictiua ſuperiorum arbitrio puniantur, *vt in eod.§.21*.

34 Nec tantùm ex claris probationibus contra huiuſmodi Adminiſtratores proceditur, verùm etiam præſumptionibus; puta ſi tempore officij ſuſcepti paupertate laborabant, & finito officio diuites, & opulenti exiſtant,præſumuntur ex bonis Reipublicæ, & Vniuerſitatum ditati:
35 & lucrum, ſeu augumentum hoc poſſe Fiſco, vel Reipublicæ applicari, notat *Bald.in l.1.ante fin*. C. *de hæred. vel act. vend.Neuiz.in ſylua nupt.lib.5. nu.*110. *verſ.ſit etiam,& alij multi relati ab Excobar.d.cap.42. nu.*17. *verſ. ſi verò ſemel*; & faciunt quæ ſcribit *Vulcaſius Gallicanus in Auidium* Caſſium *ad finem*, dum de Miniſtris ad regendas Prouincias, &
36 Ciuitates miſſis loquitur his verbis: *An ego Proconſules, an ego Præſides putem qui ad hoc ſibi a Senatu, & ab Antonino Prouincias datas credunt, vt luxurientur, vt diuites? Audiſti Præfecti Pratorij noſtri philoſophi ante triduum quàm fieret mendicum, & pauperem; ſed ſubitò diuitem factum: Vnde quæſo, niſi de viſceribus Reipublicæ, Prouincialiumque fortunis?*

Additur etiam *in d. §. 21. ſed melius*
37 *hoc noſtro §. 9. in fine*: vt præmiſſa omnia promptius exequantur, qualitèr ſit pœnarum a delinquentibus exigẽdarum facienda diuiſio; nempe quartam partẽ Procuratori fiſcali applicandam,reliquas verò tres Cameræ Apoſtolicæ cedere *ex Pauli V.declaratione, quæ legitur in præcitata Conſtit.*38.*aliàs* 25.§.2.& hanc
38 partis pœnarum applicationem delatoribus, & inſtigatoribus antiquam eſſe conſtat *ex Alex.ab Alex dier genial.lib.4 cap.22. verſ. eademque lege, vbi Tiraq. viden.Petr.Greg. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuer.lib.32.cap.4.num.8*.

Quanto autem tempore rationes redditæ, & ſubſcriptæ aduerſus eum,qui ad-
39 miniſtrauit, vel eius hæredes retractari poſsint, dicas contra principalem ſpatio viginti annorum, contra hæredem verò ſpatio decem annorum, *l.13.§.1.ff. de diuerſ. & tempor. præſcript. l 9.ff. de admin.rer.ad Ciuit. pertin.l.2. cum gloſſ. C. de iur.fisc.lib.10.Nicol.Loſæ.de iur. vniuerſ.par.3.cap.vlt.nu.23.ſed plenius hanc concluſionem examinat Excobar. de ratiocin.cap.41. per tot.* vbi quærit, quibus ex cauſis rationes ſemel calculatæ iterum poſsint fieri, reuideri, & retractari.

40 Verùm in materia hac reuiſionis computorum, & redditionis rationis plurimùm eſſe deferẽdum cõſuetudini cuiuſque loci, vbi ratio reddenda eſt, præter *tit.in C.lib.3.tit.21*. vbi *de ratiociniis tam publicis, quàm priuatis agi oportet*, & *ibi Scribentes, vide eundem Excobar d. tract.cap.2. nu.10*. vbi etiam docet, quid ſeruandum ſit ab ijs. qui veram, & rectã rationem adminiſtrationis reddere volunt.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſitates poſſunt agere, & conueniri in iudicio mediante perſona Syndici, vel Actoris.*

2 *Syndicus propriè dicitur ille, qui conſtituitur ab Vniuerſitate, vel Collegio.*

3 *Syndicus dicitur quaſi ſingulorum cauſas dicens.*

4 *Vniuerſitas cogi poteſt officio iudicis ad conſtituendum Syndicum.*

5 *Syndicus electus ab Vniuerſitate non poteſt recuſare officium, præcipuè in Ciuitate parua.*

6 *Non ſolùm patri, ſed patriæ naſcimur; nec eſt laudandus,qui ſe,vel alios ſubtrahit vtilitatibus patriæ.*

7 *Syndicus non excuſatur, quòd in Ciuitate ſint magis idonei.*

8 *Coactus ad acceptandum officium publicum, non tamen liberatur a præſtandis ſolitis cautionibus in fauorem Reipublicæ.*

9 *In conſtitutione Syndici multa requiruntur, quæ hic referuntur.*

10 *Decretum iudicis neceſſariò requiritur in conſtitutione Syndici facti ad alienandum:*

nandum : quæ concluſio examinatur.

11 *Specificatio nominum eorum, qui interueniunt in conſtitutione Syndici quādo requiratur.*

12 *Syndicus ad defendendum iura Vniuerſitatis poteſt ab vno tantùm conſtitui, & quare.*

13 *Syndicus conſtitutus ad ſoluendum, debet inquirere diligentèr, an Vniuerſitas ſit debitrix, aliàs dicitur in lata culpa.*

14 *Maſſarius Communitatis non debet ſoluere debita Vniuerſitatis, niſi de mandato Procerum.*

15 *Syndicus non præſumitur conſtitutus ad ſoluendum quod non debetur, licèt habeat mandatum cum libera.*

16 *Officialis publicus non poteſt ſoluere vnum nummum ex æquitate ſui capitis.*

17 *Confeſſio de recepto facta a Syndico, quando, & quomodo præiudicet Vniuerſitati.*

18 *Debitor Ciuitatis ſoluens ei, qui communitèr putabatur Exactor ipſius Ciuitatis, benè ſoluit.*

19 *Confeſſio non admittitur, quando eſt prohibita alienatio.*

20 *Confeſſio Prælati non præiudicat Eccleſiæ, neque procuratoris præiudicat domino.*

21 *Citatio contra Syndicum an ſufficiat agere volenti contra Vniuerſitatem.*

22 *Vniuerſitas quando citanda ſit.*

23 *Syndicus mittendus ad aliquem locum pro defenſione iurium Vniuerſitatis, non poteſt petere ſalarium, ſed expenſas tantùm.*

24 *Decuriones Ciuitatum habent generale mandatum ad agendum, vel ſecundū alios Poteſtas ipſius Vniuerſitatis.*

25 *Syndicus poteſt etiam iurare de calumnia.*

26 *Vniuerſitas contraueniens iuramento, an, & quando periura dicatur, & fiat.*

27 *Vniuerſitas obligata per Syndicum in forma Cameræ, an, & quando poſſit excommunicari.*

28 *Syndici electi ab Vniuerſitatibus ad ſyndicandum officiales habent iuriſdictionem.*

29 *Syndicus an, quando, & quomodo poſſit obligare bona, & perſonas ſingulorum ciuium in ſolidum.*

30 *Ex obligatis in ſolidum, ſi vnus ſoluat ratam ſuam, non tamen liberatur pro rata aliorum.*

31 *Ciuitas tenetur indemnes conſeruare particulares perſonas, quæ pro ipſa ſoluerunt, vel ex publico ærario, ſi extet, vel per collectam imponendam.*

§. IX.

Gloſſ. 2.

Syndicis.

CAP. XXIV.

1 NVLLI dubium eſt, Vniuerſitates poſſe in iudicijs eſſe agendo, & excipiendo, *l. 1. §. 1. l. 2. 3. 7. & 9. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin. l. procuratores, C. de decurion lib. 10.* Cum autem per ſe ipſas in iudicio eſſe non poſſint, neceſſe habent conſtituere Syndicos, & actores, a quibus ipſa Vniuerſitas repręſentetur, *d. l. 2. & 3. ff. quod cuiuſque Vniuerſ. l. 8. ff. de pollicit. ibi, actores conſtituti, qui legitimè pro Ciuitate agere poſſunt nomine publico, adire aduerſus eum Iudices poterunt, &c.* Et Syndicus propriè dicitur ille, qui eſt conſtitutus ab Vniuerſi-
2 tate, & Collegio, *l. 1. §. quibus, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin.* & dicitur Syndicus, quaſi ſingulorum cauſas dicens,
3 *c. 1. de Syndic. gloſſ. in l. 1. §. quibus antē, in verb. Syndicum, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin.*

4 Et quemadmodum Vniuerſitas cogi poteſt officio Iudicis ad conſtituendum Syndicum, vt ipſam Vniuerſitatem defendat, & qui nomine ipſius conueniri poſſit a creditoribus, vt cauſæ facilius, & melius agantur, *ex Rip. l. 1. §. ſi autem Collegium, num. 9. ff. ad S. C. Trebell. & alijs a Loſæo relatis tract. de iur. vniuerſ. par. 2. cap 1 num. 3. Io. de Plat. in l. 1. nu. 3. C. de iur. Reip. lib. 11.* ita qui fuerit elé-
5 ctus in Syndicum, non poterit officium recuſare, *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 30. num. 88. & ſeq.* & ampliat hoc magis procedere in Ciuitate parua; & pluribus exornat hanc concluſionem *Petr. Greg. Tholoſ. tract. de repub. lib. 4. cap. 5. num. 4. verſ. contrarium tamen:* Nam vt

V *Vul-*

Vlpianus ait in l.1.§.apparet itaque,verſ.
quia non tantum, ff. de ventre in poſſeſſ.
6 *mittend.* non ſolùm patri, ſed patriæ na-
ſcimur, nec eſt laudandus qui ſe, vel a-
lios ſubtrahit vtilitatibus patriæ, *l.3. §.*
quod pater,ff.de mun.& hon. Nec valeret
7 excuſatio, quæ diceret, magis idoneos
in eadem Vniuerſitate reperiri, qui tale
munus exercere valeant, *ex mente gloſſ.*
vlt.in c.quid ergo,11. quæſt.3. & optimè
facit tex. in l.ſi quis Magiſtratus, ff. de
muner.& honor.

8 Notandum quoque eſt, licèt quis cogatur acceptare officium, non tamen liberatur a præſtandis ſolitis cautionibus in fauorem Reipublicæ, vt eſt *tex.ad literam in l. fin.ff.ad municip.in fine: ibi. Imperatores Verus, & Antoninus reſcripſerunt non minus eos, qui compulſi Magiſtratu funguntur, cauere debere, quàm qui ſpontè officium agnouerunt.*

9 In conſtitutione autem Syndici multa requiruntur, vt valida dicatur, vt notat *Marc.decis.781.& 782. per tot.* Horum aliqua ſunt generalia ad omnes alios actus, qui fiunt ab Vniuerſitatibus; alia verò ſunt ſpecialia reſpicientia modum, & formam conſtituendi Syndicum.

Primò igitur requiritur, vt Vniuerſitas, ſeu ipſius Conſilium conuocetur mandato Superioris, *l.obſeruare, C.de decurion.lib.10. vbi Io.de Plat.num.1. & nos dicemus infra latius §.12. gloſſ.2. in verb.Conſilijs.*

Secundò requiritur, vt Conſilium cōgregetur in loco publico,ſolito, & conſueto, ad ſonum Campanæ, vel Tubæ, ſeu Præconis vocem iuxta conſuetudinē cuiuſque loci, *d.l.obſeruare, & ibi Plateanus num.2. Marc.dict.decis.781. in princip.*

Tertiò requiritur interuentus, & præſentia ſaltem duarum partium ex tribus, quæ interuenire debent, & ſolent in Conſilijs, *l.3.& 4.ff.quod cuiuſque Vniuerſ. nomin. l.quod maior, ff. ad municipal.l.45.nominatorum,C.de decurion.lib.10.* Nec ſatis eſſet ſola præſentia duarū partium, niſi omnes Conſiliarij eſſent vocati per ſonum Tubæ, vel Campanæ, ad tradita *per Marcum d.decis.782. n.5.*

Quartò, ſiue omnes Decuriones, ſiue maior eorum pars interueniat, neceſſe eſt, vt maior pars congregatorum conſentiat, *gloſſ. in l.30. procuratores, in verb.Reipublicæ, vbi etiam Io.de Plat. C. de decurion. lib. 10.* Et hæc requiruntur generalitèr ad omnes alios actus, & in electionibus ferè omnium officialium, quæ fiunt ab Vniuerſitatibus; *Marcus, & alij ab eo relati d.decis.782.*

10 Quintò, ſpecialitèr in conſtitutione Syndici requiritur, vt præmittatur, & adſit decretum, & auctoritas Iudicis, Prætoris, ſeu alterius Officialis, qui Præpoſitus ſit gubernatio illius Vniuerſitatis: Quæ concluſio licèt a quibuſdam non recipiatur, volentibus in conſtitutione Syndici ſufficere decretum Decurionum, abſque alia Superioris auctoritate; verùm magis tutum eſſe dicit *Bar. in l.3. num.7.ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin.* ſi vltra decretum Decurionum interueniat etiam Superioris auctoritas: vide *Boccace ad Conſtit.Piceni, gloſſ. 6. num.21.& ſeqq.*

Et Syndicum electum præſentandum eſſe iudici, vt ab eo confirmetur, & in eius manibus iuramentum præſtet, ait *Marcus d.decis.781.num.5. & decis. 789. per tot.Nicol.Loſæus de iur.vniuerſ.par. 2. cap.1. num.22.* qui poſt multa refert opinionem *Caſtrenſ.in l.3. nu.6. ff.quod cuiuſque vniuerſ.nomin. & in l.6. §.ſed ſi ita, n.vlt. cū §.quid ſit actor, ff.eodem,* diſtinguentis. Si conſtituatur Syndicus ab aliqua Ciuitate non recognoſcente ſuperiorem, tunc non requiritur auctoritas, ſeu confirmatio iudicis; ſi autem conſtituatur ab Vniuerſitate recognoſcente ſuperiorem, tunc erit neceſſaria auctoritas, & confirmatio iudicis, præſertim quia in iſtis Vniuerſitatibus ſubditis non poteſt conuocari, nec congregari Conſilium ſine licentia, & interuentu officialis, qui Principem repræſentat. Verùm *Io.de Plat.in l.procuratores, verſ.ſed veritas, C. de decurion. lib. 10.* aliam affert diſtinctionem, quæ non mihi diſplicet. Ait enim ille; aut conſtituitur Syndicus ad iudicia, quo caſu quilibet de populo poteſt pro ſua patria comparere, vt *in d. l. procuratores*, & hoc caſu non requiritur decretum iudicis; aut conſtituitur Syndicus ad aliendum bona Vniuerſitatis, & hoc caſu requiritur decretum iudicis. Ita *Plateanus, & Boccaccius loco citato.*

Præterea requiritur, vt in inſtrumen-
11 to deſcribantur, & exprimantur ſingillatim nomina omnium Conſiliariorum, qui in conſtitutione Syndici interfuerunt, vt notant *Scribentes, & præcipuè Io.de Plat.in l.vlt.num.4.verſ.item facit, C.de vend.reb.Ciuit.lib.11. Loſæ. d.tract. de iur. vniuerſ.par.2.cap vnic. num.23.* vbi hanc concluſionem diſtinguit; tunc ſcilicet habere locum, quando agitur de

re

re magni ponderis, vt eſt alienatio bo-
norum Vniuerſitatis; ſi verò agatur
de re parui momenti, non eſſe neceſſa-
riam expreſſionem: & ita dicit eſſe in-
telligendos *Iaſ. in l. placet, num. 15. C. de
ſacroſ. Eccleſ. poſt Bart. in l. 1. num. vlt. ff.
de alb. ſcriben. Bal. in l. 3. num. 3. ff. quod
cuiuſque vniuerſ. nomin. Roland. conſ 90.
num. 16. 21. & 55. lib. 1. & omnium ple-
nius Myſinger. obſeru.* 18. *cent.* 3. dicen-
tes, non ſufficere, ſi dicatur, *Decuriones
conſtituunt, & faciunt talem Syndicum*,
vel nominare duos, vel tres ex ipſis De-
curionibus, & poſtea ſubijcere, *& omnes
alij, qui faciunt maiorem partem*. Ol-
dradus autem in conſ. 100. ita diſtinxit:
Aut conſtituitur Syndicus ſub nomine
collectiuo certam iuris determinationẽ
habente, vt eſt Capitulum, Vniuerſitas,
Ciuitas, Collegium, Conuentus, & ſi-
milia, tunc non eſt neceſſe nomina Ca-
nonicorum, vel ſingulorum de Vniuer-
ſitate, Ciuitate, vel Collegio exprime-
re. Aut conſtituitur per nomina ſingu-
laria corpora deſignantia, puta, ſi dica-
tur, Canonici talis Eccleſiæ, Ciues talis
Municipij, tunc exprimenda ſunt nomi-
na ſingulorum, ea ratione, quia talis ſer-
mo poteſt verificari de duobus tantùm
*l. inter illam, §. vlt. ff. de verb. ſignific. &
hanc opinionem ſequutam fuiſſe Camerã
Imperialem teſtatur Myſinger. d. obſer.
18. cent. 3. & ſupra obſer. 76. cent. 1. verſ.
cæterùm quando*.
Et Syndicum ad defendendum iura
12 Vniuerſitatum etiam ab vno cõſtitutum
procedere poſſe dixit *Rota coram Cre-
ſcentio deciſ. 6. num 4. de procurator. aliàs
eſt* 117. ea ratione, quia Vniuerſitas vti-
tur iure minoris, & geſta cum minus le-
gitimo procuratore minoris in defen-
ſione valet. *l. non eo minus, 14. C. de pro-
curat. ibi: Minoribus enim ætas in dam-
nis ſubuenire, non in rebus proſperè ge-
ſtis obeſſe conſueuit*. Quibus addi po-
teſt, quòd in ijs, quæ defenſionem Vni-
uerſitatum reſpiciunt, quilibet de popu-
lo, etiam ſine mandato in iudicio ſtare
poteſt, *l. procuratores, vbi Ioan. de Plat.
verſ. ſed veritas, C. de decur. lib. 10.* vbi
addit hoc etiam fieri poſſe ſine decreto
iudicis, quando conſtituitur Syndicus
ad iudicia; ſecus ſi ad alienandum, vt di-
ximus ſupra.
13 Vbi verò Syndicus fuerit conſtitutus
pro Vniuerſitate ad ſoluendum debita,
& ſatisfaciendum creditoribus; ſi ante-
quam ſoluat, non inquirat diligentèr, an
verè Vniuerſitas ſit debitrix, & ad illius
ſolutionem teneatur, & ex qua cauſa, &
an benè probata ſit; dicitur in lata cul-
pa, ſi ſoluerit; quod maximè locum ha-
bet, niſi iudicis, & decurionum iuſſus
præceſſerit, vt eſt doctrina *Bart. in l.
quoties, notab. 3. ff. ad municipal.* qui ait,
Maſſarium Communitatis ſoluere non
14 debere debita Vniuerſitatis, niſi de mã-
dato Prioris, & Procerum; *Munnoz. de
Excobar. tract. de ratiocin. cap. 23. nu. 20.
& 21. ſequutus Bald. de Vbald. in tract.
de conſtitut. num. 1. vol. 1.* dicentem; licèt
Syndicus Vniuerſitatis habeat mandatũ
generale cum libera a lege circa nego-
tia Vniuerſitatis, adhuc ſine iudicis mã-
dato bonam fidem ſoluendo agnoſcere
15 non poteſt, *arg. text. in l. ſi is cui, §. Fla-
uius, ff. de ſolution. ibi: quia non eſt veri-
ſimile dominum ad eam ſpeciem ſoluen-
dis pecunijs ſeruum præpoſuiſſe, quæ ſol-
ui non debuerint. & Bald. in rubr. C. de
16 conſtit. pecun.* ſcripſit; Officialem publi-
cum non poſſe ſoluere vnum nummum
ex æquitate ſui capitis. *Nicolaus tamen
Loſæus d. tract. de iur. Vniuerſ. par. 1. cap.
vlt. num. 116.* voluit; quòd licèt Syndi-
17 cus, & Adminiſtrator rerum publicarum
non poſſit gratis debitum liquidum V-
niuerſitatis remittere, ſi tamen confi-
teatur ſolutum eſſe Vniuerſitati, & ha-
beat facultatem recipiendi ſolutiones,
talis confeſſio præiudicat Vniuerſitati,
& illi ſtatur; & hanc eſſe opinionem
Caſtrenſ. in l. 38. num. 3. ff. de pact. quæ ta-
men opinio ſi vera eſt, puto eam intelli-
18 gendam, vt ſcilicet præiudicet Vniuer-
ſitati, quoàd eum, qui ſoluit; nam de-
bitor Ciuitatis ſoluens ei, qui commu-
nitèr putabatur Exactor ipſius Ciuitatis,
benè ſoluit, & liberatur, quámuis non
eſſet verè procurator, & exactor, *l. eius
qui in Prouincia, ff. ſi cert. pet. l. ſi quis
ſeruo, ff. de ſolut. & alia adducit Curt.
iun. conſ 310. num. 94. & ſeq. lib. 3.* Non
autem præiudicare, quia Vniuerſitàs a-
gere poſſit contra Syndicum, qui talem
19 fecit confeſſionem; nam confeſsio non
admittitur, quando eſt prohibita alie-
natio, *Put. deciſ. 7. & 55. ferè per tot. lib.
3. in nouis; Greg. XV. deciſ.* 188. *num.* 7. ſi-
cut etiam confeſsio Prælati, & Admini-
20 ſtratoris non præiudicat Eccleſiæ, *Se-
raphin. deciſ. 292. nu. 2.* Et confeſsionem
procuratoris, ſe recepiſſe pecuniam non
præiudicare domino, niſi habeat ſpecia-
le mandatum ad confitendum, *idem
Seraphin. deciſ. 987. fuit dubitatum an
Didaco, nu. 5.*
21 An verò ſufficiat citare Syndicum,

quando quis agere velit contra Vniuerſitatem? videtur affirmatiuè reſpondendum, per ea, quæ dixit *Rota coram Put. deciſ.448. in cauſa Spoletana, ſeu Nurſina Territoriorum*; quo loci habetur, citandum eſſe Syndicum, quando agitur de translatione bonorom accataſtatorũ de vno ad alium locum propter præiudicium, quod poteſt afferri Vniuerſitati. Sed contrariam partem tuentur *Bald. in l.5 num.4.& 15.C.de execut.rei iudic. & in l.1.in 2.lect.num.1. ff.quod cuiuſque Vniuerſ.nom.* vbi ait, Vniuerſitatem ci-
22 tandam eſſe in Conſilio congregato; nec ſufficere, ſi citetur Poteſtas, vel alius Officialis, quia eius contumacia non nocet Vniuerſitati, *Caſtrenſ.in l.1.§.1.nu.5 ff. quod cuiuſque Vniuerſ.nomin.* vbi ait, Vniuerſitatem citari debere in Arrengo, ideſt quando ſunt ſimul congregati Officiales in loco publico; citatio enim facta in perſona Syndici non ſufficeret, vt Vniuerſitas dicatur in dolo, & contumacia: ita *Caſtrenſ. relatus a Loſæo dicto tract.de iur.Vniuerſ.par.2.cap. vnic.nu. 63.videndus*, quia alia multa ad hanc rẽ adducit. Verùm quòd non ſufficiat citare Syndicum, puto verum, quando Syndicus eſſet generalitèr conſtitutus, ſecus autem, quando ſpecialitèr ad petitionem volentis agere contra Communitatem; quia cum hic petere poſsit à iudice, vt conſtituatur Syndicus, cum quo agat, ſi citatio contra hunc facta non valeret, inanis eſſet petitio, ad tradita per *Io.de Plat.in l.1.nu.3. C. de iur. Reipub.lib.11.& facit gloſſ.in l.6.§.actor, in verb.de rato, ff.quod cuiuſque vniuerſ. nomin.*

23 Si verò mittendus ſit Syndicus ad aliquem locum pro defenſione iurium Vniuerſitatis, non poſſe Syndicum petere ſalarium, ſed tantùm expenſas victus, ſcripſit *Guid.Pap deciſ.68.num.2.& 4.& in annotat.ad conſ.109.Alex.in verb. non poteſt petere,lib.6.* qui tamen putat, limitandam hanc concluſionem in viro, qui quotidie lucraretur ex opera ſua, *vt in d.deciſ.68.num.6.* vbi loquitur non ſolùm in Syndicis, ſed etiam in omnibus, qui mittuntur ab Vniuerſitatibus ad aliquem locum; ideo nota, quia hoc frequentèr in facti contingentia poteſt euenire: licèt *idem Guid.* videatur concludere, attendendam eſſe conſuetudinem cuiuſque loci.

24 Denique ſi Ciuitas, vel Vniuerſitas diſcordet in cõſtitutione Syndici, vel Procuratoris, quis interim ſine mandato agere poterit? Hanc quæſtionem ponit *Roman.in ſingular.658.* ponc. quòd Collegium, qui ait in hoc caſu adeſſe duas *gloſſ. altera eſt in l.procuratores, C. de decurion lib. 10.* quæ vult, Decuriones Ciuitatum habere generale, aliàs ſpeciale mandatum, ad agendum; altera verò *gloſſ.eſt in l.nulli, in verb.ea lege, ff.quod cuiuſque Vniuerſ. nom.* quæ dicit, Poteſtas Ciuitatis poteſt pro Ciuitate agere ſine mandato, quando pro ea non eſt conſtitutus procurator: *Hæc Roman. vbi Nicol. Pig. in annot. adducit Bart.Angel.Aret.& Alex.* hoc idem tenentes: qua de re nos etiam dicemus aliquid infra *§.16.gloſſ.3.in verb.adminiſtrauerint.*

Et alia multa ad materiam conſtitutionis Syndici, Procuratoris, Actoris, Oeconomi, & his ſimilium, quæuè ſit inter illos differentia, collegit *Loſæus videndus d. tract. de iur. Vniuerſ. par.2. cap.1.per tot.poſt Papienſem, & alios ab eo relatos; videri etiam poterit Luc. de Penn. in l. vltima num.4.& 5. C.de legation.lib.10. Boccaec. ad Conſtit. Piceni, gloſſ.6.num.18. & aliis ſeqq.*

25 An autem Syndicus iuret de calumnia; dicas affirmatiuè, *vt eſt tex.in l.2.§. quod obſeruari,C.de iur. iur.propter calumn. & notat Io.de Platea in l. Rempublicam,num.3. verſ.quia Syndicus, C. de iur.Reipubl.lib.11.*

26 Et quòd Vniuerſitas contraueniens iuramento præſtito per Syndicum habentem ad hoc ſpeciale mandatum, efficiatur periura, *Curt. iun. in l. ſi quis maior,num.22.C. de tranſaction.* quem refert, & ſequitur *Boccac. in comment. Conſtit.Piceni,gloſſ.2.n.90.*

27 Vniuerſitas verò obligata per Syndicum in forma Cameræ an poſsit excommunicari? dicas, ſi obligatio fuit facta, ſeu ratificata per ſingulares perſonas nominatas, quæ obligarunt Vniuerſitatem, & ſe ipſos; tunc illi particulares obligati poterunt excommunicari loco Vniuerſitatis; ita *Boccac in d.comment. gloſſ.6. num.58.& melius ſupra num.44.* Si verò Vniuerſitas ſit obligata ſub nomine collectiuo, tunc non poterit excommunicari, *vt ibi per eum*, ſed fuſius *per Galleſ. de oblig Cam.quæſt.36. num.22. iuxta nouam impreſſ.& ibi Zacchias n.4.*

28 Eliguntur etiam Syndici, ſeu Syndicatores ab Vniuerſitatibus ad ſyndicandum Officiales, & videndum rationes eorum, quæ in officio geſſerunt; & hi habent iuriſdictionem iudicandi, & con-

dem-

demnandi, ſi malè geſſerint, iuxta formã Statutorum Prouinciæ, vel ſingulorum Locorum, *Natt.conſ.636.num.136.Vrg. Boccac.ad Conſtit.Picen.gloſſ.6.num.20.* & in Statu Eccleſiaſtico habes *Conſtit. Clem.VII.in ord.25.Bullar. nouo tom.1. pag.593.*

29 Et poſſe Syndicum a publico deputatum ſingulorum bona obligare; & ſi fiat obligatio eum clauſula, *in ſolidum*, quòd
30 hæc afficiat ſingulos pro tota ſumma, itaut eo caſu vnus ſoluendo partem ſuã non liberetur, cum totum ſoluere teneatur, *Bart.in l.4.§.actor,num.10.in fin. ff. de re iud.* quem refert, & ſequitur *Mangil.de euict.q.132.num.12.& 13.& num.14.* ſubdit, quòd licèt præmiſſa ve-
31 ra ſint fauore creditorum, debebit tamen Ciuitas indemnes conſeruare iſtas particulares perſonas, quę ſoluerunt pro ea, vel ex communi ærario, ſi extet, vel ex collecta imponenda per æs, & librã; vt ibi latius apud ipſum.

SVMMARIVM.

1 *Metus cuncta componit, ſi reus crimen in iudicante non inueniat.*
2 *Culpa negligentiæ iudicis eſſe probatur, quoties coguntur homines legum beneficia poſtulare.*
3 *Inſtantia, & diligentia ſicut in ſuo quoque opere artium mater inuenitur, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.*
4 *Ob negligentiam datur ius agendi.*
5 *Negligentia, & contemptus æquiparantur.*
6 *Negligens quandoque punitur pœna fuſtigationis, interdum tenetur crimine falſi, quandoque vt præuaricator, & contemptor.*
7 *Iurari poteſt in litem contra Vniuerſitatem propter culpam incolarum, qui fuerunt negligentes in cuſtodiendo, & purgando territorium a malis hominibus.*
8 *Rectores Prouinciarum puniendi ſunt, ſi facinora vindicare neglexerint.*
9 *Negligentia correctionis perdit diſciplinam in ſubditos.*
10 *Quæ malè vſurpantur, ſi negligentèr omittimus, exceſſibus alijs viam aperimus.*
11 *Gubernatores, & Officiales negligentes puniuntur non ſolùm quoad refectionem damni illati, ſed etiam priuationis, & inhabilitatis ad alia officia.*
12 *Actio, quæ datur contra Officiales negligentes, licèt ſit ſubſidiaria, extenditur tamen ad hæredes.*
13 *Officiales negligentes recipere fideiuſſores a conducentibus prouentus Vniuerſitatis qualitèr puniantur.*
14 *Negligentes colere agros, & vineas ſuas, & equos mundos habere, qua pœna puniebantur antiquitùs.*
15 *Promoti ad Beneficia Eccleſiaſtica, & ad regimen bonorum Vniuerſitatum, quid agere debeant ratione iuramenti per eos præſtiti.*
16 *Tutores negligentes qua actione conueniantur.*

§. X.

Gloſſ.1.

Negligens.

CAP. XXV.

IN præcedẽti §. ſancitum eſt, quid agere debeat Procurator fiſcalis cuiuſq; loci, quippe qui cogere debeat adminiſtratores ad reddendam rationem de geſtis, & inſtare coram Officialibus locorum, vt præfigatur terminus debitoribus ad ſoluendum, & reſtituendum Vniuerſitatibus quidquid in manibus habent. Verùm ſi hæc Procuratoris fiſcalis inſtantia negligatur ab ipſis Officialibus, graue ex hoc damnum ipſis Vniuerſitatibus reſultaret.

Ideo pergit Summus Pontifex in hoc §.10.declarare, & ſtatuere pœnas contra ipſos Officiales negligentes; ſiquidem vt *Caſſiodor.ait lib.9. var.c.19.ad fin.Me-*
1 *tus cuncta componit, ſi reus crimen in iudicante non inuenit;* & *in ſeq. cap.* ad vniuerſos iudices Prouinciarũ ſcribens.
2 *Culpa ſiquidem veſtræ probatur eſſe negligentiæ, quoties a vobis coguntur homines legum beneficia poſtulare. Et Anacletus Papa relatus a Gratian. diſt.83. c.*
3 *nihil, Sicut artium* (inquit) *in ſuo quoque opere inuenitur mater inſtantia, & diligentia, ita nouerca eruditionis eſt*
4 *negligentia:* & propter negligentiam amitti

amitti ius agendi, notat *Luc.de Penn. in*
l.2.ſi quis nauicularius, num. 16. C.de
5 *naufrag.lib.11.* Aequiparantur enim ne-
gligentia, & contemptus *in Auth. vt cũ*
de app.cognoſc. §.ſi vnum de prædictis,&
in §.præcedenti, vbi multa contra negli-
gentes ſancita inuenies. Et ideo punitur
6 interdum negligens pœna fuſtigationis,
l.1.§.quies, ff.de offic.Præfect. vigil. quã-
doque negligens tenetur crimine falſi,
l.1.§.ſed & ſi videre, ff.de falſ. aliquan-
do etiam, vt contemptor, & præuarica-
tor, *c.cum ad monaſterium,§. penult. de*
ſtatu monachor. & alia ad rem congerit
Luc.de Penn.in l.2.num.9. C.de naufrag.
lib. 11. qui notat etiam in verſ. videtur
igitur, poſſe contra Vniuerſitates iurari
7 in litem, ſi propter culpam incolarum
fuerint negligentes in cuſtodiendo, &
expurgando eorum territoria a malis
hominibus; & hanc quæſtionem diſpu-
tat pro vtraque parte, videndus; & vide
etiam quæ diximus ſupra §.4.*gloſſ.*1. *in*
verbo pœnis.

Et *Conſtantinus Imperator in l.1.& l.*
8 *Chriſtianos, C. de pagan.* puniendos eſſe
præcipit Rectores Prouinciarum, ſi fa-
cinora vindicare neglexerint; negligen-
9 tia enim in corrigendo diſciplinam per-
dit in ſubditis, *23.quæſt.3. c.* iuſtum; &
ſi negligentèr ea, quæ male vſurpantur,
10 omittimus, exceſſibus alijs viam aperi-
mus, *diſt 93. c.peruenit ad nos*. Iure igi-
tur merito ſtatuta eſt pœna ab hac no-
11 ſtra Conſtitutione cõtra Gubernatores,
& alios Officiales negligentes, nõ ſolùm
quoad refectionem damnorum,ſed etiã
priuationis, & inhabilitatis ad alia offi-
cia obtinenda, *facit tex.in l.3.* C.*de Ma-*
giſt. conuen. l 2. & 3.in fin. C.de conuen.
fiſci debitor.lib.10. & optimus tex. in
Auth.de collat.§.Ciuitatum, verſ.ſingu-
lis annis; viden.eſt etiam l.2.C.de admin.
rer.publ.lib.11.& Inſtit.de ſatiſd. tutor.
vel cur. §.ſciendum autem, vbi licèt Im-
12 perator dicat hanc actionem eſſe ſubſi-
diariam contra Magiſtratus, & Admini-
ſtratores rerum publicarum, illa tamen
ad hæredes extendendam eſſe voluit.

13 Et Officiales negligentes exigere fi-
deiuſsiones idoneas a conductoribus
prouentuum Vniuerſitatum, illaſque
per generale Conſilium approbari, an-
tequam ad exercitium, & poſſeſsionem
rei conductæ admittantur, teneri ad
omnia damna, expenſas, & intereſſe,
quæ reſultare poſſunt Vniuerſitatibus,
dixit pluriès hæc Sacra Congregatio,
ſignantèr inſtante Prouincia Marchiæ
petitione 6. quæ deciſio deſumitur a
iure communi, *vt in Auth. de collat. §.*
Ciuitatum,verſ.ſcientibus ijs,l.quod ſe-
mel, ff.de decret. ab ord.facien. l.vt gra-
datim, ff. de mun. & honor. l. Exactores,
C.de ſuſceptor. præpoſ. & arcbar. lib. 10.
Solon etiam in negligentes, & ſegnes
mulctam, & pœnam conſtituit, *authore*
Plutarc.in Solone; & in veteribus moni-
mentis inueniſſe pœnas iniunctas negli-
gentibus, teſtatur *Gellius lib. 4. cap. 12.*
his verbis. [*Si quis* agrum ſuum ſor-
14 deſcere paſſus fuerat, eumque indiligẽ-
tèr curabat, ac neque arauerat, neque
purgauerat, ſiue quis arborem ſuam, vi-
neamque habuerat derelictui, non is ſi-
ne pœna fuit, ſed erat opus cenſorium:
item ſi quis Eques Romanus equum
habere gratalentum,aut parum nitidum
viſus erat, impolitiæ notabatur: id ver-
bum ſignificat quaſi tu dicas *iniuriæ*.]
Hæc Gellius.

Et magis ad rem noſtram *Card. in*
Clem.2.num.2.de religioſ.domib. qui licèt
loquatur de ijs, qui negligunt recupera-
re bona Eccleſiæ, benè tamen adaptan-
15 tur ad bona Vniuerſitatum, quia ſi-
cut promoti ad Beneficia iurant, quòd
alienata, & occupata iniuſtè pro poſſe
repetent, & ad ius, & proprietatem ſui
Beneficij reducent; ita etiam Magiſtra-
tus ſæculares iurant ſeruare contenta in
Bulla ſuper Bono Regimine, quæ pari
modo præcipit recuperationem bono-
rum malè alienatorũ, & expreſsè prohi-
bet illorum alienationem, & vt diligen-
tes ſint in gubernio, & conſeruatione
rerum publicarum, ſub pœnis nedum
pecuniarijs, & corporalibus, ſed etiam
Cenſurarum.

Et argumentum hoc de Prælatis Ec-
cleſiaſticis circa regimen Eccleſiarum
ad Rectores Ciuitatum, & Prouinciarũ,
itaut in ambobus requiratur eadem di-
ligentia, & cura, ponit *Tholoſan. tract.*
de Repub.lib.13.cap.3.n.11.& 12.

Et cum pluriès dictum ſit, Admini-
ſtratores, & Officiales Vniuerſitatum
habere ſe ad inſtar tutorum, pari etiam
iure ſunt iudicandi, & ideo intrat diſpo-
ſitio *textus in l.quicquid,C.arbitr.tutel.*
vbi Diocletia.& Maxim. A A. reſcripſe-
runt. [*Quicquid* tutoris dolo, vel lata
16 culpa, aut leui, ſeu curatoris minores a-
miſerint, velcum poſſent, non acquiſie-
rint, hoc in tutelæ, ſeu negociorum ge-
ſtorum vtile iudicium venire non eſt in-
certi *iuris*.] & faciunt *tex. viden. in c.1.*
& 2.11.quæſt.4.& ibi Archidiac.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Reſpublicæ intereſt habere plures, qui ſuas cauſis defendant.*

2 *Syndico non exiſtente, ſeu legitimè impedito, quilibet de populo admittitur pro defenſione Reipublicæ.*

3 *Vniuerſitas æquiparatur pupillo, & Eccleſiæ, quæ non poſſunt eſſe indefenſa.*

4 *Sententia lata contra Vniuerſitatem, pupillum, & Eccleſiam indefenſas eſt ipſo iure nulla, etiamſi appareat de citatione, & non habuerit actorem.*
Declara, vt num ſeq.

5 *Vniuerſitates habent reſtitutionem in integrum, ſiue ſint læſæ in iudicio, ſiue extra; & læſio in iudicio quotuplex ſit.*

6 *Diſpoſita in l. Rempublicam, C. de iur. Reipub. habet locum in vnaquaque Vniuerſitate.*

7 *Beneficium reſtitutionis in integrum quibus Vniuerſitatibus competat.*

8 *Vniuerſitates ideo gaudent priuilegijs, quia in illis reperiuntur minores, pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonæ.*

9 *Quilibet de populo admittitur ad defendendam Vniuerſitatem ſub cautione de rato, nec requiritur de ſoluendo iudicatum.*

10 *Ad denunciandum negligentias officialiũ quilibet de populo admittitur, & quare non requiratur deputatio delatoris.*

11 *Quilibet de populo poteſt petere in iudicio, vt adminiſtratores rerum publicarum reddant rationem, & detur copia calculi.*

12 *Delatores, qui curioſi etiam dicuntur, neceſſarij sũt pro recta Reipublicæ adminiſtratione.*

13 *Delatores quartam partem bonorum præſcriptorum habebant, & ideo dicti ſunt Quadruplatores; & ex lege Papia præmia recipiebant.*

14 *Delatorum audacia, & præſumptio compreſſa; & quare; & quomodo.*

15 *Delationibus hodie præpoſiti ſunt Rationales, & fiſci Procurator.*

16 *Delatores eſſe qui non poſſunt; & execrabiles dicuntur.*

17 *Delationes fiſco faciendæ ad 16. capita reducuntur.*

18 *Delatorum pœnis quinam ſubiecti non ſunt.*

19 *Quilibet de populo poteſt defendere iura fiſci, & Reipublicæ.*

20 *Denunciatores maleficiorum in Villis, & Caſtris deputati, quid agere debeant ratione officij; vide remiſſiuè.*

21 *Ciuis ſuſcipiens defenſionem iurium ſuæ Vniuerſitatis pater patriæ appellandus eſt.*
Amplia, eſſe tam ipſum, quàm ſucceſſores eius perpetuæ ciuium memoriæ commendandos. num. 22.
Amplia ſecundò, eſſe in honoribus, & prærogatiuis præferendos. num. 23.

24 *Ciues infideles, & qui contra publica commoda laborant, & machinantur, perpetua nota ſignandi, & ab honoribus vnà cum ſucceſſoribus arcendi ſunt.*

25 *Ciuis qui aſſumit munus defendendi patriam, cogere poteſt Vniuerſitatem ad ſubminiſtrandum litis expenſas; & redditur ratio.*

§. X.

Gloſſ. 2.

Cuilibet de Populo.

CAP. XXVI.

1 REIPVBLICÆ intereſt quã plurimos habere, & iudicio admitti, qui ſuas cauſas defendãt, vt eſt *Pauli I. C. reſponſum in l. 4. ff. de oper. nou.*
2 *nunciat.* & ideo ſi nullus Syndicus ſit ab Vniuerſitate conſtitutus, per quem defendi valeat, vel ſi ſit conſtitutus, abſit, aut valetudine, aliouè legitimo impedimento detentus, quilibet de populo, & extraneus ad ipſius Vniuerſitatis defenſionem admittitur, vt *Nicol. Loſæus ſcribit tract. de iur. Vniuer. par. 2. cap. 1.*
3 *num. 7.* Aequiparatur enim Vniuerſitas pupillo, qui indefenſus eſſe non debet, *l. Rempublicam, C. de iur. Reipub. lib. 11. & ibi Luc. de Pen. & alij Scribentes, Bar. in l. 2. num. 1. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiscal. lib. 10.* Aequiparatur etiam Ciuitas Eccleſiæ, vt in *l. vt inter Diuinũ,*
4 *C. de Sacroſ. Eccleſ.* & ſententia lata contra pupillum, Eccleſiam, Rempublicam, Ciuitatem indefenſam, eſt ipſo iure nulla,

nulla, *vt in l.1.& ibi Io. de Plat. num.2. C.de iur.Reipub. lib.11.* & habere etiam
5 reſtitutionem in integrum, ſiue ſint læſæ in iudicio, ſiue in contractu, notat *gloſſ. in d. l.Rempublicam,C.eodem*. Læſio autem in iudicio dupliciter eſſe poteſt,vel quia non fuerit vllo modo defenſa; & tunc ſententia eſt ipſo iure nulla, vt diximus, etiamſi fuiſſet citata, dummodo non habuerit actorem, vt dixit *Rota coram Creſcent. deciſ.9. de ſent. & re iudic.* quæ quidem deciſio procedit in ſententijs diffinitiuis, non autem in interlocutorijs, *Seraph.deciſ.*1028. *num.*4.& 5. Aut habuit defenſorem, & tunc valet ſententia, verùm ſi ex ea fuit læſa, habet reſtitutionem in integrum; ita *Io. de Plat. poſt gloſſ.in d.l.1.num.1.& l. Rempublicam, in princ.C.de iur.Reipub.* ſub-
6 dens, hoc habere locum, non ſolùm in Republica Romana, ſed etiam in alijs Ciuitatibus priuatis, & hoc priuilegium durare per quadriennium a tempore læſionis, *vt ibi n.2.verſ.itē intra quantum, poſt gloſſ.*

An autem omnes Ciuitates priuatæ,
7 & Vniuerſitates habeant hoc priuilegiū reſtitutionis, *Plateanus* diſtinguit; aut ſunt Vniuerſitates magnæ,quæ reguntur per adminiſtratores, & affirmatiuè reſpondet, aut ſunt paruæ, quæ per ipſas reguntur, & negatiuè dicit. Ratio huius diuerſitatis fortè erit, quia adminiſtratores Vniuerſitatum magnarum plerūque ſunt annales, & quandoque menſtrui, & vt plurimùm negligunt, vt obſeruat *Rota in cauſa Bononien.obligationis Cameralis, coram Robuſterio, quæ eſt deciſio 93. impreſſ. poſt Galleſ. de obligat. Cam. num.* 16. & in iſtis Vniuerſitatibus
8 adſunt pupilli, viduæ, minores, & miſerabiles perſonæ,quibus clarum eſt competere huiuſmodi, & alia priuilegia, *vt in d.deciſ.d.num.16. & alibi, & in d.dec. Creſcen 9.de ſent.& re iud.per totam.* Vniuerſitates verò paruæ, quæ ex viris perfectæ ætatis conſtituuntur, & dicuntur etiam Collegia,vt *C.de priuil.corpor. lib.11.l.1. §. item collegia, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. & ibi Bald. & alij, Myn in l.aliud,§.refertur, n.18. ff.de reg. iur.* Si tales iura ſua negligant, nil mirum,ſi reſtitutionem non habent,quia contra negligentes, & ſua iura contemnentes iura clamant, *l.pupillus,* 24. *§.ſi verò iuſtè, ff.quæ in fraud.cred.Tholoſ. in ſyntag.iur.vniu. lib.4. cap.11. num.2. in fin.*

Quæ autem dicantur Vniuerſitates magnæ, paruæ, vel minimæ, docet *Boccac.in comment.ad Conſtit.Picen.gloſ.6. n.4. & ſeq.* Ad rem autem noſtram redeundo, de defenſione ſcilicet Vniuer-
9 ſitatum, ſciendum eſt, quoties de mandato,aut Decreto Decurionum non cōſtat, quilibet de populo admittitur ſub cautione de rato, *l.2.§.hoc etiam, C.de iure iur. propter calum.* Hæc enim cautio de rato datur,quando dubia res eſt, neque conſtat de mandato, *l.6.§. actor Vniuerſitatis, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Sed an vltra hanc cautionem requiratur etiam de ſoluendo iudicatum, negatiuè reſpondet *gloſſ.in d. §.actor.in verb.rato; Iaſ.in l.4.n.19. ff.de re iud.* qui tamen loquitur in actore generaliter conſtituto, itaut ſecus dicendum ſit in procuratore, *per tex.in l.1.C.de ſatiſdat. & ibi gloſſ.final.* Quæ tamen procedunt, vbi Vniuerſitates defenſione indigent; vbi verò de denunciatione negligentiarum Officialium, & eorum, qui Reſpublicas adminiſtrant, agendum erit, quibus in terminis loquitur noſtra Bulla,
10 nulli dubium eſſe poteſt, quin poſſit ad hoc quilibet de populo admitti; quia omnis, qui admittitur ad accuſandum, admittitur etiam ad denunciandum, & è contra, *ad tradita per Lancell.Corrad. in breuiario,lib.1.cap.9.§.3 de offic.Prætor.in crim.tit.de denunciatione, num.7. & num.anteced.* reſpondit ad Angelum, volentem neceſſariam eſſe deputationē, vt quis poſſit denunciare, ſicut (vt ipſe ait) in Caſtris, & Villis ſiunt Syndici, & Maſſarij ad denunciandum maleficia; quam quidem Angeli opinionem non eſſe veram concludit *ibi Lancellott.nu.*8. ea ratione, quia intereſt Reipublicæ, vt quilibet tanquam vnus de populo admittatur ad denunciandum, *l.in prouinciali, §. fin.ibi, ſi in publico aliquid fiat, omnes ciues opus nouum nunciare poſſūt; & in l.ſeq.ibi: nam Reipublicæ intereſt quāplurimos ad defendēdum ſuā cauſam admitti; ff.de oper.nou. nunciat.* quod etiam legitur *in textu noſtræ Bullæ, ibi; cuilibet de populo id denūciare liceat, &c.* Alia multa de denunciatione,& denunciatoribus ſcribit *Angel. de maleſic. verbo nec non ad denunciationem, videndus,*
11 Et quemlibet de populo petere poſſe in iudicio, etiam ſine mandato, vt adminiſtratores rerum publicarum reddāt rationem, ſcripſerunt *Bart. in l. vbi pactum,num.11.C de tranſact.Innoc.Hoſt. Felin.in c.dilecti,de maior. & obed.* quos refert, & ſequitur *Munnoz. de Excobar. tract.*

tract. de ratiocin. cap. 7. num. 62. & 63. addens, ſi quilibet de populo petat copiam rationum redditarum, eò quia velit excipere de errore, ſeu dolo, vel fraude commiſſa ab ijs, qui huiuſmodi rationes reddiderunt, non poterit illi denegari, ſed concedenda erit. & huiuſmodi inquiſitores, ſeu delatores, qui in Romana Republica Curioſi dicebantur,

12 teſte *Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 4. cap. 22. verſ. eademque lege; & ibi Tiraquell. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniu. lib. 33 cap. 4. n. 8. & ferè per tot.* neceſſarios eſſe demonſtrat pro recta ipſius Reipublicæ ad-

13 miniſtratione. Et hos etiam Quadruplatores, quòd quarta pars delatorum bonorum reorum, & proſcriptorum ipſis daretur ex Neronis præſcripto dictos fuiſſe, *idem Tholoſan.* affirmat: Et certa delatoribus præmia conſtituta fuiſſe a *Lege Papia refert Suetonius in Nerone cap. 10. Præmia (inquit) delatorum Papia lege ad quartas redegit, diuiſis populo viritim quadringentis nũmis;* ſed clarius *Alex. ab Alex. d. cap. 22.* ſic ait, [*Eadẽque* Lege Papia certa delatoribus præmia cõſtituta ſunt: nam cum facinoroſi, & perditi homines clandeſtina facinora admitterent, quæ ad aliorum perniciem, & commune tendebant exitium, vtileque videretur plures debitores eſſe, qui offenſas ſpecularentur in Principem, ne quid impunè perditiſſimi homines moliri poſſent, delatoribus certa præmia conſtituit, eaque cum dimidium illatæ multæ antea fuiſſent, Nero Princeps delatorum licentiam volens comprimere, eadem præmia ad quartas reuocauit, quare Quadruplatores dicti, quòd quartam partem de proſcriptorum bonis, quos detulerant *conſequerentur.*] Hæc Alex. & alia multa ad rem apud ipſum videnda.

14 Cœterùm ſucceſſu temporum cũ hoc genus hominum abuteretur conceſſa ſibi licentia, & poteſtate, ſæpe ob leue, vel ſimulatum, vel confictum crimen, ira, vel odio, vel pretio proborum hominum mores, vitam, & patrimonium in diſcrimen adducerent, ſublatum fuit omnino è Republica: quin & Tiberius ipſe, qui multùm antea illis fauerat, omnes, qui inter delatores præcipui erant, vno die occidi iuſſit; Titus omnes Vrbe expulit; Aurelianus alioquin ſeuerus Quadruplatores, & delatores ingenti ſeueritate proſequutus, & tabulas publicas ad priuatorum ſecuritatem exuri in Foro Traiani ſimul iuſſit; Traianus Cæſar omnes in nauibus, maris, & periculorum miſericordiæ commiſſos, ſine remis, & velis naufragio expoſuit; quos etiã alij Imperatores imitati ſunt, adeout

15 hodie regularitèr Rationalis, ideſt Præpoſitus rationibus reddendis, vel Procurator Fiſci, vel Syndicus Vniuerſitatum huic muneri ſint præpoſiti. *& in l. 18. deferre, ff. de iur. fisci,* enumerantur,

16 qui deferre non poſſunt, videlicet,

Clariſſimi Viri) propterhonorem,
Veterani) & merita militiæ.
Milites. propter honorem ſtipendiorum, quæ merent.

Tutores)
Curatores)
Negociorũ geſtores) Cauſas pupillorũ, vel adoleſcentium ſuorum, quorum negocia gerunt.

Qui rem aliquam vendidit.
Mulieres propter ſexus infirmitatem.

Damnati)
Fuſtibus cæſi)
In opus publicũ dati)
In metallũ damnati) Ne deſperati ad delationem facilè ſine cauſa confugiant.

Denique execrabiles delatores appellat *Philippus Imperator,* qui Fiſco deferunt, *l. ex varia, C. de delator. lib. 10. vbi gloſſ.* addit, hoc maximè verum, ſi fiat ſpe præmij: & hodie apud nos iſti delatores, vulgò, *Spioni*, ſunt infames, & tanquam morboſi vitantur: atque hinc factum quoque puto, vt Aduocati, & Procuratores, & alij, qui præter neceſſitatem officij Fiſco adhærent, malè ſentiant apud omnes.

Quæ autem Fiſco regularitèr deferũ-

17 tur, ad ſexdecim capita redegit *Caliſtratus in l. 1. ff. de iure fisci;* & qua pœna puniantur præcipites delatores, *textus in*

18 *l. 5. C. de delatorib. lib. 10.* Verùm qui proſequendæ cauſæ ſuæ gratia aliquid Fiſco denunciat, delator non eſt, *l. 44. delator, ff. de iure fisci*: Nec etiam delator dicitur, qui ad ſui defenſionem alium nominat, *l. nulla macula, C. de delatorib. lib. 10.* Sed illi quoque, qui ad defenſionẽ Reipublicæ deferunt, pœnam delatorum nõ incurrunt, *l. ex varia, C. eodem tit. vbi Io. de Plat. in princip.* notat ad rem nõſtram,

19 quemlibet de populo poſſe tueri, & defendere ius fiſci, & Reipublicæ, tam in iudicio, quàm extra; ſi enim quis occupat terminum publicum ædificando, poteſt quilibet Fiſci nomine, vel etiam tanquam quilibet de populo nunciare nouum opus, *l. in prouinciali, §. fin. & ibi Bart. ff. de oper. nou. nunc.* hæc Plateanus, apud quem etiam habes, quinam propriè dicantur delatores, quot, & qui-

bus pœnis puniantur non probantes de-
lationes;& vide quæ ſcribit *Angel.tract.*
20 *de maleſ.in verb.nec non ad denunciatio-*
nem, apud quem præter alia multa col-
liges ad rem noſtram,quale ſit officium,
& ad quę teneantur denunciatores ma-
leficiorum, qui regularitèr conſtituun-
tur in Villis, & Caſtris, ad hoc, vt de-
nuncient maleficia Iudicibus, & Officia-
libus Ciuitatum, & maioris Curiæ.
21 Nec prætereunda cenſeo, quæ ſcribit
Capiblan.tract. de baronib. par.1.pragm.
11.num.249. ciuem ſcilicet ſuſcipientem
defenſionem iurium ſuæ Vniuerſitatis,
& coram Superiore denunciantem vſur-
patores bonorum Communitatum, di-
gnum eſſe non ſolùm appellari patrem
patriæ,& honorari, *per tex. ſingularitèr*
in l.3.C.de his, qui ſpontè pub.mun. ſub.
lib.10.ibi,eum pro ſua liberalitate patrem
22 *vocari mereatur*: ſed etiam vt talia geſta
perpetuæ ciuium memoriæ commen-
dentur; ipſumque, ac eius ſucceſſores
tanquam fideles rerum publicarum, &
23 patriæ zelantes in honoribus, & præro-
gatiuis præferendos: Sicut è contra in-
24 fideles ciues, qui contra publica cõmo-
da laborant, & machinantur, perpetuò
notandos, & ab honoribus vnà cum ſuc-
ceſſoribus arcendos, *ad tex.in l.ſi cohor-*
talis,C.de cohortalib.lib.12. ibi, *cui maio-*
rum ſuorum exempla præiudicant; ita
quòd omnis honor, atque militia a con-
tagione huiuſmodi ſegregetur. Et ciuis,
25 qui aſſumit munus defendendi patriam,
ne ſuo ſumptu laboret, & militet, coge-
re poteſt Vniuerſitatem de iure ad ſub-
miniſtrandas litis expenſas: nam quod
commune eſt, iuſtum, ac congruum re-
putatur, vt ab omnibus approbetur, &
communibus expẽſis ſubſtineatur, *Bald.*
in l.ab omnibus, §. ſi Titio, ff.de legat.1.
Auendag.de exeq.mand. par.2.cap.10.nu.
19.Capiblanc.loco cit.n.250.& ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiarum ſpecies quot, & quæ ſint.*
2 *Sententia generalitèr ſumpta quid ſit, & vnde dicatur.*
3 *Contra ſolitum iudiciorum ordinem quomodo procedatur, & quid ſit iudiciorum ordo.*
4 *Sententia diffinitiua quænam ſit, & quæ interlocutoria.*
5 *Acta declarant ſententiam.*
6 *Sententia interloquutoria vim diffinitiuæ habens quænam ſit.*
7 *Iudices ſiue interloquutoriam, ſiue diffinitiuam proferant, in cauſis Communitatum nihil recipiunt.*
8 *Iudex quando excuſetur recipiendo aliquid pro ſententia.*
9 *Poculenta, & eſculenta, quæ triduo prodiguntur, propriè donum, vel munus non dicuntur, ſed xenium.*
10 *Inhumanum eſt a nemine accipere, ſed paſſim viliſſimum, & omnia auariſſimum.*
11 *Iudices hodie neque munera, neque dona, neque xenia recipere debent; & quare.*
Limita, niſi ob defectum ſalarij; & hoc a ſponte dantibus, aliàs pœnis inuoluuntur. num.12.
13 *Quæ ſunt inhoneſta, non quaſi illicita, ſed quaſi pudenda vitare debemus.*
14 *Iudices, qui in acceptãdis officijs acquieſcunt ſtipendijs, & emolumentis ſolitis, nõ poſſunt poſtea dilatare fimbrias, & accipere munera ſub prætextu tenuitatis ſalarij.*
15 *Iudex, qui pecuniam ob ſententiam, vel decretum accipit, vel quò magis, aut minus quod ex officio ſuo eſt, non faciat, lege Iulia repetundarum tenetur.*
Amplia, hoc fortius procedere, ſi hæc faciat in cauſis Vniuerſitatum, & pauperum. num.16.
17 *Qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum committit; & quare.*
18 *Acceptio munerum prauaricatio veritatis eſt.*
19 *Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitat.*
20 *Dans pecuniam iudici, vt rectè iudicet, an, & quando peccet: vide remiſſiuè.*
21 *Iudex, qui pro ferenda ſententia aliquid accipit, & hoc in Cameram Vniuerſitatis repoſuit, an dicatur feciſſe contra Bullam.*
22 *Animam ſuam quis impendere nõ debet commodis alienis.*
23 *Iudex, qui pro ferenda ſententia pecunias extorſit, qualitèr excuſetur.*
24 *Iudex recipiens hodie ſportulas dimidiatas pro ſententia ferenda ad fauorem Vniuerſitatis, excuſatur: & quare.*
25 *Officiales nihil recipere poſſunt pro exequutione literarum Sacræ Congregationis.*
26 *Vniuerſitates cogi poſſunt ad imponendũ ſibi collectas pro ſalario Officialium.*
Hæc collecta exigitur in Ciuitate Vrbeuetana, & toto eius Comitatu n.27.

Sen.

28 *Sententia lata contra Vniuerſitatẽ quando ſit valida, & quando detur reſtitutio in integrum.*

29 *Sententia lata contra Vniuerſitatem an poſſit exequi contra Syndicum, & quomodo ſit exequenda.*

30 *Legatum factum ciuibus alicuius Ciuitatis dicitur factum Ciuitati.*

31 *Exequutio fieri poteſt contra bona mobilia, & immobilia Vniuerſitatum.*

32 *Vniuerſitas, quæ nihil habet in bonis, cogitur imponere collectam pro ſatisfaciendo creditoribus, & ſi Vniuerſitas recuſet, Iudex ex officio illam imponet. Vide poſt num. 45.*

33 *Deficiente emptore bonorum, ſuper quibus ſit facta exequutio ad fauorem Vniuerſitatum, coguntur conſanguinei debitoris ad emendum, nec poſſunt Vniuerſitates recipere bona ſtabilia in ſolutum.*

34 *Officiales locorum compellentes emere bona bannitorum primo loco cogunt proximos conſortes.*

35 *Proximiores coguntur ad acceptandum tutelam.*

36 *Frumentum ſi ſit tranſportandum de vno loco ad alium, primo loco coguntur viciniores.*

37 *Vniuerſitas, quæ coegit conſanguineos, ad emendum bona debitoris, an teneatur de euictione.*

38 *Euictio in emptione, & venditione venit ex natura contractus, etiamſi non ſit promiſſa.*
Amplia habere locum & in datione in ſolutum. num. 39.

40 *Creditor, qui pro ſuo iure obtinet ſubhaſtari, & deliberari pignus, regularitèr non tenetur de euictione, ſed tantùm docere ſe eſſe creditorem.*
Limita hanc concluſionem duobus modis. num. 41.

42 *Fiſcus an, & quando teneatur de euictione.*

43 *Vniuerſitas conuenta vigore obligationis cameralis, an poſſit declinare forum vigore l. vnica, C. quando Imp. inter pupill. & viduas.*
Et quid in terminis Bullæ de Bono Regimine. num. 44.

45 *Exequutio facta in bonis debitoris Vniuerſitatis, an, & quando ſuſpendatur per inhibitionem obtentam ab vxore ipſius debitoris.*

§. XI.

Gloſſ. 1.

Sententia.

CAP. XXVII.

1 SENTENTIARVM ſpecies ſũt tres; prima dicitur merè diffinitiua; ſecunda interloquutoria; tertia mixta, quam Doctores interloquutoriam vim diffinitiuæ habentem appellãt; *Anton. Butr. conſ. 6. per tot. Roman. in rub. ff. de re iud. num. 2. & ſeq. Imol. ſimilitèr in rub. n. 3. de ſent. & re iud. Tholoſ. in partition. iuris canon. lib. 5. tit. 14. cap. 1. n. 2. eod. tit. qui ſub lit. B.* ait. *Sententia generalitèr ſumpta dicitur id, quod*
2 *per ſenſus corporis comprehenditur: a ſenſibus enim dicitur ſenſio, & a ſentiendo ſententia. Franc. de Acceptan. Aretin. tract. de ſent. n. 16.* & Iudex ex allegatis viſis, auditis, & intimatis, ac probatis ſuũ colligit, & inſtituit iudicium; *l. illicitas, §. veritas, ff. de off. præſid.* & ſententia lata ſine inſtantia eſt nulla, *Card. in conſ. 29. n. 5.* qui ad hoc probandum adducit *text. in l. prolatam, C. de ſent. & interloc. omnium iudic. vbi Imp. ait. Prolatam a Præſide ſententiam contra ſolitum iudiciorum ordinem, auctoritatem rei iudicatæ non obtinere certum eſt.* vbi *gloſſ.*
3 recenſet, quid ſit contra ſolitum iudiciorum ordinem procedere; & *verſ. dic ergo,* docet, quiſnam ſit iudiciorum ordo; quam vide, ſi placet.

4 Sententia diffinitiua eſt illa, quæ iudiciario ordine ſeruato, condemnationẽ, abſolutionem, vel quod ſimile æquipollens id quod principalitèr in iudicio deducitur, a nullo alio dependens directò finit; hanc diffinitionem, ſeu deſcriptionem, alijs multis reiectis, firmat *Marchesan. tract. de ſent. cap. 7. n. 1.*

Interloquutoria ſententia eſt omnis iudicis pronunciatio, præter diffinitiuã, ſeu diffinitiuæ vim habentem: *Franc. de*

Acceptant.de Aretio in tract.de ſent.n.17
inter tract. diuerſ.antiq. tom. 14.pag.6.
Marcheſ.eod.tract. de ſent.in prælud.cap.
9.n.2.& 3. & Purpur. conſ.151.per tot.
lib. 1. qui benè examinat, quando ſen-
tentia dicatur interloquutoria, & quo-
5 modo dignoſcatur a diffinitiua, præci-
puè ex actis; acta enim declarant ſen-
tentiam, *l.quarta, §.prætor ait, ff. de re*
iud.
6 Sententia mixta, quę dicitur interlo-
quutoria, vim diffinitiuæ habens, eſt quę
in modo proferendi eſt interloquutoria
(nam ſicut interloquutoria profertur).
in effectu autem eſt diffinitiua, quia eun-
dem parit effectum, *Felin. in rubr. de*
re iudic.n.3.Anton.de Butr.conſ.6. nu.4.
verſ. quædam eſt mixta; & alij relati a
Marcheſan.d.tract.de ſent.cap.10.
7 Quamlibet igitur harum ſentētiarum
ferant iudices, nihil omnino, nec mini-
mum quid recipere debent, ex diſpoſi-
tis *in hac noſtra Conſtit.* §.11. cuius vi-
gore videtur etiam reſtricta diſpoſitio
l.18.Plebiſcito, ff. de off. Præſid. vbi licèt
prohibeatur iudici recipere munera, &
8 dona pro ſententia ferenda, permittitur
tamen poculentum, & exculētum, quod
intra tres dies proximos prodigatur, vbi
gloſſ.in verbo poculentum, ait, hoc eſſe
9 permiſſum, quia non eſt propriè donum,
vel munus, ſed xenium, teſte *Vlpiano in*
· *l.ſolet, ff. de off.Proconſ.& legat.*ibi.[*Nā*
10 valdè inhumanum eſt, a nemine accipe-
re, ſed paſſim, viliſſimum eſt, & omnia,
auariſſimum; & quod mandatis contine-
tur, ne donum, vel munus ipſe Procon-
ſul, vel qui in alio officio erit, accipiat,
ematuè quid, niſi victus quotidiani cau-
ſa, ad xeniola non pertinet; ſed ad ea,
quæ edulium excedunt vſum; ſed nec
xenia perducenda ſunt ad munerum
qualitatem.] hæc Vlpianus, *gloſſ. tamen*
in d.l.Plebiſcito, in verb. poculentum ſub-
11 dit: [*Hodie* iudices nec xenium accipe-
re debent, niſi in defectum ſui *ſalarij:*]
tunc enim melius eſt a ſpontaneis acci-
pere, quàm ab inuitis extorquere, vt eſt
textus in Authen.ſcriptum eſt, quæ apud
me legitur *ſub tit.vt iudices ſine quoque*
ſuffrag. §. ſcriptum eſt exemplar huius
dominico, verſ.quapropter, collat.2. cuius
verba referre non inutile duxi; cum &
ipſe Imperator tanquam Deo dicata, &
ad ſalutem ab eo factorum hominum
ſcripta in ſanctiſſima Eccleſia, cum ſacris
Vaſis recondi, vel in Tabulis, aut Lapi-
dibus in porticibus Eccleſiarum inſculpi
mandauerit, ſunt autē hæc. [*Quapropter*

dum codicillos dederis adminiſtratio-
nes accipientibus a te, aut præſente, hoc
eis tuam denunciare volumus Sedem, vt
Curialibus omnem ferant fauorem, nihil
penitus ab eis accipientes: Prohibeant
autem & ab alijs eis afferri damna, & a-
gnoſcant per te, quia ſi præter hoc ali-
quid egerint, pœnis ſubiacebunt grauiſ-
ſimis: Sicut enim Curialibus parcere
volumus, ita & defenſorum caſtigare, &
retinere auaritiam ſancimus, & ab eis
præſumere accipere a noſtris ſubiectis,
niſi ſecundùm quod eis adminiſtrat Reſ.
12 publica: aut ſi non eſt aliquod eis pu-
blicum ſolatium, quantum inculpabilis
antiquitas definiuit, vt a ſpōtaneis ipſis
magis quàm ab inuitis accipiant, & hoc
parū, & quantum eis ad mediocrem ſuf-
ficit vitæ gubernationem: ſciant enim,
quia ſi citra hæc aliquid acceperint, non
ſolùm quadrupli ſubiacebunt pœnæ, ſed
etiam exilium habitabunt continuum;
prius eis plagis corporeis *infligendis.*]
gloſſ. autem ibi in verbo auaritiam, no-
tat per hanc Authen. eſſe correctas alias
ſupra relatas leges, nempe *l.ſolet, ff. de*
off.Proconſ.& l.plebiſcito, ff.de off.Præt.
quia ibi permittitur aliquo modo acce-
ptare exculentum, & proculentum; hic
autem eſt expreſsè prohibitum, quando
adſit ſalarium, ex quo viuere poſſint: hoc
enim caſu nec etiam a ſpontè dantibus
recipere debet iudex, quia quando a
pluribus recipit, inducitur conſuetudo,
ex qua erubeſcunt illi, qui nihil dant: Ita
notantèr ſcribit *Felin. in c.tua nos, nu.1.*
verſ. notarius Antianorum ſalariatus,
extra de homicid. quem refert, & ſequi-
tur *Anton.Taſſara de errorib. notar. cap.*
38. per tot. Salario autem deficiente, ex-
cuſatur Officialis aliquid recipiens pro
ſui, & familiæ ſuſtentatione, quando a-
litèr ſe alere non poſſet; *Decian. tract.*
crim.lib.8.cap.40.num 7. addens, modò
non accipiat ob iniuſtitiam faciendam;
Et notanda ſunt quæ ſcribit *Plinius iun.*
ad Valerian.lib.1.epiſt.14. circa finem
in hæc verba. [*Quàm* me iuuat, quòd in
13 cauſis agendis non modò pactione, do-
no, munere, verùm etiam xenijs ſemper
abſtinui: oportet enim quæ ſunt inho-
neſta, non quaſi illicita, ſed quaſi puden-
da *vitare.*] Quò etiam reſpexiſſe vide-
tur *Capiblanc.in tract.de Baronib. pag.4*
num. 15. dum ait, non licere Officiali-
bus ſe pinguius dilatare circa receptio-
14 nem xeniorum, ſub velamine, quòd ca-
reant debita prouiſione, quandoquidem
illis imputandum erit, qui huiuſmodi
ſala-

ſalario, & emolumentis contenti, ad officia promoueri affectant, & illa accipiunt; & ad hoc probandum ait deſumendum eſſe argumentum ex verbis, &
15 ratione *l.3.& 4.ff. ad l. Iuliam repetun. vbi Marcellin. & Venuleius I.I. CC.* ita reſponderunt. [*Lege* Iulia repetundarũ tenetur, qui cum aliquam poteſtatem habèrent, pecuniam ob iudicandum, decernendumuè acceperint. Vel quò magis, aut minus quid ex officio ſuo nõ *faceret.*] Quæ quidem concluſio vt melius intelligatur, recurrendum eſt ad ea, quæ ſcribit *Decian. in tract.crimin. lib.*8. *cap.*35.*36.& ſeq.*vbi ad ſaturitatem hęc, & alia multa ſcitu digniſſima cognoſces.
16 Præmiſſa autem magis obſeruanda eſſent in Officialibus, qui ab Vniuerſitatibus (quæ regularitèr ſunt pauperrimę) talia dona, & munera, ſeu xenia extorquent, & ſalaria, ſeu propinas pro ſentẽtia ferenda accipiunt; nedum ex diſpoſitis hic in textu noſtræ Bullæ; ſed etiam ex ijs, quæ ſcribit *Pariſ.de ſyndic. in 3. par.§.expenſæ,num.*2.*Petr.Bim.conſ.*103. *& tex. pulch. in c. qui rectè,* 11. *quæſt.*3. cuius verba ſunt. [*Qui* rectè iudicat, &
17 præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat; quia iuſtitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendidit: bonis malè vtuntur, qui iuſtè pro temporali lucro iudicant; tales quippe ad veritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahatur, confeſtim a iuſtitiæ defenſione rece-
18 dunt: acceptio nummorum præuaricatio veritatis eſt. Vnde & pro iuſto dici-
19 tur; qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis *habitabit.*] vbi *gloſſ. in verbo expectat,* quærit, ſi quis det pe-
20 cuniam iudici, vt rectè iudicet, an peccet; & diſtinguendo procedit, vt ibi per eam; vide etiam *conſ.*92.*Iacob. Gall. per totum*; qui licèt loquatur in teſte, idem quoque ius eſſe in iudice dicit *num.*4.
21 Sed quæro, iudex aliquid pro ſententia ferenda recipit, ſed illud idem in Cameram Communitatis reponit, ſeu in eius vtilitatem conuertit; numquid dicatur feciſſe contra ea, quæ diſponuntur in textu noſtro? & puto, affirmatiuè reſpõdendum, quia non debet quis impen-
22 dere animam ſuam commodis alienis, vt colligitur *ex c.*1.*&* 2.*& ibi gloſſ. in figuratione caſus diſt.*14. & alia congerit *Abbas in c.non magno,num.*12.*verſ. pri-*
23 *mo caſu,ne cleric.vel monach.* Verùm excuſandum eſſe hunc iudicem in ſyndicatu, & a pœna per hanc noſtram Conſtitutionem irrogata colligitur *ex Bart. in l.*2.*§.graui, ff. de adminiſtrat.rerum ad Ciuitat. pertinen.* vbi ait, datum Camerario per Officialem, qui indebitè exegit per ſententiam condemnatoriam, nõ poteſt a Communi repeti: ſequitur *Cathald. de ſyndic. quæſt.*11. & ibi *Rondinell.* quos refert *Maſtrill. de Magiſtr. lib.6.cap.*10.*num.46.*

Secundò excuſabitur etiam Officialis inquiſitus, quòd extorſerit pecunias, vel quid ſimile pro ſententia ferenda, ſi ante litis conteſtationem, vel ſententiam, non animo confitendi delictum, ſed ad redimendam propriam vexationem in ſyndicatu, pecunias, aut res extortas deponat; ad notata per *Doctores in l. ſi reus, ff. de procur. Pariſ. de ſynd.in verbo oblatio; Boer.deciſ.*153.*num.*22.*Tiber. Decian.lib.*8.*cap.*40.*num.*10.*per tot. Maſtrill.de Magiſt.lib.6.cap.*10.*nu.*34.apud quos inuenies etiam multas alias excuſationes in fauorem Officialium, & Iudicum.

24 Tertiò excuſabitur iudex, ſi pro ſententia ferenda ad fauorem Vniuerſitatis, recipiat ſportulas dimidiatas; quia diſpoſitio huius Bullæ ita fuit declarata *a Sacra Congregatione ſub die* 11. *Septembris* 1613. *per has literas A Monſig. Gouernatore della Marca.* [*Dal vederſi* date molte ſententie contro le Communità in cauſe, che reuiſte poi quà, ſi trouano poco giuſtificate, ſi è fatto argomento, che non ſi oſſerui più in luogo alcuno la prohibitione fatta dal principio del Põtificato di Papa Clemente VIII. ſanta mem.di non pigliarſi ſpottole in cauſe, nelle quali ſi tratti d'intereſſe delle Cõmunità; e ſe bene ſi è fatta iſtanza per la reuocatione di tale ordine, parendo cõueniente, che per eſſer li Giudici per lo più ſalariati dalle ſteſſe Communità doueſſero anco ſeruirle gratis, nondimeno ſi è riſoluto di permettere più preſto, che anco le Communità paghino quando occorra di ſententiarſi a fauor loro: cõ queſto, che le ſportule in caſo ſi tratti d'intereſſe publico, ſi riduchino alla metà meno di quello, che ſi paga nelle cauſe de' priuati; & che ſi reſtituiſcano con le altre ſpeſe a chi vincerà la cauſa; e così piacerà a V.S.di fare oſſeruare per tutta la ſua giuriſdittione: Auuertendo, che non s'intende però reuocata la prohibitione fatta vltimamente di non pigliarſi ſportule, o altro emolumento per l'ammiſſione, & eſecutione delle

lette-

lettere, & ordini, che eſcano dalla Congregatione, mentre le cauſe di loro natura non richiedano queſta ſpeſa: e Dio la feliciti. Di Roma li 11. di Settembre 1613.

Di V.S.

Come fratello

Il Card.Borgheſe.

25 Ex quibus quidem literis duo notanda occurrunt. Primum eſt, licere iudicibus recipere ſportulas dimidiatas in cauſis ad Vniuerſitates ſpectantibus. Secundum eſt, vetitum eſſe iiſdem eſſe aliquid recipere pro executione literarum Sacræ Congregationis, & quoad hoc remanēt in ſuo robore, quæ ſancita ſunt in hoc §. Si plura de ſalarijs, Magiſtratibus debitis, & quando ſint eis danda, cognoſcere cupis, *Maſtrill. legito in tract.de Magiſtr.lib.1.cap.11.per totum;* vbi multa ad rem congerit: videri etiam poterit *Luc. de Penn.in l.fin.quæſt.12.num.19. C. de quib mun.nemin.liceat ſe excuſ.lib.10.* vbi
26 firmat, Vniuerſitates cogi poſſe ad imponendam ſibi collectam pro ſalario Officialis; prout eſt impoſita in Ciuitate
27 Vrbeuetana, & toto eius Comitatu pro ſalario Prætoris, ſeu Poteſtatis reſidentis intra Ciuitatem, vbi non ſolùm ciuibus, ſed etiam commorantibus in toto Comitatu ius reddit: & hæc vocatur, *la Taſſa del Podeſtà.* Quam cum Caſtrum Ficullis ſoluiſſet per annos centum, & vltra, de anno 1627. ſeu alio veriori tempore, tentauit illis ſolutionem effugere, & cauſa introducta in hac Sacra Congregatione Boni Regiminis, tandem anno 1635. fuit dictum, cogendum eſſe dictum Caſtrum Ficullis, eiuſque homines ad ſolutionem huius taxæ, & ita in hæc verba ſcriptum Gubernatori. *A Monſig.Gouernatore di Oruieto.* [La Sacra Congregatione hà riſoluto, che la Communità di Ficulle paghi la taſſa, ouero honorario al Podeſtà, che riſiede in coteſta Città, sì come la pagano gl'altri Caſtelli del Territorio: Onde V. S. ſarà contenta notificarglielo, & aſtringerla, in caſo di repugnanza: e Dio la conſerui. Roma li 2. Maggio 1635.

Di V.S.

Come fratello

Il Card.Barberino.

Giulio Donati Segretario.

28 Lata verò ſententia contra Vniuerſitatem, quando valeat, & quando non, & an detur illi reſtitutio in integrum, *dictum eſt ſupra §.10. gloſſ.2. num.5. & ſeq.* quibus adde *Catel. Cottā in memor.*
29 *in verb.Vniuerſitas.* Sed an ſententia contra Vniuerſitatem exequi poſſit cōtra Syndicum, Actorem, ſeu Defenſorem ipſius Vniuerſitatis, vel contra ſingulares perſonas, negatiuè reſpondeas; ſed exequenda erit contra ipſam Vniuerſitatem, *l.4. §. actor Vniuerſitatum. ff. de re iud.* quem textum ita interpretatur *Iaſ. ibi, num.18 Ripa num.23.* vbi declarat, & limitat, niſi ſit Actor in rem propriam, *l.item eorū, §.actor, ff.quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Quis autem dicatur Actor in rem ſuam, ſeu propriam, vide *tex.in l.34. ſi quis in rem, ff.de procur. & l.4.in princ.ff.de re iud.* quæ loquitur etiam, quando actor ſe liti obtulit; & hæc eſt ſecunda limitatio *Ripæ, quem vide etiam in num. 39. & ſeqq.* Tertia limitatio eſt, quando quis mentitur ſe eſſe actorem, cum non ſit: tunc enim datur actio de dolo ad damna, expenſas, & intereſſe; *ita poſt Alber. idem Ripa loco citato, arg.l.40. ſi te Titio, ff. de dolo, l.nouiſſimè, ff.quod falſo tutore.* Sed quoniā ceſſantibus præmiſſis, *tex.in d.l.4.§.actor,* dicit actorem municipum poſſe rem iudicatam recuſare, & in municipes actio iudicati dabitur; quærunt hic Doctores, præſertim *Ripa num. 24.* num executio ſententiæ facienda ſit contra municipes collectiuè, aut diſtributiuè? & ait, omnium Doctorum ſententiam eſſe, vt collectiuè fiat, itaut verbum municipes hoc loco capiatur pro Municipio, ſiue Vniuerſitate; & probatur hoc *ex Vlpiani reſponſo l.ſicut, 7.§.fin.in fin. ff.quod cuiuſque vniuer.nom. & facit l.2. ciuibus, ff. de reb.dubijs;* vbi legatum, vel fideicommiſſum relictum ciuibus Ciuitatis, ipſi
30. Ciuitati relictum videtur: *& Paulus de Caſtro hic n.1. & 2.* notat relictū adminiſtratoribus Ciuitatum cenſeri relictum Vniuerſitati, non ipſis adminiſtratoribus, vnde qui legat Antianis Communis Bononiæ, vel Prioribus Communis Florentiæ, non debet legatum diſtribui inter eos, ſed applicatur Communitati, & Cameræ Fiſcali: & hæc ſecundùm intellectum illius textus; ſecundùm autem alium intellectum, relictum ciuibus indefinitè, & ſic omnibus cenſetur relictū Communi, ſeu Vniuerſitati, non ipſis tanquam ſingularibus, & ſic non eſt diſtribuendum inter eos; vt notatur *in l.125. Ciuitatibus, in princ. ff. de legat.1. vbi idem Caſtrenſ. poſt.Bart. notat nu.4* quòd honor eſt Ciuitatis, ſi fiat legatum, itaut pauperes, infirmi, & carcerati recipiant eleemoſynas; & eſt verecundia, ſi non

ſi non reperiant, aut recipiant: & hac de cauſa ad huiuſmodi legata admittitur Syndicus Ciuitatis pro publico intereſſe, vnà cum Epiſcopo, qui eſt Pater pauperum.

31 Ad rem autem redeundo; fieri poterit executio in bonis Vniuerſitatis mobilibus, immobilibus, & nominibus debitorũ, *l.8.& ibi Caſtren. & alij, ff. quod cuiuſque vniuer. nom.* vbi verò deueniẽdum erit ad ſubhaſtationem dictorum bonorum, quid obſeruare debeat in hoc iudex, vide *tex. in l. magis puto, §. ſi pupillus, ff. de reb. eor. quæ ſub tutel.* ad ſaturitatem verò vide *Aſinium tract. de execut. §. 6. pag. apud me* 137. vbi per plura capita hanc rem ſatis eruditè pertractat: nouiſſimè autem *tract. de ſubhaſtatione edidit D. Antonius Niger*, in Romana Curia Cauſarum Patronus valdè diligens, & accuratus: & nonnulla quoque diximus *infra cap.32. de alienationibus, & cap.46. de locat. & conduct.*

32 Si autem Vniuerſitas nihil habeat in communi, an exequi poſſit contra particulares diſtributiuè? & negatiuè reſpõdeas; ſed cogenda eſt Vniuerſitas, vt imponat collectam inter ſuos ciues, ita ut omnes concurrant ad ſolutionem debiti; *ita gloſſ. Bart. & alij in l. 1. §. quòd ſi nemo, ff. quod cuiuſque vniuerſit. nomin. Ripa d.l. ſi ſe non obtulit, num.26. ff. de re iud. & alij multi*, quos refert *Loſæ. de iur. vniuerſ. par.2. cap. fin. num.93.94. & 95.* ſubdens; ſi Vniuerſitas nolit imponere collectam, iudex citatis ipſis de Vniuerſitate, eam imponet; *Oynotimus in §. Vniuerſitatis, num.4. Inſtit. de rer. diuiſ.*

33 At ſi lata fuerit ſententia ad fauorem Vniuerſitatis, quæ poſtea fuit executa in bonis ſui debitoris, & non inueniantur oblatores, & emptores dictorum bonorum, numquid poterit Vniuerſitas capere in ſolutum pro ſuo credito bona ſui debitoris? & pro affirmatiua facit *textus in l. cum Rempublicam, 3. C. qui potior. in pign. hab.* Sed negatiuè reſcripſit Sacra Congregatio Boni Regiminis, imò expreſsè prohibuit, vt in literis ſequentibus. *A Monſig. Gouernatore della Marca.* [*Si è riſoluto* in Congregatione ſopra l'accluſo memoriale della Terra di San Quirico, che ſia auuertita V.S. dell'errore, che fanno molte Communità, pigliando da' loro debitori in pagamento beni ſtabili, mentre gl'è ſtato prohibito tante volte; affinche ella proueda, che non trouandoſi à vendere detti beni ad altri, ſi aſtringhino li parenti di eſſi debitori à ricomprarli, come ſarà contenta di procurar, che ſegua: & io me li offero. Di Roma li 18. di Nouẽb. 1609

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Borgheſe.

Ex quibus literis duo collige, prohibitionem ſcilicet recipiendi bona ſtabilia in ſolutum, & cogendos eſſe conſanguineos debitoris ad redimendum dicta bona, & ſoluendum pretium Vniuerſitati.

Quod attinet ad ſecundam partem; quæritur, vnde hoc deſumatur, cum in Bulla Boni Regiminis non legatur, & huiuſmodi priuilegium nec etiam fiſco competere ſcribit *Natta conſ. 500. vtrũ ditiores, num.6. & per totum*, quem refert, & ſequitur *Peregrin. de iur. fiſc. lib. 6. tit.4. num.44.* Reſponde, hoc ſancitum eſſe *ab eodem Clem. VIII. in declaratione ipſius Bullæ Boni Regiminis, quam quidem declarationem habes impreſſam in Bullario nouo immediatè poſt ipſam Bullam. §. Præterea*: Et hoc idem ſancitum

34 inuenies ad fauorem Cameræ Apoſtolicæ, quando reorum bona confiſcata vendi nequeunt, vt cogantur conſanguinei, & affines vſque ad quartum gradum emere, & non extantibus conſanguineis, etiam Vniuerſitates, in quorum territorijs bona ſita ſunt, *per Sixtum Papam IV. in ſua Conſtit. 24. Bull. nou. tom.1. pag. 371.* Et pro hac Conſtitutione faciunt, quæ notat *Ioannes de Platea in l. quicumque, nu.2. verſ. & eſt etiam lex, C. de omni agro. deſer. lib.11.* dum vult, hanc legem eſſe notandam pro Poteſtatibus compellentibus emere poſſeſſiones bannitorum, vt primò compellant proximos conſortes, quàm alios, & ſi

35 non ſunt idonei, poſſunt compellere alios proximiores, ſicuti coguntur proximiores ad tutelam acceptandam, *l. diui, ff. de tutor. & curat. dat. ab ijs.* Sicut etiam ad portandam annonam ad limites proximiores coguntur, *l. pro locis, C. de annon. & trib. lib.10.* & addit *Platean. poſt Bart. in d. l. quicumque*, quòd

36 ad portandum granum de Cluſio Peruſino ad Ciuitatem Peruſij, primò debent grauari Cluſini, poſtea viciniores Cluſio, tertiò alij, ſi hi ſint impotentes, *Leum nauarcorum, C. de nauicular. ſeu & c. lib.11.*

37 Quæritur vlterius, vtrum Vniuerſitates teneantur de euictione in huiuſmodi venditionibus factis conſanguineis debi-

debitorum ipſarum Vniuerſitatum? & videtur affirmatiuè reſpondendum, quia
38 euictio in emptione, & venditione venit ex natura contractus, & debetur, etiamſi non ſit promiſſa, *Surd. decis. 99.*
39 *num. 9.* & venit etiam in aſſignatione, ſeu datione, quã facit iudex in ſolutum, *Afflict. decis. 8. num. 4. & alia notat Aſin. tract. de execut. §. 7. cap. 288. num. 2. & 3.* Sed in contrarium vrget *textus in l. 1. & 2. C. credit. euict. pignor. non debere:* vbi
40 Doctores notant, creditor, qui pro iure ſuo obtinet ſubhaſtari, & deliberari pignus, non tenetur regularitèr de euictione, ſed tantùm docere ſe eſſe creditorem; quod etiam voluit *Rota dec. 281 plures fuerunt, num. 33. part. 2. diuerſ.*
41 Quæ tamen limitat concluſionem duobus modis; primò quando is, qui vendit, aut obtinet ſubhaſtationẽ, eſt ſciens, & prudens, & occultat vitium, ſeu ſeruitutem; quæ limitatio ſumitur ex ipſo *textu l. 2. C. credit. euict. pig. non deb. ibi. nam ſicut genus huiuſmodi contractus in Seium creditorem periculo euictionis nõ adſtringit, ita eum, qui fraudem admiſit, vel decepit, non excuſat.*

Secundò limitat Rota, quando in limine contractus ſuperuenit periculum euictionis; tunc enim cauſatiuè per viam exceptionis poteſt retineri pretium, donec ſit factus ſecurus; & idem iuris eſt in venditione pignoris per ſubhaſtationem facta, vt ſi ante ſolutionem pretij ſuperuenerit quæſtio, aut lis ſuper re ſubhaſtata, & deliberata, poteſt emptor vti remedio, *l. ſi poſt perfectam, 24. C. de euict. hac Rota ibi num. 34. & 35.*

Cum autem in Bulla noſtra dicatur, procedendum eſſe in venditione horum
42 bonorum ad inſtar confiſcatorum, & ad inſtantiam fiſci venditorum, videndum erit, an, & quomodo fiſcus teneatur de euictione; & ne aliorum dicta reſcribam, vide *Peregrinum de iur. fiſci, lib. 6. titulo 4. num. 36. & ſeq. Mangil. de euictione quæſt. 168. num. 12. & ſeq. & quæſt. 181. num. 28. & ſeq. Caballin. eodem tractatu de euictione* §. 5. *num.* 88. qui ait, in contractibus fiſcalibus non tenetur fiſcus de euictione vltra ſimplum, etiamſi ſit expreſsè promiſſum, *l. ſi procurator Cæſaris, in princ. de iur. fiſci, Bald. in l. 5. num. 5. C. de hæred. vendit.* & alios multos ab iſtis relatos.

43 Quid ſi Vniuerſitas conueniatur vigore obligationis Cameralis coram Auditore Cameræ; an pupilli in ipſa Vniuerſitate exiſtentes gaudeant priuilegio *l. vnica, C. quãdo Imp. inter pupill. & vid.* Et negatiuè reſpondet *Gratian. diſcept. forenſ. lib. 1. cap. 182. num. 19. relatus à Cherub. iun. in compend. Bullar. ad Bull. 28. Pauli V. ſchol. 1.* qui ait ita fuiſſe reſolutum *in Signatura Iuſtitiæ die 12. Maij 1594. in vna Bononien. coram Robuſterio, quæ reſolutio legitur impreſſa poſt tract. de oblig. Cameral. decis. 93. n. 16. videnda etiam per totam:* cuius licèt maximum, & præcipuum fundamentum ſit in facultatibus ampliſſimis Auditori Cameræ conceſsis, etiam contra Vniuerſitates, & Communitates, *vt in nu. 2. & 17.* videtur etiam addi poſſe, quia, vt dictum eſt ſupra, pro debito Vniuerſitatis non conueniuntur ſinguli de Vniuerſitate diſtributiuè, ſed collectiuè: imo creditor Vniuerſitatis non cogitur recipere ſolutionem particularem à particularibus pro rata, quia particularis ſolutio multa parit incommoda, vt notat *Ripa in d. l. ſi ſe non obtulit, num. 27. ff.*
44 *de re iudic.* Attamen hoc procedere, & habere locum exiſtimo in illis Vniuerſitatibus, quæ non ſubiacent noſtræ Bullæ Boni Regiminis, quia hæ procul dubio declinant forum, & faciunt reaſſumere cauſas ab ipſa Congregatione Boni Regiminis vigore facultatum *in Bulla Pauli V. in ordin. 38. alias 25. §. 3. Bull. nou. tom. 3. pag. 227.* coram quocumquo iudice vertentes: Et contra ipſam Congregationem non reſcribit Signatura Iuſtitiæ, ſed recurrendum eſt ad Signaturam Gratiæ; cum nullæ attendãtur inhibitiones per quoſcumque iudices conceſſæ, niſi ſint expeditæ in vim Commiſſionis manu Sanctiſſimi Papæ ſignatæ, *vt in §. 24. & clariùs in Bulla eiuſdem Clementis ſuper erectione Congregationis, §. 1. circa finem;* & ita paſsim ſeruatur in facto.

45 Vlterius quæſitum eſt, ſi poſtquam relaxatum fuit mandatum ad fauorem Vniuerſitatis, & exequutum ſuper bonis ſui debitoris, an poſsit talis executio impediri ab vxore ipſius debitoris vigore ſuæ dotis, & hipothecæ in bonis viri? Et omiſſo multiloquio, habes huiuſmodi difficultatem ita deciſam. *Al Gouernatore di Ciuita Caſtellana.* [Non eſſendo giuſto, che coteſta Communità ſia impedita nel fare l'eſecutione ſopra i beni del Croti ſuo debitore per l'inibitione dotale, che oppone la moglie di lui; la Sacra Congregatione vuole, che veduto da voi, ſe il credito di eſſa è giuſtificato, & anteriore alla Communità,

le

le facciate aſſegnare beni equiualenti alla ſua dote; e nel rimanente di eſsi poi permettiate alla Communità, che eſeguiſca: Così però farete, che ſegua, non oſtante qualſiuoglia inibitione, che ſi preſentaſſe da detta Donna, purche non ſia ſpedita in virtù di Commiſsione ſegnata di mano di N. Sig. e Dio vi guardi. Roma li 3. di Settembre *1636.*

Voſtro Amoreuole
Il Card. Barberino
Giulio Donati Segretario.

Sed quoniam *diximus ſupra num.* 31. ſententiam latam contra Vniuerſitatem non poſſe exequi contra ſingulares perſonas de ipſa Vniuerſitate, hanc concluſionem limitatā inuenies apud *Bald. in l. etiam, num.* 11. *verſ. modò ergo quæritur, C. de execut. rei iud.* qui ſcribit, capiendos eſſe Conſules populi, qui quadam fictione ſunt populus, & capiuntur, non quia ſunt perſonalitèr debitores, ſed quia habent facultatem ſoluendi, vel quia populus rubore confuſus ſoluit; & hoc repetit *in l.* 1. *§. quòd ſi nemo, nu.* 3. *verſ. vnde pro debito, ff. quod cuiuſque vniu. nom.* quoad Adminiſtratores, Camerarium, & Maſſarios ratione moræ, & negligentiæ, qui tamen ſe ipſum declarat, niſi ſtatutum, aut conſuetudo dictaret contrarium: & vide *Ripam in l. ſi ſe non obtulit, num.* 39. *vſque ad finem, ff. de re iudic*; qui optimè hanc concluſionem examinat; & poſt eum *Mauſon. tract. de cauſ. execut. lib.* 1. *ampl.* 3. *in princ. & ferè per tot. Rot. deciſ.* 143. *ver. dicto officio, num.* 18. *par.* 6. *recent.* Quoad ſtatutum *habes in Vrbe Veteri lib.* 1. *rubr.* 1 *verſ. qui domini,* vbi Domini Conſeruatores durante officio, nec agere, nec conueniri poſſunt; quod quidem ſtatutum habet aſsiſtentiā iuris *in l.* 2. *ff. de in ius vocand. c. probibentur,* 2. *q.* 1. *vbi Archi. n.* 5. reddit rationē, ne ſcilicet ob hoc impediti vtilitatem Reipublicæ prætermittant, & periurium incurrant, cum in ipſa acceptatione Officij iurent diligentèr iura Vniuerſitatis defendere, & adminiſtrare; & ita etiam ſcripſit *Sacra Conſulta* 12. *Nouembris* 1622. pro obſeruantia prædicti Satuti; & ita etiam viget conſuetudo in Ditione Eccleſiaſtica, vt non capiantur, qui Magiſtratum gerunt, ne ſcilicet vtilitas publica, vt diximus, patiatur: licet aliquando iſta conſuetudo etiam fuerit interrupta, ſignantèr in executionibus, quæ fiunt pro oneribus fiſcalibus, ſeu Cameralibus; & præcipuè in Vniuerſitatibus paruis.

Quærit etiam *Bald. d. l. etiam, num.* 16. numquid iumenta ſingulorum poſſint capi pro debito Vniuerſitatis? & ſe remittit ad Statuta, & cōſuetudines; quem vide, ſi lubet.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, taxare, quid ſignificet, & quid taxatio.*
2 *Vſurarum taxatio a lege facta eas licitas reddit, & vt licitè percipiantur, efficit.*
3 *Fructus ſocietatum officiorum quomodo, & ad quam rationem taxentur, & quando licitè percipiantur.*
4 *Conſuetudo in vſuris non excuſat a peccato: & quomodo Summus Pontifex circa illam diſpenſet.*
5 *Cōtractus Societatis officiorum ſub Paulo IV. cæperunt.*
6 *Fructus cenſuum non taxantur in Bulla Pij V. ſed pro Communitatibus taxātur a Clem. VIII. ad rationem* 7. *pro centenario; & datur interpretatio huius Bullæ circa cenſus ante ipſam creatos.*
7 *Litium expenſæ quomodo, & quando a iudice taxentur.*
8 *Signatura Iuſtitiæ quomodo reſcribat circa taxationem expenſarum.*
9 *Iudex quomodo exequatur huiuſmodi reſcripta.*
10 *Verbum* Taxa, *quid ſignificet in textu noſtro.*
11 *Munera ordinaria habent certam, & determinatam præſtationem.*
12 *Vniuerſitates habent prædia ſuorum ciuium obligata tanquam æs alienum cum ipſis Vniuerſitatibus contractum. Amplia, nedum bona, & pædia, ſed etiam perſonas ſingulorum; & eas obligat ſub repræſalijs. num.* 13.
14 *Collectarum ſpecies tres, virium corporum, animi, & facultatum, & harum ſpecierum conſideratio quomodo facienda.*
15 *Vniuerſitas, quæ habet in bonis, non debet onerare ſuos ciues collectis.*
16 *Vniuerſitatibus licet vendere domos, & redditus ad publica mœnia inſtauranda.*
17 *In collectarum impoſitione inſpicienda eſt cauſa, propter quam imponuntur; & quæ ratio habenda ſit.*
18 *Cauſa imponendæ collectæ ſi nō appareat, per æs, & libram exigenda erit; & quare.*
19 *Vniuerſitates non poſſunt taxare ciues ſuos, niſi neceſſitate vrgente: qua*

 ſtante,

ſtante, an poſſint ſine licentia Principis.

20 *Vectigalium impoſitio, taxæ, & collectæ indictio ſoli Principi tanquam de regalibus reſeruatur.*

*Vniuerſitates autem, & priuati viri hoc attentantes, nedum temporali, ſed etiam ſpirituali pœna mulctãtur. n.*21

22 *Vniuerſitatibus quãdo, & quomodo permiſſum ſit inconſulto Principe indicere taxas.*

23 *Quatuor caſus enumerantur, quibus permiſſum eſt Vniuerſitatibus taxare ciues ſine licentia.*

24 *Vniuerſitas poteſt taxare ciues pro ſoluendis debitis, pro proſequẽdis litibus, & ſimilibus ſine licentia Principis.*

25 *Qui non poteſt taxare ex vi legis, poteſt aliquando ex vi pacti.*

26 *Vniuerſitas imponens taxam pro ſuſtinenda lite cum ſuo ciue, non poteſt illũ ciuem, cum quo litem habet, cogere ad ſoluendam taxam.*

27 *Vniuerſitas ſi conuocet ciues pro taxa imponenda, debet habere licentiam ſui Officialis.*

28 Ciues *poſſunt aliquando ſe ipſos conuocare ad bonum finem*

29 *Officialis excedens fines ſuæ iuriſdictionis, & officij, cenſetur priuata perſona.*

30 *Licentia Superioris non requiritur in taxa pro rebus in magna neceſſitate poſitis, & periculo, vt eſt aggerum, pontium, molendinorum reparatio.*

31 *Renuncians beneficio aquæductus, & putei, an poſſit pro illarum reparatione taxari.*

32 *Vniuerſitas non poteſt taxare ciues pro donatione facienda; & quare.*

33 *Parochiani alicuius parochiæ quãdo poſſint, & qua occaſione ſe ipſos taxare.*

34 *Oblatio in quo differat ab eleemoſyna.*

35 *Piſtores Vrbis opera pietatis exercent apud Aedem Lauretanam ipſius Vrbis.*

36 *Vniuerſitas poteſt taxare ciues, & vicinos pro reddenda pecunia in mutuum accepta pro neceſſitatibus publicis, & communibus.*

37 *Mutuantes pecunias ſi aliquod damnum ex mutuo paſſi ſunt, poſſunt vltra ſortem aliquid accipere; quomodo, & qua occaſione.*

38 *Vniuerſitates poſſunt taxare etiam animalia ciuium, & vicinorum, ſoluta tamen mercede.*

*Amplia, ſi ciues non habeant, cogi poſſunt ad illa emenda; & ſi pereant, aut infirmentur, Vniuerſitas tenetur ad damna. num.*39.

*Limita, quando animalia tolluntur iuſſu Principis, vt in tranſitu militum, quia tunc vel ad Principem; vel ad milites pertinet refectio damni; licèt malè ſeruetur in praxi. num.*40.

41 *Mutuans pecuniam Vniuerſitati, an, & quando debeat eſſe ſollicitus de verſione.*

42 *Nemo debet duplici oneri prægrauari.*

43 *Fauendum eſt in neceſſitate poſito, dummodo ſe ipſum in illam nõ ſe poſuerit.*

44 *Verſio pecuniæ ſatis probatur, ſi tempore mutui aderat neceſſitas illius, qui pecunias accepit.*

*Exemplum huius rei affertur. nu.*45.

46 *Taxarum indictio, & exactio odioſa eſt, & ideo fugienda.*

47 *Vniuerſitatum redditus conſeruantur, & augentur, ſi ſuperuacanei ſumptus reſecentur.*

48 *Parſimonia magnum vectigal; quid ſit parſimonia, & in quo differat a frugalitate.*

49 *Parſimoniæ aduerſantur luxus, & ſuperuacaneæ impenſæ; frugalitati gula, & voracitas.*

50 *Taxam pro reparatione pontium, fontiũ, viarum, & ſimilium quilibet tenetur ſoluere.*

51 *Emphyteuticarij poſſeſſores tenentur ad reparationem pontium, fontium; & quare.*

52 *Quæ communitèr, & generalitèr in omnium vtilitatem ſãciuntur, potius valere debent, quàm ea, quæ circa aliquos ſtudentur agi.*

53 *Feuda, bona feudalia, & demania Baronum tenentur ad refectionem pontium, & viarum; quia nec Domus Auguſta ab hoc munere excuſatur.*

54 *Conſtructio, & reparatio viarum, &c. non connumeratur inter munera ſordida; & quare.*

55 *Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ an ſint immunes a reparatione viarum, &c.*

*Allegationes D. Matthiæ Nardini. poſt num.*55.

56 *Immunitas clericorum eſt a iure Diuino, ideo a nemine violanda, ſub pœna excommunicationis.*

57 *Immunitas competit Eccleſiaſticis ex cõmuni Legiſtarum, & Theologorum voto.*

58 *Regulares ex ſpeciali Summorum Pontificum reſcripto ſunt immunes ab oneribus laicalibus.*

59 *Mendicantibus communicata ſunt omnia priuilegia Religioſorum cuiuſcũque Ordinis.*

Men-

60 *Mendicantibus multa, & ampliſſima priuilegia conceſſit Pius V. in Bulla, Dum ab vberes.*

61 *Mendicantium priuilegia executioni demandata fuerunt a Rota, nec reuocata ſunt a Gregorio XIII.*
Sed contrarium videtur. infra.

62 *Exactores viarum, qui cogunt Mendicantes ad ſoluendas taxas, ſunt excommunicati ex aliquorum ſententia; qui ampliant, etiam a ſpontè dantibus, & recipientibus.*

63 *Eccleſiaſtici ſunt membra, & ciues Reipublicæ, & ideo ſentire debent commoda, & incommoda ipſius Reipub.*

64 *Eccleſiaſtici licèt ſint ciues, & membra Reipublicæ, ſunt tamen alijs ſpectabiliores, & magis priuilegiati; & quare.*

65 *Eccleſiaſtici quando, & quomodo concurrere debent pro bono communi Reipublicæ.*

66 *Gubernatores Vrbiũ, & publicani multi petierunt abſolutionem a Cenſuris anno Iubilæi 1575.*

67 *Diſpoſitio l. ad inſtructiones, eſt correcta: & bonus intellectus Bart. ad illam. Quem declara, vt infra.*

68 *Priuilegia, an, & quando per non vſum amittantur.*

69 *Solutio facta ab vno de Vniuerſitate non præiudicat Vniuerſitati.*

70 *Priuilegio per conſuetudinem acquiſito per vnicum actum non præiudicatur, niſi actus contrauentionis ſit collegialitèr, & capitularitèr factus.*

71 *Priuilegium tanquam bonum quid Religionis non amittitur, niſi per lapſum centum annorum.*

72 *Solutio contra formam Conſtitutionum, & iurium, ſi præiudicat, id eſt tantùm circa pecuniæ amiſſionem.*

73 *Priuilegium Eugenij IV. Monachis cōceſſum canonizatum in Rota, non intelligitur amiſſum per negligentiam, ſeu ignorantiam miniſtrorum.*

74 *Mendicantes ex eo quòd hodie poſſident bona ſtabilia, non deſinunt propterea eſſe tales.*

75 *Reuocatio exemptionum ſan. me. Vrbani VIII. & aliorum Pontificum quomodo intelligenda ſit.*

76 *Mendicantes ſunt ſpeciali nota digni, & ideo non comprehenduntur ſub generali diſpoſitione.*

77 *Congregatio Immunitatis dixit, priuilegia Mendicantium non eſſe reuocata per ſupradictas Bullas.*

78 *Conſtructio, & reparatio viarũ, & pontium gaudet priuilegio piæ cauſæ.*

Amplia, quòd habens priuilegiũ a publicis muneribus, non excuſatur ab hac taxa, & quare. num. 79.

80 *A communi bono omnibus profuturo nemo debet excuſari; & quare.*

81 *In exactione taxæ viarum proceditur executiuè, & non datur appellatio.*

82 *Gregorius XIII facultates Magiſtrorum viarum cōceſſit Card. Camerario, ita ut hic procedat contra Eccleſiaſticas perſonas; Magiſtri viarum contra laicas.*

83 *Idem Gregorius reuocat omnia priuilegia, & exemptiones a ſuperioritate Magiſtrorum viarum, & Card. Camerarij, etiam quoad Eccleſias, Eccleſiaſticas perſonas, regulares, &c.*
Hæc reuocatio videtur comprehendere etiam Mendicantes; & quare. num. 84.

85 *Clauſulæ, ex certa ſcientia, motu proprio, de plenitudine poteſtatis, & quibuſcumque non obſtantibus, ſimul iunctæ operantur etiam in præiudicium cuiuſuis tertij.*

86 *Princeps quando poſſit ius alteri quæſitum tollere.*

87 *Reſtitutio in integrum nō datur aduerſus reſcriptum Principis emanatum ob publicam vtilitatem.*

88 *Viæ publicæ ſunt de regalibus Principis.*

89 *Princeps in regalibus non poteſt ius ſuũ remittere, vel minuere.*

90 *Princeps non valet ſe priuare ſuprema poteſtate Principatus inſeparabili ab eius Corona, & Imperio, etiam ex voluntate præciſa.*

91 *Papa poteſt indicare ſucceſſoribus, non autem imponere legem.*

92 *Fratres Mendicantes, vt quibuſdam placet, poſſunt acquirere, non vt retineãt, ſed vt vendant, & in eorum eleemoſynas conuertant.*

93 *Bulla Gregorij XIII. ſuper facultatibus, & iuriſdictione Magiſtrorum viarum eſt localis quoad Vrbem, & illius Suburbia.*

94 *Eccleſiæ, & Eccleſiaſtici non tenentur ad fabricaturam viarum, & pontium, cũ ſit munus ſordidum, ſed ad ſolutionẽ taxæ ratione bonorum, quæ poſſident.*

95 *Fratres Minores, qui nihil poſſident, non tenentur ad refectionem viarum; & idem, ſi bona eſſent ſterilia.*

96 *In refectione murorum Ciuitatis non verſatur publica vtilitas, prout in refectione viarum.*
Declara hanc concluſionem. vt n. 97.

98 *Bartoli diſtinctio circa ſolutionem taxæ pro reparatione viarum, & pontium,*

ad hoc, vt ad illam concurrant Eccleſiaſtici.

99 *Regula generalis, quando Eccleſiaſtici tenentur ad ſoluendū taxas pro vijs, & pontibus; & adducitur conſideratio Barbatiæ.*

100 *Iura canonica ſunt fundata non ſolùm ſuper eo, quod licet, ſed etiam ſuper eo, quod decet.*

101 *Reſponſio Barbatiæ ad conſ. Abbatis pro Monaſterio Montis Oliueti; & quòd contra hoc conſilium ſit communis opinio Canoniſtarum, & Iuriſtarum.*

102 *Vbicumque tractatur de generali vtilitate clericorum, & laicorum ſimul, & mixtim, clerici tenentur contribuere cum laicis; & hæc concluſio quomodo procedat.*

103 *Taxa pro ſecuritate Ciuitatis, & Reipublicæ, pro reparatione pontium, viarum, vel pro ſimili cauſa, ſoluenda eſt ab Eccleſiaſticis in foro conſcientiæ, ac etiam ab Eccleſia.*

104 *Eccleſia tempore belli poteſt incaſtellari, ſeu ad formam Caſtri reduci.*

105 *Nulla maior iuſtitia eſt, quàm defendere patriam, infirmos, & debiles a prædonibus, & hoſtibus. & n. 138*

106 *Eccleſia, & clerici magis quàm laici tenentur ad exercendum opera pietatis; & quare. & n. 139.*

107 *A Iure Diuino deducunt aliqui clericos teneri ad reparationem murorum Ciuitatis tempore belli.*

108 *Clerici, & Eccleſiaſtici non excuſantur a vigilijs, & cuſtodia murorum Ciuitatis; & hoc factum fuiſſe demonſtrant Hiſtorici.*

109 *Ad euitandas rapinas, incendia, captiuitates, & alia huiuſmodi, quæ non minus clericis, quàm laicis eſſe poſsūt nocumento, clerici tenentur contribuere.*

110 *Eccleſia tenetur conferre oneribus bellicis, vel a bello dependentibus; & ita cenſuit Sacra Congregatio Boni Regiminis ſub die 29. Nouembris 1642 facto prius verbo cum Papa.*

111 *Eccleſiæ immunitas non læditur, vbi interuenit licentia, & auctoritas Papæ.*

112 *Eccleſiaſtici licèt non pareant exhortationi iudicis laici, non tamen poſſunt ab eo cogi; ſed conueniendi ſunt corā iudice competenti.*

113 *Clericis imponi non poteſt tributum, & onus a laica poteſtate, niſi ſimul Pontificis conſenſus accedat; nec ſufficit ſolus conſenſus Epiſcopi; & adducitur exemplum.*

114 *Quæ requirantur ad hoc, vt clerici taxari poſſint.*

115 *Quando laicorum facultates non ſuppetunt, tunc collectantur clerici in ſubſidium, & vice verſa; declara tamen vt hic.*

116 *Examinatur textus in c. aduerſus, de immunit. Eccleſ. iuxta ſenſum Barbatiæ.*

117 *Conſenſus Epiſcopi, & Cleri, non ſolū Eccleſiæ Cathedralis, ſed etiam Collegiatarum ſuæ Ciuitatis, & ex Diœceſi ſaltem Vicariorum Foraneorum requiritur in taxandis Eccleſiaſticis.*

118 *Neceſſitas reparationis requiritur, antequam taxentur clerici.*

119 *Neceſſitas maior requiritur, & conſideratur in reparatione viarum, & pontium, quàm murorum Vrbium; & quare.*

120 *Sacerdotes non fuerunt excluſi a reparatione muri Hieruſalem.*

121 *Reparatio murorum melius fit tempore pacis, quàm bello inſtante.*

122 *Quando ſufficiat ſola licentia Epiſcopi in taxandis Eccleſiaſticis.*

123 *Qui ſentit commodum, par eſt, vt incōmoda ſubeat.*

124 *Clerici quibus in caſibus magis ratione mercedis, & contributionis, vt operarijs ſatisfiat, quàm titulo onerum collectentur.*

125 *Clerici tenentur ad taxam pro ſalario Medici, & ſimilium impoſitam, quādo illius opera vtantur. Declara, vt num. 132.*

126 *Clerici coguntur ad ſolutionem taxæ ex vi directiua, non coactiua; & quare.*

127 *Clericorum immunitas in rebus politicis, ſaltem quoad bona iure humano introducta eſt ex Theologorum ſententia contra Canoniſtas.*

128 *Cauſa qualibet, licèt iuſta nunquam dat auctoritatem, & iuriſdictionem Principi ſæculari ſupra clericos.*

129 *Clerici non ſunt tradendi exactoribus laicis, ſed arbitrio Ordinarij.*

130 *Calices, & alia Vaſa, & ornamenta Diuino cultui dicata, non ſunt in executionem capienda.*

131 *Taxæ imponuntur pro manutentione Triremium, & in Statu Eccleſiaſtico ſoluuntur a clericis.*

132 *Auctoritas, & licentia Papæ in impoſitione taxarum clericis, firmat regulā, hoc nō licere Principibus ſæcularibus.*

133 *Milites armatæ militiæ ſoluunt taxas pro medico, ludimagiſtro, Concionatore, & ſimilibus.*

Debi-

134 *Debitor onerum Cameraliũ an gaudeat immunitate Eccleſiæ.*

135 *Cæſarũ ſanctiones Iuri canonico aduerſantes non ſunt ſeruandæ.*

136 *Sacrarum ædium immunitas apud omnes gentes obſeruata fuit.*

137 *Allegationes D. Nicolai Læti Agentis Prouinciarum.*

140 *Clerici non tenentur concurrere in communi, ſeu publica tantùm vtilitate, vbi laicorum facultates ſuppetunt.*

141 *Clerici tenentur concurrere cum laicis in vtilitate particulari, & priuata Eccleſiarũ, & laicorũ ſimul, & mixta.*

142 *Clerici, & laici ſimul concurrere debent in expenſis, quæ fiunt pro reparatione aggerum fluminum, & maris, ob particularem, & priuatam vtilitatem.*
Amplia in ſalario Saltuarij, ſeu Cuſtode agrorum. num. 143.
Amplia 2. in expenſis pro capiendis vermibus, locuſtis, & bruchis. n. 144

145 *Commoda qui ſentit, ad incommoda quoque ex eadem cauſa prouenientia teneatur.*

146 *Commoditas vtenda eſt cum ſuis qualitatibus.*

147 *Mendicantium ſpecialis mentio facieñda eſt, quia ſub generali diſpoſitione nõ comprehenduntur.*

148 *Ratio præcipua, qua Mendicantes non tenentur ad taxas.*

149 *Mendicantes quinam propriè dicantur.*

150 *Mendicantes ſunt, quibus victum præbet incerta mendicitas, & qui prohibentur habere redditus, vel poſſeſſiones pro victu, & hæc copulatiuè requiruntur.*

151 *Fratres S. Mariæ Seruorum non ſunt propriè Mendicantes; & quare.*

152 *Mendicantes ſi de facto poſſideant bona, pro illis tenentur ſoluere collectas; & redditur ratio.*

153 *Tranſgreſſores ſuarum Regularum amittunt priuilegia ſui Ordinis, & tenentur ſubire cum alijs ſimilem legis diſciplinam.*
Afferuntur quædã ſententiæ deſumptæ ex Sacra Pagina ad hoc probandum. num. 154.

155 *Mendicitas, & diuitiæ non poſſunt ſimul iungi.*

156 *Immobilia poſſidere repugnat ſtatui Mendicantium.*

157 *Fratres Prædicatores non ſunt propriè Mendicantes; & quare.*

158 *Mendicantes tenentur ad collectas, & alia onera pro bonis, quæ contra eorum Regulam poſſident.*

159 *Onera impoſita per Papam ſuper bonis Religioſorum habent effectum in illis bonis, quæ aliqui Religioſi poſſident de facto.*

160 *Mendicantes ex eo quòd poſſident bona, non deſinunt eſſe Mendicantes, quia in hoc non conſiſtit perfectio Regulæ.*

161 *Priuilegium Principis, quod reſultat in præiudicium tertij, ſtrictè debet intelligi.*

162 *Priuilegium, quod ex poſt facto incipit eſſe nociuum tertio, reuocandum eſt.*
Extende etiam hoc ad Conſtitutiones, quæ incipiunt eſſe nociuæ; & quare. num. 163.
Amplia etiamſi Conſtitutio ſit iurata; & redditur ratio. num. 164.

165 *Priuilegium non ſoluendi taxas quare ſit nociuum tertio.*

166 *Facultates populi quare hodie diminuantur.*

167 *Priuilegia diſpenſatiua, qualia ſunt cõceſſa Mendicantibus, ſtrictè ſunt interpretanda.*

168 *Mendicantes licèt ſint habilitati ad poſſeſſiones habendas, ex hoc non ſunt habilitati ad alia, nec liberati ab alijs iuribus loquentibus de Mendicantibus.*

169 *Mendicantes non videntur habilitati a ſolutione taxæ indictæ pro communi vtilitate; & quomodo intellige, vt ibi.*

170 *Naturalis æquitas in omnibus militare debet.*

171 *Clerici non tenentur, nec cogi poſſunt ad hoſpitandum milites.*

172 *Officialis, qui inuito clerico vult hoſpitari in eius domo, tenetur in ſyndicatu.*
Hæc concluſio quomodo intelligenda. num. 173.

174 *Quando imminet publica neceſſitas, cui Princeps prouidere non poteſt, niſi taxando etiam exemptos, tunc iſti quoque taxandi ſunt; & quare.*

175 *Princeps ex cauſa poteſt ius ſubdito auferre.*

176 *Ob bellorum inſolitam atrocitatem omnibus notoriam, ceſſant immunitates aliàs conceſſæ.*

177 *Taxa impoſita pro cuſtodia Arcis, ſeu Caſtri, licèt ceſſet cuſtodia; ſi tamen durat cauſa, durat etiam exactio taxæ.*

178 *Munus hoſpitandi milites, an ſit patrimoniale, & rei annexum; & an ſolis incolis, & municipibus impoſitum; vide remiſſiuè.*

§. XI.

§.XI.

Gloſſ.2.

Taxa facienda.

C A P. XXVIII.

1 TAXARE pro
pretio æſti-
mare *apud*
Plinium lib.
17.cap.1. in-
uenies illi ,
qui frugife-
ras tanti ta-
xauerat:hine
taxatio , idē
quod æſtima
tio ſignificat : & certæ ſummę determi-
natio, vt apud *eundem Plinium lib. 13.*
cap.15. quam Cethegus decedens lib. 14.
permutauerat latifundij taxatione : &
2 vſuratum taxario a lege facta,eas licitas
facir , vt licitè percipiantur , ad notata
per *Scribentes in l.placuit,29. ff.de vſur.*
Tholoſ.in ſyntag.iur.lib.22. cap.3. nu.24.
Exemplum habes in ſocietatibus officio-
tum, quotum fructus regularitèr taxan-
tur ad 12. pro centenario , & ita licitè
3 percipiuntur, & datur pro illis actio ; vt
ſcribit *Zacchias poſt alios, quos allegat in*
tract.de ſociet.offic. num.346. & 347. li-
cèt contrarium videatur ſentire *in num.*
348. quando officium , ſuper quo con-
tracta eſt ſocietas,non redderet tantam
quantitatem, ſed minus; tunc enim hu-
iuſmodi taxatio ad 12.licita non eſſet ;
nec excuſaret a peccato conſuetudo ,
4 quæ in vſuris de iure Diuino prohibitis
non excuſat ; nec poteſt Summus Pon-
tifex circa illam diſpenſare , niſi pet viā
declarationis , vti ibi pet eum : & hoc
idem ſentit *Card.Tolet. in inſtruct. Sa-*
cerd.lib.5.cap.40.relat.ab Hector. Felicio
tract.de ſociet. cap.9. num.68. & ſeq. vbi
5 tefert originem , & principium contra-
ctus ſocietatis officiorum : videlicet ſub
Paulo Papa IV. & eadem quoque ratio
militare videtut in cenſibus,iuxta formā
in Bulla Pij V. traditam creandis , in
qua licèt non taxentur fructus ad certā
6 quantitatem quoad ſingulares perſonas;
attamen quoad Communitates, & Vni-
uetſitates Status Eccleſiaſtici habes ta-
xatos, & vbi erant maiores, reductos ad ſeptem pro centenario ex *Bulla Clemēt. VIII.in ordine 6. Bull. nou. tom.3.* quæ licèt videatur loqui in cenſibus creatis ante publicationē dictæ Bullæ , attamen habere locum etiam in ijs , qui poſtea creati fuerunt , pluties declaranit *Sacra Congregatio Boni Regiminis* , vt probar *Cenc.tract. de cenſib. in addit. ad artic.4. part.2.quaeſt. 1.num.9. pag. apud me 25.col. 1.*quē vide:& ante eū hoc idem voluit *Vgolin.tract. de vſur. cap.51. §.2. num.3.verſ.excipiuntur tamen* , vbi ponit etiam verba *d.Bulla Clement. VIII.*
7 Sic etiam taxantur litium expenſæ per
iudices,etiam poſt principale negocium
definitum, *l terminato, C.de fruct. & lit.*
expen Et in ſententijs paſsim iudices vi-
ctum victori condemnant in expenſis ,
addita clauſula : *Quarum taxationem*
nobis,vel cui de iure , reſeruamus. quam
7 quidem clauſulam ſi iudex omittat , &
partes acquieſcant ſententiæ , vlterius
peti non poſſunt , vt fuit dictum *in Ro-*
mana vineæ 12.Iunij 1609.coram Ortem-
bergo,& vide Theſaur.deciſ.67.victus in
cauſa,&c. per tot

Quandoque etiam taxantur impenſæ in principio litis,nempe ſi pauper litem habeat cum diuite, probata tamen prius paupertate, & præſumptione boni iuris, vt dixit *Rota corā Greg XV.dec.189. n.1 & 7.& in deciſ.543.num.1.* Quæ quidem
taxatio in Rota fieri ſolet, præcedente
8 reſcripto Signaturæ , & hoc reſcriptum
quandoque concipitur in hæc verba ,
Subminiſtratis expenſis arbitrio Rotæ;
quo caſu arbitrium intelligitur , prout
de iure, itaut non ſint taxandæ expenſæ,
niſi docto de paupertate , & præſum-
ptione boni iuris, *vt in d.deciſ 189. n.2.*
& 3. Quando autem Signatura reſcribit,
Subminiſtratis expenſis arbitrio Rotæ
taxandis ; tunc iudex tenetur taxare ,
nec dicitur habere iuriſdictionem , niſi
9 prius facta ſubminiſtratione, vt ibi *nu.5.*
& 9. & ita tenuiſſe eandem Rotam in
Imolen. diſcuſſionis , 8. Februarij 1608.
coram Coccino Decano,obſeruat Beltra-
min. ibi. Sciendum tamen eſt,huiuſmodi expenſas, ſeu litis ſumptus , qui lite pendente , ſeu in principio illius ſubminiſtrantur, non minuere ſortem, nec reficiendas eſſe in caſu ſuccumbentiæ; *Valaſ.conſult.1.num.7.Vinc.de Franc.deciſ. 614.num.1.& ſeq Mareſcot.var. reſolut. lib.2.cap.83.num. 26. & alij relati a Beltram.d.deciſ.189.num.7.verſ.ſciendum eſt autem, &c.*

Verùm

10 Verùm quia in textu noſtro hæc di-
ctio, *Taxa*, non accipitur pro taxatio-
ne expenſarum, & fructuum, de quibus
hactenus loquuti ſumus, ſed ſignificat
certam ſummam, quam quilibet de V-
niuerſitate ſoluere debet pro indigẽtijs
ipſarum Vniuerſitatum, quæ tamen ex-
tra ordinem occurrunt: nam quæ ſunt
11 munera ordinaria, habent certam, &
determinatam præſtationem, per ea, quę
docet *Bart. in l. 1. num. 4. C. de mulier. &
in quo loco, lib.* 10. ideo omiſſis iſtis, quæ
ad rem noſtram faciunt, percurramus: &
pro intelligentia præmittendum erit,
12 Vniuerſitates habere prædia ſuorum ci-
uium obligata tãquam æs alienum cum
ipſis Vniuerſitatibus contractum, *Angel.
conſ. 206. relatus ab Aegid. Thomat. trac.
de muner. patrim. §. ſubijciuntur hoc lo-
co, nu. 16. pag. apud me* 207 imò nedum
13 bona, & prædia, ſed etiam perſonas ſin-
gulorum; itaur pro indigentijs publicis
poſſint Vniuerſitates taxare, & obligare
ſuos ciues etiam ſub repræſalijs, *Bart. in
l. 4. ſi ſe non obtulit, §. 1. ff. de re iudic.
Trentacinq. var. reſolut. tit. quod cuiuſ-
que vniuer. nom. reſolut. 2. Gail. tract. de
arreſt. cap. 9. per tot. & melius Lucas de
Penna in l. fin. num. 15. & ſeq. C. de quib.
muner. nemin. liceat ſe excuſ. lib.* 10. qui
14 ait tres eſſe ſpecies collectarum, nempe
virium corporum, animi, & facultatum;
corporum vires ideo conſiderãtur, quia
opera vnius ſæpè quantum pecunia va-
let, *l. 5. §. 1. ff. pro ſocio*; vires animi con-
ſiderandæ, quantum ſcilicet ex induſtria
acquirat, nam perſonalia munera dicun-
tur, quæ animi prouiſione, & corpora-
lis laboris intentione ſine aliquo gene-
ris pecuniario detrimento perpetran-
tur, *l. fin. poſt prin. ff. de muner. & honor.*
tertiò conſiderandæ ſunt vires faculta-
tum, quia pro modo ipſarum, & ſubſtã-
tiæ facienda eſt deſcriptio, ſeu collecta,
*c. ad hæc, de vita, & honeſt. cleric. c. quan-
tum, de cenſib.* Hæc, & alia *Luc. de Penn.
apud ipſum videnda; Ripa d. l. 4. ſi ſe non
obtulit, num. 42. ff. de re iud.* quæ tamen
15 intelligenda ſunt, quando Vniuerſitas
nihil habet in bonis, nam ſi habeat bo-
na ſufficientia, non debet onerare, nec
taxare ſuos ciues; *Natta conſ.* 150. *per
tot. lib. 1. Lucas de Penn. d. l. hæc prouiden-
tiſſima, num.* 13. *verſ. quin etiam, C. de
16 quib. mun. nemin. liceat, lib.* 10. vbi ait:
[*Si Ciuitas* habeat aliquas domos, ſeu
redditus, licet ea diſtrahere, vt pecunia
exinde redacta ad publica mœnia inſtau-
randa diſpenſata *proficiant*; & ita etiam
reſcripſit *hæc Sacra Congregatio die* 4.
Octobris 1614. in hæc verba. [*Vbi* Cõ-
munitates non erunt ære alieno grauà-
tæ, redditus erunt ſufficientes, & gabel-
læ non erunt iniuſtæ, non imponatur
noua *collecta.*]
17 Si verò neceſſitas vrgeat, inſpicienda
eſt cauſa, propter quam imponitur col-
lecta: nam ſi pro onere patrimoniali, vel
mixto, tunc imponenda, & partienda
erit taxa per æs, & libram; *l. omnes pro-
uinciarũ, 11. vbi Salyc. & alij, C. de oper.
pub.* Si verò pro onere perſonali, tunc
fiat taxatio per capita. At ſi onus feren-
dum ſit per fumantes, ſeu domos, tunc
vnaquæque domus taxanda erit, & vul-
gò dicitur, *Taſſa per fuoco*. Ratio præ-
dictorum eſt, quia collecta, ſeu taxa re-
gulanda eſt ſecundùm naturam oneris,
in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum, §.
qui iniuriarum, ff. ſi quis caution. Bart.
in l. 1. num. 22. & ſeq. C. de mulier. & in
quo loco, lib. 10. Ripa d. l. ſi ſe non obtulit,
num. 30. & ſeq. ff. de re iud. qui num. 31.
verſ. ſi verò*, ſubdit; ſi non appareat, pro
18 quo onere fuerit impoſita collecta, tunc
taxandi ſunt ciues per æs, & libram; quia
in dubio collecta dicitur onus mixtum,
quod imponitur perſonis pro rebus; *l.
reſcripto, §. ſciendum, & ibi Bart. ff. de
muner. & honor. prout dicemus infra
latius, §. 14. gloſſ. 1. in verb. collectis: &
vide Bald. in l. etiam, num. 17. verſ. modo
videndum eſt de collecta, C. de execut. rei
iud.* vbi hanc rem optimè diſcutit, &
docet.
19 Firma ſit ergo concluſio, Vniuerſita-
tes non poſſe taxare ſuos ciues, niſi ne-
ceſſitate cogente. Quare præſuppoſita
huiuſmodi neceſſitate, quæritur, an
poſſit Vniuerſitas hoc agere ſine licen-
tia Principis? & abſolutè loquendo, con-
cludunt omnes, non poſſe, *per text. in l.
placet, C. de excuſ. mun. lib.* 10. quia indi-
20 ctio taxæ; ſeu collectæ non differt ab
exactione, & præſtatione vectigalium,
quæ ſoli Principi tanquam de regalibus
reſeruantur, *l. quicquid, C de vectig. l. ve-
ctigalia, C. vectig. nou. inſt. non poſſ. Aſ-
flict. ſuper feud. tit. de regalib. §. vectiga-
lia; Thomat. de collect. in §. ſanè ſi nego-
cium, num. 3. & ſeq. vſque ad fin. quæſt.
Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 4. nu.* 446.
21 & ſi quis id attentare præſumpſerit, ne-
dum temporali, ſed ſpirituali quoque
mulctabitur pœna, vt legitur *in Bulla
Cœnæ Domini*; & Summi Pontificis ab-
ſolutione indigebit. Et nedum particu-
lares viri, vt Barones, Comites, &c.
huiuſ-

huiuſmodi laqueis ſubijciuntur, ſed etiã Vniuerſitates, & ipſæ quoque indigent abſolutione, prout pluriès obtinuerunt, ſignantèr ſub die 4.Octobris 1614. nonnullæ Vniuerſitates Marchiæ.

Verùm ſi talis vrgeat neceſſitas, quæ Principem adire, & licentiam ab illo im-
22 petrare non ſinat, tunc poſſe Vniuerſitatem, præſente Præfecto, ſeu Officiali taxam facere, & ciues, æquitate ſeruata, taxare, exinde Principem certiorem reddere, & confirmationem impetrare, *Abbas in c.non minus, nu.19. de immun. Eccleſ. Thomat.& Maſtrill. locis proximè citatis per textum in l.placet, C.de excuſat.mun.lib.*10.cuius verba ſunt hęc. [*Placet* nullum omninò iudicem de cętero prouincialibus inferendum aliquid indicere, vt ea tantùm ſedulo cunctorũ ſtudio penſitentur, quæ canonis inſtituti formam complectitur, vel noſtra clementia decreuit inferenda, vel delegatione ſolemnitèr ſanciente, vel epiſtolis præcedentibus; ſed ſi quid vrgere forſitan cœperit, referri ad celſitudinem tuã ſtatuimus, & auctore te fieri, & eo perſoluto referri ad ſcientiam noſtram, vt nobis iubentibus roboretur. *&c.*] Ad cuius textus interpretationem videndi ſunt *Io.de Plat.& Lucas de Penna*: nec ſunt ſpernenda quæ ſcribit *Franc.à Pōte de poteſt. Proreg.tit.*10.*de diuerſ.prouiſ. & licent.§.6.num.*2. ſed, ni fallor, melius *Auendag.tract.de exeq. mand. par.*2. *cap.*14.*ſub num.* 7. *& ſeq.* qui quatuor enumerat caſus, in quibus permittitur Vniuerſitatibus taxare ciues ſuos ſine licentia Principis.

23 Primus caſus eſt, quando collecta,ſeu taxa imponitur non virtute, aut vigore iuriſdictionis, ſed in vim pacti; puta ſi plures homines inſimul conueniant, & omnes præſtent mutuum conſenſum de facienda inter ſe collecta, ſeu taxa ad bonum finem;nam virtute talis conſenſus valet pactum, & taxa poteſt exigi, *Bald.in l.etiam,C.de excep.rei iud.nu.*16. *verſ.nam contractus;Guid.Pap. dec.*631.
24 *num.*5. qui dicit Vniuerſitatem taxare poſſe ciues pro ſoluendis debitis ipſius Vniuerſitatis, vel ad proſequenda litigia, vel quid ſimile, & hoc caſu non requiritur conſenſus, ſeu licentia Superioris, vel Officialis; *Bart.in l.*1.*num.*24.*C. de mulier.& in quo loco, lib.*10. *Ripa d.l. ſi ſe non obtulit, num.*28.*ff.de re iud.* requiritur tamen congregatio, & conſenſus ciuium, per ea, quæ notantur *in l.*1. *in vltimis verbis ibi; quæ volentium celebrentur impenſis, C. de ſpectacul. lib.*11 rationem reddit *Auendag. loco cit.* quia
25 qui non poteſt aliquando taxari ex lege, poterit tamen ex pacto; & huiuſmodi pactum valet; vt in ſimili ſcribit *Bald.in c.venientes, num.*7. *de iuretur.*

Verùm ſi fiat taxa pro ſubſtinenda li-
26 te, quam habet Vniuerſitas cum ſuo ciue, vel ruſtico, numquid ciuis,vel ruſticus ſit etiam pro ſua rata taxandus, & ad ſolutionem cogendus? & negatiuè reſpondit *Rota Romana coram Ludouiſio in deciſ.*263.*dubitauit,num.*3. *& alibi* reddens rationem, quia nemo tenetur pecuniam propriam, aut proprios redditus collitiganti in ſumptibus litis ſubminiſtrare, *l.Imperatores, ff.de tut.& rat. diſtrahen.* per quem textum *Alberic.* dicit, ruſticum litigantem cum ſuo Communi non eſſe cogendum ad ſolutionem taxæ, ſeu gabellæ impoſitæ pro expenſis dictæ litis, *& apud Seraphin.deciſ.*1090. *num.*6.*Creſcen.deciſ.*8.*de iudic.*

Animaduertit tamen *Guid.Pap.dict. deciſ.*631.*n.*5. *verſ. ad vnum*; quòd quã-
27 uis homines de Vniuerſitate poſſint ſine licentia Superioris, & non vocatis Officialibus facere taxas pro neceſſitatibus ipſius Vniuerſitatis, attamen non poſſunt inſimul conuenire, & ſe ipſos congregare ad hoc peragendum ſine licentia Officialis, *l.*2.*C.de decurion.lib.*10 *l.ſi quid,C.de legation.eodem lib.*10. Ratio eſt, quia ſub ſpecie boni poſſet dari occaſio malignandi, & per tales congregationes poſſet machinari,& plura mala fieri: quamobrem regularitèr prohibentur congregationes, vt ibi per eum.

Verùm *Auendag.loco citato* dicit, etiã
28 aliquando permiſſum eſſe ciuibus ad bonum finem ſe ipſos congregare abſque licentia, & interuentu Officialis: exemplum ponit, ſi fiat ad euitandas oppreſſiones, ad tuendam Rempublicam, ad propulſanda grauamina;ſi fortè exactores onerum fiſcalium committãt repræſalias; tunc ſi aliqui de Vniuerſitate ſe congregent pro redimendis ciuibus, & bonis Vniuerſitatis ab huiuſmodi moleſtijs, & expenſis, non erit congregatio illicita,nec erunt ciues in hoc moleſtandi, argumento eorum, quæ notat *Bart. in l.prohibitam,n.*3.*C.de iure fiſci,lib.*10. *& ibi etiam Ioann. de Plat. num.*4. qui docent,licitum eſſe, nedum ijs,de quorum intereſſe agitur, reſiſtere, & propulſare iniuriam, ſed etiam conuocare
29 vicinos, & amicos; nam Officialis excedens formam, & iuriſdictionem ſui officij,

cij, cenſetur priuatus, & licet illi reſiſtere, *l. deuotum, C. de metat. & epidem. lib.* 12 *l.* 33. *omnes iudices, in fin. C. de decurion. lib.* 10. *Paris de Puteo tract. de ſyndic. in princ.* §. *pone quòd Vniuerſitas, n.* 2.

Secundus caſus, in quo permiſſum eſt
30 Vniuerſitati taxare ſuos ciues ſine licẽtia ſuperioris, ſi magna præmat neceſſitas, vt eſt reparatio pontis, aquæductus, molendini, & ſimilium, quæ reparatio ſi differatur, damnum valde magnum accidere poſſet, & omnis mora periculoſa eſſet; hoc etenim caſu permiſſum eſt taxare ciues, & incolas, non expectata licentia Superioris, *Luc. de Penn. in l. hac prouidentiſſima, num.* 31. *verſ. & idem puto. C. de quibus mun. nem. lic. ſe excuſ. lib.* 10. *& in l. ad reparationem, n.* 2. *&* 4. *C. de aquæd. lib.* 11. vbi quærit, an
31 poſſit taxari pro refectione aquæductus, qui vult renunciare, & cedere vſui, quẽ habet ex aqua, ſeu fonte? & pro ſolutione quæſtionis, licèt plures referat caſus, apud ipſum videndos, nobis ſat erit vnum referre; ſi aqua ſcilicet ſeruit ſolùm perſonis, de qua ſeruitute loquitur Vlpianus *in l.* 14. *mela, §. vlt. ff. de alim. & cib. legat.* & non eſt alibi, vbi talis renuncians poſſit habere aquam; non eſt audiendus, ſed taxandus cum alijs; quia in hoc aut eſt inſania, aut malitia manifeſta, *arg. tex. in c. nimium,* 33. *& c. diſplicet,* 23. *quæſt.* 4. multa enim bona præſtantur inuitis, quando ipſorum conſulitur vtilitati, non voluntati; quia ſibi ipſis inueniuntur eſſe inimici, *vt D. Auguſt. ait in enchirid. cap.* 72. *a Gratian. relatus diſt.* 45. *c. & qui emendat, in fine; & vide Addent. ad ſingul.* 404. *Guid. Pap.* qui diſtinctionem affert.

Et poſſe Vniuerſitates in neceſsitatibus poſitas ſuos ciues ſine licentia Superioris taxare, reſpondit *hæc Sacra Congregatio Boni Regimin, die* 4. *Octob.* 1614 in hæc verba. [*Mancano* alle volte tra l'anno à qualche Communità li aſſegnamenti delle ſpeſe ſtraordinarie conceſsi loro nelle Tabelle, ſi deſidera, che eſaminato il biſogno da' Gouernatori de' luoghi, poſsino aggiungerle.

Tranſmiſſa copia expenſarum factarũ prouidebitur quandocumque per Sacrã Congregationem: & nihilominus ſi quę impenſæ occurrant, quæ non ſint contra Bullam, & moram non patiantur, poſsit Gubernator, præuio decreto Conſilij, concedere ſuper hoc licentiam: dummodo quamprimùm iuxta formam dictę Conſtitutionis de ea Sacram Congregationem certioret, &c.

32 Et pro publica vtilitate, & neceſsitate ſua poſſe Vniuerſitatem ſuos taxare ciues, non autem pro donatione facienda, ſcribit *Ripa in l. ſi ſe non obtulit, num.* 28. *verſ. quod verum eſt, ff. de re iudic.* tunc enim requiritur licentia Principis, & cõſenſus omnium, per *l. ambitioſa decreta, ff. de decret. ab Ord. faciend. Geminian. conſ.* 116. *quia prædicti, nu.* 1. qui bonam affert diſtinctionem; aut Vniuerſitas vult imponere collectam generalem, Cameræ fiſcali applicandam, & non poteſt, quia ad hoc requiritur licentia Principis, *l.* 1. *C. de exact. trib. lib.* 10. aut vult imponere collectam ſpecialem pro neceſsitatibus ſibi incumbentibus, & hoc poteſt quælibet Ciuitas, & Vniuerſitas; vt ibi per eum; quem ſequitur etiam *Ripa loco citato, verſ. item verum pro publica.*

33 Tertio loco permiſſum eſt taxare ciues, & incolas, non expectata licentia Superioris, ſi Parochiani alicuius parochiæ inſimul congregati per modum parochiæ, non per modum Vniuerſitatis, pro ornamentis Eccleſiæ parochialis, aut pro fabrica, vel conſtructione campanæ, & ſimilium indicunt inter ſe taxas per capita, vel fumantes, illaſque exigunt: id enim ſine licentia Superioris fieri poteſt, cum hoc agatur de conſenſu, & voluntate omnium, & poteſt appellari oblatio in honorem Dei, non vigore iuriſdictionis, *vt poſt Caſſan. in conſuet. Burgun. rub.* 13. §. 6. *in gloſſ. de peſte, ſcribit Auendag. de exeq. mand. par.* 2. *cap.* 14. *ſub num.* 8. Et differt talis obla-
34 tio ab eleemoſyna, quia hæc fit ſecretò, iuxta illud, *neſciat dextera tua quid faciat ſiniſtra*, oblatio verò publicè fit; *Anchar. conſ.* 429. *ſub num.* 3. quem refert *Cherub. iun. ad Bull.* 3. *Clem. VII. ſchol.* 1. Et dum hæc ſcribo, quæ eſt dies 8. Septembris in honorem Natiuitatis Sanctiſs. Virginis Mariæ dicata, video inſimul congregatos piſtores Vrbis, qui ex taxa inter ipſos partita, non vulgarem, aut contemnendam pecuniarum ſummam, publicè obtulerunt Eccleſiæ
35 Sanctæ Mariæ Lauretanæ, vbi dicti Piſtores inſimul conueniunt, hoſpitalitatẽ & alia pietatis opera exercent, vt ſcribit *Theod. Amydenus in Romana Curia Aduocatus in opuſculo, ſeu libello, de Pietate Romana, cap.* 3. *de hoſpitijs ægrotorum communibus, pag.* 61.

Quartò permittitur Vniuerſitatibus ta-
36 xare ciues, incolas, & vicinos, vt viritim aliquid mutuent, ſi adſit neceſsitas emẽ-

 di

di frumentum ad propellendam famem, ſi exercitus in territorio commoretur, & bona, agroſque ciuium, & vicinorum populetur, vt milites illinc diſcedant, donandum eſt illis aliquid; tunc enim Vniuerſitas, quàmuis Superiorem agnoſcat, poterit ſine eius licentia taxare vicinos, eoſque compellere ad mutuandū, & multò magis ciues, quibus poſtea reddatur pecunia mutuata, vel ex burſa communi, ſi Vniuerſitas habeat, vel ex collecta in ipſos ciues partiēda, pro qua poſtea imponenda erit neceſſaria licentia Principis; indicando neceſſitatem, quam Vniuerſitas, ſiue eius decuriones habuerunt taxandi vicinos, incolas, & ciues ad mutuandum; & ſi illi, qui mu-
37 tuarunt, paſſi ſunt aliquod damnum ex tali mutuo, aliquid vltra ſortem recipere poſſunt, non ratione mutui, ſed lucri ceſſantis, & damni emergentis; *Andr. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 5. num. 18. Io. de Plat. in l. 1. num. 1. C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Bart. Vgol tract. de vſur. cap. 4. §. 2. num. 4. Auendagn. d. part. 2. cap. 14. nu. 9. viden.*

Et poſſe Vniuerſitates taxare ciues, &
38 incolas, nedum in bonis, & perſonis, vt dictum eſt, ſed etiam quoad animalia, vt cum illis faciant aſportare frumētum, ſal, & ſimilia, dixerunt *Bart. Alex. Roman. & alij multi relati a Tiraquel. trac. de pœnis temp. in præfat. num. 39. Roman. conſ. 352. nu. 21. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaeſt. 48. num. 9. Luc. de Penna in l. 2. n. 6 C. ne ruſt. ad vll. obſeq. deu. lib. 11.* qui addit, ſoluendam eſſe mercedem mutuātibus, *arg. text. in l. 2. C. de lucr. Aduoc. lib. 12. & l. 2. C. quib. ex cauſis ſeru. pro præm. lib. accip. And. de Iſern. ſuper feud. tit. quæ ſint regalia, num. 53. verſ. & plauſtrorum; Ripa de peſt. tit. de remed. præſeru. contra peſtem, num. 121 & ſeq.* addens, ſi ſubditi non habeant animalia,
39 cogi poſſunt ad illa emenda, & mutuanda; ſequutus *Bart. & Io. de Plat. in l. non videntur, circa fin. C. de muner. patrim. lib. 10.* Adde ſi per incuriam, & negligentiam Magiſtratus animalia pereant, vel infirmentur, teneri Vniuerſitatem ad refectionem damni, *textus eſt in l. 29 quemadmodum, §. Magiſtratus municipalis, ff. ad l. Aquil. Luc. de Pen. d. l. 2. n. 6. verſ. item ſcias, C. ne ruſt. ad vll. obſeq. lib. 11.*

Quod eſt notandum pro facti contingentia anni 1642. in quo Vniuerſitates cogerunt ciues, & incolas ad mutuandum equos, mulos, & iumenta quæcumque pro aſportandis rebus, *Arneſia* nuncupatis ab vno ad alium locum in tranſitu militum; & in itinere multa ex dictis iumentis perierunt, ſeu infirmata ſunt; itaut ex iam dictis, ad huiuſmodi
40 damnorum refectionem videantur obligatæ Vniuerſitates: ſed tamen hoc mihi non placet, quia huiuſmodi coactio nō proceſſit primò, & principalitèr de mādato Vniuerſitatum, ſed Principis, qui milites conuocauit de vno ad alium locum, & iuſſit, vt animalia prædicta ſubminiſtrarentur, ideo damnum ab ipſo Principe mandante, vel a militibus, qui talia perpetrarunt, ſarcienda videntur, argumento eorum, quæ notantur *in l. 128. non videtur, §. qui iuſſu iudicis, ff. de reg. iur. & ibi Scribentes; & in l. 130. is damnum, ff. eod.*

Quod autem diximus, Vniuerſitates poſſe taxare ciues, & vicinos, vt viritim certam pecuniæ ſummam mutuent, neceſſitate inſtante; quæſitum eſt, an iſti,
41 qui mutuarunt, teneantur eſſe ſolliciti de verſione pecuniarum? quemadmodum tenetur ille, qui ſpontè mutuat Cōmunitatibus, ſiue eius adminiſtratori, *vt in l. 27. Ciuitas, ff. ſi cert. petat. & ibi gloſſ. 1. & 2.* dum ait, onus probandi verſionem ſpectare ad creditorem; *Caſtren. in Auth. hoc ius porrectum, num. 8. C. de ſacroſ. Eccleſ. Menoch. de arbitr. caſu 432* qui licèt loquatur in Eccleſia, idem erit in Vniuerſitate; *Nicol. Loſæ. de iur. vniuerſ. part. 3. cap. 4. num. 16. & 17. Mauſon. de cauſis executiu. lib. 1. ampliat. 3. nu. 18. & ſeq. Molina de contr. diſp. 300.*

Et breuitèr reſpondendo, ad negatiuam flector, & huiuſmodi ciues, viciNoſque non eſſe onerandos, neque ar-
42 ctandos ad hanc ſollicitudinem, quia nemo debet duplici onere prægrauari, *Menoch. conſ. 80. num. 32. l. iure ſuccursū, ff. de iur. dot. Marcab. ab Anguill. conſ. 88 num. 33. & ſeq.* etenim ſi grauantur mutuare, non video, quomodo grauandi ſint etiam probare verſionem, *l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſd. cogāt. vbi Bart.* ait, fauendum eſſe ei, qui eſt in
43 neceſſitate, ſi ipſe ſe in ea non poſuit; *Dec. in reg. 121. quapropter, num. 2. verſ. item excuſatur, ff. de reg. iur. & faciunt tradita per Fachin. in contr. iur. lib. 2. cap. 76. per tot.* & multa priuilegia habere neceſſitatem ſcribit *Luc. de Penn. in l. 25. curiales, C. de decur. lib. 10. & in l. 1. nu. 4. & alibi, C. de comment. lib. 12.*

44 Et ſatis probata dicitur verſio pecuniarum, ſi conſtet tempore mūtui adeſſe neceſ-

neceſſitatem illius,qui accipit pecunias, & ſequutum eſſe effectum,ob quem fuerunt acceptæ pecuniæ; *Fed.de Sen. conſ. 119 num.4.Bald.conſ.253. num.2.lib.3. Roman.in l.Ciuitas,ſub nu.8.& ibi etiã Alex.nu.11.& 12.ff.ſi cert.pet.Caſtren. d.Auth.hoc ius porrectum,n.5.7. & 8.C. de ſacroſ.Eccleſ.Surd.deciſ.156. egregia orta eſt, per tot.Ripa in l.ſi ventri,§.fin. n.10.ff. de priuil. cred.* quem refert, & ſequitur *Rota coram Ludouiſio deciſ.31. n.2.& 3.& ibi Beltram.in addit.num.11*
45 qui ait: ſi Monaci prius indigebant victu, & veſtitu, & poſtea conſtet vixiſſe, & fuiſſe veſtitos, præſumendum eſſe verſionem pecuniarum in eorum vtilitatem; *Surd.deciſ.55.vxor Nicolæ.nu.8. & fuit dictum in Romana pretij grani, 28. Iunij coram Vbaldo Senior.* & alias præſumptiones, ex quibus colligi poteſt verſio pecuniarum in vtilitatem accipientis, enumerat *Menoch.præſump.55 permulti ſunt caſus,num.4. & ſeq. vſque ad 10. & in tractat. de arbitr.caſu 432. per tot. Nicolaus Loſæus de iur. vniuerſ. part. 3. cap. 4. num. 18.19. & 20. Mauſon.de cauſis executiu.lib.1. ampliat.3. nu. 22.& ſeq.*

46 Sed quoniam taxarum indictio,& exactio res admodum odioſa eſt, *Corneus conſ.199.num.5.lib.1. Mar. Anton. var. reſol.lib.1. reſol.97. n.8.* ideo quoad fieri poteſt,fugienda; & hæc Sacra Cõgregatio Boni Regiminis cum non poſſit per ſe ipſam omnia perſcrutari, Gubernatoribus locorum hanc curam demandat, vt pro poſſe inuigilent, ne redditus Cõmunitatum in Tabellis aſsignati vltra præſcriptum vſum expendantur,vt dixi-
47 mus *cap.11.de Tabella, & cap. 20. de expenſis*. Ex hac enim prohibitione faciendi ſumptus, & expenſas ſuperuacaneas, & inutiles, nulli dubium eſt, redditus Vniuerſitatum conſeruari, & au-
48 geri; vt exclamat *Cicero in paradoxis*, [*O Dij* immortales,non intelligunt homines, quàm magnum vectigal ſit parſimonia; quæ a Philoſophis definitur. Parſimonia eſt, qua cauemus, ne quod diſpendium, vltra modum fiat, & res familiaris ſine cuiuſquam iniuria conſeruetur.] *vt ex Seneca notat Luc.de Penn. in l omnes,num.15.verſ.ſed ſecundum, C. de caſtr. omnium palat.pecul. lib. 12.* Differt autem a frugalitate, quia hæc propriè cibi, potuſque mentis frugi, ac benè compoſitæ moderatio eſt; illa autem facultates, & bona reſpicit; vnde illud Heſiodi

Adde paruum paruo, paruo ſuperadde pupillum,
Fiet & hoc magnum, infelix pelletur egeſtas.

Et ex noſtris Latinis *Lucretius lib.5.poſt medium*:

Diuitiæ grandes homini ſunt viuere parcè
Aequo animo; neque enim eſt vnquã penuria parui.

49 Et ſicut parſimoniæ aduerſantur luxus, & ſupernananeæ impenſæ, ita frugalitati gula, & voracitas; vnde Græcum Diſtichon,

Aedificare domos, & paſcere corpora multis,
Ad paupertatem proximus eſt aditus.

Sed quoniam parcis quoque, & frugalitate addictis viris redditus ordinarij aliquando non ſuppetunt, & coguntur quoquo modo pecunias inquirere, vt ſuperuenientibus neceſsitatibus conſulant; non rarò etiam Vniuerſitates ſunt in eadem naui; quo caſu permiſſum eſt illis, deficiente communi marſupio, ciuium peculium excutere; præcipuè ſi de ipſorum ciuium vtilitate,& commo-
50 do agatur, vt in refectione, & conſtructione pontium, fontium,& viarum,vel quid ſimile; etenim ſi in præmiſsis fiat partitio,ſeu taxa,nemo ab illius ſolutione erit immunis, *vt in l.ad portus,& ibi Scribentes,C.de oper.pub.l.ad reparationem,* C. *de aquaduct.lib.11.l.hac prouidentiſſima,C.de quib.mun.nem.lic.ſe excuſ. lib.10.l.1. C.de collat.fund.patrim.*
50 *lib.11.* vbi deciſum habes, emphyteuticarios poſſeſſores teneri ad reparationem, & refectionem viarum; & redditur ratio,quia hæc refectio in commune omnibus profutura eſt; *& gloſſ.ibi in verb. prodeſt,adducit textum in Auth.de non alien.reb.Ecc.§.quia verò veriſimile, verſ.oportet enim,vbi Imperator hæc ait:*
52 [*Oportet* enim ea, quæ communitèr, & generalitèr in omnium vtilitatem ſanciuntur, potius valere, quàm ea, quæ circa aliquos ſtudetur agi, *&c.*] *& Luc. de Penn.in d.l.1. C. de coll.fun. patrim. in verb.* nulla, ſcribit ad huiuſmodi munera, reficiendi ſcilicet vias, pontes, &
53 ſimil.teneri nedum feuda, & bona feudalia, ſed etiam demania Comitum, & Baronum; cum nec ipſa Domus Auguſta ab hoc munere ſit immunis; *l.abſit,§. igitur,C.de priuileg.Dom. Auguſt.lib.11* Quo loci Imperatores Honor. & Thod. determinant, reparationem, & conſtructionem viæ publicæ,pontium,& ſtrata-

rum non eſſe inter ſordida munera recenſendam; & *Io.de Plat.ibi* notat, quæ differentia ſit inter viam, & ſtratam; vt hæc dicatur, quæ lapidibus ſternitur; via autem, quę aperitur in terra; & probat etiam *textus in l.1.§.ſi quis in ſpecie, ff.de via pub.*

Et notat etiam *idem Ioan.de Plat. ibi*
54 *verſ.nam huius;* quòd licèt reparatio, & conſtructio pontium, & viarum ſit munus reale extraordinarium, *l. cui muneris, ff. de muner. & honor.* non computatur tamen inter munera ſordida, quia quod a Principe indicitur, non eſt munus ſordidum, *l.nemo, in fin. C.de dignit. lib.11.* & ideo nemo excuſatur, niſi ſit ei ſpecialis immunitas conceſſa a publicis muneribus, *d.l.cui muneris, ff.de muner.& honorib.*

Et ideo cum Eccleſiæ, clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ habeant ſpecialem immunitatem a publicis muneribus, dixerunt multi, hos taxari, & collectari non poſſe pro reparatione, & conſtructione
55 pontium, fontium, & viarum, vt in iuribus infraſcriptis a Domino meo Collega Matthia Nardino Capranicenſi in Congregatione viarum aliàs datis, & exhibitis.

Romana exemptionis a contributione, & taxa viarum.

ILluſtriſsimi Domini. Licèt aliàs Exactores viarum huius almæ Vrbis per plures vices, & præſertim in principio nouorum Magiſtratuum acerrimè inſtiterint grauare Fratres, & Moniales Ordinis Mendicantium meos principales ad contribuendum in quibuſcumque taxis pro reparatione viarum, & pontiũ extra Vrbem factis, & ſemper fuerint reiecti: nihilominus quia hodie eadem prætenſio reuiuiſcit, interſitque meis principalibus ab iſtis vexationibus quantò citiùs liberari; propterea ne de exemptionibus principalibus meis competẽtibus vlterius dubitari contingat

56 Præmittendum putaui, huiuſmodi exemptiones a Iure Diuino exordium habuiſſe, vt benè probat *Card. Belarm. tom.1.controu. tit. de cleric. lib.1. cap.28. num.4.& 5.* & meminit *Ioſeph.de antiq. iud.lib.2.cap.28.* & fuit etiam obſeruatũ a Tyrannis, vt legitur de Pharaone *in Geneſ.cap.47.* qui iuſsit, omnem Terram Aegypti præter Terram Sacerdotum tributis ſubijci: *& text.in c.tributum, §. quàmuis, 23.quæſt.8.* eandemque exemptionem peculiari edicto ſanciuit *Iuſtin.Imp.in l.ſancimus, C.de ſacroſ. Eccl. & Frideric.in Auth.item nulla Communitas, C. de ſanctiſs. Epiſc.* de qua etiam tanquam ab Imperatoribus obſeruata ab ipſo initio propagationis noſtrę Fidei, & Religionis, meminit *Baron. in annal. tom.3.anno 387.*

Quam exemptionem nequaquã violandam eſſe decreuit *Concilium Lateranenſe ſub Alex.III.part.1. cap.19.& ſub Innocentio III.cap.46.regiſt.in c.non minus, & in c.aduerſus, de immun. Eccl.* vbi ſpeciali anathemate feriuntur Magiſtratus imponentes huiuſmodi collectas.

57 Et indubitantèr communi omnium Legiſtarum, & Theologorum voto competit d.exemptio Eccleſiaſticis, ad tradita per *Squill.de priuil.cler.cap.8. nu.2. Barboſ.in collect.cap.2.de immunit. Eccl. & de off.& poteſt.Epiſcop. alleg.13. nu.6.* & fuſius *in tract. iuris Eccleſ. vniuerſ. cap.39.§.5 per totum, Carol.de Graſſ.de effect.cleric.effect.3.num.230. Bellet.diſq. cleric.tit.de immun.cleric.§.5.* & nouiſsimè *Philib.Marchin.in tract.belli Diuin. peſtis Florentiæ, cap.4. tit. an Eccleſiaſtici poſſint collectari pro expenſis peſtis, n.15.*

Ob quam communem omnium opinionem non dico mihi licitum eſſe arguere ad inſtar *Io. Lupi relati ab Eman. Roderiq.in quæſt.regul.tom.2. quæſt.65. art.2.* qui auſus fuit dicere *in ſuo tract. de poteſt. Eccleſ. quæſt. 2.* Papam contra hanc exemptionem ſimplicitèr venire non poſſe; ſed benè cum *Præpoſito in c.ſi tributum, num.5. de vita, & honeſt. cleric.* dicam, quòd ſi bona eccleſiaſtica omni tempore etiam Tyrannorum ſemper fuerunt libera ab omni exactione, quantò magis ſunt in eadem libertate manutenenda hodie in hoc feliciſsimo tempore Chriſtianorum, & præſertim in hac alma Vrbe, aliarum omnium totius Orbis Magiſtra, & a qua Principes ſæculares exempla, & dogmata capiunt.

58 Vnde non ab re Sanctiſsimi pro tempore Pontifices videntes fructus vberes, quos Eccleſia Dei ex vinea tot Religionum in dies percipit, prædictorum exemplis, & iuribus moti, eoſdem Regulares ſpecialibus fauoribus proſequi volentes, peculiaribus etiam priuilegijs decorarunt; mandantes Regulares vtriuſque ſexus pro quibuſuis oneribus, impoſitionibus, & collectis etiam pro reparatione viarum, pontium, & fontium non moleſtari. Ita *Eugen.IV.in*

Motu

Motu proprio dat. Florentiæ anno 1434. *a Roder. in ſuo Bullar. tom.* 1. *Bull.* 7. *fol. apud me* 81. *impreſſo*; qui quidem Motus proprius, ſeu Bulla licèt emanauerit ad fauorem Monachorum Caſſinẽſium; nihilominus quia meis principalibus
59 communicantur omnia priuilegia quarumuis aliarum Religionum *ex Bulla Clem. VII. a Confecto in collect. priuileg. Mendican. impreſſa*, etiam non Mendicantium priuilegijs gaudent: *Roderiq. quæſt. regul.* 55. *art.* 7. *tom.* 1. *Portella in dub. regul. verb. communicatio*; *Fr. Io. de Cruce tract. de ſtat. relig. lib.* 2. *cap.* 4. *Hieron. Roderiq. in compend. quæſt. regul. reſol.* 116. *a num.* 36. *vſque ad* 60. *Miranda in manual. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 46. *art.* 5. *concl.* 1. *&* 2. *& nouiſſimè Lezan. in ſum. quæſt. reg. cap.* 3. *tit. de priuileg. n.* 17.

Et præter has priuilegiorum commu-
60 nicationes ampliſſimum, & ſpeciale priuilegium vtriuſque ſexus Mendicantibus conceſſit *Pius V. Conſt.* 11. *dùm ad vberes, Bull. nouo tom.* 2. *pag.* 191. vbi inter alia habemus *in §.* 1. *ad fin. verſ. nec non etiam*, exemptionem a taxa, ſeu cõtributione ſumptuum, & expenſarum, quæ aliquando pro pontibus, vijs, aquis ducendis, muris, mœnibus, alijſque machinis ſtruendis, & reparandis, ſeu reficiendis, ac Ciuitatum, Terrarum, & Locorum quorũcumque fortificationibus, nec non etiam aliàs in omnibus, & per omnia, ac tam in dicta Vsbe, quàm extra eam vbilibet, penitus, & omnino liberi, immunes, & exempti, ac liberæ, & exemptæ, liberaque, & immunia, & exempta ſint, & eſſe cenſeantur, & pro talibus teneantur, & reputentur, &c. additis pœnis in ære, & anima, cum decreto irritanti, & clauſula ſublata, &c. De quarum Bullarum viridi obſeruantia nõ eſt dubitandum, quia fuerunt exequutioni demandatæ *ab ipſa Rota in Bono-*
61 *nien. exemptionis*, 5. *Maij* 1618. *coràm Eminentiſſimo Veroſpio*; prout nec prædicta Bulla Pij V. reuocata fuit, ſeu ad terminos iuris communis reducta per *Gregor. XIII. in ſua Conſtit.* 9. *Bull. nou. tom.* 2. *pag.* 370. *vt aliqui gratis aſſerebant, ſed in ſuo robore viget, ex Quaranta in ſum. Bull. verb. priuileg. Regul. in fin. Cherub. iun. in compend. Bull. ad prædictam Conſt.* 9. *Gregor. XIII. ſchol.* 1. *& nouiſſimè Portell. in ſuis dub. regul. in verb. tributum, num.* 2. *verſ.* 3. *in fin. Barboſ. in collect. Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *num.* 5 *& Lezan. in ſum. quæſt. regul. cap.* 3. *nu.* 14
62 Imò diſpoſitio dictæ Bullæ eſt adeo certa, vt Doctores, qui poſtea ſcripſerunt, firment, exactores ſubiacere pœnis maledictionis æternæ, & anathematis, ſi illi auſi fuerint contrauenire: ita *Hieron. Roder. in dicto moderno compend. quæſt. regul. reſolut.* 63. *tit. de exempt. quoad tributa, & exactiones, num.* 29. *qui num.* 32 *in fine* ampliat, & extendit ad exactores, qui etiam a ſpontè dantibus recipiant; *ex Suarez de cenſur. diſp.* 21. *ſeſſ.* 2 *num.* 69. *Regin. in praxi fori pœnit. lib.* 9. *num.* 379. *in fin.*

63 Non obſtat vnicum fundamentum ex aduerſo deductum contra meos principales, quòd etiam Eccleſiaſtici ſint ciues, & membra Reipublicæ, ac ſentiant commodum æquè principalitèr, & immediatè, ſicut laici; & propterea etiã incommoda taxæ pro reparatione viarũ, & bono publico ſubire debent; *ad text. in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi Imper.* ob bonum publicum ſanciuit, ad inſtructionem itinerum, pontiũ, & viarum etiam Eccleſias teneri: quia dictæ rationi, & legi plures a Theologis, Canoniſtis, & Legiſtis dantur reſponſiones.

64 Primò, licèt Eccleſiaſtici ſint ciues, & membra Reipublicæ, attamen ſunt alijs ſpectabiliores, & priuilegiati, tanquam pro communi Reipublicæ bono in ſpiritualibus laborantes, orantes, ac Templa ædificantes; ergo ſi laici huiuſmodi cõmoda bonorum ſpiritualium ſentiunt, ita debent ſentire incommoda contributionũ; vt ex *Theolog. reſpondet Marcb. de bello Diuin. alleg. cap. & tit. a num.* 4. *vſque ad* 10.

Secundò, & eſt communis Doctorum diſtinctio. Aut bonum illud commune
65 tangit Eccleſiaſticos ſolùm in genere, vt reparatio viarum, murorum, & pontium, diſtans ab eorum bonis, & tunc ad illorum contributionem non tenentur; quia ſi hoc caſu tenerentur, nunquã eſſet dare caſum, in quo Eccleſiaſtici nõ eſſent taxandi, cum non imponantur onera, niſi pro bono publico: ſed oportet, vt hoc bonum publicum, & commune tangat illos in particulari; vt datur exemplum in reparatione viæ ante eorum portam, quo caſu taxantur Eccleſiaſtici: ita *Molin. de iuſt. & iur. tract.* 2. *tit. de tributis, diſp.* 672. *concluſ.* 1. *Roderic. in addit. ad ſumm. tom.* 4. *cap.* 166. *concl.* 17. *& in ſumma in verb. tributum, cap.* 73. *concl.* 12. *Petr. Ledeſma in ſumma tract.* 7. *de iuſt. diſtrib. Regin. lib.* 9. *ſuæ ſummæ num.* 376. *& ſeq. Sot. in Bulla*

Cœnæ

Cœna,cap.19.diſp.92.& 93.Hieron. Roderic.in ſum.quæſt.regul.reſol.63.tit.de exempt.regul.num.32. Portell. in dub.regul.in verbo tributa, in addit. num. 18. vbi allegat Nauarr. tanquam teſtem oculatum tempore Iubilæi Gregorij XIII. vidiſſe multos Gubernatores Vrbium
66 Italiæ Romam intrantes, & multos publicanos petentes abſolutionem a Summo Pontifice pro Cenſuris incurſis ob impoſitionem, & exactionem ſimilium taxarum a perſonis Eccleſiaſticis.

67 Tertiò reſpondet *ad d.l.ad inſtructiones, allegatus Marchin.de bello Diuino, loco citato num.* 3. dicens illam eſſe correctam *per Auth. item nulla Communitas,C.de epiſc.& cler.*vbi Eccleſiaſtici ſunt immunes ab omni onere impoſito, & imponendo; vide *c. Eccleſia S. Mariæ,de Conſtit.* & ad rem noſtram optima eſt diſtinctio *Bart. in d.l. ad inſtructiones, num.2.& 3.* dum ait; aut onus imponitur perſonæ pro rebus, videlicet pro cõſtruenda via, vel ponte longè a bonis Eccleſiaſticis, & tunc non poſſunt taxari Eccleſiaſtici; aut onus eſt reale tantùm, quia refectio viæ fit ante domum propriam Eccleſiaſticorum, & tunc tenentur.

Minuſque facit aſſertio exactorum, exegiſſe ſcilicet aliquando ab ipſis priui-
68 legiatis pro reparatione viarum,& ideo ex hac ſolutione priuilegia in deſuetudinem abijſſe, vel per non vſum amiſſa fuiſſe,*ex Bart.in l.1.C. de his, qui ſpont. lib.10.& ibi etiam Io.de Plat.num. fin.& in l.2. num.* 1. vbi refert *And.de Barol. in eadem l.2.* dicentem,ſe vidiſſe in facto quæſtionem, videlicet Ianuenſes, ſeu Piſani habebant priuilegium immunitatis vectigalium, ſoluerunt per vnũ,vel duos annos, vel etiam per decem contra priuilegium, an ex tali reiteratione actus illud amiſerint, itaut teneantur ſoluere in futurum? & negatiuè reſpondet, quia talis ſolutio reſpicit reiterationem; ſecus autem eſſet, ſi talis ſolutio vnico actu expleatur, quia tunc ſibi præiudicaſſent, & hic videtur caſus noſter, quia taxa viarum vnica ſolutione fit.

Quia reſpondetur hoc habere locum in priuilegio habente actum momentaneum, & priuatæ perſonæ conceſſo, non autem in priuilegio habente tractum ſucceſſiuum, & cõceſſo Vniuerſitati Eccleſiæ: quia tunc etiamſi aliquando ſoluatur, nõ tamen amittitur priuilegium; *idem Bart.l.fin.nu.6.ff.de conſt.Princip. Armilla in ſumm. verb. priuilegia;*& latè *Fr.Io.de Cruce de ſtat.relig. lib.2. cap.3. dub.3.concl.1.vide c.quanquam,de cenſib. in 6.cum ſuis concord.*

69 Secundò reſpondetur, ſolutionẽ prædictam non potuiſſe fieri, niſi per vnum Fratrem particularem, aut Miniſtrum Monialium, qui non poterant præiudicare priuilegio toti Religioni conceſſo; ita in terminis dixit *Rota in Hiſpalen. quarta funer.4.Iunij 1590.coram Pamphilio*; & quidem optima ratione, quia vſus contrarius non debet eſſe particularis perſonæ, ſed illius, cuius eſt priuilegium,vt eſt totum Capitulum,ſeu corpus Religionis; *Roderiq.quæſt.5. artic.5. tom.3.Portell.verb.priuilegij ceſſatio per non vſum,num.60.*& facit in ſimili,quod dicitur de priuilegio conſuetudine acquiſito, cui per vnicum actum non de-
70 rogatur, niſi actus contrauentionis ſit collegialitèr,& capitularitèr factus;*Bar. & Bald.in l.1.C.de his, qui ſpont. lib.10. Suarez lib 7.de legib. cap.20. num.20. & 21.* latè *Hieron.Roderic.loco cit.num.63.* & hoc caſu requiritur etiã voluntas non vtendi dicto priuilegio, *Suarez lib.8.de legib.cap.38.num.22.Fr.Ioann.de Cruce loco cit.*

71 Tertiò, & fortius reſpondetur: Quia cum priuilegium dicatur bonum quoddam Religionis, non dicitur amiſſum, niſi per lapſum temporis centum annorum,ex Conſtitutionib.Pontificijs ad fauorem meorum principalium ad præſcribendum definiti; *Hieron.Roderic. in ſumm quæſt. regul. reſolut.116. num.61. & Fr.Io.de Cruce citato lib.2.cap.3.dub. 2.concl.2.Portell.vbi ſupra num.58.Confect.in ſum. priuileg. Mend.tit.12. cap.1. de præſcript.actiua, & paſſiua Regular.*

72 Quartò reſpondetur: Si aliquod præiudicium conſiderari poſſet ob dictam ſolutionem, id eſſet ſolùm quoad omiſſionem pecuniarum contra formam ſupradictorum iurium,& Conſtitutionum ſolutarum; ſed in alijs futuris ſolutionibus, de quibus nunc agitur, nullatenus dicitur præiudicatum ex decreto irritãti in Conſtit. appoſito, per quod nullo temporis ſpatio poteſt dicto privilegio renunciari per actus contrarios;*Roderic. in ſum.quæſt.reſol.116.num.62.poſt Rot. deciſ.294. in antiq. aliàs eſt deciſ.3. de priuileg.* Imò ob dictum decretum irritans omnis prætenſa poſſeſſio exigendi inficitur; *Gabr.concl.3.tit.de clauſ. lib.6. num.57.Caſſad.deciſ.1. num.7. de reſtit. ſpol.Gonzal. ad regul.8. Cancell.gloſſ.97. num.12.*

Quintò

73 Quintò tollitur omnis difficultas, quia
rei principales præter alia priuilegia
habent allegatum Eugenij IV. a Rota
canonizatum, in quo ſpecificè indulge-
tur, priuilegium hoc non intelligi amiſ-
ſum, etiamſi per negligentiam, vel igno-
rantiam miniſtrorum fuerit illi per vnã,
vel plures vices contrauentum.

Nec facit leue obiectum aduerſario-
74 rum, dicentium, Fratres Mendicantes
hodie poſſidere bona, & ideo non gau-
dere priuilegio Mendicantium: Quia
etiam tempore conceſſionis priuilegio-
rum poſſidebant, & nihilominus fel. rec.
Pius V. indulſit; quàmuis bona in com-
muni poſſideant, adhuc Mendicantium
vocabulo contineri, & priuilegijs gau-
dere, *vt in eius Conſtitutione* 44. *tom.* 2.
pag. 240.

Prout neque applicatur Bulla S.D.N.
Vrbani VIII. qua confirmantur alię Prę-
deceſſorum, & ſignantèr Pauli V. *Conſt.*
11. *Bull. nouo tom.* 3. *pag.* 188. quibus re-
uocantur omnes, & quęcumque exem-
ptiones, & immunirates, &c.

Primò, quia prædictæ Conſtitutiones
75 loquuntur de exemptionibus prętenſis,
ſe conceſſis contra Cameram Apoſtoli-
cam.

Secundò, quia in ipſis Conſtitutioni-
bus præſeruantur illæſæ immunitates, &
exemptiones de iure Eccleſiaſticis com-
petentes, *vt in d. Pauli V. Conſtit.* §. 8,
& S.D.N. §. 18.

Tertiò ceſſat omnis amaritudo, quia
dictæ Conſtitutiones non loquuntur de
76 Mendicantibus, qui ſunt ſpeciali expreſ-
ſione notandi; neque intelliguntur cō-
prehenſi, niſi de eorum Mendicantium
Ordine expreſſa, & ſpecifica mentio ha-
beatur, *ex Bonifacij IX. & Innocentij
IV. ſanctionibus; Ped. de Senis conſ.* 233.
ferè per totum.

Denique adeſt Decretum Sacræ Cō-
77 gregationis Immunitatis Eccleſiarum,
ſeu Controuerſiarum Iuriſdictionalium
ad petitionem Fratruum Prędicatorum
11. Auguſti 1631. emanatum, & decla-
rans, prædictis exemptionibus non fuiſ-
ſe derogatum per dictam Conſtitutionē
S.D.N. Vrbani VIII. quæ legitur *in Bul-
lar. nou. tom* 4. *Conſt.* 28. *pag.* 280.

Quare, &c.

Matthias Nardinus.

Pro parte verò Exactorum viarum
contra Eccleſias, Eccleſiaſticas perſonas,
& Mendicantes infraſcripta iura dedu-
cebantur: quæ tamen ſunt intelligenda,
vt non iudices laici cogant clericos, ſed
in defectum vitium laicorum Epiſcopus
conſulto Romano Pontifice, cogere
poſſit, *in terminis c. non minus, de immu-
nit. Eccleſ.*

78 Conſtructio, refectio, ſeu reparatio
pontium, fontium, & viarum inter ope-
ra pietatis recenſentur, & priuilegio
piæ cauſæ gaudent, *ex Bertach. tract. de
Epiſcop. in 4. part. lib. 4. quæſt. vltima, nu.
57. poſt gloſſ. in l. 1. §. ad municipium,
in verbo Deo, vbi etiam Angel. & Alex
ff. ad l. falcid. & alij multi relati a Tiraq.
de priuileg. piæ cauſæ, in præfat. verſ. item
legatum factum ad conſtructionem, &c.*
qui addit hanc rem adeo fauorabilem
eſſe, vt licèt quis habeat priuilegium
immunitatis a publicis muneribus, te-
79 netur tamen ad taxam indictam pro cō-
ſtructione pontium, fontium, & viarum;
ſicut etiam tenetur Eccleſia, licèt ſit pri-
uilegiata, niſi ſpecialitèr huius rei con-
ceſſa fuerit immunitas, *l. 1. & ibi Io. de
Platea, & And. de Barolo, C. de collat.
fund. patrim. lib.* 11. qui notant, licèt
emphyteutæ patrimonialium prædiorū
ſint exempti a cœteris muneribus, in re-
80 fectione tamen viarum debent confer-
re, quia ab hoc communi bono, quod
eſt omnibus profuturum, eos non con-
uenit excuſare, nam publica vtilitas prę-
fertur priuatæ: & in Conſtitutionibus
Regni Franciæ hæc cauſa ponitur inter
eas, quarum ſententia mandatur execu-
tioni, non obſtantibus quibuſcumque
oppoſitionibus, & appellationibus; hęc
81 *Tiraq.* Et has Conſtitutiones executi-
uas habes etiam in Vrbe, & toto eius
Diſtrictu ex Conſtitutionibus, & Bullis
Summorum Pontificum, quas enume-
rat, & recenſet *Marcus Anton. Bard. in
ſuo tract. de facultat. Magiſtratus Cura-
torum viarum, & ædificiorum ad inter-
pretationem Bullæ Martini V. quæ in
Bullar. nouo tom. 1. Bulla 9. legitur pag.*
160. *& in* §. 4. quoad iuriſdictionem
hęc habes; [*vt abſque* cuiuſuis vocatio-
ne, ſeu citatione, ſed per viam regiam
iuxta datam vobis a Domino pruden-
tiam, etiam per demolitionem quorum-
cumque ædificiorum, aut rerum aliarū,
&c. abſque lite, ſed ſummariè, ſimplici-
ter, & de plano (oppoſitione, ſeu con-
tradictione, aut quacumque temporis,
etiam centennali præſcriptione, legi-
bus, conſuetudinibus generalibus qui-
buſcumque, cęteriſque contrarijs non
obſtantibus) releuandi, reſtituendi, &
etiam reponendi; contradictores quo-
que quoslibet, & rebelles puniendi, bā-
diendi,

dicendi, arreſtandi, *incarcerandi*,]&c. Et
cum hæc iuriſdictio à *Gregorio XIII.in*
ſua Bulla 22. d. Bullar. tom.2.pag.387.
vnita eſſet ſub directione Eminentiſſimi
Card.Camerarij, collocata, & aucta etiã
quoad perſonas Eccleſiaſticas in §. 22.
82 eum diſtinctione proceditur, vt ſcilicet
Camerarius cognoſcat cauſas inter Ec-
cleſiaſticas perſonas; Magiſtri autẽ via-
rum inter laicas, dum ait.

[*Nos* enim ad ſupradicta omnia, &
ſingula faciendum, & exequendum, in-
que illis, & pro illis ſummariè, ſimplici-
ter, & de plano, ſolaque veritate inſpe-
cta, ac manu regia, etiam ex officio pro-
cedendum plenam, expeditam, liberam-
que auctoritatem, & poteſtatem, Ca-
merario ſcilicet in Eccleſiaſticas, eidem-
que, & Magiſtris viarum prædictis in
laicas, ac quoad pœnas prædictas Vica-
rio, ac ſingulis Vrbis, vel Curiæ iudici-
bus huiuſmodi in quaſcumque perſo-
nas, de eadem poteſtatis plenitudine
præſentis Conſtitutionis auctoritate tri-
buimus, & *demandamus*.]

Et in §. ſeq. 25. habes *clauſulam ſub-
lata, &c.* & decretum irritans: *in §. verò*
24. legitur quoad hanc cauſam viarum,
&c. reuocatio omnium, & quorumcũ-
83 que priuilegiorum quibuſuis perſonis,
quauis ex cauſa conceſſorum, cum ex-
preſſione Eccleſiarum, Monaſteriorum,
& Locorum religioſorum, ſiue piorum,
Ordinumque, quorum bona huiuſmodi
fuerint; ſtatutis, conſuetudinibus, necnõ
teſtantium voluntatibus, alijſque diſpo-
ſitionibus, etiam iuramento, confirma-
tione Apoſtolica, vel quauis alia firmi-
tate roboratis; priuilegijs quoque, &
literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſijs, Mo-
naſterijs, & Locis, eorumque Superiori-
bus, Capitulis, Conuentibus, ſeu Popu-
lo Romano, alijſque quibuſcumque cõ-
ceſſis, & quibuſuis alijs S. Sedis Apoſto-
licæ Indulgentijs, per quæ præſentium
exequutio, & per eas tributæ iuriſdi-
ctionis explicatio poſſet quomodolibet
impediri, vel retardari: Quibus omni-
bus, eorum tenores pro plenè, & inte-
grè expreſſis habentes, de poteſtatis
plenitudine prædicta derogamus, cęte-
riſque contrarijs quibuſcumque, *&c.*
84 Quæ verba cum ſint effrẹnata, & nul-
lis terminis coarctata, non videtur du-
bium comprehendere etiam Mendi-
cantes, quia cum derogatum ſit Eccle-
ſiis, quæ nihil aliud ſonant, quàm Col-
lectio fidelium; & exprimantur loca re-
ligioſa, non eſt inquirenda alia maior
expreſſio Mendicantium; quia hi quò-
que nomine fidelium, & Religioſorum
ſunt comprehenſi: clauſula enim gene-
ralis tollit ſingulares conſuetudines, &
ſtatuta locorum: *c. 1. de Conſtitut. in 6.*
c. quia ſæpè, §. non obſtantibus, de elect. c.
vnico, de cler. non reſid. eod. lib. 6. Peder. de
Sen. cõſ. 233. n. 7. quæ fortius procedunt,
85 quando in reſcripto Principis adſunt
clauſulæ, ex certa ſcientia, motu pro-
prio, de plenitudine poteſtatis, & qui-
buſcumque non obſtantibus, vt in hac
Gregorij XIII. adſunt; & operantur in
præiudicium cuiuslibet tertij. *Curt. iun.*
conſ. 184. à num. 8. vſque ad 14. & ferè
per totum.

Eoque magis, quia conſtructio, refe-
ctio, & reparatio viarum piam cauſam,
vt diximus, nec nõ publicam vtilitatem
reſpicit, *l. ædificia, & toto tit. C. de operib.*
pub. quo caſu Princeps poteſt etiam ius
86 alteri quæſitum tollere; *Bart. in l. quæ-*
cumque, in fin C. de fid. inſtr. & iur. haſt.
fiscal. lib. 10. Caſtrenſ. conſ. 229. viſis, &
ponderatis, num. 2. verſ. niſi vel legem,
par. 1. vbi tres enumerat caſus, in quibus
Princeps poteſt dominium, & ius quæ-
ſitum tollere, videlicet legem conden-
do, iuriſdictionem exercendo, & publi-
ca vtilitate ſubſiſtente; *Viu. & alij ab eo*
relati com. opin. 635. Princeps de pleni-
tudine, num. 5. qui de magis communi
87 teſtatur; & quòd in caſu publicæ vtilita-
tis non detur reſtitutio in integrum ad-
uerſus Principis reſcriptum, ſcribit *Od-*
dus de reſt. in integr. part. 2. quæſt. 99.
artic. 8. Fachin. controu. iur. lib. 8. cap. 63.
88 Accedit, quòd viæ publicæ ſunt de
regalibus Principis, *vt in vſib. feud. tit.*
quæ ſint regalia, §. viæ publicæ, & ibi Af-
flict. & alij: ideoque non poteſt Prin-
ceps in illis ius ſuum remittere, vel mi-
89 nuere; *Bald. in Extrauag. de Pace Con-*
ſtant. in gloſſ. amplius, & alij multi re-
lati à Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 3. nu. 70.
facit Menoch. conſ. 604. à num. 2. vſque
90 *ad. 16.* vbi quòd Princeps non valet ſe
priuare ſuprema poteſtate Principatus
inſeparabili ab eius Corona, & Imperio,
etiam ex voluntate præciſa: & Pius V.
potuit quidem indicare Succeſſoribus
91 ſuis, non autem imponere legem, *c. fin.*
in fin. de reſcrip. in 6. c. innotuit, §. quàm-
uis, de elect. & per conſequens Gregorius
XIII. potuit derogare priuilegijs, & in-
dultis Mendicantibus conceſſis, per ea,
quæ dicta ſunt.

Quod autem dicitur, Mendicantes
tempore obtenti priuilegij poſſediſſe
bona

bona ſtabilia, & pro illis eſſe immunes a taxis pro vijs, & pontibus; licèt poſſit reſponderi, quod ſcribit *Zabarel.in Clement.exiui,§. proinde, de verb.ſignif.& Fed.de Sen in conſ.265. quando remitteris, per totum*, vbi loquitur de Fratribus Prædicatoribus, & ſequutus *Archid.* di-
92 cit, poſſe quidem acquirere, non vt retineant, ſed vt vendant, & in eorum eleemoſynas conuertant; tamen in hoc non eſt nobis immorandum, ſed ſufficit, quòd immunitas fuerit moderata in præcitata Conſtitutione Gregorij XIII. Cõcedimus tamen hanc eſſe localem, & reſtrictam ad Vrbem Romam, eiuſque Suburbium, ſeu diſtrictum, prout exten-
93 ditur iuriſdictio Eminentis. Card. Camerarij: qua in re vide *Bardum de iure protomiſ. ad Bullam Sixti IV.§.1.n.4.*

Tota igitur difficultas reſtringitur ad taxas, quæ fiunt extra Vrbem, & in hoc fideliter referam Iuriſtarum, & Canoniſtarum opiniones; ſubijcientes hæc noſtra ſcripta correctioni purgatioris ingenij viri, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Sanctionibus, quibus verba, mentemque meam conformem eſſe ſemper, & omni tempore profiteor, & volo.

Interpretes igitur iuris ciuilis *ex tex. in l.ad inſtructionem, C.de ſacroſ. Eccleſ.* colligunt, & obſeruant, Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas non eſſe excuſandas ab onere, ſeu taxa impoſita pro reparatione, reaptatione, & conſtructione
94 viarum; Iacob de Arena, dum vult Eccleſias non teneri ad ipſam fabricaturã, cum ſit munus ſordidum, ſed benè ad ſoluendum pecuniam ratione bonorum, quæ poſſident: ex quo *Bald.ibid.ſcribit nu.2.* Fratres Minores, & eorum Eccle-
95 ſias non teneri, quia nihil poſſident, & hoc eſt onus ratione fructuum, qui colliguntur ex bonis, quæ bona ſi ſint ſterilia, non taxantur, vt ibi per eum; *Caſtrenſ. num.2.Cynus, qui cum gloſſ.& Petro de Bellaper.* concludit teneri ad refectionẽ
96 pontium, & viarum, non autem murorum Ciuitatis, quia in his non verſatur publica vtilitas, ſicut in reparatione pontium, & viarum, per quas deuehũntur victualia intra Ciuitates; verùm ſi in
97 refectione murorum conſiſtat etiam, & cõſiderari poſſit publica vtilitas, vt propulſentur hoſtes, & tyranni vicini, putat *Cynus*, Eccleſia quoque hoc caſu teneri: verùm *Bart.* diſtinguendo ſic ait; ſi
98 taxa imponatur ratione bonorum, & dicitur onus reale, tunc Eccleſia, & Eccleſiaſtici tenentur; ſi verò taxa imponatur perſonis pro rebus, tunc non tenentur; & hæc *lex ad inſtructiones*, dicitur correcta *per Auth. item nulla Communitas*, C. *de epiſc. & cleric. videndi ſunt Ripa in l. ſi ſe non obtulit, num.31. ff.de re iud.& in tract.de peſte, tit. de remed. preſer.contra peſt.num.43.& 44.Trentacinq.var.reſol.tit. de iure fiſci, reſol.5. num.13.lib.1, Marc.quæſt.101.per tot. par.2. Caual. pract. quæſt. com. contr. com.quæſt.415.* vbi multos refert Doctores tenentes, Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas non teneri; ipſe tamen concludit primam opinionem eſſe magis veram; *Guttier.alleg.10.num.2.& pract.quæſt.lib.1.quæſt.3. per tot.Rimin. iun.conſ.4.nu.19. lib.1. & alij multi ab eo relati; & ſupra conſ.2.ferè per tot. Anchar.conſ.96.num.4.5.& 6. Abbas verò, & alij Canoniſtæ in c. non minus, de immun.Eccleſ.* generalem doctrinam tradunt, videlicet. Vbicumque agatur de generali vtilitate clericorum, & lai-
99 corum ſimul, & mixtim, clerici tenentur contribuere, vt ad aggeres iuxta mare, & flumina timore inundationis: *Natta conſ.311.n.4.Corn.conſ.72.n.15. lib.4.Barbat.conſ.1.nu.72.lib.3.& n.86. & ſeq.* benè reſpondet ad ea, quæ adducuntur a nonnullis *ex c.non minus, de immun.Eccleſ.* videlicèt; quòd hodie Eccleſia, & Eccleſiaſticæ perſonæ ſint deterioris conditionis, quàm erant ſub infidelibus, ideſt ſub Pharaone, qui legis Diuinæ notitiam non habebat, & nunc adſit tempus lamentationis Hieremiæ, Princeps prouinciarum (quæ interpretatur Eccleſia) facta eſt ſub tributo, &c. reſpondet inquam Barbatia, quòd hæc vera eſſent, ſi Principes laici imponerent noua onera, quæ non eſſent communia laicis, & clericis, & ex quibus tam laici, quàm clerici cõmune inſimul commodum non reciperent; ſed vbi vtilitas, aut neceſſitas reſpicit communitèr laicos, Eccleſias, clericos, & pauperes Chriſti, non eſt iuſtum, nec decens, quòd laici ſoli teneantur ad onera tam pro ſuis rebus, quàm pro bonis Eccleſiarum, & clericorum, & pau-
100 perum; nam iura canonica ſunt fundata non ſolùm ſuper eo, quod licet, ſed etiam ſuper eo, quod decet, *c.cum non liceat, de elect.lib.6. c. licet, de immunit. Eccleſ.eodem lib.* & alia multa adducit *Barbat.* apud ipſum videnda; & reſpondet etiam ad quoddam conſilium *Abbatis, quod fortè eſt 13. ne hunc caſum, par.2.* vbi quòd clerici nullo modo te-

nentur ad taxas, & collectas impoſitas
a laicis, & ad ea quoque, quæ *idem
Abbas dicit in c.non minus,nu.18. verſ.
ego in hac* Ciuitate *Senarum,de immun.
Eccleſ.* vbi dicit, ſe de facto habuiſſe
quæſtionem tangentem Monaſterium
Montis Oliueti, contra quod inſtabat
Communitas, vt contribueret ad ex-
penſas murorum certæ Villæ, in qua
Monaſterium habebat multas poſſeſſio-
nes, & ipſe Abbas conſuluit, Monaſte-
rium non teneri, & ita mediante eius
conſilio Monaſterium fuit ab illo one-
101 re abſolutum; & ad hoc etiam reſpon-
det *Barbatia in d.conſ.1.ſub n. 92.* di-
cens, quòd D.Abbas non vidit multos
patres tenentes contrarium, & certè
verecundum fuit tanto Doctori, quia
turpe eſt patritio viro ignorare ius, in
quo verſatur, *l.1.§.ſed neque, C.de ve-
ter.iur.enucle. iuxta illud D. Hierony-
mi*: [Hæc doctus Plato neſciuit, De-
moſthenes eloquens ignorauit: ſæpe-
numerò Deus aperit ingenium vni mi-
nimo in aliquo paſſu, quod maiori non
reuelauit: & *in Euangelio*, abſcondiſti
hæc ſapientibus, & prudentibus, & re-
uelaſti ea paruulis;] & alia multa pro-
ſequitur *Barbatia*, quæ nos omittimus;
ſed tandem cum illo *ſub num.94.verſ.
cum ergo Archid.&c.* dicimus, commu-
nem opinionem Canoniſtarum, & Iu-
riſtarum eſſe contra dictum conſilium
102 Abbatis; & veram eſſe concluſionem
ſupra poſitam, quòd vbicumque tra-
ctatur de generali vtilitate clericorũ,
& laicorum ſimul, & miſtim, clerici te-
nentur contribuere cum laicis.

Et hæc concluſio procedit, nedum
in reparatione pontium, & viarum, ſed
aggerum iuxta mare, vel flumina, pro
refectione murorum, ſi ob neceſſitatem
ad propulſandas hoſtium iniurias tem-
pore belli, & ad redimendos agros ab
incendijs, & inuaſionibus facienda ſit
taxa; *Auguſt. Bero, in c.1.num. 224. &
235. de conſtit.* dum firmat, taxam factã
103 pro ſecuritate Ciuitatis, & Reipublicæ,
pro reparatione pontium, refectione
murorum, vel ob aliam ſimilem causã
ſoluendam eſſe nedum ad Eccleſiaſti-
cis perſonis in foro conſcientiæ, ſed e-
104 tiam ab ipſamet Eccleſia; quæ tempore
belli poteſt etiam reduci in formam
Caſtri; ſeu vt *Anchar. poſt Innoc. & Io.
Andr. dicit in conſ.96.* incaſtellari; quia
105 nulla maior iuſtitia, quàm defendere
patriam, infirmos, & debiles a prædo-
nibus, & hoſtibus, *c. fortitudo, c. ſi quis,
c. non inferenda, c. qui poteſt, 23. quæſt. 3*
106 & Clerici, & Eccleſia magis, quàm lai-
ci tenentur ad opera pietatis exercen-
da, vt poſt *Abbat. dicit Vinc. de Franc.
deciſ 9. num.6 Io. Fran. Leo. in theſaur.
fori Eccleſ. part.1. cap 9. n. fin.* vbi quòd
bona Eccleſiæ non ſunt noſtra, ſed pau-
perum, quorum procurationem geri-
mus, & ſunt patrimonium Ieſu Chriſti,
ac propterea in opera pia eroganda,
*Nicol. Bal. inter deciſ. Oſaſch. poſt dec.68
num.5.6.& 29. Theſaur. deciſ.234. Ec-
cleſia regularitèr, num. fin. Tholoſan.* qui
107 a Iure Diuino deductum putat, vt cle-
rici, & Eccleſiaſtici teneãtur ad inſtau-
rationem, & extructionem murorum
Ciuitatis, dum *in tract. de Repub. lib.2.
cap.3. num.5. verſ. Nehemias*, & repetit
*in ſyntag. iur. vniu lib.2. cap. penult. nu.
fin. verſ confert Eccleſia, & cap. fin. n.2.*
adducit exemplum Nehemiæ *ex lib.2.
Eſdræ cap.4.* qui multa diligentia cura-
uit reædificari muros Hieruſalem, ibi.
[*Et reuerſi* ſumus omnes ad muros,
vnuſquiſque ad opus ſuum. Et factum
eſt a die illa, media pars iuuenum eo-
rum faciebat opus, & media parata e-
rat ad bellum; & Principes poſt eos in
omni domo Iuda ędificantium muros,
& portantium onera, & imponentium:
vna manu ſua faciebat opus, & altera
tenebat *gladium*:] Nec ſolùm in vete-
ri, ſed etiam in nouo Teſtamento, &
apud ſanctos Patres hoc legimus, ſi-
gnantèr *apud Gregorium Sanctiſſimũ,
& Magnum Eccleſiæ Doctorem, ac Pon-
tificem in epiſt.20. lib.7. Angelo Epiſcopo
Terracinẽſi ſcripta* in hæc verba. [*Quia*
verò cõperimus multos ſe a murorum
vigilijs excuſare: ſit fraternitas veſtra
ſollicita, vt nullum neque per noſtrum,
vel Eccleſiæ nomen, aut quolibet alio
modo defendi a vigilijs patiatur, ſed
omnes generalitèr compellantur, qua-
tenus cunctis vigilantibus melius au-
xiliante Domino Ciuitas valeat cuſto-
dia *procurari*.] Et cum hæc verba in
corpore iuris canonici relata, *vt in
c. peruenit, de immunit Eccleſ.* legimus,
108 hic Doctores noſtri colligunt, clericos,
& Eccleſiaſticas perſonas non excuſari
a cuſtodia murorum, & a vigilijs, prout
obſeruatum fuiſſe in obſidione Pariſiẽſi
anno 1590. teſtatur *Philippus Pigafe-
cta in ſua relatione*, dicens, quòd cleri-
ci, & religioſi ferè omnes Chriſtum
Crucifixum ſiniſtra, gladium verò dex-
tera geſtabant: *& Anaſtaſ. Germonius
tract. de immunit. Sacrorum lib. 3. cap.
17.*

17.*num.*28.*verſ.item ad euitandas ra-
pinas*, *&c.* poſt enumeratos caſus, in
quibus clerici cum laicis concurrere
debent, hæc ait: [*Item* ad euitandas
109 rapinas, incendia, captiuitates, & huiuſ-
modi alia pericula, quæ non minus
clericis, quàm laicis eſſe poſſunt no-
cumento, idque ciuilis, & naturalis ra-
tio ſuadet, vt qui ſentit commodum,
ſentiat *incommodum.*] & & habes in re-
grum *conſ. D. Riminaldi iunioris* Pro
Illuſtriſs. Domino Alphonſo Eſtenſe, D.
& Marchione Caſtri Monticoli de cle-
ricis Parmēſibus bona poſſidentibus in
Territorio Monticoli obligatis contri-
tribuere refectioni murorū, & ſouearū
dicti Caſtri: & eſt *conſ.*2. *per tot. viden.
lib.*1. Et quòd etiam Eccleſia teneatur
110 pro bonis, quæ poſſidet, contribuere
in oneribus bellicis, vel a bello depen-
dentibus, *Guido pap. quæſt.*78. *an Ec-
cleſia, per totam, & illi addent. Purpur.
conſ.*485. *præmitto, num.*1. *verſ. verùm
præmiſſis, Aug. Caput. de regim. Reipub.
cap.*7. *§.*27. *num.*23. *& ſeq. & alij multi*,
quos refert *Craſſ. de effect. cleric. effect.*
3. *num.*200. prout etiam tenent omnes
prænarrati Doctores relati *a Rimin.
iun. d. conſ.*2. *num.*26. dum ait, *l. ad in-
ſtructiones*, in hoc eſſe correctam, vt nō
per impoſitionē laicorum conferāt Ec-
cleſiæ, ſed per Epiſcopos taxentur, cō-
ſulto Papa, *c. aduerſus, de immun. Eccl.
Bald. & alij relati a Panormit. d. c. non
minus, num.*17. *&* 18. *& in conſ.*2. *nu.*2.
*verſ. item præſumpto, lib.*1. *D. Albanus
ad Bart. in l. heres abſens, num.*7. *&* 12.
ff. de iudic. reddens rationem, quia v-
111 bi interuenit conſenſus Papæ, immuni-
tas Eccleſiæ non violatur; *Anaſt. Ger-
mon. de ſacr. immun. lib.*3. *cap.*17. *nu.*35.
& alibi, *Purpur. conſ.*50. *periculoſa, n.*6.
*Rota Rom. coram Merlino in Alben. ga-
bellæ, deciſ.*339. *num.*70. *part.*6. *recent.
Guido pap. deciſ.*78. *an Eccleſia*; qui ait
fuiſſe vocatos R.P.D. Epiſcopum Gra-
tinopolitanum, & Canonicos facientes
Capitulum in Eccleſia B. Mariç, & S. An-
dreæ illius Ciuitatis, quibus expoſitum
fuit inſtans, & periculoſum bellum, nec
non damna, quæ Ciuitati, & Patriç ob-
uenire poſſent, niſi repararentur mœ-
nia, ac propterea exhortati, & requiſi-
ti, vt pro aliqua parte munirent ipſam
Ciuitatem, prout fecerunt, & cum non
eſſet ſatis, poſtea per compoſitionem
Epiſcopus B. Mariæ ſoluit flor. 60. Epi-
112 ſcopus S. Andreæ compoſuit in floren.
12. & ſubdit, ſi viri Eccleſiaſtici non
paruiſſent exhortationi iudicis laici,
non potuiſſent ab eo cogi, ſed conue-
niendi erant coram iudice competen-
ti; *Purpur. conſ.*335. *viſo themate, n.*9.
*verſ. circa tertium dubium; & conſ.*485.
*præmitto, num.*3. *verſ. eſt verum; Leſſius
de iuſt. & iur. lib.*2. *cap.*33. *de trib. & ve-
ctigal. dubit.*3. *verſ. tertio quando con-
tributio; Bonacin. de cenſur. in Bulla
Cœnæ diſp.*1. *quæſt.*19. *punct.*3. *§.*3. *nu.*
16. *rogabis vtrum*; qui benè hanc quę-
ſtionem examinat, & putat non ſuffi-
cere ſolum conſenſum Epiſcopi, ſed re-
quirendum eſſe clericorum quoque, &
nomine cleri intelligit diœceſanam
Synodum; & tandem ita concludit: Ex
113 dictis igitur conſtat, clericis imponi
non poſſe tributum, & onus a laica po-
teſtate, niſi ſimul Pontificis conſenſus
accedat, nec ſufficit ſolus conſenſus E-
piſcopi, *c. aduerſus, de immunit. Eccleſ.*
Et ita fuiſſe ſernatum in Ducatu Ferra-
rienſi cum clericis Diœceſis Rauennæ
ſtantibus in diſtrictu Ferrariæ, ſcribit
*Rimin. iun. conſ.*4. *qui ſub num.*15. *verſ.
ſecundo confirmatur*, enumerat Breuia
Pauli II. Sixti IV. Alexandri VI. Iulij II.
Clementis VII. Pauli III. Iulij III. & Pij
V. quibus conceſſum fuit Ciuitati Fer-
rariæ cogere clericos ad ſolutionem
collectarum, &c. & de ſimili conceſ-
ſione facta per Clementem Papā VIII.
Populo Piſano anno 1600. pro repara-
tione fluminis Arni, ſcribit *Modernus
de iuriſdict. part.*4. *cent.*1. *caſu* 1. *in fin.
Barboſ. de offic. Epiſc. alleg.*13. *ſub nu.*7.
in fin. & a Gregorio XV. indultū fuiſſe
Magno Duci Aetruriæ, vt clericos in
ſua ditione commorantes taxaret ad
fluminum reparationem, prout *in Bre-
ui die* 25. *Februarij* 1622. *expedito*: &
ſimilem conceſsionem feciſſe ſan. me.
Vrbanum VIII. in Ducatu Mediolanē-
ſi ſub die 10. Maij 1624. ad petitionem
Regis Catholici, teſtatur *Philip. Mar-
chin. in tract. de bello Diuino, part.*4. *tit.
de poteſt. Decurionum in Eccleſ. cap.*4.
*num.*28. 29. *&* 30. vbi etiam referuntur
verba Indultorum Gregorij XV. & Vr-
bani VIII.

Ex quibus Indultorum verbis plura,
quæ ſupra diximus colliguntur neceſ-
ſaria eſſe ad taxandos clericos, & Ec-
cleſiaſticas perſonas. Primò exquiren-
114 dæ ſunt laicorum facultates; & quando
non ſufficiunt iſtæ, recurrendum eſt ad
illas clericorum, *c. non minus, & c. ad-
uerſus, de immun. Eccleſ. Purpur. conſil.*
335. *num.*3. quemadmodum vice verſa

Aa 2 in

115 in refectione, & reparatione Eccleſia-
rum, quando clerici ipſius Eccleſiæ nõ
habent redditus ſufficientes, taxantur
laici, & tenentur concurrere, vt notat
Guttier. in allegat. 10. num. 3. viden.

Licèt *Barbat. d. conſ. 1. num. 91. verſ.
reſpondeo, lib. 3.* videatur velle, neceſſa-
116 riam non eſſe huiuſmodi excuſsionem
bonorum laicalium; quia *text. in c. ad-
uerſus*, tria genera perſonarum enu-
merat, nempe Eccleſias, clericos, &
pauperes, & certè ſi ponderentur hæc
tria genera, apparebit (vt ipſe ait) quòd
vel habent plus, vel tantum, quantum
habeant laici, & maximè hodie, quo
laici ſunt pauperiores, & Eccleſiæ, &
clerici ditiſsimi; hæc ſunt formalia
verba Barbatiæ.

Secundò interuenire debet conſen-
ſus Epiſcopi, & cleri, non ſolùm Ec-
cleſiæ Cathedralis, ſed etiam Collegia-
tarum ſuæ Ciuitatis, & ex Diœceſi ſal-
117 tem Vicariorum Foraneorum; ex *Bo-
nacina loco ſupra relato:* Cum enim
omnes concurrere debeant in ſolutio-
ne taxæ, monendi quoque ſunt, vt ius
ſuum dicant, & referant; & ita ſeruatum
fuiſſe anno 1624. Mediolani, & Noua-
riæ, antequam exequutioni demanda-
tum eſſet Indultum ſan. mem. Vrbani
VIII. teſtatur *Marchin. loco cit.*

Tertiò imminere debet neceſsitas
118 reparationis, *ex Corn. conſ. 72. num. 15.
Guid. pap. d. quæſt. 78. Cyn. in l. ad in-
ſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ.* qui ob-
ſeruat maiorem adeſſe neceſsitatem in
reparatione viarum, & pontium, quàm
murorum Ciuitatis; niſi enim (ait ip-
ſe) reparentur viæ, & pontes, impe-
119 ditur publica vtilitas, nam victualia de-
ferri non poſſunt, quod non accidit in
muris; ſæpe enim contingit, vt ſine
muris Ciuitates in pace maneant, *vt
in cap. 2. Zaccharia; abſque muro habi-
tabitur Hieruſalem præ multitudine
hominum in medio eius:* ſed certè hoc
procedit tempore pacis, non autem
belli, vt diximus ſupra de Nehemia,
qui inſtaurare fecit mœnia Hieruſalem,
120 & ab hac inſtauratione nec etiam Sa-
cerdotes fuerunt excluſi, vt legitur *lib.
2. Eſdræ cap. 3. in princ. ibi: Surrexit
Eliaſib Sacerdos magnus, & fratres eius
Sacerdotes, & ædificauerunt portam
gregis ipſi ſanctificauerunt eam, & ſta-
tuerunt valuas eius, &c.* & circa finem
*eiuſdem cap. Surſum autem ad portam
Equorum ædificauerunt Sacerdotes, v-
nuſquiſque contra domum ſuam.*

Quod autem dicitur de imminent
neceſsitate, quæ requiritur, antequam
clerici taxentur, *ex Diuo Gregorio in
ſupracitat. eius epiſt. 20. lib. 7. c. vos au-
tem, 16. quæſt. 1. quem text. ad hoc alle-
gat Lucas de Penn. in l. hac prouidentiſ-
ſima, num. 16. C. d. quib. mun. nem. lic. ſe
excuſ. lib. 10.* ſciendum eſt, quòd *idem
Beatiſs. Pontifex Gregorius lib. 6. cap. 4.
in regiſt. ab eod. Luca de Penna ibid. n. 4
relatus*, hæc ait: [*Neceſſe* eſt, Frater-
121 nitas veſtra, dum licet, Ciuitatem ſuam,
vel alia Loca fortius muniri prouideat,
atque immineat, vt abundantèr in eis
condita procurentur; quatenus cum
hoſtis illuc Deo tibi irato acceſſerit, nõ
inueniat, quod lædat, ſed confuſus ab-
ſcedat, *&c.*] munitiones enim in ocio
ſunt tractandæ; nam tunc malè quærun-
tur, quando neceſſariæ iudicantur;
Caſſiodor. teſte lib. 3. variar. epiſt. 48.

122 Et ſi magna adſit, & immineat ne-
ceſsitas, quæ moram non patiatur, &
recurſum, & aditum ad Papam ſine
periculo non permittat, nec Summus
Pontifex commodè conſuli poſsit, E-
piſcopus vnà cum Clero poterit in im-
poſitionem, & exactionẽ prædictarum
collectarum, & onerum conſentire;
quia hæc facultas eis datur *in c. non
minus, de immunit. Eccleſ.* & ita com-
muniter tenere Doctores, teſtatur *Bo-
naccin. in Bull. Cœnæ Domini, diſput. 1.
quæſt. 19. punct. 3. §. 3. ſub num. 16. verſ.
hoc tamen limitatur, Gratian. diſcept.
forenſ. cap. 390. nihil referre, num. 18.
tom. 2.*

Sed poſito, quòd clerici in prænar-
ratis caſibus, & cum cautelis, & condi-
tionibus ſupradictis ſint taxandi, ex
123 regula, qui ſentit commodum, par eſt,
vt onera ſubeat, *c. qui ſentit, de regul.
iur. in 6.* ac etiam quia non propriè co-
guntur titulo onerum, & collectarum,
ſed potius titulo mercedis, & contri-
124 butionis, vt operarijs ſatisfiat, vt ſunt,
Saltuario, ideſt Campanario, ſeu Guar-
diano, qui curam prædiorum laicorum,
& clericorum habet; *Natta conſ. 311.
num. 2. & 3. & per totum*; Medico à
125 Communitate conducto, quando illius
opera vtuntur; *Caſtrenſ. conſ. 424. nu. 2.
verſ. breuitèr aduertendum, & in medi-
co, ibi: & ſimilitèr ſoluere medicos, qui
ipſis clericis medentur, part. 2. Graſſ. de
effect. cler. effect. 3. num. 251.* Rurſus ad
expenſas in purgando puteo commu-
ni factas; *Barbat. conſ. 1. num. 39. & ſeq.
lib. 3.* Denique ad onera in vtilitatem
cleri-

clericorum immediatè,& principalitèr impoſita, non quidem titulo onerum, & collectarum præcisè, ſed potius titulo mercedis, & contributionis, vt diximus; *Alterius de cenſuris,& excom. Bullæ Cœnæ,lib.5.diſp.19.cap.6. 8.dub. princip.Piſtuccius tract.16.& 6.de cenſuris in partic.cap.11.tabell.18.nu.296. verſ.tertiò,de onerib.Marcb.de bel.Diu. part.4.cap.4.num* 23.qui refert ita ſentire quoad medicũ,*Bellett. diſquiſ.cler. tit.de immun.cler.§.6.num.6.*

126 Quærunt hic Doctores, qua actione compellendi ſunt Eccleſiaſtici ad hanc ſolutionem, & concludunt, vi directiua, quia clarum eſt, clericos cogi non poſſe a laicis, qui nullam habent in perſonas, & bona Eccleſiaſtica iuriſdictionem, *c.clericis, de immunit.Eccl. in 6. Bonaccin. de cenſur. Bulla Cœnæ, diſp.1.quæſt.19. punct.3.quæſt.3.nu.17. Eminentiſs. Card. Bellarm. in ſuis controuerſ.lib.1 tit. de clericis, cap.28. verſ.*

127 *quarta propoſitio*, & in quinta propoſitione probat, immunitatem clericorũ in rebus politicis, ſaltem quoad bona iure humano introductam eſſe, non Diuino; contra Canoniſtarum ſententiam; & cauſa quæuis licèt inſta, nunquam dat auctoritatem, & iuriſdictionem Principi ſæculari ſupra clericos,

128 *Bald.in l.cunctos populos,ſub num.55. quæſt.5.C.de ſum.Trin. & fide Cathol. benè Purpur.conſ.485. in princ. videndus,Mauſon.de cauſis execut.lib.1.ampl. 2.in princip.& alibi.*

Quartò principalitèr nota, Clericos,

129 & Religioſos non eſſe tradendos exactoribus laicis,ſed a perſonis paritèr Eccleſiaſticis arbitrio Ordinarij exigẽdos eſſe, *vt in d. literis Vrbani VIII. verſ. volumus tamen, vt exactio; bonus text. in c.Eccleſia Sancta Mariæ, de conſtit. & ibi Scribentes,Butr. num.20. Decius num.*235.

Quintò ſi præmiſſorum occaſione

130 facienda ſit executio, vel pignora capienda, per ea, quæ in Concilio Vienenſi ſancita fuerunt,Calices, libri,cœteraque Eccleſiarum ornamenta Diuino cultui dicata capi, percipi, vel diſtrahi,aut aliàs quomodolibet occupari non debent; *vt in eiſdem literis, verſ. quodque iuxta.*

Hæc ſunt, quę pro vtraque parte adduci poſſunt; cœterùm remitto me indicio Eminentiſſimorum Cardinalium Sacræ Cõgregationis Immunitatis,&c.

Habent etiam Principes portus, & maria, quę a piratis expurganda ſunt, & habent triremes armatas,non vulgari ſumptu ad hæc peragenda paratas, vt diximus aliàs *in notitia Cardinalatus part.1.Congregat.19.de claſſe paranda*; & pro illarum manutentione taxantur

131 ſubditi, quæritur, an etiam clerici ad hæc taxari poſſint?& licèt ex iam dictis poſſit etiam hæc quęſtio determinari; tamen in Eccleſiaſtica Ditione habes hoc clarè deciſum *a Sixto V. in ſua Conſtit.74.Congregat.VI.Bullar. nouo tom 2.pag.613.* quòd teneantur etiam

132 clerici: Quæ deciſio firmat contrarium in Ditionibus Principum laicorum,niſi interueniat licentia Papæ.

Et quia diximus ſupra, milites Cæleſtis militiæ, vt ſunt clerici, ſoluere taxam impoſitam ab Vniuerſitatibus pro ſoluenda mercede medici, ludimagiſtri, concionatoris, & ſimilium, quando illorum opera vtuntur:hæc concluſio intelligenda eſt iuxta ea, quæ aliàs declarauit Sacra Congregatio Immunitatis in cauſa Piſauren. ſeu Ferettana 22.Iunij 1627.& in alijs, *& Craſſ. de effect. cleric. effect. 3. num.* 251. & hoc

133 fortius procedit in militibus armatæ militiæ, quorum priuilegia a iure ciuili, vel a Principe proueniunt, *Bero. conſil,* 152. *num.* 13. *lib.3. relatus a D.Franc. Corona in quodam eius voto poſt caſus militares D.Tullij Chryſpolti impreſſo.*

134 Si quis autem, ne cogatur ad ſolutionem taxarum ſupradictarũ, confugiat ad Eccleſiam, numquid gaudere debeat immunitate? & negatiuè videtur reſpondendum *per text.in Auth.de mand.Princip.§.ſed neque, verſ. publicorũ,Collat.3,l.nemo,C.de exactor. trib. lib.10.& ibi Scribentes; D.Oldrad. conſ.* 54. *an fugiens, num.* 1. *& per tot. Galganett.de iur.pub.lib.3. tit.69. num.*43. licèt ipſe huic deciſioni non acquieſcat, prout nec etiã nos acquieſcimus; quia Cæſarum Sanctiones iuri canoni-

135 co aduerſantes, præcipuè vbi agitur de immunitate Eccleſiarum,non ſunt ſeruandæ, vt in terminis *ad ſupradictam Auth. de mandat. Princip.* reſpondet *Couar.var.reſol.lib.2. cap.* 20. *num.*14. *verſ. ſed profectò, poſt Cyn.in l. præſti. num.2.verſ. aut quæritur, C. de his qui ad Eccleſ.confug.* cuius opinionem cõmendat *Abb.in c.inter alia,nu.24. verſ. Cynus videtur,de immun.Eccleſ.& legitur in Sacra Pagina lib.* 1. *Machab. cap.10.circa med.* ibi. *Et quicumque confugerint in Templum, quod eſt in*

Hie-

Hieroſolymis, & in omnibus finibus eius
obnoxij Regi in omni negocio dimittā-
tur, & vniuerſa, quæ ſunt eis in Regno
meo, libera habeant, &c. plura petenda
ſunt *ab Anaſt. Germonio in ſuo tract. de*
immunit. ſacror. lib. 1. cap. 15. per tot. vbi
136 non magis luculentèr, quàm eruditè
demonſtrat, ſacrarum ędium apud om-
nes gentes immunitatem, tutumque
ad eas, delinquentium, damnatorum,
ac obæratorum perſugium fuiſſe: & ad
hoc videnda omninò eſt *Conſtitutio*
Gregorij XV. in qua caſus enumeran-
tur, quibus confugientes ad Eccleſiam
gaudere debeant, necne illius immu-
nitate, inter quos iſte, de quo agitur,
nequaquam deſcribitur; *& Ambroſi-*
num perlege, qui Commentarium in
d. Bullam edidit: & de obæratis fugien-
tibus ad Eccleſiam diximus etiam ſu-
pra *ex Gambacurta de immunit. lib. 4.*
cap. 15. viden

Cum autē ſupra dictū ſit, ex multorū
Doctorū opinione, quòd clerici, & Ec-
cleſiaſticæ perſonę concurrant vnà cum
laicis in expenſis factis ad obuiandum
inuaſionibus, agrorum deuaſtationi-
bus, incendijs, & rapinis, quæ anno 1642
imminebant Ditioni Eccleſiaſticæ, &
multæ etiam Communitates, & Loca
talia paſſæ ſunt, placet hic referre alle-
gationes D. mei Nicolai Læti Agentis,
& Collegæ meritiſſimi, quæ ad ipſam
Congregationem excitandam datæ
fuerunt.

Status Eccleſiaſtici.

Eminentiſſimi, ac Reuerendiſsimi
Domini. Non videtur dubium,
137 quòd Eccleſiaſtici teneātur pro eorum
rata concurrere ad expenſas inſtantis
belli, quòd iuſtè geritur a S. Sede Apo-
ſtolica, ad arcendas hoſtium inuaſio-
nes, depopulationes agrorum, incen-
dia, & rapinas, ſubditis eiuſdem S. Se-
dis imminentes, & ex parte paſſas; quia
tam Eccleſiaſtici, quàm laici habent
prædia ruſtica, & vrbana, amicos, con-
ſanguineos, & propinquos in ipſa Di-
tione Eccleſiaſtica, quibus conſulēdum
138 eſt, illorumque defenſioni, & tutelæ
inuigilandum: nulla enim maior iuſti-
tia eſt, quàm defendere patriam, infir-
mos, & debiles a prædonibus, & hoſti-
bus, *c. fortitudo, c. ſi quis, c. non inferen-*
da, c. qui poteſt, 23. quæſt. 3. & clerici, &
139 Eccleſia magis quàm laici tenentur ad
exercendum opera pietatis, vt poſt
Abbat. ſcribit Vinc. de Franc. decis. 9. n.
6. Franc. Leo in theſaur. for. Eccleſ. par.
1. cap. 9. num. fin. vbi quòd bona Eccle-
ſiaſtica non ſunt noſtra, ſed pauperum,
quorum procurationem gerimus, &
ſunt patrimonium Ieſu Chriſti, ac pro-
pterea in huiuſmodi opera pietatis
eroganda: attenta præſertim Commu-
nitatum paupertate.

140 Eoque magis, quia non ſumus hodie
in communi, ſeu publica tantùm vtili-
tate, in qua clerici non tenentur, niſi
vbi facultates laicorum nō ſuppetunt,
ex diſpoſitis *in c. aduerſus, & c. non mi-*
nus, de immun. Eccleſ. ſed ſumus in vti-
litate æquè principalitèr reſpiciente,
& de directo Eccleſiaſticos, & laicos,
itaut poſſit dici priuata vtilitas etiam
Eccleſiaſticorum, dum imminet peri-
culum deuaſtationis bonorum cōmu-
141 nium, tam laicis, quàm clericis; quo
caſu ceſſant diſpoſita in dictis capitulis;
& ſimplicitèr abſque vlla diſtinctione
tenentur concurrere Eccleſiaſtici, ſicut
laici, *gloſſ. in c. non minus, de immunit.*
ver. releuandus; Abb. in d. c. non minus,
num. 20. Caſtren. conſ. 423. num. 4. lib. 2.
Natta conſ. 63. num. 9. conſ. 203. num. 2.
conſ. 311. num. 4. Oſaſch. decis. 181. num. 7.
Anchar. conſ. 96. num. 5. Silueſt. in ver.
immunitas, q. 4. num. 20. Azor. inſt mor.
par. 3. lib. 5. cap. 19. quæſt. 11. ver. ſed eſt;
Sanch. conſ. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55.
num. 5. & 6. Bonaccin. de cenſur. in Bul-
la Cœnæ, diſp. 1. quæſt. 19. punct. 3. §. 3.
n. 16. & 17. verſ. reſpondeo primò, Craſſ.
de effect. cleric. effect. 3. num. 200. & 234.
Dian tract. 2. de immunit. reſol. 41. par. 1
Duar. in Bull. Cœnæ can. 18. q. 12. nu. 3.
& ibi Add.

142 Sicut etiam ex eadem ratione, ob
particularem, & priuatam vtilitatem
tenentur clerici concurrere cum laicis
in expenſis, quæ fiunt pro reparatione
aggeris fluminis, & maris, *Surd. conſil.*
301. num. 3. Menoch. conſ. 800. Natta
d. conſ. 311. num. 4. Azor. vbi ſupra dicto
ver. ſed eſt, Craſſ. d. effect. 3. num. 207.
Bonac. d. quæſt. 19. part. 3. §. 3. num. 17.
Dian. tract. 2. de immun. reſol. 75. part. 1.

Ad ſalarium, quod ſoluitur Saltua-
143 rio, ſeu Cuſtodi agrorum, ne damnum
inferatur agris clericorum, & laicorū,
Bonac. loco citato, Natta d. conſ. 311. n. 1.
& ferè per totum, Caſtrenſ. d. conſ. 423.
num. 2. qui extendit etiam ad ſalarium
medici, quando clerici illius opera v-
tantur.

144 Ad expenſas quoque pro capiendis

ver-

vermibus, locuſtis, bruchis, & his ſimilibus animalibus, quæ damnum inferunt territorijs Ciuitatum, & Locorum, ad quas quidem expenſas pro eorum bonorum in illo territorio exiſtẽtium rata; *Molin. d. iuſtit. & iur. tom. 3 tract. 2. diſp. 261. num. 6. Diana d. reſolut.*
145 *76.* Qui omnes mouentur ex naturali iure, vt qui ſentit commodum, ad incommodum quoque ex eadem cauſa proueniens teneatur, *c. qui ſentit, de*
146 *reg. iur. in 6. l. ſecundum, ff. eod. tit.* Et quilibet vti debet commoditate cum ſuis qualitatibus; *Natta d. conſ. 311. n. 3 Aym. conſ. 135. num. 26. Dec. conſ. 532, num. 7. & 8.*

Neque idem ius naturale eximit Eccleſiaſticos a perſonali cuſtodia murorum, vt melius Ciuitas defendatur ab hoſtibus tẽpore belli, per *tex. in c. peruenit, vbi Doct. de immun. Eccleſ. emanatũ ſecundũ Io. Andr. ibi in princ. & Sanch. conſ. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 13.* ad tuendam ditionem temporalem Eccleſiæ, vt in præſenti; & auctoritate Sacræ Paginæ roboratum, *Eſdr. lib. 2. cap. 3. & 4.* vbi procurante Nehemia Sacerdote, muri Hieruſalem per Sacerdotes præſertim, & Leuitas reædificati leguntur, inuitis, & repugnantibus hoſtibus, itaut dicatur de ædificatoribus ipſis, vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium; & luculentèr exornat ad rem noſtram *Lucas de Pen. in l. cum ad feliciſſimam, C. de quib. muner. vel præſtat. lib. 10. Couar. in Clem. ſi furioſus, de homic. par. 2. §. 3. nu. 2. ver. ſed ſi quis; Azor. inſt. moral. par. 2. lib. 9. cap. 11. ver. tertiam; Prax. Arch. Neap. cap. 42. num. 16. Bellett. diſquiſ. clerical. de diſcipl. cleric. §. 5. num. 158. Caſtr. Palao tom. 2. tract. 12. par. 9. num. 11.*

Si ergo tenentur Eccleſiaſtici ad hęc perſonalia cum periculo vitæ, quando neceſſitas eſt communis, a fortiori tenebuntur in caſu noſtro ad realia in pecunia ſoluẽda, quæ minus ſtatui clericali repugnant, vt benè arguit *Sanch. conſ. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55. ſub n. 13 ſequendo gloſſ. in c. non minus, ver. releuandos, de immun. Felin. in c. Eccleſia num. 106. de conſt. Rip. de munerib. & honor. reſp. 1. num. 3. & ſeq. Guid. pap. deciſ. 7. & deciſ. 78. vbi add. cum multis alijs per ipſum Sanch. cumulatis;* & cum ſimus in ſubleuandis pauperrimis Cõmunitatibus, facit, quod *D. Greg. hom. 14. in Euang.* dicit ad Eccleſiaſticos. [*Gregis* Domini Ductores, primùm nobis eſt exteriora noſtra miſericorditèr ouibus eius impẽdere, poſtremum verò, ſi neceſſe ſit, etiam mortem noſtram pro ouibus ipſis miniſtrare; ſed qui non dat pro ouibus ſubſtantiam, quomodo pro his daturus eſt animam *ſuam?*

Et non obſtant auctoritates, quæ ex aduerſo allegari poſſunt, quia prædictis non contradicunt, ſed tantùm aliqui diſcrepant circa forum, in quo Eccleſiaſtici in præfatis caſibus ſint cogendi, nempe laicali, quod tanquam falſiſſimum, vt latè probat *Sanch. d. dub. 57. num. 31. Dian. par. 1. tract. 2. de immun. reſol. 76. & Rot. in Brunduſina Gabellæ, quæ eſt deciſ. 42. num. 9. part. 4. recen.* Communitates non prætendunt, quinimò modò inſtant pro obtinendo Sedis Apoſtolicæ beneplacito.

Hæc ſcribo ex publico munere mihi a Sanctiſſimo iniuncto pro Communibus, non tamen contra immunitatem Eccleſiaſticam, ſed potius pro ipſa etiã immunitate ſcribo, dum defendo populos pugnantes pro temporali Sedis Apoſtolicæ Ditione tuenda, quæ eiuſdem immunitatis quàm ſit grande pręſidium, quàm forte propugnaculum, nemo ignorat; ſcimus enim, qualis fuerit Eccleſiaſtica immunitas ante Magnum Conſtantinum dictæ Ditionis liberalem largitorem, & qualis fuerit poſtea; comperebat prius Eccleſiæ de Iure Diuino immunitas, ſed eius vſus, & exercitium emanauit poſtea, *c. Conſtantinus, 96. diſtinct. c. futuram, 12. q. 1. c. fundamenta, de elect. in 6. obſeruauit Rota in Alben. gabellæ, quæ eſt deciſ. 339. num. 3. & 28. part. 6. recent.*

Quare, &c. Quæ omnia diſputationis gratia dicta ſit.

Nicolaus Laetus Agens.

Sed quoniam dubitari fortaſſe poterit, an iura ſuperius adducta compræhendant etiam Mendicantes, cum de illis non legatur facta ſpecialis mẽ-
147 tio, prout requiritur, *ad tradita per Fed. de Senis conſ. 233. caſus talis eſt, in princ. & ferè per tot.* vbi loquitur de Monaſterijs S. Claræ, pro quibus Monialibus vide etiam *Capyc. deciſ. 10. per tot. Burſatt. conſ. 160. & 161.* & in Bullis Summorum Pontificum; quædam etiam de ipſis Mendicantibus ſubijciã, ea tamen reuerentia, & obſequio, quod Chriſtianum virum in gremio S. R. E. natum, educatum, & mori cupientem decet.

Et

Et potiſſimum argumẽtum ipſorum
Mendicantium eſt, quod legitur in
procœmio Conſtitutionum, & Priuile-
giorum Summorum Pontificum, præ-
cipuè *fel.rec.Pij V. in ſua Conſtit.* 11.
dum ad vberes; enumerat enim ibi v-
148 beres fructus, quos Sacri Mendicantiũ
Ordines in Agro Dominico quotidie
faciunt; ipſorum Religionis ſinceríta-
tem, voluntariæ paupertatis habitum,
in quibus ſub humilitatis ſpiritu deuo-
tum Altiſſimo præſtant famulatum; ac
propterea dignos eſſe, vt ſemotis qui-
buslibet grauaminibus, promptiores
eiuſdem Altiſſimi inhæreant ſeruitijs:
Quæ omnia nemo quidem, niſi a recta
via, & a veræ, ſanctæque Chriſtianæ
Religionis ſemita aberrans, in dubium
reuocabit: ſed quoniam inter prima-
rios Sacrorum Canonum Interpretes
nonnulli ſcripſerunt, illos propriè dici
149 Mendicantes, quibus ex conſtitutio-
ne, vel regula prohibetur habere pro-
prium in communi. *Io. Andr. in c.1.
de relig.dom.in 6.relatus a Calder.conſ.
17.an ordo, ſub eod.tit.* qui ait, hanc eſſe
veram ponderationem illius *textus in*
150 *d c.1.* quod etiam voluit *Anchar. in
conſ.321.præmittenda ſunt, num.2.* di-
cens, illos eſſe Mendicantes, quibus
victum præbet incerta mendicitas; &
ſunt verba *ipſius c.1. deſumpta ex Con-
cilio Lugdunenſi ſub Gregorio X §.con-
firmatos, & ibi gloſſ.in verbo publicum*;
& melius *Philip. Franc. in hoc §. con
firmatos.num.1.* dum ait, Mendicantes
propriè dicantur, qui prohibentur ha-
bere redditus, vel poſſeſſiones pro vi-
ctu; *& in num.4.* addit, duo copulati-
uè requiri, ad hoc vt propriè dicantur
Mendicantes, nempè quòd non quæ-
rant ſolum victum per quæſtum, ſed
etiam quòd ſit eis prohibitum habere
proprium ex Regula, vel Conſtitutio-
nibus: & hinc inferunt præfati Scriben-
151 tes. Fratres Seruorum S.Mariæ non eſ-
ſe propriè Mendicantes; quia nec Re-
gula, nec Conſtitutiones arctant eos
ad mendicandum; ita *Anchar. d.conſil.
321. Calder. d. conſ 17. de relig. domib.
Card.Zab.in Clem.1.num.10.de regular.*
vbi ait, propriè Mendicantes dici Præ-
dicatores, Minores, & Heremitas. *Be-
ned.Capra conſ.24.& ſi viſo, num.10.&
152 12. & alibi*: Qui ſi de facto bona im-
mobilia poſſideant, tunc pro illis bo-
nis teneantur ſoluere; ita *Petr. de An-
char conſ.109. contra Fratres, num.2.
verſ.qua non obſtante*, quem commen-
dat *Dec.conſ.456.conſului aliàs, num.2
verſ. & facit*, *quod voluit P. de Anch.
Phil. Proban addit.ad Monach.c.vnic.
num 10.verſ item ſi contingat, de relig.
domib.* qui mouentur, ex eo, quòd in
tali caſu Mendicantes tranſgrediuntur
Regulam, non confidentes in Deum,
qui volucres Cœli paſcit, *ad textum in
Clem.exiui de Paradiſo, & ibi Card. &
alij in §.nos autem, & §.proinde, de ver-
bor. ſignific. Craſſ.de effect.cleric.effect.3
num.282, limitat.20.*

153 Tranſgreſſores verò ſuarum Regu-
larum amittere priuilegium ſui Ordi-
nis. & teneri ſubire cum alijs ſimilem
legibus diſciplinam, cum agant in frau-
dem Regulæ, & de facto, non autem
de iure poſsideant, & ob id teneri ad
taxas, & collectas ſuper bonis poſſeſ-
ſis impoſitas, habemus *Alexand. Papæ
III. Sanctionem in c.recolentes, de ſtatu
Mon. & ad hũc caſum allegat Thomat.
de muner. patrim.§.ſi quiſpiam, num.1.
Parpal.ab eo relatus in l.placet, C. de
154 ſacroſan.Eccleſ.* Nec ſunt audiendi tan-
quam claudi ingredientes terram dua-
bus vijs, quod eſt reprehenſibile; ſicut
& cor ingrediens duas vias non habe-
bit ſucceſſus, *Eccleſ.cap.3.c.in noua, 16.
quæſt.7.c.eum cauſam, de elect.* vbi legi-
tur illud *Deuteron.cap.22.non arabis cũ
boue ſimul, & aſino, nec indues veſtem
lino, lanaque conteſtam*; nec poſſunt
ſimul iungi mendicitas, & diuitiæ; ita
155 *Anch.d.conſ.109.verſ.præterea iſta de-
fenſio*, quem videtur ſequi *Felin. in
c.Sanctæ Mariæ, nu.105. de conſtit. Au-
guſt.Bero.c.in præſentia, num.540.541.
& 542.de probat.Feder.de Senis conſ.12
Fratres Prædicatores*; iunctis alijs dua-
bus reſpõſionibus duorum Doctorum
156 in eadem materia, concludentium,
quòd poſsidere immobilia repugnat
ſtatui Mendicantium: licèt ipſe Feder.
videatur velle, Fratres Prædicatores nõ
eſſe propriè Mendicantes, quia Regu-
157 la, quam ipſi profitentur, hoc non di-
ſponit; ſed hoc habent ex eorum Con-
ſtitutionibus per Sedem Apoſtolicam
confirmatis: *Mandoſ.ad reg.23.Cancel.
de Mendicant.quæſt.3. num.3.& 4. &
melius num.5.verſ.qui videre voluerit,
158 vbi allegat Anch.in d.conſ.109.* & alios
tenentes, quòd Mendicantes tenean-
tur ad collectas, & contributiones pro
bonis, quæ contra eorum Regulam, &
conſtitutiones poſsident; *Felin. in
c.ex tenore, num.10.de reſcript. & repe-
tit in c.Rodulphus, num.5.in 2. regula
verſ.*

-*verſ. pro quo facit, eodem tit. de reſcript.*
vbi cōcludit, quòd onera impoſita per
Papam ſuper bonis Religioſorum ha-
159 bent etiam effectum in illis bonis, quæ
aliqui Religioſi poſsident de facto;
Craſſ. de effect. cler. effect. 3. num. 282.
Nec videtur obſtare, ſi dicatur, quòd
Mendicantes hodie non poſsident de
facto, nec contra eorum Regulas, &
Conſtitutiones, quia hoc habent ex
priuilegio Summi Pontificis, *vt d. Bul-*
la Pij V. dum ad vberes. Nec tamen
ex eo, quòd poſsident bona, deſinunt
eſſe Mendicantes, vt obſeruat *Lap. in*
160 *allegat. 4. an diſpoſitio, num. 4. & 5. Za-*
bar. in Clem. exiui de paradiſo, num. 10.
de verbor. ſignif. dum ait, quòd perfe-
ctio Regulæ Mendicantium non con-
ſiſtit in hoc, quòd poſsideant, vel non
poſsideant bona.
Quia reſponderi poſſe videtur, ſi di-
161 camus, quòd priuilegium Principis,
quod reſultat, vel reſultare poteſt in
præiudicium tertij, ſtrictè debet intel-
ligi, *Abb. in c. dilecti filij, num. 2. & 4. &*
c. ſuggeſtum, n. 1. 3. & 4. de decim. vbi
162 firmat, priuilegium, quod ex poſt facto
incipit eſſe nociuum tertio, reuocan-
dum eſſe; imò nedum priuilegia, ſed
etiam Conſtitutiones, quādo incipiunt
163 eſſe nociuæ, reuocari poſſunt, quia ſe-
cundùm tempus, & conſtitutionis mu-
tationem retractabilis eſt de ſui natura
omnis Conſtitutio, *c. non debet, de con-*
ſang. & affin. c. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1.
cum ſimilib. qui ampliat, etiamſi Con-
ſtitutio ſit iurata, quia præſtans iura-
164 mentum iurat ſecundùm naturā Con-
ſtitutionis, cui accedit, nec iurantes
videntur cogitaſſe de tali tempore, &
iuramentum non extenditur ad non
cogitata; *c. Quintauallis, de iure iur.*
Quòd autem priuilegium non ſol-
165 uendi taxas ſit nociuum tertiò, patet,
quia onus, quod a multis ſuffertur, mi-
nus grauat; & portio, quę tangit Men-
dicantibus, accreſcit laicis, & alijs non
priuilegiatis, *Anchar. conſ. 389. num. 4.*
& 5. Feſtas. de collect. part. 2. quæſt. 1.
num. 19. benè Felin. in c. Eccleſia Sanctæ
Mariæ, num. 76. verſ. ſed dic, de conſt.
dum ait; *Facultates populi diminuun-*
tur præter multa prædia, quæ acqui-
166 *runt Eccleſiæ; nam ſi non poſſunt colle-*
ctari, remanet populus minus potens ad
ſubeundum onera communia, a quibus
ſubleuatur per collectas æqualitèr di-
ſtributas.
167 Vt in terminis, quòd priuilegia di-
ſpenſatiua, prout ſunt hæc Mendican-
tium, vt contra Regulam poſsideant
bona, ſint ſtrictè interpretanda, ac li-
mitanda, *Bonif. Vital. in Clem. 1. nu. 88.*
& 89. de regular. quem refert, & ſequi-
tur *Mandoſ. ad reg. 23. Cancell. de Men-*
dicant. quæſt. 4. num. 5. verſ. & de pri-
uilegijs: & benè Lapus in ſupradict. al-
leg. 4. num. 5. ibi, dato ergo, quòd priui-
legio ſint habilitatæ ad poſſeſſiones ha-
168 *bendas, ex hoc non videntur habilitatæ*
ad alia, nec liberatæ ab alijs iuribus lo-
quentibus de Mendicantibus, &c.
Ex quibus infero, quòd licèt *Bulla*
Pij V. dum ad vberes, habilitet Men-
dicantes ad poſſeſsiones habendas, &
pro illis etiam a ſolutione collectarum,
169 non tamen ex hoc videntur habilitati
a ſolutione taxarum, quæ indicuntur
pro communi vtilitate, quæ æquè prin-
cipalitèr tangit clericos, laicos, & Mē-
dicantes, vt dictum eſt ſupra, cum
cautelis tamen, & conditionibus iam
dictis; naturalis enim æquitas in om-
nibus militare debet; ſaluis etiam de-
170 cretis, & reſolutionibus Sacræ Congre-
gationis Immunitatis, quatenus hæc
a me dicta illis aduerſentur.
Sed dicet fortaſſe aliquis. Clerici nō
171 tenentur, nec cogi poſſunt ad hoſpi-
tandum milites, *l. 1. & ibi gloſſ. C. de*
epiſc. & cleric. Franc. a Ponte de poteſt.
Proreg. tit. 1. § 6. num. 14. Paris de Put.
tract. de ſyndic. in verb. clericus, cap. 2. an
apparitor, nu. 3. vbi ſi officialis, vel miles
172 velit inuito clerico in eius domo ho-
ſpitari, tenetur in ſyndicatu; *Squillant.*
& alij ab eo relati, de priuileg. cleric. cap.
9. num. 1. & nu. 2. ait; qui autem gau-
deant hoc priuilegio, vel ne, colligi
poteſt ex cap. præcedēti, cum hoc pri-
uilegium ſit ſimile priuilegio immuni-
tatis, de quo ibi ſit ſermo; & nos quo-
que diximus ſupra.
Sequitur ergo, quòd quemadmodū
clerici ſunt immunes ab onere hoſpi-
tandi milites, pari ratione gaudere de-
bent immunitate a muneribus bellicis:
cum in hoc non videatur aſsignari poſ-
ſe ratio differentiæ. Accedit quoad
Mendicantes hoc expreſsè indultum
reperiri *in d. Bulla Pij V. dum ad vbe-*
res: Verùm in hoc adeſſe differentiam
puto; quia Doctores loquentes de
173 prædicta immunitate clericorum ab
hoſpitatione militum, hoc volunt pro-
cedere in militibus ſtationatijs, qui cō-
tinuò retinentur a Principe pro neceſ-
ſitatibus, quæ accidere poſſunt, vt ſunt

Birruarij, & milites Corſi, in Statu Ec-
cleſiaſtico, in Regno vocantur Guidati,
apud Venetos Cappelleti, & alij huius
generis, qui potius ad terrendos craſ-
ſatores, bannitos, & facinoroſos ho-
mines, quàm ad præliandum iuſto prę-
lio detinentur; ita *D.Ripa in reſp.1.n.3
& ſeq.tit.de muner.& bonor.* Nos autē
loquimur de militibus conuocatis ob
imminens periculum inuaſionis, & de-
prędationis hoſtium: quo caſu cum li-
ceat *ex Ancharano, & alijs ab eo relatis
in conſ.96.num.4.* & 5. incaſtellare Ec-
cleſias, & illas ad formam Caſtri redu-
cere, multò magis videtur cogi poſſe
clericos, vt in eorum domibus recipiāt
milites: & ſi hoc agere commodè non
poterunt, cogentur contribuere in pe-
cunia: argumento eorum, quæ ſcribit
ſeruari in praxi apud Regnicolas *idem
Squillantes d.cap.9.num.4. & 5. Curt.
iun.conſ.61.num.14.verſ.præterea dato,*
vbi ex Doctoribus ab eo allegatis col-
174 ligit, quando imminet publica neceſſi-
tas, cui per Superiorem non poteſt
prouideri, niſi etiam exemptis impo-
natur collecta, tunc exemptis poteſt
imponi; quia nulla conceſſio eximit a
dicto caſu propter publicam vtilitatē;
& quandocumque ſuperuenerit neceſ-
175 ſitas valdè inſolita, talis conceſſio non
eximit, & Princeps ex cauſa poteſt ius
ſubdito auferre: ita *ex Socino colligit
Curtius in d.conſ.61.num.14.* & conclu-
dit, quòd ſtante inſolita bellorum atro-
176 citate, quæ omnibus notoria ſit, ceſsāt
immunitates, quæ alijs temporibus
conceſſæ fuerant; *Rolan.a Vall.conſ.13.
num.68.lib.3.Pariſ.conſ.68.num.22.&
24. lib.1.* quos refert *Burſat. conſ. 16.
num.77.lib.1. & vide D.Ripam in re-
ſpon.1.num.7. & alibi de muner. & bo-
nor.* Hæc tamen quoad clericos, intel-
lige cū declarationibus, de quibus hoc
eodem *cap.num.77.* & iuxta ea, quæ ſen-
ſit, & declarauit aliàs Sacra Congre-
gatio Immunitatis, ad quæ me remit-
to, & illarum determinationi me ſubij-
cio.

77 Quid ſi taxa fuit impoſita pro cuſto-
dia alicuius Caſtri, quæ tamen cuſtodia
non fiat continuè, vtrum pro tempore,
quo ceſſat cuſtodia debeat etiā ceſſare
exactio taxæ? negatiuè reſpondit *Ma-
rian.Socin.conſ.49. num.32. lib.1.* quia
licèt ceſſet effectus, non tamen ceſſat
cauſa: & ſufficit, quòd illi, qui debent
cuſtodire, ſint parati ad cuſtodiam,
quando opus erit. Et ita etiam fuit iu-
dicatum *a Sacra Congregatione Boni Re-
giminis die 23 Decembris 1617.* referen-
te Reuerendiſs.Domino Angelo Cæſio
tunc eiuſdem Congregationis Audito-
re, nunc verò digniſſimo, & meritiſſimo
Epiſcopo Ariminenſi, pro Ciuitate Vr-
bis Veteris contra Caſtrum Ciuirellæ
Agliani, quod Caſtrum ſoluit d.Ciuitati
quolibet anno ſcuta ſexaginta pro cuſto-
dia Arcis in d.Caſtro exiſtentis, & quia
ceſſauerat cuſtodia, volebat etiam ceſſa-
re a ſolutione taxæ; ſed non potuit ob-
tinere; per ea, quæ deducuntur *in dicto
conſ.49.num.32.& ſeq.a prædicto Socino
viden.* Sed quoniam ſupra *num.171. &
ſeq.* quædam diximus de militibus ho-
ſpitandis, & an clerici ad hoc teneantur,
178 ſupereſt dicendum, quodnam munus
ſit hoc, perſonale ſcilicet, an patrimo-
niale, & rei annexum, & an ſolis incolis,
& municipibus, in quorum domibus
hoſpitantur, incumbat? qua in re, ne
aliorum dicta reſcribam, videatur *Lan-
cell. Gallia in patrocinio pro Repub. Ale-
xandrina Patria ſua contra vniuerſum
Statum Mediolani,* vbi ſatis eruditè, &
luculentèr hanc rem pertractat.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, ipſo facto, *idem importat ac clauſula*, ipſo iure.
2 *Iura imponentia pœnam ipſo facto intelligenda ſunt, vt præcedat ſententia iudicis.*
3 *Hæretici grauius, horribilius, & deteſtabilius delinquunt, quàm alij; & quomodo contra eos procedatur.*
4 *Excommunicatus, aut hæreticus non dicitur quis ante denunciationem.*
5 *Statutum diſponens contumacem haberi pro confeſſo, quomodo intelligendum.*
6 *Statutum mandans, derobantem territorium eſſe ipſo facto rebellem, intelligitur, lata ſententia.* Declara.num.11.
7 *Emphyteuta, & feudatarius quando dicantur cecidiſſe in commiſſum.*
8 *Rebellis non dicitur, antequam præcedat declaratio.*
9 *Iura omnia Mundi diſponentia, pro aliquo crimine ipſo iure pœnam imponi, quomodo intelligenda.*
10 *Clauſula, ipſo iure, & ipſo facto, in contractibus quid operetur.& n.ſeqq.*
11 *Facinoroſos homines euellere, & extirpare de terra neceſſe eſt, & expedit Reipublicæ.*
13 *Bulla Summorum Pontificum contra banni-*

bannitos, & facinoroſos, illoſque receptantes, &c. quomodo ſunt intelligenda.

14 *Contra facientes caualcatas, & receptantes bannitos, proceditur ipſo facto, abſque alia iudicis ſententia.*

Amplia, eſſe procedendum, ac ſi per lapſum temporis, & lineam finitam feuda eſſent deuoluta. num. 15.

16 *Conſtitutiones ſuper præmiſſis ſunt in vſu, & in viridi obſeruantia.*

17 *Clauſula, ex nunc prout ex tunc, quid operetur.*

18 *In delictis notorijs proceditur de facto, nullo iuris ordine ſeruato, & incipi poteſt ab executione.*

19 *Princeps volens mouere bellum contra ſuum rebellem, non tenetur illum citare.*

20 *Papa contra inuadentes bona Sanctæ Romanæ Eccleſiæ poteſt de facto procedere.*

21 *In feudis Eccleſiaſticis ob non ſolutionē canonis, ſeu cenſus, incurritur caducitas ipſo facto abſque alia declaratione.*

22 *Iudicis ſententia, ſeu declaratio requiritur, antequā quis dicatur verus exul, & facinoroſus:*

23 *Citatio requiritur in vnoquoque actu præiudiciali.*

24 *Bannitus captus licèt vigore Conſtitutionum non poſſit dicere de nullitate ſententiæ, non eſt tamen prohibitus dicere de nullitate euidenti ex iiſdem actis, & proceſſu.*

25 *Banniti noſtri temporis non amittunt ea, quæ ſunt iuris communis, illiuſque beneficia, minuſque iuris gentium, & naturalis, vt eſt defenſio.*

26 *Iudex non poteſt exequi ſententiam, in qua quis eſt condemnatus in pœnam, ad quam condemnari non poterat, nec debebat reus.*

27 *Iudex antequam proferat ſententiam contra reum, debet illius defenſiones audire, & conſiderare pœnam, in qua eſt condemnandus.*

28 *Receptans bannitum non poteſt condemnari de ipſa receptione, niſi conſtito de banno receptati.*

29 *Di ſtilo Curiæ Romanæ priuſquam reputetur quis bannitus, & rebellis, ſolet præcedere ſententia iudicis declaratoria; & dantur exempla.*

30 *Communitates animo, & capite carent, ideo delinquere non poſſunt.*

31 *In delictis requiritur verus dolus, volūtas, & conſenſus delinquentis.*

32 *Vniuerſitates non cuſtodientes eorum Territoria in quas pœnas incidant; quæ pœnæ a iudice ſunt declarandæ.*

33 *Vniuerſitates conſtituuntur etiam ex minoribus, & pupillis, qui ignorant, quod agunt.*

34 *Vniuerſitates poſſunt probare ignorantiam actus per iuramentum.*

35 *Executio pœnarum etiam ipſo iure incurſarum requirit iudicis declarationem, parte citata.*

36 *Statuta, Edicta, Bannimenta, Conſtitutiones permittentes occidi bannitos impunè quomodo ſint intelligenda.*

37 *Banniti, & facinoroſi notorij poſſunt occidi, abſque eo quòd contra eos fuerit lata ſententia; quia notorium æquipollet ſententiæ.*

38 *Mitius agitur cum lege, quàm cum homine.*

39 *Acceptatio deuolutionis requiritur, antequam procedi poſſit contra feudatarium, qui cecidit in commiſſum.*

40 *Quibus in caſibus quis incidat in canonē latæ ſententiæ; vide remiſſiuè.*

§. XI.

Gloſſ. 3.

Ipſo facto.

CAP. XXIX.

1 QVÆSITVM eſt, an vigore clauſulę ipſo facto, quæ idem importat, ac ſi dicatur, ipſo iure, *ex Rolan. a Val. conſ. 62. nu. 23. lib. 2.* agi poſſit ad pœnas contentas in noſtra Bulla, abſque alia iudicis ſententia, vel decreto, contra tranſgreſſores, & violatores ipſius Bullæ?

2 Et breuiter, negatiuè reſpōdeas. Quia vbi iura imponunt pœnam ipſo facto incurrendam, intelligenda ſunt, vt præcedat declaratio, ſeu ſententia iudicis, in qua pronuncietur, delinquentem incidiſſe in pœnam; *Abb. conſ. 3. num. 6. verſ.*

item vt ipſe dicit, motus ex ijs, quæ *Bo-*
nifacius VIII. ſanciuit in c. cum ſecun-
dùm, de hæretic. in 6. vbi Pontifex poſt
enarratos nonnullos caſus, in quibus
bonorum amiſſio ſequitur de facto, pro-
bat a fortiori in bonis hæreticorum (qui
3 grauius, horribilius, & deteſtabilius, quã
alij delinquunt) confiſcationes, execu-
tiones, vel bonorum occupationes cõ-
tra ipſos faciendas non eſſe, antequam
Epiſcopus loci, vel alia perſona Eccleſia-
ſtica ſuper tali crimine ſententiam ferat;
facit text. in l. 29. eius qui, & ibi gloſſ. in
verb. non pœnæ, ff. de iur. fisci, & ibi etiã
Bart. notat ex illis verbis, verum opor-
4 tet conſtare prius, & de crimine pro-
nunciare. Nec dicitur quis excommu-
nicatus ante denunciationem, *Anchar.*
conſ. 189. relatus *a Dec. conſ. 522. in cau-*
ſa electionis, num. 13. Ita etiam non ha-
betur quis pro hæretico, antequam pro
tali ſit denunciatus; *Hieron. de Monte*
5 *queſt. 11. num. 15. & 19.* & Statutum di-
ſponens, contumacẽ haberi pro confeſ-
ſo, intelligitur hoc per ſentẽtiam iudicis
declaratoriam; *Archid. c. 1. num. 2. verſ.*
tanquam expreſſiuum, de homicid. in 6.
Bero. in c. ſuper literis, nu. 11. de reſcript.
qui adducit Alexand. & Iaſ. in l. ſi quis
maior, C. de tranſact. dicentes, omnia
iura Mundi diſponentia, in pœnam ali-
quem incidiſſe ipſo iure, intelligenda
eſſe modo ſupradicto; *Bald. in conſ. 480*
num. 2. verſ. & eſt crimen, vol. 3. relatus a
Mart. tract. de clauſ. in 1. par. clauſ. 291.
ipſo iure, ipſoque facto, num. 3. qui ait,
6 Statutum mandans derobantẽ territo-
rium ipſo iure, ipſoque facto eſſe rebel-
lem, intelligendum, lata ſententia.

7 Et de emphyteuta, & feudatario alie-
nante ſine conſenſu domini, vel non
ſoluente canone, ex quo cadit in com-
miſſum ipſo iure, intelligendum eſſe, ſi
præcedat voluntas, & declaratio domi-
ni; *Scribentes in c. potuit, de locat. & in*
l. fin. C. de iur emphyt. & ita quoque in-
telligendum eſſe *textum in c. 1. §. 1. de*
probib. feud. alien. per feder. & c. 1. §. 1.
de probib. feud. alien. per Lothar. idem
Berous notat loco citato; & ex his colli-
git, declarationem neceſſariam non ex-
8 cludere illum iuris effectum, qui ipſo iu-
re dicitur ineſſe. Sicut etiam non ha-
betur quis pro rebelle, niſi præcedat de-
claratio, *Bald. tit. de pace Conſtan. in*
verb. publici latrones, in fine, Luc. de
Penn. in l. 2 num. 13. verſ. nemo enim, C.
de deſertor. lib. 12. & alij adducti per Grã.
9 *deciſ. 15. num. 7. & ſeq.* qui ait; omnia iu-
ra Mundi diſponẽtia, pro aliquo crimi-
ne ipſo iure pœnam imponi, intelligen-
da eſſe, dummodo ſequuta fuerit ſen-
tentia declaratoria, per quam declaretur
illud crimen fuiſſe commiſſum, alias pœ-
na non poterit habere executionem,
ſeu effectum ſuum, *Io. Bapt. Coſta de*
fact. ſcien. & ignor. inſpect. 1. num. 23.
Mart. d. clauſ. 291. num. 4.

Contrarium videtur velle *Rol. a Vall.*
conſ. 62. num. 24. lib. 2. vbi ait ex mente
Baldi in conſ. 491. vol. 3. iſta verba, ipſo
10 iure, & facto, importare latam ſenten-
tiam. Verùm ipſe *Rolandus* loquitur,
quando huiuſmodi verba, & alia pin-
guiora, vt in caſu illius conſilij, eſſent
appoſita in inſtrumento, & contractu
emptionis, cum expreſſa prohibitione
alienationis, itaut hæc verba, ſeu dictio-
nes, & clauſula importent, & habeantur
loco pacti reſolutiui in vim legis com-
miſſoriæ.

Sed *Bald. in d. conſ. 491 num. 2. vol. 3.*
loquitur in Statuto diſponente, quòd
omnes, qui inuadunt territorium Pe-
11 ruſinum, vel quomodolibet faciunt ca-
ualcatas, ſeu in eo aliquas offenſiones,
homicidia, furta, prædas, vel rapinas,
ſtatim ipſo iure. & ipſo facto intelligan-
tur, & ſint rebelles, & proditores Com-
munis Peruſij; & cum Statutum diſpo-
nat per verbum ſubſtantiuum, *ſint*, in-
ducit veram rebellionem, & eſt crimen
latæ ſententiæ; eoque magis, quia hoc
Statutum reſpicit publicam vtilitatem,
& ſpe præmij inuitat homines ad perſe-
quendum, & capiendum nequiſſimos,
& facinoroſos homines, quorum os ma-
12 ledictione, & amaritudine plenum eſt,
pedes eorum veloces ad effundendum
ſãguinem, ſollicitique ad extranea Ter-
ritoria deprædanda; quos de terra euel-
lere neceſſe eſt, & extirpari; *l. congruit,*
ff. de off. præſid. l. impium, ff. de iuriſd.
omn. iud ex quibus, & alijs per eum ad-
ductis concludit *Bald. ibi, verſ. præterea*
cum Statutum dicat, non eſſe neceſſa-
riam aliam ſententiam, reddens ratio-
nem, quia in caſu illius Statuti, lex ef-
ficit, quod iudex faceret per ſuam ſen-
tentiam.

Et hæc notanda ſunt pro intelligen-
tia & executione Bullarum, & Conſti-
tutionum Summorum Pontificum in
Ditione Eccleſiaſtica, in quibus ferè ſub
ijſdem verbis diſponitur contra banni-
tos, exules, & facinoroſos inuadentes
13 dictam Ditionem Eccleſiaſticam; & ex-
tenditur pœna eadem contra recepta-

tores,

tores, conſulentes, adiuuantes, & non
denunciantes, aut perſequentes dictos
exules, bannitos, & facinoroſos, ac etiã
facientes caualcatas, & colligentes ar-
matos homines; vt poſt alias, quas om-
nes innouat, & reaſſumit, videre eſt in
*Conſtit.6.Sixti V.contra bannitos: & in
alia Conſt.75.eiuſdem Pontif.*contra fa-
ciẽtes caualcatas,&c.itaut contra huiuſ-
modi delicta perpatrantes non requira-
14 tur alia iudicis ſententia,quia,vt ait Bal-
dus, hoc efficit lex, dum ait *in d.Conſt.6
§.8.* vbi comprehenduntur etiam feu-
datarij, & Communitates, ibi. [*Fiſco*
noſtro, & Cameræ prædictæ ipſo facto,
abſque aliqua declaratione, citatione,
iudicis ſententia, ſeu decreto, vel alia
iuris,& facti ſolemnitate habenda,etiam
in præiudicium filiorum deſcẽdentium,
& aliorum quorumcumque agnatorum
in inueſtituris, conceſſionibus, ſeu alijs
diſpoſitionibus comprehenſorum, in
omnibus, ac per omnia, perinde ac per
lapſum temporis illorum conceſſionis,
& finitam lineam ad ipſam Cameram
aperta,ſeu deuoluta eſſent,confiſcamus,
applicamus, incorporamus, *&c.*]

Et hoc etiam repetitum inuenies in
*præcitata Bulla 75. contra conuocantes
homines armatos,in* §.3. in hæc verba.
[*Quòd* ſi quis contra præſentem noſtrã
prohibitionem, & interdictum directè,
vel indirectè quicquam attentare, aut
alijs mandare,vel tranſgreſſoribus adhę-
rere, vel fauere præſumpſerit, eum, ſi
Dux, Princeps, Marchio, Comes, Baro,
Domicellus, Vicarius, Feudatarius, aut
quæuis alia ſingularis perſona extiterit,
læſæ maieſtatis reatum, verum, ac nulla
iuris, aut hominis fictione confictum
crimen incurriſſe, & eiuſdem S.Roma-
næ Eccleſiæ rebellem,&c.Ducatus verò,
Dominia, Vicariatus, Gubernia, Feuda,
Ciuitates, Oppida, Terras, Caſtra,& Lo-
ca, cœteraque bona, necnon iura, &
actiones,cum fructibus, redditibus,pro-
uentibus, & emolumentis eorundem
fiſco noſtro, & Cameræ prædictæ ipſo
facto, & abſque aliqua declaratione,etiã
in præiudicium filiorum,& aliorum de-
ſcendentium in inueſtituris, conceſſio-
nibus, ſeu alijs diſpoſitionibus cõpręhẽ-
15 ſorum, in omnibus, & per omnia,perin-
de ac ſi per lapſum temporis illorum
conceſſionis, & finitam lineam ad ipſam
Cameram deuoluta eſſent,confiſcamus,
& applicamus, *&c.*]

Et quòd huiuſmodi Cõſtitutiones ſint
in vſu, & in viridi obſeruantia, colligitur
ex votis trium Excellentiſſimorum Rotę
Romanæ Auditorum, videlicet *Seraph.
16 Blanchetti, & Orani,* quorum duo a fel.
rec.Clem. VIII. ſacra Purpura decorati,
& inter Vaticanos Senatores relati fue-
runt; quo quidem Pontifice inſtante,
huiuſmodi vota in cauſa Domini Ducis
Io. Antonij Vrſini, & ſuper eius reſtitu-
tione ad honores, famam, & bona,ema-
narunt, & leguntur impreſſa inter *deciſ.
crimin.a Farin.collectas,vol.2.voto 61.*&
meminit *idem Farin.in conſ.169.nu.19.
vſque ad fin.lib.2.*

Adde, in prędictis Conſtitutionibus
Summorum Pontificum adeſſe ſenten-
tias, & declarationes contra huiuſmodi
delinquentes, quæ retrotrahuntur, &
porriguntur ad tempus, & tempora, in
quibus committitur delictum,per clau-
ſulam, *Ex nunc,prout ex tunc,*appoſitam
pręcipuè in *Bulla Alex.VI.Conſtitut.1.
17 Bullar.nou.tom.1.pag.*391. quæ quidem
clauſula operatur,vt vnum tempus alte-
ri ineſſe videatur, *Angel. Imol. Alex. in
l.huiuſmodi,* 20. *ff. de verb.ſignif. Pariſ.
conſ.26.lib.2.num.128. quos refert Che-
rub.iun.ad d.Bullam Alex.VI.ſchol.* 1.
Et ideo non videtur neceſſaria alia de-
claratio, ſiue ſententia; *Rip.reſp.18.nu.4
tit.de reſcript.faciunt gloſſ.in c.euidentia,
verb.non indiget,de accuſat.l. proinde,
25.§.fin.in fin.ff.ad l.Aquil.Clar.§.fin.
quæſt.9.Andr.Gail.de pace pub.lib.2.cap.
18 3.num.* 16. vbi quòd in delictis notorijs
procedatur de facto, nullo iuris ordine
ſeruato, & poteſt incipi ab executione.
19 Et Princeps volens bellum mouere con-
tra rebellem, non tenetur illum citare.
Scapp.de iur.non ſcrip.lib.2.cap.19.nu.1.
20 Et quòd Papa contra inuadentes bona
ad Romanam Eccleſiam ſpectantia poſ-
ſit de facto procedere, ſcribunt *Hoſtien.
Io.Andr.Abb.Card.& alij in c.cum olim,
de re iud.& alij relati in allegati. contra
Cæſarem Eſtenſem ſuper prætenſione in
Ducatu Ferrariæ,* videndi.

Adde ſecundò, quòd in feudis S. Ro-
21 manæ Eccleſiæ ob non ſolutionem ca-
nonis (quia ex hoc infertur cõtemptus
Domini) incurritur caducitas ipſo iure,
abſque alia declaratione deſuper fienda,
vt legitur *in Bulla 6. Alex.VI. Bullar.
nou. tom.1.pag.395. & melius in Bulla
11.§.10.Pauli IV.d.Bullar.& tom.pag.
730.& in Bulla 63.Gregor.XIII.d.Bul-
lar. tom.2. pag.* 442. Quapropter ſi talis
præſumptus contemptus ex non ſolu-
tione canonis inducit caducitatem ipſo
iure, multò magis inducetur ex con-

temptu

temptu expreſſo, recipiendo, conſulendo, adiuuando hoſtes Reipublicæ, prout ſunt exules,

Quibus tamen non obſtantibus, puto
22 non eſſe recedendum a prima opinione, neceſſariam ſcilicet eſſe declarationem, & iudicis ſententiam, antequam dicatur quis verus exul, & facinoroſus, & contra ipſum ſit locus pœnæ ab ipſa lege, & Bullis inflictæ.

Primò, quia citatio in vnoquoque actu
23 præiudiciali requiritur, *l. de vnoquoque, ff. de re iudic. Farin. conſ. crim. 136. n. 12. par. 2.* qui loquitur in materia exulum, ſeu bannitorum, & affert bonam rationem, vt videatur, an ſit comprehenſus
24 in caſum Bullæ. Et hoc adeo verum eſt, quòd licèt bannitus captus non poſſit vigore Conſtitutionum dicere de nullitate ſententiæ, non tamen per hoc cenſetur illi prohibitum dicere de nullitate euidenti, & apparenti ex iiſdem actis, & proceſſu; quia banniti noſtri temporis ex forma Statutorũ volentium eos contumaces tanquam confeſſos poſſe con-
25 demnari, & impunè offendi, non amittunt ea, quæ iuris communis ſunt, nec iuris communis beneficia; & multò minus ea, quæ ſunt iuris gentium, & naturalis, vt eſt defenſio ſui ipſius, *Farin. quæſt. 102. ſub nu. 1. tit. de var. & diuerſ. quæſtion. Andreas Luſcus inter conſil. crimin. eiuſdem Farin. conſ. 135. nu. 19. lib. 2*
26 nec poteſt iudex exequi ſententiam, in qua quis eſt condemnatus in pœnam, ad quam condemnari non debebat reus, *Barbat. conſ. 23. n. 25. & ſeq. lib. 2. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 93. verſ. quæro ſi iudex;* ergo antequam reus condemnetur, de-
27 bet iudex conſiderare, & audire rei defenſiones, priuſquam determinet pœnam, in qua reus eſt condemnandus, ne ſententia reddatur eluſoria.

Secundò in prædictis Conſtitutionibus imponitur eadem pœna receptantibus, auxiliantibus, & conſulentibus ban-
28 nitos, qua ipſimet banniti ſunt obnoxij; & tamen receptans bannitum non poteſt condemnari de ipſa receptatione, niſi conſtito de banno receptati, & hoc etiam alitèr quam per cõfeſſionem ipſius receptantis, *Card. Tuſc. pract. concl. litera R. concl. 47. num. 17. relatus a Farin. conſ. 156. num. 18. lib. 2.* ergo non poterit procedi ipſo facto, vel ipſo iure, vt in dictis Conſtitutionibus.

Tertiò: ita etiam declarat ſtylus Cu-
29 riæ interpretatiuus dictarum Conſtitutionum, vt prius quàm dicatur, & reputetur quis bannitus, & rebellis, præcedat ſententia declaratoria, & fiant proceſſus ad inſtantiam Fiſci: ita inquam ſub fel. rec. Clem VIII. actum fuit contra Cæſarem Eſtenſem, qui manu hoſtili, & cum militibus armatis attentauit retinere Ciuitatem Ferrariæ ad S. Sedem Apoſtolicam deuolutam. Ita quoque anno 1642. contra Ducem Odoardum Farneſium, qui in Ciuitate Caſtri, in loco Ponte dell'Abbadia, nuncupato, & in Terra Montis Alti magnam militum quantitatem collegit, & contra milites Status Eccleſiaſtici, & S. Sedis Apoſtolicæ pugnauit. Siquidem & Clem. VIII. & Vrbanus VIII. contra hos Duces proceſſus fieri, & ſententias, iuris ordine ſeruato, proferri mandarunt.

30 Quæ fortius procedere videntur in Communitatibus, & Vniuerſitatibus, quæ cum capite, & animo careant, delinquere non poſſunt, *Gail. de pac. pub. cap. 9. num. 11. & 12. lib. 2.* In delictis au-
31 tem requiritur verus dolus, voluntas, & conſenſus delinquentis, *l. 1. ff. de furtis, & dixi ſupra §. 4. gloſſ. 1. cap. de pœnis, num. 6. & ſeq.*

Et faciunt, quæ leguntur *in Bulla 10. in 1. declaratione, §. 3. Pij V. Bullario nou. tom. 2. pag. 190.* dum in illa diſponitur, Vniuerſitates non cuſtodientes
32 eorum Territoria teneri non ſolum ad refectionem damnorum parti læſæ, ſed etiam ad perſoluendum Cameræ Apoſtolicæ tantundem, quantum damna illata fuerint æſtimata: pro qua re vide *cõſ. 59. viſo proceſſu, per tot. lib. 1. D. Burſatti.* Siquidem *d. Pontifex Pius V. in d. Conſtitutione* mandat, vt pęna per Gubernatores, & Officiales, ac iuſtitiæ Miniſtros ſtatuatur, & declaretur: ergo requiritur ſententia.

Nec videntur obſtare ampliſſima verba *Conſtit. Sixti V. Conſt. 6. §. 9.* Quia V-
33 niuerſitates cõſtituuntur ex minoribus, & pupillis, qui ignorãt quicquid agunt, & pro parte iſtorũ poterit allegari ignorantia, quòd in ipſa Vniuerſitate verſati fuerint banniti, quam quidem ignorantiam poterit Vniuerſitas probare per iu-
34 ramentum, ad tradita per *Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 4. num. 14.* & ad rẽ melius *Eugen. conſ. 87. quod executio, n. 6 & ſeq. lib. 2.* Et pœnarum etiam ipſo iure incurſarum executio fieri non poteſt, antequam declaratoris illarum incur-
35 ſionis validè partecitata fiat, *Nauar. conſ. 9. num. 8 lib. 5. de ſent. excom. Oldrad. conſ. 10. num. 58. per tex. in c. cum ſecundum,*

dùm,de heret. in 6. & ita ſeruatum fuiſſe cõtra Cõmunitatem S. Oracchi teſtatur *Farinac.conſ.169.* in vltimis verbis,dum ait, hanc Communitatem fuiſſe condemnatam in pœnam pecuniariam, ex delicto in d.conſilio enarrato, *lib.2.*

36 Et in quibus caſibus locum habeant Statuta, Edicta,ſeu Bannimenta,& Conſtitutiones, quæ permittunt bannitos impunè occidi, vide pulchrum *conſ.22. Eugenij Peruſini lib.1.*

37 Nec obſtant ſuperius adducta, quia procedunt in bannitis,& facinoroſis notorijs, quæ notorietas æquiparatur ſententiæ, *ex d.Eugenio conſ.22. n.10.*

Nec etiam obſtat, quòd feudatarij nõ ſoluentes canonem, ſeu cenſum,cadunt ipſo facto, & ipſo iure in commiſſum. Primò, quia hoc prouenit ex pacto ini-
38 to in inſtrumento inueſtituræ, & dicitur
factum hominis; mitius autem agitur cum lege, quàm cum homine, *l.Celſus, in princip.ff.de arbitr. Burſatt. conſ.53. nobilis dominus,num.31.lib.1.*

39 Secundò, quia etiam in hoc caſu requiritur, quòd conſtet de non ſolutione canonis, & quòd caducitas ſit acceptata a Commiſſario Cameræ, ſeu alijs Miniſtris; & ideo ſeruatur quolibet anno in Vigilia Feſtiuitatis Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, vt ad inſtantiam Procuratoris Fiſci publicè per affixionẽ edicti, & per voces Curſorum citentur, & interpellentur cenſuarij, & feudatarij ad ſoluendum, & alias, &c.

40 Verùm quamplures caſus, in quibus inciditur in canonem latæ ſententiæ, itaut quis dicatur excommunicatus ipſo iure, enumerant *Speculat.& Hoſtien.* quos refert *Paulus Borgaſius in ſuo tract.de irregularitate, & diſpenſatione, part.6.tit.quib. in caſibus quis incidat in canonem latæ ſententiæ; & in alio tit.de excommun.iuris,& ipſo iure;* cuius dicta ad rem noſtram parum facientia non reſcribo, ſed ad ipſum te lectorem remitto.

S V M M A R I V M.

1 *Senatus a Senioribus dictus eſt, & a Romulo originem habet.*

2 *Romulus centum viros elegit ex primoribus ciuibus, quos ob honorem Patres, ob ætatem Senatores appellauit.*

3 *Senes apud Lacedæmones dicebantur,qui ſummum Magiſtratum gerebant.*

4 *Optima iudicia ex ratione, & experientia prodeunt.*

5 *Viros, qui ſexageſimum annum tranſegiſſent,in iudicando aſſumendos eſſe Licurgus ſtatuit.*

6 *Senatores eligendi ſunt, qui annum quadrageſimum expleuerint; & quare.*

7 *Senatores appellati ſunt etiam Curiales, quos hodie dicimus Conſiliarios.*

8 *Curiales dicti ſunt a Curia, quæ vox Senatum indicat.*

9 *Primus Senatus fuit Romæ, qui maximus dicebatur, ſecundus Conſtantinopoli.*

10 *Romana Eccleſia habet Senatum a Conſtantino Imperatore reſtitutum.*

11 *Curiales quando peſſimæ conditionis eſſe cœperunt, & quando reſtituti.*

12 *Differentia inter Curiales, & Collegiatos, quæ ſit.*

13 *Curiales quinam erant, & quid illis agendum in Republica.*

14 *Curialibus interdicta erat prædiorum ſuorum alienatio; & quare.*

15 *Curiales a quibuſdam dicti ſunt ſerui publici; & quare.*

16 *Curiales ſunt nerui, & viſcera Reipublicæ.*

17 *Contra deſerentes Curiam, & Patriam multæ ſunt leges promulgatæ, & è contra alia multa ad fauorem incolentiũ.*

18 *Curia Seminarium honorum, & munerum quandoque appellata.*

19 *Præfectus Vrbi licèt honorarius præerat Curialibus.*

20 *De Curialibus multa ſcitu digna ſcribit Aegidius Columna.*

21 *Senatores quinam eſſent, & ex quibus procreati, & qui tranſmittebant ius Senatoris in ſucceſſores.*

22 *Senatorum ornamenta quænam eſſent.*

23 *Senatores in vrbe a Cenſoribus eligebantur ex numero Aedilium, & Quæſtorum, ac etiam ex Ordine Equeſtri.*

24 *Senatoris nomen quando extra Vrbem quoque fuerit vſurpatum, & quid agerent.*

25 *Senatoris nomen hodie apud paucas Ciuitates remanſit.*

26 *Senatus propriè quid ſit, & quid ſignificet, & quid etiam Conſilium.*

27 *Senatus per quos haberi, & cogi poſſet olim in vrbe. Et per quos hodie extra vrbem. num.28.*

§. XII.

Gloſſ. 1.

Senatui.

CAP. XXX.

1 SENATVS a Senioribus appellatus, eſt, vt *Feneſtella lib. 2. cap. 1. de Magiſtrat.* placet, dum illorum originem his verbis refert. *Senatorum originem a Romulo inſtitutam*
2 *eſſe nemo ambigit; quippe qui Vrbis parens, & conditor, cum iam nouam Ciuitatem viribus, & robore iuuenum affatim a ſe munitam cerneret, haud minoris momenti fore ratus, ſi eandem conſilij ope fulſiſſet, ex primoribus, qui tunc aderant, ciuibus, centum numero elegit, quos ob honorem Patres, ob ætatem Senatores appellauit, &c.*
3 Et apud Lacedæmones ſenes appellari eos, qui ſummum quendam Magiſtratum gerunt, teſtatur *Cicero*, & confirmat *Plutarchus in vita Romuli, & in libello, cuius initium eſt, An Senibus Reſpublica gerenda, &c.* ex noſtris verò *Petrus Gregorius Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 47. cap. 9. n. 20.* ſcribit, optima iudicia eſſe, & fieri cum ratione, &
4 experientia, quæ longè abſunt a iuuenibus: ideo Lycurgus apud Spartiates primùm conſtituit iudices, & ſtatuit in demortui locum aſſumi eum, qui annum
5 ſexageſimum tranſcegiſſet, vt in eius vita teſtatur *Plutarchus, & Ouidius epiſt. 5. Aenonis ad Paridem.*

Quid grauis Antenor Priamus, quid ſuadet ipſe?
Conſule queis ætas longa magiſtra fuit.

Et in lib. 2. Faſtorum

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,
Inque ſuo pretio, ruga ſenilis erat.
Martis opus iuuenes, animoſaque bella gerebant, &c.

6 Senatores verò eligendos eſſe poſt expletum quadrageſimum annum, quia tunc verè homines incipiunt eſſe prudentes, ſcribit *Menoch. de arbitr. cent. 6. caſ. 540. num.* 10. & alia multa congerit *Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. cap. 5. a n. 19 & ſeq. & per tot. Tholoſ. in ſyntag. lib. 15. cap. 21. in princip. Suarez alleg. 12. n. 22.*
7 Curiales quoque appellatos quandoque fuiſſe Senatores (quos hodie Decuriones, & Conſiliarios dicimus) affirmat *Decian. tract. crim. lib. 4. cap. 14. in hæc verba. Curiales autem dicebantur a*
8 *Curia, quæ vox Senatum ſignificat;* ſicut autem Romæ primùm, poſtea Conſtantinopoli Senatus erat, & is maximus ap-
9 pellabatur, vt in *l. vltima, circa fin. C. de decurion. lib. 10. & in c. Conſtantinus, diſt. 96.* vbi Conſtantinus antequam in Bizantium (de ſuo nomine Conſtantinopolim) proficiſceretur, conſtituit
10 Romanam Eccleſiam habere Senatum cum iiſdem prærogatiuis, quibus eſſent decorati Senatores Cōſtantinopolitani. Curiales autem dicebantur a Curia, quæ vox Senatum ſignificat, vt apud *Caſſiodorum lib. 6. var. cap. 14. & lib. 9. cap. 22. verſ. Curia Romana;* & minor Senatus in legibus appellati ſunt Curiales; *vt idem Caſſiod. ait lib. 6. var. in formul.* 111. ve-
11 rùm exiſtimo Caſſiod. loqui de tempore, quo Curiales peſſimæ conditionis eſſe cœperunt; & a Præſidibus, Exactoribuſque tributorum inquietabantur, vt *ex Alciato in parerg. lib. 2. cap. 26. ſe collegiſſe fatetur Spiegel. in lexi. iuris, verb. Curiales; & facit text. in l. 47. Curiales, cū alijs tribus ſeqq. C. de decurion. lib.* 10 ex quo Archad. Honor. & Impp. iuſſerunt, vt Curialium Collegio antiqua priuilegiorum prærogatiua ſeruaretur, *in l. 2. C. de Curialib. vrb. Romæ lib. 11.* ſignum, quòd dictæ antiquæ prærogatiuæ eſſet iam derogatum; quia benè valentibus medico non eſt opus.
12 Diſtinguebantur verò Curiales a Collegiatis, quia hi artifices erant, & de humillima Ciuitatis fece, ex quibus eligebantur, qui neceſſaria, ſordidaque munera ſuſtinerent, qualis erat calcis, arenæque effoſſio, cloacarum purgatio, & alia huiuſcemodi.
13 Curiales verò ex decurionibus, ſeu principalibus Ciuitatum erant; & qui munera omnia ſuſtinere tenebantur, & ab alijs exigere; & quorum conditio peſſima cœpit exiſtimari, quia a præſidibus, exactoribuſque tributorum plerūque inquietabantur, cogebanturque de

ſuo

14 ſuo tenuiorum onera ſubire, & ideo
prohibita erat eis prædiorum alienatio,
ne ſolum verterent euitandorum mu-
nerum cauſa; ita *Alciatus pareng. iur. lib.*
2. cap. 26. quem refert *Tholoſ. in ſyntag.*
iur. vniu. lib. 3. cap. 18. nu. 5. & ſeq. Cum
15 autem adeo cogerentur publicis aſtare
negocijs, fuerunt qui eos dixere ſeruos
publicos, colligentes hoc *ex Maiorano*
Auguſto in Nouell. tit. 1. lib. 4. impreſſ.
poſt C. *Theod. pag. apud me* 615. vbi.
Ego Neruos non ſeruos lego. Licèt hinc
etiam colligatur, peſſimam fuiſſe horum
16 Curialium conditionem, dum ait. [*Cu-*
riales neruos eſſe Reipublicæ, ac viſcera
Ciuitatum nullus ignorat, quorum cœ-
tum rectè appellauit antiquitas mino-
rem Senatum. Huc redegit iniquitas
iudicum, exactorumque plectenda ve-
nalitas, vt multi patrias deſerentes, nata-
lium ſplendore neglecto, occultas late-
bras, & habitationem eligant iuris alie-
ni, *&c.*] hæc Maioranus.

Quæ noſtris quoque temporibus mul-
tis in locis contingere videmus; itaut
ciues ex antiquioribus, & nobilioribus
familijs, fiſcalibus oneribus oppreſſi Ci-
uitatem, & Patriam deſerere cogantur.
17 Quaptopter velut olim ab Imperatori-
bus, vt hiſce malis occurrerent, multæ
fuerunt promulgatę leges cōtra eos, qui
ſuam dereliquiſſent Curiam, *l. vnica, C.*
ſi curial. relict. Ciuit. lib. 10. domos rui-
nas minantes non reficerent, *vt in l. 6.*
ſi quis poſtbabitam, l. 8. ſingularum, C. de
ædific. priuat. & alibi. E cōtra verò multa
priuilegia conceſſa habitantibus, & ex-
ornantibus Ciuitates, vt legitur *in lib.* 10
C. tit. de decurion. ferè per tot. Si hæc ho-
die innouarentur, & Principes ſuis ſub-
ditis officia, & munera conferrent, ex
quibus emolumenta capere poſſent,
nulli dubium eſſe puto, quin ſubditorū,
& Principum ſplendor, & gloria reuiui-
ſceret; adeout nos quoque appellare
18 poſſemus Curiam Seminarium honorū,
& munerum, & ciues non fugerent Ci-
uitates, imò pro viribus certarent in
Curijs deſcribi, vt obſeruat *Decian. trac.*
crimin. lib. 4. cap. 14. de Curialib. num. 1.
& 2.

19 Præerat autem Curialibus Præfectus
Vrbi, licèt ſine iuriſdictione eſſet; ſed
tantùm honorarius ab Imperatore con-
ſtitutus, vt legitur *in Auth. vt ord. Præ-*
fect. Vrban. §. ſi verò, & nos diximus
aliàs in tract. de Præfect. Vrbi, cap. 3. de
dignitate, & præemin. Præfecti, circa fin.
20 & de Curialibus, ac Curialitate multa
ſcitu digna narrat *Aegidius Columna*
in tract. de regim. Princip. in 3. par. lib. 2.
cap. 18. vbi concludit, curialitatem ha-
bere in ſe quodammodo omnem virtu-
tem. Verùm hactenus de Curialibus;
21 iam ad Senatores reuertamur, quorum
cognitionem habere ſi cupis, *Budæum*
in ann. ad l. vltimam, de ſenat. Alex. ab
Alex. dierum genial. lib. 4. cap. 11. & ibi
Tiraq. Alciat. in l. plebs, 237. ff. de verb.
ſignif. Aul. Gel lib. 14. cap. 7. Vlpian. in
l. fin. § Senatores, ff. de Senatorib. legito,
qui præter alia docent, Senatores eſſe,
qui a Patritijs, & Conſulibus vſque ad
omnes viros illuſtres deſcendunt; quia
& hi ſoli in Senatu ſententiam dicere
poſſunt. *Volfangus verò Lazius in*
comm. Reipub. Rom. lib. 2. cap. 12. de Sena-
toribus ait. [*Si aliquis* Plebei, vel Eque-
ſtris Ordinis foret in Senatum adlectus,
ius Senatorum ad hæredes non tranſfe-
rebat, niſi ornamentis Senatorum Con-
ſularibus, & Prætorijs, Quæſtorijſque
fuiſſet *ornatus.*]

Quænam autem eſſent hæc ornamē-
ta, vide *Lazarum Baiſium in tract. de re*
veſtiaria, cap. 9. 10. & alibi, vbi ſatis be-
nè, & eruditè docet, & deſcribit hanc
22 rem. Et togam præcipuè nobilium in-
dumentum fuiſſe, ſicut Tunica plebeio-
rum erat; vnde Auguſtus viſa quondam
pro concione pullatorum turba, indi-
gnabundus acclamitans, *En*, ait, *Roma-*
nos rerum dominos, gentemque togatam.
Et ſanè fuit tempus, quum fex vulgi nō
temerè vnquam Romæ toga vteretur,
ſed ſola tunica; quamobrē *Tacitus* Ple-
bem Romanam, tunicatum populum
appellat, *in dialogo oratorum; & nos fu-*
ſius de hac re loquuti ſumus in tract. de
Præfecto Vrbi.

23 Verùm ante conſtitutum Imperium,
& circa eius conſtitutionem in Vrbe
tantùm Senatores erant, a Cenſoribus
ex numero Aedilium, & Quæſtorum
Equeſtri Ordine paſſim lecti, *vt Liuius*
docet. Progrediente tamen Imperio ex-
tra Vrbem quoque in Prouincijs, limi-
tibuſque Romanis hoc nomen vſurpa-
24 tum eſt, Senatoreſque in Comitatu Au-
guſtorum, in Ciuitatibus, Colonijſque
Romanis facti fuerunt. Qui partim in
iudicijs aſſidebant, partim verò vias, pō-
teſque, & aquæductus curabant, & in
negocijs ordinis cognoſcendis (vt ho-
die Commiſſarij) Arbitri, vel a Præfe-
cto Prætorio, vel a Præſide, necnon Au-
guſto itidem dabantur, *vt ipſe Volfan-*
gus Lazius loco citato refert, & multis

antiquorum monumentis comprobat, apud ipſum videndis.

25 Cum autem hodie in Italia pauca quædam loca hoc nomen retineant, vt ſunt Ciuitates maximæ, quas vocant Reſpublicas, aliæ verò loco Senatorum, Decuriones, ſeu Conſiliarios habent, omiſſis Senatoribus, de Conſiliarijs, & Decurionibus nonnulla dicemus.

26 Et quemadmodum Senatus propriè dicebatur locus, in quo Senatores conueniebant ad decernendum quicquid pro recta Reipublicæ adminiſtratione videbatur expedire, *teſte Pomponio I.C. in l. 2. §. deinde quia, ff. de orig. iur.* Ita hodie apud nos locus ille, in quo Conſiliarij, ſeu Decuriones conueniunt, Conſilium appellatur.

27 Pari quoque ratione ſicut Senatus cogi, & haberi in Vrbe poterat per Dictatorem, Conſules, Prætores, Tribunos plebis, Interregem, Præfectum Vrbi, neque alijs, præter hos, Senatusconſultum facere ius erat, *vt Aul. Gell. tradit lib. 14. cap. 7.* Ita etiam apud nos cogere, & cō-
28 uocare Conſilia non poſſunt, niſi Præſides, & Gubernatores, qui ſupremi Principis perſonam repræſentant, *vt diximus ſupra cap. 28. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Dictio, ſeu verbum, Conſilium, quid ſignificet.*
2 *Allegationes, Reſponſa, ſeu Vota Doctorũ dicuntur Conſilia, & quid importet hoc caſu.*
3 *Non dicitur errare, qui cum conſilio Sapientis errat.*
4 *Conſilium triplex eſt, neceſſitatis, perfectionis, & vtilitatis.*
5 *Conſilium in caſu noſtro quid importet; & vnde dicatur.*
6 *Silentium, & taciturnitas maximè requiritur in Conſiliarijs; & probatur exemplis.*
7 *Non ſolùm oculos caſtos ſeruare, ſed linguam quoque debemus.*
8 *Secreta hoſtibus nuncians pœna capitis mulctandus eſt.*
9 *Conſiliarij digni, & meritis, facultatibuſque idonei ſunt eligendi.*
10 *Curiales, & Decuriones dicebantur, quos hodie Conſiliarios appellamus.*
11 *Magiſtratus ex Decurionibus, & Conſiliarijs eligendi ſunt, qui honorem cum ſumptu gerant.*
12 *Conſiliarij diuites, & non pauperes ſunt eligendi.*
13 *Impoſſibile eſt, egenum rectè Magiſtratum gerere.*
14 *Neceſſitas dicitur mater criminum.*
15 *In electione Conſiliariorum media via tenenda eſt; ne ſcilicet nimiùm diuites, ne nimiùm pauperes ſint.*
16 *Viri probi quàmuis pauperes, non ſunt repellendi ab adminiſtratione Reipublicæ.*
17 *Vir, qui habet dotem vxoris tantùm, ex qua viuit, an dicatur idoneus ad munera publica; & quando habendus ſit reſpectiue ad bona dotalia.*
Declaratur prædicta concluſio. nu. 18.
19 *Honor mariti ad vxorem extenditur, & mulier ignobilis nobilitatur, ſi nubat viro nobili; & procedit etiã poſt mortem viri.*
20 *Negligentes, & incurioſi reijciendi ſunt ab adminiſtratione Reipublicæ.*
Extende etiam ad eos, qui vile officium exercent. num. 21.
22 *Notariatus dicitur officium vile, quia ſunt ſerui publici.*
23 *Conſuetudo locorum ſeruanda eſt in electione Decurionum.*
24 *Spurij, & ex damnato coitu nati repelluntur a Decurionatu; & quare.*
Amplia, etiamſi fuerint legitimati; quia legitimatio aſſimilatur Alchimiæ, quæ facit apparere, quod non eſt. num. 25.
In practica tamen hoc malè ſeruatur; & quare. num. 26.
27 *Illegitimi, ſi ſint viri probi, prudentes, literati, religioſi, & bonis moribus ornati, poſſunt ad honores, etiam maximos aſſumi.*
28 *Spurius ad Cardinalatũ aſſumptus, ante receptionem pilei rubri diem clauſit.*
29 *Spurij ad Pontificiam, Imperialem, Regiam, & alias ſupremas Dignitates euecti fuerunt.*
30 *Spurius reijciendus eſt a dignitate, quãdo cum eo concurrat legitimus: hic enim præferendus erit.*
31 *Iudæi inter Decuriones recipiendi non ſunt, cum ab omnibus honoribus arceantur.*
32 *Chriſtiana Fides tempore Vlpiani nondũ recepta erat.*
33 *Vlpianus gentilis erat, & ideo noſtram Fidem ſuperſtitionem iudaicam appellat.*
34 *Chriſtiani in primitiua Eccleſia dicebantur iudæi; & quare.*
35 *Iudæi ſunt infames, & ideo repelluntur ab honoribus, & debent deferre ſignũ palàm, & publicè, vt ab alijs dignoſcantur. & num. 37.*

In

36 *In Eccleſiaſtica Ditione, & Dominio Veneto iudæi deferunt pileum crocei coloris.*

37 *Mulieribus inhoneſtis habitum particularem aſſignarunt Romani.*

38 *Iudæi repellendi ſunt a tutela Chriſtianorum; & quare.*

39 *Iudæorum natura benè deſcribitur a Iuuenale.*

40 *Iudæorum genus ſemper auariſſimum fuiſſe conſtat; & vſuras, quãuis prohibitas ijdem exercuerunt, & nunc exercent.*

41 *Vſurarij Deum, & naturam offendunt.*

42 *Vſurarij ſunt incapaces, & penitus excludendi a Dignitatibus.*

43 *Iudæi non poſſunt aſſumi ad Doctoratus dignitatem; & quare.*

44 *Bartolus defenſus ab inculpatione Baldi.*

45 *Hæretici cum ſint infames, ab omnibus vitandi; excluduntur a Decurionatu, & ab omnibus muneribus publicis, imò expellendi ſunt a Ciuitatibus.*

Amplia etiam quoad filios hæreticorũ etiam reconciliatorum; & quare.

47 *Filij hæreticorum priuandi ſunt hæreditate, & ſucceſſione nedum paterna, ſed etiam auita, & legitima.*

48 *Intereſt Reipublicæ Chriſtianæ, vt filij hæreticorum perpetua egeſtate laborent, & quare.*

49 *Relegatus ad tempus Decurio eſſe deſinit, nec reuerſus locum ſuum obtinet.*

50 *Bannitus deſinit eſſe ciuis, & ideo non debet eligi in Decurionem.*

Limita, ſi bannitus remaneat in Ciuitate, permittente Principe, vel habeat ſaluum conductum. num. 51.

Amplia limitationem, ſi bannum emanauit in contumaciam. num. 52.

53 *Statutum diſponens, quòd bannitus poſſit impunè occidi, non habet locum, ſi bannitus toleratur a Superiore: & ſi quis illum occidat, homicidij pœnam non euadit.*

Declara, pœam eſſe extraordinariam. num. 54.

55 *Bannitus ad certum tempus, finito tẽpore, Decurio erit, & quomodo.*

56 *Doctor expulſus a Collegio, ſi reſtituatur, quem locum obtinere debeat.*

57 *Exul ad tempus ex crimine ignominiam perpetuò irrogante, in perpetuum eſt motus.*

58 *Inquiſiti, & criminoſi Decuriones eſſe nequeunt.*

59 *Accuſatus pendente cauſa criminali, non poteſt ad honores vocari, licèt antiquos retineat.*

60 *Milites nihil commune habent cum Curialibus.*

61 *Duces, Comites, & alij milites cognoſcũt cauſas ſuorum militum.*

62 *Nemo iudex debet excedere poteſtatem, & iuriſdictionem ſuam vltra id, quod pertinet ad officium ſuum, aliàs punitur.*

63 *Milites cohortales, ſeu delle Cernite, non debent inter Cõſiliarios deſcribi inuiti.*

Limita in locis paruis propter anguſtiam loci, & in defectum aliorum; & referuntur literæ Superiorum in hac materia ſcriptæ. num. 64.

65 *Magiſtratum gerere debent etiam milites in patria propria, & quare.*

66 *Milites magiſtratum gerentes non debent repræſalias pati, ſicut nec alij.*

67 *Ambitioſi affectantes Decurionatum repellendi ſunt, præſertim ſuffragia pecunijs comparantes; & quare.*

68 *Ambientes, ſeu ambitioſi grauiſſimis pœnis mulctati; & alia de ambitu, vide remiſſiuè.*

69 *Dantes, & promittentes pro gratia, vel iuſtitia impetranda, ſunt excommunicati.*

Amplia etiam in rebus ad Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici ſpectãtibus. n. 70

71 *Debitores Vniuerſitatum a Decurionatu ſunt arcendi, niſi in caſibus expreſſis.*

72 *Publicani, & gabellarum conductores Magiſtratum gerere prohibentur.*

Extende ad omnes conductores rerum & bonorum Vniuerſitatum. n. 73.

74 *In Officiali cadit præſumptio impreſſionis metus.*

75 *Publicani, & milites quare prohibeãtur Magiſtratum gerere.*

76 *Publicanorum factiones audaces, & temerariæ ſunt; inter ſordidos, abiectos, & infames ijdẽ numerantur.*

77 *Facilior eſt retentio, quàm acquiſitio.*

78 *Multa prohibentur a principio, quæ poſt recepta permittuntur.*

79 *Publicani apud Romanos aliquando in honore habiti; quod etiam hodie ſeruatur in multis Italiæ Ciuitatibus.*

80 *Minores 25. annis excluduntur a Conſilijs, & Decurionatu; & ſi creati fuerint de facto, ſuffragium non habent.*

Limita in duobus caſibus, vt hìc, cum ſuis declarationibus. num. 81.

82 *Annus 25. incœptus habetur pro impleto in fauorabilibus.*
83 *Filijfamilias maiores 25. annis poſſunt eſſe Decuriones de conſenſu patris; & quando pater dicatur conſentire.*
84 *Patria poteſtas non attenditur in ijs, quæ ſunt iuris publici.*
85 *Plures de eadē familia poſſunt eſſe Decuriones.*
Limita in quibuſdam locis. ibid.
86 *Flagellis obnoxij a Decurionatu repelluntur.*
Declara, & limita, vt ibi.
87 *Medici ad Conſilia publica non ſunt vocandi.*
Et quare. num. 89.
88 *Medicina non derogat nobilitati.*
90 *Contrariorum eſt eadem diſciplina.*
91 *Omnes promoueri poſſunt ad munera publica, & Decurionatus dignitatem, qui a iure non reperiantur probibiti.*
92 *Quid conſiderandum in electione Decurionum.*
93 *Nobiles, & ingenui ſibi rationabilitèr honorem arrogant; & nobilitas apud omnes in honore eſt.*
94 *Plebeos Romulus a Magiſtratibus excluſit.*
95 *Ad Rempublicam regendam quinam ſint eligendi.*
96 *In electione Decurionum eadē obſeruāda, quæ in electione iudicis; & quare.*
97 *Decuriones electi non poſſunt ſeruire per ſubſtitutos, niſi habeant ſpeciale priuilegium; & ſubſtitutus debet eſſe eiuſdem profeſſionis.*
98 *Magiſtratus accepturi quid agere debeant ex Platone.*
99 *Electio Decurionum a Superiore eſt confirmanda ſub pœna 25. librarum.*
100 *Decuriones electi, & approbati, coguntur ſubire munera Ciuitatum.*
101 *Decuriones non poſſunt a Ciuitate diſcedere ſine licentia Superioris.*
Et multò fortius patriam relinquere, vt rus, ſeu villam inhabitent. n. 102.
103 *Decurio fugiens a Ciuitate poterit nedum a Magiſtratu, ſed a quocumque de populo propria auctoritate capi.*
104 *Læditur Ciuitas, dum a ſuis ciuibus deſeritur.*
105 *Non ſolùm patri, ſed patriæ naſcimur; nec eſt laudādus, qui ſe, vel alios ſubtrahit vtilitatibus patriæ.*
106 *Qua pœna puniantur, qui legitimo ceſſante impedimento, a patria abſunt.*
107 *Conſiliarij, qui pœnā ſoluerunt, an debeant in illius diuiſione partē habere.*
108 *Decuriones a Magiſtratibus in Curiam vocandi; & qui ſint hi Magiſtratus.*
109 *Conſilia conuocari non poſſunt, ſine auctoritate, & licentia Superiorum; & quare.*
110 *Senatus Romanus a quibus conuocabatur.*
111 *Superioris licentia in Conſil'js conuocādis non ſufficit, ſed neceſſaria eſt etiā præſentia, & aſſiſtentia.*
Declara. vt num. 112.
113 *Ex cauſa licita an, & quando poſſit cōuocari Conſilium.*
114 *Ciues, & Conſiliarij in Statu Eccleſiaſtico quam iuriſdictionem habeant in conuocandis Cōſilijs; & qualitèr illa vti poſſint.*
115 *Sacra Conſulta quomodo concedat licētias conuocandi Conſilia ſine Officialibus.*
116 *Conſilium debet fieri in loco ſolito, & conſueto.*
117 *Locus publicus quis dicatur.*
118 *Ciues in platea aliquid ſtatuentes, non dicitur hoc factum in Conſilio, & quare.*
Limita tēpore belli, peſtis, vel alterius legitimi impedimenti. num. 119.
120 *Conſilium an poſſit conuocari in Eccleſia.*
121 *Eccleſia ſignificat fidelium collectionem.*
122 *Eccleſia domus Dei eſt, & domus orationis, non autem negociationis dicitur.*
123 *Manumiſſio permittitur in Eccleſijs, quia inter pias cauſas connumeratur.*
124 *Clerici non debent ſe immiſcere negocijs ſæcularibus.*
125 *Collectio fidelium dicitur Eccleſia, ad effectum orandi, & laudandi Deum.*
126 *Comitia in Templis celebrare, ab ethnicis etiam improbatum.*
127 *Conſiliū cōuocari debet per ſonum tubæ, ſeu campanæ, vocem præconis, vel quid ſimile.*
Amplia, quòd conſtare debet de cōmiſſione facta præconi a Superioribus. num. 128.
129 *Sonus campanæ, vel tubæ ſi non audiatur, an arctet nihilominus Decuriones ad acceſſum in loco ſolito.*
130 *Campanæ benedictæ in turribus Eccleſiæ exiſtentes an poſſint pulſari pro Conſilijs laicorum.*
131 *Differentia quæ ſit inter Comitia, & Conſilia; vide remiſſiuè.*

Con-

132 *Conuocatio Conſilij modo præmiſſo non eſt neceſſaria, quando conſiliarij ſunt præſentes; & quare.*

133 *Conſiliariorum numerus præfinitus neceſſarius eſt, ad hoc vt actus valeant.*

134 *Conſiliarius, qui debuit intereſſe, ſi non fuit vocatus, poteſt agere ad inualidandum actum; & quare.*

135 *Conſiliariorum numerus in vnaquaque Ciuitate ſolet eſſe præfinitus.*

136 *Conſenſus maioris partis requiritur ad validandos actus Conſiliorum.*

137 *Conſenſus maioris partis Conſiliariorum quando ſufficiat, & quando non.*

138 *Numerus Conſiliariorum quomodo debeat interuenire in Conſilijs.*

139 *Conſiliarij vocati, non accedentes ad Cõſilium de iure canonico non inualidant actum; & quare: ſecus eſt de iure ciuili.*

140 *Intellectus ad l. fin. C. de prad. decur. lib. 10.*

141 *In mutatione dominij, vel domini loci requiritur conſenſus omnium, & vno reluctante non valet actus.*

142 *Diſtinctio Abbatis in conuocatione conſiliariorum abſentium, & recuſantium.*

143 *Paria ſunt non venire, & non expectare vſque ad finem Conſilij.*

144 *Diſceſſus Conſiliariorum quando impediat validitatem actus.*

145 *Pœna an ſit ſoluenda ab illis Conſiliarijs, qui non venerunt vocati, & tamen ſine ipſis expletus eſt actus.*

146 *Suffragia quomodo dabantur in Conſilijs Italiæ anno 1106. Henrico IV. Imperatore.*

147 *Conuocato Conſilio cum ſolemnitatibus ſupra narratis, quid in eo agatur.*

148 *Propoſitiones in Conſilijs a quibus ſint faciendæ, ad hoc vt valeant.*

149 *Suffragia quomodo danda, & quis ordo ſeruandus.*

150 *Doctor prius doctoratus an ſit præferendus Doctori prius in Collegium recepto.*

151 *Ordo Rotæ Romanæ in votis pro deciſionibus cauſarum.*

152 *Doctor expulſus a Collegio, & poſtea reſtitutus, an reſtituatur etiam ad locum.*

153 *In ſeſſionibus qualis ordo ſeruandus.*

154 *Actione iniuriarum tenetur, qui facit iniuriam, non ille qui prohibet, ne quis ad honorem promoueatur.*

155 *Ordinem turbans tenetur actione iniuriarum, & poteſt illi de facto, & armata manu reſiſti.*

156 *Interdictum vti poſſidetis datur etiam in iuriſdictionalibus.*

157 *Ordo ſedendi in varijs locis Italiæ.*

158 *Ordo ſedendi, & dandi ſuffragia dupliciter conſideratur.*

159 *Ordo temporis inter quos ſeruandus ſit.*

160 *Temporis qualitas etiam in momento conſideratur.*

161 *Conſuetudo locorum ſeruanda in materia præcedentiarum.*

Extende etiam ad ſuffragia danda. num. 162.

163 *Suffragia varijs modis dantur.*

164 *Suffragia data viua voce periculoſa ſunt, neque a Congregatione Boni Regiminis probantur.*

165 *Negocia quænam in Conſilijs proponenda.*

166 *Decuriones quid obſeruare debent in ſuffragijs dandis iuxta doctrinam Baldi.*

167 *Conſiliarij tenentur expreſſè contradicere, quando aliquid damnoſum proponitur.*

168 *Negocia in Conſilijs pertractanda ad tria potiſſimùm capita reducuntur; & quæ ſint.*

169 *Negocia neceſſaria quæ ſint.*

170 *Syndici Vniuerſitatum quomodo in Conſilijs conſtituendi.*

171 *Medicorum electio negocium neceſſariũ eſt; & quare.*

172 *Medicorum electio in Conſilijs quomodo facienda; & debet eſſe numerus præfinitus in vnaquaque Ciuitate.*

173 *Medici quare duo regulariter in vnaquaque Ciuitate debeant eſſe.*

174 *Probitas morum in Medicis requirenda; & quid agere debeant, priuſquam ad exercendam artem admittantur.*

175 *Medici iudæi ad curandos Chriſtianos non ſunt adhibendi; declara ſecundũ aliquos.*

176 *Iudæis quantumuis in arte peritis credendum non eſt; & quare.*

177 *Medici Chriſtiani an teneantur in qualibet infirmitate ſeruare Bullam Pij V.*

178 *Medici exercere volentes debent eſſe in arte periti.*

179 *Literæ commendatitiæ non ſunt attendendæ in medicorum electione; & quare.*

Medi-

180 *Medicus quàmuis approbatus in Conſilio poteſt nihilominus reprobari; & quare.*

181 *Medicus, qui per imperitiam neſcit mederi, non debet habere ſalarium.*

182 *Medici conductio omnis etiam iurata, intelligitur ſecundùm naturam contractus.*

183 *Salaria Medicis, & alijs Profeſſoribus in Conſilijs ſtatuuntur.*

184 *Semel ſtatuta, & in Tabella deſcripta non poſſunt amplius immutari in Ditione Eccleſiaſtica, nec etiam alibi, ex diſpoſitione iuris.*

185 *Medicus habens ſalarium conſtitutum a Conſilio, non poteſt ſine licentia recedere a Ciuitate ad effectum medendi vicinos.*

186 *Medicis debetur ſalarium conſtitutum, etiam ſi ægrotus noluerit medelam, & moriatur.*

187 *Medicus habens ſalarium ad certum tempus, ſi poſt tempus medetur, quodnam ſalarium habere debeat.*

188 *Medicus conductus ad annum, qui poſt annum diſceſſit, deinde reuerſus eſt, quod ſalarium habebit.*

189 *Medicus conductus cum diuerſis ſalarijs, ſi denuò conducatur, quod ſalarium conſequetur.*

190 *Medicus, vel Chirurgus delinquentes in officio propter imperitiam qua pœna puniantur.*

191 *Medicus diſcedens ante completum tempus, an conſequatur ſalarium; quid in alijs Profeſſoribus.*

192 *Nihil videtur impletum, cum aliquid notabile reſtat implendum.*

193 *Medicus ſi moriatur intra annum, an hæredes habeant integrum ſalarium.*

194 *Decuriones non poſſunt concedere immunitates, & exemptiones.*

Limita, ſi concedatur medicis; & perturbantes illam, qua pœna puniantur. num. 195.

196 *Immunitas conceſſa medicis extenditur ad vxores, & filios, etiam poſt mortem medicorum.*

Extende dicta de medicis, ad Grammaticos, & alios Profeſſores. num. 197.

198 *Vniuerſitas egens animalibus, nauiculis, plauſtris, & ſimilibus, cogere poteſt habentes ad hæc mutuanda.*

199 *Munera publica quomodo diuidantur.*

200 *Ad reprimendam malorum hominum rabiem milites Corſi, & birruarij detinentur.*

201 *Vniuerſitates tenentur ſoluere ſtipendia, ſi cogant ciues, & forenſes ad mutuandum animalia, & currus; & ſi nulla ſit conuenta merces, quid agendum?*

202 *Permittens vti re ſua, quomodo intelligatur permittere.*

203 *Equum ad vecturam conducens ſi malè vtatur, ad quid teneatur.*

204 *Solutio mercedis habet locum etiam inter fratres.*

205 *Vniuerſitates capiẽtes animalia pro executionibus, illa ſoluunt mercedem, & poſtea repetunt ab alijs.*

206 *Militibus non ſunt ſubminiſtranda omnia alimonia ſine pretio.*

207 *Vniuerſitates non tenentur vendere victualia militibus viliori pretio.*

208 *Militibus quid ſubminiſtrandum ſit tempore belli in Statu Eccleſiaſtico habes Tabellam.*

209 *Milites qualitèr ſe gerere debeant in actu militiæ.*

210 *Vniuerſitates cogere poſſunt ſuos ciues ad emendum equos, & currus, ſi inſtet neceſſitas conducendi victualia.*

Amplia, vt cogi etiam quis poſſit ad commodandum aſinum pro conducendo delinquente. num. 211.

212 *Subditi compelli poſſunt ad conducendum delinquentes ad carceres; ad ſepeliendum cadauera, ratione publicæ vtilitatis, cum declaratione, de qua hic.*

213 *Vilis perſona dicitur, quæ dignitate caret; & hoc etiam declaratur.*

214 *Iudex poteſt in defectum carnificis cogere vilem perſonam ad ſuſpẽdendum condemnatum.*

215 *Decuriones cogere poſſunt viles perſonas ad mundandum latrinas, &c.*

216 *Latrinæ, cloacæ, & ſimiles potius de nocte, quàm de die purgandæ; & quare.*

217 *Decuriones an ſtatuere poſſint, quòd ciues relictis molendinis, & furnis priuatorum, vadant ad molendina publica.*

218 *Domus priuatorum poſſunt dirimi ratione publicæ vtilitatis.*

219 *Ciues quando, & quomodo cogi poſſint accedere ad molendina publica.*

220 *Monopolium eſt compellere homines ad molendum in ſuo molendino.*

Subdi-

221 Subditi quando cogi poſſint accedere ad molendina Baronum.
222 Præſcriptio nõ acquiritur ex actu violento.
223 Acquieſcentia paucorum non ſufficit ad conſtituendum Baronem in quaſi poſſeſſione cogendi ſubditos accedere ad eius molendinum.
224 Onus probandi acqieſcentiam ſubditorũ pertinet ad dominum.
225 Titulus requiritur, & eſt allegandus in rebus incorporalibus.
226 Vniuerſitates poſſunt ſtatuere, vt omnes ciues eant ad molendina publica, & ne aliquis noua conſtruat.
Declara, vt num. 228.
227 Facilius impeditur actus fiendus, quã factus.
228 Probibitio, ne aperiatur taberna, furnus, & ſimilia, quando fieri poſſit.
229 Probibitio Vniuerſitatis non habet locum in Eccleſia, & quoad Eccleſiaſticas perſonas, nec illas comprehendit; & quare.
230 Vniuerſitates quando excuſari poſſint ad incurſu Cenſurarum.
231 Statutum Vniuerſitatis arctans accedere ad ſuum molendinum, non comprehendit Eccleſiam.
Declara secũdùm opinionem Couarruuiæ. num. 232.
Sed opinio Couarruuiæ reprobatur. ibid.
233 Vniuerſitates an, & quando, & quomodo inſtituere poſſint nundinas, & mercatus.
234 Differentia quæ ſit inter nundinas, & mercatus.
235 Decuriones cogere poſſunt ruſticos ad conducendum victualia intra Ciuitatem, vel locum certa die.
236 Decuriones non poſſunt ſtatuere nundinas immunes a vectigalibus.
237 In nundinis quinam interueniant.
238 Mercatura quando ſit vtiliſſima.
239 Non omnes mercatus nundinæ dici poſſunt.
240 Nundinarum priuilegia quæ comprehendant.
241 Nundinæ, & mercatus non ſunt exercendi diebus feriatis; & refertur decretum Sacræ Congregationis Concilij Tridentini.
242 Decretum hoc quibus in caſibus locum habeat.
243 Referuntur alia Decreta eiuſdem Congregationis ſuper eadem re.
244 Dies feſtus, in quo nundinæ exerceri non poſſunt, an computetur in termino aſſignato; & an ſub die feſto exigi poſſint pedagia.
245 Pedagium quid propriè ſit.
246 Operi ſeruili incumbere poſſumus etiam die feriato, quando res tempore peritura eſt.
247 Quæſtio ſatis vtilis, & iucunda diſcutitur circa nundinas.
248 Temporis certitudo lociq. & ordo in nundinis multum prodeſt.
249 Princeps poteſt ex cauſa auferre nundinas Vniuerſitatibus, non obſtante temporis longitudine.
250 Iuriſdictio an præſcribi poſſit, & an perdatur per non vſum.
251 Princeps probibere poteſt, ne certa natio accedat ad nundinas.
252 Nundinæ, & mercatus non ſunt faciendæ eodem die in locis conuicinis ad decem milliaria; & ſi fiant, quid agendum?
253 Licentia conficiendi nundinas quomodo petatur; & qualitèr concedatur.
254 Nundinæ, & mercatus ſi per decenniũ non exerceantur, amittunt priuilegium.
Declara, vt ibi.
255 Negocia voluntaria quæ ſint.
256 Mutatio domini requirit generaliſſimũ Conſilium, & conſenſum omnium.
257 Confirmatio Officialis finito tempore nõ fit a maiori parte Conſiliariorum, ſed requiritur conſenſus omnium, nemine reluctante.
Declara, hoc procedere in confirmatione tantùm, non autem in electione. num. 258.
259 Conceſſio nouellandi, & faciendi clauſuras in bonis Vniuerſitatum, requirit conſenſum omnium, nemine reluctante.
260 Vniuerſitates Baronum acceptare volentes Bullam Boni Regiminis debent habere conſenſum omnium, nemine contradicente.
261 Baro vendere volens Baroniam debet habere conſenſum omnium ſubditorum.
262 Conſenſus maioris partis Decurionum non ſufficit in donatione Princip. facienda, ſed requiritur ſingulorum
263 Aliud eſt Vniuerſitas, aliud ſinguli de Vniuerſitate.
264 Singulorum conſenſus ſemper eſt requirendus, quando agitur de intereſſe ſingulorum, nec ſufficit maioris partis.
Declara vt ibi, & lege exemplum. num. 265.

Si in

266 *Si in generali Conſilio ſit ſtatutus certus modus in eligendis Prioribus, & Officialibus, qui tamen modus ſi ſeruetur, Ciuitas carebit Offiialibus, quid agendum?*

267 *Ponitur quæſtio ſuper electione Officialis; & an filij adoptiui ſuccedant in locum patris.*

268 *Filius adoptiuus gaudet priuilegio patris adoptantis, ac ſi eſſet filius legitimus, & naturalis.*
Declara tamen infra, vt num.283.

269 *Communis error facit ius.*
Declara. vt num.284.

270 *Filius ex matrimonio minus legitimo natus, ſi matrimonium reputabatur legitimum, etiam filius reputandus eſt legitimus.*
Declara infra .num.285.

271 *Imbuſſulatio ad officium an tribuat ius imbuſſulato ad tale officium? & infra num.286.*

272 *Turpius eijcitur, quàm non recipitur hoſpes.*

273 *Facilius impediuntur contrahenda, quã contracta.*

274 *Filius adoptiuus eſt filius imaginarius, & non verus.*

275 *Filius adoptiuus non comprehenditur in priuilegijs, neque in Statutis loquentibus de filijs.*

276 *Filij adoptiui ſunt filij ficti.*

277 *Fictio non habet locum in Statutis.*

278 *Filij adoptiui ſi admittantur ad officia patris adoptantis, quanam ſequantur abſurda?*

279 *Ciuium numerus magis ex nobilibus, quàm ignobilibus conſtare debet.*

280 *Subrogatus non aſſumit nauturam ſubrogantis, quando militat diuerſa ratio, & quando non concurrunt eadem qualitates.*

281 *Subrogatus non aſſumit priuilegia perſonalia ſubrogantis.*
Amplia, non ſuccedere in preminentijs, & honoribus, & non debet honorari ſicut is, in cuius locum ſubrogatur.

283 *Declaratur l.4.C.de Decurion.lib.10.*

284 *Communis error non facit ius in probatione honoris, & quãdo requiritur habilitas ſpecialis.*

286 *Imbuſſulatio ſola non tribuit ius ad officium, ſed requiritur extractio.*

287 *Electio Decurionũ ſpectat ad Cõſiliarios.*

288 *Electio facta a Conſiliarijs ſi ſit indigna perſona, & incapacis, Superior poteſt illam improbare, & inquirere, an electus ſit idoneus.*

§.XII.

Gloſſ.2.

Conſilijs.

CAP. XXXI.

1 HAEC dictio, *Conſiliũ*, non rarò votum petere, vel dare ſignificat, vt *in Prouerb. Salomon. cap.12 Qui ſapiens eſt, audit conſilia. & in Eccleſ. cap.32. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile.*

2 Ita enim Allegationes, Reſponſa, & Vota a Iuriſconſultis pro defenſione reorum, & cauſarum partibus petentibus data communi vocabulo dicuntur, *Conſilia*: & ita acceptum Conſilium eſt appetitus faciendi excogitata ratione, vt *Ciceroni placet lib.1. Rethor.* Et conſilium ab alijs petere eſt de operationibus hominis, & de regula bonæ pruden-
3 tiæ: non enim dicitur errare, qui cum conſilio ſapientis errat, *ex Ariſtot. 3. Ethicor & alia multa colligit Maſtrill. de Magiſtr. lib.3. cap.3. num.56.*

Et Conſilium ſub iſta ſignificatione
4 ſcribendum eſſe cum litera S. docet *Boerius in tract. de auct. mag. Curiæ, nu.162.* addens triplex eſſe conſilium, neceſſitatis, perfectionis, & vtilitatis, quam diſtinctionem *ex Luca de Penna in rub. C. de ſilentiar. lib.12. num.4.* deſumptam exiſtimo.

5 Verùm hæc dictio, *Conſilium*, in textu noſtro aliud certe ſignificat, nempe conuocationem, ſeu conuentum multorum ciuium in loco certo, auctoritate Superioris pro rebus ad Vniuerſitates ſpectantibus pertractandis, *eodem Boerio teſte loco citato, in 2. addit. n.164.* qui vult, hoc caſu ſcribendum eſſe cum litera C. ideſt *Concilium*, quod eſt conuocatio prudentum ad conſilium exquirendum; colligitur, & probatur *ex c. multis, 17. diſt. l.1. & ibi gloſſ. in verbo*

Con-

Concilio,C.de ſacroſ.Eccleſ.Luc.de Penn:
*in l,ſi quod,num.*1.*C.de legation lib.*10.
Dicitur autem Conſilium a *Con*,& *Si-*
leo, vt illud dicatur Conſilium, quod ſi-
mul aliqui plures ſilent, & tacent, vt *Ae-*
*gid.Rom.de regim. Princip.*2.*part.lib.*3.
6 *cap.*17.docet. [*Nam maximè* (inquit)
eſt hoc in Conſilijs attendendum, vbi
tractantur negocia communia, & facta
Regni,vt vnuſquiſque Conſiliarius,abie-
cta dilectione priuati boni, ſolùm aſpi-
ciat ad cōmunem profectum, & vt Re-
gni profectus impediri non poſſit ſecre-
ta tenere debet, quæ ibi ſunt *tradita.*]
Hoc enim fuit, quod Romanam Remp.
exaltauit fidelitas Conſiliariorum,quibus
quicquid per Conſilium in eorum auri-
bus dicebatur, adeo ſecretum erat, ac ſi
non audiuiſſent. Vnde *Valer.Maximus*
*lib.*2.*cap.*2.*de Magiſtrat.& ordin.off.&*
inſtit.in princ. ſic ait: [*Fidum erat*,& al-
tū Reipublicæ pectus Curia, ſilentijque
ſalubritate munitum, & vallatum vndi-
que,cuius limen intrantes abiecta priua-
ta charitate,publicum induebant.Itaque
non dicam vnum, ſed neminem audiſſe
crederes, quod tam multorum auribus
fuerat *commiſſum.*]
7 Nec ſolùm oculos caſtos ſeruare, ſed
linguam quoque,docet *Amberus Pon-*
*tifex in c.ex merito,*6.*quæſt.*1. Si quis au-
8 tem ſecreta hoſtibus nunciauerit, pœna
capitis plectendus eſt, *ex Menandri re-*
ſponſ. in l.omne,§.exploratores,ff.de re
*milit. & Vlpian. in l.*1. *circa fin. ff. ad l.*
Iul.maieſt.
9 Et ideo *Archad.& Honor.Impp.ſan-*
*xerunt in l.*46.*C.de decur.lib.*10.ad ſub-
eunda patriæ munera digniſſimos me-
ritis, & facultatibus Curiales eligendos
eſſe, ne tales fortè nominentur,qui fun-
ctiones publicas implere non poſſint,vbi
gloſſ.in verb.Curiales, exponit,ideſt *De-*
10 *curiones*; ita enim dicebantur,quos ho-
die appellamus *Conſiliarios*; *Bart. in*
*rubr. ff.de decur.Suarez alleg.*12.*num.*6
*Lancell.Corrad.tract. de decur. nu.*2. qui
multa congerit.
11 Ex quibus Decurionibus, ſeu Conſi-
liarijs eliguntur etiam Magiſtratus Ciui-
tatum, & locorum, qui honorem cum
ſumptu gerant, *l.*14. *honor municipalis,*
ff.de muner.& honor.& ideo diuites eſſe
12 debent, & non pauperes, qui ad Officia
Ciuitatis eliguntur, *ex Bart.Io. de Plat.*
*& alijs in d.l.*46.*ad ſubeūda,C.de decur.*
*lib.*10. quos refert *Lancell.Corrad.tract.*
*de decurion.num.*6. *verſ.* & ideo prodeſt
etiam opulentia, ſicut paupertas obeſt
ad officia publica,& honores conſequē-
dos; nam *vt Ariſtot.ait lib.*2.*polyt.cap.*9
13 impoſſibile eſt ægenum rectè Magiſtra-
tum gerere; & indigentes vti deiecto a-
nimo neſcire Magiſtratum gerere;& hāc
concluſionem multis comprobat *Tho-*
*loſ.in ſyntag.iur.vniu. part.*3.*lib.*47.*cap.*
10.*n.*14. & facit illud *Horat.lib.*3. *carm.*
ode 24.

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quiduis & facere, & pati,
Virtutiſque viam deſerit arduæ.

14 Et matrem criminum neceſſitatē vo-
cat *Caſſiodor.lib.*9. *variar.cap.*13.*ibi, vt*
dum mater criminum neceſſitas tollitur,
peccandi ambitus auferatur.
Verùm mediam viam in hoc retinē-
15 dam eſſe,ne ſcilicet nimium diuites,ne-
que in ſumma paupertate conſtituti eli-
gantur, docet *Maſtrill. de Magiſtr.lib.*
2.*cap.*12.*a nu.*8.*vſque ad* 22.qui ſatis lu-
culentèr hanc concluſionem exornat:
Illi enim idonei cenſendi ſunt, quibus
victus ſit, & vita ſufficiens, ne ludibrio
habeantur, vt legitur *in Auth. de defen-*
*ſor.Ciuitat. poſt princ.coll.*3.Nec repellē-
16 di ſunt a Reipublicæ adminiſtratione
viri probi, qui alioqui digni ſunt,& pro-
batæ, ſpectatæque eruditionis, & fidei;
vt concludit *Tholoſ. loco ſupra cit.num.*
17. vbi Reſpublicas etiam a pauperibus,
ſed probis viris, rectè fuiſſe admini-
ſtratas, exemplis quàm multis compro-
bat, videndus.
Quærit autem *gloſſ.in d.l.*46. *de decu-*
rion.in verb.curialis, an vir dicatur ido-
17 neus ad munera publica, ſi habeat dotē
vxoris, ex qua viuere poſſit? & negati-
uè reſpondit per ea, quæ leguntur *in*
*l.*21.*Lucius,§.idem reſpondit, ff.ad mu-*
nicip.ibi:ſi ad munera municipalia accep-
to modo ſubſtantiæ vocetur,dotem non
*deberi computari, &c. vbi Bart.*explicat
hoc eſſe verum, ſi Statutum Ciuitatis,
vel Oppidi dicat, *nullus poſſit eſſe Præ-*
tor,niſi habeat bona æſtimata mille libris:
iſto enim caſu non habetur reſpectus ad
bona dotalia; & ita etiam eſſe intelligē-
dā *d.l.*46.*ad ſubeunda,C.de decurion.lib.*
10.*& hoc Statutum adeſt in Vrbe veteri*
*lib.*1.*rub.*2.*de elect.imbuſſulat.& Buſſulo*
Official.
18 Hanc tamen concluſionem non puto
adeo eſſe ſtrictè intelligendam,vt exclu-
datur vir a Magiſtratu, ſi habeat fructus
dotis adeo pingues, vt præter onera
matrimonij poſſit etiam congruè Magi-
ſtratum gerere; non ſolùm quia maritus
eſt dominus,& poteſt diſponere de fru-

Dd ctibus

ctibus dotis, *l. dotis fructus, ff. de iur. dot. Gregor. XV. decis. 80. num. 5.* ſed etiã quia gerere Magiſtratum ad honorem magis, quàm ad munus accedit, *Abb. in c. aduerſus, num. 10. de immunit. Eccleſ.*

19 Honor autem mariti ad vxorem extenditur; vxor nãque ignobilis viri nobilitatem acquirit, vt plenè probat *Tiraq. tract. de nobilit. cap. 18. num. 3. & ſeq. & ferè per tot.* qui concluſionem ampliat, etiam poſt mortem viri, itaut vidua retineat priuilegia viri prædefuncti, *vt ibi num. 5.*

20 Reijciendi ſunt etiam a Rerumpublicarum adminiſtratione, qui rebus, & domui ſuæ præeſſe neſcit, *ex præcepto Apoſtoli ad Thimoteum cap. 3.* & hanc veritatem etiam ab ethnicis agnitam fuiſſe teſtatur *Iſocrates ad Demonicum*, dum ait. *De rebus tui conſulturus aliquem, vide primùm, quo pacto res ſuas adminiſtraueris;* qui enim negocijs proprijs malè conſulit, nunquam benè conſulet alienis, *Maſtrill. de Magiſtr. loco citato, num. 22.*

Nec etiam admittũtur, qui vile exer-
21 cent officium; *l. cum Prætor, §. non autẽ, ff. de iudic. l. decurio, C. de decurion. lib. 10 l. ſi cohortalis, C. de cohortalib. lib. 12. l. ne quis ex vltimis, C. de dignitat. eodem lib. Tholoſ. in ſyntag. iur. lib. 47. cap. 10. num. 4 Lancellott. Corrad. d. tractat. de decurion. num. 7.* qui notat, plebeios eſſe prohibitos fungi honoribus decurionum; & deciſum eſſe *in l. vniuerſos, iuncta gloſſ. C. de decurion.* a tabellionum, & notariorum officijs decuriones temperare; &
22 redditur ibi ratio *in gloſſ.* quia vile eſt Officium notariatus, & publici dicuntur ſerui, *l. non aliter, & ibi gloſſ. in verb. ſeruo publico, ff. de adoption.* & alia multa ad rem congerit *Tiraq. de nobilit. cap. 29 num. 14. & cap. 30. num. 9.* vbi quærit, an officium procuratoris deroget nobilitati.

23 Sed hanc concluſionem recipere interpretationem a conſuetudine locorũ, ſcribit *Bartol. in l. 1. n. 62. & 82. & alibi, C. de dignit. lib. 12.* ſiquidem, vt ipſe ait, conſuetudo locorum facit nobiles, & ignobiles; itaut ex cõſuetudine quis dicatur in vno loco nobilis, & in alio loco reputabitur ignobilis; qua de re videndus eſt *Tiraq. d. tract. de nobil. cap. 10. in princ. & per tot.* Nec admittendos eſſe ad honores, qui viles artes exercent, niſi in caſu neceſſitatis, & vbi alij non reperiantur, *ex Ariſtotelis ſententia* ſcribit *Lancell. Corrad. de decur. n. 12.*

24 Excluduntur etiam ab honoribus publicis ſpurij, & ex damnato coitu procreati; quia infames infamia facti dicuntur, *teſte Capyc. deciſ. 32. num. 7. Maſtrill. loco citato, num. 37.* Hi etenim niſi timidè, demiſsèque rem gerere valent, quia animi ſpiritum deprimit genus ſubdititium, & adulterinum, maximè cum quis meminit ſcelerum parentum ſuorum; vt eſt *Plutarchi ſentent. in libel. de liber. inſtit. in princip.* addentis hæc carmina

Hoc abijcit quantumuis altos ſpiritus
Probri patris, matriſue, ſi ſint conſcij.

25 Et amplia concluſionem, etiamſi fuerint legitimati; quia aſſimilantur Alchimiæ, quæ facit apparere, quod non eſt: *Bald. in c. 1. col. 3. num. 23. de conſtit. Caſſane. in cathalog. glor. mund. part. 11. conſid. 25. vbi latè; Marſil. in tract. bannit. in verb. nobiliſſima, num. 21. & 22.* qui ait; ſpurium legitimatum aſſimilandum eſſe homini medicato a morbo remanente cicatrice: alia vidẽda ſunt apud *Maſtril. de Magiſt. lib. 2. cap. 12. nu. 46. & 47.* qui
26 concludit, hoc malè ſeruari in practica, fortè ex diſpoſitione *text. in l. generalitèr, §. ſpurij, & in l. ſpurij, ff. de decurion.* vbi *Vlpian. & Papinian.* reſcripſerunt, ſpurios poſſe in ordinem adlegi, & cum ſpurij decuriones fiant, ideo fieri quoque poterit ex inceſtu quoque natos: & hanc concluſionem indiſtinctè veram eſſe putat *Couar. pract. quæſt. cap. 19. num. 6. & D. Petrus Andreas Gambarus olim Rotæ Romanæ Auditor, & Epiſcopus Fauentinus in tract. de off. & poteſt. legat. lib. 7. num. 84.* pluribus probat,
27 illegitimos, cum quibus ſuper natalibus diſpenſatum eſt, ſi ſint viri prudẽtes, literati, religioſi, & bonorum morum, poſſe conuenientèr aſſumi ad Cardinalatus dignitatem; licèt apertè cõtrariũ ſtatuerit *Sixtus Papa V. in ſua Conſt. 50. §. 12. Bullar. nou. tom 2. & Gomes ad reg. Cancell. de trienn. poſſ. quæſt. 2. poſt princ.*
28 refert, quẽdam ſpurium ab Eugenio IV. inter Cardinales aſſumptum, ante receptionem pilei rubri quaſi miraculosè rebus humanis ereptum; & quædam alia diximus nos quoque *in notitia Cardinalat. par. 1. cap. 9. de Cardinalium electione.*

29 Sed Pontifices maximos, Imperatores, Reges, Duces, Iuriſconſultos, Oratores, alioſque, aut belli gloria, aut literarum ſtudijs, aut alijs vitæ generibus claros, ex damnato coitu natos, & ſpurios fuiſſe, ſcribit *Card. Paleot. in tract. de*

notis,

notis,& ſpur.cap.66.& vlt. & magis ad
rem noſtram *cap.35. num.2.* Dignitates
Romæ illegitimis permiſſas fuiſſe nar-
rat: & ideo *Lancell.Corrad.de decurion.*
30 *num.9.* concludit, ſpurios tunc eſſe reij-
ciendos, vbi legitimus concurrat com-
petitor, nam hic præfertur *ex prædictis
Vlp.& Papin.reſponſis in l.generalitèr,§.
ſpurios,& in l. ſpurij, ff.de decurionib.*
31 Iudæi quoque in Decurionatum, &
inter Decuriones Chriſtianos recipien-
di non ſunt, cum ab omnibus honoribus
arceantur; ex *Bart.in l. generalitèr*, §.
fin.ff.de decur. licèt verba textus contra-
rium innuant, nempe, eis, qui iudaicam
ſuperſtitionem ſequuntur, D.D. Verus, &
Antoninus honores adipiſci permiſe-
runt, &c. quamobrem *ipſe Bart.* inter-
pretatur, hoc verum eſſe inter ipſos iu-
dæos; cuius interpretationem reprebē-
dit *Alciat.lib.3. diſpunct.cap.*8. dum ait,
hāc legem fuiſſe compoſitam ab Vlpia-
32 no, qui dum viuebat, Chriſti Fides ad-
huc recepta non erat; primus enim Im-
perator Chriſtianus fuit Philippus, Ale-
xandro (ſub quo Vlpianus magno in
honore vixerat) longe poſterior: cum
igitur a Chriſti traditionibus alienus eſ-
ſet Vlpianus, non mirum eſt, ſi noſtram
33 Fidem ſuperſtitionem iudaicam appel-
lanit; cum enim in Iudæa primùm Chri-
ſtiani fuiſſent, hoc nomine dicti ſunt:
hæc Alciatus, qui alia multa, vt hanc ſuā
firmet ſententiā, eruditiſſimè ſcribit, cō-
34 cludens prædictum textum loqui de
Chriſtianis; & hoc idem, ſequutus Al-
ciatum, voluit *Lancellott. Corrad. de de-
curion.num.13.& Baron.in annal. tom.
1.anno Chriſti 98.* dum agit de Flauia
Domitilla, quæ abiecto gentilitatis er-
rore Chriſti Fidem amplexa fuit, hęc ait:
[*Ludibrij* enim cauſa in mores iudęorū
tranſire dicebantur, qui abiecta deorum
ſuperſtitione, Chriſtianam Religionem
inciperent profiteri; tum quod è iudęis
Chriſtiani deſcenderent, tum etiā quòd
ſicut illi, idola omnia execrantes ab illis
æquè impij *dicerentur*.] hæc Baronius.
Et ſub Decio Imp. Quintianus Siciliæ
Prætor, vt B. Agatham a Chriſtiana Fide
deflecteret, ſic effatus eſt. *Nōne* (inquit)
*te pudet nobili genere natam, ſeruilem
Chriſtianorum vitam agere?* Cui pru-
dentiſſima Virgo reſpondit. *Multò præ-
ſtantior eſt Chriſtiana humilitas, & ſer-
uitus, Regum opibus, & ſuperbia.*
35 Præterea repelluntur iudæi a Decu-
rionatu, quia ſunt infames, *Auth. ga-
zaros, C.de hæret.Tiber. Decian.tractat.
crim.lib.3.cap.18.num.4. Surd. conſ.122.
num.9.& ſeq.lib.1.* & ideo diſtinguendi
ſunt per habitum a Chriſtianis, & deſer-
re debent ſignum palàm, & publicè, non
autem occultè, vel ſub pallio, aut plica-
tura, vt ſcribit *Abb.in c.in nonnullis, n.1.
in primo notab. de iudæ.* quem ſequitur
Marquard.de Suſan.tract. de iudæ.cap.4.
36 *n.2.* dum ait, in Terris Dominij Veneti
iudæos ferre ſignum in capite videlicet
biretum crocei coloris, vel lutei, vt ab
omnibus dignoſcantur; quod etiam ſer-
uatur in Eccleſiaſtica Ditione tam a vi-
ris, quàm mulieribus iudæis, ex præcep-
to *Pauli IV. in ſua Conſtitut.3.§.3. Bul-
lar.nou.tom.1. pag.721.* vbi ſtatuitur co-
lor glaucius; & cum malè forſan ſeruare-
tur, *Pius V. hanc Pauli IV. Conſtitutio-
nem confirmando, aliam edidit in ordine
6.Bullar.nou.tom.2.pag. 181. & in §.3.*
declarat, colorem eſſe, qui vulgò, *gial-
do* dicitur: & deferendum eſſe ſignum a
iudæis, vt a Chriſtianis dignoſcantur: ne-
dum in prænarratis Conſtitutionibus le-
gitur, ſed antiquiſſimam eſſe Sanctionem
*in Concilio Lateranenſi ſub Innocentio
III. conſtat ex c.in nonnullis, de iudæis, &
ibi Zab. Panorm. & alij*; videndus eſt
Gregor.Tholoſ.in ſyntag.iur.lib.10.cap.2
37 *num.38.* vbi etiam agit de habitu a Ro-
manis aſſignato mulieribus inhoneſtis;
& lib.12.cap.4.num.9. ad fin. & ad pro-
bandam horum peruerſam intētionem,
& malum animum in Chriſtianos, ac
propterea repellendos eſſe omnino a
tutela Chriſtianorum, *idem Tholoſ.* mul-
38 ta ſuperius retulit; & affert quædam Iu-
uenalis carmina, quæ ſatis elegantèr de-
ſignant iudæorum naturam, ac mores.
Satyra 14.

39 *Quidam ſortiti metuentem Sabbata
patrem,
Nil præter nubes, & Cœli Numen
adorant,
Nec diſtare putant humana carne
ſuillam,
Qua pater abſtinuit: mox & præputia
ponunt.
Romanas autem ſoliti contemnere le-
ges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac
metuunt ius.
Tradidit arcano quodcumque volu-
mine Moſes,
Non monſtrare vias eadem niſi ſacra
colenti,
Quæſitū ad fōtes ſolos deducere verpos.
Sed pater in cauſa, cui ſeptima quæ-
que fuit lux*

Ignaua, & partem vitæ non attigit vllam.
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera: ſolam
Inuiti quoque auaritiam exercere iubentur.

40 Hæc Iuuenalis; ex cuius vltimo carmine colligimus, hoc genus hominum ſemper auariſſimum fuiſſe, vt etiam nūc eſt, itaut non erubeſcat publicè, & palàm exercere vſuras, quæ cum a Diuina Lege tam veteris, quàm noui Teſtamenti, & ab vtroque iure canonico, & ciuili prohibeantur, & pręter alias pœnas etiam infamiæ damnentur, nil mirum, ſi iudęi,
41 vt ſupra diximus, ſint infames: Deum namque, & naturam offendunt, & iura violant, vt tradit *Lupus in repet.c.quamquam, in princ. de vſur.* & melius ad rem noſtram *Vgolin.eod.tract.de vſur.cap.26 num.4.& alibi,* vbi firmat, vſurarios in-
42 capaces eſſe, & penitus excludendos eſſe a dignitatibus; *Abb.in c. cum ſit, nu.1, & 2.de iud.* qui ait, iudæos non poſſe
43 aſſumi ad Doctoratum, quia Doctoratus eſt dignitas; & idē dixit ſupra *in c.quanto, num.1.verſ.Bartol.tamen, de magiſtr. Iacob Benius de priuileg.I.C. par.3.priuil.64.num.3.* reddens rationem; quia propria culpa illorum perpetuæ ſeruituti ſummiſit: & cōcordant verba *Conſt. 3.in princ. Pauli IV.* ibi. [*Propterea* conuenire, vt quamdiu in eorum erroribus perſiſtunt, effectu operis recognoſcant ſe ſeruos, Chriſtianos verò liberos per Ieſum Chriſtum Deum, & Dominū noſtrum effectos *fuiſſe.*]

44 Et allucinatus eſt *Bald, dum ex opinione Bart.in l.1.num.1.C.de muner. & honor. lib. 11.* ſcripſit, infames habere poſſe dignitatem, & eſſe Anzianos, ſeu Decuriones in ſua Ciuitate, quia Bart. de infante, non de infami loquitur, vt videre eſt, & obſeruat *Felin.in c.querelā, num.8.de iureiuran.*

45 Hæretici quoque cum ſint infames, & ab omnibus vitandi, excluduntur a Decurionatu, & ab omnibus muneribus publicis, imò expellendi ſunt a Ciuitatibus, tanquam peſtilentes, & ſceleſti, vt *Summorum Pontificum Sanctiones, & Imperatorum leges præcipiunt: habes enim in vtroque iure titulos integros de hæreticis; & inſuper Clem.IV.Conſtit.6.Bull. nou. tom.1. pag.113.& Conſt. 8. eiuſdem Innocent.IV. Conſt.1. pag.60. Nicolai III. Conſt.2.edit.apud Vrbem veterem, 5.Nonas Martij 1280.d.Bull.& tom.pag.124. Friderici Imper.leges habentur inter literas Apoſtolicas Innoc. IV. poſt Direct. Inquiſit. fol.17.& alia videnda ſunt inter Conſtit Aegidian.lib.1.cap.4.& lib.3.cap. 29.& ibi Caballin.in gloſſ.* In Vrbe veteri, ſicut in omnibus locis Ditionis Eccleſiaſticę adeſt in hoc particulare Statutum ex præcepto *Clem.IV.Sum.Pontif. in præcitata Bulla 6.Statutum verò Vrbeuetanum eſt rub.31.lib.3.& nos diximus etiam ſupra cap.14.de pœnis, num.25 & ſeq.*

46 Et amplia hanc concluſionem quoad filios etiam hæreticorum, etiam reconciliatorum, nam ſatis mala fama redundat in filios ex hæreſi, & apoſtaſia parentum, vt docet *Simanca de inſtitut. Cathol.tit.50.num.10.& pluribus ſeqq. Maſtrill.& alij ab eo relati de Magiſtr.lib.2. cap.12.nu.50.& 51. Farinac.in conſ.140. crim. lib.2.* dicens, filios hæreticorum
47 priuandos eſſe non ſolùm ſucceſſione paterna, ſed etiam auita, ac etiam legitima; cui conſilio ſubſcripſit *D. Lucas Antonius Virilis* in Romana Curia tūc Aduocatus, & poſtea ob eius virtutes, & præclaras animi dotes a ſan. me. Vrbano VIII. inter purpuratos Patres, & Vaticanos Senatores aſcitus; qui *num.9. & ſeq.circa fin.* ſubdit: [*Intereſt* Reipu-
48 blicæ Chriſtianæ, vt filij hæreticorum perpetua ægeſtate laborent, cum rectius puniantur filij in caſu hæreſis parentum, quàm in læſæ maieſtatis humanæ, cum impiè Diuina, & æterna Maieſtas offen*datur.*] Quot autem ſint hæreticorum ſectæ, vide *in c.39.quidam, 24.quæſt.3.*

49 Relegatus ad tempus Decurio paritèr eſſe deſinit, nec reuerſus locum ſuum obtinebit, *per tex.in l.2 ff.de Decurion. Lancellott.Corrad. de decurion. num.14.*
50 & multò minus erit eligendus exul, ſeu bannitus, quia hic deſinit eſſe ciuis, *teſte Marſil.in tract.de bannit.in verb.Ciuitate, num.125.* qui ampliat, & extendit etiam ad filios bannitorum *in n.ſeq.126. Auendag.de exeq.mand. part.1.quæſt.19 num.24.verſ.quartus caſus;* & ita etiam cautum eſt *in Statuto Vrbeuetano lib.3. rub.67. ſi quis in noſtra Ciuitate, &c.*

51 Sed limita, ſi bannitus, Principe permittente, maneat in Ciuitate, & habeat ſaluum conductum, qui in Regno dicitur *Guidatus,* & durante tempore ſaluiconductus, & guidatici, habetur ac ſi nō eſſet bannitus; *Vrſill. ad Afflict. deciſ.4. num.6.& alibi.* Et hoc fortius procedit,
52 ſi bannum emanauit in contumaciam, nam eò ipſo quòd bannitus promouetur ad Officia per Principem, vel ſaltem

eo

eo ſciente, & patiente, electio, & promotio valet, *Menoch.conſ.275.nu.13.& ſeq.verſ.tertius eſt caſus, lib.3. Maſtrill. loco cit.num.58.59.& 60.* & faciunt, quæ tradit *Marſil.tractat. de bannit. in verb. capti, num.* 15. dum ait, ſtante Statuto,
53 quòd bannitus poſſit impunè occidi, ſi bannitus toleratur a Superiore in Ciuitate, vel alio loco, non habebit locum Statutum, & ſi quis illum occidat, homicidij pœnam non euadet, vt ibi per eum videndum; *Menoch.tamen de arbitr. lib. 2.cent.3.caſ.283. per tot.* dicit, hunc eſſe
54 puniendum pœna extraordinaria arbitrio iudicis.

Limita ſecundò in bannito de vna Ciuitate, qui poterit in alia eſſe Decurio, & habere honores; *Bald. in l. 2. §. præterea, ff.de orig.iur.* quem refert *Felin.in c.cum contingat, nu.1. verſ. contra primum, de foro compet. Maſtrill. loco cit. num.61.*

55 Limita tertiò, in bannito, ſeu relegato ad certum tempus, nã impleto tempore, Decurio erit, *Lancell.Corrad.de decurion. num.* 14. quem vide; declarat enim ibi, qualitèr ſit intelligenda hæc limitatio: ſed, ni fallor, ex *Vlpiano deſumpſit in l.2. ff.de decurion.vbi Bart.* teſtatur, hanc legem vidiſſe ad praxim deductam Bononiæ contra quoſdam Do-
56 ctores expulſos a Collegio, & poſtea reſtitutos, qui non recuperauerunt priſtinum locum in Collegio, ſed habiti ſunt tanquam de nouo in Collegium recepti: & facit *Papiniani reſponſum in l. ad*
57 *tempus, ff. de decurion.* dum vult, relegatum, & exulem etiam ad tempus ex crimine ignominiam perpetuò irrogante eſſe in perpetuum motum.

58 Nec etiam decorandi ſunt Decurionatus honore, qui iudicij publici quæſtionem citra veniam abſolutionis deſeruerunt, quia Turpiliani Senatusconſulto notantur: ſicut etiam, qui calumniæ cauſam iudicio publico damnati, *l.ſpurij, §.qui iudicij, ff.de decurion.* Sicut e-
59 tiam accuſatus pendente cauſa criminali non poteſt ad honores vocari, licèt antiquos retineat, *l.1.C.de reo poſtul.lib. 10.vbi Ioan.de Plat.n.2.* declarat, quando quis dicatur reus delatus, ſeu poſtulatus, quem vide, vnà cum *Maſtrill. de Magiſt.d.cap.12.num.53.*

60 Militaribus quoque viris nihil cõmune eſt cum Curialibus, *l.42.militaribus, C.de decurion.lib.10.vbi Lucas de Penn. in prin.* dicit hanc legem notandam eſſe pro Statutis Vrbium Tuſciæ, quibus cauetur, vt nullus ex Magnatibus audeat intrare palatia Priorum, qui ſunt quaſi Decuriones, & Rectores ſub graui pœna: *Io.verò de Plat.hanc eandem l.* inter-
61 pretatur, vt nullus Tribunus militum, Dux, vel Comes cognitionem habeat contra Decuriones, & alios Curiales, nec aliquam iniuriam dictis Curialibus inferre debeat, ſub pœna decem librarum auri; quia horum cognitio contra ſuos milites verſatur, & nemo iudex debet
62 extendere poteſtatem, & iuriſdictionem ſuam vltra id, quod ad eius officium pertinet, aliàs punitur, *l.132. factum a iudice, ff.de regul iur.l. in prouincijs, C.de numer.lib.12.l.2.C. de executor. & exactor.eod.lib.*

63 Sed magis ad rem noſtram, milites cohortales, quos vocant *delle Militie, o Cernite,* non eſſe inter Curiales recipiẽdos, cautum eſt in eorundem militum priuilegijs a Summis Pontificibus illis conceſſis, *cap.13.* his verbis. [*Non* poſſino eſſere imboſſolati per Sindici, Denuntiatori de'maleſitij, Maſſari, nè Meſtrali, nè meno aſtretti ad eſſer Tutori, Curatori, o Procuratori, ſe non per Soldati, o figli loro. Nè ad accettare altri offitij, o carichi publici, ſe non di loro ſpontanea volontà.

Cum autem ſæpe contingat in multis Oppidis, & Locis Eccleſiaſticæ Ditionis, vt ferè omnes ciues, incolæ, & habitatores in albo militum (*quod Rollum vocant*) ſint relati; nec adſit, qui munera publica ſubire poſſit, aut velit, idem
64 Summus Pontifex per organum ſuæ Sacræ Conſultæ plurieś reſpondit in hæc verba. [*Acciò* coteſta Communità, & altre non riceuano danno nelle coſe publiche per difetto di chi l'amminiſtri, per eſſerui troppo numero di ſoldati, che in vigor de' priuilegij ſono eſenti da'carichi publici; commanda la Santità di N.S.che mentre i ſoldati eccedano il terzo delle perſone habili alle fontioni publiche, in ciaſcun luogo, doue eccedano, deuano anch'eſſi aſtringerſi a tutti li carichi de'Magiſtrati, come d'abondanza, Sindici, e ſimili, per quella parte, che eccedano detto terzo, di modo che ſempre deuono rimanere eſenti, e godere il priuilegio i più vecchi ſoldati, dentro il terzo delle perſone habili in ciaſcun luogo: e morendo i vecchi, vadano di mano in mano ſorrogandoſi i più anziani, per godere il priuilegio. Non volendo S.Santità, che ne rimanghino priui, ma ſolo, che ſi differi-

ſca

ſca l'eſecutione di eſſo, perche il ſeruitio publico cammini. Nel rimanente deuano i priuilegij hauer luogo anche a fauor de'ſoldati, che eccedano il numero ſudetto; che ſerua a V.S.d'auuiſo, che faccia onninamente praticare in queſta forma, *&c.*]

Et adſunt etiam aliæ literæ ſuper eadem re ſcriptæ Cardinali Prouinciæ Marchiæ Legato a fel.mem.Card.Burgheſio, & Mario Farneſio, in hæc verba. [*In* Conſulta, doue è ſtata letta l'inſtanza della Communità di San Giuſto nel particolar di coloro, che per eſſere arrolati nelle militie, recuſano d'accettare gl'offitij publici; ſi è preſo ſpediente per il danno, che ne ſegue a quella Communità, che ſi debbano ſenz'altro aſtringere a pigliare, & eſercitare tali cariche, quãdo rieſcano nelle perſone loro. Così dunque reſtarà V.S.Illuſtriſſima ſeruita di prouedere, che venga eſeguito; e le bacio humilmente le mani. Roma li 9. Giugno 1607.

Di V.S.Illuſtriſs.e Reuerendiſs.
Humiliſſimo Seruitore
Il Card. Borgheſe.

Al Colonnello Antonio Frangipane.

IL priuilegio, che N. S. hà conceſſo a' Soldati, eſentandoli dall'entrar de' Conſegli, e dall'offitio de'Magiſtrati, nõ hà Sua Beatitudine inteſo, che habbia
65 luogo, oue per eſſer poca gente, ſenza che i Soldati ancora eſercitaſſero i Magiſtrati, il publico ſeruitio patirebbe molto. Nè io ſo, perche i Soldati voglino recuſare quegl'offitij, che ſono ſegni d'honoreuolezza nella Patria propria, e nelli quali, come anche ne'Cõſegli, ſe vi ſarà ſempre qualche Soldato, può ritornare ad vtile di tutta la ſoldateſca del luogo, potendo quelli prendere nell'occaſioni la protettione degli altri, defenderli, e dire le loro raggioni. Per tanto hammi commandato l'Eccellentiſs. Sig. Generale mio Signore, che io ſcriua a V.S.acciò faccia, che in ogni modo i ſuoi Soldati accettino ſimili offitij, e cariche de' Magiſtrati, e Conſegli, qualunque volta ne ſaranno, conforme al ſolito, eſtratti. Queſta eſſendo per hora la mente de'Padroni, e così conuenendoſi per vtile publico, e per riputatione, & vtile ancora particolare de' Soldati: e perche sò, che ella non mancarà in queſto del debito ſuo, ſenza ſtendermi in altro, me le offero, e raccomando. Di Roma li 16. Aprile 1608.

Di V.S.molto Illuſtre
Al ſeruitio
Mario Farneſe.

Et hæ quidem literæ iuris aſſiſtentiam habent, nam gerere Magiſtratum magis ad honorem, quàm ad munera pertinet, *l.12.cui munera, ff.de muner.& bonor.l. eos qui, §.nam paucitas, ff.de decurion.l. vt gradatim, §.quoties penuria, ff. de muner.& bonor.*

Et cum in dubium reuocatum eſſet; an eo tempore, quo miles Magiſtratum gerit, ſuſpendatur eius priuilegium militare, itaut contra ipſum committi, & exequi poſſint repræſaliæ, veluti contra alios ciues non priuilegiatos, *Sacra Cõgregatio Boni Regiminis reſcripſit, vt*
66 *infra. Al Commiſſario d'Acquapendente.* [*Non deue* il Cap. Auguſto Sauini di coſtì eſſer di peggior cõditione, nè perdere il priuilegio militare, per hauere accettato il Cõfalonierato della ſua Patria; eſſendo che queſto grado ſia conueniente ancora a'Soldati, come è ſtato deciſo più volte. Però sì come non poteua eſſer rappreſagliato per debiti Camerali di coteſta Communità prima che accettaſſe l'offitio, nè tãpoco potrà, doppo che hauerà finito il tempo di detto offitio, per il priuilegio militare conceſſogli da N.S. così voi non permetterete, che ſia moleſtato per cauſa di ripreſaglia, fin tanto che eſercitarà il ſudetto Confalonierato. E Dio vi guardi. Roma li .. Gennaro 1643.

Voſtro. Il Card. Barberino.
Giulio Donati Secretario.

67 Per ambitum quoque affectantes Decurionatus dignitatem repelluntur: præſertim ſi pecunijs, vel muneribus ſuffragia comparentur; quia & infamiæ nota, & pecuniaria pœna mulctandi ſunt iſti, *l.vnic. ff. ad leg. Iul. de ambit. l. ſancimus, C.ad leg.Iul.repetund.* & ſi pecuniariam pœnam ſoluere recuſauerint, deportantur, *l.vnic.& ibi gloſſ.in verb. ad ſolutionẽ, C.eod.tit. Menoch.de arbitr.lib. 2.cent.5.caſu 401.num.12.* vbi multos e-
68 numerat caſus ad probandum ambientes grauiſſimis pœnis affectos fuiſſe: verùm hanc concluſionem ex omni parte abſolutiſſimam inuenies apud *eruditiſs. Decian.tract.crimin. part.2.lib.8.cap.21. vbi de ambitu in genere, cap.22.de legibus contra ambitum latis; cap.23. quibus ex cauſis ambitus incurratur; cap.24.de proceſſu, iudicibus, & probationib. in cauſa*

ambi-

ambitus;cap.25.de pœnis,& damnatis ob ambitum;cap.26. ex quibus cauſis excuſentur rei ambitus: & ad hoc vltimum caput videre poteris *Lucam de Penn. in l.4.n.2.C.de legation.Maſtrill.de Magiſt. lib.1.cap.3c.*

Et in Eccleſiaſtica Ditione habes *Bonifacij VIII.& Gregorij XIII. Sãctiones* de datis, & promiſſis pro gratia, vel iuſtitia impetranda, in quibus delin-
69 quentes a communione fidelium ſegregantur. Et licèt *Nauarr.*ad interpretationem dictæ Conſtitut. Gregorij XIII. dicat hanc habere locum in rebus ſpiritualibus; attamen quia *Clem.VIII. in hac noſtra Conſtit. §.22.* vbi apertè loquitur de rebus temporalibus, extendit
70 pœnas contentas, & comminatas in prædictis Bonifacij, & Gregorij Sãctionibus,puto,cauendum eſſe ab illa diſtinctione Nauarri: tu tamen cogita.

71 Debitores quoque Vniuerſitatum a publicis muneribus, & Decurionatu ſũt arcendi, *l.1.C.de debit.Ciuit. lib.11.l. reſcripto,§.debitores,ff.de muner.& honor. Auendag.de exeq.mand.part. 1. cap. 19. num.25.verſ.nonus eſt caſus,* qui ait,hãc eſſe concluſionem generalem in omnibus Officialibus, qui ſunt ſyndicati, nec rationes reddiderint; *Gabriel Berart. in ſpecul.viſit.ſecul.cap.22.n.6.Mart.Laud. tract.de dignit. quæſt.27.* dicens, huiuſmodi debitores reuocari non poſſe ad honores, niſi dederint fideiuſſores, vel pignora,*per text.in l.locatio, alias licitatio,§.debitores,ff. de public. & vectig.* & hoc idem ſcribit *Lãcell.Corrad.in tract. de decurion.n.18, verſ. debitores Ciuitatis*; qui tamen declarat hoc verum in debitoribus ex reliquatione, hoc eſt ex adminiſtratione officij, vel ex pollicitatione, ſecus ex alio contractu.

Sed horum opinio fallit in Terris Eccleſiæ, per ea, quæ ſancita ſunt *in noſtra Bulla*, §.16.*vbi nos plenius dicemus in gloſſ.2.verb.debitores*.

72 Publicani,& gabellarum conductores ad Magiſtratus honores recipi prohibentur, *l.ſpurij,§.decurio, ff.de decurio.* ibi. *Decurio etiam ſuæ Ciuitatis vectigalia exercere prohibetur, &c. vbi gloſſ.in verb.exercere,exponit, ideſt conducere*, quam ſequitur *Tholoſan. in ſyntag. iur. vniu.lib.27. cap.1. n.14.Auend. de exeq. mand.par.2.cap.12.num.13.verſ. octauũ requiſitum, Maſtrill. de Magiſtr.lib.2.*
73 *cap.12.num.*54.Et ad omnes conductores rerum, & bonorum Ciuitatum extendendam eſſe concluſionem, ſuadent iura *in l.vnic. C.ne tut. vel curat. vectig. cond.l.51.§.Modeſtinus, ff.locat.qui quidem,§.græce ſcriptus,ita ab Alciato lib.2 diſpunct.cap.2.in latinum verſus eſt.*[*Qui* tutores facti ſunt, aut curatores, priuſquam ſatisfecerint, conducere aliquid a Cæſare prohibentur: quòd ſi quis diſſimulans progrediatur, & agros Cæſaris conducat, vti contrafaciens *puniatur.*]

Sed *Arcbadij, & Honorij Sanctionẽ quoque habemus in l. vnic. C. quibus ad conduct. acced. non licet, lib.*11. his verbis.[*Nullus* Palatinorum,qui in officio rei noſtræ priuatæ militant, conductionis nomine, vel per ſe, vel per quamlibet perſonam poſſeſſionem huiuſmodi conducẽdarum habeat facultatem, cum neque militi, neque curiali hoc faciendum *permittimus.*] *vbi Io.de Plat.*extẽdit, curiales ſcilicet, & milites, nec procuratores, neque fideiuſſores conducẽtium vectigalia eſſe non poſſe, *vt in l. curiales,l.milites,l.fin. C.locati*; & reddit
74 rationem, quia in Officiali, vel curiali cadit præſumptio impreſsionis metus, *l.ſi per impreſſionem,* C. *quod met. cauſ.* Alia ratio deſumi poteſt *ex l. milites*, C. *locati, vbi Leo Imp.* prohibet militibus conductionem rerum alienarum, ne o-
75 miſſo armorum vſu ad opus rureſtre ſe conferant. Pari ergo ratione qui Magiſtratum gerunt,ceſſare debent a conductione gabellarum,ne huiuſmodi negocijs impediti,Vniuerſitatum, & Rerumpublicarum negocia prætermittant, & negligant, & in periurium incidant; ſiquidem ad Magiſtratus promoti iurant, benè, & fideliter officium commiſſum exercere, vt obſeruat *Archid. c. prohibentur,2.quæſt.1.num.5.Rod.Suarez alleg.12.num.5.* Et cautum reperitur ferè in omnibus Italiæ Statutis; & in tota Eccleſiaſtica Ditione habemus Bullam hanc noſtram ſuper Bono Regimine.

76 Adde,ſi placet,publicanorum factiones audaces, & temerarias eſſe, vt Vlpianus ait *in l. quantæ, ff. de public. & vectig.*& ideo inter ſordidos, abiectos, infames, & malè moratos ponuntur a *Tiraquell.* conductores gabellarum in *tract. de nobilit. cap.34. num. 32. Petrus tamen de Auendag.part.2.cap.12.nu.12. verſ.ex quo ſequitur*, teſtatum habet; ſi vectigalium conductor ſit admiſſus, non prohibetur vti arrendatione, quia
77 facilior eſt retentio, quàm acquiſitio, *l. fin.ff.vnde lib.* & in terminis caſus noſtri *Martianus I.C. reſpondit in l.4. decurio,ff.de decurion. & ibi gloſſ.in verb.* rema-

remanet; reddit rationem, quia melius
eſt remanere, quàm ad intereſſe iure
hæreditario teneri; & ſubdit *Auendag.*
78 *loco cit.* multa prohibentur a principio,
quæ poſt recepta permittuntur, de qui-
bus ponit exempla *Accurſ. in gloſſ. ad l.*
longa, ff. de mortuo infer. & in l. ſi is qui,
ff. de acq: poſſ.

79 Et apud Romanos aliquando fuiſſe in
pretio publicanos ex multis argumen-
tis a *M. Tullio deſumptis probat idem*
Tiraquel. de nobilit. loco citato, n. 33. verſ.
quia ſcio. Et ita quoque ſeruatur hodie
ferè per omnes Ciuitates, & loca Italię,
vt publicani, & vectigalium conducto-
res, niſi ſint penitus plebei, & infimæ
conditionis, niſi ſint debitores, & litem
habeant cum Vniuerſitatibus, a Magi-
ſtratibus non repellantur.

80 Excluduntur etiam a Conſilijs, & De-
curionatu minores 25. annis, *l. ad Rem-*
publicam, ff. de muner. & honor. vbi *Vl-*
pianus, ſi creati fuerint de facto, *ſupplet*
gloſſ. ſuffragium in curia non ferant; &
alia cumulat *Suarez in d. alleg. 12. n. 1. 2.*
& ſeq. Nicol. Loſa. de iur. Vniuerſ. par. 1.
cap. 3. num. 26. 27. 28. & 29. vbi duas af-
81 fert ad hanc regulam limitationes. Pri-
ma eſt, ob defectum maiorum poſſunt
admitti minores 25. annis. Secunda,
quando longa conſuetudine introductũ
eſt, vt etiam minores admittantur; & hę
limitationes deſumuntur, *ex Calliſtrati*
reſponſo in l. 11. non tantum, ff. de decu-
rion. iuncta gloſſ. in verb. ex cauſa, &
verb. conſuetudo.

Has tamen limitationes declarat *Sua-*
rez d. alleg. 12. num. 3. quando minor eſ-
ſet etiam pupillus, quia tunc neque ex
cauſa, neque in defectum admittitur, *l.*
bi qui, §. impuberes, ff. de iur. immun. vbi
Vlpianus hæc habet. *Impuberes, quàm-*
uis neceſſitas penuria hominum cogat, ad
honores non eſſe admittendos, &c. Sed
huic Vlpiani reſponſo aduerſari videtur
Seueri, & Antonini Sanctio in l. 1. §. pro
infante, C. de muner. & honor. vbi Bart.
ex verbis ipſius textus notat, etiam in-
fantes ad honores, & Decurionatum
admitti poſſe; ſed ſoluitur iſta contrarie-
tas *ex eodem Vlpiano in d. l. ad Rempu-*
blicam, ff. de muner. & honor. vbi ait, li-
cèt creati ſint, ſuffragium in curia non
ferent: ergo non excludit penitus ad-
miſſionem, & creationem; ſed quoniam
rectum conſilium propter ætatem ha-
bere nequeunt, ſuffragia non ferent.
Adde etiam, non eſſe admittendos, niſi
pater pro illis cauerit, *d. l. 1. verſ. quam-*
quam fidem, C. de muner. & honor. quæ
verba reſcribuntur *a Paulo I. C. in l. 21.*
Lucius, §. Imperatores, ff. de municipal.
Quid ſi admittatur Petrus, qui 25. annũ
non expleuit, ſed tantùm attingat, an
82 ſuffragium dare poterit? affirmatiuè re-
ſpondeas *ex eodem Vlpiano d. l. ad Rem-*
publicam, ibi. [*Annus* autem 25. cœptus
pro completo habetur; hoc enim in ho-
noribus fauoris cauſa conſtitutum eſt,
vt pro plenis inchoatos *accipiamus*.]
Quod etiam ſacri Canones in promo-
uendis ad Sacrum Presbyteratus ordi-
nem obſeruant, vt attingẽtes 25. annum
promoueantur.

83 Filij familias autem maiores 25. poſ-
ſunt eſſe Conſiliarij, & ſi patres eorum
conſenſerint, vel ratum habuerint, te-
nentur pro eis, *l. 6. §. pater, l. 7. §. vltimo,*
ff. de decurion. l. 2. ff. ad municip. l. 1. C. de
filijs fam. & quemad. pater, lib. 10. Bart.
in l. 1. nu. 2. & ſeq. C. de decurion. & tunc
pater dicitur conſentire filio, quando
ſcit, & non contradicit, vt notat *gloſſ. 1.*
in d. l. 1. quam ibi ſequuntur *Bart. num. 4*
& 10. de Plat. num. 1 in fin. Loſa. de iur.
vniuerſ. part. 1. cap. 3. num. 26. & ſeq. In
84 ijs enim, quæ ſunt iuris publici, patria
poteſtas non attenditur, *l. nam quod, ff.*
ad S. C. Macedon.

Imò plures de eadem familia, vt pa-
85 ter, filius, & plures fratres poſſunt eſſe
ſimul Conſiliarij eiuſdem Ciuitatis, &
alter alteri poterit dare ſuffragium, vt
in l. 5. & 6. ff. quod cuiuſque vniuerſ. ait
enim ibi *Paulus I. C. Quaſi Decurio hoc*
dedit, non quaſi domeſtica perſona. Quæ
tamen doctrina non habet locum in Ci-
uitate Vrbeuetana ob ſpecialem Sãctio-
nem Pij IV. Pont. Max. qua datur forma
creandi Decuriones illius Ciuitatis; &
poſt multa ſancitum eſt, ne plus quàm
duo ex eadem familia, qui etiam ſeor-
ſim habitent, poſſint eſſe Conſiliarij, ſeu
Decuriones: Et huic ſimili decretum
a Duce Mediolanenſi emanaſſe, ſcribit
Lancellott. Corrad. tract. de decurion. n. 20
verſ. cum aliàs, addens, ciuile eſſe, vt
plures participes ſint Magiſtratuum.

86 Inhoneſtum quoque videtur, perſo-
nas ictibus flagellorum ſubiectas, vt erant
olim, qui victualia negociabantur (&
vtinam hodie etiam hoc eſſet in vſu; nã
ceſſarent fortaſſe tot monopolia, & fla-
gitia, quæ quotidie in his rebus cõmit-
tuntur) in ordinem Decurionum reci-
pi, vt *Calliſtrati reſponſum in l. eos qui,*
§. inhoneſtum, ff. de decurion. licèt hanc
concluſionem declaret *idem Calliſtr.*

habere locum in illis Ciuitatibus, in
quibus honeſtorum virorum copia re-
periri poſſit: vbi verò talium virorum
inopia laboratur, & ferè omnes victua-
lia tractant, non prohibentur in patria
exercere munera publica, & eſſe conſi-
liarios: nam *vt idem Calliſtr. ait in d.l.
eos, ad fin.* paucitas eorum, qui muneri-
bus publicis fungi debeant, neceſſariò
hos etiam ad dignitatem municipalem,
ſi facultates habeant, inuitat; & facit
*l. vt gradatim, §. quoties penuria, ff. de
muner. & honor.* vbi Doctores notant,
neceſſitatem legi præiudicare, &c.

87 Nec etiam Medici ad conſilia publi-
ca pro adminiſtratione rerum publicarũ
vocandi ſunt, *l. placet, & ibi gloſſ. in
verbo parabolani, C. de Epiſ. & cleric. &
in d. l. vt gradatim, §. quoties, ff. de mu-
88 ner. & honor.* Verùm hoc non ratione
exercitij, ſeu artis medicæ procedit, quia
hæc nobilitati non derogat. vt latiſſimè
probat *Tiraquel. de nobilit. cap. 31. per
89 totum, ſignantèr num. 76 & ſeq.* ſed ideo
a rebus publicis abeſſe debent, vt melius
ægrotis curandis vacare poſſint, *Caſtr.
& alij in d. l. placet, num. 1. & 3. verſ. item
nota; & facit l. 1. C. de profeſſ. & medic.
lib. 10. & l. medicos, eod. tit.*

Alia poſſent adduci impedimenta,
propter quæ repellendi ſunt homines a
munere Decurionatus, ſed ex hactenus
dictis, & ijs, quæ videri poſſint apud au-
ctores ſuperius citatos, non videtur vl-
terius inſiſtendum: ſed ad eos, qui pro-
mouendi ſunt, deueniendum erit; nam
ex horum quoque numeratione facilè
90 erit agnoſcere inhabiles, quia contra-
riorum eſt eadem diſciplina, *l. & ſi con-
tractibus, ff. de vulg. inſtit. de his qui sũt
ſerui, vel alien. iur. in princ. Surd. conſ. 1.
num. 92. & deciſ. 272. n. 31.*

Conſtituamus ergo regulam. Omnes
promoueri poſſunt ad munera publica,
91 & Decurionatus dignitatem, qui a iure
non reperiuntur prohibiti; & ideo cui-
libet de populo permiſſum eſt impu-
gnare huiuſmodi electiones, vt videa-
tur, an ſit benè facta, nec ne *l. reus dela-
tus, §. eum, vbi gloſſ. in verb. appellatum,
ff. de muner. & honor. Abb. & alij relati
ab Auendañ. de exequen. mand. part. 1.
cap. 19. nu. 27.* vbi docet, quibus, & cuius
expenſis proſequenda ſit inſtantia.

92 Conſiderandum eſt igitur in electio-
ne Decurionum nobilitas, fidelitas, bo-
na conſcientia, cum mentis integritate
proueniens, & rerum experientia, *l. 1.
§. ſed cum ſit neceſſarium, ibi, & electis
viris glorioſiſſimis, tam doctrina legum,
quàm experientia rerum, ſtudioque
Reipublicæ indefeſſo, & laudabili propo-
ſito pollentibus, C. de iuſtin. Cod. confirm.*
Nobiles enim, & ingenui, *vt Ariſt. ait
93 lib. 3. polit. cap.* 8. ſibi rationabilitèr ho-
norem arrogant; & paulò infra: Nobili-
tas apud omnes in honore eſt; *Tiraq. de
94 nobilit. cap. 20. nu. 51. ad fin.* & apud Ro-
manos aliquando receptum fuiſſe, ne
vllus ex plebe Magiſtratus crearetur, ad
*text. in l. 2. §. iiſdem temporibus, ff de
orig. iur.* & in Capitolio Romuli lex ad-
erat in hæc verba. *Patres ſacra, Magi-
ſtratuſque ſoli peragunto, ineuntoque;
Plebei agros colunto. Dioniſ. Halicarn. te-
ſte lib. 2. antiq. Rom. pag. apud me 4. ſub
litera D. E. & ex noſtris Balduin. in
comm. ad leges Romul l. 2. & 4. Tiraq. de
nobil. cap. 2. ſub num. 56.*

Et ad Rempublicam regendam eligẽ-
95 dos eſſe, qui ad honoris inſignia, non
ambitione, non pretio, ſed qui probatę
vitæ teſtimonium habent, ſancitum ha-
bes *ab Impp. Theodoſ. & Valent. in l. ſan-
cimus, C. ad leg. Iul repetund.*

96 Cuius etiam extimationis ſint, & quo-
modo anteactam vitam tranſegerint, in-
quirendi ſunt Decuriones, *arg. text. in l.
11. nemini licere, C. de Aduocat. diuerſ.
iudic. Tholoſ. viden. in ſyntag. iur. lib. 47.
cap. 10. num. 17. in fin. Maſtrill. de Ma-
giſt. lib. 2. cap. 12. nu. 16.* qui licèt loquan-
tur in iudice, & in eis has qualitates re-
quirant, attamen non eſſe minorem
curam adhibendam in electione Decu-
rionum ſcribit *Suar. allegat. 12. num. 11.*
quia in electione iudicis cõceditur ſim-
plex iuriſdictio, in electione verò de-
curionum conceditur iuriſdictio, & ad-
miniſtratio Ciuitatis, quæ multis inter-
dicta eſt, vt diximus.

97 Nec poſſunt Decuriones electi ſerui-
re Curiæ per ſubſtitutos, etiamſi ſpecta-
bili, vel clariſſima dignitate ſint decora-
ti, niſi ſuper hoc habeant ſpeciale priui-
legium; *ita Bart. & Ioannes de Plat. in
l. nullus qui, C. de decurion. lib. 10.* quos
refert *Lancellott. Corrad. tract. de decur.
num.* 19. Et ſi detur caſus, vt quis ſerui-
re poſſit per ſubſtitutum, hic debet eſſe
eiuſdem profeſſionis, *l. 1. §. quod ſi mor-
bo, C. de præpoſ. agent. in reb. lib. 12. 10. de
Plat. d. l. nulli qui, num. 3. C. de decur. lib.
10. & Plato in 6. Dialog. de legib. in princ.*
98 ſic ait. [*Qui rectè* Magiſtratus accepturi
ſunt, oportere primò ſatis ab adoleſcen-
tia probatos fuiſſe, tam ipſos, quàm
ſuos, vſque ad ipſam electionem: de in-

de eos etiam, qui ſuffragia ferunt, legitimis eſſe moribus educatos, vt facilè queant admittendos, & repellendos cognoſcere, & erga vtroſque pro dignitate ſe *gerere:*] faciunt tradita a *Gabr. Berart. in ſpecul. viſit. ſecul. cap. 22. nu. 54. & ſeq.*

99 Sequuta verò Decurionum, ſeu Cõſiliariorum electione, hæc a Superiore confirmanda erit ſub pœna 25. librarũ, *l. ſi quos ſpontaneos, C. de decurion. lib. 10. vbi Io. de Platea in princip. declarat,* niſi electus eſſet indignus, de quo Superior debet inquirere, & habere debet auctoritatem confirmandi a Principe, aliàs requiritur approbatio ipſiuſmet Principis, vt ibi per eum. Et ita ego ſeruatum vidi in practica per multas vices cum Ciuitate Vrbeuetana patria mea, & alijs Ciuitatibus, & locis in mea Agentia comprehenſis, in quibus quolibet quinquennio, vel alio ſtatuto tempore eliguntur Confalonerij, Cõſernatores, vt Magiſtratũ gerant, nec nõ Decuriones, ſeu Cõſiliarij, alijq; Officiales, vt rebus publicis prę ſint; hãc verò electionem (Buſſulũ vulgò appellãt) & ad Sac. Conſultam ſupremũ Principẽ repræſentãtẽ pro cõfirmatione, & illius validitate trãſmittũt; qua cõfirmatione ſequuta, ad Agentẽ pertinet inuigilare, vt quantò citius remittatur ad partes.

100 Poſt confirmationem, & approbationem prædictam coguntur Conſiliarij ſubire munera Ciuitatis, & publicas implere functiones, *l. ad ſubeunda, C. de decurion.* diligentèr, & aſſiduè rerum publicarum adminiſtrationi vacare, Ciuitatis iura indefeſſo ſtudio tueri, vt legitur *in Conſtit. de pace Conſtant. vbi Bald. in gloſſ. in verb. contra Ciuitatem.*

101 Nec etiam poſſunt a Ciuitate diſcedere ſine licentia Superioris, *l. 1. ff. de decurion.* ibi. [*Decuriones,* quos ſedibus Ciuitatis, ad quam pertinet, relictis, in alia loca tranſmigraſſe probabitur, Præſes Prouinciæ reuocare in patrium ſolum, & muneribus congruentibus fungi *curet.*] *& l. 16. ſi quis decurio, C. de decur. lib.* 10. ibi. [*Si quis* decurio, vel propriæ rei cauſa, vel Reipublicæ cogatur noſtrum adire Comitatum, is non ante diſcedat, quàm inſinuato iudici deſiderio proficiſcendi licentiam conſequatur; quòd ſi pro ſua audacia parui aliquis hanc fecerit iuſſionem, indignationem competentem *ſortiatur. facit l. duumuirum, 53. C. eod. & ibi Bart.* ſubdens, quòd Magiſtratus municipalis non debet exire municipium; *Fran. Marc. deciſ. 798. n. 2. vol. 1. Gabriel Berart. in ſpecul. viſit. ſecul. cap.*

102 *22. num. 55.* Imò nec poſſe Ciuitatem relinquere, vt rus, ſeu villam inhabitet, *Archad. & Honor. Impp. ſanxerunt in l. vnic. C. ſi curial. relict. Ciuit. rus habit. mal. lib.* 10. in hac verba. [*Curiales* omnes iubemus interminatione moneri, ne Ciuitates fugiant, aut deſerant rus habitandi cauſa, fundum, quem Ciuitati prætulerint, ſcientes fiſco eſſe ſociandum; eoque rure ſe carituros, cuius cauſa impios ſe patriam vitando demonſtrauerint, *&c.*] *Lancellot. Corrad. tract. de decurion. n. 24.* addens, ſi

103 Decurio fugiat a Ciuitate, poterit a Magiſtratu, & quolibet alio de eo corpore auctoritate propria capi, vbi iudicis copia haberi non poſſit; *per text. in l. 17. qui derelicta, & l. 54. generali. C. de decur. lib. 10. & ibi Io de Platea.* Quàmuis hodie hoc malè ſeruetur, nam in requirendis, & cogendis Conſilijs, qui abeſſe vult, impetrat a Superiore ſui excuſationem, & ſi numerus ab alijs expleatur, nil vltra quæritur: vidi tamen aliquando de ordine Superioris claudi portas Ciuitatum, & locorum, ne Cõſiliarij exeant, priuſquam Conſilium ſit in ſufficienti numero congregatum.

Læditur enim Ciuitas, dum a ſuis

104 deſeritur ciuibus, & impij dicuntur ciues, qui patriam deſerunt, *d. l. vnic. C. ſi curialis relicta Ciuit. &c. vbi Lucas de Penn. num. 3. nam, vt Vlpian. ait in l. 1. §. apparet itaque, verſ. quia nõ tantùm, ff. de ventr. in poſſ. mitten. & in l. 3. §. quod pater, ff. de muner. & honor.* non

105 ſolùm patri, ſed patriæ naſcimur; nec eſt laudandus, qui ſe, vel alios ſubtrahit vtilitatibus patriæ. Huc etiam reſpexiſſe videtur *Maior. Auguſt. in Noue l. lib. 4. tit. 1. in princ.* dum ait. [*Vrbibus* ordines deperiunt, & nonnulli prope libertatis ſuæ ſtatum per contagionem conſortij deterioris *amittunt.*] Et in Vrbeueteri habemus *Statum lib. 1. rub. 63. ad rem ita determinans.* [*Ciuis,* qui per quinquennium relicta Ciuitate in aliquo Caſtro, ſeu Villa habitare maluerit, ciuilitatem amittat, *&c.*]

106 Leuius tamen aliquando mulctantur, qui legitimo ceſſante impedimento abſunt, pœna ſcilicet pecuniaria, vel ipſi Ciuitati applicanda, vel inter alios ciues frequentantes diuidenda, coempto pipere æqualitèr partiendo, quod in Patria mea ſeruatum vidi. Sed hic opor-

oportunè quæritur, an Conſiliarij con-
107 tumaces coacti ad ſoluendum pœnam, in illius diuiſione partem habere debeant? Et hanc quæſtionem ponit *Angel. tract. de maleſ. in verb. & Andream Marci, num. 29. verſ. quid è contra; & de mẽte Bart. Bald. Angel. Imol. & aliorum affirmatiuè reſpondet videndus.*

108 His præmiſſis, Decuriones electi (vbi de rebus publicis agendum erit) in Curiam, & Magiſtratibus conuocantur, *l. 2. C. de decurion. lib. 10. & ibi gloſſ. 1. Bart. & Io. de Plat.* per Magiſtratum intelligunt Rectores, & Præſidentes Terrarum, quorum auctoritas in conuocandis Conſilijs adeo eſt neceſſaria, vt ſi omittatur, monupolium incurra-
109 tur, *l. 1. C. de monupol.* & pœnæ locus erit; *Marc. deciſ. 800. n. vlt. part. 1. Boer. deciſ. 60. num. 12. & 15. Guid. Pap. quæſt. 106. in princ. & ferè per tot.* qui addit, hoc ſancitum eſſe in Gallia ad euitandas fraudes, & machinationes; & habere quoque locũ in Italia, dicit *Bart. in l. actor, num. 10. verſ. vos ſcitis, ff. rẽ rat. hab. & alios adducit Maſtrill. de Magiſt. lib. 5. cap. 6. num. 236. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 20. de colleg. illicit.*
110 *num. 14.* & apud Romanos Senatus cõuocari non poterat, niſi per Dictatorem, per Conſules, per Prætores, per Tribunos plebis, per Interregem, per Præfectum Vrbi; & omnibus alijs interdictum erat, *ex Aulo Gellio lib. 14. cap. 7. Nicolao Cucchio de Comitijs Roman. lib. 1. cap. 4. pag. apud me 85. ſub lit. C. Alex. ab Alex. dier. genial. lib. 4. cap. 11.*
111 *& ibi Tiraquell.* Imò nec ſola licentia, ſeu auctoritas Superioris ſufficit, ſed ipſius etiam interuentus, & aſſiſtentia requiritur, vbi Conſilium erit conuocatum, *Barthol. Socin. in l. 1. num. 24. & 25. ff. quod cuiuſque Vniu. nom.* quẽ refert *Nicol. Loſæ. de iure Vniuerſ. par. 1 cap. 3. num. 67.* qui tamen limitat, niſi de ipſius Superioris intereſſe tractetur, quia tali caſu permittitur Vniuerſita-
112 tibus ſine ipſius Superioris licentia, & interuentu conuocare Conſilium, vt ibi per eum, qui ad hoc probandum citat *D. de Sola in decret. fol. 2. num. 4. & facit Paris de Put. trac. de ſyndic. tit. de off. ſyndic. §. pone, num. 3.* & ex cau-
113 ſa licita poſſe conuocari Conſilium ſine licentia Superioris, ſcribit *Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 175. num. 6.*

Verùm *Decian. tractat. crimin. lib. 7. cap. 20. de colleg. illicit. & conuentic. ſub num. 30.* videtur velle etiam in cauſa licita, & honeſta, puta ſi Prætor, & Officialis alicuius loci opprimat ciues, & hi velint conuocare Conſiliũ, vt eligant Oratores ad Principem contra ipſum Prætorem, ſeu Officialem, non poſſe conuocari Conſilium ſine aſſenſu Magiſtratus, & Officialis: debent enim ciues petere aſſenſum, & ſi recuſet, tunc audactèr, etiam ipſo inuito poterunt conuocare, vt ſe ab eius tyrannide tueantur, per ea, quæ idem *Decian. ſcribit in cap. præced. 19. de ſeditioſis, ſub num. 42. & 48. & nos diximus ſupra §. 11. gloſſ. 2. in verb. taxa facienda, nu. 21. & 22.*

114 Et hoc magis procedere puto in ciuibus S. Sedi Apoſtolicæ ſubiectis, qui nullam aliam iuriſdictionem habent, quàm adminiſtrandi res, & bona Vniuerſitatum ſub certa lege in hac Bulla ſuper Bono Regimine præſcripta; & in reſcriptis a Sacra Congregatione iuxta facti contingentiam emanatis; de quibus videtur loqui *Lucas de Pen. in l. 59. ſi quis, num. 1. C. de decur. lib. 10. & Bart. in l. 5. quoties, C. de legation. eod. lib. 10.*

Hi namque ciues quàmuis licitam, & honeſtam cauſam habeant conuocandi Conſilium, attamen ante conuocationem ſi ſuſpectum habeant Superiorem, ſeu Officialem loci, recurrere debent ad ſupremum Principem, quem Sacra Conſulta repræſentat; & in Regno Neapolitano ad ipſum Proregem, per ea, quæ ſcribit *Maſtrill. de Magiſtr.*
115 *lib. 5. cap. 6. num. 232. & 233.* Sacra verò Conſulta, aut Prorex non ſolent huiuſmodi licentias conuocandi Conſilia concedere, niſi auditis ipſis Officialibus in loco reſidentibus, iuxta *Senecæ ſententiam in Medea act. 2. ſcœna 2.*

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Aequum licèt ſtatuerit, haud æquus fuit.

videndi ſunt *Mandel. conſ. 427. Montan. ſuper pragmat. 2. de adminiſ. Vniuer. nu. 265. & ſeq. Cancer. var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 136. relati a Maſtrillo loco cit.*

116 Sed prẹter Superioris auctoritatem, ad hoc vt Conſilium dicatur legitimè conuocatum, neceſſe eſt, vt in loco publico, ſolito, & conſueto fiat, *l. vltima, ibi; in locum Curiæ conuenire, C. de legation. lib. 10. Bart. in l. 2. num. 5. C. de decurion. eodem lib.* qui declarat locum
117 publicum eſſe intelligendum, vbi Officiales habitant, & Curiam tenent; *Theſaur.*

ſtur.deciſ.257.num.3.verſ. quare cum.
118 Et adeo eſt neceſſaria huiuſmodi
conuocatio in loco ſolito, vt etiamſi
omnes homines Ciuitatis eſsēt in pla-
tea, & aliquid ſtatuerent, non diceretur
ille actus ab Vniuerſitate factus, ſed
a ſingulis; ad hoc enim, vt actus ab V-
niuerſitate geſtus dicatur, requiritur,
vt conuocatio fiat more ſolito; *Abb.
viden.in c.cum omnes, n.7.verſ. & vide
gloſſ.de conſuetud.viden. eſt etiā Bart.
in l.omnes populi,num.18. ff.de iuſt. &
iur.Bald.in l.3.num.2. ff.quod cuiuſque
vniu.nom.* vbi limitat, hoc non proce-
dere aliquo interueniente impedimē-
119 to, puta belli, peſtis, vel quid ſimile, re-
latus a *Loſæo de iur.Vniuer.par.1.ca.3.
num.72.*

Et ad rem quærit *Bald.in l.2.num.6.
C.de ſacroſan. Eccleſ.* an poſſit conuo-
120 cari Conſilium in Eccleſia? & in partē
affirmatiuam inclinare videtur, *teſte
Loſæo loco cit.num.73.* & pro hac parte
adducit *text.in §.penult.iunct.a gloſſ.
inſtit.de libert.* vbi legitur, manumiſſio-
nes etiam in Eccleſia fieri poſſe. Qui-
121 bus adde, Eccleſiam nil aliud importa-
re, quàm fidelium collectionem, *diſt.1.
de conſecr.c.Eccleſia, 24. quæſt.1.* Et ab
Auguſto Templa ad hoc cōſtituta fuiſ-
ſe ſcribit *Aul. Gell. lib.14. cap.7.* in hæc
verba. [*In Curia* Hoſtilia, & in Pom-
peia, & poſt in Iulia cum prophana ea
loca fuiſſent, Templa eſſe per Auguſtū
conſtituta, vt in ijs Senatus conſulta
more maiorum iuſſa fieri poſſent, *&c.*]
videndus eſt *Iul. Lauor. de Comitijs
prophanis, tit.1.cap.5.n.9. & alibi.*
122 Quibus tamen non obſtantibus, con-
trarium puto verius, quia Eccleſia do-
mus Dei eſt, & domus orationis, non
autē negociationis, *Matth.21.* & ideo
non ſunt faciendi contractus, nec ſen-
tentia, nec laudum in Eccleſia feren-
dum, vt probat *text. in c. decet, de im-
mun.Eccleſ.in 6.Caſtren.in l.nemo Apo
ſtolorum, num.1.C.de ſacroſanct.Eccl.*
123 Non obſtat, quòd in Eccleſia fieri
poſſit manumiſſio, quia cum hæc ſit
donatio libertatis, inter pias cauſas e-
numeratur, *Tiraq.de priuil.piæ cauſæ,
priuileg.9.in fin.* & ideo nedum in Ec-
cleſia, ſed etiam apud Antiſtitem ce-
lebranda eſt, *l.1.& 2.C.de his, qui in
Eccleſ.manum.* & res ſpiritualis ex hoc
dici poterit; nam aliàs Clericis inter-
124 dicta eſſet; quia ſæcularibus negocijs
nō poſſunt ſe miſcere Clerici, *c.1.& tot.
tit.ne Cleric. negoc.ſæcular.ſe immiſc.*
125 Minus obſtat, quòd Eccleſia ſit col-
lectio fidelium, quia hæc ad orandum,
& laudandum Deum fieri debet, *lib.2.
Reg.cap.12.* ibi. *ſurrexit ergo Dauid de
Terra, & lotus, vnctuſque eſt; cumque
mutaſſet veſtem, ingreſſus eſt domum
Domini, & adorauit, &c. & in Euang.
Matth.cap.21. Domus mea domus ora-
tionis vocabitur.*

Quod autem ſcribunt *Aul. Gell. &
alij*, reſponſione non eget, quia nihil
commune habet ſacroſācta noſtra Re-
ligio cum ſuperſtitioſa gentilium inſa-
nia: imò ab ipſiſmet ethnicis, & gen-
126 tilibus improbatum fuiſſe Comitia cē-
ſualia celebrare in ædibus ſacris, *Va-
ler.Max.teſtis eſt lib.1.cap.1. de relig.* dū
refert, C.Figulum è Gallia Scipionem
Naſicam, è Corſica Romam redeuntes
iuſſu Senatus ſe Conſulatu abdicaſſe;
quia Comitia cenſualia in Templo ce-
lebraſſent: & hunc Valerij locum no-
tatu dignum exiſtimat *Io. Andr.in ad-
dit.ad gloſſ.in c.decet, in verb.parlamē-
ta, de immun. Eccleſ.in 6.* videndus, *&
Maſtrill.de Magiſt lib.3.cap.9. n.14.15.
& alibi.*

Tertiò requiritur, vt Conſilium le-
127 gitimè conuocatum ſit, & vt decreta,
& reſolutiones in eo facta ſubſtineantur,
publica Decurionum, ſeu Conſi-
liariorum vocatio per ſonum tubę, ſeu
campanæ, vocem præconis, vel quid
ſimile, iuxta cuiuſque loci conſuetu-
dinem, & ſtilum; *Bart.in l.2.nu.2.C.de
decurion.lib.10.* addens, conſtare etiam
128 debere de commiſſione facta præconi
a Superioribus, *arg.text.in l.neminem,
C.de exhiben.reis; & idem voluit Io.de
Plat.in eadem.l.2. num.2. & colligitur
ex verbis eiuſdem textus, ibi, ſolemni-
tèr in Curiam cōuocatis, &c. vbi gloſſ.
in verbo ſolemnitèr, exponit, ad ſonum
tubæ, vel campanæ. facit etiam gloſſ. in
c. ſi capitulo, in verb. factam, de conceſſ.
præben in 6.* & de conuocatione cam-
panæ habes *in c.in cauſis, verſ. Capitu-
lum verò, ibi, campanam pulſare fece-
runt, de elect. vbi gloſſ. in verb. campa-
nam, adducit alios text.in c.1.& 2. de
off. cuſtod.* cui iniunctum legitur onus
pulſandi campanam iuſſu Archidiaco-
ni; *viden.eſt Tholoſ.in ſyntag.iur.vniu.
lib.48.cap.2.num.18.verſ. vocatur Col-
legium, & num.19. verſ. per præconem,*
129 *& tubam;* quid autem ſi ſonus campa-
næ, vel tubæ non audiatur, an obliget
nihilominus Decuriones ad acceſſum
in locum ſolitum? vide quæſt. hanc op-
timè

tìmè diſcuſsam *a Pollid. Rip. tract. de*
noct. tempore, cap. 5. de campana, num. 11
& ſeq.
130 Sed numquid campanæ benedictæ
exiſtentes in turribus Eccleſiarum poſ-
ſint ad hunc prophanum vſum adhi-
beri, conuocandi ſcilicet Conſilia lai-
corum? affirmatiuè reſpondit *Rota co-*
ram Seraph. deciſ. 223. Domini dixerunt
per tot.
Et in Romana Republica conuoca-
tio per Cornicines fieri ſolebat, *Nico-*
lao Crucchio teſte, de comit. Roman. lib. 1
cap. 4. pag. apud me 84. ſub litera H. vi-
de, ſi lubet Iul. Lauor. de Comit. pro-
phan. tit. 1. cap. 1. num. 12. qui nulla fa-
cta mentione auctoris, diſtinctionem
quandam *ab Alex. dierum genial. lib. 4.*
cap. 3. poſt med. deſumptam inter Co-
131 mitia, & Conſilia refert; quam etiam
ſcribit *Vigel. ſuper inſt. tit. de teſtam.*
ordin. & Iacob. Spicil. in lexicon iur. ci-
uil. in verb. Comitium.
132 Verùm conuocationem prædictam,
& modo præmiſſo nō eſſe neceſſariam,
ſi Conſiliarij, qui adeſſe debent, ſint
præſentes in loco ſolito, ſcribit *Cra-*
uetta conſ. 4. num. 25. lib. 1. reddens ra-
tionem, quia iſte ſonus tubæ, ſeu cam-
panæ, & vox præconis ſe habet ad in-
ſtar citationis, quæ quidem citatio non
requiritur, vbi citandus eſt præſens, in
iudicio; *Caſſad. deciſ. 2. num. 3. de iudic.*
Beltram. qui multos cumulat ad deciſ.
576. num. 15. Gregor. XV.
Quartò ad validitatem eorum, quæ
133 in Conſilio geruntur, neceſſe eſt, vt præ-
finitus numerus Conſiliariorum inter-
ueniat, *l. 2. & 3. ff. de decret. ab ord. faci.*
vbi Martianus I.C. ita reſpondit. Decre-
ta, quæ non legitimo Decurionum nu-
mero coacto facta ſunt, non valent: &
alia adducit *Theſaur. deciſ. 257. num. 3.*
verſ. quare cum, &c. Et ſi vnus ex Con-
134 ſiliarijs, qui debuit intereſſe, non fuit
vocatus, poterit hic proſequendo cō-
temptum ſuæ perſonæ agere, vt actus
retractetur; quia plus obeſt contemp-
tus vnius, quàm contradictio multo-
rum; *Abb. in c. 1. num. 16. verſ. duo ta-*
men, de his quæ fiunt a maior. par. cap.
per text. in c. quod ſicut, & c. bona, de
elect. & idem Abb. in c. cum omnes, n. 12.
de conſtit. Sed qualitèr, & quomòdo
hæc Abbatis concluſio ſit intelligenda,
vide Ioann. Bapt. Coſt. de facti ſcien. &
ignor. inſpect. 30. num. 8. & ſeq.
135 At Conſiliariorum numerus in vna-
quaque Ciuitate, & Vniuerſitate regu-
laritèr eſt præfinitus, & Conſiliarij in
albo deſcripti, licèt non omnes, qui
deſcripti ſunt, interuenire cogantur
pro neceſſitate actus: exemplum, in
Ciuitate Vrbeuetana deſcripti sūt 120.
patres, verùm ſi adſit medietas nempe
60. ſufficiunt, ex forma tradita *in Bre-*
ui Pij IV. datum Romæ 10. *Decembris*
1565.
Poſtquam verò congregati ſunt De-
136 curiones in ſufficienti numero, ad hoc
vt geſta in Conſilio ſubſtineantur, &
valeant, requiritur, vt maior illorum
pars conſentiat, *l. quod maior, ff. ad mu-*
nicip. l. nulli, ff. quod cuiuſque vniuerſ.
nom. vbi gloſſ. in verb. duæ partes; c. 1. &
ibi Abb. n. 16. de his quæ fiunt a maior.
part. cap. & alia multa cumulat Loſa de
iur. vniuer. part. 1. cap. 3. num. 75. vſque
ad num. 78. Capyc. deciſ. 4. n. 1. & ſeq.
Sciendum tamen eſt, non ſemper
137 ſufficere, vt maior pars conſentiat; nam
cum tria ſint vt plurimùm genera ne-
gociorum, quæ in Conſilijs tractantur;
neceſſaria ſcilicet, vtilia, & volūtaria, in
primis duobus, neceſſarijs, & vtilibus
ſatis eſt, vt maior pars conſentiat: in
voluntarijs autem non ſufficit maior
pars; ſed requiritur, vt omnes expreſ-
sè conſentiant, & ſi vnus tantùm con-
tradicat, actus non valet; *Lap. alleg. 85.*
num. 1. verſ. in ijs enim; Capyc. d. dec. 4.
num. 5. verſ. tertia difficultas, Vincen. de
Franc. deciſ. 2. num. 20. 21. & 22. Rota
Rom. coram Seraph. deciſ. 708. num. 3. &
alij relati a Io. Bapt. Coſta tract. de fact.
ſcien. & ignor. inſpect. 30. num. 8. & 9.
Et ita ego obtinui pro Communitate
Vetrallæ cōtra D. Petrum Broſciottum,
qui obtinuerat a maiori parte Conſi-
liariorum claudere quandam terrarum
quantitatem in præiudicium iuris pa-
ſcendi, quod habet dicta Communitas
in toto eius Territorio; & cum in di-
cto Conſilio tres Conſiliarij contradi-
xiſſent, & ageretur de actu voluntario,
& de conceſſione rei, in qua quilibet
de populo recipit, vel recipere poteſt
commoditatem, & vtilitatem, vt eſt
ius paſcendi eum ſuis animalibus; ideo
Sacra Congregatio die ... Iunij 1636.
cenſuit, conceſſionem Conſilij eſſe in-
ualidam, & reuocandam: ſed quoniam
Broſciottus multùm quidem impen-
derat claudendo dictā terrarum quan-
titatem muro, & erat in quaſi poſſeſſio-
ne prohibendi alijs ciuibus paſcua in
ipſa clauſura, eadem Sacra Congrega-
tio, ad æquitatem vt plurimùm pro-
penſa,

pēſa, dixit, Broſciottum teneri ad refectionem damni, quod ſentire poteſt Vniuerſitas ex tali clauſura pro præterito, in futurum verò concordaret in certa pecuniarum ſumma, & pro concordia fuit commiſſa cauſa Eminentiſs. Cardinali Alexandro Cæſarino tunc Epiſcopo Viterbienſi, ſub cuius Diœceſi continetur Terra Vetrallæ.

Quod autem dictum eſt ſupra, non
138 eſſe neceſſariũ, vt omnes qui deſcripti ſunt in albo Conſiliariorum, interueniant pro validitate actus, intellige verum, quando eſt præfinitus numerus puta ad 60. vel 80. & in albo deſcripti ſunt 100. & vltra, ad hoc vt ſi aliqui moriantur, vel iuſto detineantur impedimento, horum vices alij ſuppleant; nam ſi in aliqua Vniuerſitate ſtatutum ſit, vt omnes deſcripti debeant adeſſe, nec adſit alia numeri præfinitio, ſeu determinatio, tunc niſi omnes interueniant, geſta non ſubſtinentur; ita *Nicol. Loſæ loco cit. num.* 77. *verſ. veritas eſt; per textum in l. nominationum, C. de decurion. lib.* 10. quæ fuit etiam opinio *Bart. in l. omnes populi, num.* 16. *verſ. nec ſufficit, ff. de iuſt. & iur. qui ſic loquitur*; non ſufficere vocatos eſſe, niſi etiam ſint præſentes; *l. fin.* C. *de præd. Decur. lib.* 10. *Theſaur. deciſ.* 257. *num.* 3. licèt de iure canonico, quando
139 Conſiliarij eſſent vocati a Magiſtratu, & Superiore, & ipſi contumaces non accederent, tunc negocia Vniuerſitatum expediri poſſent ab ijs, qui ſunt præſentes: nam mandatum Superioris conſtituit inobedientes in contumaciam, contumacia verò priuat Decuriones facultate dandi ſuffragia; *Abb. in c. cum omnes, num.* 13. *de conſtit. verſ. quia conuocatio, Io. Andr. in c. In cauſis, de elect. Franc. Marc. quæſt.* 785. *num.* 2. ponentes caſum in Conſilio, in quo ſit neceſſarius numerus cētum Decurionum, ſi compareant ſolùm triginta, & alij ſint contumaces, geſta per hos triginta valere dicunt: & addit *Abb. loco cit.* maximam in hoc eſſe differentiam inter Canoniſtas, & Legiſtas, & intellectum *l. fin. C. de præd. decur. ſuper qua*
140 *Bart.* fundat ſuam opinionem, eſſe multiplicem, & obſcurum, & intelligendum in factis, & negocijs grauiſſimis, in quibus non ſufficit conuocare Vniuerſitatem per tabellam, vel campanam, ſed per nuncium, vel per literas: puta, ſi ageretur de mutatione dominij, & domini loci, quo caſu to-
141 tius populi conſenſus exigitur, ita ut vno reluctante, nihil agi poſſit, vt ſcribit *Lap. alleg.* 85. dicens, non potuiſſe Ciuitatem Tudertinam mutare dominium, niſi de omnium conſenſu; ſequitur *Theſaur. deciſ.* 257. *n.* 6. *verſ. his accedat.*

Placet tamen diſtinctio *Abbatis in d. c. cum omnes, num.* 7. *verſ. diſtingue*, vbi reaſſumendo ſententiam *Bart. in d.*
142 *l. omnes populi, num.* 17. ſuper vocatione ciuium abſentium ſic ait: aut qui abſunt, non habent vocem, & hi ſine dubio non ſunt vocandi, *c. quia propter, de elect.* aut habent vocem, & ſubdiſtingue; aut ſunt abſentes ex neceſſitate, aut ex voluntate; primo caſu iterum ſubdiſtingue, aut abſunt ex culpa propria, quia propter delictum fuerunt expulſi a Ciuitate, & non ſunt vocandi, *arg. l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de cap. diminut.* aut ſine culpa propter tyranni timorem non audent ad Ciuitatem accedere, vel regnat ibi pars contraria, & tunc ſiue negocia ſint grauia, vel leuia, ad hoc vt præiudicetur abſentibus, & vt actus valeat, debent iſti citari, vt ſaltem mittant, vel conſtituāt procuratores, *c. quia propter*, §. *illud autem, de elect. c. quanto*, 63. *diſt. Marc. deciſ. Delphi.* 787. *per tot. & deciſ.* 785. *n.* 5. *ad fin.* quando autem abſunt ex ſola voluntate, tunc regularitèr non ſunt vocandi, niſi per generale proclama, *c. in cauſis, verſ. capitulum verò, de elect.* Et adde, hoc verum eſſe, nedum quãdo venire negligunt, ſed etiam quando
143 venerunt, & re infecta receſſerunt; quia paria ſunt non venire, vel non expectare vſque ad finem, *c.* 1. *de iudic. c. certum*, 11. *quæſt.* 3. *Marc. quæſt.* 783. *num.* 3. qui declarat hoc verum, quando inſtaret terminus iuris, vel Statuti; ſi verò inſtaret terminus, alia minor pars non poſſet explere actum, quia maior pars recedendo videtur reuocare terminum præfixum: quando autem duæ partes remanent, licèt tertia re-
144 cedat, non eſt curandum de illius receſſu, quia perinde eſt, ac ſi vocata noluiſſet venire; ita *Marcus d. quæſt.* 783. *in fine, & adducit Panormit. hoc dicentem in c. cum nobis, n.* 3. *de elect.*

145 Sed quæro, Poteſtas, ſeu Officialis fecit conuocare Conſilium ſub certa pęna, & venerunt duæ partes, a quibus potuit expleri negocium, vtrum illi, qui fuerunt vocati, & non venerunt, excuſentur a pœna? & videtur affirma-

tiuè

tiuè reſpondendum, qui ab ijs, qui interfuerunt, fuit legitimè actum, quod agendum erat. Contrarium voluit *Io. de Plat. in l. in filijs, nu.* 4 C. *de decurion. lib.* 10. quia pœna inobedientiæ, qua prius erant alligati, non remittitur, vt
146 ibi per eum, &c. Sed quomodo, & qua ratione anno 1106. qui fuit initiũ Imperij Henrici IV. quo tempore cœperunt Itali quandam libertatem, & dominandi initium ſtabilire, Conſilia fieri, conuocari, & vota, ſeu ſuffragia dari, perbellè docet *Sigon. de Regn. Italiæ, lib.* 10. *in princ. videndus.*

147 Poſtquam verò Conſilium prædictis ſolemnitatibus conuocatum eſt, primo loco proponitur negocium, quod expleri debet, ſecundo conſulitur ſuper eo, tertio capitur reſolutio, & definitur negocium; ex practica, quam docet *Bart. in l.* 2. *num.* 1. *ff. ad Senat. conſul. Velle. & in l. omnes populi,* 2. *quæſt. principali, num.* 16. *ff. de iuſt. & iur. & in l.* 2. *num.* 8. *& ibi etiam Io. de Plat. nu.* 2. *verſ. congregato autem*, C. *de decurion. lib.* 10. *Robert. Maran. in proœm. pract. num.* 7.

148 Negocij autem propoſitio a Superiore facienda eſt, vt indicat *tex. in d. l.* 2. *C. de decurion. & ibi Bart. & Io. de Plat. locis citatis*, dicentes; licèt non conſtet, propoſitionem fuiſſe factam a Superiore, ſi tamen apparet de voluntate Conſilij, non irritatur actus, *l. ſi quod, in fin. C. de legation. lib.* 10. & alia multa congerit *Loſæ. de iure Vniuer. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 88. & idem dicas, ſi propoſitio facta ſit a perſona inhabili, ſeu infami, ſi tamen a Conſilio ſit confirmata, ſuſtinetur, & actus valet; *Iaſ. in l. vniuerſi, num.* 2. *C. de precib. Imper. offer. & alij relati a Loſæo loco citato, num.* 89.

Sed puto in hoc ſeruandam eſſe locorum conſuetudinem, nam multis in locis negocia proponuntur a ſeniori Iuriſperito, vt in patria mea, vel a digniori Conſiliario, & quandoque etiam datur licentia loquendi ob publicam vtilitatem, quo caſu cuicũque ex Conſiliarijs licitum eſt aſcendere Suggeſtũ, ſeu Arrigam, & negocium proponere, ac aliorum ſuffragia exquirere, & actus valet.

149 Secundo loco dantur ſuffragia; qua in re ſeruandus èſt ordo antiquiſſimus vt primo loco ſeniores, qui maioris auctoritatis, & dignitatis exiſtunt, votum, ſeu ſuffragia ferant; *Volater. in philolog. lib.* 29. *ſub tit. Romani Magiſtratus.* ibi. [*In ſententia* verò dicenda is ordo erat, Princeps Senatus primùm a Conſule rogabatur, deinde Cõſules deſignati reliqui præcipuę *exiſtimationis. Lauor. de Comitijs propban. tit.* 1. *cap.* 5. *num.* 12. *Marant. d. proœm. num.* 8. Et ſi plures ſint habentes eandem dignitatem, puta Doctoratus, qui primus laureola decoratus fuit, hic primus votum dabit, *l.* 1. C. *de Conſul. lib.* 12. *Afflict. deciſ.* 1. *num.* 8. *latè Iacob Ben. de priuil. Iuriſconſult. priuileg.* 10. *num.* 7. vbi quærit, quis præferendus, an qui antiquior, & prior dignitatem aſſequutus eſt, & in Collegio
150 cooptatus, an verò qui ętate ſit maior? & ait præferendũ eſſe, qui prior cooptatus: *vide Afflict. d. deciſ.* 1. *nu.* 7. qui hoc idem concludit, exemplo B. Iacobi Minoris, qui licèt maior ætate, cum in Collegio Apoſtolorum ſecundo loco vocatus eſſet, minor eſt appellatus: ſed vide ad ſaturitatem *Maſtrill. de Magiſt. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 16. *& ſeq. & lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 9. *& ſeq.*

151 In Rota verò Romana ſeruatur contrarium, vt ſcilicet primus loquatur iunior ex ipſis Auditoribus; *Roman. ſingul.* 82 cuius rei rationem reddit *Maſtrill. d. lib.* 5. *cap* 4. *num.* 51. ne ſcilicet iuniores formident declinare a sẽtentia maiorum, quod facilè eueniret, ſi maiores primò votum darent; *Tiraq. de iur. primog. in præfat num.* 114.

152 Sed oritur quæſtio, an Doctor expulſus a Collegio, deinde reſtitutus, recuperet locum priſtinum, itaut in ſeſſione, & ſuffragijs dandis præferatur illis, qui medio tempore, & expulſione durante, fuerunt cooptati? & negatiuè reſpondet *Bart. in l.* 2. *ff. de decur.* & colligitur ex verbis ipſius legis; & hanc deciſionem ſeruatam fuiſſe *idem Bart.* affirmat in Ciuitate Bononienſi tempore Romei de Pepulis in quibuſdam Doctoribus, qui fuerunt poſtea reſtituti tempore Legati, ſed non recuperauerunt locum ſuum in Collegio, & primum gradum, ſed habiti tãquam de nouo venientes in Collegiũ.

153 In ſeſſionibus quoque ordo prædictus ſeruandus erit; nam ſicut in Cęlo, qui Deo proximior eſt, is dicitur altius ſedere, ita in terris ille dicitur magis honorari, qui prope Principem ſedet, *gloſſ. in* §. *aliam, & ibi Io. Faber inſt. de bon. poſſeſſ. Maſtrill. d. lib.* 4. *cap.* 14. *per tot. & lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 2. *&* 3. *Tiraq. de nobi-*

*nobilit.cap.*20.*num.*53.Et maior eſt honor ſedere a dextris, quàm a ſiniſtris; *Maranta in d. procem. pract. num.*10. *Afflict. d.deciſ.*1.*num.*8. *& ibi Vrſill.n.* 19.*& ſeq.* dicit conſiderandum, quãdo ſunt plura, & maiora concurrentia; vnde Marchio, & Comes ſimul præfertur Marchioni tantùm, quia priuilegium confunditur priuilegio, & dignitas addita dignitati auget dignitatem; *Bald. in l. ſed ſi miles, in princ. ff. de excuſ. tutor. Boer. in trac. de auct. mag. cur. n.* 113. *Menoch. conſ.*126.*num.*10. Et poſſe implorari officium iudicis ad obtinẽdum locum ſuum in ſedendo, dicit *Faber d.§.aliam verò, inſtit. de bonor. poſſeſſ.* quem ſequitur *Petr. Gerard. ſing.* 33. *num.*3. *Tiraq. de nobil. cap.*20. *num.*56. *& ſeq. & licèt Faber d. loco citato* dicat non poſſe agi actione iniuriarum, ſi inferior non cedat, *per text. in l. iniuriarum actio, §. ſi quis in honoribus, ff. de iniur. & ſim. libel. vbi Bart.* notat,
154 quòd ille tenetur actione iniuriarum, qui facto facit iniuriam, non ille, qui prohibet, ne quis ad honorem promoueatur; *Bald. tamen relatus a Tiraquell. loco cit. num* 58. ſcribit, quòd qui
155 vult ordinem turbare, ten tur actione iniuriarum, & poteſt ei de facto reſiſti, & armata manu; quia nemo tenetur pati iniuriam, & contemptum proprij honoris, *arg. text. in l.*1. *in princ. ff. de poſtuland. & l.*19. *obſeruandum, ff. de off. Præſidis; & Franc. in c. ſignificante, in* 3. *notab. verſ. hinc eſt quod, de appellat.* tradit, pro honorantijs (vt ipſe loquitur) & iuribus incorporalibus, ſeu
156 iuriſdictionalibus dari interdictum vti poſſidetis, ne quis turbetur in ſua quaſi poſſeſſione, vel in ſuo priuilegio; & ad hoc probandum adducit *text. in c.*9. *licèt cauſam, in princ. & fin. de probat. l. ſicuti, §. Ariſto, in fin. l. ſi quis diuturno, in princ. ff. ſi ſeruit. vindicet. Tiraq. locò proximè citato.*

157 Et de Titulatis (vt vocant) in Regno vtriuſque Siciliæ, vbi hi corã Prorege, & in omnibus ſeſſionibus publicis, & priuatis ſedeant in ſellis, & tecto capite loquantur, ad differentiam aliorum, qui ſellam non habent, ſed in ſcamnis ſedent, & nudo capite loquuntur, & ſuffragia ferunt, *Maſtrill.* abundantèr loquitur in *tract. de Magiſtr. lib.* 4. *cap.*13. *num.*169. *& ſeq.* Et de vſu Ciuitatis Barcinonæ, quòd Viri Illuſtres Titulati, & Magnates, vti Regij Conſiliarij Collaterales Domini Regis habent ius ſedendi in ſcamnis tecto capire, ſcribit *Gabriel Berart. de viſit. tẽp. tit. de Decurion. cap.*22. *num.* 11. *& ſeq.*

Et in Ciuitate Vrbeuetana, loco elatiori cum ſtrato (Tapetum vocant) ſedent in ſellis Reuerendiſſimus Dominus Gubernator perſonam Principis repræſentans, Confalonerius, & Conſeruatores Pacis, deinde in ſcamno peculiari Comites, Barones, & Domicelli, è regione iuris vtriuſque Doctores, Duces, & Equites, ſucceſſiuè alij Conſiliarij.

158 Hunc autem ordinem ſedendi, & dandi ſuffragia dupliciter eſſe conſiderandum, & ratione temporis, & ratione qualitatis, itaut ordo qualitatis prior ſit ordine temporis, docet *Caſſau. in cathal. glor. mund. part.*1. *conſid.* 78. *Lucas de Penn. in rub. C. vt dign. ord. ſer. lib.*12. *Gram. deciſ.*1. *num.*2. & ita videmus, Conſeruatores, Antianos, Priores alicuius Ciuitatis, & loci, quãuis nulla alia qualitate, ſeu prærogatiua ſuffultos, ratione tamen Officij, ſeu Ordinis omnibus alijs ciuibus præferri, nobiliori loco ſedere, & primo loco ſuffragia dare: *Maſtrill. de Magiſt. lib.* 5. *cap.*4. *nu.*4.5.6.7. *&* 8. *Menoch. conſ.*126. *num* 20.

Temporis ordo ſeruandus eſt inter
159 dignitate, & munere æquales, itaut inter Conſiliarios, qui prius receptus fuit, alijs ſit præferendus; *c. ſtatuimus, de maior. & obed. c. ſi quis iuſto, ibi, is qui primo, de elect. in* 6. *Maſtrill. loc. cit. num.*9.10.11. vbi ait, illos præferendos eſſe in ſedendo, ſcribendo, incedendo, & loquendo, qui maiorem prærogatiuam habent: & digniores ſunt, vel ratione qualitatis, vel ratione temporis ad officium, *c. Concilia, §. hinc, in fine, verſ. hoc quoque,* 17. *diſtin.* vbi Rauennatenſis Archiepiſcopus poſt Mediolanenſem ſubſcribit ſe illi Concilio a Symaco Papa celebrato.

160 Et hanc temporis qualitatem in vnius horæ ſpatio, imò in vno momento conſiderandam eſſe, docet *gloſſ. in c. duobus, de reſcrip. in* 6. *& gloſſ. fin. in l. ſi ex pluribus, §. fin. ff. de ſolut. & alij relati a Maſtrill. loco cit. nu.*12. qui teſtatur de communi, & aſſignat cautelam, vt de certa hora fiat annotatio.

Verùm in materia præcedentiarum
161 ſeruandam eſſe conſuetudinem locorum, ſcribit *Bald. in c. cum olim, in primo notab. de conſuet.* dum ait, conſuetudo aſſignat loca ſedendi, & non poteſt

teſt præpoſterari; *Menoch. d.conſ. 126. num.3.& conſ.52. num.184. Tiraq. de nobilit.cap.20.num.55.& optimus text. in l.non tantùm, ff.de decur.* ibi. *Nonnunquam etiam longa conſuetudo in ea re obſeruata reſpicienda erit, vbi Bart.* notandum dicit, in honoribus decernendis inſpiciendam eſſe conſuetudinem, & Statuta Ciuitatis; *Maſtrill.loco cit.num.30.concl.3.*

162 Et in ſuffragijs quoque dandis æquã eſſe conſuetudinem, vt eo modo, quo ſedent Decuriones, votum, & ſententiam proferant, *l.1.in fin.ff.de alb.ſcrib. l.ſpurij, §.priuilegijs ceſſantibus, ff.de decurion.Tiraquell.de iur.primogen.in præfat. num.112. & ſeq.Alciat. de præſumpt.regula prima præſum.45.ferè per totam.*

Poſtquam verò lata ſunt ſuffragia, hęc colliguntur, & examinantur pro expeditione negocij propoſiti, *Nicol.Leſx. de iur.vniuer.part.1.cap.3 n.86.* Verùm quia ſuffragia diuerſo modo lata fuiſſe
163 conſtat, ſiquidem Romani aliquando tabellis, quas miniſtri Diſtributores appellati populo ſuffragia inituro miniſtrabant, duas ſcilicet pro quolibet, in quarum altera ſcriptum erat *Vti rogatis*. duabus tantùm primis elementis *V.R.* in altera ſcriptũ erat *Antiquo*, vna etiam litera *A.* vt latè tradit *Roſin.antiq.Rom.lib.5.cap.14.verſ. de ſuffragijs.* At *Alex.ab Alex.dier.genial.lib.3.cap.5 poſt med.verſ.quod apud Romanos, & ibi Tiraquel.* tres fuiſſe tabellas inſinuat, & in eis tres literas græcas inſculptas, quas in latinum verſas ita interpretatur; *A.notam abſolutionis, C. condemnationis, N.L.ampliationis, ideſt non liquet.* Hanc verò dictionem, *non liquet* (quæ hodie etiam ſeruatur in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio) expreſſit quoque *Vlpianus in l. idem Põponius, §.fin. in fin. ff. de recept. arbitr.* Quandoque etiam tabellas punctis tãtùm diſtinctas in ſuffragijs adhibitas fuiſſe, *idem Alex. teſtatur lib.4. cap.3. verſ.nonnunquam alia ſeruata eſt ſuffragiorum ratio*; vbi *Tiraquell.* obſeruat hæc deſumpta eſſe *ex Cicerone lib. 3.de legib.& ex Plin.in 2.epiſt.* Et decreta Magiſtratuum Romanorum tribus modis promulgata fuiſſe, verbo ſcilicet, ſententia, diſceſſione, *ex lib.36.Tit. Liuij collegiſſe ait Volater.in philologia lib.19 in verb.Romani Magiſtr.pag.apud me* 349. Sententiam dicere, pręcipuorum Senatorũ erat; diſceſſio ignobilium, hi enim pedibus ibant, mouendo ſe in locum illius, cuius ſententiam probabant; *hæc Volater.* & confirmat *Alex.ab Alex.dier. genial.lib.4. cap. 11. Sigonius verò initio Imperij Henrici IV.anno ſalutis 1106.de Reg. Ital. lib. 10.in princ.* hac de re verba faciens, ſic ait. [*Suffragia verò* diuerſo modo lata ſunt: interdum enim ſententiæ ſingulorum ſecretò exquirebantur, & a Scribis excipiebantur; aliquando apertè viua omnium voce dicebantur: ſæpè fabis albis, atriſque res permiſſa; nonnunquam diſceſſione, interdum conſurrectione confecta: diſceſſionem verò cum in duas partes diuerſas abire iubebãtur, ac per miniſtrum publicum numerabantur: conſurrectionem, cum alijs ſedentibus alij ſurgere iuberentur: voluntate conſilij cognita decretum pronunciabatur, atque referebatur in tabulas. *hæc Sigonius:*] cuius verba, in ea parte de fabis albis, atriſque videntur etiam ad hæc noſtra tempora multis in locis retenta; & meminit *Bart.in l.omnes populi, num.19. verſ.ſed credo, ff.de iuſt.& iur.* dum quærit, an requiratur ad validitatem actus, vt populus expreſſis verbis conſentiat? & reſpondet; ſi ille, qui negocium in Conſilio proponit, interroget Conſiliarios, ipſi verò iuxta ſtilum ſignis, leuando, ſedẽdo, ſeu fabis albis, & nigris conſenſum præſtent, &c.

Quod autem Sigonius addit, *viua omnium voce, &c.* id etiam apud Romanos in vſu fuiſſe conſtat *ex Liuio lib. 5.decad.3.* quem refert *Tiraquell.ad Alex.dier.genial. lib.4. cap.3.* exemplum affert de Scipione Aphricano, quem vniuerſus populus effuſo ſtudio fauore accenſus Aedilem creauit. Licèt modus hic valde periculoſus iudicatur, cũ a voluntate populi, velut mare, ſempiterna agitatione fluctuantis depẽdeat;
164 & exemplo Domitiani res clarior apparet, qui *Suetonio teſte in eius vita cap.10.* morte affecit Flauium Sabinum, quòd conſularium comitiorum die preco illum non Conſulem, ſed per errorem populi Imperatorem declarauit.

Nec etiam noſtrę Cõgregationi modus hic arridet; præſertim vbi ex forma Bullæ recipiendi, & comprobandi ſunt fideiuſſores oblati a conductoribus gabellarum, & prouentuum Vniuerſitatum: nam, vt ego vidi, & expertus ſum ſemel, atque iterum, mandauit denuò

F con-

conuocari Conſilia, & receptiones, & comprobationes prædictas fieri per ſecreta ſuffragia, vt magis velle ſuum cuiuſque ſit proijciendi in vrnam fabas nigras, vel albas; quem modum a Græcis fluxiſſe notat *Tiraq. ad Alex. dierũ gen. lib. 4. cap. 11. in verbo græcis*; & colligitur *ex Demoſt. in oratione de falſa legatione, poſt med.* dum ait, rectiſſimè prouiſum a Legislatore, vt clam ſuffragia ferantur; & reddit ibi rationem, viden. ſi lubet.

Et licèt qui negocia in Conſilijs ap-
165 probanda proponunt, cauere debeant, ne res, & materias legibus, & ſtatutis contrarias in medium adducant, & quæ Reipublicæ bono aduerſæ ſint, in conſultationem ponant, ad tradita *per Caſtren. in l. 1. nu. 6. ff. ad leg. falcid.* quem refert *Loſa. de iur. Vniuerſ. part. 1. cap. 3. num. 90. Oſaſch. deciſ. 17. num. 8. & 11. & ſancitum legitur in Sixti V. Conſt. 42. Bullar. nou. tom. 2. pag. 545. & in Bulla Boni Regim. §. 12.* Nihilominus
166 ipſi quoque Decuriones, & Conſiliarij antequam vota, & ſuffragia ferant, præcipuè in rebus dubijs, & arduis, cautè, maturè, ac prudentèr negociorum qualitates examinare debent, non autem oſcitantèr, & non ad ſaltum vnius, velut oues, præcipitantèr currere; vt benè docet *Rolan. a Vall. conſ. 90. nu. 56. & ſeq. vol. 1.* ſubdens, Conſiliarijs Ciuitatum, & locorum opus eſſe, vt animo, & mente reuoluant, quod ſcriptum reliquit *Bald. in l. item veniunt, §. præter hæc, & ibi etiam Caſtren. num. 4. ff. de petit. hæred.* dicentes: Quando in Conſilijs proponitur aliquid agẽdum, hoc fieri debet diù, antequam deliberetur; & valdè rationabilia ſunt Statuta, quæ mandant, vt priuſquam aliquid proponatur in Conſilio maiori, diſcutiatur prius in Conſilio minori: prout fieri in Ciuitate Florẽtiæ dicit *Caſtren. loco citato, & Rolan. confirmat d. conſil. 90. num. fin.* quod etiam ſeruatur in Ciuitate Vrbeuetana patria mea, vt res per Conſilium generale confirmandæ, vel improbandæ, examinentur prius coram Confalonerio, & Conſeruatoribus Pacis, vnà cum duodecim ciuibus ad hoc ſpecialitèr vocatis; deinde qui ſenior eſt in Collegio Iuriſconſultorum, res diſcutiendas in Conſilijs generalibus, extendit, ac proponit, per fabas albas, & nigras comprobandas, vel infirmandas.

167 Et quamuis optimũ ſit huiuſmodi diligentias adhibere, nihilominus tenentur Conſiliarij, ſi quid damnoſum, & illicitum ſenſerint, verbis expreſſis impugnare, & contradicere, aliàs inuoluuntur pœnis delicti, ac ſi conſentiant, *Iaſ. in l. quæ dotis, num. 89. ff. ſolut. matr. Marc. quæſt. 962. num. 2. & per tot. vol. 1. Loſa. de iur. Vniuerſ. part. 1. cap. 3. num. 98.* quibus adde *Innocen. & Abb. in c. 1. num. 13. de his quæ fiunt a maior. par. cap.* ibi. *Qui non vult conſentire, debet expreſsè contradicere, aliàs inuoluitur pœna, & peccato.* & hoc idẽ ſcribit *Paleot. de ſacr. Conſiſt. Conſul. par. 4. quæſt. 10. col. 4. litera C.* qui licèt loquatur de Conſiſtorio Papæ, & Dominorum Cardinalium, extendi tamen poſſe ait ad omne Collegium, & Vniuerſitatem; *Felin. in c. nonne, num. 18. verſ. quod vbi, de præſumpt. Alban. ad Bart. in l. Caius, num. 5. 6. & ſeq. ff. de pignor. act.* Sed quid opus eſt Doctorum auctoritate, vbi Princeps ipſe loquitur, & legem fixit? audi verba *noſtræ Conſtitutionis ſuper Bono Regimine in §. 21.*

[*Si quis* coniunctim cum cœteris, ſeu diuiſim, noſtrarũ huiuſmodi prohibitionum, ſtatutorum, ordinationum, iuſſionum, decretorum, mandatorum, voluntatum, aut præceptorum violator, aut tranſgreſſor extiterit, ſtatuimus, vt præter ſuperius expreſſam reſtitutionem, aut ſolutionem, ſeu damni refectionem, ij, qui preeminentia, aut gradu aliquo cœteris Superiores fuerint, niſi pro viribus, id, quod contra hanc noſtram Conſtitutionem attentatum, geſtumuè eſt, impedire tentauerint, ſuumque aſſenſum omnino conſtantèr denegauerint, omnibus, & ſingulis per eos obtentis dignitatibus, gradibus, officijs, muneribus, & magiſtratibus cò ipſo priuati, ac tam ipſi, quã alij inferiores, qui id ſuaſerint, procurauerint, petierint, propoſuerint, aut ipſimet fecerint, vel ab alijs fieri iuſſerint, ad illa, & alia ſimilia, vel diſsimilia in futurũ obtinenda inhabiles perpetuò, & incapaces, ac perpetua infamia, & ignominia notati; & ſinguli eorũ, ſi ſoluendo fuerint, vltra prædictam reſtitutionem, ad duplum eius damni, quod cõmuni maſſæ, ſeu menſæ illatum fuerit, de ſuo reficiendum obligati exiſtant; ſin minus pœna exilij, aut carceris ſaltem triennalis plectantur. Alij verò, qui ſolummodò conſenſum tacitè, vel expreſsè præſtiterint, ſi ſoluendo fuerint,

tantun-

tantundem pecuniarum, quãtum erogatum extiterit, de ſuo perſoluant:ſin autem id propter inopiam præſtare nequiuerint, pœna aliqua corporis afflictiua Superiorum arbitrio puniãtur. Et eiuſmodi mulctarum quarta pars inter eos diuidatur, qui quantum in eis fuerit, contradixerint, ſeque oppoſuerint, vel poſt conſenſum præſtitum, erroris pœnitentes, Superioribus, id primi denunciauerint, *&c.*]

Vidimus huc vſque, primò quid ſit, & vnde dicatur Conſilium. Secundò, quinam poſſint intereſſe Conſilijs. Tertiò, quæ requirantur pro validitate Cõſilij. Quartò, quis ordo ſeruandus in proponendis, & expediendis negocijs ad Vniuerſitates ſpectantibus. Supereſt, vt breuitèr videamus, quid, quæue negocia vt plurimùm in Conſilijs per-
168 tractentur, & expediantur; & hæc ad tria potiſſimùm capita referemus, nẽpe neceſſaria, vtilia, & voluntaria, prout etiam obſeruat poſt alios, quos allegat *Io.Bapt.Coſta in tract.de facti ſcientia, & ignorant.inſpect.30.num.6. & 7.*

169 Inter negocia neceſſaria primo loco ſe offert conſtitutio ſyndici; etenim quia Vniuerſitates æquiparantur pupillis, & minoribus, qui per ſeipſos ſe defendere nequeunt, *l.1.ff. de tutel.* ideo ſicuti pupillis, & minoribus dantur tutores, & curatores, *l.1.& tot.tit. ff.de tutor.& curat.* ita Vniuerſitatibus conſtituuntur, & aſſignantur ſyndici, & actores, qui pro illis agere, & experire valeant, *l.2 & 3.ff.quod cuiuſque Vniuer. nom. l.8. ff. de pollicit. diximus ſupra, §.9.gloſſ.2.in verbo ſyndicus.*

170 Hæc autem ſyndici conſtitutio in Conſilijs facienda eſt, cum expreſſione nominum Conſiliariorum, qui adſunt, præſertim ſi conſtituatur ad alienandũ; *Capic.qui multos cumulat deciſ.4. nu.4. Myſing.cent.3. obſer.18. per tot. qui diſtinguendo procedit iuxta opinionem Oldradi conſ.*100.in Camera imperiali, vt ipſe ait, approbatam, & magis ad praxim *Papienſ. part.1.in forma interlocut.ſuper legitimatione perſonarum, in verb.legitimum procuratorem, pag. apud me 201.& nos multa diximus ſupra §.9.gloſſ.2.in verb.ſyndicus.*

Secundo loco inter negocia neceſſa-
171 ria collocabimus Medicorum electionem; nam vt *Tiraq.ait tract.de nobilit. cap.31.num.395.* tanti medicinam Doctores noſtri faciunt, vt hæc victus, & alimentorum appellatione cõtineatur, ac ſi ſine illa viuere non valeamus, *Bart.in l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, num.9. ff. ſolut. matr. Corn. conſ.286.nu.9.verſ.& eſt aduertendum, lib.3. & alij multi relati ab eodẽ Tiraq. loco cit. adde Gabr.Berart. in ſpeculo viſit. ſæcular. cap.23. num. 49. vſque ad num.55.*

172 Medicorum verò electiones in Cõſilijs faciendas eſſe docet *Vlpian. in l.1. ff.de decret.ab ord. facien.* dum ait: [*Medicorum* intra numerum præfinitum conſtituendorum arbitrium non Præſidi Prouinciæ commiſſum eſt, ſed ordini, ac poſſeſſoribus cuiuſque Ciuitatis; vt certi de probitate morum, & peritia artis, eligant ipſi, quibus ſe, liberoſque ſuos in ægritudine corporũ *committant.*] hæc Vlpianus, & poſt eum *Ripa de remedijs ad conſer. vbertat. num.185.*

Quibus ex verbis tria nobis notanda ſunt. Primum eſt, vt in vnaquaque Ciuitate debeat eſſe præfinitus numerus medicorum, *l. ſi duas, §.minores, ff. de excuſ.tutor. ibi, minores quidem Ciuitates poſſunt quinque medicos immunes habere, maiores ſeptem, maximæ verò Ciuitates decem; vbi gloſſ.* notat, tria eſſe genera Ciuitatum minores, maiores, & maximæ; *vt diximus ſupra §.1. gloſſ.3.verb.Ciuitate.* Et ſeruat etiam hæc Sacra Congregatio, vt medicorum numerus ſit præfinitus, quando ſumptibus, & ſtipendijs publicis ab Vniuerſitatibus conducti ſunt; nec vltra duos
173 regularitèr eſſe ſolent, non ea ratione, qua *Modeſtinus* vtitur *in d.l. ſi duos, §. minores,* nẽpe vt immunes ſint a muneribus, ſed ne Ciuitates vltra id, quod neceſſarium videtur, ſumptibus, & expenſis onerentur.

Secundum, quod nobis *a Modeſtino* notandum proponitur, eſt, vt morum
174 probitatem in medicis requiramus, ibi, *de probitate morum,* quod etiam a Sũmis Pontificibus ſancitum habemus; *Innocentius enim III.in c. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ.* hæc ait. [*Diſtrictè* præcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant, & inducant, vt medicos aduocent animarum, vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum cauſa ceſſante ceſſet effectus: hoc quidem inter alia huic cauſã dedit edicto, quòd quidam in ægritu-

Ff 2 dinis

dinis lecto iacentes, cum eis a medicis ſuadetur, vt de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidunt, vnde facilius mortis periculum incurrunt. Si quis autem medicorum huius noſtræ Conſtitutionis, poſtquam per Prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tandiu ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competentèr. Cęterùm cum anima ſit multò precioſior corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ *conuertatur.*] hæc Innocentius; cuius ſanctionis decretum reaſſumendo, & innouando, *Pius V. in ſua Conſt.3. Bullar. nou. tom.2. pag.* 178. addit vltra pœnas ab Innocentio comminatas, vt perpetuò ſint infames, & a gradu medicinæ, quo inſigniti erant, omnino priuentur, & a Collegio medicorum eijciantur, & pęna etiam pecuniaria Ordinariorum arbitrio, vbi deliquerint, mulctentur; & in receptione gradus Doctoratus, & in concedenda licentia medendi, medio iuramento coram notario, & teſtibus obſeruare promittant contenta in hac Pij V. Conſtitutione, cuius quidem iuramenti mentio in priuilegio, & licentia medendi facienda eſt, quod etiam locorum Ordinarijs oſtendendum erit, prius quàm medici ab Vniuerſitatibus conducti mederi, & infirmos curare incipiant, vt latius *in d. Conſtit.* §. 6. *&* 7.

Et antequam ad medicinæ gradum quis promoueatur, Catholicæ Fidei profeſſionem ab ipſo emittendam eſſe, *Pius IV. edixit in Conſt.*88. §.4. *eodem Bullar. tom.*2. *pag.*128.

175 Inſuper ne medici hebræi ad curandos infirmos Chriſtianos adhibeantur ſanxerunt *Paulus IV. Conſtit.*3. §. 10. *Bullar. nou. tom.*1. *pag.*721. *Greg. XIII. Conſt.*68. *per tot. eodem Bullar. tom.*2. *pag.* 449. Et cum iudæis non habitandum, non manducandum, non medicamentum ab eis accipiendum eſſe, ſancitum habes *in c. nullus.*28. *quæſt.*1. *vbi Archid.* limitat, quando infirmus moreretur, niſi vocetur medicus iudæus; nam attenta huiuſmodi neceſſitate, quæ legem non habet, poterit vocari medicus iudæus; verùm ſi adſit tempus petendi licentiam, hæc peti debet a Summo Pontifice, prout ſeruatum vidi a quodam meo conciue, qui ægrotabat in loco, vbi medicorum Chriſtianorum penuria aderat, & ibidem reperiebatur medicus iudæus magni nominis, antequam ad ſui corporis curationem illum vocaſſet, petijt, & obtinuit licentiam a Summo Pontifice, ne Cenſurarum pœnas incurreret, ſeu magis, vt ſuæ ambiguæ Conſcientiæ conſuleret: nam multi Doctores limitant poſitam regulam, quãdo medici Chriſtiani nõ eſſent pro tali morbo ſufficientèr periti, vel medicus iudæus eſſet notabilitèr doctior, & multa fecerit experimenta; *ita Tabiena in ſum. verb. iudæus, num.6. quæſt.*5. *Felin. & alij relati a Marchin. tract. de bello diuin. par.*7. *cap.*6. *num.*14. *quibus adde Marquard. tract. de iudæis, cap.*7. *num.* 10. Et contra Chriſtianos recipientes medicinas a iudæis exclamat *Ripa tract. de peſte, tit. de remed. ad curand. peſtem, num.*52. *& ſeq. verſ. ego alloquor*; vbi acritèr reprehendit Chriſtianos Aueniionenſes, qui ſui, ſuoſque liberos in infirmitatibus committunt iudæis perfidis, & Chriſtianorum inimicis; nam ſi Chriſtum perſequuti ſũt, credendum eſt, quòd nos etiam perſequentur; & mortem profectò appetit, qui a iudæo ſanitatem exquirit, quia ſine auxilio Chriſti ſe ſanum fieri putat: hæc, & alia ſcribunt *Ripa, & Marquard. loc. cit. Guiliel. de Bened. in repet. cap Raynutius, par.*1. *verb. adiecta im-*
176 *puberi, num.*30. qui ait, iudæis quãtumcumque in arte peritis fidem adhibendam non eſſe; quoniam hoc colore deceptus olim fuit Carolus Caluus Francorum Rex filius Ludouici Pij, & Caroli Magni nepos; qui epota potione a iudæo medico propinata ſibi familiari, & pro excellenti habito, paulò poſt interijt, vt ſcribit *P. Aemilius de rebus Francor. in vita huius Regis, ibi, Mantuæ correptus morbo moritur, accepto veneno a Sedechia iudæo medico, &c.* Et hanc canonicam prohibitionẽ non ſolùm ad medicos, ſed etiam ad chirurgos, & barbitonſores iudæos venas ſecantes, vel applicantes cucurbitulas, vel cliſteria, etiam ad aromatarios, & pharmacopolas medicinas præparantes nonnulli extendunt, quos refert *Marchin. tractat. de bello Diuino, part.*7. *cap.*6. *num.*7. *& ſeq.* licèt ipſe huic extenſioni non conſentiat, cũ hoc non reperiatur expreſsè prohibitum in iure: & ita conſuluit *Roman.*

conſ.

conſ.489. hæc domina Petra, per totum,
gloſſ.in d.c.nullus,in verb. percipiat,28.
quæſt.1. Azor.inſtit. moral.tit.1. lib.8.
cap.12.quæſt.5.& alij ab ipſo Marchi-
no relati loco cit.nu.10. & ſeq. vbi alias
affert limitationes ad poſitam regulā,
ne ſcilicet medici iudæi vocentur a
Chriſtianis; quem vide.
An autem medici Chriſtiani tenea-
177 tur adhibere diligentiam aſſignatam
in c.cum infirmitas,de pœnit, & remiſſ.
& Conſt.3.Pij V. in qualibet infirmita-
te, an verò in periculoſis tantum, *Che-*
rub.iun.ad banc Conſt.ſchol.2. conclu-
dit, in omnes infirmitates, ad quas me-
dici fuerint vocati; & ſi ægroti vltra
diem tertium abſque conſilio Confeſ-
ſarij diſtulerint confeſſionem, non ſunt
amplius a medicis viſitandi; *vt in di-*
cta Conſt.3.§.3.& 4. videndi ſunt Na-
uar.in manual.Confeſſ.cap.25. num.61.
verſ.tertiò peccat; Tolet. inſtit.ſacerd.
lib.1.cap.81.& latè Bonacin.ad 2.Decal.
præcept. diſp.4. quæſt.1.punct.16. 2.pro-
poſ.num.9.10.11.12.13.& 14.
Tertio loco ex eodem Vlpiani re-
178 ſponſo requiritur in medicis peritia
artis. Quamobrem medici volentes
exercere artem in Vrbe, præter Docto-
ratus gradum, peritorū examini ſubij-
ciuntur, & minus idonei reperti a Pro-
thomedico ſuſpenduntur, *ex Gregor.*
XIII.Conſt.40.§.2.Bullar.nou. tom.2.
*pag.*408. ad cuius concluſionis facilio-
rem intelligentiam videnda ſunt, quæ
ſcribunt *Innoc.Felin.& alij Canoniſtæ*
in c.tua nos,de homicid.& alij Summi-
ſtæ pluribus in locis; qui diligentèr exa-
minant quæſtionem, an, & quando me-
dicus peccet mortalitèr, ſi propter im-
peritiam minus legitimè curauit infir-
mum, & ad quid teneatur.
Ex quorum dictis ad rem noſtram
179 colligo, non eſſe attendendas literas
commendatitias Magnatum, & Prin-
cipum, quas frequentèr Vniuerſitati-
bus ſcribunt, vt ipſorum contempla-
tione eligant medicos; nam ſi Princi-
pes iſti ſciunt medicos, quos commen-
dant, eſſe imperitos, non ſunt tuti in
conſcientia, ſi tales medici interficiant
ægrotos propter imperitiam: per ea,
quæ ſcribunt ſupra citati Canoniſtæ, &
Summiſtæ: abſtineant igitur ab huiuſ-
modi commēdationibus, nec Vniuer-
ſitates illas attendant, vel obſeruent;
non enim ſunt attendenda mendicata
ſuffragia, vbi de ſalute propria, & filio-
rum noſtrorum agitur, vt *Vlpianus ait*
in d.l.1. ff.de decret.ab Ord.facien. ibi
eligant ipſi, quibus ſe, liberoſque ſuos in
ægritudine corporum committant: &
pondera dictionem, *ipſi,* quæ non ſolū
eſt relatiua, ſed etiam demonſtratiua
ad oculum; *Surd.deciſ.210.num. fin.&*
notat etiam gloſſ. ibi in verb. eligant,
180 poſſe reprobari medicum a Republica,
quàmuis ſemel probatus fuerit, & ſunt
verba *Modeſtini I.C. in l.vt grádatim,*
§.vltimo, ff. de muner. & honor. quod
etiam *a Gordiano Imper.ſancitum ha-*
bes in l.2. C.de profeſſ. & medic. lib.10.
Decreto ordinis probatos ſi non ſe vtiles
ſtudentibus præbeant, denuò ab eodem
ordine reprobari poſſe incognitū non eſt.
Qui textus licèt diſponat in gram-
maticis, & rethoribus, multò magis
procedere in medicis fauore ſanitatis
obſeruat *Io.de Plat.ibi in princ.* & ita
planè ſcribit *Gabriel. Berart. de viſitat.*
temporal.cap.23.de erogat.bonor. public.
*Ciuit.& rat.red. num.*54. reddens ra-
tionem, quia facta conductione medi-
ci, ſi reperiatur inſufficiens, vel non
examinatus, poterit reprobari; nam
illius maxima culpa eſt immiſcere ſe
officio, quod ignorat, *l.culpa, ff.de reg.*
iur. & cum non poſſit propter imperi-
181 tiam explere ex parte ſua, neque po-
pulus tenetur ei ſalarium ſoluere, quod
promiſit, cum ob cauſam, quæ non im-
pletur, promiſſum ſit, *arg.text.in l.ſed*
& ædes, ff.locati: Et medicus ſemel ap-
probatus, ne vita hominum periclite-
tur, reprobatur, ſecundùm *gloſſ. & ibi*
Bald.in l.ſed & reprobari, §.ſemel, ff.
de excuſ.tut. notat Capyc. deciſ. 178.
182 omnis enim conductio medici etiam
iurata intelligitur ſecundùm naturam
contractus, *arg. textus in l. quæro, §.*
inter locatorem, ff.locat. hæc Berart.
153 . Salaria quoque a Decurionibus in
publicis Conſilijs conſtituuntur medi-
cis, & alijs profeſſoribus, *l.ambitioſa,*
§.fin. ff.de decret.ab ord.facien. Auen-
dag.de exeq.mand. part.2.cap.10. nu.8.
licèt ipſe velit, hanc ſalarij aſſignatio-
nem non eſſe faciendam a ſolis Decu-
rionibus, ſed ab omnibus vicinis, &
habitatoribus Ciuitatis, itaut omnes
conſentire debeant tanquam in re vo-
luntaria. Verùm hodie ſeruatur ferè in
omnibus locis, vt electio medicorum
fiat in Conſilijs, & ille dicatur legitimè
electus, qui duas partes, vel maiorem
partem ſuffragiorum tulerit, vt in ne-
gocijs neceſſarijs dictum eſt. Quod au-
tem attinet ad conſtitutionem ſalarij,
licèt

licèt fiat ab ipſis Decurionibus, nec re-
quiratur licētia Superioris, iuxta *Bart.*
in l. vnic. C. de praben. ſalar. lib. 10. & Petr Gregor. Tholoſ. in ſyntag. 2. part.
lib. 18. cap. 14 num. 4. ex ratione text. in
d. l. vnic. iuncta gloſſ. & in l. medicos, C.
de profeſſ. & medic. lib. 10. attamen in
184 Ditione Eccleſiaſtica propter Bullam
Boni Regiminis requiritur approbatio
Sacræ Congregationis, itaut quolibet
anno in Tabella exprimatur ſalarium
medicorum, & profeſſorum. Quæ pra-
xis iuris aſſiſtentiam habet, vt legitur
in l. vnic. C. de præben. ſalar. lib. 10. ibi;
nulli ſalarium tribuatur ex iuribus
Reipublicæ, niſi ei, qui iubentibus nobis
ſpecialitèr fuerit conſecutus, &c. vbi
Io; de Plat. num. 1. verſ. & ſic nota, dicit,
quàmuis alicui concedatur electio Of-
ficialis publici, non tamen conceditur
ſalarij conſtitutio; & reddit rationem,
ne ſequatur læſio Reipublicæ; licèt ip-
ſe duas afferat fallentias ad poſitam
concluſionem, quarum vna eſt in me-
dicis, quibus Decuriones poſſunt ſol-
uere ſalaria in vim *l. ambitioſa, in fin. ff.*
de decret. ab ord. fac. & facit l. 1. C. de
decret. decurion. lib. 10. Lucas verò de
Penna d. l. vnic. C. de praben. ſalar. nu. 1.
verſ. abſit vt pro modico, exiſtimat, non
ſolùm in medicis, & alijs exercentibus
liberales artes conſtitui poſſe ſalaria a
Decurionibus, ſed etiā quibuſuis alijs:
& ita quoque ſcribit *Berart. de viſit.*
tempor. cap. 23. num. 50. & 51.

Verùm quicquid dicant iſti patres,
nobis ſeruanda eſt Bulla, vt dictum eſt
ſupra §. 8. *gloſſ. 1. in verb. expenſis, n. 15.*
& licèt verum ſit, ſalaria medicorum,
& aliorum profeſſorum conſtitui poſſe
a Decurionibus in Conſilijs, attamen
ſolui non poſſunt, niſi prius fuerint ap-
probata ab ipſa Congregatione Boni
Regiminis, & in Tabellis deſcripta; ad-
de nec etiam augeri, vel minui poſſe,
poſtquā in d. tabella fuerint taxata; vt
in d. Bulla, §. 15. & diximus ſupra §. 2.
gloſſ. 1. in verb. tabella, num. 18.

185 Notandum præterea; ſi ſalarium ſit
conſtitutum a ſolo Conſilio Ciuitatis,
& ab illa ſoluatur, non poterit medi-
cus ſine licentia eiuſdem Ciuitatis re-
cedere ad effectum medendi vicinos,
qui in ſolutione ſalarij nō concurrunt;
Gabriel Berart. & alij ab eo relati d. cap.
23. de erogat. bon. pub. Ciuit. n. 50.

186 Vbi verò ſalaria conſtituta fuerint,
poſſunt illa a medicis peti, & a Com-
munitatibus ſoluenda ſunt, etiamſi in-
firmus noluerit medelam, habuerit
medicum exoſum, & moriatur; *Vrſill.*
ad Afflict. decıſ. 123. num. 2. facit text.
in l. 1. §. diuus Seuerus, ff. de var. & ex-
traord. cogn. ibi, quia per ipſum non
ſtetit, &c. Surd. deciſ. 255. ea opinio, nu.
26. qui rationem reddit; viden. Berart.
loco cit. cap. 23. n. 53. Magon. dec. Floren.
11. per tot. qui loquitur in ſalario con-
187 ſtituto ad certum tempus, ſi infirmus
vtatur medico poſt tempus conuentū
abſque alia determinatione, debetur
tamen ſalarium prius conuentum, &
niſi adſit conuentio, arbitrio iudicis
declarandum eſſe: quæ faciunt ad quę-
ſtionem decidendam, ſi Decuriones
Vniuerſitatum conduxerunt medicum
cum certo ſalario ad annum, quo fini-
to, receſsit medicus, poſtmodum, mul-
188 tis interpoſitis annis, iterum conduci-
tur, nulla facta mentione ſalarij, vtrum
hic medicus debeat habere idem ſala-
rium, quod habuit in prima cōductio-
ne? & affirmatiuè reſpondit *Rolan. a*
Valle tract. de lucr. dotis, quaſt. 75. nu. 4
Menoch. de arbitr. caſu 159. per tot. qui
num. 3. ait, conſiderandum eſſe, ſi me-
dio tempore perſonæ conditionem
mutaſſet, nam ſi factus eſſet valdè do-
ctior, tunc mutari deberet præmium
ſuæ virtutis; *Magon. d. deciſ. 11.*

Verùm ſi diuerſa ſalaria fuerunt cō-
ſtituta, tunc intelligitur reconductus
189 cum ſalario, quod habuit vltimo loco;
Ioſep. Ludou. deciſ. Peruſ. 99. n. 18. par. 2
Barthol. Socin. cōſ. 196. circa præſentem,
per tot. vol. 2. Magon. d. deciſ. 11. Vrſill.
ad Afflict. d. deciſ. 123. num. 3. & num. 4
190 quærit, an medicus, ſeu chirurgus de-
linquentes in officio propter imperi-
tiam ſint puniendi pœna corporali? &
negatiuè reſpondet, per iura ab eo ad-
ducta; & vide *Iul. Clar. in §. homicidiū,*
verſ. item medicus.

At ſi medicus diſcedat ante comple-
191 tum tempus ſuæ conductionis, & per
ipſum ſtetit, quòd tempus non adim-
pleuerit, nihil illi ſoluendum eſſe
ſcribit *Ferrett. de milit. iuſtit. & pœnis*
deſert. infligen. num. 113. vbi idem iuris
eſſe ait in doctore conducto ad legen-
dum, in aduocato, medico, & milite,
l. 1. ff. de var. & extr. cognit. & reddit ibi
rationem *Ferrett.* quia in actu, vbi ho-
nor, & vtilitas publica verſatur, vt in
doctore conducto ad legendum, ſeu
aduocandum, in milite ſtipendiario ad
cuſtodiam Ciuitatis, in medico ad cu-
randos infirmos, vbi vnus caſus poteſt
valere

valere quantum mille, nihil ipſis debe-
tur, ſi diſceſſerint ante tempus, quia
192 nihil videtur impletum, cum aliquid
notabile reſtat implendum, & per eoſ-
dem ſteterit, *arg. text. in l. 13. ſi ita fue-
rit, in princ. ff. de manumiſſ. teſtam. &
l. 1. §. diuus Seuerus, ff. de var. & ex-
traord. cognit.* ſtipendiarius enim con-
193 ducitur propter caſus fortuitos, *vt ibi
per eum.*

Si verò medicus moriatur intra an-
num ſuæ conductionis, an eius hære-
des debeant habere ſalarium totius an-
ni, vide *Doct. in l. diem functo, ff. de off.
194 aſſeſ. Io. Petr. Morl. in empor. iur. par. 1.
tom. 2. quæſt. 28.*

Denique licèt Decuriones, & Con-
ſilium non poſsint concedere immu-
nitates, & exemptiones in præiudiciũ
publici Aerarij, & Fiſci, ex quibus di-
minuantur redditus Communitatum,
*vt dicemus infra, §. 19. gloſſ. 1. in verb.
exemptiones, & immunitates; & iure
cautum habes in l. ſunt munera, ff. de
vacat. mun. l. vacuatis, C. de decurion.
lib. 10. l. 1. & 3. & fin. C. de muner. patri.
& toto tit. C. quib. mun. lice. nemin. ſe
excuſ. lib. 10. Ruin. conſ. 105. num. 1. &
alibi lib. 5. Boer. quæſt. 213. n. 19. Surd.
195 conſ. 278. num. 6. lib. 2.* Attamen ſi me-
dicis concedatur immunitas, ſuſtineri
poterit, *ex l. 1. C. de decret. decur. lib. 10.
l. 1. ff. de decret. ab ord. fac. l. placet no-
ſtra, iuncta gloſ. in verb. parabolani,
C. de epiſ. & cler. vbi Paul. de Caſtr. n. 1.
& 3. verſ. item nota; Alex. conſ. 30. nu. 8.
vol. 5.* & in terminis de immunitate
conceſſa ab Vniuerſitate Vercellarum
medicis, ſuſtinendam eſſe voluit *Sena-
tus Pedemontan. apud Oſaſch. deciſ. 39.
incip. ex actis, num. 14. verſ. contraria
verò, vſque ad fin.* Et perturbantes im-
munitatem medicorum qua pœna pu-
196 niantur, docet *Menoch. de arbitr. caſu
379. per tot. & num. 4.* extendit immu-
nitatem medici etiam ad eius vxorem,
& filios. *& eſt textus apertus in l. me-
dicos, C. de profeſſ. & med. lib. 10.* Et
nedum viuente medico, ſed etiam
mortuo: nam vxor vidua iiſdem gau-
det priuilegijs, *Guid. pap. quæſt. 389.
Ripa de remed. ad conſer. vbert. nu. 214.*
& alia multa de medicis cōgerit *idem
Rip. de remed. ad curand. peſt. in verb.
medicorum auxilio.*

Hactenus de medicis, eorumque ſa-
197 larijs, & priuilegijs, quæ poterunt ap-
tari, & extendi etiam grammaticis, &
alijs Profeſſoribus, quos Vniuerſitates
conducunt, vt obſeruat *Berart. de
viſit. tempor. cap. 23. de erogat bon. pub.
Ciuit. num. 55.*

Aliud exemplum in negocijs neceſ-
ſarijs a Decurionibus in Conſilijs ex-
plendis erit, ſi Vniuerſitas egeat vi-
ctualibus, quæ intra Ciuitatem, & Lo-
ca conducenda ſunt; hoc enim caſu, ſi
198 Vniuerſitas egeat animalibus, nauicu-
lis, curribus, plauſtris, & ſimilibus,
cogere poterit habẽtes huiuſmodi in-
ſtrumenta, & animalia ad illa commo-
danda pro vtilitate publica; *Bart. &
Caſtren. in l. iubemus, nu. 3. C. de ſacroſ.
Eccleſ. Iaſ. in l. Barbarius, num. 27. ff. de
off. Prætor. Tiraq. de pœn. temper. in
præfat. num. 38. 39. 40. & 41. Menoch.
de arbitr. lib. 1. quæſt. 48. num. 9. Lucas
de Penn. in l. 2. nu. 6. C. ne ruſtic. ad vll.
199 obſeq. lib. 11. benè facit l. 1. ff. de muner.
& honor.* vbi munera publica diuidun-
tur in patrimonialia, & perſonalia; &
quæ corporis labore cum ſollicitudine
animi, & vigilantia fiunt, hæc ſunt pro-
priè perſonalia.

Et ſub iſta ſpecie reducuntur eue-
ctiones, quæ fiunt in tranſitu militum,
quo caſu Communitates cogũtur ſub-
miniſtrare animalia, vt vidimus in facti
contingentia annis proximè elapſis, &
etiam anno 1643. quo nonnulli Prin-
cipes Itali non erubuerunt inuicem
coniurare contra Sanctiſsimum Chriſti
Domini Vicarium, & Ditionem Eccle-
ſiaſticam hoſtilibus armis inuadere, in-
cendia, rapinas, deprædationes, & po-
pulationes agrorum committere: itaut
licèt Deum ipſum vltorẽ habituri ſint,
qui nullum malum impunitum relin-
quit, nihilominus quia boni Paſtoris
officium eſt oues ſuæ curæ commiſſas
defendere, luporum rabiem arcere, &
animam ſuam ponere pro ouibus ſuis,
ſan. me. Vrbanus VIII. vt hoſtium no-
ſtrorum ſuperbiam elidat, & eorum
contumaciam proſternat, non ſolùm
precibus, & orationibus apud eum,
cuius potentia in ſua diſpoſitione non
fallitur, quotidie oblatis; ſed etiam ar-
mis, ac militibus vndique collectis,
prædictorum Principum coniurationẽ
diſſoluere, conatus reprimere, S.R.Ec-
cleſiæ iura defendere totis viribus, ſũ-
maque vigilantia inſiſtens, inuitus, &
ſummo animi ſui mœrore compulſus
fuit noua pedagia imponere, & Vni-
uerſitates ſuæ Ditioni ſubiectas varijs
eue-

euectionibus onerare , vt victualia ad
exercitum deferrentur ; & in tranſitu
militum currus, equi, & animalia ſum-
miniſtrarentur.

Verùm nedum tempore belli, ſed e-
tiam pacis hæc eadem neceſſaria ſint,
cum improborum infinitus ſit nume-
rus, nec deſinit, qui ſua ſorte minimè
contenti, aliena malis artibus appeten-
tes, præuaricantium vias ingrediuntur,
iuxta illud

*Vt iugulent homines ſurgunt de no-
cte latrones.*

ad quorum audaciam, & nequitiam
reprimendam, & exturbandam Sūmus
Pontifex milites Corſos, & apparito-
200 res, ſeu birruarios certo ſtipendio con-
ductos habet. & ex taxa inter Vniuer-
ſitates Ditionis Eccleſiaſticæ partita
ſoluuntur; qua in re, vide quæ ſcribit
*Gabriel Berart. de viſitat. tempor. cap.
23. num. 98. & ſeq.*

Quæ omnia nedum noſtro æuó, ſed
etiam antiquiori, & ſub Imperatoribus
Romanis factitatum legimus, *vt toto
tit. C. de curſu pub. lib. 12. & ibi Bart.
Andr. de Barul. Io. de Plat. & alij ſignā-
tèr Lucas de Penna in l. 2. & penultima,
& ſupra d. l. 2. num. 2. C. ne ruſtici ad vl-
lum obſequi.* multa congerit ad præſen-
201 tis negocij cognitionem, & inter cæ-
tera dicit, ſoluendam eſſe mercedem
a Communitatibus, quę pro præmiſſis
animalia, & currus priuatorū capiunt;
itaut etiāſi nulla conuenta ſit merces,
ſoluēda tamen erit, ea ratione, qua lo-
cationes in ſimilibus fiunt, & attendē-
da erit cōſuetudo boni patrisfamilias;
nam permittens vti re ſua, cēſetur per-
mittere eo modo, qualitate, quantita-
202 te, & loco, quibus aliàs eiuſdem rei v-
ſus habitus eſt, *l. 1. §. illud tamen, ff. de
aqua quot. & æſtiua*; itaut ſi quis con-
ducat equum, vt dicitur, ad vecturam,
& illum vltra modum oneret, tenetur
de omni damno, & deterioratione e-
203 qui ex hac cauſa facta; *Bart. & Ioan.
de Plat. in l. vnic. C. ne quid oner. pub.
lib. 11.* qui extendunt etiam ad eos, qui
cum lignis, & fuſtibus percutiūt equos,
nec illis conueniens pabulum, & bla-
dam præbent; & ſequitur *Ripa de peſte,
cap. de remed. ad conſer. vbert. n. 32. Lu-
cas de Penna locis ſupra citatis,* ſubdens
quoad ſolutionem mercedis habere
locum etiam inter conſanguineos, &
fratres, *ex Geneſi cap. 29. ibi, num quia
frater meus es, gratis mihi ſerujes?*

204 quaſi dicat, non: *facit text. in l. excepto,
iuncta gloſſ. vltima, C. locati; & vide
Ripam de remed. præſer. contra peſt. nu.
126. & 127.*

In hac autem ſolutione mercedis
equorum, & curruum, & vtenſiliorum
in euectionibus miniſtratis, ſeruatur,
vt illæ Vniuerſitates, quæ priuatorum
205 animalia, & currus capiunt, integrè ſa-
tisfaciant; ipſæ verò, ne totum ſentiant
damnum, ab alijs Communitatibus eiuſ-
dem Prouinciæ, partitione æqualitèr
facta inter omnes, repetant; *Cyn. in l.
neminem, num. 1. verſ. circa hanc quæ-
ſtionem, C. de ſacroſ. Eccleſ. Natt. conſil.
106. n. 7. per textū benè probantem in l.
2. ff. ad leg. Rhod. de iactu.* Habenda ta-
men eſt ratio diſtantiæ euectionis, vt
notat *And. de Barul. in l. pro locis, C. de
ann. & trib. lib. 10. Franc. a Ponte de
poteſt. Proreg. tit. 1. §. 6. num. 28. 29. &
206 ſeq.* qui ait, militibus non eſſe ſubmi-
niſtranda omnia alimonia ſine pretio;
& idem ſcribit *Parpur. conſ. 428. num. 5
& 27.* addens hoc eſſe contra iuſtitiā,
& a iure prohibitum; *l. 2. & ibi Lucas
de Penn. in ſummario, C. de lucr. Aduoc.
lib. 12.* quinimò Vniuerſitates non te-
nentur vendere militibus victualia mi-
207 nori pretio, quàm vendantur in foro
publico rerum venalium, *l. ſeptem die-
bus, vbi Bart. & Io. de Plat. C. de ero-
gat. milit. anno. lib. 10. Gabriel Berart. de
viſit. tempor. cap. 16. nu. 34.* & in Ditio-
ne Eccleſiaſtica hoc tempore, quo mi-
ſera Italia bellis multis ab hinc annis
vexatur, habes, quid militibus in tran-
ſitu, & quid in ſtatione ſubminiſtran-
dum eſt, ex præſcripta lege Excellen-
tiſſimi D. Thaddæi Barberini tunc Ca-
pitanei Generalis totius militiæ Eccle-
208 ſiaſticæ, & Illuſtriſſimi D. Theſaurarij
generalis D. N. P. *a nobis aliàs impreſſa
in volumine nuncupato, Bolle di Som-
mi Pontefici, Riſolutioni, & Decreti
concernenti l'intereſſe delle Communità
dello Stato Eccleſiaſtico, fol. 272. & ſeq.*
Milites verò quomodo ſe gerere de-
beant erga Communitates, & alios
209 quoſcumque; audiant *S. Io. Baptiſtam
in actibus Apoſtolorum Lucæ cap. 3.
Neminem concutiatis, neque calumniā
faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs ve-
ſtris.* Neque excuſantur, ſi non habent
ſtipendia, quia non ex hoc obligata
ſunt illis bona ciuium; *Purpur. cōſ. 428
num. 27. verſ. non excuſari*, ſcribens,
hoc ex ſententia *Card. Caietani* volen-
tis

tis inſuper, vix admittendam eſſe con-
ſuetudinem, quæ vult, militibus danda
eſſe ligna, & paleas: quia ideo Princi-
pibus datur tributum a ſubditis, vt ſol-
uant ſtipendia militibus; *Purpur. dicto
conſ. 428. num. 28. latè tradit Gabr. Be-
rart. de viſit. temp. cap. 23. a n. 100. vſque
ad num.* 109.

Quod autem diximus, poſſe capi a-
210 nimalia, currus, & plauſtra ad condu-
cendum victualia; amplia concluſionē,
vt ciues non habentes animalia, & cur-
rus, cogi poſſint ad illa emenda, & Rei-
publicæ commodanda; *Bart. & Io. de
Plat. in l. non videtur, C. de muner. pa-
trim. lib.* 10. quos refert, & ſequitur
*Rip. de remed. præſeruati. contra peſtem,
num.* 122.

Amplia ſecundò, vt ciuis cogi poſſit
commodare aſinum, vel equum pro
211 conducendo delinquente mitrato per
Ciuitatem, ſeu raptando ad caudam
equi; *Guliel. de Cuneo, Alber. & Bart. no
tant in l. fin. §. fin. ff. de pignor. act. & l.
2. C. de his qui latr. occul.* quem textum
ad hoc inducit *Ripa loco proximè cit.
num.* 124. & ad probandum, ſubditos
212 compelli poſſe ratione publicæ vtilita-
tis ad conducendum delinquentes ad
carcerem, & pari ratione compelli etiā
poſſe ad conducenda cadauera ad ſe-
pulturam, licèt hanc ſecundam partem
declaret *Ripa*, ſanè, & modeſtè intelli-
gendam eſſe, nempè ſi nullus reperia-
tur, qui ſpontè velit tale officium exer-
cere, nec eſſe cogendas perſonas ho-
neſtas, vel cui hoc ignominioſum eſſet,
ſed perſonas viles, & abiectas; ita *etiā
Bart. Guliel. Rayn. Bald. & alij in l. fin.
§. fin. num. 3. ff. de pignor. act. & repetit
Bald. in l. fin. in fin. C. de execut. rei iudi.*
& extenditur etiam in electione car-
nificis, vt ſit perſona vilis, & abiecta,
& bonum textum ad hoc probandum
exiſtimat *Ripa loco cit. ſub num.* 126. *in
l. vnic. C. de mend. valid. lib.* 10. & addu-
cit etiam, quod legitur in Paſſione
D.N. vbi iudæi angariauerunt Cyrineū
quendam venientem de villa, vt tol-
213 leret crucem Ieſu. Et vilem perſonam
eſſe, quæ dignitate caret, docet *Bart.
in l. tutor, §. tutores, ff. de ſuſpect. tutor.*
Verùm *Alban. in notis ad Bart. d. l. fin.
§. Titius, num. 2. ff. de pign. act.* impium
ſibi videri ait, cogere hominem, qui
eſt finis omnium productorum, *l. in
pecudum, ff. de vſur. & in l.* 11. *ff. de
ſtat. homin.* & qui multoties bonæ con-
ditionis eſt, & famæ, quàmuis dignita-
te careat, hoc tam vile, & horrendum
genus exercitij ſuſcipere; & profectò
nunquam credere, bonum iudicem
tantæ indignitatis auctorem eſſe; qui-
bus enim filiæ illius poſſent vnquam
nubere, qui ad talem ignominiam co-
geretur? quæ vellent eius filijs etiam
honeſtis aſſociari? hæc *Albanus*; pro
cuius opinione fulcienda, vide *text. in
l. 1. & 2. C. ne quis liber. lib.* 11. *licèt Gu-
liel. & Bart.* has eaſdem leges inducant
a contrario ſenſu, vt ſcilicet iudex in
214 ſubſidium, quando ſit vilis perſona,
quàmuis ingenua, poſſit illam cogere
ad ſuſpendendum homines, notat etiā
*Io. de Plat. in d. l. 1. num. 3. verſ. & iſtas,
C. ne quis liber, &c.* confirmat *Maſtrill.
de Magiſt. lib. 1. cap. 30. num.* 84.

Notat etiam magis ad rem noſtram
115 *Io. de Plat. ibi, verſ. in textu*, poſſe De-
curiones cogere viles perſonas ad mū-
dandas latrinas, cloacas, & plateas, qua
in re vide, quæ latè ſcribit *Ripa tract. de
peſt. tit. de remed. præſer. contra peſtem,
a num. 45. vſque ad num. 98. & in ipſo
num. 45.* quærit, ſumptibus, cuius fa-
ciendæ ſint huiuſmodi purgationes,
quem vide, multa enim ſcitu digna re-
fert: *& n. 65.* docet potius de nocte,
quàm de die aperiendas, & expurgā-
216 das eſſe latrinas, & cloacas, ne malus
odor noceat vicinis, quibus compete-
ret actio in factum contra vicinum in
domum ſuam fœtorem immittentem,
*l. 2. §. idem labeo, ver. idem ait ſi odore,
ff. ne quid in loco pub.* & ita ſeruatur in
Vrbe ab illis, qui hanc artem purgandi
latrinas exercent, quos vocant *aroma-
tarios nocturnos*, quia in nocte labo-
rant, & ironicè aromatarios appellant.

Hactenus de negocijs neceſſarijs in
Conſilijs per Decuriones explendis,
etenim quæ dicta ſunt ad ſimilia refer-
ri poſſunt; nunc autem ad negocia vti-
lia tranſeamus: & primo loco quæri-
tur, an Decuriones Vniuerſitatum cō-
uocato Conſilio, in quo maior pars
conſentiat, ſtatuere poſſint, quòd ciues
relictis molendinis, & furnis priuato-
217 rum, vadant omnes ad molendinum
publicum? hanc quæſtionem diſputat
Natta conſ. 106. & 107. videndus; nam
firmat, ſi ſtatutum reſpicit Rempubli-
cam, & fiſcalem vtilitatem, eſſe validū,
ſi verò tendat ad vtilitatem priuatam,
licèt hic fuerit dominus recognoſcens
ſuperiorem, nō eſſe ſeruandum; ſequu-
tus *Bald. in conſ. 410. ſed in meo codice
eſt conſ. 109. incip. quæritur vtrum,*

num, fin. verſ. aut reſpicit Rempublicã, lib.5. Iacob. de S. Georg. ſuper feud. in verb. & cum molendinis, num.3. verſ. ſi ergo, & verſ. in Chriſti nomine; reddens rationem, quia propter publicam vtilitatem, & neceſſitatem recedimus à priuata vtilitate, *l. munerum, §. item, ff. de muner. & honor. l. vnic. circa fin. C. de cad. toll. Roman. conſ.* 310. *num.* 4. qui
218 ait, ratione publicæ vtilitatis poſſunt auferri domus priuatorum, & dirimi, quamuis in obligatione non conſenſerint.

Quod autem diximus, neque dominum recognoſcentem ſuperiorem pro ſui ipſius vtilitate poſſe huiuſmodi prohibitionem facere, vide omnino *Theſaur. dec.* 16. *per totam,* qui ſex ponit ampliationes pro hac concluſione
219 firmanda. Quarum vna eſt; etiamſi per mille annos ſubditi iuerint ad molendinum domini, ſeu baronis, cui hoc etiam fuerit conceſſum in inueſtitura feudi, nihilominus non poſſunt compelli ſubditi ad illud molendinum accedere, quia cum hi fuerint actus merè facultatiui, nullo tẽpore potuerunt præſcribi, *Cyn. Bald. & alij in l.* 1. *C. de ſeruit. & aqua; Natta d. conſ.* 106. *nu.* 9. *Afflict. decij.* 388. *nu.* 3. *in fin. Guid. pap. quæſt.* 298. *per tot. Crauett. de antiquit. temp part.* 4. *§. materia iſta, num.* 98. & rationem reddit *Surd. conſ.* 321. *ex decimo, num.* 24. *lib.* 3. dum ait, monupo-
220 lium eſſe compellere homines ad macinandum in ſuo molendino, *poſt Boſſ. tract. de vnion. & collegat. n.* 7. *verſ. ſtatutum: vt non;* & plura congerit *Surd. in conſ.* 127. *vaſſalli, num.* 81. *& per tot,* qui loquitur nedum in molendino, ſed in furno, piſcatione, & alijs huiuſmodi, quæ a Baronibus prohibentur ſubditis; & poſt eum *Capibl. tract. de baron. ſuper prag.* 14. *cap.* 86. *diſpoſuit, & ca.* 87. *ex eadem, vbi de piſcatione; & venatione, per tot. par.* 2. *viden.*

221 Quæ tamen cõcluſio limitatur, quãdo ſubditi fuiſſent inhibiti, & acquieuiſſent inhibitioni; nam etiam in facultatiuis prohibitione interueniente præſcribentis, & patientia illius, cui prohibetur, habet locum præſcriptio; *Crauett. loco cit. n.* 99. *Guid. pap. d. quæſt.* 298. *n.* 2. *ad fin. Trentacinq. var. reſol. tit. de ſeruit. reſol.* 1. *n.* 5. *vſque ad* 14. *lib.* 1. *Theſaur. d. dec.* 16. *n.* 7. *Natt. d. conſ.* 107 *n.* 2. qui ſubdit, huiuſmodi præſcriptionem eſſe debere lõgi tẽporis, & ſi ante completum tempus fuiſſet contradictum, & reclamatum, ſeu non præſtita patientia, tunc eſſet interrupta præſcriptio; *l.* 2. *& ibi not. C. de ſeruit. & aqua;* nec obſtare, ſi ſubditi contrafacientes præcepto domini, punirentur, quia hoc eſſet de facto, & ſatis eſt ad interrumpendam præſcriptionem,
222 *ibi per eum:* & ratio eſt, quia præſcriptio ex actu violento non acquiritur, *Gabr. tit. de præſcrip. concl.* 1. *num.* 11. & præſcriptio in hac re debet eſſe 30. annorum. *Ioſeph. Lud. deciſ. peruſ.* 106. *n.* 15. *par.* 2. *vide Capiblan. de baron. ſuper prag.* 3. *cap.* 6. *per tot.*

223 Nec ſufficere, quòd duo, vel tres acquieuerint, ſed neceſſarium eſſe, vt omnes de Vniuerſitate prohibitioni palàm factæ non reclamauerint, ſcribit *Capyc. deciſ.* 209. *num.* 28. *&* 29. *Capiblan d. prag.* 3. *cap.* 5. *nu.* 13 *& alibi; Camill. de Larat. in theſ. feud. part.* 11. *dilucidat.* 93. *num.* 4. *& ferè per tot. & in alijs præcedentib. dilucidation.* ſatis abundè pertractat hanc materiam molendinorum, & furnorum; *& vide Abb. conſ.* 18. *primò quòd Communitas Auxim. num fin. verſ. nec iudicio meo, lib.* 2.

224 Si verò dubitetur de acquieſcentia, & patientia, onus probandi incumbit domino illam alleganti, *l. ab ea, ff. de probat. Rolan. & alij adducti a Theſaur. in d. deciſ.* 16. *num.* 8. qui ait ita etiam *fuiſſe aliàs iudicatum a Senatu Pedem. de anno* 1582. *menſe Februario;* & ita etiam contra actorem non probantem ius prohibendi fuiſſe pronunciatum *per totum Conſilium Neapolit. dicit Afflict. deciſ.* 388. *num.* 6. *&* 10. vbi vult,
225 quòd in his rebus incorporalibus requiratur, & allegetur titulus.

Sed omittamus Barones, & ad Vniuerſitates reuertamur, quæ poſſũt Sta-
226 tutum condere, vt ciues omnes eant ad molendina publica, & ne aliquis noua conſtruat; *Iacob de S. Georg. trac. de feud.* §. *& cum molendinis, num.* 3. *verſ. quid dicendum, Boſſ. tract. de regalijs, n.* 41. *verſ. & per Iacobinum;* qui licèt loquantur de prohibitione eundi ad molendina priuatorum, idem dicendum videtur in ædificatione, & conſtructio-
227 ne noui molendini, ſi militet eadem ratio publicæ vtilitatis; facilius enim impeditur actus, dum fit, quàm deſtruatur iam factus; *l. patre furioſo, cum ibi notatis per Iaſon. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Theſaur. d. deciſ.* 16. *n.* 13 *verſ. ſextò ſequitur, Oſaſc. b. dec. Pedem.* 17.

17.*num.*5. *& melius* 15. qui concluſionem hanc declarat, habere locum, quãdo ineſt vtilitas publica in vniuerſo, licèt damnum aliquod paruum particularibus ſubditis inferatur; attamen tale ſtatutum, ſiue decretum, veluti ex iuſta cauſa factum valet, & tenet, *vt ibi per eum latius*; nec eſſe conſiderandum, quòd molendinum particularis ciuis recipiat minora emolumenta ex conſtructione noui molendini Communitatis, ſcribit *Alberic.in l. ſi manifeſtè, in fin.C.de ſeruit.& aqua*, quem refert *D. a Ponte, de poteſt.Proreg. tit.* 10.*diuerſ. prouiſion.§.*2.*pariter non poteſt, num.*6 *& ſeq.* & hoc fortius procedere, quando Communitas præueniſſet in cõſtructione molendini, ſeu furni, vel hoſpitij, cum facultate, & priuilegio exercẽdi datium panis, vini, & carnium, quia tunc poſſet alijs prohibere, ne denuò alia molendina, ſeu furni conſtruantur; ita *Bapt.Coſta tract. de fact. ſcient. vel ignor.cent.*1.*diſt.*3. *num.*7.*poſt Cephal. conſ.*357.*vol.*3. *reprehendens Surd.in conſ.*127. qui contrarium voluit, reddens rationem, quia de facili eluderetur priuilegiatus; & addit, poſſe etiam
228 prohiberi, ne quis nouam tabernam aperiat, & hederam appendat, quando per conſuetudinem longæuam quis tenuiſſet hoſpitium ſolus: *Marc.deciſ.*38. *num.*4. *& ſeq.part.*2. *Clar. §. feudum, quæſt.*30. *verſ. benè verum, & illi addent. verſ. poſſet tamen*; *Couar. in reg. poſſeſſor malæ fidei, in* 2. *par. relect.* §.4. *num.*7.*verſ.quæſi tres*; & melius *num.*8 & alij adducti *ab ipſo Coſta diſtinct.* 3. *num.*8.*& ſeq.*

Verùm quod Ciuitas non poſſit facere Statutum, per quod directè, vel indirectè ciues cogantur ire ad molendinũ ipſius Ciuitatis, relictis alijs priuatorum, conſuluit *Anchar.conſ.*298.*n.*3.*verſ.quibus non obſt.* quem refert, & ſequitur *Gratian.diſcept.for.cap.*89.*nu.*14. & pro hac opinione benè ſcribit *Surd.d.conſ.*127.*a num.*17.*verſ.horum, vſque ad fin.Honded.conſ.*84. *num.*58. *lib.*2.

229 Quæ quidem concluſio maximè extenditur, & procedit in Eccleſia, & perſonis Eccleſiaſticis, *vt tenuit Collegium Bonon.inter.conſ.Anchar.*12.*Couarr.d. d.reg. poſſeſſor. loco proximè cit. Anch. conſ.*155.*optimis rationibus, num.*9. *& alibi*; quem refert, & ſequitur *Gramm. deciſ.*100.*num.*13.*&* 14.*Mar.Antonin. var. reſolut.lib.*1.*reſolut.*65. *per tot.* qui loquitur de quodam Edicto promulgato ab Vniuerſitate Cairi, vt omnes de illa Vniuerſitate irent ad molendinum ipſius Vniuerſitatis, & ait non valere in præiudicium Eccleſiæ habentis aliud molendinum in eodem loco, quia per indirectum læditur libertas Eccleſiæ; *Rolan.a Vall.conſ.*22.*num.*19 *verſ.ſeptimò, & vltimò, lib.*2. *Hyppol. Rim.conſ.*81.*dubitatur ex pluribus, nu.*14.*&* 15. *lib.*1. Et qui contrarium attentarent, inciderent in pœnam excõmunicationis, de qua in Bulla Cœnæ Domini, *ad tradita per Fran. Leon. in theſau.fori Eccleſ. part.*3.*de excom.cap,* 3. *num.* 81. *& fuſius num.* 113. *& ſeq. Mar.Anton.loco cit. num.*15. *& nu.*16.
230 ponit caſus, ex quibus Vniuerſitas poſſit excuſari ab huiuſmodi incurſu Cenſurarum, quã in re vide etiam *Nauar. conſ.*9.*N.habens, per tot.de ſent.excom. lib.*5.*facit Surd.conſ.*2.*num.*22.*& ſeq. & in deciſ.*326.*num.*73. *vbi conſuetudo excuſat à culpa*; *Tiraq. de pœn. temper. caſu* 42. *per tot. Gabr. com. opin. lib.*7, *concl.*8.*num.*19.*Couar. tamen in d. reg. poſſeſſor, in* 2.*part. relect.* §.4. *num.*7.
231 *verſ.hinc planè*, vbi ex pluribus firmat, Statutum Vniuerſitatis arctans accedere ad molendinum ipſius, nullo modo obeſſe molendinis Eccleſiarum; imò nec etiam laicorum, *ex Anchar. conſil.* 298.*num.*3. *verſ.quibus non obſtan. facit Surd.conſ.*127.*num.*17.*verſ. horum tamen*: verùm *num.*8.declarat conclu-
232 ſionem, ſi iuxta temporis, & publici ſtatus conditionem regimini publico, & ipſi Communitati, cuius pars eſt ipſe Clerus, maximè conueniat hoc Statutum, ſitque omnibus laicis quidem, & clericis vtile, non propter redditus maiores ipſius Communitatis, ſed aliã ob cauſam, quę vniuerſum hominum illius ſocietatis cõiunctum ſpectet; fortaſſis hoc ſtatutum admittendum erit etiam in præiudicium Eccleſiarum habentium molendina; cum conueniat ita fieri, ne illa Ciuitas graue detrimẽtum omnibus in vniuerſum nocens patiatur: *Hæc Couar.* ſubdens ita intelligendam eſſe deciſionem, *Bart.in l.cũctos populos, in* 5. *quæſt.num.*28. *& ſeq. C.de Sum.Trin.& Fide Catholica*; quæ communitèr reprobatur, ſed in pluribus caſibus ſaluari poſſe, ſcribit *Felin. in c.Eccleſia S.Mariæ, num.*81.*verſ.opinio tamen Bart. de conſtitut.* vide quæ congerit, nihil determinans *Vincen.de Franch. deciſ.*380. *Vniuerſitas Montis*

Sani, per tot. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 4. cap. 18. de edictis baronum, a n. 25. vſque ad 37. Et quoad opinionem Couarruuijh æc omninò reprobanda eſt, cum tale ſtatutũ ex defectu poteſtatis nullo modo ligare poteſt clericos, prout cẽſuit *Sacra Congregat. Immun. in cauſa Firmana 19. Nouembris 1630.* vbi fuit allegata declaratio conformis ipſius Sacræ Congregationis Boni Regiminis; iuxta votum *Eminentiſs. Cardin. Corradi, & dixit Rota in Maſſafren, 21. Iunij 1591. coram bo. me. Card. Hieronymo Pamphilio.*

Dicitur etiam negocium vtile, ſi ab Vniuerſitatibus, ſiue eius Decurionibus inſtituantur nundinæ, & mercatus: quæritur propterea, an Conſiliarij poſſint huiuſmodi nundinas, & mercatus inſtituere ſine licẽtia Principis? Et hęc
233 quæſtio diſtinguenda eſt. Si Conſiliarij prætendunt hęc inſtituere cum immunitatibus, & franchitijs a gabellis, ſolui ſolitis per conducentes merces ab vno in alium locum, vtique non poſſunt; vt notant *Scribentes in l. 1. ff. de nundin.* & Vniuerſitates non poſſe cõcedere immunitates, & exemptiones *dicemus infra S. 19. gloſſ. 1. de immunit.* quia hoc eſt de reſeruatis ſupremæ poteſtati, *Theſaur. decis. 264. n. 2. Natta conſ. 512. num. 5. Reſtau. Caſtal. de Imper. quæſt. 110. priuileg. 100. pag. apud me 203. Menoch. conſ. 302. nu. 31. Tholoſ. in ſyntag. lib. 25. par. 3. cap. 3. per tot. & alij adducti per Maſtrill. de Magiſt. lib. 3. cap. 10. num. 11. & 14.* vbi ait, Principes concedere immunitates omniũ vectigalium, & gabellarum mercatoribus venientibus ad nundinas pro cõmuni populorum vtilitate, vt legitur *in l. vnic. & notant ibi Bart. Bald. & alij, C. de nundin. Fran. a Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. de mercat. §. 2. in princ.* ſubdens hoc etiam prohibitum eſſe Baronibus in ſuis Terris. Verùm prædicti Doctores omnes videntur loqui de nundinis præcipuis, & ſolemnibus, quas ſolùm vulgus nundinas appellat; in alijs verò non ſolemnibus, quas mercatus appellamus, non eſſe neceſſarium priuilegium Principis, ex *Baldo, & Nicol. de Mattarel. in d. l. vni. C. de nund. & in l. 1. ff. eodem,* vt colligit, & notat *Reſtaur. Caſtald. de Imper. loco cit. & affert bonum textum in l. annua, §. 1. ff. de annu. leg. ibi, dies nundinarum, quas ibi poſui:* hæc enim ſunt verba priuati hominis, qui legatũ fecerat, & aſſerit poſuiſſe nundinas, quas mercatus appellandas eſſe dicit *Reſtaur.* & hos adeſſe in Oppido Caſæ Caſtaldæ ſemel in hebdomada die Martis: & in Vrbe veteri die Sabbati, ac ferè in omnibus Ciuitatibus, & Oppidis aſſignata eſt in hoc certa dies, & habetur ratio, ne ſub eadem die cadant in locis vicinis, ne alter alteri ſit præiudicialis, & damnoſus, & ne fiant ad æmulationem, per ea, quæ notat *Gail pract. obſer. lib. 2. obſer. 69. num. 24. & 25. Theſaur. deciſ. 264. nu. 4. verſ. aduertendum tamen:* In quibus quidem mercatis nõ videtur neceſſaria Principis licentia, ſeu priuilegium, cum ſit de iure gentium, vt homines ſimul conueniant in vno loco mercandi cauſa; *l. 1. §. conuentionis, ff. de pac. Tholoſ. in ſyntag. lib. 25. cap. 3. num. 5.* qui ponit differentiam in-
234 ter nundinas, & mercatus, vt hic dicatur locus, & dies deſtinatus vendendis rebus forum venale certis diebus deſeruiens cum modico priuilegio: nundinæ verò dicantur ſtati dies in Locis, & Ciuitatibus certis, mercandi cauſa liberè cõceſſi, cum immunitate a Principe data vectigalium, ſeu gabellarum, & pedagiorum, *d. l. vnic. C. de nundin.* ex quo textu colligit *Marc. quæſt. 268. num. 2.* nundinas eſſe debere liberas de iure communi. Et fieri poſſe mercatus ſine Principis licentia, apertè ſcribit *Theſaur. d. deciſ. 264. num. 4.*

Imò poſſe a Decurionibus, & Offi-
235 cialibus compelli ruſticos, vt conducant victualia ad vendendum in mercatis intra Ciuitatem, *l. 2. ff. de nundin. vbi Caliſtrat. I. C.* probat *ex Platonis ſententia lib. 2. ſeu dialog. 2. de Repub.* ad hoc, vt Ciuitates benè, beatèque habitari poſſint, neceſſarios eſſe huiuſmodi negociatores: verba autem Platonis e græco in latinum ſic vertit *Alciat. lib. 4. diſpunc. cap. 8.* [*Pluribus* igitur agricolis, & alijs artificibus, & miniſtris opus eſt, qui importent, & exportent ſingula, ſunt autem hi mercatus: cum autem ruſticus aliquid horũ, quæ ipſe facit, vel aliquis alius artifex in forum defert, ſi non eodem in tempore veniat, quo & illi, quibuſcum eſt permutaturus, ceſſabit ab opere in foro conſiſtens? minimè verò: ſed ſint, qui cum hoc animaduertant, ſeipſos ad hoc miniſterium *præparẽt, &c.*] & hæc verba potius ad mercatus, quàm nundinas eſſe referenda obſeruat *Theſaur. loco proximè cit. verſ. & de mercatis;*

Ant.

Ant.de Burgos in repet.c.quod hoc.n.22 de empt. & vend. Petr. de Aucnd. de exeq.mand.part.1.cap.19.num.35.verſ. & vt ſit vbertas.

236 Ex quibus ſatis probatum putamus, Decurionum ordinem, ſeu Conſilium non poſſe inſtituere nundinas cum immunitate vectigalium, & gabellarum; ſed ſolùm mercatus, qui a iure gentiũ ducunt originem; cum illorum finis præcipuus ſit vtilitas ſocietatis humanæ, ad tradita per *Tholoſan.d.cap.3.n.9* ex quo quidem auctore nonnulla ad rē noſtram facientia breuitèr deſumere, & enarrare placuit.

Primum eſt, vt duo genera perſonarum in nundinis, & mercatis interue-
237 niant, vnum ruſticorum, & habitantiũ, aliud eorum, qui illis miniſtrant, qui euehunt, & inuehunt ſingula, vel vtilia, vel neceſſaria, ex prædicta Platonis ſententia.

238 Secundum, mercaturam eſſe vtiliſſimam, quando nimia lucri cupiditas a mercatoribus abſit, vt ſcribit *Cicero lib.1. officior.* & mercatoribus, qui res venales, & neceſſarias ad quotidianum hominum vſum, & victũ expoſuerunt, pretium moderari poſſe, & moderationem vendendis mercibus adhiberi, *poſt multos ab ipſo Tholoſano relatos, ſcribit Stracca de merc. part.4.num.51.*

239 Tertium, non omnes mercatus nundinæ dici poſſunt; ſed omnes nundinę mercatum habent, vt dictum eſt ſupra; facit *deciſ.53.Delphin.apud Marc.nu.1. 2.3.& ſeq.*

Quartum, priuilegia nundinarum non ſolùm perſonas ad eas venientes, ſed etiam res in loco, & tempore nun-
240 dinarum euectas, & inuectas comprehendunt, *d.l.vnic. C. de nundin.* & in multis Ciuitatum Statutis legitur; itaut durantibus nundinis, & quibuſdam diebus præcedentibus, & ſubſequentibus nemo moleſtetur, nec conueniatur pro cauſis ciuilibus, *ad notata in Auth. vt non fiant pignor. Bart. Bald. alijque relati a Maſtrill de Magiſtr.lib.3.cap.10.nu.18.& in Vrbe veteri habes Statutũ lib.1. rubr.* 47. quo ſancitum eſt, tempore nundinarum, quæ fiunt ter in anno, immunitatem circa perſonas, & bona durare per octo dies ante, & totidem poſt tempus aſſignatum nundinis: *& Bart. in l.vn ff.de nundin.* notat, hoc tempore repræſalias committi non poſſe.

Quintum, non ſunt exercendi mer-
241 catus, & nundinæ diebus feriatis in honorem Dei, *c.eijciens, diſt.* 88. *c.& hoc diximus, 26.quæſt.7.& lib.2.Eſdra cap.vlt.*legimus. *Quæ eſt hæc res mala, quam vos facitis, & prophanatis diem Sabbati?* & vide *Concil.Triden.ſeſſ.25. de regul.cap.12.Steph.Quarant. in ſum. Bullar.verbo, dies feſtus,* qui ponit differentiam inter nundinas priuatas, & publicas; & quoad publicas refert *Decretum Sacræ Congregationis Concilij* editum occaſione nundinarum, quæ fiunt in Ciuitate Recanatenſi, ex indultis, & auctoritate Sum. Pontif. tenoris, vt infra. [*Præceptum* de Dominicis, & feſtiuis diebus ſanctificandis, & obſeruandis ſub pretextu mercatuũ, nundinarum, & feriarum nullatenus eſſe violandum. Cęterùm his diebus licere Agaſonibus, & alijs iumentorum vectoribus, ſeu mercium conductoribus, baiulis, & alijs huiuſmodi ſeruientibus, ac miniſtris ſarcinas, & onera nundinarum cauſa exonerare, & deponere, inceptumque iter, Miſſa tamen prius audita, tranſeundo proſequi, & continuare; Non autem debere ſarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum; neque mercatoribus, aut alijs ciuibus, & viatoribus ijs diebus etiã clauſis apothecis merces vendere, emere, aut aſportare licere, niſi tantùm ad victum neceſſaria, aut alia minuſcula, & modici momenti opera iam conflata, & elaborata, pro tranſeuntium hoſpitum, aduenarum, & exterorum vrgenti, & præſentanea neceſſitate, & opportunitate. In quo partes erunt Epiſcopi propoſitis edictis prouidere, vt in primis hi feſti dies debita obſeruatione colantur, ſimulque populorum eò confluentium neceſſitatibus, quantum ſine Diuina offenſione fieri poteſt, conſulatur. Quoad iudicia autem, quę Dominicis, & feſtis diebus ſilere debent, id obſeruari poterit, quod iure communi permittitur in quibuſdam vrgentibus caſibus, qui moram, & dilationem non patiuntur. In quibus, & alijs iuriſdictionem Conſulum nundinis præpoſitorum concernentibus, Cõſtitutiones, & Summorum Pontificum, ſi quæ habent, priuilegia, & allegatum Breue fel. recor. Pij V. ſeruanda eſſe *ſtatuit.*]

242 Sed huiuſmodi Decretum habere locum in nundinis publicis, nõ autem priuatis, nedum *Steph.Quarant.*, *ſed etiam Gratian. deciſ.Marchiæ,21,nu.20,*

deter-

determinant: In priuatis verò nundinis, non obſtante conſuetudine, tam de iure communi, quàm ex Decreto eiuſdem Congregationis Concilij licere Epiſcopis illas prohibere, ijdem authores affirmant; adducentes exemplum in Archiepiſcopo Neapolitano, qui prohibuit nundinas, ſeu mercatus, qui de conſuetudine antiqua celebrabantur in Ciuitate Neapoli in feſtiuitatibus S. Mariæ V. Annunciatæ, & Spiritus Sancti, & cum a præfato Decreto Archiepiſcopi fuiſſet habitus recurſus ad dictam Sacram Cõgregationem per Præpoſitos, ſeu Magiſtros dictarum Eccleſiarum, reſpondit, licuiſſe Archiepiſcopo talem prohibitionem facere; *vt in d. deciſ. Marchiæ, num.* 17. & meminit *Franc. a Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 10. §. 2. *nu.* 10. licèt ipſe dicat, huiuſmodi nundinas fuiſſe de recenti introductas, & nulla aderat legitima præſcriptio, aut conſuetudo, quæ in his attenditur: ſunt enim hæc ad honorem Dei, & ideo quàmquam rigida ſeruanda, dum Põtifex omnium ſpiritualium dominus ſic mandat.

In alijs verò diebus feriatis, non ex præcepto Eccleſiæ, ſed ex deuotione loci particularis, *Sacra Congregatio Epiſcoporum ſub die* 2. *Maij* 1581. ita reſcripſit Epiſcopo Placentino. [*Viene* preſuppoſto a queſta Sacra Congrega-
243 tione, che per occaſione della feſta, e della fiera, che ſi fa il giorno di S. Fermo nel Caſtello di Carpineto di coteſta Dioceſe, quella Chieſa vien molto frequentata con deuotione, e con tante elemoſine; onde ſi troua così beno ornata, e finita di fabriche, e paramẽti, che il Viſitatore Apoſtolico non ne vidde vn' altra in quel contorno meglio inſtrutta, & adobbata: Ma perche il medemo Viſitatore fece ordine, che nõ vi ſi faceſſe più la fiera in quel giorno, ſi dolgano quei popoli, che il luogo, & anche la Chieſa ne patiſce molto; e perciò ſi domanda la moderatione di quel Decreto. Sopra di che hauendo fatto queſti miei Illuſtriſſimi Signori matura deliberatione, hanno riſoluto, poiche quel dì non è veramente commandato dalla Sãta Chieſa, che andiate tollerando ſino a nuouo auuiſo la detta fiera; hauendo però buona cura, che non vi ſi faccino nel reſto coſe indecenti: che la Congregatione mai ſentirà bene, che per qualſiuoglia emolumento, che veniſſe alla Chieſa, ne riuſciſſe ſcandalo, o dishonor di Dio. E per fine ſtate ſano. Di Roma li 2. Maggio 1581.]

Hæ literæ deſumptæ fuerunt ex regiſtro literarum Sacræ Congregationis Eminentiſſimorũ, & Reuerendiſſimorũ DD. S.R.E. Cardd. negocijs, & Conſultationibus Epiſcoporum prępoſitę fol. 66. & in eodem regiſtro fol. 151. ſub die & anno infraſcriptis, habes etiam ſequentes literas Epiſcopo Fanenſi directas, in quibus videtur permiſſum aliquid etiam diebus feriatis de præcepto Eccleſiæ. [*Ha inteſo* queſta Sacra Congregatione, che eſſendo ſtato ſolito per il paſſato farſi coſtì la fiera il giorno di S. Patrignano, e di S. Bartolomeo, pare, che V. S. di preſente per l'honor di Dio, e de' ſuoi Santi faccia qualche difficultà di permettere, che ſi faccia in quelli giorni ſteſſi, rimettendola in giorni feriati: & a queſti miei Signori Illuſtriſſimi è piaciuto il buon zelo di V. Signoria; ma eſſendoſi conſiderato il danno, che può riceuer la Città, e li poueri, che vanno a tal fiera, che non poſſono andare in giorni feriati, è parſo alle Signorie loro Illuſtriſſime, cho poſſa permetterſi li giorni ſteſſi di feſte; purche ſi faccia doppo il Diuino Offitio della mattina; e di tãto m'hanno ordinato ne ſcriua a V. S. rimettendo però il tutto ſempre alla prudenza, e pietà ſua. Et io per fine me li offero di cuore, e raccõmando, di Roma li 30. Giugno 1587.]

Ad rem verò quærit *Franc. Marc.*
244 *quæſt.* 268. *num.* 1. an hic dies feſtus cõputetur in numero dierum, in quibus eſt conceſſa immunitas? & an die, quo non exercentur nundinæ propter feſtũ poſſint exigi pedagia? & relinquit cogitandum; quia hic articulus adhuc erat ſub iudice; licet ex deductis per eũ videatur inclinare, non poſſe exigi pedagium, cum ſit opus ſeruile; *c.* 1. *& fin. & toto tit. de ferijs*, *l. fin. C. eodem*; vbi expreſsè leguntur prohibitæ exactiones, ibi, *nec vllis exactionum vexationibus prophanari; & in d. c.* 1. *de ferijs*, prohibentur nundinæ, & mercatus, ibi, *vt in eis mercatum minimè fiat*: & cum exactio pedagiorum ſit acceſſoria ad nundinas, & mercatus, ſi prohibetur principale, nec acceſſorium ſuſtinendum erit, *c. acceſſorium, de reg. iur. in* 6.
245 Tamen quia pedagiũ propriè eſt præſtatio, quæ fit a tranſeuntibus pro perſona, vel rebus, quæ vehuntur, aut por-

portantur, *gloſſ.in c.26. ſuper quibus, in verb. pedagia, de verb. ſignific.* tranſitus verò perſonarum fiat etiam diebus feriatis, ſi omittatur exactio, redditus fiſci detrimentum patientur, cōtra id, quod diſponitur *in l. publicas, C. de fer.* & quando res eſt tempore peritura, permittitur etiam diebus fe-
246 riatis in honorem Dei incumbere operi ſeruili, *c.licet, & ibi Scribentes, de ferijs*; tu tamen cogita, quia cum *Frāciſco Marco d.quæſt.* nihil declaro.

Quoad aliam verò partem quæſtionis, an dies feſtus computetur in numero dierum nundinis aſſignatorum? puto negatiuè reſpondendum, non ſolùm ex vulgata regula, *dies termini non computatur in termino, gloſſ.in c.ſtatutum, in verb.numerandum, circa fin.de præben. & ibi Scribentes, l.134. Anniculus, ff.de verb ſignif.* verùm etiam, quia impeditus impedimento publico, & neceſſario non incidit in pœnam, *l.2. §. 2. ſi quis municipalis, ff. ſi quis cautionibus, & in §. ſimili modo, ibid.* habes, impedimentum ſuperueniens facto magiſtratus dat exemptionem reo; & alia ad rem congerit *Lazar. in can.quæſt.ſeu de monitor.ſect.2.quæſt.1. num.4.& ſeq.*

247 Aliam quæſtionem non iniucundam ponit *Gratian. diſcept.forenſ. cap.802. caſus propoſitus*, videlicet, ſi quis in die mercati habeat tres partes pedagij, alius autem quartam partem in die nundinarum; ſi occurrant eadem die mercatus, & nundinæ, quomodo ſit facienda diſtributio pedagij? & poſt *Bart.& Alber.in l.vlt.in fin. ff.de offic. Proconſ.& alios Doctores ab ipſo Gratian. relatos* concludit: ſi ex quantitate, & qualitate exactionis pedagij dignoſci poterit, quæ facta fuit intuitu mercatus, illam habebit, qui mercatus portiones aſſequi debet; alia verò pars dabitur habēti priuilegium nundinarū *Imol.in l.qui ſolidū,n.3. verſ vlt.adducit, ff.de leg.2. Bald. in l.qui habet, n.2. verſ.quæro modò ſecundùm quod ſtatutum, ff.de tutel.Gratian. ibi num.*10. 13.14 15.*& 16.*

248 Sextam; loci etiam, & temporis certitudo, atque ordo ſi adhibeatur in nundinis, multæ excluduntur fraudes; ideo *inter leges Longobardor. lib.3. tit.*16. ſancitum habes; *mercatum nullo loco haberi, niſi vbi antiquitus fuerit, & legitimum ſit*. Poſſe autem Principē de vno ad alium locum trāsferre mercatum, ſcribit *Theſaur.d.deciſ.264.n 3. verſ. poteſt enim, poſt Lucam de Penn. in l.1.num.3.verſ. videtur probabilitèr, C.ne ruſtic.ad vll.obſeq. lib.11.* qui ita diſtinguit: aut locus eſt habilis, & nemini oneroſus, aut non; primo loco nō eſt transferendus; ſecundo autem, etiamſi per longum tempus fuerit celebratus, poſſe transferri, non obſtante etiam præſcriptione, & ita fuiſſe iudicatum affirmat *Theſaur. loco citato*. Et
249 poſſe Principem auferre nundinas iam conceſſas alicui Oppido, quàmuis illas per longum tēpus exercuerit; etiamſi excedat hominum memoriam, ſcribit *Natta conſ.511.& 512.in cauſa mercati, ſeu nundinarum Pontis ſturæ*, quā opinionem ſequutus fuit *Senatus Pedemont.apud eundem Theſaur. dicta deciſ.264.* quia cum hoc ſit de regalibus Principis, præſcribi non poteſt, *Franc.a Ponte de poteſt.Proreg. tit.10. §.2, num.10.* qui ita in Ciuitate Neapoli iudicatum fuiſse dicit ab Archiepiſcopo, & ſententiam a Summo Pontifice confirmatam.

Verùm vbi adeſset præſcriptio, & nulla hominum memoria in contrarium, alitèr dicendum putat *Alciat. conſ.208. alias eſt conſ.24. tom.2. lib.5. per tot.Cephal. conſ.342. lib.3. Crauett. conſ.640.* quos refert *Addens ad Theſaur. d. deciſ. 264.* Imò *Theſaur.* ipſe non diſſentit, ſi præſcriptio cum titulo a Principe conceſso proceſſit; & hoc etiam colligi poſse videtur ex *textu in d.l.vnica, C.de nundin. ibi, vel veterum indulto*. Ex indulgentia enim inducitur regularitèr præſcriptio; vnde *Abb. c.cœterùm, num.5. verſ.idem videtur, de iudic.* ait, iuriſdictionem poſse præſcribi; *& Corne.conſ.268.in hac, num. 24.*
250 *& 25.vol.4.* firmat, iuriſdictionem quæri ex conſuetudine; & licèt *Bart. in quodam eius conſ.189. primò quæritur, num.10.& alibi*, dicat, iuriſdictionem non præſcribi per vtentem illa, tamen admittit, quòd perdatur per non vſum illius, qui antea vtebatur, ſpatio 30.vel 40.annorum; *l.ſicut, l.omnes, l.cum notiſſimi, C. de præſcript.30.vel 40.ann.* vt latius apud ipſum *Corn.loco cit.n.25 & alia adducit Aeneas de Falcon. in addit.ad Abbat.in d.c.cœterùm, num.5. litera C.in verb.præſcriptione.* Et tamen ſcimus, omnem iuriſdictionem a Papa, vel Imperatore pendere, *c.mandata, de præſumpt.cū alijs adductis per Hier. de Mont.tract.de finib.cap.11. n.4.*

Poteſt

251 Poteſt etiam Princeps prohibere, ne
certa Natio accedat ad nundinas, vt
euitentur ſcãdala, *Tholoſ.in ſyntag.iur.
vniu lib.25.cap.3. num.6.* qui ponit e-
xemplum in Anglis, & Britãnis prohi-
bitis accedere ad nundinas Galliæ, &
ita ſancitum eſſe ab ipſis Regibus affir-
mat. Et habes ad rẽ *Honor. & Theod.
ſanctionem in l.4.& l.fin.C.de commerc.
& mercat.* qua prohibentur, ne impe-
rio ipſorum ſubiecti vltra certos fines
mercari, & ad nundinas accedere va-
leant.

Aduertendum quoque putat *The-
252 ſaur.d.deciſ.264.ſub num.4. & 5.* ne
ſimiles mercatus, & nundinæ fiant eo-
dem, vel eiſdem diebus in duabus Ci-
uitatibus, & locis vicinis ad decẽ mil-
liaria, quia alter alteri per concurſum
noceret, & ſi hoc in facti contingentia
eueniat, qui prior eſt tempore, pote-
rit a Principe, vel a ſuperiore Magiſtra-
tu obtinere, vt alteri inhibeatur per
regul.in l.qui prior, ff.de iudic.

Si verò petenda ſit licentia a Princi-
253 pe conficiendi nundinas in aliqua Ci-
uitate, vel Oppido Regni Neapolita-
ni, ſeruanda erit formula tradita a
*Franc.de Ponte tract.de poteſt.Proreg.
tit.10.§.2.num.2.* Nos verò in Eccleſiã-
ſtica Ditione habemus duplicem viã,
ordinariam vnam, aliam verò extraor-
dinariam; hæc ita practicatur: Porri-
gitur memoriale, ſiue ſupplicatio S. D.
N. Papæ, qui per literas in forma Bre-
uis expediri mandat facultates, & licẽ-
tias cõficiendi nundinas; quod vtique
facere poteſt, quia iùs ſuum nec quid-
quam alienum concedit, cum priuati
in hoc nihil habeant, *vt idem D. de
Ponte obſeruat loco cit.num.3.per textũ
in l.nullus, ff.de reg.iur.& l.3.§.is ta-
men, ff.de lib.hom.exhiben.*

Via autem ordinaria erit, vt propo-
natur in Auditorio Cameræ Apoſtoli-
cæ, & cauſa committatur alicui ex Re-
uerendiſſimis Dominis Clericis, cita-
to R.P. D. Commiſſario generali eiuſ-
dem Cameræ pro ſuo iure, & intereſſe,
quia agitur, vt diximus, de conceden-
da immunitate a ſolutione vectigaliũ;
quæ quidem vectigalia, vt ſcribit *Cice-
ro pro lege Manilia,* ſunt nerui Reipu-
blicæ: vbi verò Commiſſarius Cameræ
nihil releuans in præiudicium Fiſci de-
duxerit, quàmuis adſit, vel adeſſe poſ-
ſit priuatorum incommodum, non
attenditur, quia Princeps in huiuſmo-
di cõceſſionibus ſuo vtitur iure, *l. flu-
minis, §. fin.& l.proculus, ff.de damno
infect.l.in meo fundo, ff.de aqua plu.ar-
cen.* Et dummodo non adſit damnum
emergens, non attenditur lucrum ceſ-
ſans, *vt idem Franc.a Ponte* ſcribit *loco
cit.num.4.5.& ſeq.* ponens exempla
in molendinis, tabernis, furnis, & ſi-
milibus, quę licèt ex noua conſtructio-
ne præiudicent alijs habentibus huiuſ-
modi redditus, tamen quia præiudi-
cium ſolùm eſt in lucro ceſſante, non
attenditur; *Alber.in l.ſi manifeſtè, in
fin.C.de ſeruit.& aqu.; Bart. Bald. &
Iaſ.in l.quominus, num.33.& ſeq.ff. de
flumin.vide Burſatt.conſ.41.num.5.&
alibi, Marc.Ant.de Amatis dec.120.n.2.
Surd.conſ.321.num.21.*

Et pro conceſſione nundinarum via
ordinaria, facit *And.Gail, pract.obſer.
li.2.obſer.69.regulariter, n.24.& 25.* dũ
ait, Imperatorem nunquã conſueuiſſe
concedere huiuſmodi licentias, & pri-
uilegia nundinarum, niſi prius auditis
Ciuitatibus, & Pagis adiacẽtibus, quo-
rum intereſſe poteſt, ne fiant ſcilicet
ad æmulationem.

Vbi verò conceſſæ ſunt nundinæ, &
254 mercatus, ſi per decennium non exer-
ceantur, amittitur priuilegium, *l.1.ff.
de nundin.ibi, nundinis impetratis a
Principe non vtendo qui meruit, decen-
nij tempore vſum amittit,* vbi gloſſ. vlt.
rationem reddens ſic ait; *quia impetra-
tio nundinarum eſt in præiudicium
vniuerſorum;* quæ quidem ratio mul-
tis non placet; ideo *Tholoſ. in ſyntag.
iur.vniu.lib.25.cap.3.nu.9.* aliam affert,
quia ſcilicet tanquam inutiles, nec cõ-
modũ afferentes iure ciuili extinguun-
tur; *Hier.Gabr.conſ.126.num.1.& vlt.
& ferè per tot.lib.1.Franc.autẽ a Pon-
te de poteſt.Proreg.loco cit. nu.13.* ſcri-
bit, non extingui priuilegium per de-
cennium, ſi in eo ſint appoſita verba
denotantia perpetuitatem, puta, *ſem-
per, vel perpetuò; Rimin.conſ.388.n.20.
lib.1.Io.Garz.de Hiſpan.nobilit.gloſſ.1.
num.79.* & an præſcriptio 30.vel 40.an-
norum intelligatur ſublata per verba,
ſemper, & quandocumque, docet *Tiraq.
de retrac.cõuen.gloſſ.2.§.1.Couar.var.
reſol.cap.3.Surd.deciſ.2.*

Et ex his inferri poterit ad alia ne-
gocia vtilia in Conſilijs pertractanda,
perficiendaque. Aggrediamur nunc
tertiam, & vltimam ſpeciem negocio-
rum, quæ voluntaria dicuntur.

255 Negocia voluntaria dicuntur, quæ
voluntatem, & conſenſum omnium,
quorum

quorum intereſt, vel intereſſe poteſt, requirunt; nec ſufficit, vt maior pars conſentiat, *vt diximus ſupra num.137 verſ. ſciendum tamen eſt*: exemplum colligi poteſt *ex D. Lapo in ſua alleg.* 85. dum ait, non potuiſse Conſilium Ciuitatis Tudertinæ mutare dominū,
256 ſeu dominium, niſi de omnium ciuium conſenſu, quia in ſimilibus mutationibus dominorum totius populi conſenſus exigitur, itaut vno reluctante nihil agi poſſit, *Angel. Cagnol. & alij adducti a Theſaur. deciſ. 257. num.4. & 6. verſ. bis accedat, Capyc. deciſ.4.n.5. ver. tertia difficultas.*

Secundum exemplum negocij voluntarij erit in confirmatione Officialis finito tempore, itaut vno tantùm diſsē-
257 tiente confirmatio non teneat, *textus in §. ſi verò nondum, Auth. de defenſor. Ciuitat. ibi, niſi cuncta Ciuitas, reluctante nullo, elegerit eum, &c. Rip. de remed. ad conſeru. vbertat. num.21.* qui loquitur de cōfirmatione Theſaurarij, ſeu Depoſitarij Ciuitatum, & Vniuerſitatum; & dicit *textum in d. Auth.* eſse vnicum in iure; *Franc. deciſ.2. num.21.* quod eſt notandum pro illis Ciuitatibus, & Locis, qui habent electionem Officialium, & finito tempore petunt confirmationem, vt hæc non intelligatur conceſsa, niſi tota Ciuitas nemine reluctante conſentiat, vt in iuribus ſuperius adductis: & tenuit *Rota Romana coram Seraph. deciſ.708. fuit dubitatum, an actus, nu.3. & aliàs coram Rubeo die 4. Maij, 1582.* adde *Roman. in ſing.669. ad eligendum,* qui ait, in electione Officialis ſatis eſse, vt maior pars Decurionum conſentiat, ſed in confirmatione requiritur, vt fiat nemi-
258 ne diſcrepante; confirmat *in ſuo conſ. 352. quæritur primo, nu.11. & ibi Mandoſ. in l.1. & idem Roman. ſingul.96. heri fui interrogatus, & illi Addentes; Auguſ. Caput. de regim. Reip. cap.12. n.11 & 12.* & hoc idem videtur dicendum in remiſſione, & condonatiōne ſyndicatus alicui iudici facienda, vt hæc fieri non poſſit a maiori parte, nec etiam a toto Conſilio in præiudicium illorū, qui fuerunt grauati, & dederunt petitiones in ſyndicatu, quia hoc eſſet donare rem alienam inuito domino: faciunt, *quæ dicuntur infra in 6. exemplo ſub num. 262,* & ponderanda eſt *Bulla 25. Clem. VIII. Bullar. nou. tom.1. pag. 593* in materia ſyndicatus: & optimè faciunt, quæ ſcribit *Loſæ. de iur. vniu. par 3. cap.3. num.7. & 8. & alibi.*

Tertium exemplum negocij voluntarij, in quo requiritur conſenſus om-
259 niū nemine diſcrepante, erit in conceſſione nouellandi, ſeu faciendi clauſuras, ad effectum plantandi vineas, oliueta, & ſimilia in locis, vbi Vniuerſitas habeat ius paſcendi, quia neque domini poſsunt reddere ad culturam agros, & tollere paſcua in præiudicium Vniuerſitatum; *Brun. conſ.109. num.8.* quem refert, & ſequitur *Hieron. de Monte tract. de finib. cap.6. num.14. Petrus de Auend. tract. de exeq. mand. par. 1. cap.13. num.9. Rota coram Mantica deciſ.97. num.1. & per tot.* & ita obtinui *in Sacra Congregatione Boni Regiminis ſub die .. Iunij 1636.* pro Terrigenis Terræ Vetrallæ contra D. Petrum Bruſciottum, *vt diximus ſupra n.137.* & alia vice pro Communitate Viterbij contra nonnullos ciues, qui fecerant clauſuras, vt ſupra, in præiudicium iuris paſcendi ad ipſam Ciuitatem ſpectantis in toto ſuo Territorio, ex antiquiſſima conſuetudine, & confirmatione Summi Pontif. Pauli III. cum clauſulis ampliſſimis, vt in eius literis in forma Breuis expeditis Romæ ſub die 22. Aprilis, ſeu nono Kalendas Maij 1544. præuia etiam reuocatione cuiuſdam conceſſionis per importunitatem a quibuſdam ciuibus antea ſub 17. Kal. Septembris 1535. ab eodem Pontifice extortæ; *Capiblan. de Baron. prag. 11. num.117. & alibi.*

Quartum exemplum erit, ſi Vniuer-
260 ſitas mediatè ſubiecta S. Sedi Apoſtolicæ voluerit ſubijcere ſe diſpoſitioni, & acceptare Bullam ſuper Bono Regimine; non enim Vniuerſitates Baronū, & mediatè ſubiectæ coguntur ad Congregationem Boni Regiminis agendo accedere, vt diximus aliàs: & ideo ſi aliquis ex dictis Vniuerſitatibus, ciues, & terrigenæ vellent, non ſufficeret, etiamſi eſset maior pars; ſed requiritur conſenſus omnium, nemine reluctante, cum hæc ſit ſpecies ſubiectionis, vt dictum eſt ſupra in primo exemplo. Et ita ſeruatum vidi cum Vniuerſitate Leprignani, quę ſubeſt in temporalibus Monachis S. Pauli de Vrbe Ordinis Sācti Benedicti; cū enim homines huius Vniuerſitatis vellēt acceptare Bullam, & Monachi exciperent, hanc eſse voluntatem quorundam, ſed nō omium; ideo fuit a Sacra Congregatione Boni Regiminis illuc trāſmiſsus vir eximius

Io.Baptiſta Spada tunc Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus, eiuſdem Congregationis Secretarius, poſtea Sacræ Conſultæ, inde Almæ Vrbis Gubernator, & Canonicus Vaticanus; deinde verò Vrbani VIII. in negocijs Status Eccleſiaſtici concernentibus a Secretis, & Patriarcha Conſtantinopolitanus, demum inter ſacros Vaticanos Purpuratos Patres, Vrbe plaudēte cooptatus, & Ferrariēſi Legatione auctus, qui ſingulorum voluntatem exquireret, prout fecit, conuocato Conſilio per capita domorum, vt in arduis fieri ſolet, & quando agitur de intereſſe ſingulorum ad tradita *per Purpur.in conſ.*428. *nu.* 84.*& alibi;& conſ.*488.*num.*14. *& ſeq. Natta conſ.*215.*verſ.ſecus ſi ex cauſa merè voluntaria,Theſaur.deciſ.*254.*n.*4 *& alij ab ipſis relati*, a quibus colligenda ſunt alia exempla de negocijs voluntarijs, in quibus vna ſaba nigra impedit actum, *Corn.conſ.*224.*cōſiderata forma, num.* 14. *verſ. Franc. de Piſis, vol.*4.

261 Quintum exemplum eſſe poterit, ſi dominus, vel baro voluerit vendere, & alienare Caſtrum, Oppidum, vel Ciuitatem; cum enim in hoc verſetur vtilitas, vel damnum ſingulorum ſubditorum, & vaſallorum, requirendus erit etiam conſenſus omnium, & non ſufficiet maioris partis, ad tradita *per Feli. in c.dilecti,num.*1.*verſ.hominibus inuitis,de maior. & obed.* *Capel. Tholoſan. quæſt.*485.*Hieron.de Monte tract. de finib.reg.cap.*11.*num.*12.*Marcabrun.ab Anguill.conſ.*55.*tria ſunt, num.* 35. *&* 36.*Purpur.conſ.*548.*mouentur,num.*94 *& alibi,Curt.iun.de feud.part.*6.*quæſt.* 2. *num.* 3. qui tamen limitat, quando dominus eſſet coactus ob aliquam neceſſitatem vendere, *arg.l. patronus,& l.medicus, ff.de oper. liber.* Quapropter cum ſubditi teneātur ſubuenire domino in neceſſitate poſito, *Curt.iun.de feud. par.*4. *princ.n.*8.*&* 9.*& alij multi ab eo relati*; ideo ſi ex iſta cauſa imponenda ſit collecta ſuper bonis poſitis in territorio illius Ciuitatis, vel Caſtri, tunc requirendus eſt conſenſus etiam forenſium, qui poſſident bona in dicto Territorio; *Theſaur.& alij ab eo relati d.deciſ.*257.*num.*4.*& eſt caſus ipſius deciſ.* in qua tamen Senatus determinat contrarium, *vt ibi ſub num.*9.

262 Sextum exemplum erit in donatione facienda aliquo Principi, vel Cardinali, vt habui in facti contingentia pro Ciuitate Viterbij, quæ donauit ſcuta ſex millia Cardinali Scipioni Cobellutio eius Ciui, & alia ſex millia donauit Ciuitas Veliterni, cum ad Sacram Purpuram, & inter Vaticanos Senatores aſcitus eſſet ſuus Ciuis, in ſubuentione expenſarū, quæ maximæ ſunt in receptione pilei rubei; hoc enim caſu ſi imponenda eſſet collecta, nedū requirendus eſſet conſenſus ſingulorum, qui collectandi eſſent, *ad tradita per Corne.conſ.*127.*primo aſpectu, per tot.lib.*2 *& alij adducti a Theſaur. d. deciſ.*257. *num.*4.*ſed in Eccleſiaſtica Ditione propter Bullam Boni Regiminis hoc expreſsè probibentem in* §. 14. requiritur etiam expreſſa illius derogatio a Summo Pontifice petenda, prout petita fuit in præmiſsis, & alijs caſibus huius generis.

263 Denique cum certa ſit concluſio, a-
liud eſſe Vniuerſitatem, aliud ſingulos
de Vniuerſitate, *l.*1.§.*ſi autem collegiū,*
ff.ad S.C.Trebell.vbi Bart.Socin.Ripa,
& alij relati a Nicolao Loſæo, de iure
264 *Vniu.part.*5.*num.* 28. *& part.*3. *cap.*3.
*num.*8.*& alibi*: vbicumque agatur de
intereſſe ſingulorum, requirendus erit
eorum conſenſus, nec ſufficit maioris
partis; *Purpur.conſ.*428.*num.*84. *verſ.*
*& ita cum agitur, Alex.conſ.*44.*num.*5.
*vbi de communi, lib.*2.*Auguſt.Caputaq.*
*tract.de regim.Reipub.cap.*1.§.2.*nu.*87.
265 qui limitat concluſionem in Vrbibus,
& Vniuerſitatibus populoſis, vt non
procedant allegata, ſed ſufficit, quòd
adminiſtratores Reipublicæ vel in par-
lamento generali decernant, quod
maior pars, vel duæ partes voluerint,
*Gurz.in gloſſ.*3. §.2. *num.*9. *de nobilit.*
ab eod.Caput.relatus. Secundò limitat,
ſi Vniuerſitas faceret aliquid ex magna
neceſsitate æris alieni, vt ſe ſubleuaret;
tunc debet attendi ſanius, & vtilius
conſilium, & liceret locare paſcua, &
alia deſtinata pro ciuibus, etiā aliqui-
bus diſſentientibus; *arg.l.*1.*C.com.ſeru.*
*manum.Franc.in terminis deci.*197.*n.*9
& alibi, optimè facit Nicol. Loſæ.de iur.
*vniu. part.*3.*cap.*3.*num.*10.

Et ita vidi ſeruatum cum Ciuitate Vrbeuetana, quæ cum eſset grauata magno ære alieno ſcut.71832. fuerunt impoſita quædam noua vectigalia ſuper vino minutatim vendēdo, & ſuper alijs rebus, & applicata ad certum tempus emolumenta quædam *delle Podeſtarie nuncupata*, ſpectantia ad ipſos ciues, quorum aliqui licèt diſsentirent,

ſacra

ſacra tamen Congregatio Boni Regiminis, attento maiori, & ſaniori numero, decreuit acceptandam eſſe oblationem Dominorũ Laurentij Gauotti, & Ambroſij Puteibonelli mercatorum in Vrbe, tanquam meliorem, & Ciuitati magis vtilem ſuper extinctione dicti ęris alieni intra certum tempus, annorum ſcilicet ſexdecim cum dimidio: ſub obligatione eiuſdem Ciuitatis ſoluendi quolibet anno ſcuta ſeptem millia, quorum pars cederet in ſolutionẽ fructuum, alia verò in extinctionem ſortis principalis, iuxta formulam, ſeu ſcalam, quæ ſequitur.

Forma da oſſeruarſi per l'eſtintione di ſcudi 71837. con li ſcudi ſettemila annui da cominciarſi a di primo Gennaro 1610. per tutto Giugno 1627.

An.1.	*Per tutto Decembre 1610. deuano eſtinguerſi ſc.*	2337
An.2.	*Per tutto Decẽb.1611. ſc.*	2600
An.3.	*Per tutto Decẽb.1612. ſc.*	2800
An.4.	*Per tutto Decẽb.1613. ſc.*	3100
An.5.	*Per tutto Decẽb.1614. ſc.*	3400
An.6.	*Per tutto Decẽb.1615. ſc.*	3700
An.7.	*Per tutto Decẽb.1616. ſc.*	4000
An.8.	*Per tutto Decẽb.1617. ſc.*	4200
An.9.	*Per tutto Decẽb.1618. ſc.*	4400
An.10.	*Per tutto Decẽb.1619. ſc.*	4600
An.11.	*Per tutto Decẽb.1620. ſc.*	4800
An.12.	*Per tutto Decẽb.1621. ſc.*	5100
An.13.	*Per tutto Decẽb.1622. ſc.*	5300
An.14.	*Per tutto Decẽb.1623. ſc.*	5600
An.15.	*Per tutto Decẽb.1624. ſc.*	6100
An.16.	*Per tutto Decẽb.1625. ſc.*	6300
An.17.	*Dal 1. Gennaro 1626. per tutto Giugno detto ſc.*	3500
	ſc.	71837

Et hoc idem dicendum puto, ſi ſint imponendi cenſus nomine Vniuerſitatis, cauſa emendi frumentum pro vbertate Annonæ, itaut Syndicus poſſit hoc caſu obligare omnes de Vniuerſitate, etiam non conſentientes, ex cauſa publicæ vtilitatis; *Loſæus de iur. vniuer. part. 3. cap. 3. num. 10. & alibi*: ſiquidem ſtatuta fauore Annonæ non admittunt exceptionem ex defectu poteſtatis; *vt diximus ſupra in verbo Annona, ſub num. 32.*

Quid autem dicendum erit, ſi in
266 generali Conſilio facta ſint ordinamẽta, & aſſignatus ſit certus modus in eligendis Rectoribus, & Officialibus, qui quidem modus ſi ſeruetur, Ciuitas carebit Officialibus? Tu dicas, quòd hoc caſu poterunt Priores, non obſtãte decreto Conſilij, vel Statuto, alitèr prouidere, neque ex hoc arguendi erunt, quòd fecerint contra ordinamẽta Conſilij, vel Statuti, cùm neceſsitas alitèr ſuadeat, & compellat agere; ita *Bart. & Io. de Plat. in l. cum nauarchorum, C. de nauicular. lib. 11.* Et cum hoc habuiſſem in facti contingentia de anno 1628. pro Ciuitate Vrbeuetana, quę habet legem præſcriptam in electione Conſiliariorum, Magiſtratuum, & Officialium *a Bulla, ſeu Breue Pij IV. ſub Datum Romæ die* 10. *Decembris* 1563. & hanc ſi ſeruare voluiſſent Gubernator, Confalonerius, & Conſeruatores Pacis Vrbeuetano populo præſidentes, nunquam ad electionem Officialium deuentum eſſet, & ideo a prædicta forma recedendum fuit, prout de iure permiſſum eſt ex ſupradictis: Verùm propter clauſulas ampliſsimas annullãtes vſus in dicta Bulla appoſitas, ne dubitandum eſſet de validitate geſtorum, ad maiorem cautelam petita fuit, & obtenta licentia a Sacra Conſulta, in hæc verba. [*Dal contenuto* della lettera di V.S. nel particolare del nuouo Boſſolo, che ſi deue fare in coteſta Città, ſi è tenuto propoſito in Conſulta auanti queſti miei Illuſtriſsimi Signori, i quali ſono ſtati di parere, che quando in Conſeglio per qualche diſcordia, & interesse tra Conſeglieri non ſi poſſa venire all'elettione de' 15. Deputati ſecondo la forma del Breue di Pio IV. in tal caſo ella inſieme con il Magiſtrato proceda all' elettione conforme al ſolito. Di Roma li 2. Decembre 1628.

Di V.S.

Affettionatiſs. il Card. Barberino.

Quod etiam aliàs eueniſſe ſcribit *Monaldus Monaldenſis in ſuis Commẽtarijs lib. 20. pag. 206. & facit Marc. quæſt. 781. per tot.*

Habui in contingentia facti pulchrã quæſtionem. De ſtylo fere omnium Vniuerſitatum conuocantur aliqui ciues ad eligendos Priores, & Officiales certo numero, & temporibus extrahẽdi, & vulgò dicitur, *fare il Boſſolo*: In vna Ciuitate fuit electus inter Conſeruatores, & Imbuſſulatus quidam filius adoptiuus, qui, licèt eius pater adop-
267 tans eſſet ciuis, ipſe tamen ante adoptionem non erat talis; ſed putabatur ciuis, & ſub iſta credulitate fuit imbuſſula-

ſulatus: eueniente autem caſu extractionis ex buſſula, & acceptationis officij, fuit illi oppoſitum, quòd non erat ciuis, quæſitum fuit, quid iuris?

268 Pro parte adoptiui dicebatur, quòd per adoptionem erat ſubrogatus in locum patris adoptantis, & gaudere debebat iiſdem priuilegijs, ac ſi eſſet filius verus, & naturalis, *vt eſt text. in l.4. cum adoptiuum, C. de decur. lib. 10. vbi Io. de Plat.* notat, quòd propter dignitatẽ Decurionatus filius eius adoptiuus cõſequitur eadem priuilegia, quæ habet eius filius legitimus, & naturalis: hoc idem ſcribit *Lancell. Corrad. tract. de decur. num. 108. verſ. ſic filius adoptiuus; & faciunt l. ordine, §. fin. cum l. ſeq. ff. ad municip. & ibi Bart. ac alij.*

Secundò, quòd communitèr in illa Ciuitate fuit ab omnibus reputatus de familia patris adoptantis, & habitus ab
269 omnibus pro ciue, quare licèt hoc eſſet erroneum, nihilominus communis error facit ius; *l. Barbarius, ff. de offic. Prætor. & ibi Bart. Iaſ. & alij*: & in materia filiationis licèt quis natus ſit ex matrimonio minus legitimo, attamen
280 men ſi reputabatur legitimum, filius ex eo natus dicitur legitimus; *c. fin. qui fil. ſint legit. l. auunculo, ff. de condit. ſine cauſa, Lap. alleg. 89. num. 9. & ibi Mandoſ.*

271 Tertiò per imbuſſulationẽ eſſe quæſitum ſibi ius ad officium Prioratus; & debebant ciues electi ad conficiendum Buſſulum hoc inquirere, & illum excludere, per ea, quæ ſcribit *Corn. conſ. 127. primo aſpectu, num. 43. lib. 2.* quia
272 *Turpius eijcitur, quàm non recipitur hoſpes.*

c. quemadmodum, de iur. iuran. facilius
273 enim impediuntur contrahenda, quàm contracta, *l. patre furioſo, cum ſua gloſſ. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur.*

274 In contrarium verò dicebatur, quòd filius adoptiuus eſt filius imaginarius, & non verus, *l. filio quem, in princip. ff. de lib. & poſthum. l. cum in adoptiuis, C. de adoption. l. adoptiones, ff. de adoption.* & alia congerit *Aſcan. Clem. de patri. poteſt. cap. 5. num. 8. 9. & 10.*

275 Secundò, quia filius adoptiuus non comprehenditur in priuilegijs, neque in Statutis loquentibus de filijs; *Bald. conſ. 24. Statuto Ciuitatis, num. 2. lib. 1.*
276 reddens rationem, quia filij adoptiui ſunt filij ficti, fictio autem non habet
277 locum in Statutis; ſequitur *Alex. in l. adoptiuum, num. 2. & 4. ff. de in ius vocand. Tiraquel. de iur. primog. quæſt. 84 num. 7. & ſeq.*

Tertiò, ſi admittantur adoptiui, qui ab initio non ſint ciues, ad officia ſolũ
278 ciuibus debita, quilibet ciuis per ſe ſolum poſſet creare alium ciuẽ per adoptionem, quod tamen fieri debet in pleno Conſilio, nemine reluctante, cum agatur de negocio voluntario, de quo
279 dictum eſt ſupra; & poſſet dari caſus, in quo adoptetur plebeius, & vilis perſona, quod eſſet detrimentum, & dedecus ciuilitatis, quæ magis ex nobilibus, quàm ignobilibus conſtare debet; *gloſſ. in §. interim, in Auth. de defenſ. Ciuit. latè Tiraquel. de nobilit. cap. 2. num. 56. & cap. 20. num. 51. Lancell. Corrad. de decur. num. 6. verſ. item ſubdit, & diximus ſupra num. 92. & 93.*

Ad ea, quæ in contrarium adducun-
280 tur, reſpondetur, quòd ſubrogatus non aſſumit naturam ſubrogantis, quando militat diuerſa ratio, & quando non concurrunt eædem qualitates, vt in caſu noſtro, quia adoptiuus ab initio non erat ciuis; *Rota poſt tract. Cenc. de cenſib. deciſ. 50. num. 4. & 5. melius Gabr. de reg. iur. concluſ. 2. num. 58. & nu. 64.* vbi ſubrogatus non aſſumit priuilegia perſonalia ſubrogantis, *& num. 69.* ſubrogatus non ſuccedit in preeminentijs,
281 & honoribus, & non debet honorari ſicut is, in cuius locum ſubrogatur. *Ad*
282 *textum verò in d. l. 4. cum adoptiuum, C. de decur. lib. 10.* poſſumus reſpõdere,
283 quò procedat in pœnalibus, itaut filius adoptiuus Decurionis non ſit puniendus, tanquã ſi eſſet vilis perſona, ob reuerentiam, & honorem debitum Decurioni, qui illum adoptauit, prout declarant ibi *Bart. And. de Barulo, & alij.*

Ad ſecundum, quòd communis er-
284 ror faciat ius; limitatur hoc non procedere in probatione honoris, & quãdo requiritur habilitas ſpecialis, vt eſt in præſenti caſu, in quo requiritur, vt promouẽdus ad officium ſit ciuis; *Maſcard. de probat. concluſ. 649. num. 82. & 83. & num. ſeqq.* alias affert limitationes ad poſitam regulam, quæ adaptantur caſui noſtro: Quod autem dicitur de filijs reputandis legitimis, &c. benè declarat *Mar. Socin. iun. conſ. 31. nu. 40.*
285 *lib. 2.* tunc procedere concluſionem, quando filij nati ſunt in figura matrimonij, quod reputabatur legitimè contractum, ſecus quando filij per prius erant nati ex damnato coitu; cum igitu:

tur iſte adoptiuus proprius non eſſet
ciuis, & ſic ab initio inhabilis, nihil pro-
ficit reputatio.
286 Ad tertium de iure quæſito per im-
buſſulationem reſpondetur, quòd hæc
ſolà non facit ius, ſed requiritur, quòd
ſit extractus ex Buſſula, & acceptauerit
officium, *arg.text.in l.1.S. ſi quis proxi-
mior, ff.vnde cognat.vbi Vlpianus* nulla
habita ratione illius, qui eſt in ventre,
nec dum natus, vult ad ſucceſſionem
admitti, qui poſt ventrem proximior vi-
debitur; *facit Io.de Plat.in l.ſi quis ſpon-
taneos, in princ.verſ.quod intellige, C. de*
287 *decurion. lib.* 10. dum ait, electionem
Decurionum ſpectare quidem ad Con-
ſiliarios, verùm ſi electio ſit de perſona
288 indigna, & incapace, poteſt Superior il-
lam improbare, & inquirere, an electus
ſit idoneus; ſequitur *Lancell. Corrad.
tract.de decurion.num.23.verſ. verum
tamen:* quare etiam ſi admittatur, quòd
iſte adoptiuus ſit electus, & imbuſſola-
tus, poterit nihilominus Superior inqui-
rere ſuper eius idoneitate. Et cum in
hoc quæſitum eſset votum, & declara-
tio Sacræ Conſultæ, noluit aliquid de-
cidere, ſed remiſit cauſam cognoſcen-
dam, & decidendam prout de iure Gu-
bernatori illius loci, in quo aderat con-
trouerſia.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis verbum quid importet, & quæ dicatur propriè alienatio.*

2 *Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici ſubijciuntur Conſtitutionibus, & Bullis Summorum Pontificum.*

3 *Fideiuſſio etiam dicitur alienatio, & ideo Vniuerſitates ſine licentia Superioris fideiubere non poſſunt.*

4 *Vniuerſitatibus, quæ pro alijs fideiuſſerunt, qualitèr ſuccurratur in Statu Eccleſiaſtico per Bullam Sixti V.*

5 *Locationes vltra decennium ab Vniuerſitatibus fieri non poſſunt ſine licentia Papæ, Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Congregationis Boni Regiminis.*

6 *Conſtitutionem Sixti V. confirmauit, & approbauit Clem.VIII. in hac materia alienationis.*

7 *Communitates tam mediatè, quàm immediatè ſubiectæ S.Sedi Apoſtolicæ liberandæ ſunt ab obligationibus contemplatione alterius factis.*

8 *Solemnitates multæ requiruntur in alienatione bonorum, & rerum Vniuerſitatum.*

9 *Communitates non poſſunt renunciare diſpoſitioni l.vlt.C.de vend. reb. Ciuit. lib.11.*

10 *Ratificatio quando poſſit conualidare actum.*

11 *Alienationes bonorum Vniuerſitatum in Conſilijs diſcutiendæ, & determinandæ ſunt.*

12 *Solemnitates, quæ requiruntur in alienationibus, eædem quoque ſunt neceſſariæ in conſtitutione ſyndici ad alienandum.*

13 *Conſilium generale an requiratur in alienandis bonis Vniuerſitatum, vel ſufficiat Conſilium ordinarium.*

14 *Conſilium ordinarium non poteſt decernere in rebus magni momenti, ſed requiritur Conſilium generale.*

Amplia hoc magis verum in Villis, & Locis inferioribus Ciuitate num.15.

Declara tamen poſitas concluſiones. num.16.

17 *Decurionum nomina in decreto alienationis deſcribenda ſunt, & quædam alia peragenda pro ſecundo requiſito.*

18 *Bona alienanda deſcribenda ſunt in mãdato Syndici pro tertio requiſito, quia ſimplex facultas alienandi non ſufficit.*

19 *Decretum iudicis quarto loco requiritur in alienandis bonis Vniuerſitatum; & hoc eſſe debet cauſa cognita.*

20 *Iudex antequam decretum interponat, quatuor conſiderare debet.*

21 *Principis licentia requiritur in alienatione bonorum Vniuerſitatum, quæ nunquam præſumitur; & eſt quintum requiſitum.*

Amplia, huiuſmodi licentiam impetrandam eſſe in quacumque Vniuerſitate, etiam Villa. num.22.

23 *Principis licentia, & auctoritas ſufficit ad excludendas fraudis ſuſpiciones.*

24 *Teſtamentum factum coram Principe ſuſtinetur, etiam ſi deficiant ſolemnitates.*

25 *Licentia ſola obtenta à Sacra Congregatione alienandi in partibus non ſufficit ſine alijs ſolemnitatibus; & quare.*

26 *Solemnitates omnes non præſumuntur, ſi adſit ſolum Decretum iudicis.*

27 *Subhaſtatio pro ſexta ſolemnitate requiritur in alienatione bonorum Vniuerſitatum.*

28 *Inſtrumentum alienationis, in quo ſit mentio de ſubhaſtatione, an ſit attendendum.*

29 *Subhaſtatio per viginti dies continuanda, & hoc tempore res venalis retinenda.*

Am-

Amplia hoc procedere, etiam in bonis Vniuerſitatum, licèt aliqui contrarium ſētiant, & reſtringant ad Eccleſias. num.30.

31 *Pendente tempore viginti dierum res vni conceſſa poteſt alteri plus offerenti dari.*

32 *Opinio Caroli Ruini, non eſſe neceſſariam ſubhaſtationem in caſu noſtro, reijcitur.*

33 *Qui dicunt non eſſe neceſſariam ſubhaſtationem, loquuntur contra communē, & ratio in contrarium adducta non ſubſiſtit, & quare.*

34 *Authen. hoc ius porrectum, licèt correcta ſit de iure canonico, valet tamen de iure ciuili, & eſt ſeruanda in propbanis.*

35 *Solemnitates requiſitas in ſubhaſtationibus, vide remiſſiuè.*

36 *Princeps an poſſit tollere ſolemnitatem ſubhaſtationis.*

37 *Res ſubhaſtata, ſi non inueniatur qui iuſtum illius pretium offerat, quid agendum.*

38 *Paria ſunt non reperiri emptorem, vel iuſtum rei pretium non eſſe oblatum.*

39 *In ſubhaſtationibus regularitèr nō poteſt haberi fides de pretio.*

40 *Papienſis diſtinctio in hac materia habendi fidem de pretio.*

41 *Creditor poteſt habere fidem de pretio in ſubhaſtatione, & quare.*

Quomodo procedat hæc concluſio. n.42

43 *Subhaſtatio ſine pecunia præſente ſubſtinetur de ſtylo, & conſuetudine locorum: quæ tamen conſuetudo probanda eſt.*

44 *Probatio verſionis pecuniarum requiritur pro validitate alienationis bonorum Vniuerſitatum pro ſeptimo requiſito.*

45 *Verſio pecuniarum probari poteſt per cōiecturas; & quænam ſint.*

46 *Scriptura conficienda eſt de ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus; & eſt octauum requiſitum.*

47 *Vniuerſitates quas actiones habeant pro recuperandis bonis malè alienatis.*

48 *Solemnitates quatuor in alienationibus rerum Vniuerſitatum referuntur ex Dabumer.*

49 *Solemnitates aliæ præter iſtas quatuor ſi adhibeantur, quid operentur.*

50 *Alienatione facta cum ſolemnitatibus requiſitis, emptor non eſt turbandus in re empta, quàmuis alius plus offerat.*

51 *Primus licitator quando liberetur a ſecundo, vel tertio poſtea offerente; remiſſiuè.*

52 *Vniuerſitates non poſſunt renunciare ſolemnitatibus ſupra narratis, & quare.*

53 *Legibus dantibus formam non poteſt renunciari.*

54 *Solemnitates extrinſecæ nunquam præſumuntur; & quare.*

55 *Allegans ſolemnitates interueniſſe in alienationibus rerum Vniuerſitatum debet hoc probare.*

Limita, ſi in inſtrumento appareat euidens vtilitas, quia tunc non ſunt inquirendæ ſolemnitates. num.56.

Hæc tamen limitatio redditur dubia quoad Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici propter Bullam Sixti V. num.57.

58 *Decretum irritans in Bulla Papali operatur, vt nemo inferior a Papa poſſit illam interpretari.*

Amplia, nec eſſe ſub diſpoſitione partiū illi renunciare. nu.59

60 *Vniuerſitatis in arbitrio eſt, impugnare inſtrumentum ad ſui fauorem celebratum.*

61 *Syndici, & Officiales Vniuerſitatum, an teneantur de euictione finitio officio.*

62 *Syndici, & Officiales potius tutoribus, quàm procuratoribus aſſimilantur.*

63 *Tutor finita tutela non tenetur de euictione, & quare.*

Declara, niſi alitèr ex lectura inſtrumenti facti per tutorem appareat, & quare. num.64.

65 *Vniuerſitas læſa, ſi per 30. vel 40. annos tacuerit, an reſtituatur in integrum.*

66 *Vniuerſitates æquiparantur minoribus, & pupillis; quod non procedit in Collegijs.*

67 *Lapſus 30. annorum facit præſumere omnes ſolemnitates a iure requiſitas etiam extrinſecas.*

68 *Vniuerſitates probant ignorantiam per iuramentum Officialium.*

69 *Iuramentum quomodò præſtetur ab Vniuerſitatibus.*

70 *Impoſitio cenſus eſt alienatio.*

71 *Fructus annui cenſus non reperiuntur in iure taxati.*

Fallit in Vniuerſitatibus Ditionis Eccleſiaſticæ, ad quarum fauorem fructus cenſus ſunt taxati ad ſeptem pro centenario per Bullam Clementis VIII.

Hæc Bulla diſponit etiam quoad cēſus in futurum imponendos. num.72.

74 *Papa, & Principes non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt taxare, & reducere fructus cenſus ad certam quantitatem.*

Vni-

75 *Vniuerſitas imponens cenſus ex cauſa neceſſaria pro redimendis ſuis ciuibus ab hoſtibus, & ne fame pereant, an teneatur adhibere ſolemnitates ſuperius poſitas; & pro affirmatiua.*

76 *In rebus Vniuerſitatum non ſolùm attēditur, quòd aliquid rectè fiat, ſed etiā quòd ritè fiat.*

§.XII.

Gloſſ. 3.

Alienet.

CAP. XXXII.

1 ALIENATIONIS verbum ſatis latè patet; nam directi, & vtilis dominij trāſlationē, vſucapionem, pignoris nexum ſiue ab homine, ſiue a lege fiat, ſiue inter viuos, ſiue mortis cauſa comprehendit: licèt ea propriè dicatur alienatio, quæ dominij translationem importat; *Alciat. in l. 28. alienationis verbum, in princ. ff. de verb. ſignif. l. fin. & ibi Scribentes, C. de reb. alien. non alien. Abb. & Bero. in c. nulli, num. 1. & 18. de reb. Eccl. non alien. vbi ex Concilio apud Siluan. hac habes. [Alienationis* verbum continet conditionem, donationem, venditionem, permutationem, & emphyteuſis perpetuū *contractum.*] quæ licèt diſponant in bonis Eccleſiarum, & concordat *l. iubemus, §. Oeconomus, C. de ſacroſ. Eccleſ. vt notat ibi gloſſ. vlt.* habent etiam locum in bonis Vniuerſitatum, Eccleſiaſticæ Ditioni ſubiectarum, quicquid ſit in alijs; ad tradita per *Loſæum in tract. de iur. vniuer. par. 3. cap. 5. in princ.* ſiquidem Vniuer-
2 ſitates Status Eccleſiaſtici ſubijciuntur Conſtitutionibus, & Bullis Summorum Pontificum, inter quos *Sixtus V. in ſua Conſtit. 42. inter varias, Bullar. nou. tom. 2. pag. 545. ſanciuit,* ſi Communitates S. Apoſtolicæ Sedi ſubiectæ, contemplatione cuiuſuis perſonæ fideiuſſerint,
3 vel ſe obligauerint, ab huiuſmodi obligationibus infra annum liberandas eſſe; *§. 1. & 2.* & ſi obligationes non ſint extinguibiles, facta etiam aliqua obligatione, vel ſolutione, expromiſſores in-
4 demnitatis dari iubet; *§. 3.* & pro huiuſmodi liberationibus, ſiue expromiſſoribus obtinendis agere poteſt nedum ipſa Communitas, ſed etiam quilibet priuatus, & iudex vnica citatione præcedente mandatum executiuum relaxet; *§. 4.*

5 Prohibitum eſt etiam Vniuerſitatibus Status Eccleſiaſtici bona ſua nedum in perpetuum, ſed nec etiam vltra decennium alienare, abſque Papæ, vel Cameræ Apoſtolicæ licentia, *§. 5.* ſi ſecus factū fuerit, fideiuſſiones, obligationes, alienationes nullius ſunt roboris, vel momenti; *§. 6. & 7.*

Et hanc Sixti V. Conſtitutionem reaſſumpſit, & innouauit Clem. VIII. in Bulla ſuper Bono Regimine, §. 12. quem præ manibus nunc habemus: addens inſuper: [*Diſtrictè* interdicimus, & prohibemus, ne quis ſub quouis præ-
6 textu, aut cauſa etiam vrgenti, & neceſſaria contra Conſtitutionem fel. rec. Sixti V. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit, inter varias, & multiplices, quam Nos harum ſerie approbamus, innouamus, & ampliamus, bona, aut iura ſua vendat, alienet, hypothecet, aut cenſus ſuper illis imponat, præterquam cauſa locationis tantùm, ad modicum tempus, & ſolutionibus non anticipatis, non autem titulo conductionis; nec vllo modo pro alijs obliget, ſiue ære alieno ſe obſtringat, &c.]

7 Præterea nedum Communitates immediatè S. Sedi Apoſtolicæ ſubiectæ ab obligationibus per ipſas factis liberandæ ſunt, vt in iuribus iam adductis; ſed etiam illæ, quæ mediatè ſubiacent. Si-
8 quidem Vniuerſitates Comitibus, Baronibus, & Domicellis ſubiectæ ſi quid pro ſuis dominis ſoluerunt, vel ſeſe illorum contemplatione obligauerunt, pecunias ſolutas intra ſex menſes recuperare, & ab obligationibus liberari iubet *Pius IV. Conſtit. 18. §. 2.* & de cætero obligationes iſtas fieri prohibet, *§. 3.* Decretum irritans, & clauſulam, *ſublata,* apponit; *§. 4 in Bullar. nou. tom. 2. pag. 28.* Et cum contra formam harum Conſtitutionum Communitas Proceni Duci Alexandro Sfortiæ ſubiecta ſub die 2. Auguſti 1599. annuum cenſum ſuper quadam eius tenuta impoſuiſſet, illumque D. Cornelio Maldacchino precio ſc. 2700. vendiſſet,

talis

talis impoſitio cōſus fuit declarata nul-
la, & inualida; reſeruata tamen actione
contra d. D. Ducem Alexandrum, qui
bonam fidem recognouit, illumque ſui
contemplatione impoſitum declarauit,
vt plenius habetur *in decif. 46. Commu-
nitas Proceni, part. 7. recentior. per tot.
viden.*

8 Et certas quoque ſolemnitates a iure
communi traditas in alienationibus re-
rum Vniuerſitatum, quæ ſi omittantur,
vitiant actum, habemus *in l. vlt.* C. *de*
9 *vend. rebus* Ciuitat. *lib.* 11. & non poſſe
Vniuerſitates renunciare formæ ab hac
lege aſſignatæ, conſuluit *Surd. conſ.* 28.
conantur particulares, num. fin. lib. 1. ad-
dens, nec etiam poſſe ratificari, per ea,
quæ ponit *Bart. in l. obſeruare, in fin. ff.
de off. procon. & legat.* quem ſequitur
Natta conſ. 262. reddidi ſuperius, nu. 10.

Tunc enim ratificatio conualidat a-
10 ctum, quando peccat in ijs, quæ pen-
dent ab animo ratificantis, non autem
in ijs, quæ pendent a certa aliqua forma;
*Bald. & Salycet. in l. mancipia, C. de rebus
alien. non alien. Surd. d. conſ. 28. ferè per
tot. Pariſ. conſ. 98. circa præſentem, & conſ.
99. lib.* 1. Siue enim Vniuerſitas per ſe
11 ipſam alienet, ſiue ſyndicum ad alienan-
dum conſtituat, hoc in Conſilijs legiti-
mè congregatis agendum erit, & duæ
partes ex tribus conſentire debent, *d. l.
vlt. verſ. in prouincijs, C. de venden. reb. ad
Ciuit. ſpect. lib. 10. Surd. d. conſ. 28. nu. 82.
& num. 101.* eædem namque ſolemni-
12 tates requiruntur in conſtitutione Syn-
dici, vel procuratoris ad alienandum,
quæ in ipſa alienatione ſunt neceſſariæ;
*Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 16. num. 6.
verſ. quartò eadem conſtitutio; Rota Ro-
man. coram Seraphino decif. 1080. num. 2.
& fuſius decif. 447. in diſp. per tot. par. 5.
in addit. recent.*

Verùm *Bart. relatus a Nicol. Loſæo
tract. de iure Vniu. par. 3. cap. 5. num. 5.*
contrarium voluiſſe videtur, dum ait,
hanc facultatem alienandi bona immo-
13 bilia Vniuerſitatum non competere Cō-
ſilio ordinario, ſeu ordini Decurionum,
ſed Conſilio, ſeu adunantiæ generali; li-
cèt enim Decuriones repræſentent totā
Vniuerſitatem, & populum, in arduis ta-
men negocijs, & rebus magni momen-
14 ti, vt eſt alienatio rerum immobilium,
non poteſt Conſilium ordinarium ali-
quid decernere, niſi congregato Conſi-
lio generali per capita domorum, a quo
eidem Cōſilio ordinario hæc poteſtas,
& auctoritas tribuatur; & præſertim in
15 Villis, & alijs locis Ciuitate inferioribus
hoc locum habet, in quibus Decuriones
non ſunt perſonæ literatæ, graues, & ſa-
gaces; & hoc idem ſcribit *Theſaur. decif.
257 num. 3. licèt contrarium ibi num. 9.*
decidatur, quod etiam vult *Loſæus loco
cit. num. 5.* dicens, hanc Bart. ſententiam
eſſe repugnantem *ſanctioni Imperatoris
in l. vlt. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 10.*

16 Sed vt ingenuè fatear in libro meo, &
loco ab iſtis citato Bart. hoc non dicit; &
poſito, quòd dicat, intelligendus erit
de alienatione voluntaria, in qua, *vt di-
ximus ſupra gloſſ. præcedenti*, requiritur
conſenſus omnium, & non ſufficit maior
pars, imò ſi vnus tantùm contradicat,
actus eſt nullus, vt diximus.

17 Secundò requiritur in alienatione
bonorum Vniuerſitatum, vt deſcriban-
tur nomina omnium Decurionum, qui
conſentiunt tali alienationi, & cum De-
curionibus, ſeu Curialibus, interuenire
etiam debet maior pars honoratorum,
& eorum, qui poſſident bona in Ciuita-
te, & hi præpoſitis Sacroſanctis Euange-
lijs, iurent ſimul cum Conſiliarijs per re-
lationem ad iuramentum primo loco
præſtitum initio officij, ſe credere, alie-
nationem eſſe patriæ ſuæ vtilem, vt in
*d. l. vlt. & ibi gloſſ. in verb. ſcripturis;
Lucas de Pen. num. 7.* qui multa de iu-
ramento, & illius forma ſcribit *Ioannes
de Plat. num. 2. C. de vend. rer. Ciuit. lib. 11.
& concordat textus in c. tua nuper, & al-
terius etiam, de his, quæ fiunt a Prælat.
ſine conſ. cap. & alia multa congerit Rol. a
Valle conſ. 90. num. 17. 18. 19. 20. 21. lib. 1.
Menoch. conſ. 726 num. 4 verſ. attamen
non commemorauit, num. 10. Io. de Plat.
d. l. vlt. num. 2. verſ. ex tertia parte; Lu-
douic. decif. Peruſ. 93. num. 37. & ſeq. Rota
Roman. in d. decif. 447. n. 13. in addit. ad 5.
part. recent.*

18 Tertiò requiritur, ſi alienatio facien-
da eſt a Syndico, ſeu procuratore ab V-
niuerſitate ſpecialitèr conſtituto, vt in
licentia, ſeu mandato ſint expreſſa bona
alienanda, aliàs ſimplex facultas alienā-
di non ſufficit; *Bald. in rub. C. de contr. ib.
empt.* vbi ait, ſe ita conſuluiſſe *per l. prohi-
bere, §. planè, ff. quod vi, aut clam;* quem
ſequitur *Dec. in c. cum omnes, num fin. in
prima lectura, de conſtit. Rolan. d. conſ. 90
num. 28. Loſæus d. cap. 5. nu. 22.* alia quo-
que cumulat *Virg. Boccac. in comment.
ad Conſtit. Piceni, gloſſ. 6. num. 21. & alijs
ſeqq. præcipuè num. 38.*

19 Quartò requiritur, vt interueniat de-
cretum iudicis; *d. l. vlt. C. de vend. reb.*
Ciuit.

Ciuit. Lancell. Corrad. *tract. de Decurion. lib. 11. cap. 10. num. 95. Rolan. d. conſil. 90. nu. 23. Simoncell. de decret. in præfat. caſu 22. num. 95. Menoch. conſ. 726. num. 19. & ni fallor, bonus textus in l. 1. C. de prædijs decur. lib. 10. vbi Imper.* ait. [*Si quis* Decurionum vel ruſtica prædia, vel vrbana venditor neceſſitate coactus addicit, interpellet iudicem competentem, omneſque cauſas ſigillatim, quibus ſtrangulatur, exponat: & ita demũ diſtrahendæ poſſeſſionis facultatem accipiat, ſi alienationis neceſſitatem probauerit; infirma enim venditio erit, ſi hæc forma fuerit neglecta, *&c.*]

Decretum verò iudicis cauſa cognita interponendum eſſe, nemo eſt qni dubitet, eum habeamus legem claram *in l. magis puto, §. in primis igitur, ff. de reb. eorum, qui ſub tut. vbi Bald.* docet, qua-
20 tuor eſſe conſideranda à iudice, antequam decretum interponat in alienatione rei minoris, nempe, quid, quando, qualitèr, & qnomodo, ſub quibns, vt *Simoncellus ait tract. de decret. lib. 1. tit. 1. num.* 15. comprehenditur exactiſſima diligentia, qua iudices hac in re vti debent, & quæ rectè colligi poſſunt *ex d. l. magis puto, §. non paſſim, Surd. conſil. 28 num. 82. verſ. tertium quod iudex cauſa cognita ſuum interponat decretũ; Dabumer. de ſubbaſt. cap. 2. num. 12. Virgin. Boccac. ad Conſtit. Marcb. gloſſ. 4. nu. 10. verſ. quod prætor, Caualcan. tract. de tutor. num 129. viden. Rota Roma. dicta deciſ. 447. nu. 24. & ſeqq. in addit. ad 5. par. recent.*

Quintò requiritur, vt Decuriones, &
21 Conſiliarij impetrent a Principe, cui ſubſunt licentiam, & auctoritatem alienandi bona immobilia; *Paul. Picus conſ. 44. num. 3. & 4.* quem refert *Menoch. d. conſ. 726. num. 6.* quam quidem Principis licentiam, & auctoritatem nunquam interueniſſe præſumitur, *vt idem Menoch.* probat *præſumpt. 132. nu. 71. lib. 3.* & alia multa congerit *Surd. d. conſ. 28. a nu. 98. vſque ad* 119.

Et quàmuis Imperator videatur reſtringere hanc ſolemnitatem impetrandi licentiam in alienandis rebus ad Ciuitates Romanam, & Conſtantinopolitanam pertinentibus, ibi, *ad banc inclitam Vrbem, &c. vt in d. l. vltima*; attamen ex ijs, quæ docent *Scribentes, & Docto-*
22 *res ſupra relati*, ad omnes Ciuitates, & Vrbes, & Loca, extendam eſſe patet; *Surdus enim* prædictum reſponſum dedit pro Communitate Villæ nouæ; *Rolan. d. conſ. 90. lib. 1.* loquitur de alienatione molendini facta a Syndico Caſtri Caſtelli. Et in Eccleſiaſtica Ditione res cater omni difficnltare ex diſpoſitis in *d. Conſtit. 42. §. 5. Sixti V. & in hac Bulla §. 12.*

Sed hic opportunè quæritur, an im-
23 petrata licentia a Principe fieri poſſit alienatio, alijs ſolemnitatibus omiſsis? & pro affirmatiua facit; quia ſola auctoritas Principis ſufficit ad excludendam fraudis ſuſpicionem; & hanc ſupplere defectum aliarum ſolemnitatum, quæ aliàs requirerentur, ſcribit *Io. de Plat. in d. l. vlt. num. 1. verſ. ex ſecundo, C. de vend. reb.* Ciuit. *& benè facit deciſ. Rotæ coram Coccino in cauſa Sabinen.* Caſtri *Montis Rotundi*, 8. *Februarij* 1627 *verſ. rurſus nihil vrget*; vbi ſubſtinetur venditio dicti Caſtri, ex eo quòd præceſſerit auctoritas, & licentia Papæ, quàmuis deſiderarentut quædam aliæ ſolemnitates; *& coram* Caualerio *dec. 612. dominus Dux, nu. 46. verſ.* vnde eum poſſem; *vide deciſ. 292. cauſa ſuper deciſione, num. 3. & ſeq. part. 5. recent.* vbi quod contractus ab initio nullus validatur ex confirmatione Superioris, & ſuſtinetur in vim nouę conceſsionis.

Sic etiam videmus ſnbſtineri teſtamẽ-
24 tum factum coram Principe etiam ſine ſolemnitatibus, *vt eſt textus, & ibi Scribentes in l. omnium,* C. *de teſtam. Aſin. de execution. §. 5. cap. 13. num. 1. & per tot. Bart. in l. 1. num. 2. verſ. in contrarium, ff. de reb. eorum, quæ ſub tut.*

Verùm attento ſtylo noſtræ Congre-
25 gationis concedendi huinſmodi licentias, qnàmuis ipſa repræſentet immediatè Principem, cum tamen, vt plurimùm remittatnr cognitio negocij arbitrio Præſidis Prouinciæ, contrarium puto verius, quia eius præſentia non ſupplet defectus aliarum ſolemnitatum, vt *in d. l. vlt. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11.* Et pondero ad hoc *verba noſtræ Bullæ in* §. 17. vbi agitur de venditione, & locatione vectigalium, & prouentuum, quæ ad certum tempus fiunt, & nihilominus Summus Pontifex mãdat ſeruari ſolemnitates de iure requiſitas, ibi. [*Iubemus* omnino, ſeruatis ſeruandis, atque adhibitis ſolemnitatibus, qnæ de iure, aut cuiuslibet loci ſtatuto, vel conſuetudine requiruntur, *&c.*] & benè faciunt tradita *per Rolan d. conſ. 90. num. 42. vol* 1. vbi reſponder, non eſſe præſumendas
26 omnes ſolemnitates interueniſſe in alienatione bonorum Vniuerſitatum, ex eo

quòd fuerit interpoſitum decretum; *& Pariſ. conſ. 12. num. 54. & 57. vol. 2.* qui nec auctoritatem tutoris, nec decretum iudicis ſufficere ad præſumēdas alias ſolemnitates ſcribit; *Surd. d. conſ. 28 num. 98. & ſeq.*

27 Sextò requiritur ſubhaſtatio ad inſtar rerum minorum, & pupillorum, quibus Reſpublicæ, & Vniuerſitates æquiparantur, *Aſin. de execut. §. 6. cap. 16. per tot. Loſæ. de iur. Vniu par. 3. cap. 5. num. 9.*
28 *Rolan. d. conſ. 90. num. 41.* qui addit, non eſſe ſtandum inſtrumento alienationis, in quo fit mentio de ſubhaſtatione, ſi tamen conſtet de tempore confecti inſtrumenti non potuiſſe interuenire; videnda ſunt etiam, quæ *idem Rolan. ſcribit conſ. 99. num. 17. 18. 19. & 20. eod. lib. 1 Surd. d. conſ. 28. num. 82. verſ. quartum quòd bona alienanda ſubhaſtentur, Menoch. d. conſ. 726. num. 17.* & ſubhaſtationem faciendam eſſe per viginti dies, *idē Rolan. conſ. 33. num. 14. lib. 1. per textum in Auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ.*
29 *Eccleſ ibi, per viginti dies oportet rem eſſe venalem, vt plus offerenti detur, &c.* qui textus licèt loquatur in venditione rerum, & bonorum ad Eccleſias ſpectātium, *& Io. de Plat. in l. ſi tempora, nu. 1. & 2. verſ. quod ſecus eſt, C. de fide inſtr. & iure haſt. fiscal. lib. 10.* extendat ad venditiones rerum minoris, & fiſci, non autem ad Vniuerſitates, *Bart. tamen ibi ſub num. 2. verſ. tu dicas*, tenet contrarium, & cum Bartolo idem tenet *Aſinius, & alij ab eo relati in tract. de execution. §. 6. cap. 16. nu. 1. verſ. & licèt Do-*
30 *ctores*; ac etiam in *num. ſeqq.* volentes, ſubhaſtationem eſſe neceſſariam in alienatione bonorum Vniuerſitatum, itaut ſi intra tempus aſſignatum ſubhaſtationi, compareat quis, & plus offerat, huic adiudicanda ſunt bona, quàmuis fuiſſent alteri vendita, quia venditio cenſetur
31 facta ſub conditione, niſi meliorem cōditionem attulerit alius intra tempus appoſitum in ſubhaſtatione; *Bart. dict. l. ſi tempora, nu. 2. verſ. intelligitur enim, vbi etiam gloſſ. 1. quam ſequitur Io. de Plat. ibi, num. 2. verſ. hic eſt caſus notabilis; & viden. eſt Daumer. tract. de ſubhaſt. cap. 3. num. 26.*

Contrariam verò ſententiam, nempe in alienatione rerum Vniuerſitatum nō eſſe neceſſariam ſubhaſtationem, tuētur *Ruin. conſ. 189 num. 19. vol. 1. & alij relati ab Aſinio d. §. 6. cap. 16. num. 4. verſ. cōtrarium verò: quibus adde Luc. de Pen. in d. l. ſi tempora, num. 20. & 21. C. de fid. inſtr. & iur. haſt. fiscal. lib. 11. & fuit hæc opinio gloſſ. 1. in d. l. ſi tempora, in fin. verſ. ad res autem*, quæ tamen limitat regulam, niſi Ciuitas habeat propriam legē ſuper hoc; & ſupplet ibi *Io. de Plat.* ex priuilegio, vel ſtatuto.

32 Sed non eſſe a prima opinione recedendum. multi grauiſſimi patres perſuadent, *Afflict. deciſ. 249. num 2. verſ. octauò quòd poſt decretum, Corn. conſ. 71. n. 1. lib. 3.* qui ait, ſubhaſtationem excludere fraudes; *Dec. conſ. 403 num. 12. Roman. conſ. 321. num. 2. Pariſ. conſ. 98. num. 10. verſ. neceſſariò enim, lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 171. num. 27. & 28. & ſupra caſu 129. num. 3. & per tot. & de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 147 verſ. ſeptimò quòd decretum*; vbi multis laudibus cumulat *Rolan. a Vall.* & præcitatum eius *conſ. 33* in hac materia appellat Delphicum, & ab omnibus ſuſcipiendum, & alij multi relati *a Surd. conſ. 49. magnifici patres, num. 19. & 20.* & do-
33 ctores, ait, qui dicunt, non eſſe neceſſariam ſubhaſtationem, loquuntur contra communem ſententiā, & ratio, quæ in contrarium allegatur, non eſt bona, quia etſi *Auth. hoc ius porrectum*, non ſit in vſu quoad bona Eccleſiæ, id tamen procedit, quia non poteſt lex ſæcularis diſponere circa bona Eccleſiæ; retinet tamen de iure ciuili vires ſuas, vt dicit
34 ibi *Bald. num. 3.* quia non eſt correcta a iure ciuili, ſed canonico: contrarium verò procedere, quando eſſet a iure ciuili correcta; ita poſt *Fab. de Monte tract. de empt. & vend. quæſt. 5. princip. n. 83. 84. & ſeq. ſcribit Rolan. conſ. 99. nu. 18. lib. 1.* Quàmuis enim de iure canonico eius diſpoſitio non fuerit recepta, habebit tamen locum de iure ciuili, & in his, de quibus ciuile ius poteſt diſponere: proinde in alienatione bonorum Ciuitatis, fiſci, vel minorum ſeruabitur ordo datus in *illa Auth. hoc ius porrectū*, quia eius correctio eſt limitata ad bona Eccleſiæ, & nō poteſt extendi; *hæc Surd. loco cit. & idem ſcribit Marc. quæſt. 566. quæritur an in albergamento, num. 4. Pe-*
35 *reg. de iure fiſci, lib. 6. artic 4. nu. 5. quartò interuenire debent*, vbi docet, quænam requirantur in ſubhaſtationibus pro illarum validitate, quem vide: *Magon. dec. Floren. 132. egerat Aloyſius, num. 10. Thomat. deciſ. Macer. 81. Scipio Baldaſſinus, num. 2. Pute. deciſ. 275. die 27. Maij, nu. 2. lib. 2. in nou. Dahumer. de ſubhaſtat. cap. 2 num. 1. & 10. verſ. quartò ſubhaſtatio, & alibi, Borgnin. de tutor. num. 129. verſ.*

quintò

*quintò quòd prædicta; Boccace. ad Con-
ſtit. Marcb. gloſſ.4.num.10.in fin.*
36 Sed quæro, numquid Princeps poſſit
tollere hanc ſolemnitatem ſubhaſtatio-
nis? affirmatiuè deciſum inuenio *in
Rota coram Caualerio deciſ.612.dominus
Dux,num.46.verſ.vnde eum poſtea, facit
Gabr conſ.161.num.19.lib.1.*
Secundò quæro, ſi facta ſit ſubhaſta-
tio,& non inueniatur, qui offerat iuſtum
pretium, an debeat nihilominus res a-
lienanda adiudicari plus offerenti? ne-
gatiuè deciſum habes *apud Afflict. dec.
358.in cauſa inter nobilem, num.5. verſ.*
37 *quarta ratio*, vbi ait; ſi in bona ſubha-
ſtanda non inueniatur emptor, qui emat
iuſto pretio; non eſſe vendenda viliori
pretio, ſed debet creditor ſibi illa bona
adiudicari facere pro iuſto pretio, & ſic
præcedente æſtimatione expertorum;
*ad text.in l.1.C.ſi in cauſam iudicat.vbi
Salycet. hoc notat in ſumm.* quos refert,
& ſequitur *Marcab.ab Angill. conſ.3.nu.*
38 *47.ideo Bald.in l.2.C.eodem, nu.3.* dicit,
paria ſunt emptorem non reperiri, vel
iuſtum pretium rei non offerri.
39 Tertiò quæro, vtrum in venditione
facta per ſubhaſtam haberi poſſit fides
de pretio? negatiua probatur *ex Vlpian.
in l.a diuo pio,§.ſed ſi emptor,verſ.opor-
tet enim,ff.de re iud.*vbi hæc habes.*Opor-
tet enim res captas pignori, & diſtractas
præſenti pecunia diſtrahi, non ſic, vt poſt
tēpus pecunia ſoluatur: & voluit Bart.*
in procuratore Fiſci, vt ſcilicet vendere
debeat præſente pretio, *per text. iuncta
gloſſ.in l.ſi procurator, in fin.ff. de iur.
fiſc.Papien.in pract.in form. executio ſen-
ten.diffin.verb. publico nuncio,num.6.&*
7. qui benè diſtinguit; aut loquimur in
executione iudicis, vel legis & hic non
40 poteſt habere fidem de pretio, hoc eſt
rem dare ſub credentia, *vt in d.§.ſed ſi
emptor;* aut loquimur in procuratore, &
tunc ſubdiſtingue; aut eſt procurator fi-
ſci, ſeu Eccleſiæ, vel minoris, & non po-
teſt habere fidem de pretio, *d.l.ſi procu-
rator,in fin.iuncta gloſſ. fin.* aut eſt pro-
curator alicuius priuatæ perſonæ, & tūc
ſecundùm Barr.ſubdiſtingue; aut eſt pro-
curator ſpecialitèr conſtitutus ad ven-
dendum ſub certo, & limitato pretio,&
non poteſt vendere habita fide, &c. quia
ſic vendendo diceretur vendere viliori
pretio; *arg.d.l.ſi prædium, aliàs incipit,
quod ſi in diem,in fin.ff.de in diem abiect.*
& non ſeruaret fines mandati, *contra
l.diligentèr, ff. mandat.* aut eſt procura-
tor ſimpliciter conſtitutus, nulla facta
pretij taxatione, & tunc poterit habere
fidem de pretio, *vt in l. qui fundum,
§.procurator, ff.pro empt. l.1.ff.de ex-
cept.rei iud.viden.eſt Iaſ.in l.1.num.19.
& 20.& alibi,ff.de off.procur.Cæſar.Ro-
ta coram Ludouiſio deciſ. 23. num.4.*
41 Si verò creditor voluerit habere fidē
de pretio, cum inductum ſit fauore ip-
ſius, vt ſubhaſtationes fiant cum inter-
uentu pecuniæ, ſubſtinetur, & valet ſub-
haſtatio, vt dixit *Rota coram Ludouiſ.
deciſ.430.parte vtraque,num.4. & deciſ.
23.domini non dubitarunt, num.5. vbi
Beltram.alios adducit; & ſub nu.6.* de-
clarat, aduertendum eſſe huiuſmodi cō-
42 ſenſum creditoris eſſe neceſſarium in
ipſo actu deliberationis, & non ſufficere
conſenſum ex poſt præſtitū; & ratio eſt,
quia requiritur cōſenſus talis, per quem
ex tunc in ipſo actu ſubhaſtationis debi-
tor liberatur a ſuo creditore, *vt fuit di-
ctum in Aſculana prædij, 22.Iunij 1609
coram Card. Sacrato, quæ deciſ. legitur
impreſſa poſt Mangil. de ſubbaſtation.
deciſ.12.*alias affert declarationes *Neguſ.
de pignor.in 1.memb.6.part.princ.nu.37.
& 38.*
Subſtinetur etiam ſubhaſtatio facta
43 ſine pecunia præſente, ſi ita ſit de con-
ſuetudine, & more Regionis, quæ ta-
men conſuetudo in ſpecie probanda eſt;
*Gratian.diſcept. for.cap.7.num.5.& 6.re-
latus ab eodem Beltram.d.deciſ.23. nu.7.*
44 Septimò principalitèr requiritur in
alienatione bonorum Vniuerſitatū, pro-
batio verſionis pecuniarum, ex ipſa alie-
natione perceptarum, in vtilitatem ip-
ſarum Vniuerſitatum; *gloſſ. fin. in dict.l.
vlt.C.de vend.reb.*Ciuit.*lib.11. & ibi Io.
de Plat.num.1.verſ.& tunc pretium,Luc.
de Penn.num.11.verſ.ſic enim non præ-
ſumitur, And.de Barul. in l.1. num.2. C.
eod.per tex.in l.27.Ciuitas.ff.de reb.cred.
& in Auth. hoc ius porrectum, in fin.* C.
*de ſacroſ.Eccleſ.& ibi gloſſ. in verb.pro-
bat,* dicit, hoc eſſe ſpeciale in Eccleſia,
& Ciuitate; *Fachin.controu.iur. cap.76.
lib.2.vbi multa, Menoch. de arbitr. caſu
432.qui num.33. poſt gloſſ. citatam in
d.Auth.* dicit, huiuſmodi verſionē pro-
45 bari poſſe per coniecturas, & quatuor
ibi adducit *a num.34.vſque ad 39.*Prima
eſt, quando conſtat Vniuerſitatem tem-
pore alienationis eguiſſe pecunia; ſecun-
da, quando adminiſtratores illius ſunt
viri probi, qui ſolent vtilia facere, & in-
utilia prætermittere. Tertia, ſi ſtatim
poſt receptam pecuniam appareat ſolu-
tum debitum, & ſatisfactū cauſæ, prop-

ter quam facta eſt alienatio. Quarta erit,
ſi venditio ſit rei paruæ, & pecunia in
parua quantitate redacta: & hanc con-
cluſionem probandi verſionē per conie-
cturas amplexa eſt Rota coram Gregorio
XV. deciſ. 31. n. 2. & 11. & deciſ. 511. n. 9.
vbi Beltram. multa congerit ſub num. 35.
vide etiam Capibl. de baron. pragmat. 1.
num. 296. qui alias affert, & loquitur de
conceſſione licentiæ, ſeu aſſenſus Princi-
pis alienandi bona Vniuerſitatis ſub cō-
ditione, dummodo pecunia conuerta-
tur in cauſam ſupplicatam; & in dubio
præſumendum expenſam eſſe in illam
cauſam; allegat Surd. deciſ. 156. qui ſub
num. 7. vult, oſtendendam eſſe conceſ-
ſionem, an importet modum, ſeu con-
ditionem, quem vide.
46 Octauò requiritur, vt de prædictis ſo-
lemnitatibus ſupranarratis tanquam de
tractatu conficiatur ſcriptura ſeparata ab
inſtrumento alienationis, quod deinde
ſequi debet; Menoch. d. conſ. 726. num. 18
ſed plenè de arbitr. caſu 171. num. 26. &
per totum viden; agit enim ibi, & plenè
examinat hanc concluſionem, de alie-
nationibus rerum, & bonorum Vniuer-
ſitatum, & minorum, poſt Rolan. conſ. 33
nu. 12. lib. 1. & alia adducit Aſin. de exe-
cut. §. 5. cap. 13. nu. 5. Capyc. deciſ. 113. n. 6.
Surd. conſ. 28. num. 82. & ſeq. vbi plenè
47 examinat, an, & quando præſumantur
interueniſſe ſolemnitates prædictæ; &
quæ detur actio Vniuerſitatibus ad re-
cuperanda bona, nullitèr, & ſine ſolem-
nitatibus alienata; & de alijs ſolemnita-
tibus requiſitis in alienationibus mino-
rum, quæ militant etiam in Vniuerſita-
tibus, vt pluriès dictum eſt, videri etiam
poterit Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 1.
num. 16. & ſeq. Iodoc. Dabumer. tract. de
ſubhaſt. cap. 2. num. 11. qui vltra decem
48 ſolemnitates enumerat alias, quarum
quatuor tantùm eſſe de forma, & neceſ-
ſariò adhibenda ſcribit, nempe. 1. Cau-
ſa neceſſaria, & vrgens ad vendendum.
2. Quòd debitum vrgens ex mobilibus
ſolui nequeat. 3. Quòd Prætori per dili-
gentem inquiſitionem hoc innoteſcat.
4. Quòd res minus damnoſa vendatur.
49 Alię verò ſolemnitates ſi interueniāt,
præſeruant contractum, etiam per reſti-
tutionem in integrum irreuocabilem,
cum non poſſit (illis ſeruatis) dici,
quòd pupillus, ſeu Communitas ſit læ-
ſa; arg. l. non videtur, quæ eſt fin. C. de in
integr. reſt. min. & l. 52. inter eos, §. cū in-
ter, ibi, non enim deceptus videtur, qui
iure communi vſus eſt, ff. de fideiuſſ.

50 Et quòd facta alienatione cum ſolem-
nitatibus ſupradictis emptor nō ſit tur-
bandus in poſſeſſione rei emptæ, licèt a-
lius meliorem conditionem offerat, d. l.
1. vbi Bart. Io. Plat. Luc. de Penn. & alij,
C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. & l. eos qui,
C. de diuerſ. præd. vrb. & ruſtic. lib. 11.
Nicol. Loſæ. de iur. Vniu. par. 3. cap. 5. nu.
23 Arri. Pinell. in 2. par. l. 2. cap. 2. a n. 29.
vſque ad 31. de reſcin. vend. vbi examinat
quæſtionem, de licitatore certum pre-
51 tium offerente in publica actione, ſi al-
ter maius pretium offerat, an, & quando
liberetur primus ex licitatione ſecundi;
& ſi plures fuerint licitatores, quando
primus liberetur per oblationem ſecun-
di, vel tertij; Iodoc. Dabum. de ſubhaſt.
cap. 3. num. 26. poſt Bart. & alios in l. lici-
tatio, ff. de publ. & vectig. & dicemus in-
fra cap. 46. de locato, & conducto.
52 Sed oritur quæſtio, an Vniuerſitates
poſsint huiuſmodi ſolemnitatibus re-
nunciare? & negatiuè reſpondeas, per
ea, quæ dicunt Scribentes in d. l. vlt. C. de
vend. reb. Ciuit. Aſin. de execut. §. 5. cap. 13
num. 2. Loſæus d. cap. 5. nu. 15. & 16. quia
d. l. vlt. dat formam in illis verbis, nec ali-
53 tèr niſi, &c. legibus autem dantibus for-
mam renunciari non poteſt, l. nemo po-
teſt, ff. de legat. 1. Rolan. d. conſ. 90. num. 4.
lib. 1. Virg. Boccac. ad Conſt. Picen. gloſſ. 6.
num. 31. verſ. vbi Lucas.
54 Imò cum omnes prædictæ ſolemnita-
tes ſint extrinſecæ, debent apparere in
ipſo inſtrumento, aliàs nunquam præ-
ſumuntur, Aſin. d. tract. §. 5. cap. 7. verſ.
ſolemnitas verò extrinſeca; & hanc ma-
teriā, quando ſcilicet ſolemnitates præ-
ſumantur, vel, non ſatis dilucidè tractat
in cap. ſeq. viden.
Et alleganti interueniſſe huiuſmodi
55 ſolemnitates incumbere onus proban-
di; quia Communitatibus ſufficit nega-
re non fuiſſe adhibitas, idem Boccac. loco
cit. gloſſ. 8. num. 309. Gomes ad reg. Can-
cell. de ann. poſſ. quæſt. 4. verſ. nam deuen-
56 tum. Verùm ſi in alienatione appareat
euidens vtilitas, non eſſe requirendas
alias ſolemnitates dixit Rota coram Se-
raphin. deciſ. 1174. propoſui cauſam, nu.
fin. & in Maceraten. cenſus, 14. Maij 1614
coram Dunozet. & in Romana ſaluiani
interdicti, 15. Decembris 1614. coram
Pamphilio, impreſſa in addit. Cenc. de
cenſib. deciſ. 30. num. 13.
57 Redditur tamen dubia hæc deciſio
in Communitatibus, per ea, quæ ſanci-
ta leguntur a Sixto V. in præcitata Con-
ſtit. 42. §. 7. circa fin. ibi. [Sed neque ipſas
Vni-

Vniuerſitates, & Communitates, etiãſi
id omne, quod geſtum eſt, in eorum v-
tilitatem verſum eſſe conſtiterit, vllo
modo, aut obligationis, vel iuramenti
vinculo teneri, &c. Et ita per quoſcum-
que iudicati, & diffiniri debere: Irritum
quoque, & inane quidquid ſecus ſuper
his a quoquam, quauis auctoritate, ſciē-
tèr, vel ignorantèr contigerit attenta-
ri, *&c.*]

58 Cum eñim in hac Papali Conſtitutio-
ne adſit decretum irritans, operatur, vt
nemo inferior a Papa poſſit illam decla-
rare, niſi prout verba ſonant; *Bald. in*
c. ea quæ, de re iud. Imol. in l. ex facto, ff. de
vulg. & pup. Barb. in Clem. 1. col. 8. de
elect. quos refert, & ſequitur *Boccac. ad*
d. Conſt. Picen. gloſſ. 6. num. 139. verſ. &
hoc maximè; Et decretum irritans ap-
59 poſitum in literis Papæ non eſſe ſub di-
ſpoſitione partium, itaut ei per pacta
priuatorum renunciari poſſit, *Rota corã*
Biſignett. de iureiur. deciſ. 1. num. 4. verſ.
& poteſtas decreti, in antiquior. Gomes
ad reg. Canc. de ann. poſſ. quæſt. 4. verſ.
nam decretum; & in reg. de trienn. poſſ.
quæſt. 51. verſ. præterea; & bonus text. in
c. 45. ſi eo tēpore, de elect. in 6. & ibi gloſſ.
in verb. effectu; & in Clem. vn. & ibi gloſſ.
in verb. attentari, de conceſſ. præben. alia
cumulat Boccac. ad Conſtit. Picen. gloſſ.
8 num. 308.

60 Puto tamen, præmiſſa habere locum,
ſi Vniuerſitas, in cuius fauorem ema-
naſſet hoc decretum, voluerit aliena-
tionem impugnare, & de eius nullitate
dicere; vt eſt opinio *R·tæ apud Puteum*
deciſ. 8. num. 2. & deciſ. 36. num. 2. lib. 2. in
nou. Gabr. conſ. 20. n. 67. lib. 2.

61 Quæritur ſecundò, an ſyndici, officia-
les, ſeu adminiſtratores Vniuerſitatum,
qui vendunt bona, & res Communita-
tum, finito officio teneantur de euictio-
ne? & videtur affirmatiuè reſpondendũ,
per text. in l. 67. procurator qui, ff. de
procurat. & l. 4. §. in eum, ff. de adminiſt.
rerum ad Ciuit. ſpectan. vbi Vlpianus ſic
ait. [In eum, qui adminiſtrationis tem-
pore creditoribus Reipublicæ nouatio-
ne facta pecuniam cauit, poſt depoſitum
officium actionem denegari non *opor-*
tet.] Contraria tamen ſententia eſt ve-
62 rior, quia ſyndici, & officiales potius tu-
toribus, quàm procuratoribus aſſimilā-
tur; differunt autem inter ſe procura-
tor, & tutor, quia hic cogi poteſt ad ac-
ceptandum, & ideo eius officium dici-
tur neceſſarium, procurator verò non
cogitur, & eius opera dicitur volunta-
ria; ſed tutor finito officio non tenetur
de euictione, cum eius officium ſit ne-
63 ceſſarium, ergo nec ſyndicus, vel offi-
cialis; ita argumentatur *Loſæus de iure*
Vniu. par. 3. cap. 5. num. 27. & ſeq. cuius
dictum licèt in ſe verum ſit, ratio tamen
non placet, & ideo melius (vt mea fert
opinio) *Borgnin. de tutor. & cur. n. 172.*
vbi hanc concluſionem ſatis latè diſcu-
tit *verſ. mihi tamen*; neminem, inquit,
ſiue officium voluntarium, ſiue neceſſa-
rium habeat, ſiue legitimus, ſiue illegi-
timus adminiſtrator, tutor, vel procu-
rator ſit; ſi alieno nomine vendat, nec
ſeipſum obliget, teneri de euictione;
64 debet enim emptor in inſtrumento em-
ptionis præcauere ſibi, vt etiam nomine
proprio ſe obliget procurator, vel ſyn-
dicus, aliàs non poterit contra iſtos a-
gere; *Lanfran. in c. quoniam contra, de*
expenſ. num. 4. verſ. quia iſte emptor, Bart.
in l. pꝛſt mortem, §. tutor, n. 2. ff. quand.
ex fact. tutor. vbi pulchrè hanc quæſtio-
nem examinat; quando ſcilicet tutor,
vel alius geſtor neceſſarius contrahens
videatur nomine proprio, vel tutorio
contrahere; *& in num. ſeq.* agit de pro-
curatoribus, inſtitoribus, quorum ope-
ra, vt diximus, eſt voluntaria, & de iſtis
procuratoribus agit *idē Bart. in l. ſi pro-*
curator, ff. de iure fiſci, num. 2. an ſcili-
cet, & quando procurator promittens
duplum in venditione domꝯs obliget
dominum, nec ne, quem vide, ſi placet.
Ex quibus colligitur etiam reſponſio ad
iura ſupra in contrarium adducta; ibi
enim procurator, & ſyndicus etiam no-
mine proprio promiſerant, & ſe obliga-
uerant, & ideo tenebantur ex pacto, vt
dicit *Bart. in d. l. 4. §. in eum, verſ. nec ob-*
ſtat, ff. de adminiſt. rerũ ad Ciuit. ſpect.
ſed poſt hæc vidi *Mangilium tract. de*
euict. quæſt. 132. vbi per totam agit, bo-
na Ciuitatum qualitèr validè alienentur,
& Ciuitas, vel venditores de euictione
teneantur, quem vide, nam eius dicta
reſcribere laborioſum, & ſuperuacaneum
puto.

65 Quæro tertiò, ſi ex aliquo contractu
Vniuerſitas ſit læſa, & per 30. vel 40. an-
nos ignorantèr tacuerit, an poſſit poſtea
non obſtante longiſſima præſcriptione
impetrare reſtitutionem in integrum
ex ipſo capite ignorantiæ? Et in termi-
nis Vniuerſitatis Sancti Ioannis affirma-
tiuam partem tuetur *Rolan. a Valle cõſ.*
68. ſi per Agentes, per tot. vol. 3. vbi etiam
reſpondet ad ea, quæ in contrarium ad-
duci poſſent; *Caldaſ. de reſt. in integr. in*
verb.

*verb.minor,num.*61.*Loſæus de iur.vniu.*
*part.*3.*cap.*18. *per tot.* vbi diſcutit, an, &
quando Vniuerſitas habeat in integrum
reſtitutionem; *Menoch.conſ.*447. *nu.*35.
& 36. *poſt Rolan.d.conſ.*68. *vide omnino*
*Oddum de reſtit.in integr. par.*1.*quæſt.*3
*art.*9. 10. *&* 11. vbi de Ciuitatibus, Ca-
ſtris, & Villis; & omnibus iſtis compete-
66 re reſtitutionem in integrum, redden-
tes rationem; quia Vniuerſitates æqui-
parantur pupillis, & minoribus, & ideo
illæ Vniuerſitares, Corpora, ſeu Colle-
gia licita, in quibus non adſunt mino-
res, neque pupilli, hoc priuilegium non
habent, vt docet *Odd. dict. tract. par.*1.
*quæſt.*3.*artic.*12. qui tamen diſtinguit,
videndus. Quæ omnia in fortioribus
terminis procederent, ſi in inſtrumen-
to alienationis non fuiſſent adhibitę ſo-
lemnitates neceſſariæ a nobis ſupra re-
latæ; vt pluribus probat *Boccac. ad dict.*
*Conſt.Picen.de contract.min.gloſſ.*6.*nu.*
74. *& gloſſ.*8.*num.*108. quæ tamen Boc-
cac. ſententia intelligenda erit, niſi lapſi
ſint anni 30. ante litem conteſtatam, &
nunquam fuerit reclamatum; quo caſu
67 præſumuntur omnes ſolemnitates a iu-
re requiſitæ; *Rota coram Seraph.dec.*742
*cauſa iterum propoſita,num.*4. & per lap-
ſum temporis præſumendas eſſe ſolem-
nitates etiam extrinſecas, *eadem Rota*
*coram eod.Seraph. deciſ.*1080. *fuit dubi-*
*tatum,num.*7. & vide etiam *Maſcard.de*
*probat. concluſ.*1315. 1316. *&* 1317. *per*
totas. Et quoniam dictum eſt, Vniuer-
ſitates reſtituendas eſſe ex capite igno-
rantiæ, *ex Rolan. conſ.*68. *vol.*3. quæri-
68 tur, qualitèr probanda ſit ignorantia ab
Vniuerſitatibus? & per iuramentũ pro-
bari poſſe, ſcribit *Seraph.de priuil.iuram.*
*priuil.*4.*num.*14. *poſt gloſſ.in c.propoſui-*
ſti, in verb. non probatur, circa fin. verſ.
ſed quid, vbi quærit, an omnes de Vni-
uerſitate debeant iurare; & reſpondet
ſufficere in Capitulo, ſi Epiſcopus cum
maioribus de Capitulo iurent; *per text.*
*apertum in l.*96. *municipibus, ff. de cond.*
& demonſtr. vbi Paulus I.C. magis ad rē
noſtram reſpõdit. *Per eos iurabunt mu-*
nicipes, per quos municipij res geruntur;
69 & ſic videbuntur omnes iurare, vt ſup-
plet ibi *gloſſ. fin,*
70 Quæro quartò; impoſitio, ſeu vendi-
tio annui cenſus cadit ſub ſpecie aliena-
tionis, nunquid Vniuerſitates poterunt
imponere cenſus ad rationem octo, vel
decem pro centenario, vt permiſſum eſt
alijs perſonis; *ad tradita pe. Nauarr.in*
*comm.de vſur.num.*104. *Surd. conſ.*162.
71 *num.*34.*lib.*2. dicentes, in iure non eſſe
determinatum certum pretium, ſeu fru-
ctum, ſed eſſe attendendam conſuetu-
dinem Regionis, itaut etiam decem
pro centenario nonnullis in locis per-
cipiantur; & pro iſta ſumma tolerare Se-
natum Pariſienſem ſcribit *Tiraq. de re-*
tract.conſang. §.1. *gloſſ.*6. *num.*19. latè
*Cencius de cenſib.par.*2.*cap.*1.*artic.*4. *per*
totum.
Verùm quidquid ſit de iure commu-
72 ni, & inter particulares contrahentes,
ac Vniuerſitares extra Ditionem Eccle-
ſiaſticam, certum eſt, Communitates,
quæ ſub diſpoſitione Bullæ Boni Regi-
minis gubernantur, non poſſe impone-
re cenſus annuos, quorum fructus exce-
dant ſeptem pro centenario; ita enim
ſancitum eſt in *Bulla* 6.*Clem.VIII.Bul-*
*lar.nou.tom.*3.
73 Et quamuis nonnulli dixerint, hanc
Bullam reducere quidem cenſus iam
impoſitos, non autem legem dicere in
futurum imponendis; cõtrarium tamen
determinat *Bart.Vgolin.tract. de vſur.*
cap. 51. §.2. *verſ. excipiuntur*; & fuſius
*Cenc.tract.de cenſib.in addit.par.*2.*cap.*1
*art.*4.*num.*2.*verſ.numero vigeſimoquar-*
to in fin. vſque ad finem, vbi concludit,
fructus exactos in maiori quantitate,
quàm ſeptem, repeti poſſe, & qua actio-
ne; & ita etiam aliquando deciſum vidi
ab hac ſacra Congregatione Boni Regi-
minis; & optimè facit *Gratian. diſcept.*
*for.cap.*608.*per tot.*
Poſſe autem Papam, & Principes non
recognoſcentes ſuperiorem huiuſmodi
74 reductiones, & taxationes facere, obſer-
uat *Cherub.iun.ad d.Bullā* 6.*Clem.VIII*
*ſchol.*2. *poſt Nauarr.conſ.*11.*nu.*2.*lib.*2.
de empt.& vendit. & in Regno Neapo-
litano taxatos eſſe fructus ad ſeptē pro
centenario in fauorem Vniuerſitatum,
& fiſci, *Sanfelic.deciſ.*121.*in princ.& per*
*tot.par.*1. vbi etiam quærit, ſi vltra dictā
ſummam ſeptem pro centenario pro-
mittat Vniuerſitas immunitatem, a col-
lectis, an huiuſmodi promiſsio teneat, &
negatiuè reſpondet, tum quia Vniuerſi-
tates non poſſunt concedere huiuſmo-
di immunitates, ſed etiam quia ex hoc
capite augeretur reſponſio vltra ſeptem,
& eſſent in fraudem legis.
Quæritur quintò, ſi Vniuerſitas ex
cauſa neceſſaria, puta redimēdi ſe ab in-
75 curſu hoſtium, vel ſubleuādi charitatem
annonæ, ne ciues pereant, & Ciuitas de-
ſoletur, imponat cenſum, an in huiuſ-
modi contractu obligationis bonorum
Vni-

Vniuerſitatis requirantur ſolemnitates ſuperius enarratæ? Et pro negatiua facit *l.1.& 3.& toto tit.C.quan.decret.opus non eſt, vbi Doctor.* notant, in obligatione neceſſaria non eſſe adhibendas ſolemnitates; *Gabr.conſ.20.num.43.& alij ab eo relati lib.2.* Contrarium tamen in terminis ſubleuandæ annonæ, ne quis fame pereat, quòd requirantur ſolemnitates, ſcribit *Simoncell.de decret.in præfat.n.67 verſ.mihi verò;* & neceſſariam cauſam ad excludendas ſolemnitates debere eſſe præciſam ad illum actum, ad quem quis compelli poteſt, dixit *Rota inter recent. deciſ.177.domini ſteterunt,num.8.par.1* quæ loquitur in alimentis a filio patri præſtandis, illoque excarcerando, quæ duo pari paſſu procedunt; itaut hæc nō dicatur cauſa neceſſaria, ſed honeſta, & laudabilis; quod etiam verificatur in Vniuerſitatibus erga ſuos ciues, quia de iure quod Vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur, vulgatis iuribus. Et in re-
76 bus Vniuerſitatum non ſolùm attendēdum eſſe, quod aliquid rectè fiat, ſed etiam quod ritè fiat, *vt in d.deciſ.177.n.6 par.1.recent.*

SVMMARIVM.

1 *Quænam ſit differentia inter Legatum, & Oratorem.*

2 *Quis dicatur Legatus; & ſit:*

3 *Legatorum origo antiquiſſima, & a iure gentium, ideo Sancti, quaſi intacti dicuntur.*

4 *Legatum Principis offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis, & quare.*

5 *Legati, & Oratores ab Vniuerſitatibus miſſi non ſunt propriè Legati, & Oratores, & quare.*

6 *Legati municipales qui dicantur.*

7 *Legatorum miſſio ad Principem probibita eſt nedum a Bullis Sixti V.& Clem. VIII.ſed etiam a iure communi, & politico, & quare.*

8 *Legatorum miſſio etiam proprijs ſumptibus quare ſit probibita.*

9 *Legati mittendi ab Vniuerſitatibus in generali Conſilio ſunt eligendi, nec debent iter arripere ante licentiam a Principe obtentam. & num.14.*

10 *Cauſæ omnes in prima inſtantia cognoſcendæ ſunt in partibus coram Ordinario.*

11 *Legatorum miſſio quibus ex cauſis denegata ſit Vniuerſitatibus, & quando permittatur.*

12 *Licentia mittendi Legatos ex iuſta cauſa ſi denegetur, mitti tamen poſſunt.*

Declara poſitam concluſionem, quomodo ſit intelligenda. num.13.

15 *Legatorum numerus, & qualitas attendenda in illorum electione; & Legatorum numerus qualis eſſe debeat.*

16 *Legati diligi debent ab eo, ad quem mittuntur, & quare.*

17 *Legati debent eſſe fide integri, & munera reſpuere.*

18 *Legati nedum eloquentes, ſed ſapientes, prudenteſque eſſe debent.*

19 *Eloquentia ſine ſapientia magis obeſt, quā proſit Vniuerſitatibus.*

20 *Iuſtus, & iuſtitiam ſectare debet Legatus; & quare.*

21 *Veritas in Legatis, & Oratoribus maximè neceſſaria, & quare.*

22 *Diſcreti, doctique ſint Oratores: mater enim cunctorum errorum eſt ignorantia.*

23 *Diſcretio quid ſit, & quid operetur.*

24 *Sobrij debent eſſe Legati; & quid operetur ſobrietas in homine.*

25 *Legati ſunt eligendi ætate prouecti, quia in ſenibus ſolet eſſe maturitas morum, & ideo iuuenibus præferendi.*

Limita, ſi virtus iuuenem extollat, num.26.

27 *In Legatis ab Vniuerſitatibus mittendis videtur ſatis congruum, vt vnus ſit iuuenis.*

28 *Legati non debent eſſe adeo ſenes, vt nequeant itineris, & peregrinationis incommoda ferre.*

29 *Robuſti, & forti corde, animoque debent eſſe Legati.*

30 *Nobiles potius, quàm ignobiles eligendi ſunt Legati, & quare.*

31 *Conſuetudini multùm tribuitur in materia nobilitatis.*

32 *Nobiles dicuntur, qui ſunt ex numero Decurionum, & ideo Legati debēt eſſe Decuriones in ſua patria.*

33 *Dignitas requiritur in Legatis, ideo iuriſperiti, & milites præferendi ſunt alijs: & affertur exemplum Veronæ.*

34 *Milites Peruſini abſque vlla difficultate ſunt nobiles, ſecundùm Bartolum.*

35 *Diuites, & opulenti debent eſſe Legati; & quare.*

36 *Corruptio Ciuitatum eſt dominium pauperum; hi namque in officijs ſunt veluti in militia debiles, qui magis obſunt, quàm proſint.*

37 *Ciues potius quā exteri debent eſſe Legati*

38 *Cordati, conſtanteſque, non autem imbecilles, & timidi debent eſſe Legati, attamen modeſti.*

De

39 *De modeſtia laus ſumitur, de elatione odium conciatur.*
40 *In omni re gerenda, conſilioque capiendo conſtantia ſeruanda eſt.*
41 *Legati non ſunt eligendi habentes litem in Vrbe, vel Curia, & quare.*
42 *Legatus expediens negocia ſua cum negocijs legationis, non debet habere ſumptus pro tempore, quo diſtulit negocium publicum.*
43 *Affectantes Legationes, & aucupātes vota ciuium, ad hoc, vt eligantur Legati, non gaudent priuilegijs, & immunitatibus Legatorum.*
44 *Vniuerſitas mittens Legatos debet illis literas teſtimoniales dare; & quid continere debeant hæ literæ.*
45 *Literæ teſtimoniales Legationis præſentandæ ſunt, cui Legatus mittitur, alids non eſt recipiendus, nec illi credendum.*
Amplia hoc procedere etiam in Legatis a Latere S.R.E. Cardinalibus. num. 46.
47 *Literæ teſtimoniales ſi perdantur, an probari poſſit Legatio per teſtes, vel per aſſertionem Legati.*
48 *Vniuerſitates debent cōſtituere ſalarium Legatis, etiamſi ſint ciues.*
49 *Literas alienas aperiens qua pœna puniatur.*
50 *Emolumentum aſſignatum Legatis quādoque viaticum, quandoque legatiuū, quandoque ſalarium appellatur.*
51 *Nemo cogitur ſuis ſumptibus militare.*
52 *Legatus quāmuis ſalarium recipiat, non tamen amittit priuilegia Legationis; licèt contrarium ſit in alijs Officialibus.*
53 *Legationis munus eſt perſonale, quia cum labore perſonæ, & ſumptu publico perficitur.*
54 *Legatus reuerſus in patriam hora tertiarum debet habere ſalarium totius diei.*
Amplia, etiamſi vno die fecit 40. milliaria, quòd debeat habere pro duobus diebus, & quare. num. 55.
Declara hanc ampliationem, vt n. 56
57 *In itinere faciendo regularitèr 20. milliaria aſſignantur ſingulo die.*
58 *Salarium quando debeatur Legato pro rata temporis.*
59 *Legatus malitioſè producens tempus Legationis, vt maius conſequatur ſalarium, fruſtra agit.*
60 *Legatus non perficiens Legationem, & pecunias hac de cauſa acceptas in aliū vſum conuertens, an teneatur de peculatu.*
61 *Legatus tenetur ad refectionem damni, quod Vniuerſitas ſua culpa patitur.*
62 *Vniuerſitas mittens plures Legatos, ſi aliquis horum moriatur, quis lucretur partem ſalarij demortui.*
63 *Legatus ſi in munere infirmetur, ſalariū nihilominus conſequetur.*
Amplia, ſi moriatur abſque eo, quòd acceperit ſalarium, tranſmittit actionem petendi ad hæredes. num. 64.
65 *Aduocatus ſi moriatur, tranſmittit actionem ſalarij totius anni ad hæredes.*
Declara, hoc non procedere in Ambaſciatore decedente in itinere. n. 66.
67 *Legatus ſpontè deſerens Legationem punitur; ſecus ſi ex neceſſitate; probanda tamen eſt neceſſitas deſertionis.*
68 *Legati vltra ſalarium, donaria quoque recipere poſſunt ab eo, cui miſſi ſunt.*
69 *Decuriones Legationis cauſa donare poſſunt res Ciuitatis.*
Declara hoc verum iuxta regulas iuris communis; ſecus ex diſpoſitione Bullæ. num. 70.
71 *Legati ex ſpeciali iuris diſpoſitione recipiunt ſalarium a Ciuitate, a qua mittuntur; & redditur ratio.*
72 *Caſus ſpecialis extenditur, quando adeſt eadem ratio.*
73 *Vniuerſitas an poſſit imponere collectam pro ſoluendo ſalario Legatis.*
74 *Publica vtilitas magis fauendum, quàm priuatæ.*
75 *Vniuerſitas poteſt taxare ciues pro manutentione equi, & viri probi pro Legatione mittenda, quando opus fuerit.*
76 *Ciuitas non poteſt mittere Legatos, & Oratores ad Principes exteros ſine licentia Principis naturalis.*
77 *Ciuitas an, & quando teneatur ſarcire damnum paſſum Legatis, ſi in itinere ſpoliati fuerint.*
78 *Dominus non tenetur ad refectionē damni caſu fortuito occurſi.*
79 *Naufragium, & ſpoliatio a latronibus inter caſus fortuitos numerantur.*
80 *Legati qualitèr probabunt damnum paſſum in Legatione.*
81 *Legatus, ſeu Officialis captus a piratis, & ſua pecunia redemptus, an repetat ab Vniuerſitate, quæ illum miſit.*
82 *Ciuis an repetat damnum paſſum culpa ſua Vniuerſitatis ab ipſa Vniuerſitate.*
83 *Vniuerſitates, per quas tranſeunt Legati, tenentur ex vrbanitate ſubminiſtrare animalia, & currus pro vehendis rebus.*
84 *Hoſpes, & caupo non poteſt ſine iuſta cauſa aliquem expellere ab hoſpitio.*

Limi-

*Limita, ſi ſuperueniant Legati, & Oratores, qui cōmodè hoſpitari nequeant. num.*85.

86 *Legatus Legatione durante non poteſt conueniri.*
*An autem teneatur ad ſolutionem gabellæ in itinere; vide remiſſiuè.n.*87.

88 *Datum, vel donatum occaſione Legationis ad cuius commodum cedere debeat.*

89 *Ciuis finita Legatione an gaudeat immunitate per biennium.*

§. XIII.

Gloſſ. 1.

Legatos, ſeu Oratores.

CAP. XXXIII.

1 LICET aliqua ſit differentia inter Legatū, & Oratorē, itaut Legati nomen magis latè pateat, vt ex *Anaſt. Germon.* cognoſci poteſt in *eius tractat.de Legat.Princip.lib.*1. *cap.*1. *num.*2. *poſt Decian.tract.crim.lib.*7.*cap.*5
2 *nu.*11.*verſ. attamen hæc*; in textu tamen noſtro idem importare videtur: is enim dicitur Legatus, vel Orator, qui lectu, miſſuque publico publicum negocium peregrè agit: cum enim *ex Varrone lib.* 4.*de ling.lat* verbum, *legare*, ſonet etiam, *mittere*, Legatus verò a *legendo* dictus ſit, vtrumque ſignificabit, *lectus* ſcilicet, & *miſſus*.
3 Legatorum, & Oratorum origo antiquiſſima eſt, a iure gentium proueniens, & ſancti dicuntur, *l. fin. ff. de legation. l. ſanctum, ff. de rerum diuiſ.* & ideo intacti, & inuiolati ab omnibus ſeruandi ſūt,
4 *teſte Patritio de Regno, & Regnis inſtitut.lib.*1. *tit.*6. & ſi quis offendat Legatum, vel Oratorem Principis, incidit in crimen læſæ maieſtatis, quia Principem ipſum cenſetur offendere, *Bald. Felin. & alij in c.*1.*de off. Legat.* quos refert, & ſequitur *Decian.d tract.crimin.lib.*7.*cap.*5. *num.*11.alia multa de Legatis petendæ ſunt *ab Alex. dierum genial. lib.*5.*cap.*3. *& ibi Tiraq.*

5 Verùm qui ab Vniuerſitatibus mittuntur, non eſſe propriè Legatos, nec Oratores, contendit *Germon.d.tract.lib.*1. *cap.*7.*num.*1. *&* 2. reddens rationem, quia iuſtæ legationis numeros non implent; nam qui implent, Regum, Principum, & Rerumpublicarum ſunt: conſentit tamen permiſſum eſſe Vniuerſitatibus mittere Legatos ad Principem,
6 & Dominum; & hi Legati municipales dicuntur *ab Vlpiano in l.*1.*& alibi, ff.de legationib.* & de his Legatis inquirendū nobis nunc erit; ac præcipuè, cur *a Bulla Boni Regiminis hoc §.* illorum electio, & miſſio etiā proprijs ſumptibus prohibeatur.

7 Et ſanè quoad prohibitionē antiquitus etiam fuiſſe conſtat, ſiquidem inter politica præcepta a Caio Mecenate Cæſari data inuenies, *teſte Dione lib.hiſtor.* 52.*pag. apud me* 339.vbi hæc leguntur ex materno in latinum verſa ſermonem.

[*Communitatibus* non permittatur mittere Legatos ad Principem, niſi ſit cauſa, quæ ſine ipſius Principis oraculo perfici nequeat, eorum quippe Præſidibus, quod optant, quibuſue rebus indigeant, inſinuare debent; ipſi verò Pręſides Principem certiorem reddent: Sic enim re ſua haud malè vtuntur, ſumptibus parcunt, & abſque vllo labore, aut impenſa Principis reſponſum *habent*.]. Quò etiam reſpexiſſe videtur *Iuſtinianus Imperat.in Auth. de mand. Princip.* §. *ſit tibi quoque*, vbi Tribuniano Quæſtori ſcribens, hæc ait. [*Non permittere* ex negligentia alicuius Præſidis de Prouincia quemquam ad hanc fęliciſſimam currere Ciuitatem, & nobis moleſtum eſſe; ſcito namque, quia ſi quis veniat, & aditionem nobis faciat, & a nobis interrogatus, ſi prius te adijt, deinde dicat adijſſe, & quod iuſtum eſt non impetraſſe, & hoc verum inueniamus, in te indignationem conuertemus. Si verò cum te non adierit, venire ad hanc regiam præſumpſerit Ciuitatem, & remittemus eum cum omni correctione, & reſponſum non dabimus, *&c.*] & hoc idem contra eos, qui nulla cogente cauſa ſupremum Principem adeunt, *idem Iuſtinianus reſpondit in Auth. vt differentes iudices audire, &c.* §.1. *alias eſt nouell.*86.*cap.*1.§ *ſiquis verò exiſtimans.* Cur autem hæc edixerit Imperator, rationem reddit ibid. in hæc verba. [*Hæc* autē omnia ſancire perſpeximus propter

ter vtilitatem eorum, qui habitant per Ciuitates, & vicos, ne priuati proprijs Prouincijs, & ipſi in peregrinis affligantur, & res eorum *lędantur.*] Nec diſſimili quoque ratione Aegidius Card. Albornozius Epiſcopus Sabinen. S. Sedis Apoſtolicæ Legatus *in ſuis Conſtitutionibus hoc idem decreuit, lib.2. cap.38. & ibi Caballin. in gloſſ.*

Ex quibus ſatis clarè apparet, ſumma quidem prudentia, & optima quoque ratione ſancitum eſſe *a Summis Pontificibus Sixto V. & Clemen. VIII.* ne Cōmunitates S. Sedi Apoſtolicæ ſubiectæ mittant Legatos, & Oratores ad Vrbem ſine licentia in ſcriptis obtinenda, ne ſcilicet eædem Communitates ſumptibus inanibus grauentur.

8 Sed cur etiam proprijs Legatorum, & Oratorum ſumptibus hoc idem denegatum ſit? non omnino apparet: niſi dicamus, ne detur occaſio ſubditis paruiſaciendi Officiales, qui ab ipſo Principe mittuntur ad regendos populos; prout de facili euenire poſſet, ſi nimis facilis eſſet, & pateret aditus, & acceſſus ad Principem; multi enim ciues nomine publico priuatas exercerent contentiones, & negocia; quod eſſe non debet, *ad textum in l. fin. C. de off. vicar. ibi, ne Adminiſtratorū decreſcere videatur auctoritas:* facit etiam *l.16. ſi quis decurio, C. de decurion lib.10. & l. quoties, C. de legation. eod. lib.*10. vbi Legati, & Oratores
9 ad Principem mittendi in generali Cōſilio ſunt eligendi, nec iter arripere debent, antequam licentiam a Principe impetrauerint, & iudici reſidenti in loco cauſas legationis inſinuauerint, ibi, *tuis virtutibus* (ſunt verba textus) *ſuas petitiones intiment, & ſub examine tuo*
10 *perpenſa legatione res ordinetur*: hoc etiam colligitur ex *ſac. Trident. Synodo ſeſſ.24. cap.20. cauſa omnes;* vbi ſancitum habes. *Cauſas omnes in prima inſtantia coram iudice ordinario in partibus eſſe cognoſcendas, nec inde auocandas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negligente*, videri etiā poterunt, quæ ſcribit *Franc. a Pōte de poteſt. Proreg. tit.2. §.7. in princ.*
11 *& alibi;* qui concludit, neque ex Imperatorum legibus, neque ex Summorum Pontificum ſanctionibus, neque ex iuribus ſuperius adductis penitus, & omnino prohibitum eſſe Vniuerſitatibus mittere Legatos, & Oratores ad Principē; ſed ambitioſas tantùm legationes, quæ ad extorquendas pecunias publicas, ad onerandas Vniuerſitates ſumptibus ſupernacaneis, quæ ad priuatorum magis, quàm ad publica negocia dirigantur; hæ quidem legationes prohibentur, *vt in d. Sixti V. Conſt.43. §.8.* ex qua deſumpta eſt etiam hæc noſtra Clem. VIII. Sed vbi neceſſitas vrgeat, Vniuerſitatum vtilitas accedat, obtenta prius licentia in ſcriptis a Sacra Congregatione Boni Regiminis, Legati, & Oratores mittendi ſūt, vt quotidie videmus in facti contingētia: imò *Franc. a Ponte loco cit. num.3.* ſequutus *Ioannem de Plat. & Rebuff.* dicit, oportere quidem petere licentiam,
12 ſed quando fuit petita, & impetrari non potuit, quod iuſtum erat, tunc acceſſum non eſſe prohibitum, vt probat *textus in §. ſit tibi quoque curæ, in Auth. de mand. Princip.* vbi ſi quis Imperatorem adiuerit, ex eo quòd a iudice impetrare nequiuerit, quod iuſtum erat, & hoc verum inueniatur, Imperatoris indignatio contra iudicem vertitur: verùm textus
13 hic loquitur de licentia petenda a iudice in partibus, nos autem loquimur de licentia obtinenda a ſacra Congregatione Boni Regiminis, quæ cauſa cognita, non ſolet illam negare; & ideo opinioni *Franc. de Ponte, & aliorum* non acquieſco, quia textus non loquitur de re noſtra; ſed melius declarabitur infra.

Requiritur tamen, antequam petatur
14 licentia mittendi Legatos, vt illorum electio fiat in publico, & generali Conſilio legitimè conuocato, in quo interuenire debent omnes de Vniuerſitate, ſi non ægritudine, vel alia excuſabili neceſſitate impediuntur, vt eſt *textus ad literam in l. fin. C. de legation. lib.*10. ex quo etiam intelliges, decretum hac in re obtentum ſubſcribendum eſſe, & propria curialium ſubſcriptione firmādum: & Superiori illius loci inſinuandum, qui ſua relatione negocij pertractandi comittetur Legatum: prout etiam obſeruat ibi *Io. de Plat. & in l. præced. num.3.* ait; quoties mittendi ſunt Ambaſciatores a Ciuitatibus, exigitur conſenſus maioris partis illorum de Conſilio; & hoc etiam ſeruari in Ciuitate Neapolitana, teſtatur *Franc. a Ponte d. §.7. num.13. & ſeq.* vbi firmat etiam ſecundùm regulas iuris cōmunis eſſe, vt maior pars Decurionum ſufficiat ad obtinendum in Conſilijs; & *nos diximus ſupra in cap. præced.*

15 In ipſa verò Legatorum electione duo potiſſimùm ſunt obſeruanda, numerus ſcilicet, & qualitas perſonarum; quod attinet ad numerum, quælibet Ciuitas non plus quàm ternos Legatos mittat;

ita

ita *Martianus I.C.in l.ſciendum, in fin. ff.de legation.vbi gloſſ.in verb.ſennos*, exponit, ideſt, *ſex, per text. in l.* 82.*ſi quis teſtamento, ff. de legat.* 1. licèt ſtatim ſe corrigendo dicat, verius, *tres*; prout etiã notat *Germon.d cap.7. num.*10.& ita ab Athenienſib. ſeruatum, vt tres Oratores Romam miſerint, teſte *Patritio de Regno, lib.1.tit.6.*

Sed non vltra duos a Ciuitatibus Status Eccleſiaſtici mitti poſſe, decreuit *Aegid.Card.Albornozius in ſuis Conſtit. lib.2.cap.*38. atque hęc de numero.

De qualitate verò perſonarũ eligẽdarum ad legationes explendas, multa ſunt conſideranda, vt benè obſeruat, & docet *Lucas de Penna in rubr. C. de legation. lib.* 11. vbi viginti qualitates, ſeu perfectiones in Legatis requirit: quarum nonnullas præcipuas, & magis ad rem noſtram referemus.

16 Prima igitur qualitas erit, vt eligatur, qui diligat eum; ad quem mittitur, & viciſsim ab eo diligatur, vt notant *Scrib. in c.ad apoſtolicæ, de ſent. & re iud. in 6.* naturale quippe eſt, vt iudices eis facilius credant, quos libentèr audiunt; ex *Quintil.lib.4.de inſtit.Orat.* eorum verò, qui odio habentur, ſicuti prophanorum preces repellantur, *l. fin.in fin. C.de off. Vicar.& Demoſt.de falſa legat.* admonet eum, qui ſit odioſus illi, apud quem Legati officio functurus deſignatur, prudentèr facturum, ſi pro virili miſsionem retractari curet.

17 Secundò eligendi ſunt Oratores fideles, & fide integri, notatur *in c. Nouatianus verſ.vt per Vrbes,7.quæſt.1.vnde Saluſtius in Iugurta.* [*Rex Bocchus*, inquit, ex omni copia rerum quinque delegit, quorum fides cognita, & ingenia validiſsima erant, & Romanorum Legati, qui in Aegyptum ad Ptolomæum venerant, regia omnia munera reſpuerunt, ne quid regij muneris auertere velle *viderentur.*] vt notat *Patritius loco cit.videndus eſt Demoſthenes in præcitata oratione,* vbi de integritate Legatorum Thebanorum agit.

18 Tertiò, nedum eloquentes, ſed etiam ſapientes, & prudentes debent eſſe Legati, ac Oratores, 84. *diſt.c.porro, & vt D.Bernard lib.4.de conſiderat. ad Eugenium* ait. [*Verboſum* adoleſcentem, & ſtudentem eloquentiæ cum ſapientiæ ſit inanis, non alium quàm iuſtitiæ hoſtem reputes. *& D.Auguſtin.4.de doctrina Chriſtiana*. Quare in Legato nimium exigitur ſapientia, ne dicatur aduerſus eum, dum orat; quis eſt hic inuoluens ſententias ſuas ſermonibus *imperi-*
19 *tis?*] Eloquentiam autem ſine ſapientia nimiùm obeſſe Ciuitatibus, nunquam verò prodeſſe, *ex Cicerone notat Luc. de Penna loco cit.num.5.&19.* vbi multa de eloquentia in Legatis neceſſaria.

20 Quartò ſint iuſti, & iuſtitię ſectatores Legati; nam, vt in *Prouerb.* 12. legitur. *Inſemita iuſtitiæ vita, iter autem deuiũ ducit ad mortem.* & alibi; *Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas: & Caſſiod. lib.6.variar.cap.9. Ille iuſtus poteſt dici, ſub quo non probatur excedi.* tritumque eſt Principum oraculum. *Iuſta petenti nõ eſt denegandus aſſenſus.*

21 Quintò, veritas in Legatis, & Oratoribus eſt neceſſaria, vt legitur *Exod.cap.* 18. *Prouide viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas;* ſpeculum quippe cordis hominũ verba ſunt; *Caſſiodoro teſte loco proximè cit. & ſupra lib.3. cap.3.* peſsima conſuetudo eſt deſpicere veritatem: *& Regius Propheta in pſalm.5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. & pſalm.14. Quis habitabit in Tabernaculo Dei? aut qui ſtabit in loco ſancto eius? Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua.* & vide quæ ſcribit *Germon.de legat. lib.2. cap.6. per tot.* vbi quærit, an Legatus pro bono Principis, & Reipublicæ ſalute poſſit impunè vti mendacio.

22 Sextò diſcreti, doctique ſint Legati, & Oratores; nam ignorantia mater cunctorum errorum eſt, *c.1.diſt.38.& D. Ambroſ.in pſalm.* 118. *Ordinis ignorantia conturbat negociorum naturam, formãque meritorum; & Lucas de Penna loco cit.num.1.* admonet Decuriones, vt pręcipuè iuriſperitos ad officium Legati eligant; hi namque magis, quàm litera-
23 rum imperiti cognoſcere poſſunt, quid ſit diſcretio; *quæ ex D.Thom.3.ſentent. diſt.33.quæſt.1. artic.5.* pertinet ad prudentiam, & eſt genitrix, cuſtos, moderatrixque virtutum: fortè *ex D.Bernard. ſuper Cantic. ſermon.49.* deſumpta, dum ait. *Diſcretio omni virtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorem, & perpetuitatem.* Eſt ergo diſcretio non tam virtus, quàm quædam moderatrix, & auriga virtutum, ordinatrixque affectuũ, & morum doctrix; tolle hanc, & virtus vitium erit; ipſaque affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur, exterminiumque naturæ.

24 Septimò, ſobrietas requiritur in Legatis, & Oratoribus; hæc enim *ex Galeno*

memoriam ſeruat, acuit ſenſum, decorat mentem, dirigit vultum, integrat
pudorem, mitigat vitia, vigorat faciem,
elinit aures, exonerat cerebrum, explicat linguam, exprimit ſermonem, nutrit
medullas, confirmat ſanguinem, purgat
venas, conſtringit neruos, contemnit
libidinem, retrahit ſomnum, purgat ſanitatem, & hominem ſtabilem reddit.

Octauò, Legati debent eſſe ætate pro-
25 uecti; ſolet enim in ſenibus eſſe maturitas morum, & ideo in Legationibus pręferendi, *ex Tiraq. de iure primog. in præfat. nu.* 122. vbi multa tum Romanorum,
tum exterorum affert exempla, quibus
hoc apud omnes populos, & gẽtes plerumque ſeruatum fuiſſe probatur; vt vi-
26 dere eſt apud ipſum *Tiraquell.* Verùm
ſi virtus aliquem extollat, non ex eo,
quia iuuenis, eſt abijciendus; legimus enim apud *Valer. Max. lib. 3. cap.* 1. Aemilium Lepidum, qui in aciem progreſſus
hoſtem interemit, ciuem ſeruauit, Statuam in Capitolio meruit; iniquũ enim
S.C. putauit eum honori nondum tem-
27 peſtiuum videri, qui iam virtuti maturus
fuiſſet. Et in re noſtra, de Legatis inquã
ab Vniuerſitatibus mittendis, niſi neceſſarium, ſaltem valdè congruum exiſtimo ex tribus mittendis, ſi vnus ſaltem
ſit iuuenis, vt ex ijs, quæ viderit, experientia doctus, ſi quãdo ætate iam pro-
uectior redeundum ſit, non omnino rudis, & inexpertus appareat: Nec etiam
28 etiam adeo ſenes eſſe debent, vt itineris, & peregrinationis incommoda perferre nequeant, iuxta ea, quæ ſcribit
Cornel. Gall. in eleg. 1.

Iam pœna eſt totum, quod viuimus
vrimur æſtus.
Officiunt nebulæ, frigus, & aura nocet.
Ros lædit modicoque etiam corrumpitur imbre
Veris, & Autumni lædit amœna dies.
Hinc miſerum ſcabies, hinc tuſſis anhela fatigat,
Continuos gemitus, ægra ſenectus habet.

29 Robuſti quippe, & forti corde, animoque ſint Legati, vt omnem, qui expediat,
ſuſtinere valeant laborem; *vt Luc. de*
Penn. loco cit. docet ſub numeris 16. 17.
& 18. & alia multa de Legatorum ætate ſcribit *Germon. de Legat. lib.* 1. *cap.* 13.
per tot.

Nonò, ex nobilibus eligendi ſunt O-
30 ratores, & Legati, nam vt eſt apud *Ariſtotel. lib. 3. polit. cap.* 8. nobiles, & ingenui rationabilitèr ſibi honorem arrogant: *& paulò infra*; nobilitatem apud
omnes in honore habitam eſſe; & alia
multa petenda ſunt *a Tiraq. de nobilit.*
cap. 20. *num.* 51. *in fin. & per tot.* vbi de
prærogatiuis, & priuilegijs nobilitatis;
ſed quoniam hac in re non vltimum ſibi
31 locum vindicat conſuetudo, itaut quis
in vno loco dicatur nobilis, in alio verò
ignobilis, vt *poſt Bart. & Ioan. de Plat.*
ſcribit idem Tiraquell. d. tract. cap. 10. *in*
princ. & ferè per tot. & qui ſunt de nu-
32 mero Decurionum, dicuntur nobiles,
ad text. & ibi Scriben. in l. ſpurij, in
princ. & l. vlt. in fin. ff. de decurion. & diximus ſup. in cap. proximo præced. ideo
Legati, & Oratores eligendi ab Vniuerſitatibus debent eſſe Decuriones, non
ſolùm ex hoc nobilitatis capite, ſed etiam quia præſumuntur magis informati, & inſtructi de rebus ad patriam pertinentibus: & ex propria patria eligendos eſſe Legatos, oſtendit *Germon. lib.* 1
cap. 10. *num.* 4. *de Legatis*.

33 Decimò, dignitas quoque requiritur
in Legatis, & ideo Iuriſperiti, & milites eligendi erunt; quàmuis *Iacobus*
Benius de priuileg. iuriſconſ. part. 3. *priuileg.* 54. *num.* 7. in militibus nobilitatem
ineſſe contendat; ex conſuetudine tamen milites quoque nobiles dicuntur;
34 *Ruin. conſ.* 66. *num.* 23. *lib.* 3. & in Ciuitate Peruſina indubitatum *dicit Bart. in l.*
1. *num.* 83. *C. de dignit. lib.* 12. præſertim
ſi ſint graduati, & alijs militibus imperauerint: in doctore autem nulla poteſt
eſſe difficultas, vt plenè probat idem
Beni. par. 3. *priuil.* 62. *in princ. & per tot.*
ideo ſi fieri poſſit, potius Doctores, &
milites ab Vniuerſitatibus eligantur Legati, prout ſeruatum fuiſſe Veronæ teſtatur *Cæpolla in conſ.* 23. *quæro de vna*
quæſt. in princ. lib. 2. *ciuil.* vbi narrat, fuiſſe electos Oratores ad Rempub. Venetã
mittendos ſpectabilem militem D. Iacobum Lauagnolum, & ipſum D. Bartholomæum Cæpollam I.V.D. nam, vt *Patritius ait loco citato: quales Oratores videris, tales eos, a quibus miſſi fuerint,*
expecta.

35 Vndecimò, magis opulenti, & diuites, quàm pauperes eligendi ſunt Oratores; hinc enim Princeps, ad cuius faſtigium mittuntur, agnoſcere poterit,
non deeſſe in illa Ciuitate viros optimos, eruditos, in rebus agendis promptos, in congreſſu clarorum virorum non
ignaros, nec adeo paupertate depreſſos,

vt

36 vt cōmiſſa negocia explicare nequeant; ſiquidem *Ariſtoteles ait lib. 3. polit. corrupto Ciuitatis eſt dominium pauperum; & Boetius de diſcipl. ſchol. cap. 4. O quàm abſurdum eſt Magiſtratuũ egeſtas, quippe quæ ſit diſciplinæ nouerca*: ſunt enim in huiuſmodi officijs pauperes, ſicut & in militia debiles, qui magis officiunt, quã proſunt, vt eſt *text. in c. quod ſuper his, de voto, & voti redemp. vnde Ouid. lib. 3. eleg. ait, eleg. 7.*

Curia pauperibus clauſa eſt; dat cenſus honores.

Duodecimò, magis ciues, quàm exteri eligendi ſunt Legati, & Oratores, *Germon. tract. de Legat. cap. 11. num. 8.* quod
37 colligi poteſt *ex Vlpiano l. 2. & Scœuola l. 12. ff. de legation. ibi, Legatus creatus a Patria ſua: & ibi: vtrum quis deſeruerit legationem, an ex neceſſaria cauſa moram paſſus ſit, ordini patriæ ſuæ probare debet. & Martin. Lauden. tract. de legat. num 17. Ciuitas eligit ciuem*: neque ab hac concluſione recedẽdum nos admonet *Cicero lib. 1. officiorum circa fin.* vbi de Magiſtratuum, de priuatorum, de ciuium, de peregrinorum officijs loquitur in hæc verba. [*In Republica* ea velle, quæ tranquilla, & honeſta ſunt; talem enim & ſentire, & bonum ciuem dicere ſolemus; peregrini autem, & incolæ officium eſt, nihil præter ſuum negocium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque in aliena eſſe Repub. *curioſum*.]

38 Denique cordatus, conſtans, & intrepidus debet eſſe Legatus, & Orator; nam *ex Virgil. degeneres animo timor arguit*; & quãmuis non omnibus, nec ſemper, aut tẽpore, aut loco permiſſum ſit imitari Cn. Pompilium Romanum ad Anthiocum Syriæ Regem a S.P.Q.R. Oratorem miſſum, qui vbi cognouit Regem verba dare, & expeditionem Legationis differre, indignatus, virga, quam de more Legatorum manu gerebat, circulum fecit, quo incluſum Regem nō prius inde exire permiſit, quàm Senatui reſponſum daret; pacemuè, an bellum cum Romanis vellet; quæ quidem aſperitas adeo Regis animum fregit, vt ſe obſecuturum Senatui reſponderet; licèt inquam non omnibus id conueniat, permiſſumuè ſit, & modeſtia, præſertim cũ Superioribus ſemper adhibita laudetur, *teſte Caſſiodor. lib. 10. variar. cap. 11.* dum
39 ait; *de modeſtia laus ſumitur, de elatione odium concitatur*: attamen non debet Legatus eſſe adeo demiſſus animo, vt iuxta illud vulgarum adagium; *frigidè petens negare doceat*: nihil eſt autem, vt inquit *Cicero de off. loco ſupra citato*,
40 quod tam deceat, quàm in omni re gerenda, conſilioque capiendo, ſeruare conſtātiam; & ſicut ex iure gentium Legatus offendi nequit, ex eodem iure nefas eſt, vt ipſe alios offendere poſſit, vel iniuria afficere, vt notat *Germon. de legat. lib. 2. cap. 4. num. 7.*

41 Cauendum quoque Vniuerſitatibus eſt, ne Legatos, aut Oratores ad Vrbem, ſeu Curiam mittant, qui lites in ipſa Vrbe, aut Curia habeant: ita enim ſancitũ habes *a Card. Carpenſe in addit. ad Conſtit. Aegid. lib. 2. cap. 38. in fin. vbi Caball. ibi in gloſſ. notab. 5.* dicit, id optima ratione ſancitum, ne expenſis Communi-
42 tatis ille litiget, quod; facilè contingere poſſet: & de iure Orator expediens negocia ſua cum negocio publico, non debet habere ſumptus pro tempore, quo plus retardauerit pro ſuo negocio: *gloſſ. in c. cum pro ſua cauſa, verb. cum propter, de procur.* faciunt quæ ſcribit *Capoll. d. conſ. 23. num. 17.* vbi notat contra procuratores, & aduocatos, qui aucupant
43 vota ciuiũ, ad hoc, vt eligantur Legati, & Oratores, itaut iſta legatio illis non tribuat aliquam immunitatem, nec dicuntur tunc abeſſe cauſa Reipublicæ; & optimus *textus in l. 8. Paulus, ff. de legationib. ibi, cum qui legatione fungitur, neque alienis, neque proprijs negocijs ſe interponere debere*; & ſupplet ibi *Bart.* quòd Legatus non debet attendere ad aliud, quàm ad officium legationis.

Diximus quid obſeruandum ſit ab Vniuerſitatibus in electione Legatorum, nunc videamus, quid agere debeant eędem Vniuerſitates, poſtquam Legatos elegerunt, quibuſuè priuilegijs gaudeāt Legati, dum abſunt hac de cauſa ab ipſa patria.

44 Primò igitur Vniuerſitas, quæ Legatos mittere vult, debet literas teſtimoniales illis dare, ex quibus ſemper appareat, fuiſſe legitimè electos, & miſſos ad publica negocia pertractanda, *l. quoties, C. de legation. lib. 10. l. prohibitum, C. de iur. fiſci, eodem lib. & ibi Io. de Plat. Lucas de Penna, & alij, l. vnic. C. de mand. Prin. Conſtit. Aegid. cap. 38. lib. 2. & ibi Caball. in gloſſ. verſ. quarto quòd nō mittatur abſque literis credentialibus illius Communitatis, continentibus qualitatem negocij, nomen Nuncij, ſeu Legati cum ſigillo publico; Corſett. ſingul. verb. Ambaſciator il ſecondo, num. 1.* & hæ li-
45 teræ præſentandæ ſunt illi, ſeu illis, qui-

bus

bus mittuntur, aliàs non creditur, eos
eſſe tales, quales ſe faciunt; *Bart. in l. Pa-
latinus, C. de coll. fund. fiscal. lib 11. l. ſi
quis, la prima, & ibi Bart. C. de decurion.
lib. 10. & in l. fin. C. de legation eodem lib.
Luc. de Penn. in d. l. probibitum, num. 5.
Io. de Plat. num. 2. And. de Barul. num. 1.
C. de iure fisci, eodem lib.*

Et hoc adeo verum eſt, vt etiam Le-
46 gati de latere in ingreſſu Prouinciæ ſibi
commiſsæ debeant præſentare literas
Apoſtolicas, ad tradita per *Gamb. de off.
& poteſt. Legat. lib. 1. cap. 4. num. 1.* Et ſi
huiuſmodi literæ perdantur, vtrum le-
gatio commiſſa probari poſſit per teſtes,
affirmatiuam amplectitur *Lucas de Pen.*
47 *in d. l. probibitum, num. 6.* imò ſi ſit per-
ſona illuſtris, nobiliſſima, authentica,
honeſta, & S.R.E. Cardinalis, atteſtatio-
ni illorum credendum eſse voluit *Io. de
Plat. loco cit.* & multa congerit *Gambar.
d. cap. 4. num. 2. & ferè per tot. Laud. dicto
tract. concl. 8.*

48 Secundo loco debet Vniuerſitas ſala-
rium conſtituere Legatis; nam licèt ci-
ues etiam inuiti teneantur acceptare
munus legationis pro patria; *gloſſ. com-
muniter recepta in l. ſi quis decurio, in
verb. cogatur, verſ. & ſic nota, C. de decu-
rion. lib. 10. vbi etiam Bart. num. 2. Io. de
Plat. num. 1. & eſt textus apertus in l.
ſciendum, §. ordine, ff. de legation. Corſet.
in ſing. verb. Ambaſciator, il 1. nu. 1. Ma-
ſtrill. de Magiſt. lib. 1. cap. 30. num. 74.* Sa-
larium tamen illis debetur, *gloſſ. in l. 2. in
verba legatiuum, ff. de legation.* & colli-
gitur *in l. Titio, 36. ff. ad municip. verſ.
quaero quis viaticum*; quem textum vi-
49 de; nam ponit caſum, cum ſua deciſio-
ne in aperiente literas Superiori præſen-
tandas cum mutatione nominis illius,
cui commiſſa erat ab Vniuerſitate præ-
ſentatio dictarum literarum; & ad rem
vide etiam *Roman. conſ. 365. quaeritur
primò, per tot. Gig. de crim. læſæ maieſt.
ſub tit. qualiter, & a quib. quæſt. 20. n. 14.
Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 17. num. 46.
Menoch. de arbitr. caſu 538. per tot.* & ex
50 eodem textu collige, emolumentum,
quod datur Legatis, appellari quando-
que ſalarium, quandoque legatiuum,
51 quandoque viaticum; & quoquo modo
nominetur, certum eſt, hoc deberi Le-
gatis, quia nemo cogitur ſuis ſumptibus
militare; *Gundiſ. Valladie. tract. de Legat.*
52 *part. 2. quæſt. 4. num. 1.* qui addit, quòd
Legatus quàmuis ſalarium recipiat, pri-
uilegijs tamen legationis vtitur; quàm-
uis in alijs officijs ſecus ſit, & reddit ra-
tionem differentiæ: *& Ioannes de Plat.
in rub. C. de legation. lib. 10.* deſcribens,
53 quale ſit munus legationis ait, eſſe mu-
nus perſonale, quia cum labore perſo-
næ, & ſumptu publico expediri debet:
& notum ſit etiam ex quæſtione, quam
Doctores noſtri ſatis abundè pertractãt;
an, & quando debeatur ſalarium Lega-
tis, præcipuè *Bart. in l. de diuiſione, n. fin.
ff. ſolut. matrim.* dicens, Legato in patriã
reuerſo deberi ſalarium illius diei, in
54 quo reuerſus eſt, etiamſi in medio die,
vel hora tertiarum reuertatur; & *ibi etiã
Alex. num. 5. & ſeq.* & ampliat etiam,
55 quando Ambaſciator fecit vno die 40.
milliaria, & tenebatur tantùm ad 20. vt
nihilominus habere debeat ſalarium
duorum dierum; quam tamen amplia-
tionem declarat procedere, quando ſuis
56 expenſis ibat, & in remuneratione da-
batur ei ſingulo die tot; ſecus autem
quando dabatur illi pecunia pro expen-
ſis neceſſarijs in itinere, quia tunc quic-
quid in ſuo regreſſu ſupereſt, reddere
debet: & hanc eſſe opinionem *Imolæ,
& aliorum ab eo relatorum*; & aliam di-
ſtinctionem affert *Mart. Lauden. de le-
gat. num. 15.* qui ait, ſi ſalarium ſit con-
ſtitutum in diem, & procedit opinio
*Bart. & adducit text. in l. 3. itinere, ff. de
verb. ſignif.* vbi in itinere faciendo 20.
millia paſſus quolibet die aſſignantur;
57 ſecus autem eſt, ſi conſtitutum ſit viati-
cum in menſem, & reuertatur in tribus
hebdomadis, & ita deciſum eſſe a *Bald.
in l. Lucius, 90. §. a te peto, ff. de legat. 2.*
58 vbi firmat, ſalarium hoc caſu deberi pro
rata temporis.

Si verò Legatus, ad hoc vt maius con-
59 ſequatur ſalarium, plus temporis impẽ-
dat in legatione, quàm negociũ exigat,
& longiorem quoque viam aggredia-
tur, non tamen plus conſequi debet, quã
ſi recta, & breuiori via vſus eſſet, & ne-
gocium non diſtuliſſet; ita *Bart. in l. qui
fiscales, num. 2. C. de nauic. lib. 10. & in
l. veteres, ff. de itin. act. priu. Alex. d. l. de
diuiſione, num. 7. ff. ſol. matr. Corſet. in
ſing. verb. Ambaſciator, il 2. nu. 1. Lauden.
d. tract. num. 26. & bonus textus in l. non
ſolum, §. annus autem, ff. de excuſ. tutor.*

Quid ſi Legatus recepit pecuniam ab
60 Vniuerſitate pro legatione facienda,
quam tamen non perficiat, nec eat ad
locum deſtinatum, ſed pecunias ſibi tra-
ditas in alium vſum conſumpſit, vtrum
teneatur crimine peculatus? & negati-
uam partem tenet *Tiber. Decian. lib. 8.
cap. 32. num. 8.* quia, vt ipſe ait, transla-
tum

tum fuit dominium pecuniæ publicæ: verùm ſi Vniuerſitas ex hoc aliquod
61 paſſa fuiſſet damnum, puto hunc Legatum teneri ad damna, & intereſſe ipſi Vniuerſitati ſarcienda, *l. fin. ff. de iniur. Rota Romana coram Seraph. deciſ.* 453. *domini conſtituerunt, num.* 1. *& ſeq.*

62 At ſi Vniuerſitas mittat duos, vel tres Legatos, ex quibus vnus moriatur, quæritur, an alij duo, vel vnus, qui remanſit, debeat habere totum, & integrum ſalarium deſignatum tribus? & negatiuè reſpondet *Bart. in l. cum vos, num.* 1. *C. de legat. lib.* 10. *vbi Angel. in addit.* putat hoc verum, ſi duo, vel tres eſſent deputati ad idem negocium, & officium; ſecus ſi ad diuerſa, itaut vno decedente alter gereret vtrumque negocium, & officium de mandato Superioris, quia tunc cum officia ſint diuerſa, & diſtincta, ita debent habere ſalaria diſtincta, quia vnus dicitur ſupplere vicem duorum, & ideo duplex ſalarium habere poterit; *arg. l. binos, C. de aduoc. diuerſ. iudicior.* Si verò ſalarium ſolutum ſit vni ex Legatis, qui officiũ deſerat, & ideo ad illius reſtitutionem teneatur, quæritur, cui ſit facienda reſtitutio, Ciuitati, vel alteri Legato? pro ſolutione vide *Io. de Plat. in l. cum vos, num.* 1. *C. de legation. Laud. d. tract. de legat. concluſ.* 23. *Germon. de legat. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 8. Et
63 ſi Legatus in munere infirmetur, ſalariũ tamen habebit durãte infirmitate; *Laud. d. trac. concl.* 36. *arg. text. in c.* 1. *de cler. ægrot.* vbi clericus infirmus integros fructus ſui beneficij percipit, ne ſcilicet addatur afflictio afflicto; & ſi moriatur abſq; eo, quòd fuerit integrè de ſalario ſatisfa-
64 ctus, actionem petendi illud tranſmittit ad hæredes, *l.* 10. *Legatus ante, ff. de legatio.* qui textus licèt diſponat de ſumptibus datis Legatis proficiſcentibus, & in itinere mortuis, non eſſe inquam reſtituendos, *gloſſ. tamen fin.* ibi quærit, an peti poſſint, ſi non fuerint ſoluti dicti ſumptus, & pro affirmatiua multa iura adducit, ſignantèr *l. poſt duos, §. his quoque, C. de aduoc. diuer. iud.* vbi ſancitum habes, aduocatum tranſmittere ſalarium
65 totius anni, in quo moritur, ad eius hæredes, ſiue liberi, ſiue extranei fuerint; & hoc idem habes *in l. iubemus,* 3. *§. vt autem ijs, C. de aduoc. diuerſ. iud. Angel. tamen ad Bart. in l. cum vos,* 2. *C. de legat.* vult ex hac lege probari, quòd ſi Amba-
66 ſciator decedat in itinere; ſalarium pro rata temporis, quo non ſeruiuit, reſtituatur Reipublicæ ab hærede; vt autem hæc Angeli opinio melius intelligatur videndi ſunt *Doctores in l. diem functo, ff. de off. aſſeſs.*

67 Qui verò ſponte Legationis officium deſerit, ſumptus reddit, & extra ordinẽ punitur; at ſi ex neceſſitate deſerat, nedum non punitur, ſed etiam ſumptus lucratur, vt notat *And. de Barul. in d. l. cum vos, verſ. nota qui, C. de legat. lib.* 10. addens, probandam eſſe neceſſitatem deſertionis ab eo, qui illam allegat, *ad text. in l.* 2. *§. vtrum, ff. eod. tit.* Alia de legatiuo, ſeu viatico, quod noſtri ſalarium vocant, videnda ſunt apud *Germon. de legat. Princip. & Vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 10. *& per tot. Gundiſ. Villad. tract. de Legato, part.* 2. *quæſt.* 4. *ferè per tot. & num.* 6. ad-
68 dit, Legatos, ſeu Ambaſciatores vltra ſalarium donaria recipere poſſe ab his, ad quos mittuntur; & quòd Decuriones
69 legationis cauſa res Ciuitatis donare poſſunt, vt per iura ab eo adducta: verũ hoc poteſt eſſe verum de iure communi, ſed contrarium procedit in Statu Eccleſiaſtico propter expreſſam prohibi-
70 tionem noſtræ Bullæ ſuper Bono Regimine; *pro opinione Gundiſalui faciunt notata per Franc. a Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 2. *§.* 7. *num* 11. *&* 12. *poſt Bart. in l ambitioſa, num.* 2. *&* 4. *ff. de decret. ab ord. faci.*

71 Et ſpeciale eſſe in Legatis, vt ſalarium a Ciuitate, a qua mittuntur, recipiant, probat *text. in l.* 1. *C. de praben. ſalar. lib.* 10. vbi expreſsè ſancitum eſt, nulli ſalarium tribui ex iuribus Reipublicæ, niſi ei, qui iubente Imperatore ſpecialitèr fuerit conſecutus; *Mũnoz. de eſcob. tract. de ratioc. cap.* 27. *num.* 1. cuius ſpecialitatis rationem reddit *Gundiſalu. tract. de legat. part.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 1. quia munus legationis non expeditur ſine ſumptu, vnde non eſt iuſtum, quòd Legatus ſuis ſumptibus militet Reipublicæ; ex qua ratione idem crederet ſeruandum in alijs, quæ ſumptum deſiderant in eo-
72 rum expeditione; nã caſus ſpecialis extenditur per identitatem rationis, *c. cum dilecta, de confir. vtil. & inutil. gloſſ. in l. illud, C. de ſacroſ. Eccleſ. & in l.* 1. *C. de condict. indeb. l. ob æs, C. de præd. min.*

73 Quid ſi Vniuerſitas ſpontè, vel coactè miſit Legatos, quibus dandum eſt viaticum, vt firmatum eſt; ſed tamen ipſa Vniuerſitas non habet vnde ſoluat, num. quid imponere poterit collectam inter ciues? Hanc quæſtionem ponit *Thomat. tract. de muner. patrim. §. neſcientes, n.* 1. *verſ. eodem modo intelligo*, vbi ait, tunc

per-

permiſſum eſſe imponere collectam, vt viaticum ſoluatur Legato, ſi præcedat legitima cauſa, ratione ſcilicet publicæ vtilitatis, ſeu neceſſitatis, quibus ceſſantibus non licere ait; & confert *l. ambitioſa, ff. de decret. ab ordin. facien.*

Et ideo optima ratione ſancitum eſt *in l. fin. C. de legat. lib.* 10. *& ibi Scribentes*, vt ſoli Priores nequeant eligere Legatos, ſed requiratur, vt in magno Conſilio fiat electio: tunc enim cum omnes de Vniuerſitate conſenſerint in electione, non debent moleſtè ferre, ſi ob defectum pecuniæ imponatur illis collecta, *c. damnum, de reg. iur. in 6. Ruin. conſ.* 116. *num. fin. lib.* 4.

74 Verùm quia publicæ vtilitati ſemper fauendum eſt, amplia poſitam concluſionē, quòd permittatur Vniuerſitatibus imponere collectā ciuibus, nō ſolū pro ſoluendo viatico Legatis, & Oratoribus
75 iam miſſis; ſed etiam, vt ſubminiſtrentur ſumptus alicui probo viro apto ad legationes perfungendas, vt teneat equos promptos, & paratos ad hoc opus, quādo caſus eueniat; *Bart. & Io. de Plat. in l. non videtur, in princ. C. de muner. patr. lib.* 10. reddentes rationem, quia hoc eſt munus patrimoniale.

Oritur etiam quæſtio; Vniuerſitas ſubiecta S. Sedi Apoſtolicæ poſita circa fines alterius Principis non ſubiecti, ha-
76 bet litem cum alia Vniuerſitate illius Principis, optat amicabilitèr componere controuerſiam, vtrum poſſit altera ex dictis Vniuerſitatibus, vel ambo eligere Legatos, & Oratores mittendos ad Papam, vel ad illum Principem, vt cogant Vniuerſitates ad concordiam? Tu dicas, quòd ſine licentia illius Principis, cui Vniuerſitates ſubſunt, nō poſſunt huiuſmodi Legatos eligere, nec mittere, ita firmat *Mart. Lauden. tract. de legat. concluſ.* 25. *& adducit text. in l. fin. C. de legatio. lib.* 10. hoc probantem in illis verbis; *Præfecto Auguſtali inſinuare; & ibi; ſub examine tuo perpenſa legatione res ordinetur.*

77 Quid ſi Legati in itinere a graſſatoribus aggreſſi, ablatæ ſint illis pecuniæ, veſtes, & alia ornamenta ad legationem neceſſaria, vel alio quouis modo ſine eorum culpa amiſerint, ſiue a latronibus, ſiue a piratis capiantur, vtrum Cōmunitas, a qua miſſi ſunt, teneatur ad emendationem damni? & teneri dixerunt *Mart. Lauden. d. tract. concl.* 6. *Bart. in l.* 63. *ſi ſeruus communis, §. quod verò, num.* 5. *ff. de furtis*, qui ait, hanc quæſtionem eueniſſe de facto Bononiæ in perſona D. Ioannis Andreæ Legati, qui miſſus ad Curiam, in reditu fuit captus, & derobatus, & concludit, quòd omnes Doctores affirmatiuè reſponderunt de curialitate, nōn tamen de iuris rigore, *per text. in l.* 26. *inter cauſas, §. non omnia ff. mandati*, vbi expreſsè legitur, domi-
78 nūm non teneri ad refectionem damni caſu fortuito occurſi, & inter hos caſus enumerātur ſpoliatio a latronibus, nau-
79 fragium, & ſimilia; ſequitur *Gondiſal. Velladie d. tract. de* Legato, *par.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 10. vbi pro vtraque parte adducit iura, & argumenta, & tandem reſidet in opinione, quòd emendatio ſit facienda Legatis; *Germon. de legat. prin. & popul. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 13. qui addit modum
80 probandi damnum paſſum, quando nihil cunſtet de illius valore, & qualitate, & dicit hoc caſu ſtandum eſſe ipſius Legati iuramento, ad latè tradita *per Maſcard. de probat. concl.* 472. *in princ. & per tot.* & probari etiam per teſtes a iudice loci examinatos abſque partis citatione, *idem Germon. ait, adducendo Alex. in l. cum ij, §. tranſactiones, ff. de tranſact.* quem tamen in meo libro non inueni; facit autem *Roman. conſ.* 7. *nu.* 1. *& conſ.* 373. *num.* 6. *verſ. poſtremò etiam; & ibi Mandoſ.* Sed magis ad rem in terminis de Legato, ſeu officiali miſſo ab Vniuer-
81 ſitate Gaietæ ad emendum frumentum, & gerendum negocium publicum, & cū rediret, fuit captus à piratis, & ſe redemit pro certa ſumma, ad cuius refectionem fuit condemnatā Vniuerſitas, deciſum fuit *in Senatu Neapolitano, teſte Vinc. de Franch. deciſ.* 146. *magnif. Ioannes Gattula, per tot.* quem ſequitur *Capiblan. de baron. pragm.* 1. *nu.* 71. qui extendit non ſolùm in miſſo ab Vniuerſitate, ſed etiam ſi propter lites inter V-
82 niuerſitates, vel ex cauſa inimicitiæ vniuerſalis aliquis ciuis patiatur damnum, tunc non poſſet illi dici, tibi imputetur, ſed ab Vniuerſali damnum eſt reſarciēdum; & adducit *Maſtrill. deciſ.* 164. Verùm ſi legatio fuerit procurata, & affectata, non eſſe reficienda damna, dicit *Bart. in l. ſi ſeruus, §. quod verò, num.* 4. *& 5. ff. de furt. Surd. conſ.* 42. *nu.* 24. *lib.* 1.

83 Tranſeuntibus verò Legatis, & Ambaſciatoribus per Ciuitates, & loca Principis, ad quem mittuntur, tenentur ipſæ Ciuitates, & Loca ex vrbanitate ſubminiſtrare animalia pro vehendis rebus; ita *Io. de Plat. in l. penult. verſ. ſecūdo nota, C. de curſu pub. lib.* 10.

Et

84 Et ſi ad hoſpitium diuertant Ambaſciatores, in quo commodè hoſpitari nequeant, licèt hoſpes non poſsit aliquem ab hoſpitio expellere ſine iuſta cauſa, poterit tamen propter aduentum
85 Ambaſciatorum expellere perſonas viles, *ad tradita per Lauden. d. tract. de legat. concl. 2.*

86 Nec poſſe Legatum miſſum a Ciuitate, vel Principe durante legatione conueniri; *probat text. in c. fin. iuncta gloſſ. in verb. compelli, de foro compet. & ibi Innoc. num. 3. verſ. item Legatus; Gundiſ. Villad. tract. de legat. par. 2. quæſt. 5. nu. 1. & 4.* Sed an teneatur ad ſolutionem ga-
87 bellæ pro rebus, quas ſecum defert, vide *text. in l. 8. a Legatis, & ibi gloſſ. & Scriben. C. de vectig. & com. Lauden. d. tract. concl. 16.*

88 Si verò contemplatione legationis datum, vel donatum ſit aliquid Legatis, an cedere debeat ad commodum ipſorum, vel Ciuitatis, a qua mittuntur? hãc quæſtionem examinat *Caual. practic. quæſt. 35. data Ambaſciatoribus, per tot. Germon. tract. de legat. lib. 3. cap. 20. Bald. conſ. 194. num. 2. lib. 2. Gundiſ. d. quæſt. 4. nu. 8. part. 2.*

89 An autem ciuis functa legatione pro patria habere debeat biennij vacationẽ? tu vide *Capoll. in conſ. 23. num 5. & per tot. l. b. 2.* qui in cauſa propria affirmatiuè reſpondet. Alia multa priuilegia Legatorum videnda ſunt apud prædictos auctores, *Lauden. ſcilicet, Gundiſal. Germon. & alios.*

SVMMARIVM.

1 *Agentis nomen multa deſignat, & quæ.*
2 *Agentes in rebus ſcholam habebant.*
3 *Schola quid propriè ſignificet.*
4 *Scholæ quot eſſent ſub Iuſtiniano Imperatore, & cuius conditionis.*
5 *Militiæ nomen, & Sago, & Toga conuenit.*
6 *Amantes quoque militare dicuntur.*
7 *Iuriſperiti quoque militant.*
8 *Leges, & arma magnam inter ſe conuenientiam habent.*
9 *Iuriſperiti, & milites æquiparantur in priuilegio peculij; quod magis procedit in Agentibus.*
10 *Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarum ſtipendia capiunt à Republica.*
11 *Agentium Vniuerſitatum munus licèt procuratorum officio proximè accedat, non tamen vile eſt; & quare.*
12 *Aduocatorum munus quandoque nobilitati derogat.*
13 *Procuratoris munus in Curia Regum, & Principum nobilitati non derogat, præcipuè in Curia Romana.*
14 *Agentes Vniuerſitatum dicuntur illuſtres, & quare.*
15 *Agentium Vniuerſitatum, & Prouinciarum electio non a priuatis viris, ſed ab ipſo Principe fit.*
16 *Dignitas eſt, quæ Principe iubente ſuſtinetur.*
17 *Is, quem Princeps honorat, is ab omnibus eſt honorandus; contrafacientes quaſi ſacrilegij pœnam incurrunt.*
18 *Maior eſt exhibendus honor ijs, qui ſunt a Principe electi ad aliquam dignitatẽ, quàm electis ab alijs.*
19 *Procuratores Curiæ Romanæ non ſunt comparandi alijs exteris; imò præferendi Aduocatis in partibus.*

§.XIII.

Gloſſ. 2.

Agentes.

CAP. XXXIV.

ARTICVLVS I.

De Nomine, & Dignitate Agentium.

1 AGENTIS nomen multa deſignat; quandoque Agens pro actore in iudicio ſumitur, *l. ante omnia, & ibi gloſſ. in verbo agentem, ff. de probat.* & in vtroque Codice, Theodoſiano ſcilicet, & Iuſtiniano habemus *tit. de Agentibus*
2 *in rebus*, qui quidem Agentes ſcholam habebant; ſchola autem non locum, in
3 quo literis operam damus (vt vulgus nunc accipit) ſed corpora, ſeu congre-
4 gationes militum ſignificat: has autem ſcholas vndecim ſub Iuſtiniano Imper. fuiſſe conſtat *in l. vlt. C. de locat. & conduct. ibi; qui in 11. deuotiſſimis ſcholis taxati*

*xati ſunt:*ex quibus duæ inermes erant,
aliæ verò armatæ militiæ, *vt Guid. Pan-
cirol.notat.in comm.notitiæ Imperij Orie-
talis,cap.63.quàmuis Iacob Guthier. in
tract. de off. Dom.Aug. lib.3. cap.10.* vi-
deatur ſentire , omnes ſcholas militares
fuiſſe , dum ait ; [*Agentes* in rebus non
literarum præſidijs militant; nec eorum
literatura militia dicitur, ſed militant in
rebus, & *in actu* ;] & multa alia conge-
rit, ex quibus colligi poteſt, huiuſmodi
ſcholas militares fuiſſe , quæ cum alijs
multis ſub diſpoſitione Illuſtris Magi-
ſtri officiorum erant , *Alciato teſte in
5 notitia Imper. Occiden.* Et licèt militiæ
nomen & ſago , & togæ conueniat; in
Sacra enim Pagina legimus, *Militia eſt
vita hominis ſuper terram* ; & amantes
6 quoque militare dicuntur,vt apud *Ouid.
lib.1.Eleg.*

*Militat omnis amans, & habet ſua ca-
ſtra Cupido,*
*Attice crede mihi , militat omnis a-
mans .*
*Quis niſi, vel miles, vel amans, & fri-
gora noctis ,*
Et denſo miſſas perferet imbre niues?

7 Nec ſolùm amantes,ſed Iuriſperiti quo-
que militant , *Lucano ad Piſonem ſcri-
bente :*

*Non perijt virtus , licèt exercere to-
gata*
*Munera militia , licèt & ſine ſangui-
nis hauſtu*
*Mitia legitimo ſub iudice bella mo-
uere ,*
*Hinc quoque ſeruati contingit gloria
ciuis,*
*Altaque victrices intexunt limina
palma .*

Et ne poetica hæc videatur inuentio , &
ingenij verſatilis oſtentatio , hoc idem
ab Imperaroria Maieſtate prolatum ha-
bemus *in l.aduocati,C.de aduoc.diu.iud.*
in hæc verba. [*Aduocati* , qui ambigua
facta cauſarum dirimunt,ſuæque defen-
ſionis viribus in rebua ſæpe publicis , &
priuatis lapſa erigunt, fatigata reparant,
non minus prouident humano generi ,
quàm ſi prælijs, ac vulneribus patriam,
parenteſque ſaluarent, milites ergo sũt,
militant namque patroni cauſarum, qui
glorioſæ vocis confiſi munimine in la-
borantium ſpem vitam , & poſteros *de-
fendunt.*] Hæc Imperator .

8 Maximá quoque inter ſe conuenien-
tiam habere leges , & arma Iuſtinianus
demonſtrat , dum *in proæmio legalium
inſtitutionum* ita præfatur . [*Imperato-
riam* Maieſtatem non ſolùm armis de-
coratam, ſed etiam legibus oportet eſſe
9 *armatam.*] hinc etiam Iuriſperiti æqui-
parantur militibus in priuilegio peculij,
l.fin.C.de aduoc.diuer.iud. ibi;[*quicquid*
ex huiuſmodi profeſſione, vel ipſius oc-
caſione quęſierint,id poſt patris obitum
præcipuum velati peculium caſtrenſe ,
ad exemplum militum proprio domi-
nio valeant *vendicare.*]

Et hoc in Agentibus Vnioerſitatum ,
& Prouinciarum magis procedere dicé-
dum eſt, ponderando *gloſſ.in d.l. fori,in
verbo Caſtrenſe,* dum indicat , diſpoſita
in hac lege locum ſibi præcipuè vendi-
care in Aduocatis pauperum, qui ſtipé-
10 dia recipiunt a Republica : pari namque
ratione Agentes ſtipendia publica ab
Vniuerſitatibus capiunt, & pauperum,
ex quibus Vniuerſitates rectè conſtituũ-
tur, cauſas agunt, & patrocinantur .

11 Neque tamen ex hoc vile Agentium
Vniuerſitatum officium eſſe,quis dicere
audeat , quaſi procuratorũ munere fun-
gantur;quia non officium procuratoris,
ſed qualitas cauſarum, modus exercen-
di, & perſonarum abiectio, indignitaté ,
ignobilitatemque pariunt:ſic etiam Ad-
12 uocatorum munus nobilitati derogare,
multa præſtantiſſimorum virorum mo-
numenta teſtantur apud *Tiraq.tract. de
nobilit.cap.29.in princ.* Et ſi munus pro-
curatoris in Curia Regum,& Principum
13 exerceatur, nihil nobilitati obeſſe,idem
*Tiraq.affirmat d.tract.cap.30. num.4. &
num.7.* auget, ſi tale munus demande-
tur a Principe . Quantò magis ergo in
Romana Curia hoc locum habebit ? vbi
nedum Summus Pontifex præſidet , &
imperat , quique tanquam Soi omnibus
alijs Planetis , terrenis quippè Dignita-
tibus magis emicat,& illuminat,cui om-
nis humana creatura, & quælibet terre-
na ſublimitas, & poteſtas ſubijcitur ; *ex-
trau.1.in fin.& alibi, de maior. & obed.*
Sed etiam tot , tantique Purpurati Pa-
tres, Vaticani Senatores, Eminentiſſimi
S.R.E.Cardinales Regibus æquiparati,&
cœteris Eccleſiaſticis Dignitatibus præ-
ſtantiores dicti *ab Eugen.IV.in ſua Cõ-
14 ſtit.15.*quorum præſentia Congregatio-
nes, & Tribunalia, quibus interſunt,tan-
quam a fulgẽtiſſimis radijs illuſtrantur ?
qua ratione etiam Agentes Vniuerſita-
tum dici poſſunt illuſtres , *per textum
l.vnic.C.de Præpoſit.labor.lib.12.ibi,nam
& immunitate digni ſunt , quos noſtri
lateris comitatus illuſtrat.*Eoque magis,
quia Agentium Vniuerſitatum electio

non

15 nõ a priuatis viris, ſed ab ipſo Principe manat; quapropter nobilitatem tribuit, *ad textum in l.nemo præfectus*, C. *de di-*
16 *gnit.lib.*12.ibi, *ſit namque dignitas, quæ nobis iubentibus ſuſtinetur; & hoc notant ibi Scribentes, alijque multi varijs in locis; Roman. ſing.*814.*tu habes, quòd officium; Iaſ.in rub. C.de procur. num.6. verſ. limita niſi eſſet; Luc. de Penn.in l. vniuerſos, num.*4. *& ſeq. C.de decurion. lib.*10.*Tiraq.d.tract.de nobil.cap.30. n.7.*
17 Is enim, quem Princeps honorat, ab omnibus eſt honorandus, *l.*1. *C.de domeſt. & protect.lib.*12. *vbi Valent. & Volum. Impp.ita ſanxerunt. Pœna ſacrilegij ſimilis erit, ſi bis honorificentia non deferatur, qui contingere noſtram purpuram digni ſunt exiſtimati. & in l.reſtituendæ, in fin.& ibi gloſſ.vltima, C.de aduoc. diuerſ.iud.* habetur; maiorem honorem
18 exhibendum eſſe ijs, qui electi ſunt a Principe ad aliquam Dignitatem, quàm ijs, qui eandem Dignitatem ab alijs conſequuntur: Et procuratores Curiæ Ro-
19 manæ non eſſe comparandos alijs exteris, imò præponendos Aduocatis in partibus exercentibus, ſcribit *Gratian. poſt alios ab eo relatos in diſcept. forenſ. cap.*57.*num.*38. Vidimus de nomine, & Dignitate Agentium Vniuerſitatum; inquiramus iã de munere, & eorũ officiũ quo melius fieri poterit, deſcribamus.

SVMMARIVM.

1 *Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarũ quinam propriè ſint, & dicantur; examinaturque eorum deſcriptio.*

2 *Syndici, Procuratores, Oratores, & alij huiuſcemodi viri a Decurionibus in publicis Conſilijs eliguntur.*

3 *Agens in quo differat a procuratore.*

4 *Quædam communia ſunt ſyndicis, ſeu procuratoribus Ciuitatum, cum Agentibus.*

5 *Procuratoris nomẽ tanquam generale ad quẽlibet adminiſtratorẽ referri poteſt.*

6 *Differentia eſt inter ipſos procuratores; & quæ ſit.*

7 *Procuratoris officium vile eſt.*

8 *Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarũ procuratori Cæſaris aſſimilantur; & quare: & num.*15.

9 *C*ommunitates *ſunt certum, & tutum patrimonium Principis.*

10 *Sententia contra* Ciuitatem *indefenſam lata eſt ipſo iure nulla, quia pupillorũ priuilegio gaudet.*

11 *DebitoresCiuitatum non prius honores, & dignitates in* Ciuitatibus *obtinent, quàm debitum ſoluant.*

12 *Reipublicæ intereſt habere ciues idoneos debitores ad ſoluendum tributa.*

13 *Imperatoribus, & Principibus curæ cõmiſſi ſunt maximi, mediocres, & paruuli.*

14 *Princeps ſicut priuatos iniuſtitiam paſſos adiuuat, ſic & publicum illæſum manere vult.*

16 *Agentes non ad ſtipendia percipienda tantùm deputati ſunt, ſed etiam ad negocia perficienda.*

17 *Qui mandatum ſuſceptum non implet, vel intempeſtiuè renunciat, tenetur ad intereſſe.*

18 *Paria ſunt non defendere, & minus legitimè defendere.*

19 *Negligentes negocia Vniuerſitatum tenentur ad intereſſe.*

20 *Suſcipiens in ſe onus adminiſtrandi negocia aliena, ſi in adminiſtratione minorem diligentiam adbibet, quàm in re propria, dicitur eſſe in lata culpa, quæ dolo æquiparatur.*

21 *Actio mandati ad damna, & intereſſe datur contra procuratorem negligentẽ. Ampliatur concluſio, & redditur ratio. num.*22.

ARTICVLVS II.

Quinam dicantur propriè Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarum:

1 AGentes Vniuerſitatũ, & Prouinciarum ſunt, qui negocia Vniuerſitatum de mandato Principis in Romana Curia agunt, & quantum in illis eſt, perficiunt. Dictio, *negocia agunt*, ſe habet vt genus, ſiquidem referri, & prædicari etiam poteſt de procuratoribus, ſyndicis, oratoribus, & ſimilibus, qui negocia Vniuerſitatum pertractant. Dictiones, *de mandato Principis, & in Romana* Curia, ſtãt loco dif-
2 ferentiæ, quia ſyndici, procuratores, oratores, & ſimiles, in publicis Conſilijs a Decurionibus legitimè congregatis eliguntur, & de mandato illorum agunt, & patrocinantur, *l.fin.C.de legation.lib.*10.*l.nulli, ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom. l.ante litem, cum ſeq. & ferè per tot.tit. ff. de procur.l. fin.§.defenſores, ff.de muner. & bonor.* additur, *in Romana Curia*,
3 ad differentiam illorum, qui extra eam

negocia gerunt: differt etiam agens a
procuratore, quia hic eſſe debet maior
vigintiquinque annis; agens verò poteſt
eſſe, licèt annum decimumſeptimum
non excedat, *textus in c.qui generalitèr*
§. fin.de procur.in 6. Aliam quoque dif-
ferentiam conſtituit Sacra Congregatio
Boni Regiminis; quia agens ad negocia,
procurator verò, ſeu ſyndicus ad lites
conſtituitur, vt in literis eiuſdem Con-
gregationis inferius regiſtrandis; quæ
quidem literæ iuris aſſiſtentiam habent,
ad tradita *per Ruin.conſ.116. n.19. verſ.*
& non de illis, vol.4. dum ait, qui mittũ-
tur ad agendũ, & defendendum cauſam
in iudicio, propriè dicuntur ſyndici, &
differunt ab ijs, qui defendunt cauſam
Ciuitatis apud Principem, vel in eius
Curia ſine ſtrepitu.

4 Non ibo tamen inficias, quædam cõ-
munia eſſe ſyndicis, ſeu procuratoribus
Ciuitatum, cum agentibus, nam *vt Cor-*
rad.Brun.tract.de legat.lib.1.cap.3.& 4.
teſtatur, etiam qui ſpecialitèr negocia
5 publica alieno nomine gerunt procura-
tores appellari ſolent; & procuratoris
nomen vti generale ad quemlibet ad-
6 miniſtratorem referri, probat *textus in*
c.Saluator, §.nomine, 1. quæſt.3. Et inter
ipſos procuratores quoque aſſignatur
differentia; nam dicitur procurator Cę-
ſaris, procurator rei domeſticæ, procu-
rator fiſci, quorum munera, & officia no-
bilitate quadam decorantur, *ex Alciato,*
Veſtrio, & alijs relatis a Grauat in addit.
ad eundem Veſtrium lib.2.ca 9.de procu-
rato.fiſci, & alij relati *a Gabriel. Berart.*
de viſit.temp. cap.12.de fiſci Aduocat. &
fiſcalib. procurat.num.3. & 5. licèt aliàs
7 procuratoris officium vile ſit; *l.34. ſi quis*
procurationem, & ibi gloſſ. & Scriben.C.
de decurion.lib.10. Agentes verò non ad
8 hos viles procuratores, ſed ad procura-
tores Cæſaris redigendi ſunt; quia quē-
admodum hi bona, & iura Cæſaris tuē-
tur, *l.ad fiſcum, & alibi, C.vbi cauſ. fiſcal.*
ita Agentes Vniuerſitatum, & Prouin-
9 ciarum bona, & iura Vniuerſitatum de-
fendunt, Communitates verò eſſe certũ,
& tutum patrimonium Principis, nemo
ſanæ mentis ignorat; hinc etenim tot
Imperatorum, Summorum Pontificum,
& aliorum Principum Sãctiones pro re-
cta Vniuerſitatum adminiſtratione in
corpore iuris tam Cæſarei, quàm Ponti-
ficij leguntur, *l.1. §.quod ſi nemo, & ali-*
bi, ff.quod cuiuſque vniu.nom. & in pri-
mo lib.C. habemus, tit.56.de defenſ. Ciuit.
tit.57.de magiſt. municip. etſi malè ſe geſ-
ſerunt in off. in lib.5.C.tit.75. de magiſt.
conuenien. & tit 29.lib.11.C.de iur. Reip.
in l 1 ſancitum eſt, ſententiam contra
10 Ciuitatem indefenſam latam, eſſe ipſo
iure nullam; *& in l.3* pupillorum priui-
legio gaudere Rempublicam; *& in titu-*
lis ſeqq habes, de adminiſtr. rerum public.
de vendend.reb.Ciuit. vbi aſſignatur for-
ma in his venditionibus ſeruanda: item
de debit.Ciuit. vbi l.1. debitores Ciuitatũ,
11 non prius honores, & dignitates patrię
obtinere, quàm debitum ſoluerint; &
Conſtantinus Imper. in l.2.eodem tit. do-
12 cet, ſimul & Reipublicæ vtile eſſe habe-
re ciues idoneos debitores ad ſoluendũ
tributa, & vectigalia, & quòd ipſis ciui-
bus ſit commodum, cumulum debiti
minime nutriri; *& in Auth.coll.3.tit.2 de*
defenſ. Ciuit. §. deinde nos, & in epilog.
13 *Imperator* ait. [*Quatenus* cognoſcant
omnes, quia & maximorum, & medio-
crium, & paruulorum nobis cura eſt; &
nihil eſt tale, quod a noſtra ſollicitudine
remoueamus: & in ead. Auth.tit.4.de
14 *mand.Princip. §. oportet,* hæc habes. *Si-*
cut enim priuatos iniuſtitiam paſſos ad-
iuuamus, ſic & publicum illæſum mane-
re *volumus.*] Quæ ferè omnia repetita
leguntur *in Conſt.10. fel.rec.Clem.VIII.*
ſuper Bono Regimine, & adminiſtr. bo-
norum, & reddit.cuiuſque Communita-
tis; & alia multa adduci poſſent, quę cum
notiſſima ſint, omittuntur.

Et ad rem noſtram redeuntes: cum
officium, & munus Agentium Vniuer-
ſitatum, & Prouinciarum circa præmiſ-
ſa, defendendi ſcilicet iura, & bona Vni-
15 uerſitatum verſetur, apparet vtique ma-
gis procuratoribus Cæſaris (qui dignita-
tem habent, *Alciato teſte in præfat. de*
magiſt. ciuilib. & militar. verſ. hinc eſt
quod maximè, vbi varias poteſtates ab
Imperat. Procuratori Cæſaris attributas,
enumerat) quàm alijs vulgaribus procu-
ratoribus, quorum officium vile eſt, cõ-
parandos eſſe Agẽtes. Qui tamen igno-
rare non debent multa ad officium pro-
16 curatoris pertinentia ab ipſis quoque
ſeruanda; non enim ad ſtipendia ſolùm
percipienda, ſed etiam ad negocia per-
tractanda, perficiendaque conſtituti sũt,
l.22. ſi mandatu vero, §. ſicut autem, ff. man-
dat. vbi Paulus I. C. ait; *Si liberum eſt*
mandatum non ſuſcipere, ita receptum
conſummari oportet. vbi Bart. not. qui
17 mandatum ſuſceptum non implet, vel
intempeſtiuè renunciat, tenetur ad in-
18 tereſſe. Et ſciant Agentes, paria eſſe non
defendere, & minus legitimè defende-
re,

re, *l.qui abſente*, *C.de procurat.l.diuus,in fi.1.& ibi gloſſ. in verb.in officio,ff. de off.*
19 *Præſid.*& magis ad rem, negligentes ſcilicet negocia Vniuerſitatum teneri ad intereſſe, *textus eſt in l.contra eos, C.de*
20 *admin. rer. pub.lib.*11. ſuſcipiens enim in ſe onus adminiſtrandi negocia aliena, ſi in ipſa adminiſtratione minorem diligentiam adhibet, quàm in re propria, dicitur eſſe in lata culpa: *Bart. in l. qui nerua,num.* 17.*ff. depoſit.Afflict.deciſ.*13 *num.*17.*Menoch.conſ.*1194.*nu.*17.*& ſeq.*
21 qui addit, latam culpam dolo æquiparari, & contra procuratorem negligentem dari actionem mandati ad damna, & intereſſe, pluribus probat *Magon. de rect. patroc. ration. pact.*2. *cap.*31.*&* 32.
22 Et hanc actionem competere nō ſolùm ratione doli, ſed etiam leuiſſimæ culpæ; & de omni culpa lata, leui, & leuiſſima teneri procuratores per tacitam aſſertionem induſtriæ, ſcribit *Gail. pract.obſer.lib.*1.*obſer.*45.*num.*4.*&* 5.*Surd. deciſ.* 304.*num.*6.*&* 7.& procuratores,& actores Vniuerſitatum obligatos eſſe rationē reddere, probat *Berart. de viſit. tempor. cap.*23.*nu.*21.*&* 22. quæ quidem vt melius intelligantur, & Domini Agentes ſuis conſcientijs conſulant, nōnulla breuitèr percurrenda, diſcutiendaque duxi in ſequenti capitulo.

S V M M A R I V M.

1 *Quatuor in Agentibus requiruntur, videlicet ſcientia, diligentia, veritas, iuſtitia.*
2 *Agens ſi propter eius imperitiam negociũ deſtituatur, ſeu lis perdatur, abſque vlla exceptione tenetur ad reſtitutionem.*
3 *Medico non imputatur euentus mortalitatis, ſed quod per imperitiam agit.*
4 *Imperitia dicitur culpa in eo, qui aliquid agendum aſſumit, cuius rei imperitus exiſtat.*
*Amplia idem ius ſtatuendum eſſe de imprudentia. num.*5.
5 *Patronus ſiue per negligentiam, ſiue per imprudentiam cauſam perdat, ſemper erga partem tenetur.*
6 *Diligentia eſt mater omnium artium in opere ſuo, & reliquæ virtutes diligentia continentur.*
7 *Diligentia nedum laudanda, ſed etiam præmijs cumulanda eſt.*
8 *Diligentia illa laudanda eſt, quæ domino, non quæ ſeruo vtilis fuit.*
9 *Negligentia eſt omiſſio eius, quod fieri debet, vel poteſt, & quæ moram non patitur.*
*Alia multa de negligentia, vide remiſſiuè. num.*10.
11 *Negligentia non eſt præcisè probanda; & quando dicatur probata.*
12 *Veritatem requirit dominus, & nemini expedit veritatem negare, & mendacium dicere; & multis auctoritatibu comprobatur.*
13 *Pueri ad veritatem dicendam aſſuefaciēdi ſunt, cum mentiri ſeruile ſit, & turpe vbique gentium.*
14 *Medicis an permiſſum ſit mendacium dicere, vt ægrotantium animos conſolentur.*
15 *Decipere non licet quempiam, nec artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo; & quare.*
16 *Veritatis impugnatio aliquando permittitur; & quando.*
17 *Inquirentes veritatem ſine dubitatione, ſimiles ſunt neſcientibus, quò ire debeant.*
18 *Veritatem tegere, & adumbrare quandoque permittitur ad bonum finem, & bonis artibus.*
19 *Veritatem tacere an, & quando liceat.*
20 *Mendax furi æquiparatur.*
21 *Legatus an poſſit pro bono ſui Principis, & pro ſalute Reipublicæ vti mendacio.*
22 *Falſa negatio tollit priuilegium, quod aliàs quis haberet in eodem negocio; & vide quid in hoc ſenſerit M. Tullius Cicero.*
23 *Agentes ſectare debent iuſtitiam, & ab eo, quod iuſtum eſt, nunquam recedere; & quare. num.*25.
24 *Iuſtitia ſine prudentia multùm poterit, ſine iuſtitia nihil valebit prudentia.*
26 *Iuſtum, non iniuſtum patrocinandum eſt; iuſtum autem quid ſit.*
27 *Iuſtum ad hoc vt dici poſſit, tria concurrere debent, & quænam ſint.*
28 *Eloquentia ad ſalutem hominum a natura conceſſa non eſt conuertenda ad bonorum perniciem.*
29 *Nocens, nefarius, & impius aliquando defendendi ſunt, etiam apud nos Chriſtianos; & quare.*
*Declara hoc verum, dummodo bonis non inferatur damnum. num.*30.
31 *Vir bonus ita iuſtitiam, & æquitatem colat, vt in re aliena id agat, quod in re propria præſtaret.*
32 *Dignus eſt operarius mercede ſua, nec aliquis tenetur proprijs ſtipendijs militare.*
33 *Agentes debent eſſe contenti ſtipendijs ſibi*

ſibi in tabellis aſſignatis,nec aliud petere, aut quærere; & num.35.

34 *Stipendium, honorarium, palmarium Aduocatorum, niſi a lege,vel ab homine ſtatutum, & aſſignatum ſit, arbitrio iudicis decernitur.*

36 *Agentes ad negocia, non ad lites conſtituti ſunt, vt in literis Sacræ Congregationis Boni Regiminis hic inſertis.*

37 *Agentium munus,vel officium valde vtile, imò neceſſarium eſt.*

38 *Agentes tenentur aſſiſtere procuratoribus conſtitutis ad lites in Vrbe motas, & agitatas.*

39 *Agentes tenentur patrocinari lites, & cauſas in Congregatione Boni Regiminis introductas.*

40 *Dictio, maximè, explicat caſum minus dubitabilem, & implicat magis dubitabilem.*

ARTICVLVS III.

De Officio Agentium; & quæ in illis requirantur.

DOctiſsimus Cardinalis *Toletus in ſua inſtructione ſacerdotali lib.5.cap.62.* (licèt loquatur de procuratore, ad omnes tamen negocia
1 aliena tractantes referri poſſunt;) vult quatuor in iſtis adeſſe, videlicet, ſcientiam, diligentiam, veritatem, & iuſtitiam.

2 Scientia quidem requiritur, quia ſi propter ignorantiam agentis negocium deſtituatur; ſeu lis perdatur, abſque vlla excuſatione tenetur ad reſtitutionem, *l.illicitas, §.ſi cui medico, ff.de off.*
3 *Præſid.* vbi *Vlpianus* exemplo medici, cui non imputatur euentus mortalitatis, ſed imputari debet,quod per imperitiam agit, ad alios profeſſores etiam
4 applicari poteſt; quia imperitia dicitur culpa in eo, qui aliquid agendum aſſumit, cuius rei imperitus exiſtat; *eſt text. ad literam, & ibi Bart. in l. ſi quis fundum, §.Celſus, ff.locat. Magon.de rect.patroc.rat. part.2.cap.32.num.8.& nu.ſeq.* idem ius ſtatuendum eſſe de imperitia ait *l.ſed etſi in fin.ff.ad l.Aquil.& §.præterea, verſ.imperitia,inſtit. eod.tit.de leg. Aquil.ibi; imperitia quoque culpæ adnu-*
5 *meratur*; & quòd patronus ſiue per negligentiam,ſiue per imprudentiam cauſam perdat, erga partem ſemper teneatur, affirmat *Speculat.lib.1.tit. de aduoc, §.fin.de cautelis, & offic.Aduoc. vtriuſque partis, num.17.*

Diligentia ſecundo loco requiritur in agente; eſt enim diligentia mater om-
6 nium artium in opere ſuo, *c.fin.diſt.83. Magon. d. tract. cap.33. num.5.* & quòd reliquæ virtutes diligentia contineãtur, dixit *Tull.lib.1.de Orator.& Papin. in l. 21.labeo, ff.de ſtat.lib.* admonet diligen-
7 tiam nedum laudandam, ſed præmijs quoque cumulandam eſſe; ſiquidem teſtator ibi diſpoſuit;ſi Calenus ſeruus diſpenſator rationes diligenter tractaſſe videbitur, libertatem conſequatur, & vltra hanc, omnia ſua, & centum habebit;ſubdens,diligentiam illam deſidera-
8 re debemus, quæ domino, non quæ ſeruo fuerit vtilis.

Et quoniam ex oppoſitis, & contrarijs voces omnes æquiuocę explicantur, *Loter.de re benef. lib.2.quæſt.20. nu.146.* & oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt; oppoſitum verò diligentiæ negligentia, eſt & hæc vitanda: dicitur enim omiſsio eius, quod fieri debet, vel poteſt, ſeu vt *Nauar. ait in compend. ſeu manuale in verb.negligentia,*eſt defectus
9 circa interiorem actum voluntatis, qui eſt electio, non quidem actus, ſed circumſtantiæ, largè verò eſt omiſsio alicuius rei, quæ fieri debet, & poteſt, & quæ moram non patitur, & qui abſque impedimento ab eo facienda non perficit, negligere dicitur, *Bald. in l.emancipata,num.2.C.qui admitti*; & hęc dolo æquiparatur *a Speculat.§.1.verſ.vt aut?,*
10 *de reſtit.* quod tamen intellige, quando magna ſit negligentia, quæ lata culpa dicitur, & dolo æquiparatur; *Guid. pap. quæſt.473.nu.2.* alia multa de negligentia congerit *Gomeſ. in regul.Cancell.de trienn. poſſeſs.quæſt.28.*vbi 214.caſus negligentiæ præiudiciales enumerat, & 20.itidem caſus recenſet, in quibus negligentia non nocet;& ſubdit poſtmodũ 31.effectus, quibus diligentia iuuamur, & commoda ex illa reportamus.

11 Sciendum quoque eſt, negligentiam non eſſe præcisè probandam; & tunc ſatis probatam dici, quando in obligatione quis tenetur ad factum certum tempore, & loco limitatum; tunc eo ipſo quòd quis non facit, eius negligentia dicitur probata, niſi de impedimento legitimo doceatur; *Bart. in conſil.102. chariſſime domine,num.1. lib.1.ſequitur Felin.in c.ſin autem,num.3. verſ. negligentia probatur,de reſcrip.Rota coram Verall.deciſ.266.dilgiens exactor, num.3. & 4.*

*& 4. part. 1. Magon. de recta patroc. ra-
tion. cap. 9. nu. 24. & ſeq. par. 1. & cap. 34.
per tot. part. 2.* docet, quibus pęnis ſubij-
ciatur negligens.

Tertiò in agente requiritur veritas,
quia veritatem requirit Dominus *pſalm.*
12 30. & nemini expedit veritatem nega-
re, & mendacium dicere; *l. ſed etſi, in
princ. & ibi gloſſ. in verbo, propter men-
dacium, ff. quod cum eo: & in pſalm. 5.
Perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ:
& Paul. Apoſt. ad Ephesios 4. Deponentes
mendacium loquimini veritatem vnuſ-
quiſque cum proximo ſuo, quoniam ſu-
mus inuicem membra: & D. Auguſt. in
Epiſt. ad Hieronymum, Incomparabili-
tèr eſt veritas Chriſtianorum pulchrior,
quàm Helena Græcorum*: Quæ conclu-
ſio ethnicorumquoque teſtimonio cõ-
probatur; ait enim *Plaut. in Muſtellaria*

*Nolo te aſſentari mihi,
Ego verum amo, verum volo dici mihi,*
13 *mendacium odi. & Plutarc. de liber. edu-
can.* ſanctiſſimum eſſe ait pueros ad ve-
ritatem dicendam aſſuefieri, cum men-
tiri ſeruile ſit, & turpe vbique gentium,
nec in mediocribus ſeruis tolerandum:
& licèt Plato lib. 3. de Repub. facetè di-
14 cat, medicis tantùm permiſſum eſſe mẽ-
dacium, vt ęgrotantium animos conſo-
lentur, omnibus alijs vetitum eſſe, ſed
neque medicis apud nos Chriſtianos
mentiri fas eſt, dicente Domino: *Sit ſer-
mo veſter eſt, eſt, non, non; c. & ſi Chri-
ſtus, 26. de iur. iur.* & quoad medicos, ne
mendacia cum ægrotis componant, ha-
bes *Pij V. Conſtit. 3. in* §. 1. *& 2. Bullar.*
15 *nou. tom. 2. pag.* 178. imò nec artificioſo
mendacio, nec ſimplici verbo oportet
decipere quempiam, quia quomodoli-
bet quis mentiatur, animam occidit; vt
*ex D. Auguſt. colligit Gratian. c. nec arti-
ficioſo, 22. quæſt. 3. & in c. primum eſt, ea-
dem cauſ. & quæſt.* octo mendaciorum
genera referuntur, & omnia tanquam
animarum ſaluti pernicioſa ſunt fugien-
da.

16 Permittitur tamen aliquando impu-
gnatio veritatis, ſi aliquod emergat du-
bium; nam diſputando veritas facilius
inuenitur, *l. munerum, §. miſſa munera,
ff. de muner. & honor. vbi Herenn. Mo-
deſt.* notando, & diſputando, vera, &
optima ratione decreuit; *not. etiam Iaſ.
in l. cum quidam, in 6. notab. num. 8. ff. de
liber. & poſthu. & Ariſtot. lib. 3. metaph.*
17 ait, *inquirentes veritatem ſine dubitatio-
ne, ſimiles ſunt neſcientibus, quò ire de-
beant; Magon. de rect. patroc. rat. part. 2.
cap. 8. num.* 11. Et quandoque licitum
18 eſſe bonis artibus, & ad bonum finem
tegere, & adumbrare veritatem, ſcribit
*Bonacin. in 8. præcep. Decal diſp. 10. quæſt.
2. propoſ. 2. num. 7. & 8. & alibi,* ponens
exemplum in fœmina, quæ bonis arti-
bus, & modis aliàs licitis defectum vir-
ginitatis occultat, & tegit, & tanquam
virgo matrimonium contrahit, ſequutus
*Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 27. num. 7. &
ſeq.* qui benè hanc concluſionem decla-
rat, videndus.

19 An autem, & quando liceat tacere
veritatem, docet *Abb in c. 1. num. 2. &
illi adden. in verb. an ſit peccatum, de te-*
20 *ſtib. cogen.* & indignum eſſe mendacem,
& furi æquiparandum, ait *Bald in c. ſu-
per literis, num. 15. de reſcrip. & probat
tex. in l. 68. hæreditatem, § fin. ff. ad l. fal-
cid. ibi, nihil interſit, ſubtraxerit, an hæ-
reditariam eſſe negauerit.*

Studeant igitur Agentes Prouincia-
les veritatem colere, & cum Regio Pro-
pheta dicant Domino. *Ne auferas de
ore meo verbum veritatis vſquequaque,
quia viam veritatis elegi, & iudicia tua
non ſum oblitus.* videri etiam poterit
21 *Germon. de legatis Principum, & populo-
rum, lib. 2. cap. 6. per tot.* vbi quærit, an
Legatus pro bono Principis, & Reipu-
blicę ſalute poſſit impunè vti mendacio?
& negatiuè cõcludit: eoque fortius hoc
procedit, ſi negetur veritas fraudandi
intentione; negans enim hoc caſu ma-
ximis afficitur pęnis, de quibus agit *Spe-
culat. lib. 2. tit. de poſitionib. §. nonò tangẽ-
dum, nu. 7.* quem refert, & ſequitur *Ma-
gon. de rect. patroc. ration. part. 2. cap. 8.*
22 *num. 9. &* 13. falſam negationem tollere
priuilegium, quod aliàs quis in eodem
negocio haberet; *poſt Speculat. eodem tit.
de poſition. §. octauo loco, nu. 2.* & probat
textus in l. 1. C. ad S. C. Macedon. vide
etiam *Rolan. a Vall. conſ. 88. quod Domi-
no Antonio, per tot. lib. 4.* vbi multa con-
gerit circa pœnas a iure inflictas contra
negantes veritatem, & conuictos de
mendacio. *Cicero tamen lib. 2. officiorum*
ait. [*Iudicis* eſt ſemper in cauſis verum
ſequi, patroni nonnunquam veriſimile,
etiamſi minus ſit verum, *defendere.*]

23 Quartò requiritur in agente; vt iuſti-
tiam colat, & ab eo, quod iuſtum eſt,
non recedat; nam vt *Cicero lib. 2. Offic.*
ait. [*Iuſtis*, & fidis hominibus ita fides
adhibeatur, vt nulla ſit in his fraudis,
iniuriæque ſuſpicio: itaque his ſalutem
noſtram, his fortunas, his liberos rectiſ-
24 ſimè committi arbitramur; iuſtitia ſine
pru-

prudentia multùm poterit ; ſine iuſtitia
nihil valebit prudentia : *& paulò infra*.
25 Omni igitur ratione colenda,& retinen-
da eſt iuſtitia,tum ipſa propter ſeſe,nam
alitèr iuſtitia nō eſſet ; tum propter am-
plificationem honoris, & *gloriæ*.]

Quod autem diximus,non eſſe agen-
26 tibus ab eo,quod iuſtum eſt, recedendū;
ideo diximus, quia iuſtum, & non iniu-
ſtum patrocinandum eſt . iuſtum autem
dicimus, quod adaptatur iuſtitiæ, & iu-
ris, aut ſtatutorum ordini , vt colligitur
ex §. *ſiquis autem nō implens, verſ. alius
eſt, §. exheredatos, & ibi gloſſ. in verbo*
27 *iuſtè, Authent. de hered. & falcid. Iaſ. in
l. lecta, num.16. ff. ſi cert. petat.* Ad hoc
autem, vt aliquid iuſtum dicatur , tria
concurrere debent ; primò quòd ſit lici-
tum ſecundùm æquitatē; ſecundò,quòd
ſit decens ſecundùm honeſtatem; tertiò
expediens ſecundùm vtilitatem,*ex Na-
uar. in compend. in verb. iuſtus* , quem
refert *Magon. de rect. patroc. ration. par.
2. cap. 35. in fin.* qui in capitibus ſeqq. la-
tè hæc tria requiſita examinat, apud ip-
ſum videnda; quibus addo *Ciceron. lib. 2
Offic.* dicentem : [*quid* eſt tam inhuma-
28 num,quàm eloquentiam a natura ad ſa-
lutem hominum, & ad conſeruationem
datam,ad bonorum peſtem, perniciem-
que *conuertere?*] qui tamen eodem lo-
co ſubdit: [*nec tamen*,vt hoc fugiendum
29 eſt, ita habendum eſt religioni contra-
rium; nocentem aliquando,& neſarium,
impiumque defendere, vult hoc multi-
tudo,patitur conſuetudo,fert etiam *hu-
manitas.*] Nec videtur a chriſtiana pie-
tate alienum, etiam malos homines ali-
quando defendere; nam vt *D. Auguſt.
ait ad pſalm. 54. verſ. 1.* [*Ne putetis* gra-
tis eſſe malos in hoc mundo,& nihil bo-
ni de illis agere Deum . Omnis malus
aut ideo viuit , vt corrigatur , aut ideo
viuit, vt per illum boni *exerceantur* .]
30 Puto tamen , ita defendendos eſſe ali-
quando malos , ne ſcilicet bonis ex hoc
damnum inferatur: ait enim *Cicero loco
citato: Animaduertant, cum alios iuuare
velint, ne quos offendant.* & paulò infra:
*fundamentum enim perpetuæ commen-
dationis, & famæ eſt iuſtitia , ſine qua
31 nihil poteſt eſſe laudabile* : tanta enim in
viro bono debet eſſe æquitas, & iuſtitia,
vt in re aliena id agat , quod in re pro-
pria præſtaret;colligitur *ex l. 1.* & ibi no-
tat *Roman. ff. de ſolution.* illud nuquam
eſſe æquum in alium arbitrium , quod
quis in ſeipſo arbitraretur:ideoque cau-
ſam ſuſcepturus, id, quod iuſtum eſt, &
licitum ſecūdùm æquitatem, præuideat,
ne de æquo iniquus appelletur;*ex Ma-
gon. loco cit. cap. 36. in fin.* & cum Regio
Propheta dicat ; *Iuſtum deduxit Domi-
nus per vias rectas , & oſtendit illi Re-
gnum Dei* .

Verùm quia hæc rarò contingunt in
Agentibus, qui ad negocia , non ad li-
tes, & controuerſias conſtituti ſunt ; ad
ea igitur , quæ frequentius illi accidere
poſſunt, reuertamur: nempe ad iuſtitiā,
quæ circa ſtipendia ab Vniuerſitatibus
conſtituta, & recipienda verſatur . Nam
32 ſicut dignus eſt operarius mercede ſua ,
nec aliquis tenetur proprijs ſtipendijs
militare, ita etiam in illa exigenda iuſti-
tia ſeruāda eſt;ne ſcilicet præter id,quod
a Principe ſtatutum, & aſſignatum, ac in
33 tabellis deſcriptum eſt,exigatur; *argum.
tex. in Auth. vt different. iudic. §. ſi verò
refutauerit, in fine, ibi , nihil accipientes
præter illa , quæ noſtris conſtituta ſunt
34 legibus*: Et niſi a lege , vel ab homine
conſtitutum ſit ſtipendium,quod in Ad-
uocatis honorarium , & palmarium di-
citur, iudicis arbitrio decernēdum erit;
*l. 1. §. in honorarijs, ff. de var. & extraor.
cogait. Magon. deciſ. Florent. 12. num. 2.
& dicemus infra latius* : denegatum ta-
35 men eſt Agentibus præter conſtitutum
ſtipendium, aliquid vltra ab Vniuerſita-
tibus , etiam prætextu inſoliti laboris ,
vel ſtrenarum nomine petere, vel acci-
pere, *ex Tolet. loco cit. num. 4.* qui rece-
dendo ab opinione Nauarri,permitten-
tis,quid modicum a ſponte dantibus re-
cipere , contrarium apertè determinat
ibi; qui licèt loquatur in procuratore ,
fortius puto eius opinionem conſonam
eſſe agentibus, ne ſcilicet a ſancitis in
Bulla ſuper Bono Regimine recedamus,
dum in §. 14. expreſsè prohibet largitio-
nes, munera, ſeu dona, quouis titulo fa-
cienda: *& Cicero lib. 2. offic.* largitionem
corruptelam dixit ; fit enim deterior,
qui accepit, atque ad idem ſemper ex-
pectandum paratior .

36 Sed quoniam ſupra dictum eſt, Agen-
tem differre a procuratore , quia hic ad
lites, ille verò ad negocia conſtituitur ,
vt in literis ſequentibus apparet , ipſarū
tenorem recenſeamus .

A Monſig. Gouernatore di Perugia.

PResuppone il Tani,che coteſti Prio-
ri vogliono , che con l'Agentia deb-
ba fare ancora la procura di tutte le cau-
ſe,che ſi agitano in Roma,ſpettanti alla
Città ;

Città; e perche il ſenſo della Congregatione è ſtato ſempre, che gli Agenti, conforme a quello, che ricerca l'offitio loro, attendano a i negotij, e che nelle cauſe, che ſi agitano giuditialmente, maſſime in altri Tribunali, habbino ſolo cura di ſopraintendere, & operare, che li procuratori faccino il debito loro, e d'auuiſare la Congregatione di quello ſi fa in dette cauſe: È parſo dire a V.S. che ſi cōtenti d'auuiſare il Magiſtrato di coſti, acciò ſodisfacendo nel reſto dell'offitio ſuo l'Agente, ſappian di non hauere raggione dolerſi di lui per queſto cō-to; & io me l'offero. Di Roma li 20. Luglio 1611.

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Borgheſe.

37 Ex his literis tria mihi notanda vidētur: primum eſt, Agentes ad negocia, non ad lites conſtitutos eſſe; & horum officium, ſeu munus valde vtile, imò neceſſarium eſſe, *arg. eor. quæ habentur in l.* 1. *ff. de negoc. geſtis*.

38 Secundò colligo, Agentes teneri aſſiſtere procuratoribus conſtitutis ad lites in Vrbe motas, & Congregationi Boni Regiminis ſignificare, quid in ipſis litibus agatur.

39 Tertiò inferri poſſe videtur, ſi lis introducta, & agitata ſit in Tribunali ſacræ Congregationis Boni Regiminis Agentes teneri ad illius patrocinium: pondero ad hoc illa verba, *maſsime in altri*

40 *tribunali*, quarum natura eſt explicare caſum minus dubitabilem, & implicare magis dubium; *Dec. in l. qui ſe patri, nu.* 10. *C. vnde liber. per textum in l. & ſi maximè, ff. de ſeruit. legat. c. ſponſam, de ſponſal. c. cum contingat, de for. compet. Menoch. conſ.* 69. *quæſtionis propoſitæ, nu.* 26. *lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Agens poteſt eſſe minor, procurator verò debet eſſe maior* 25. *annis, & quare.*

2 *Vbi lex diſponit, temerarium eſt aliud inquirere.*

3 *Agens ex conuenientia debet eſſe iuriſperitus.*

4 *Turpe eſt cauſas oranti, ius, in quo verſatur, ignorare.*

5 *Iudicium factum cum minore non valet, nec ſententia contra ipſum lata ſuſtinetur.*

6 *Minor cōparens pro alio, niſi ab aduerſario repellatur, & admittatur de facto, valet iudicium, & ſententia mero iure.*

7 *Minori pro alio litiganti denegatur reſtitutio in integrum.*

8 *Quod ab initio non valuit, tractu tēporis non conualeſcit.*

9 *Declaratur c. qui generalitèr, §. fin. de procurator. in* 6.

10 *Iudicium factum cum Agente minore quomodo poſſit ſubſtineri.*

11 *Reſtitutio in integrum nedum datur Vniuerſitati, ſed etiam Agenti minori, quàmuis ſit Doctor.*

12 *Formula eligendi, & deputandi Agentes Vniuerſitatum.*

13 *Mandatum in pleno Conſilio factum an requiratur in Agente.*

14 *Sola Principis deputatio an ſufficiat in Agente, qui cauſas Vniuerſitatum patrocinatur.*

15 *Conſuetudo eſt altera lex, & tribuit etiā iuriſdictionem.*

16 *Principis deputatio pro lege habetur, cū ipſe ſit lex animata.*

17 *Pupilli ne remaneant indefenſi, eorum tutela decernitur a iure, ceſſante teſtamentario, ſeu legitimo tutore.*

18 *Mandatum videtur neceſſarium etiam in Agente patrocinare volente cauſas Vniuerſitatum; & quare.*

19 *Stylus introducendi cauſas in Romana Curia.*

20 *Vniuerſitates quomodo citandæ ſunt.*
Capitulum quomodo ſit citandum. remiſſiuè. d. n. 20.

22 *Præſides Vniuerſitatum quomodo citentur, & quid ſi ciues claudant portas.*

23 *Citatio per proclama vbi permittitur, multò magis permittenda eſt per edictum.*

24 *Edictum quanto tempore debeat ſtare affixum in loco publico.*

25 *Forma citandi per edictum quænam ſit.*

26 *Iudex an poſſit minuere terminum* 30. *dierum aſſignatum in edictis.*

27 *Solemnitates in citandis Vniuerſitatibus quoad vſque ſint neceſſariæ.*

28 *Citatio prima exequenda eſt contra principalem, deinde contra procuratorem:*

29 *Quilibet citatus in partibus tenetur conſtituere procuratorem in Curia, aliàs proceditur in contumacia.*

30 *Citationes in partibus quomodo exequātur de ſtylo Auditoris Cameræ.*

31 *Citatio, ſeu monitorium exequendum eſt contra Vniuerſitates, ad hoc vt iudicium contra eas motum ſuſtineatur.*

32 *Iudicium factum cum Agente abſque oppoſitione de legitimo eius mandato, ſu-*

 ſtine-

ſtinetur ad fauorem Vniuerſitatum.
33 *Nullitas cum Eccleſia, & minore geſta habet locum ipſis volentibus.*

ARTICVLVS IV.

De iudicio facto cum Agente.

1 DIximus aliàs, ſatis eſſe, vt Agens in 17. ſuæ ætatis anno ſit conſtitutus, procuratorem verò nõ eſſe idoneum ad iudicia, niſi 25. annum expleuerit, *per textum in c.qui generaliter. §. fin. de procur. in 6. vbi ad lens ad gloſſ. in verb. decimum ſeptimum*, reddit rationem differentiæ, quia ſcilicet procurator ad lites tenetur actione mandati, & condemnatur, ſi autem eſt minor, obligatio non ſubſiſtit, & actio, & condemnatio redditur eluſoria: quid ergo dicendum eſt in Agente, qui cauſas ſuæ Communitatis patrocinatur, & ſit minor, erit ne iudicium validum? & videtur affirmatiuè reſpondendum; quia vbi
2 lex diſponit, temerarium putamus aliud inquirere, *l. 2. & alibi, ff. de legib.* lex autem diſponit, Agentem eſſe idoneum, licèt ſit minor: ergo, &c.
3 Secundò, quia Agens Vniuerſitatum ex conuenientia, & honeſtate ſaltem debet eſſe iuriſperitus, *ad text. in l. 2. §.*
4 *quintum Mutium, ff. de orig. iur. ibi. turpe eſt cauſas oranti ius, in quo verſatur, ignorare*; & facit etiam *textus in l. regula, §. ſed iuris, ff. de iur. & fact. ignor. ibi, vel iuris prudentia inſtructus ſit, vel cui facile ſit ſcire, & detrimento ſit iuris ignorantia.*
5 Tertiò, quia licèt non ſubſiſtat iudicium factum cum minore, quando comparet pro ſe ſine curatore, nec valet ſententia contra ipſum lata, *l. acta, §. fin. ff. de re iud.* & notatur *in l. cum & minores, C. ſi aduerſ. rem iud.* tamen ſi
6 compareat pro aliquo, & aduerſarius eũ non repellat, & admittatur d[illegible]o, valet iudicium, & ſententia mero iure; *Paul. de Caſtr. in l. minor 25. ann. num. 4. ff. de procurat.*
7 Quartò, quia minori pro alio litiganti denegatur reſtitutio in integrum, *gloſſ. in l. 12. exigendi, in verb. condemnat. vel verſ. vel melius, C. de procur.* quam ſequuntur *Bald. Caſtr. n. Iaſ. & alij relati à Contard. de nomen. poſſeſſ. limit. 8. n. 21 Boer. deciſ. 350 num. 1. & 4. & alij multi*, quos refert *Odd. de reſtit. in int. g. par. 1. quæſt. 23. art. 7. num. 24. verſ. contrarium tamen.*

8 Quibus tamen non obſtantibus contrarium puto verius: primò, quia quod ab initio non valuit, tractu temporis nõ conualeſcit, *l. 211 quod ab initio, ff. de reg. iur. & ibi gloſſ. Scriben.* ſed ab initio fuit nullum iudicium factum cum minore; ergo, &c. Nec releuat, quòd ex diſpoſitione *c. qui generaliter, §. fin. de*
9 *procur. in 6.* habilitetur Agens in 17. anno; quia ſi bene conſiderentur illa verba, nobis fauent; dum vice verſa excludit procuratorem, cuius officium proprium eſt patrocinari cauſas in iudicio, Agens verò ad negocia extra forum conſtituitur.
10 Secundò, quia licèt admittamus, validum eſſe iudicium cum Agente minore factum, hoc procedit, quando eſt fauorabile, & ſententia emanauit ad fauorem Communitatis, & ipſa non reclamat, vt dixit *Rota coram Puteo deciſ. 151. n. [illegible] lib 2.* ſi verò contra Communitatem lata fuerit, vel non valet, vt *in l. acta, § [illegible] ff. de re iudic. & melius in l. 1. C. [illegible] reipub. Loſæus de iur. vniuer. par. [illegible] ſin. num. 87.* vel habet reſtitutionem in integrum, *ex d. l. cum & minores, l. Rempublicam, C. de iure Reipubl. lib. 11.* Imò
11 nedum Vniuerſitati, ſed etiam ipſi Agenti, quàmuis Doctori, datur reſtitutio in integrum; vt pluribus probat *Odd. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt 14. art. 7. num 34.*
Vidimus de iudicio facto cum Agente minore, videamus nunc ſi fiat cum Agente adulto, & maiore, qui venit in ſe ſuſcipere defenſionem, & patrocinium ſuarum Communitatum, prout poteſt, & videtur obligatus, quando cauſa, vel iudicium intentatur in tribunali Sacræ Cõgregationis Boni Regiminis. Et quæritur primò, an ſufficiat deputatio facta à Principe in ipſa electione quę fieri ſolet per literas Eminentiſſimi Card. Præfecti ipſius Cõgregationis his, aut ſimi-
12 libus verbis. [*L'Agentia* delle Communità deſcritte nell' alligata nota è ſtata da N.S. conferita al Dottor N. al quale doueranno le medeſime Communità inuiare l'incombenze, & à ſuo tempo riſpondere della ſolita prouiſione, ſopra di che ſi cõpiacerà V.S. darne gli ordini oppor-
13 tuni, *&c.*] An verò requiratur ſpeciale mandatum in pleno Conſilio celebratum, & quod ſufficiat deputatio Principis,
14 abſque alio ſpeciali mandato, colligitur *ex Vlpiano in l. nulli, ff. quod cuiuſque Vniuerſ.*

Vniuerſ. nom. ibi; nulli permittitur nomine Communitatis, vel Curiæ experiri, niſi ei, cui lex permittit, aut lege ceſſante,
15 *ordo dedit; vbi gloſſ in verb. lex*, exponit,
ideſt, *conſuetudo*, quæ altera lex eſt, *l. 32. diuturna, cum alijs ſeqq. ff. de legib.* & tribuit etiam iuriſdictionem, *l. 1. & l. fin. C. de emanc. liber.* Conſuetudo autem viget in Curia citandi Agentes in cauſis Vniuerſitatum; ergo nõ requiritur aliud mandatum procuræ.
16 Secũdò, quia deputatio Principis pro lege habetur, cum ipſe ſit lex animata; *Auth. de Conſulib. circa fin. verſ. omnibus autem; & ibi gloſſ. in verb legem animatam*; vbi alia iura concordantia adducit.

Tertiò, notum eſt lippis, & tonſori-
17 bus, Vniuerſitates gaudere priuilegijs pupillorum, quorũ tutela, ne remaneant indefenſi, decernitur a iure, deficiente ſcilicet tutore teſtamentario, vel legitimo, *l. 1. & alibi, ff. de adminiſt. & peric. tutor. §. ſed hoc iure, Inſt. de attil. tut.* ergo Agentes cum ſint dati a Principe, veluti tutores Vniuerſitatum, iudicium cum illis factum erit validum; non ſecus ac valet, ſi agatur cum tutore dato pupillo.
18 Verùm neceſſarium eſſe mandatum procuræ legitimè factum exiſtimo, ſi Agens velit cauſas contentioſas in iudicio
19 patrocinari; eſt enim in quolibet iudicio etiam ſummario, & executiuo, neceſſaria legitimatio perſonarum; *Rota coram Litta poſt tract. de oblig. Cam. deciſ. 76. num. 6.* legitimatio autem perſonę procuratoris non fit, niſi per exhibitionem mandati procuræ: & iſta exceptio poteſt opponi vſque ad mille annos; *Bald. & alij relati a Vantio de nullit. ex defect. mandat. num. 59.*

Secundò, quia de ſtylo Romanæ Cu-
20 riæ, vbi reſident Agẽtes Vniuerſitatum, in noua cauſa inſtruenda, committitur monitorium, vel citatio in partibus exequenda; & ſi citanda erit Vniuerſitas, citatio præſentanda eſt Magiſtratui in palatio publico ſolitæ reſidentiæ, vt docet *Cotta in memor. verb. Vniuerſitas, Loſæ. de iure vniuerſ. part. 2. cap. 1. num. 63. Rot. coram Ludouiſ. deciſ. 584. aliàs vltima, num. 2. & ibi Beltram. nu. 6. in verb. Collegium; poſt Bart. in l. 1. num. 3. C. de iur. Reipubl. lib. 10. per text. in l. 96. municipiũ, ff. de condit. & demonſtr. c. ſi capitulo, de*
21 *conceſ. præben. in 6. ibi, præſentationem capitulo ipſi factam; vbi gloſſ. in verb. factam*, ſatis abundè docet, qualitèr ſit facienda citatio contra Capitulum; *Hieron. de Monte tract. de finib. reg. cap. 72. non ab re, num. 23. 24. & 25. Marant. in ſpecul. part. 6. de citation verb. rectè concipitur citatio, num. 94. qui firmat poſt Bald. loco ab eo relato*, non ſufficere, ſi ci-
22 tentur Præſides in eorum domibus; ſed debent citari in loco, vbi conſueuerunt congregari publicè: & ſi ciues claudant portas Ciuitatis, poteſt affigi edictum in porta ipſius Ciuitatis; ſi verò non eſt tutus acceſſus ad ipſam portam, tunc poterit affigi edictum in Ciuitate conuicina, in Eccleſia ipſius Ciuitatis vicinæ; & hic modus dicitur citatio facta domi dimiſſa copia: quando verò citantur Rectores congregari in loco ſolitæ reſidentiæ, tunc dicitur citatio perſonalis; *Loſæus loco cit. verſ. dupliciter agitur*.

Et quàmuis poſſit etiam fieri per pro-
23 clama, quando ſcilicet præco publicus citat per plateam publicam alta, & intelligibili voce, *vt per Doctores ſupra relatos, Maranta tamen loco cit. num. 95.* putat, in omnibus caſibus, in quibus a iure permittitur hæc citatio per proclama, à fortiori permiſſam eſſe per edictũ, quia vox præconis paucis innoteſcit; *Auth. qui ſemel, C. quom. & quand. iud. vbi gloſſ. in verb. paucis*, obſeruat, audientibus tantùm, & quibus hi dixerunt;
24 edictum verò per multos dies expoſitũ omnibus liquet. Quanto autem tempore debeat ſtare affixum edictum in loco publico, vel in ianua Ciuitatis, *Marant. ibi num. 96.* dicit, hoc non reperiri a iure cautum; & cum eo tranſit *Menoch. de arbitr. caſu 463. num. 2.* dicens, arbitrio iudicis relictum eſſe.
25 Forma autem ſeruanda in citationibus per edictum habetur *in Auth. qui ſemel, C. quom. & quand. iud.* vbi actore non proſequente iudicium intentatum, reus per interualla triginta dierum voce præconia illũ citare facit tribus edictis; & quærit *ibi gloſſ in verb. interualla*, an
26 iudex poſſit minuere huiuſmodi terminum 30. dierum; & de iure non poſſe ait; de conſuetudine autem permiſſum eſſe; *& hanc gloſſ. ſequitur Menoch dicto caſu 463. num. 3.*
27 Sciẽdum tamen eſt, præmiſſas ſolemnitates requiſitas in citandis Vniuerſitatibus, eſſe tantùm neceſſarias in prima citatione, veniendi ſcilicet ad cauſam, ex doctrina *Bart. in l. 1. num. 3. verſ. & prædicta intelligo, C. de iur. reipub. lib. 11. & ibi etiam Io. de Plat. num. 2. verſ. ſed*

quid citatis; quos ſequitur addens ad
Marant. poſt num. 100. concludentes,
28 primam citationem exequendam eſſe
contra principalem, & dominum, aucto-
ritate gloſſ. notab. in c. cauſam quæ, verb.
ad domum, de dolo, & contum. quæ vult,
poſt primam citationem factam contra
principalem poſtea citandum eſſe pro-
curatorem ab eo conſtitutum; Bertazol.
29 conſ. 400. num. 15. vbi latè in addit. lit. A.
prout quilibet citatus tenetur conſtitue-
re, aliàs fiet proceſſus tanquam contra
contumacem; & ita ſeruat praxis Ro-
manæ Curiæ, quando citatur aliquis in
partibus, & fuit illi aſſignatus terminus
congruens iuxta diſtantiam loci ad cõ-
parendum, vel conſtituendum procura-
torem reperibilem, & acceptantem in
loco iudicij: Et hæc etiam praxis deſu-
mitur ex Bart. in extrauag. ad reprimen-
dum, §. edictum, num. 6 verſ. ſed ſatis eſt,
videri etiam poterit Saluſt. Tib. a Corne-
to in prax. Aud. Cam. lib. 1. cap. 55. nu. 14.
30 vbi agit de validitate citationis, quæ fit
in partibus iuxta ſtylum illius Tribuna-
lis, cuius formula legitur impreſſa, & no-
ta eſt omnibus, quæuè vt plurimùm exe-
quitur abſque alio iudicis ordine, ſeu
mandato præcedente, contra id, quod
legitur in l. neminem, C. de exhib. reis; pro
cuius intelligentia vide diſtinctionem
Baldi relatum a Roman. conſ. 497. diligẽ-
tèr perſcrutatis, num. 8. quam quidem
diſtinctionem licèt ipſe Romanus non
ſequatur; Mandoſ. tamen ibi in verb. re-
quiri, putat ab ea non eſſe recedendum,
prout etiam voluit Ripa in c. 1. num. 86.
de iudic. Ex quibus omnibus ſupra nar-
31 ratis videtur ſatis clara concluſio: ſi quis
velit agere, & iudicium intentare con-
tra Communitatem, exequi prius faciat
citationem, ſeu monitorium in partibus
& niſi Communitas conſtituat procu-
ratorem certum, & reperibilem, & ac-
ceptantem, tunc procedetur contra ip-
ſam tanquam contra contumacem, vt
dictum eſt: & ita ſeruatum vidi in cauſa
Vrbeuetana feudi inter Comites de
Corbaria actores ex vna, & ipſam Ciui-
tatem Vrbis veteris ream conuentam
ex altera; quod quidem iudicium adhuc
indeciſum pendet in ſacro Cameræ A-
poſtolicæ Auditorio: & hoc fortius pro-
cedit, ſi iudicium intentetur extra Tri-
bunal ſacræ Congregationis Boni Regi-
minis, puta in Rota, vel in d. Cameræ
Apoſtolicæ Auditorio.
32 Verum ſi iudicium ſit factum cum A-
gente, nec fuit oppoſitum de eius man-
dato, exituſque litis benè ceſſerit ad fa-
uorem Vniuerſitatis, puto ſubſtinendum
eſſe, per ea, quæ tradunt Doctores rela-
ti a Borgnin. tract. de tut. & curat num.
170. Virg. Boccac. ad Conſtit. Piceni, de
contract. min. gloſſ. 10. num. 18. Rota poſt
33 tract. Cenc. de cenſ. deciſ. 29. num. 4. di-
centes, nullitates geſtas cum Eccleſia,
& minore habere locum, volente Eccle-
ſia, vel minore; facit Put. deciſ. 151. in
nouis, lib. 1. num. 2. verſ. ſed in caſu, dum
ait, geſta cum procuratore minore ſub-
ſtinenda eſſe, quando obtinuit ſententiã
fauorabilem.

Quæ autem ſeruanda ſint in conſtitu-
tione procuratoris, & ſyndici ab Vni-
uerſitate facienda, vide Nicol. Loſæum
de iur. Vniuerſ. part. 1. cap. 1. num. 21. &
ſeq. & quæ diximus in hoc eod. comment.
§. 9. gloſſ. 2. in verb. ſyndicus.

S V M M A R I V M.

1 *Electio Agentium Vniuerſitatũ, & Pro-
uinciarum quando cœpit, & originem
habuit.*
2 *Agentes in Curia Romana primo vice
electi; & quot eſſent.*
3 *Agentium numerus præfinitus, & deter-
minatus fuit, & quare.*
4 *Prouinciæ S. Sedi Apoſtolicæ ſubiectæ sũt
quinque, & quænam ſint.*
5 *Ciuitates quædam, & loca in iſtis Pro-
uincijs exiſtentes, ſunt quadam ſpecia-
li nota dignæ, & Gubernia ſeparata
dicuntur.*
6 *Agentium Prouincialiũ numerus auctus
ſub Paulo V. Pont. Max. & quare.*
7 *Agentium ſuſpicio ex quibus cauſis de-
ducatur.*
8 *Non ſolùm patri, ſed patriæ naſcimur
nec eſt laudandus qui ſe, vel alios ſub-
trahit vtilitatibus patriæ.*
9 *Pater aduerſus filium, filius aduerſus pa-
trem pro patria animari debet.*
10 *Actor, & reus non poteſt eſſe vna, eadem-
que perſona.*
11 *Qualitates obſeruandæ in electione Agen-
tium Vniuerſitatum.*
12 *Agentes electi a Paulo V. Pon. Max. qui-
nam fuerint; & qualitates requiſitæ
examinantur.*
13 *In electione Agentium quæ ſint requiren-
da. & quare.*
14 *Priuilegium præcipuum in corpore iuris
conceſſum Aduocatis eſt indumentum.*
15 *Talis quis prima facie præſumitur, qualẽ
eum iudicant veſtes.*
16 *Agentium veſtis debet eſſe conformis, &
conue-*

conueniens ſtatui, ordini, & officio.
17 *Signa perſonarum qualitatem indicant.*
18 *Aduocati dicantur etiam Sacerdotes, & quare.*
19 *Agentium, & Aduocatorum condecens habitus eſt toga, & quare.*
20 *Veſtis Romulea, ſiue Romana propriè eſt toga ab ipſo Romulo ordinata.*
21 *Lingua impudica, aut diſſoluta ſicut coercenda eſt, ita verecundia quædam, & modeſtia in cultu corporis, veſtituque laudanda.*
22 *Græci pallium, Romani togam habuerunt.*
23 *Chriſtiani antiqui magis pallio, quàm toga vtebantur; & vnde deductum ſit adagium,* A toga ad pallium.
24 *Aduocati, & Agentes in habitu ornato accedere debent ad iudicis conſpectum.*
25 *Iuſtitia non eſt conſequenda ex ornatu veſtimentorum.*
26 *Sordes in veſtibus affectare, laudabile non eſt.*
27 *Nimis abſurdum eſt in ſacri ſordes negligere, quæ in prophanis etiam dedecerent.*
28 *Clerici debent incedere ornatis veſtibus, non tamen ad iactantiam; ſæpe enim inter ignotos veſtis eſt cauſa honoris, quod Romæ præſertim accidit.*

ARTICVLVS V.

De electione Agentium, eorumque habitu, ſeu ornamento.

PRæmiſſa ſunt generalia quædam requiſita in Agentibus, nunc autẽ magis præciſè videndum eſt de illorum electione, habitu, ſiue ornatu. Electio igitur Agentium Vni-
1 uerſitatum antiquiſſima eſt; ſuccedunt enim in locum, & officium Legatorum, & Oratorũ; ad hoc etenim inuenti ſunt Agentes, ne Vniuerſitates ſumptibus prægrauentur, mittendi ſcilicet ad regiã Principis, Legatos, & Oratores, vt *diximus ſupra in his Commentarijs cap. 33. de Legatis, & Oratoribus, num. 7. & ſeq.* & Sanctiſs. D. N. Innocentius X. initio ſui Pontificatus declarauit, dum Ciuitates, & Loca Ditioni Eccleſiaſticæ ſubiecta inſtabant mittere ciues in publicis Conſilijs electos, vt ipſarum Vniuerſitatum nomine debitum fidelitatis obſequium præſtarent, ſuæ namque Sanctitatis nomine Sacra Conſulta literas Gubernatoribus Locorum dedit, ne permitterent Oratores ad Vrbem accedere, & ſi quid negocij Vniuerſitates haberent, ſuis Agentibus referendum imponerent; quorum tamen Agentium electio certa ſub lege, ac numeri determinatione ſtatim atque a fel. rec. Clem. VIII. Bulla ſuper Bono Regimine rerum, & bonorum Vniuerſitatum Ditionis Eccleſiaſticę promulgata fuit, exordium habuit: Tunc etenim ſex Agentes Prouinciales electi ab ipſo Pontifice fuerunt, videlicet

3 1 Fabritius Paulutius Foroliuienſis, primus deinde Epiſcopus Ciuitatis Plebis.

2 Odoardus Sanctarellus Sentinas, ſiue de Saxo ferrato, poſtea Secretarius memorialium eiuſdẽ Clem. VIII. Baſilicæ S. Mariæ Maioris Canonicus, vtriuſq; Signaturæ Referendarius, & Sacræ Congregationis Bonj Regiminis a Secretis.

3 Nicolaus Benignus Tudertinus, apud S. Sedis Apoſtolicæ Nuncium in Hiſpania Procurator fiſcalis, tandem Epiſcopus Ciuitatis Ducalis.

4 Vermigliolus de Vermigliolis Peruſinus, Prolegati Bononienſis generalis Auditor, & in Romana Curia per annos fermè quinquaginta ſumma cum laude primarius Aduocatus, deinde ab Innocentio X. communi omnium plauſu inter Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocatus cooptatus.

5 Aurelius Rodolphus Spoletinus, poſtea Curſui publico, quem *Poſte* appellant, generalis Præpoſitus, ſiue Magiſter.

6 Lancellottus de Lancellottis Aſculanus in Romana Curia cauſarũ criminalium, & reorum non obſcuri nominis Aduocatus.

3 Præfinitus autem hic numerus erat, vt vnaquæque Prouincia Ditionis Eccleſiaſticæ ſuum certum, & aſſignatum haberet Agentem; & quàmuis quinque tantùm numerentur Prouinciæ, videlicet.

4 1 Prouincia Patrimonij B. Petri in Tuſcia.

2 Prouincia Vmbriæ.

3 Prouincia Marchiæ.

4 Prouincia Aemilię, & Romãdiolę.

5 Prouincia Ernicorum, ſeu Campaniæ, Latij, Maritimæ, & Sabinæ inſi-
5 mul: adſunt tamen intra Prouincias illas nonnullæ Ciuitates ſpeciali nota dignæ, (quæ ideo Gubernia ſeparata dicuntur) ne ſcilicet illis ſuis in iuribus & priuilegijs præiudicium inferatur, placuit Principi

6 cipi ſextum illis aſſignare, & conſtituere
Agentem: ſedente verò Paulo Papa V.
ſel. rec. auctus eſt numerus Dominorum
Agentium, & duodecim electi, & deputati
fuerunt, vt vnaquæque Prouincia,
& Gubernia ſeparata duos haberent Agentes,
& ex iſtis duodecim vnus electus,
qui Agens generalis appellatus
fuit, & de quo particularitèr infra tractandum
erit.

Quod ſano quidem conſilio factum
eſt; nam ſi aliqua Vniuerſitas aliquem ex
Agentibus ſuſpectum habet, vel inter
ipſas Vniuerſitates vigeat lis (prout quã
ſæpè contingit) haud conueniens eſt vt
7 vnus ſit ambarum Agens ad tollendam
ſuſpicionis cauſam, ſuſpicio namque pluribus
modis oriri poteſt; primò ſi Agens
ſit ciuis alicuius loci, qui litem habeat, cũ
Vniuerſitate vicina; nam patriæ affectus
multùm operatur: multis enim ſumus
patriæ vinculis, obnoxij. *Vlpiano teſte in
l. 1. §. apparet itaque, verſ. quia non tantũ,*
8 *ff. de vent. in poſſ. mittend. ibi, non ſolùm
patri, ſed patriæ naſcimur; & in l. 3. §.
quod pater, ff. de mun. & honor. ibi, nec
eſt laudandus, qui ſe, vel alios ſubtrahit
vtilitatibus patriæ: & Cicero Tuſcul.
quæſt. lib. 1. Tanta charitas patriæ eſt, vt
eam non ſenſu noſtro, ſed ſalute ipſius
metiamur. & Euripides,*

*Conuenit omni ratione, & arte
Amantes patriam ſalutem ipſius moliri.*

9 *& iuris Pontificii interpretes in c. 1. de
conuerſ. infidel.* ſcripſerunt, pro patria
patrem aduerſus filium, & filium aduerſum
patrem, ſolutis paternis legibus, animari
debere: alia videnda ſunt apud
Iacob. Gall. in conſ. 2. num. 91. Secundò
reddi poteſt ſuſpectus Agens ex poſt facto,
ſi poſtquam electus eſt, oriatur lis
inter duas Vniuerſitates ſuæ curæ commiſſas;
non enim fas eſt, vt vna, eadem-
10 que perſona in vno, eodemque iudicio
actor, & reus appareat, & amborum munere
fungatur; ad tradita *per Lancellott.
Corrad. in templo iudic. part. 2. de procuratore,
ſeu actore, concl. 21. n. 4.* his namque,
& ſimilibus caſibus Sacra Congregatio
ſolet loca inter Agentes eiuſdem
Prouinciæ permutare, & ſuſpicionis cauſas
amputare.

11 Qualitates verò in electione Agentũ
obſeruandæ vt plurimùm ſunt
Iuris vtriuſque Doctores ſint.
Sedis Apoſtolicæ ſubditi.
In Romana Curia verſati.
A Summo Pontifice electi
Ab Eminentiſſimo Card. Sacræ Congregationis
Præfecto recogniti.
Ab officio abſque eiuſdem Pontificis,
Card. Præfecti licentia non amouendi.

12 Ita enim ſub Paulo V. ab Eminentiſſimo
Card. Perbenedicto de Camerino
nuncupato, cui multùm in his rebus (nec
immeritò quidem) ille Pontifex deferebat,
ſeruatum vidi in electione xij. Agentium
Vniuerſitatum, & Prouinciarum:
& hi fuerunt.

Pro Prouincia Patrimonij.
Lepidus Buſſius Viterbienſis.
Dominicus Cohellius Vrbeuetanus
Pro Prouincia Vmbriæ.
Petrus Iacobus Tanus de Peruſio
Seſtius Butius de Triuio.
Pro Prouincia Marchiæ.
Angelus Piarus de Sancto Seuerino
Archigenius Reccius Auximanus.
Pro Prouincia Romandiolæ.
Camillus Pompilius Rauennatenſis
Petrus Lancius Ariminenſis.
Pro Prouincia Campaniæ, & adiacent.
Seſtius Butius de Triuio.
Angelus Rouellius de Camerino.
Pro Gubernijs ſeparatis.
Gregorius Amianus Fanenſis.
Franciſcus Sanſonius:
Agens Generalis.
Seſtius Butius.

in quibus quidem Agentibus omnes ſupradictæ
qualitates aſpiciebantur, & in
ipſo munere multi diem clauſerunt extremum.

Quæret fortaſſe aliquis prædictarum
13 qualitatum rationem, & breuitèr reſpondetur
ad primam de Doctoratu. Quia
in Doctore præſumitur peritia muneris,
quo fungitur, cum turpe ſit ius, in quo
verſamur, ignorare, *l. 2. §. quintum Mutium,
ff. de orig. iur.* & vt ſui prudentia
inſtructus ſit, & cui detrimento ſit iuris
ignorantia, *l. regula, §. ſed iuris, ff de
iur. & facti ignor. & ideo Iodocus in
praxi rerum ciuil. cap. 96. num. 3. relatus
a Magon. de rect. patroc. ration. cap. 41
nu. 31.* ſcribit; nullus tam practicus quãtumuis
peritus in Parlamento admittitur,
nec aduocare poteſt, niſi is fuerit
Doctor, aut Licentiatus iuris vel ciuilis,
vel canonici.

Secundò Sedis Apoſtolicæ ſubditus
ſit, quia in ſacra Pagina habemus, Chriſtum
Dominũ dixiſſe mulieri Cananeæ:
*Non eſt bonum ſumere panem filiorum,
& dare canibus:* vt adamuſſim obſeruant
ferè omnes Principes temporales,
non admittentes exteros, & aduenas ad

regi-

regimina ſuarum Vrbium, & Locorum, ne ſcilicet multa, quæ tacenda, & occultanda ſunt, omnibus innoteſcāt, contra rectum, & vtile politiæ præceptum.

In Romana Curia verſatus: nemo enim naſcitur artifex: *& comicus in Adelph.ait.*

Nunquam ita quiſquam benè ſubductâ ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vſus, ſemper aliquid apportet noui,
Aliquid moneat, vt illa, quæ ſcire credas, neſcias,
Et quæ tibi putaras prima, in experiūda repudies.

Et Manilius Poeta.

Per varios vſus artem experientia fecit.
Exemplo monſtrante viam.

& in Eccleſ.cap.34. Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit: benè facit *l.magiſtros, C.de Profeſſor.lib.10. ibi, non repente, nec temerè proſiliat ad hoc munus, ſed iudicio ordinis probatus, &c. & l.tyrones, C.de tyronib.lib.12.ibi, nec enim patimur, quenquam celſiorem gradum obtinere, niſi cui & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragantur, &c.*

A Summo Pontifice electi, *vt dictum eſt ſupra art.1.num.15. & ſeqq.* etenim ſi talis electio ab ipſis Vniuerſitatibus fieret, & maioribus grauarentur impenſis, & negocia rarò, vel nunquam bonum conſequerentur finem; vt experientia docuit: ſicut enim Vniuerſitates ex multitudine ciuium cōſtituuntur; itaut *Comicus ait, Quot capita, tot ſententiæ,* quandocumque contingeret Magiſtratuum, & Officialium mutatio, ſtatim quoque nouus Agens vel amicus, vel conſanguineus, prout trahit ſua quemque voluptas, eligeretur, atque ita negocium iam cœptum, & ad bonum exitum redactum deſtitueretur, cum amiſſione ſtipendij iam ſoluti, & onere alterius denuò ſoluendi; prout optimè obſeruarunt Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinales Marianus Sanctorum Marcellini, & Petri de Camerino, Octauianus Sanctæ Sabinæ Bandinus, Dominicus S. Honuphrij Tuſcus, Dominicus Gimnaſius, Innocentius Bubalus S.Thomæ in Parione Presbyteri Cardinales, & Bartholomæus Cæſius Diaconus Sanctæ Mariæ in Porticu, dum initio Pontificatus fel.rec. Pauli V.huic Sancto Pontifici inſinuarunt, certum numerum Agentium, & cum prædictis qualitatibus ſtatuendum eſſe.

Ab Eminentiſſimo Cardinali Sacræ Congregationis Præfecto recogniti; nihil enim tam naturæ, & legibus conſentaneum eſt, quàm vt dominus ſuos recognoſcat famulos, bonos, & diligentes amet, foueat, & protegat; malos verò corrigat, expellat, & puniat.

Ab officio ſine licentia eiuſdem Eminentiſſimi Præfecti non amouendi: nemo etenim, niſi cauſa cognita, mulctandus eſt, dicente *Seneca illo Tragic.*

Qui aliquid ſtatuit, parte inaudita altera,
Licèt æquum ſtatuerit, haud æquus fuit.

Nec ſemper credēdum eſt delatoribus, qui licèt pro recta Reipublicæ adminiſtratione ſint neceſſarij, *ex Tholoſan. in ſyntag.iur.vniu.lib.32.cap.4. num. 8. & ferè per tot.Alex.ab Alex.dier.genial.lib. 4.cap. 22. & ibi Tiraq.* tamen quia hoc genus hominum non rarò ſibi conceſſa poteſtate abutitur, & ſæpe vel ob leue, vel ſimulatum, vel confictum crimen, ira, vel odio, vel pretio proborum hominum mores, vitam, & patrimonium in diſcrimen adducit, non omnia, quæ ij deferunt, credenda ſunt, nec omnes ad deferendum admittendi, vt docet *Martianus I.C.in l.deferre, 18.ff.de iur. fisci,* & execrabiles delatores appellat *Imperat.in l.ex varia, C.de delator.lib.10*

Verùm de his hactenus: iam de habitu, ſiue ornatu Dominorum Agentium
14 aliquid dicendum ſupereſt; per habitum verò indumenta corporis intelligo, quæ inter priuilegia Aduocatis conceſſa, & in corpore iuris clauſa primum locum obtinent; *ſi Marco in Delphin.quæſt.649* credendum eſt; & notant *Scribentes in l. nemo vel in foro, præcipuè gloſſ.in verbo Togatorum, C.de Epiſcop.audien.* quæ eſt reperita *in l.fin.C.de poſtul.Lancell Corrad.in Prætorio lib.1.cap.9.de allegat. & motiuis, num.7. poſt Speculat.lib.1. tit. de Aduocato, §. ſequitur, in princ.& per tot.* vbi hæc carmina refert.

Ver benè veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur a mille, quàmuis idiota ſit ille;
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè,
Nullius eſt laudis, quàmuis ſciat omne, quod audit.

Et alios concordantes adducit *Magon.*

de recta patrocin. ration. part. 1. cap.3. num. 33.*& ſeq.* Talis enim quis prima
15 facie preſumitur, qualem eum indicant veſtes, *c. contingit; 45. de ſent. excom. l. item apud, §. ſi quis virgines, ff. de*
16 *iniur. l.* 32. *ſed ſi accepto, ff. de iur. fiſci;* debet enim Agentium veſtis eſſe conformis, & conueniens ſtatui, ordini, & officio, *c. Deus, 11. de vita, & honeſtate clerie.* vbi Sũmus Pontifex præcipit Monachis, Canonicis Regularibus, & Religioſis cuiuſuis ordinis, vt honeſtum, gradui, & officio condecentem habitum deferant; *& Bald. in c. cauſam matrimonij,* quem ſequitur ibi *num.* 5. *Dec. tit. de probat.* ait, ex ſignis perſonæ qualitates
17 argui; nam

Stigmata militem
Habitus Clericum
Stola Sacerdotem
Cuculla Monachum oſtendunt.

Nec dicatur aliud ſtatuendum eſſe in Agentibus, & in Aduocatis, qui laici sũt;
18 nam Aduocati quoque dicuntur Sacerdotes, *l. 1. ff. de iuſt. & iur. ibi, meritò quis nos ſacerdotes appellet; vbi gloſſ. in verb. Sacerdotes, explicat; Vt Sacerdotes ſacra miniſtrant, & conficiunt, ita qui leges tractant, cum hæ ſacratiſſimæ ſint; l. leges, C. de legib. Sacerdotes appellari poſſunt:* hoc etiam ſcribit *Speculat. loco cit. nu.* 2. *verſ. præterea; Marc. d. quæſt. 649. num. 2 Viui. comm. opin. 197. num. 10. par. 1.* vbi alia ad rem facientia refert.

Condecens autem veſtimentum Ad-
19 uocatorum, & Agentium, cum ſint Iuriſconſulti, erit toga, quia hæc pacis inſigne eſt, & otij; *vt Cicero in L. Piſonem,* ſcribit: *Pacis eſt inſigne, & otij toga, contra autem arma tumultus, & belli;* quem refert Lazar. *Baiſ. tract. de re veſtiar. cap. 9. Maſtrill. de Magiſt. lib. 5. cap. 2*
20 *num. 20. & ſeq* Et veſtem Romuleam, ſiue Romanam præcipuè togam eſſe colligitur *ex l. ſed ſi accepto, 32. ff. de iur. fiſci; & Romulea lege ſanctum erat. Quiſque demiſſam ad talos togam in Vrbe habeat:* quã legem interpretatur *Balduin.*
21 vt quemadmodum lingua, aut impudica, aut diſſoluta coercenda eſt, ſic & verecundia quædam, & modeſtia in cultu corporis, veſtituque laudari debet, ac doceri, vt in tota vita, omnibuſque eius partibus teneamus aliquod decorum:
22 iubet ergo Romulus ſuos eſſe togatos; *hæc Balduin.* & quemadmodum Græcorum pallium, ita Romanorum toga ſemper propria fuit; qua in re videndus eſt *Lazar. Baiſ de re veſtiar. cap. 9. Bulleng. de triũpho. cap 18. Macrob. lib. 1. Saturn.*
23 *cap. 6. Tertullian. de pallio, cap. 5.* vbi refert, veteres olim Chriſtianos pallio magis (quod erat ſimplex, & frugale) quàm toga vſos fuiſſe: imò verò qui antea togati erant, cum Religioni Chriſtianæ nomen darent, toga relicta, pallium induebant, & inde natum dicteriũ, *a toga ad pallium:* alia videnda ſunt *apud eundem Tertullianum, & Pamelium in additionib:* nos quoque hac de re ſcripſimus alia quædam *in tract. de Præfect. Vrbi, cap. 2.* vbi de ornatu Præfecti. Et quemadmodum aduocatus ad iudicis
24 conſpectum in habitu ornato accedere debet, *c. penult. in fin. 24. diſt. & c. ſine ornatu, 22. quæſt. 4 Specul. d. tit. de aduocat. rub. quales veſtes debeant habere aduocati;* ita ſanè Agentes Vniuerſitatũ, & Prouinciarum ad conſpectum Eminentiſſimorum, ac Reuerendiſſimorum S.R.E. Cardinalium, & Reuerendiſſimorum Prælatorum, ex quibus Sacra Congregatio Boni Regiminis conſtituitur, & quæ Principem ipſum repræſentat, tanquam ad ipſorum peculiare tribunal accedere debent, ne officium, & grauitas vileſcat, vt notat *Speculat. loco citat.* quem refert *Magon. de rect. patroc. ration. par. 1. cap. 3. num. 36.* & de habitu vtendo intra Vrbem habemus *tit. in*
25 *C. Theodoſ. lib. 14. tit. 10.* licet enim ex ornatu veſtimentorum non ſit quis iuſtitiam habiturus, *30. diſt. c. ſi quis virorum.;*
26 tamen affectare in veſtibus ſordes laudem non pariunt, *D. Auguſt. teſte lib. 3. de doctr. Chriſtiana, cap. 12. a Gratian. in c. 1. diſt 41. c. 2. in fin. de cuſt. d. SS. Euchar. relato, ibi, nimis enim videtur*
27 *abſurdum in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in prophanis; vbi gloſſ. vltima* notat, quòd clerici debent incedere ornati veſtibus, non tamen ad
28 iactantiã: ſæpe enim, vt *Speculat. loco cit. ſcribit n. 3.* maximè inter ignotos, veſtis eſt cauſa honoris; quod ſi in aliqua Mundi parte id accidere ſolet, vtique Romæ, vbi ex omni gente, & natione confluunt homines.

Atque hæc de electione, & ornatu Dominorum Agentium Vniuerſitatum, & Prouinciarum dicta ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Quibus ex cauſis excludatur quis a munere, & officio Agentis.*

2 *Contrariorum eſt eadem diſciplina, & exceptio firmat regulam in contrarium.*

3 *Clerici an poſſint eſſe Agentes Vniuerſitatum.*

4 *Clerici non debent eſſe miniſtri, & procuratores laicorum.*

5 *Clericus poteſt pro laico patrocinari in curia Eccleſiæ.*

6 *Clerici in Romana Curia patrocinantur in quorumque Tribunali; & quare.*

7 *Agentes Vniuerſitatum poſſunt eſſe Clerici; & quare.*

8 *Clericis permiſſum eſt patrocinari etiam iudice laico pro Eccleſia, pupillis, miſerabilibus perſonis, & pro conſanguineis.*

9 *Perſonæ miſerabiles ſunt pupilli, viduæ, & orphani.*

10 *Communitates gaudent priuilegio pupillorum, viduarum, & orphanorum.*

11 *Clerici poſſunt patrocinari pro Vniuerſitatibus, quando hæ foueant bonum eius; ſi ſecus, debent dimittere patrocinium.*

12 *Agens clericus non poteſt deſerere cauſam iam inceptam, & contrariam patrocinari.*

13 *Præuaricator duobus modis quis dici poteſt; & vide remiſſiuè.*

ARTICVLVS VI.

Quibus ex cauſis excludatur quis a munere, & officio Agentis.

EX Vlpiani reſponſo *in l.1. ff. de poſtulan. & ex ijs, quæ reaſſumit, & pluribus exornat Speculat. tit. de aduocat. §. obijcitur; Magon. de rect. patrocin. ration. part.* 1. *cap.* 11. colligi poſſunt cauſæ, ex quibus
1 quis a munere, & officio Agentis excludatur; & his carminibus continentur.

Non cuicumque datur, quod poſtulet, imo vetatur
Addictus pœna, ſeruus, puer, actor arenæ
Luminibus captus, mulier, muliebria paſſus.

Et hæc omnia impedimenta explicāt *Speculat. & Magon. locis citatis* quos vide ſi placet, & adde reiciendos quoque eſſe a munere patrocinandi, & agendi pro Vniuerſitatibus

Excommunicatos Schiſmaticos.
Paganos. Apoſtatas.
Hæreticos. Iudæos.
Saracænos.

vt latius apud præcitatos auctores videre eſt, & ad quos cupidum lectorē reijcimus; & excludendi quoque videntur a munere, & officio agentium Vniuerſitatum, & Prouinciarum

Iuris prudentiæ imperiti.
Extra Statum Eccleſiaſticum orti.
In Romana Curia minime verſati.
A Summo Pontifice non electi.
Ab Eminentiſsimo Cardin. Præfecto non recogniti.

Non ſolùm quia contrariorum eſt eadē
2 diſciplina, *l. fin. §. vlt. in fin. ff. de leg. 3. l. 3. in fin. ff. vbi pupill. educ. deb. Mayn. in reg. nihil tam naturale, num.* 3. ſed etiā quia exceptio firmat regulam in contrarium, *l. generali, §. vxori, ff. de vſufr. leg.* Cum autem ſupra relatæ ſint qualitates in electione Agentium obſeruandæ, ſequitur, vt in quibus illæ deſiderantur, haud idonei iudicentur, & excludantur, vt in ſimili argumentatur *Mayn. in l. regula, n. 30. de reg. iur.*

3 Numquid autem clerici poſſint eſſe Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarū? videtur negatiuè reſpondendum, *ex generali Summorum Pontificum ſanctione, ne cleric. vel monach. ſecularib. negor. ſe*
4 *immiſce. vbi in c. 2. & alibi* expreſſis verbis habetur, quòd clerici non debent eſſe miniſtri, vel procuratores laicorum, & ſi contra fecerint, & deprehendantur in fraude, non ſubuenitur eis ab Eccleſia.

5 Contrarium tamen puto verius; primò quia clericus non prohibetur patrocinari pro laico in Curia Eccleſiæ, *c. per venerabilem, qui filij ſint legit.* vbi Archiepiſcopus Arelatenſis inſtat coram Innoc. III. pro legitimatione filiorum cuiuſdā viri nobilis Montis peſſulani; & colligitur etiam *ex c. vnic. num. 3. verſ. quod autem dixi, de oblig. ad ratioc. Speculat. d. tit. de aduocat. § obijcitur, num. 5. verſ. ſed numquid, Fed. de Sen. conſil.* 270
6 *quod clericus, num.* 1. Atque hinc (ni fallor) inducta eſt conſuetudo in Curia Romana, vbi pro maiori parte iudices ſunt Eccleſiaſtici, quòd clerici paſſim admittantur ad patrocinandum; & ſi permittitur in foro contentioſo coram Auditore Cameræ, in ipſamet Camera,

& in Rota, quantò magis permittẽdum
7 erit Agentibus Vniuerſitatum, & Prouinciarum negocia promouere coram Eminentiſſimis, ac Reuerendiſſimis Dominis Cardinalibus, in Sacris Congregationibus, quibus præſunt, & Summum Pontificem repræſentant? Quid autem dicendum ſit, ſi cleri us patrocinari velit in Curia ſæculari, & in Regno? vide *Sanfelic. deciſ. 12. per tot. par. 1.*

8 Secundò, quia etiam clericis permiſſum eſt patrocinari coram iudice laico pro Eccleſia, pupillis, miſerabilibus perſonis, & pro conſanguineis; *Innoc. d. c. vnic. num. 3. de oblig. ad ratioc. & repetit in c. 2. ne cler. vel monach.* & ibi etiam *Abb. num. 2. Specul. tit. de aduoc. §. obijcitur, num. 4. verſ. niſi pro ſe, & num. 7.*
9 declarat, quænam ſint perſonæ miſerabiles, videlicet pupilli, viduæ, & orphani; *c. fin. diſt. 86. & c. 1. diſt. 87. l. vnic. C. quand. imper. inter pupill. & vid.* Communiates autem gaudere priuilegio pu-
10 pillorum, viduarum, orphanorum, & aliarum miſerabilium perſonarum, cum ex iſtis etiam perſonis conſtituantur Vniuerſitates, pluries dictum, & legitur *in l. Rempublicam, & ibi Scribentes C. de iur. Reip. lib. 11. Loſæus de iur. vniu. par. 3. cap. 10. num. 5.*

11 Declara tamen prædicta, quando Vniuerſitas foueat bonum ius, nam ſi ſecus, & ita pro ſua conſcientia credit Agens, dimittere debet patrocinium; *Hoſtien. in ſum. tit. de poſtul. num. fin. verſ. nam & video*, quem refert, & ſequitur *Specul. loco cit. n. 23.* qui ampliat, etiamſi dubitet de bono iure; *arg. text. in c. 44. inquiſitioni, §. in ſecundo, de ſent. excom. c. literas, 13. §. porrò cum mulier, de reſt. ſpoliat. c. 99. quid ergo, 11. quæſt. 3.*

12 Declara ſecundò, quando cauſa ab Agente incœpta, quæ nondum fuit terminata, voluerit illam deſerere, & in cõtrarium patrocinari poſtquam in meritis primæ cauſæ fuit inſtructus; tunc enim non poteſt, quia præuaricatoris notam incurreret; *Specul. loco cit. §. nunc tranſeamus, num. 11. verſ. ſi autem fuit; & vide Menoch. de arbitr. caſu 323. nu. 3 & 4.* vbi duobus modis præuaricatoris
13 nomen acquiritur; ſequitur *Magon. de rect. patroc. ration. par. 2. cap. 47. num. 11. & ſeq.* vbi etiam habes, qua pœna mulctandus ſit præuaricator; & vide etiam *Iacob. Gall. conſ. 78. delict. grauitas in princ. & per tot.* qui docet, quis dicatur præuaricator, qua pœna puniatur, & quid in Aduocato, qui interfuit vtriuſque partis Collegio; & vide etiam *Plau. Cherub. in compend. Bull. ad Bull. 2. Benedicti XII. ſchol. 1 & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarũ quid agere debeant, poſtquam fuerint tali munere decorati.*

2 *Humani moris eſt illos vereri, quorum iudicio, & voluntate quis nunc erigitur, nunc deprimitur.*

3 *Magiſtratibus aſſurgendum eſſe, illoſque honorandos iura præcipiunt.*

4 *Epiſcopalis Dignitas eſt excelſior Dignitate Cardinalatus; Cardinales tamen illis præferuntur, & quare.*

5 *Epiſcopi vbi primùm ad hanc Dignitatem promoti ſunt, debent viſitare Cardinales in Romana Curia exiſtentes.*

6 *Congregatio Boni Regiminis, & aliæ Congregationes illuſtrantur per aſſiſtentiam Cardinalium.*

7 *Cardinales repræſentant Magiſtratum illum, qui ante oculos poſitus, verſum reuerentiam, liberalemque pudorem gignit.*

8 *Ius Pontificium, & Cæſareum ſanciuit, vt alter alteri præſit, & alter alteri ſubſit.*

9 *Prælatorum dignitatem ſeruare, & obſeruare debent Agentes, & quare.*

10 *Qui publicis actionibus adhibetur, ſemper præſtandi, & lædendi cauſas inuenit.*

11 *Agentes frequentèr accedere debent ad domum R.P.D. Secretarij Congregationis, & quare.*

12 *Secretarius Congregationis habet votum deciſiuum ſicut alij Prælati.*

13 *Agentibus inuigilandum eſt, vt Communitates quolibet anno mittant Tabellas ad Vrbem.*

14 *Tabellarum expeditio quolibet anno quid operetur.*

15 *Agentibus inſiſtendum eſt, vt tabellarum reſcripta ſeruentur, & adimpleantur.*

16 *Redditus Communitatum, qui in Tabella ſuperſunt, quomodo ſint erogandi.*

17 *Agentes totis viribus incumbant, vt æs alienum conflatum ex cauſa Annonæ tempore conuento, & aſſignato extinguatur.*

18 *Maior pars æris alieni, quo Vniuerſitates premuntur, ex mala adminiſtratione Annonæ prouenit.*

Agens

19 *Agens negocia ſibi commiſſa non deſerat, ſed perficiat, quàmuis officiales, qui illa commiſerunt, diſcedant ab officio.*

20 *Agens non hominibus placere debet, ſed vtilia pro Communitate agere.*

21 *Hominum memoria labilis eſt, ideo diligentia eſt reparanda, & affertur exẽplum.*

22 *Ioannes Pontifex huius nominis XXII. fuit diligentiſſimus.*

23 *Agentium diligentia pro negociorum expeditione quænam eſſe debeat, & quomodo adhibenda.*

Agentes reſpondere debent ad omnes literas ſibi a Cõmunitatibus miſſas. d.n.23

24 *Agens quid agere debeat, quando Communitates pecunias ad Vrbem mittunt.*

25 *Agentes non transferant in craſtinum, quod hodie expedire poſſunt, & quare.*

ARTICVLVS VII.

Quid agere debeat Agens Vniuerſitatum, & Prouinciarum poſt eius electionem.

1 AGens Vniuerſitatum, & Prouin-
ciarum vbi primùm a Summo
Pontifice, & ab Eminentiſsimo
Card. Sacræ Congregationis Bo-
ni Regiminis Præfecto tali munere, &
officio decoratus eſt, & Sanctitati ſuæ
deoſculatus fuerit pedes, Eminentiſsi-
moque Cardinali gratias egerit, ad a-
lios Eminentiſsimos Cardinales d. Sacrę
Congregationi prępoſitos accedere
debet, & ea, qua decet reuerentia, &
humilitate, illorum deoſculetur veſtes;
iuxta notata *in l. 2. ibi, honorificentiam
debitam eſſe præſtandam; & in l.3. ibi,
aut reuerentia non fuerit in ſalutatione
delata, C. de off. diuer. iud.* & plura ad rẽ
congerit *Maſtrill. de Magiſt. lib.5. cap.3.
de magiſtrat. dignitat. num.25. & ſeq. &
ferè per tot.* Eoſdemque Eminentiſsimos
2 Dominos ſuppliciter exoret, vt in eorũ
clientelam ipſum recipere dignentur:
humani namque moris eſt, illos vereri,
quorum iudicio, & voluntate quis nunc
erigitur, nunc deprimitur, vt Ioannes
Pontifex Epiſcopo Syracuſano ſcripſit
in c. viſis, § humani moris, 16. quæſt.2. &
3 iura omnia Magiſtratibus aſſurgendum
eſſe, illoſque honorandos præcipere ait
Menoch. in conſ. 126. num. 17. vbi con-
cluſionem hanc multis antiquorum
exemplis, & doctorum virorum monu-
mentis exornat; quæ omnia multò ma-
4 gis in S.R.E. Cardinalibus locum habẽt;
nam etſi Dignitas Epiſcopalis ſit maior
Dignitate Cardinalatus, attamẽ Cardi-
nales ob maiorem iuriſdictionem, &
imperij adminiſtrationem (aſsiſtunt e-
nim Põtifici Maximo in adminiſtratio-
ne vniuerſalis Eccleſiæ, & in partem
ſollicitudinis vocati sũt) Epiſcopis prę-
feruntur, *Caſſan. in cathal. glor. mund.
part.4. conſid.9. & 10. Menoch. d. conſ.126
num.15. verſ. ita videmus, lib.2. & adeſt
Conſtitutio celebris Eugenij Papæ IV.
in ordine 1. Bullar. nou. tom.1. pag. 269.*
vbi de preeminentia, & dignitate Car-
dinalatus agit; *& in ſacro Concilio La-*
5 *teranenſi ſub Leone X.* ſancitum eſt,
quòd Epiſcopi vbi primùm ad hanc Di-
gnitatem promoti fuerint, debeant ad
Eminentiſsimos Dominos Cardinales
in Romana Curia commorantes acce-
6 dere; quantò magis ergo hoc genus ob-
ſequij, & reuerentiæ præſtandum erit ab
Agentibus Vniuerſitatum, & Prouincia-
rum? Siquidem hæc Boni Regiminis,
aliæque Congregationes eorum præsẽ-
tia illuſtrentur, & ſacræ, & eminentiſsi-
mæ dicantur: atque hic verè Magiſtra-
7 tus ille dicitur, cuius præſentia *ex Ari-
ſtot. 7. polit.* ante oculos poſita, veram
reuerentiam, liberalemque pudorem
gignit.

Reueredisſimis quoque Prælatis, ſeu
Auditoribus (quos Ponentes appellant)
ſacræ Conſultæ, & Congregationis Bo-
ni Regiminis debitus honor exhibẽdus
8 erit; iura enim tam Cæſarea, quam Pon-
tificia ſtatuunt, vt alter alteri præſit, &
alter alteri ſubſit; *c. ſolitæ, de maior. &
obed. & adeſt tit. peculiaris, vt dignit. or-
do ſeru. lib.12. C.* poſtulat igitur dignita-
9 tis ordo, vt horum Prælatorum digni-
tatem Agentes ſeruent, & obſeruent,
eorumque beneuolam propenſionem
inquirant, & aucupentur; etenim vt ne-
gocium bonum, ſeu malum ſortiatur ef-
fectum, ſub cura, & relatione Ponẽtium
(ſine tamen iuſtitiæ læſione) manet; nã
10 vt *Caſſiodor. lib.7. variar. cap.14. ſemper
enim & præſtandi, & lædendi cauſas in-
uenit, qui publicis actionibus adhibe-
tur.* Curent igitur Agentes debito tem-
pore ad hos Reuerendiſsimos Domi-
nos Prælatos accedere, illoſque in re-
bus, & negocijs ſuis diligentèr inſtrue-
re, & informare, ne ſcilicet hoc negle-
cto, res malè cedat, negocium corruat,
propriam conſcientiam e[illegible]ent.

11 Reuerēdiſsimi Domini Secretarij domus, quemadmodum a Platonicis Academia, a Peripateticis Licæum frequentabatur, ita ſanè ab Agentibus hæc frequentanda erit; hic enim totius Congregationis Boni Regiminis cardo vertitur; hùc tota negociorum moles confluit; hinc cauſarum inter Reuerendiſſimos Dominos Prælatos Auditores, ſeu Ponentes partitio, & diſtributio certa lege procedit, & celebrandę Congregationis dies agnoſcitur. Nec minori cura, diligentiaque negociorum, & cauſarum qualitas inſinuanda eſt D. Secretario, quàm Auditoribus; ſiquidem eius opera indigent Agentes, nedum in de-
12 cidendis cauſis (nam & ipſe votum deciſiuum habet) ſed etiã in illis expediendis; ipſe enim D. Secretarius decreta, & reſolutiones extendit, ex quibus literas componit, & conſcribit, ab Eminentiſſimo D. Cardinali Præfecto firmandas, & pro lege, vti Principis reſponſa, ab officialibus S. Sedis Apoſtolicæ, & ab Vniuerſitatibus ſeruanda.

13 His ita peractis, & adamuſsim ſeruatis, inuigilandum eſt Agentibus, vt Vniuerſitates eorum curæ commiſſæ in principio cuiuslibet anni Tabellas ad Vrbem transmittant, quibus receptis, earundem expeditionem apud Ratiocinatorem, apud Secretariũ, & vbicumque opus fue-
14 rit, procurent; ex hac enim Tabellarum expeditione, & contentorum in illis adimplemento, Congregationis Boni Regiminis reuerentia, & obſequium, Bullæ adimplementum, rerum, & bonorum Vniuerſitatum recta adminiſtratio pendet.

Nec tamen in ſola Tabellarum expe-
15 ditione quieſcere debet Agens, ſed inſiſtere, vt reſcripta in calce illarum appoſita ſeruētur, & debitæ exequutioni demandentur; præſertim quando ſuperſũt redditus, & iniunctum eſt onus Depoſitario, ac Officialibus locorum tranſmittendi illos ad Vrbem, vt totum id, quod
16 ſupereſt, deductis expēſis, in extinctionem æris alieni conuertatur; ſi verò tali onere ſint immunes, in emptionem locorum montium, bonorum ſtabilium, & redemptionem redditũum erogetur, vt ſancitum eſt *in Bulla ſuper Bono Regimine*, cui regulatitèr reſcripta Tabellarum adaptantur.

Nec minor adhibenda erit diligentia, ſi concedatur Communitatibus licentia accipiendi pecunias ſub vſuris pro ſubleuanda annona, quæ quidem licentia a ſacra Congregatione Boni Regiminis ea, vt plurimùm, lege conceditur, vt Cõmunitates nudum nomen habeãt, onus verò extinguendi debitum, & ſoluendi vſuras, ſeu fructus cenſuum, & locorum montium ſit cõductoris clibani, ſeu furni, vel eorum ciuium, quibus a generali Conſilio commiſſum fuit; & ad hoc ſoleant ſeipſos, bona præſentia, & futura in ampliori forma Cameræ obligare; itaut elapſo anno teneantur oſtendere extinctionem æris alieni, & Communitatem ab omni prorſus onere, & obligatione liberaſſe. In hoc enim inuigilandum, & ſumma cura enitēdum eſt Agentibus,
17 vt adueniente tempore, nulla interpoſita mora, reiectis quibuſcumque exceptionibus, ſoluatur debitum, & Commu-
18 nitas illæſa ſeruetur; nam, vt a ſenioribus audiui, & egomet ab vſu, & experiētia didici, maior pars æris alieni, quo nunc Vniuerſitates premuntur, ex negligentia, ne dicam dolo, ſeu malitia illorum, qui rem frumentariam, ſeu annonam adminiſtrarũt, originem habuit, *vt diximus aliàs in his Commentarijs*.

Negocia ſemel commiſſa, & Commu-
19 nitatibus vtilia, ad conſummationem, & perfectionem proſequatur Agens; quãuis Officiales, & Magiſtratus, qui illa cõmiſerunt, officium, & munus dimittant, alijque ſuccedant: euenit enim aliquando, imò quàm ſæpiſſimè, vt mutatis perſonis, mutentur affectus, & hominum ſententiæ præſertim in ijs, quæ publici iuris ſunt; ait enim *Mantuanus Home-*
20 *rus. Trahit ſua quęque voluptas.* Agens verò non hominibus placere, ſed muneri ſibi iniuncto ſatisfacere debet; vtilia quippe pro Communitatibus agere, & inutilia prætermittere.

21 Et quoniam labilis eſt hominum memoria, *l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. fac. poſſ. §. præterea, diſt. in. 23.* & inter Poetas hoc elegantèr cecinit *Cornelius Gallus*,

En lethea meam ſoluunt obliuia mentem,
Nec confuſa ſui iam meminiſſe poteſt.

& Franciſcus Petrarca, tum carmine, tum ſoluta oratione lepidiſſimus auctor, in libello, de remed. vtriuſque Fortunæ, dialog 101. [*memoria* fluxa eſt? diligentia, & artificio illam ſtringe; cunctis ingenij, & memoriæ defectibus occurrit induſtria; nil patitur induſtria perire, vel *minui:*] & hoc a Ioanne XXII. Pontif. Max. ſeruatum fuiſſe idem *Petrarca refert lib. 2. rerum memor. tract. 3 cap. 53.*

cap.53.& poſt eum Gomes in procem.reg.
Cancell.quæſt.1.ſub tit.Epiſcoporum di-
gnitatis diminutio.[*Ioannes XXII.*(in-
quit) fuit adeo rerum omnium curioſus,
22 vt repertoria, ſeu indices ſibi ordine al-
phabeti cōficeret, quibus facilè res om-
nes in promptu, & ad manus haberet;
ſic itaque Eccleſiæ Dei magnum præſti-
tit adiumentum, & auctoritatis *præro-*
gatiuam.]

Studeant ergo Agentes, qui memo-
23 riæ tenuitate laborant, huius Pontificis
diligentiam imitari; & negociorum in-
uentarium, ſeu repertorium conficiant,
illudque præ manibus habeant, & re-
uoluant, ne ſcilicet ob lapſum memoriæ
negocia quoque labantur, & pereant.

Domi verò armarium habere neceſſe eſt, capſulis diſtinctum, quibus ſint ſuarum Communitatum nomina, ſingulis impoſita, ibique ſcripturæ certo diſponantur ordine; adſit etiam particularis locus, ſeu capſula, in qua deponātur negocia expedienda, non tamen, vt illic quieſcant, ſed vt facilius inueniantur, & ad optatum exitum perducantur.

Si relinquendæ ſunt ſcripturæ, præſertim publicæ, ſeu mauis in authenticam formam exaratæ vnà cū memorialibus, ſeu libellis R.P D. Ponenti, haud inutile erit diem, & annum annotare, quibus relictæ, & traditæ fuerunt: Commendāda quoque diligentia eſt, ſi formulæ libellorum, ſeu memorialium in peculiari quaderno deſcribantur, & vbi negocium fuerit expeditum, diem, menſem, & annum in margine vnà cum literarum expeditione ibidem annotare; id enim mihi ſæpiſſimè iucundum, & vtile fuit: contingere namque aliquando ſolet, vt literæ deperdantur, & pereant, quapropter iteratò ſcribere neceſſe ſit; maximū propterea leuamen D. Secretario, & Agenti erit primæ expeditionis tempus in promptu habere. Literis ab Vniuerſitatibus receptis reſpondere nequaquā omittat, & ſi nihil habeat, id vnum ſcribat, ſe literas accepiſſe; & vtile quoque erit, regiſtrum, ſeu copias literarū, quas eiſdem Communitatibus ſcribit, habere.

24 Si verò pecuniæ ab Vniuerſitatibus ſuę curę commendatis Romam mittantur, vt ex illis æs alienum in locis montium diſſoluatur; hæ quippe pecuniæ penes Depoſitarium generalem Communitatum Ditionis Eccleſiaſticæ deponendæ ſunt, ea conditione, vt illa Communitas, quæ pecunias deponit, deſcribatur creditrix ad effectum extinguendi tot loca montium, ex quibus extinguatur debitum pro rata extracta, vt dicemus infra latius: Recipienda eſt etiam fides depoſitæ pecuniæ, & hæc Agenti generali, ſeu Ratiocinatori conſignanda, vt iniunctum illis onus quantò citius expleant.

25 Denique quia non omnia poſſumus ſub certa lege collocare, & plura ſunt negocia, quā vocabula, Dominos meos Coagentes, & Collegas monitos velim, ne in craſtinum differant, quod hodie perfici poteſt; ait enim *Sulmonenſis Poeta.*

Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.

& Lucanus.

Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis.

SVMMARIVM.

1 *Labores, & ſeruitia ex omni iure, vel pretio, vel premio compenſanda ſunt.*
2 *Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare.*
3 *Equus malè paſturatus, malè ambulat.*
4 *Salarium non conuentum, nec conſtitutum arbitrio iudicis ſtatuendum eſt.*
5 *Salarium Agentibus conſtitutum quomodo ſit ſoluendum, in principio ſcilicet, in fine, vel in medio anni.*
6 *Dum dolet infirmus, medicus ſit pignore firmus.*
7 *Aduocati, & medici tres facies præferunt ſuis clientulis, & infirmis; & quænam ſint.*
8 Stipendium *Agentibus ſoluendū eſt iuxta diſtinctionem Speculatoris.*
9 *Exactio ſalarij Agentium, quandoque committitur Theſaurarijs prouincialibus; & quomodo.*
10 *Agens ſi moriatur in principio, vel in medio anni, integrum tamen habere debet ſtipendium, & quare.*
11 *Agens, qui in vita ſtipendium non exegit, tranſmittit actionem petendi, & recipiendi illud ad hæredes.*
Declara concluſionem in ſalario illius anni, in quo deceſſit, & non vltra. n. 12
13 Cautela *pro* Agentibus *in exactione ſtipendij.*
14 *Agens recipere debet ſtipendium, ſi per ipſum non ſtetit, quominus negocia non promouerit, nec perfecerit.*
15 *Agens remotus, vel ſuſpenſus ab officio culpa Vniuerſitatis, vel ciuium, habebit tamen ſtipendium, ſi poſtea abſoluatur.*

AR-

ARTICVLVS VIII.

De ſtipendijs Agentibus ſoluendis.

1 QVoniam ex omni iure labores, ſeruitiaque recepta vel pretio, vel premio compenſari debent, *c.charitatem, & c.Eccleſiaſticis, 12.quæſt.2.c.ad noſtram, & ibi gloſſ. in*
2 *verb.ſufficere,de reb.Eccleſ.non alien. in fin.ibi; & ſic eſt argumentum,quòd nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare, & de labore ſuo mercedem quis recipere debet. Natt.conſ.*376. quem refert, & ſequitur *conciuis meus Magon. deciſ. Floren. 12. num.4.& Io.de Plat.in l.animalia, C. de*
3 *curſu pub.lib.12.ait. Equus malè paſturatus, malè ambulat.*

Ideo Dominis Agentibus conſtituẽdum eſt ſtipendium, ſeu honorarium annuum, & in Tabellis exprimendum: eoque contenti eſſe debent,nec aliquid vltra petere, vel accipere, *vt dictum eſt ſupra artic.3.num.*33. & niſi ſit conſtitu-
4 tum, & pacto conuentum, iudicis arbitrio ſtatuendum erit; *Menoch.de arbitr. caſu* 513. *num.* 6. *&* 7. *Morla in empor. iur.part.1.tit.2.quæſt.*28.*per tot. Ioann. Bapt.Magon.de rect.patroc.ration.cap.*8. *n.*28. *& ferè per tot.* Cum autem Agentibus conſtitutum ſit ſalarium, vt diximus, oportunè quæritur, quomodo ſit
5 ſoluendum, in principio ſcilicet anni,vel in fine? & variæ sũt hac in re Doctorum opiniones, vt videre eſt apud *Myſinger. ſing.obſeru.cent.3.obſer.7.an, & quando, in princ.* & ſoluendum eſſe in principio anni, ſcribit *Speculat.tit.de ſalarijs, §.ſequitur,num.*14. *verſ. Accurſius dicit; Alex.in l.diem functo,nu.7.ff. de off.aſſeſſ. Magon.dec.Floren.*12. *dominus Iacobus, num.*5.*& ſupra deciſ.* 11.*Iacobus de Melioratis, num* 12. ponit vulgate dictum in ſalario medici, videlicet:

6 *Dum dolet infirmus, medicus ſit pignore firmus;*

*& Ripa tract.de peſte,tit.de remed. ad curan. peſtem,num.*125.ait: *Exige, dum dolor eſt: & addentes ad Afflict.in deciſ.*
7 123. ſcribunt, Aduocatos, & medicos præſeferre tres facies ſuis clientulis, & infirmis, videlicet tempore neceſſitatis faciem Angeli; alio tempore, dum neceſſitas eſt remiſſa, faciem hominis;finita autem cura, vel cauſa, ſi petatur tunc ſalarium, faciem diaboli: quod tamen de ingratis dicendum eſt, vt notat idem *Magon.d.deciſ.*11.*in fin.*

Verùm diſtinctio *Speculatoris loco cit.*
8 *verſ.& hoc in aduocato,*cum loquatur de ſtylo Romanæ Curiæ, magis placet, nẽpe fori conſuetudinem ſpectandam eſſe, vt medietas initio ſoluatur, & in fine alia medietas; & ita ſeruant nonnulli ex Dominis meis Agentibus, vt eorum ſtipendia exigant initio cuiuslibet ſemeſtris, quia cum hæc ſint deſcripta in Tabella, poſſunt ipſi Domini Agentes ſtatuere diem, & tempus exactioni, *vt idẽ Speculat.*admonet aduocatos, vt diem ſtatuant, qua, vel infra quam ſoluatur, &c. Et ideo exactio prædicti ſalarij Do-
9 minorum Agentium, quandoque committitur Theſaurarijs prouincialibus, ita tamen,vt abſque diſpendio Vniuerſitatũ fiat;dum enim Theſaurarij exigunt onera Cameralia eodem tempore ab Officialibus, ſeu Depoſitarijs Cõmunitatum recipiant ſtipendia Dominorum Agentium, Romamque tranſmittant.

Et integra totius anni ſtipendia ſoluẽ-
10 da eſſe, ſi Agentes initio, vel in medio anni moriantur, aut aliàs etiam viuentibus ipſis, ſi per ipſos non ſtetit, quominus operas ſuas præſtiterint,voluit *Gail. pract.obſer.lib.1.obſer.*44. *num.*12.*& alij ab eo relati*; reddens rationem, quia ſalarium debetur ex diſpoſitione legali,vel vel quæ eius loco ſuccedit,puta ſi per ſtipulationem promiſſum ſit, prout euenit in ſalario Agentium, qui illud recipiunt ex determinatione Principis, qui lex animata dicitur: ac etiam per ſtipulationem,quia apponitur in Tabellis de conſenſu partium, & tot ſunt obligationes, quot ſunt anni,& ideo pro anno incœpto totius anni ſalarium debetur,itaut ſi initio anni ſit ſolutũ, ob impedimentum poſtea ſuperueniens repeti non poſſit;ita *Gail.loco cit.* qui adducit *textum notab. in l.1.§.diuus Seuerus, ff. de var. & extraord.cognit. & ibi gloſſ. in verb. repeti, Bart.& alij ab ipſo Gail.citati.*

11 Si autem Agens, ipſo viuente, ſalariũ non exegerit, vtrum tranſmittat actionem petendi, & recuperãdi illud ad heredes? affirmatiuè reſpondit *Bald. in l. poſt duos,num.2.& ibi adden. C.de ad.*
12 *uoc.diu iud.Myſinger.cent.3.obſer.*8. qui concluſionẽ declarat in ſalario illius anni, in quo decedit, non autem aliorum annorum, *poſt Speculat.tit. de ſalar. §. ſequitur,num.*21.*verſ.in ſumma nota; Io. Baptiſta Magon. de rect. patroc. ration. part.*

*part. prima, cap.9. num.*28.

13 Bona tamen cautela erit, ſi Domini Agentes non differant exactiones ſuorum ſtipendiorum, quia ſemper nocuit differre paratis; *Afflict. deciſ.*123. *& illi adden. Magon. d. dec.*11. *in fin.* idẽ quoque

14 dicendum erit, ſi per ipſum Agentem non ſtetit, quominus negocia Vniuerſitatum promouerit, vel proſequutus fuerit; vt conſuluit *Dec. conſ.*7. *pro tenui, n.*1. *verſ. ſed tamen prædictis.*

15 Adde, etiamſi Agens ſuſpendatur, vel remoueatur ab officio culpa Vniuerſitatis, ſeu ciuium, & poſtea abſoluatur; nam hoc etiam caſu debet habere integrum ſalarium totius anni completi, licet non ſeruierit; *Maſtrill. de Magiſt. & alij ab eo relati lib.*1. *cap.*21. *num.* 89. *vſque ad* 95. *viden.*

SVMMARIVM.

1 *Agens ſi procuratoris munere fungatur pro Vniuerſitatibus, an habeat duplex ſtipendium.*

2 *Aduocatis, & Cauſidicis pro modo laboris ſtatuendum eſt honorarium.*

3 *Agentes duobus officijs operam ſuam adhibere non poſſunt.*
Declara vt ibi.

4 *Orator, ſeu Legatus, qui ſolus adimpleuit totum negocium commiſſum duobus, habebit legatiuum tam ſuum, quàm ſocij.*

5 *Salarium debet eſſe proportionatum laboribus, & quando duo negocia gerũtur, duo debent eſſe ſalaria.*

6 *Agens melius faciet, ſi procurandi munus relinquat procuratoribus, quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.*

7 *Agenti quid cauendum ſit, dum procuratoris munere fungi voluerit.*

8 *Doctor recipiens ſalarium a Ciuitate non poteſt eſſe Aduocatus contra illam.*
*Declaratur concluſio, vt num.*9.

10 *Aduocatus, & Agens non tenentur agere, vel patrocinari, ſi ſalarium non ſoluatur.*
*Sed numquid poſſint adhærere parti aduerſæ; negatiua magis tuta videtur. num.*11.

12 *Crimen non ſolùm vitandum eſt, ſed etiã ſuſpicio criminis.*

13 *Aduocatus fiſci non poteſt deſerere cauſas fiſcales prætextu ſalarij non ſoluti.*

14 *Cliens, qui ſoluere non poteſt ſtipendium aduocato, vel procuratori, de publico iuuandus erit.*

15 *Aduocatus, qui iurauit defendere Eccleſiam, niſi defendat, incidit in periurium.*

16 *Aduocatus quando poſſit defendere cauſã contra patriam ſuam.*

17 *Obligatio naturalis ſemper remanet erga patriam.*

18 *Agens non aſſumat patrocinium contra Vniuerſitates, niſi præcedat iuſſus Sacræ Congregationis Boni Regiminis.*

19 *Agens ſi propter imperitiam, negligentiam, vel malitiam, cauſas, vel negocia deſerat, tenetur ad omnia damna, & intereſſe.*

20 *Aduocatus propter imperitiam facit cauſam ſuam.*
Extende etiam ad Conſultorem, ob malum conſilium. ibid.

21 *Non omne, quod licet, honeſtum eſt.*

22 *Clericus licèt pro ſuis conſanguineis poſſit contra Eccleſiam poſtulare, honeſtè tamen faciet, ſi abſtineat.*

ARTICVLVS IX.

Agens, ſi ſit etiam procurator, an habeat duplex ſalarium.

1 AGens ſi velit vltra munus Agentis officium quoque procuratoris in cauſis Vniuerſitatum aſſumere, an debeat habere duplex ſtipendium, Agentis ſcilicet, & procuratoris? & affirmatiuè reſpondendum puto, *per textum in l.*1. *§. in honorarijs, ff. de var. & extraord. cognit. vbi Vlpia-*
2 *nus* reſpondit, aduocatis, & cauſidicis pro modo laboris ſtatuendum eſt honorarium, *vbi Doctores* extendunt, etiamſi partes cum fiſco, ſeu inter ſe tranſigant, quia adhuc vicìſſe cauſam dicitur; *Pileus quæſt.*54. *Magon. & alij ab eo relati deciſ. Floren.*12. *nu.*2. *&* 3. *alter Magon. de recta patroc. ration. cap.*8. *num.*6.

Non obſtat, ſi dicatur, Agentes contentos eſſe debere ſtipendijs ſibi aſſignatis in Tabellis, nec aliud petere, vel recipere poſſe; *argum. l. vnica, §. prouincias, ff. de contract. iud. & in Authen. vt diff. iud. §. ſi verò reputauerint, in fin. & bonus textus in l.*1. *agentes, C. de præpo-*
3 *ſit. agent. in reb. ibi, & duobus officijs operam ſuam adhibere non poſſunt, vbi Bart. Io. de Plat. & alij* notant, non licere duobus officijs fungi. Quia reſpondetur, hoc procedere, quando officia ſunt inter ſe incompatibilia, ſeu quando pro-

cura-

curatoris officium exercendo, munus
agentis negligeret, & detrectaret; ſed
quando vtrumque æque benè gerit, ſe-
cus erit dicendum, per ea, quæ ſcribit
idem Bart.in l.Aquilius, in 3. oppoſition.
verſ.item hic,ff.de donat.Iaſ.in l. princi-
palibus,nu.2.verſ ſexto limita,ff. ſi cert.
pet. quos refert *Mantic. de tacit. & am-*
big.conuent.lib.13.tit.15.num.19. videa-
tur etiam Angel.in addit.ad Bart. in l.cũ
vos,C.de legation.lib.10.qui allegat textũ
in l.binos,C.de aduoc.diuer. iud. ad pro-
4 bandum totum ſalariũ deberi vni,quan-
do hic fungitur munere duorum,& nos
diximus aliàs de duobus Legatis,ſeu O-
ratoribus. quorum vnus ſi moriatur, &
alter adimpleat totum negocium,vt hic
conſequi debeat legatiuum,tam ſuum,
quàm ſocij præmortui: Et ſalarium pro-
5 portionatum eſſe debere laboribus, di-
xit *Rota deciſ.156.n.4.part.5. recent.* Et
quando duo negocia geruntur,duo etiã
ſalaria deberi, *eadem Rota deciſ 10.n.13.*
part.6.recent.Gail.pract.obſeru.lib.1.ob-
6 *ſer.44.num.8.* Ego tamen melius puto,ſi
Agens in ſuo munere permaneat ſola
negocia promouendo, & onus agitan-
di lites, & cauſas procuratoribus relin-
quat, quia pluribus intentus minor eſt
ad ſingula ſenſus; *arg.text. in c. fin. de*
relig domib.

7 Cauendum eſt etiam Agentibus, qui
procuratoris munere fungi voluerint,
ne cauſas contra Vniuerſitates, quarum
ſunt Agentes, defendendas accipiant,
vel patrocinẽtur,iuxta doctrinam *Bart.*
in l.qui neceſſario, num.2. C.de aduocat.
diu. iud. vbi firmat concluſionem, Do-
8 ctores recipientes ſalarium a Ciuitate,
non poſſe Aduocatos eſſe contra Com-
munitatem; ſequitur *Ioan.de Plat.in l in*
filios,num.3.C.de decurion.lib.10. Specul.
de aduocat.§.obijcitur,num.27.verſ.item
excipitur.

9 Hanc tamen concluſionem declarant
nõnulli ex noſtris Doctoribus, tunc ſci-
licet non poſſe,nec debere Aduocatum,
vel Agentem contra Vniuerſitates pa-
trocinari, quando Vniuerſitates ſoluunt
ſtipendia conuenta, ſecus autem ſi non
ſoluant; quia tunc nedum patrocinium
deſerere, ſed etiam parti aduerſæ adhæ-
rere poſſunt;quod notatu dignum dixit
Amanell. de Claris aquis, in ſing. 253.
poſt gloſſ.in l.1. verb. præſtare, C. de ad-
uoc. fisc.Io.Bapt.Magon.de rect.patrocin.
10 *ratio. part.1.cap.8.num.31.*non enim te-
netur aduocatus, patronus, vel agens
patrocinium præſtare, niſi ſoluatur ſibi
ſalarium; *Menoch.de arbitr.caſu 494.n.8*
vbi de aduocato loquitur, qui iurauit
defendere Eccleſiam, itaut ſi Eccleſia
non ſoluat ſalarium, aduocatus non erit
periurus denegando patrocinium.

Verùmenimuerò licèt admittamus
permiſſum eſſe aduocatis, patronis, &
agentibus deſerere patrocinium,niſi illis
11 ſoluatur ſalarium; non tamen placet, vt
parti aduerſæ adhæreant: ita enim *Mar-*
cus Mantua in ſing. 286. mirum mihi,
vbi repræhendit *Bald.dicentem in l.quos*
prohibet,in 2.lectura in fin. ff. de poſtul.
quòd qui conſuluit alicui parti,poſſit eſ-
ſe aduocatus pro altera,quando illi fidẽ
non dediſſet de patrocinando; ait enim
ibi *Mantua* ab his tanquam a ſcopulo
12 cauendum eſt, vt ſic non ſolùm crimen,
ſed etiam ſuſpicionem criminis euite-
mus, *arg.tex.in l.ciuile eſt,C.de furt. ibi,*
volenti euitare alienam a bono viro ſu-
ſpicionem: Neque auctoritas *gloſſ.in d.l.*
1.C.de aduoc.fisci,& in qua ſe fundat A-
*manell.*videtur attendenda, primò,quia
ipſamet declarat hoc verum in patrono
priuati, ſi ſalarium non ſoluat, ſecus in
patrono, & aduocato fiſci, vt dicit ibi
textus in hæc verba; eos enim,qui cauſam
fisci egiſſent, prohibitum eſt aduerſus fi-
*ſcum patrocinium præſtare; vbi Bald.*no-
13 tat, fiſcalem cauſam deſerere non debet
aduocatus fiſci prætextu ſalarij non ſo-
luti: ſecundò, quia *gloſſ.*intelligenda eſt
ſecundùm legem, quam allegat, quæ eſt
l. properandum,§.illo procul dubio, C. de
*iudic.*ex qua videtur potius colligi poſſe
contrarium, ponderando illa verba, *ho-*
norarijs ſcilicet a clientibus, qui dare
poſſunt, diſertiſſimis togatis omni modo
præſtandis; & ſi ceſſauerint, per executo-
*res negociorum exigendis:*vbi Imperator
prohibet deſertionem cauſarum, & ſi
ſalarium non ſoluatur, dat modum illud
exigendi, abſque eo, quòd aduocatus
adhæreat parti aduerſæ: imò eademmet
14 *gloſſ.ibi in verb.præſtandis,* ait, *ſi cliens*
ſoluere nequeat, de publico præſtandum
erit; Auth.de mandat. Princip.§. ſit tibi
quoque;

Nec etiam obſtat *Menoch. d. caſ.494.*
nam loquitur, quando aduocatus iura-
15 uit defendere Eccleſiam,& firmat regu-
lam, aduocatum incidere in periurium,
niſi defendat, *per textum,& ibi Scriben-*
tes in c.breui, de iureiur. & licèt *num.8.*
& ſeq. afferat nonnullas declarationes
ad poſitam regulam,nihil tamen faciunt
contra ea, quæ ſupra diximus, vt eas le-
genti patebit. Nec aduerſatur *Speculat.*

tit.

*tit.de aduocato,§.obijcitur,num.*27.dum
16 ait, poſſe aduocatum defendere cauſam contra patriam pro extraneo, pro ſe,vel ſuis,& pro pupillis,quorum tutelam gerit;quia poſt aſſignatam differentiam inter decurionem, & aduocatum, ſubdit, *conſulo tamen, quòd ſibi* (aduocato ſcilicet) *faciat iniungi a loci Magiſtratu,cliẽtulo procurante, arg.l.frater a fratre,ff. de condict.indeb.quia ſemper remanet na-*
17 *turalis obligatio erga patriam:*& ita ſæpe ſe vidiſſe in Romana Curia dicit, vt Papa præciperet aduocatis,& procuratoribus patrocinari etiam contra Eccleſiã;quando non aderat, qui cauſam cum Eccleſia habentem defenderet, *arg.eorum, quæ habentur in c.ad Apoſtolicæ, de ſent. & re iud.in 6.*

Ita ergo Agens non aſſumat patroci-
18 nium contra Vniuerſitatem, niſi prius a ſacra Congregatione Boni Regiminis fuerit ſibi iniunctum, & commiſſum; & niſi velit negocia Vniuerſitatum promouere,& agere, quia ſtipendia non ſoluũtur; ſciat etiam vice verſa,ſi hæc ſoluantur, & ipſe propter imprudentiam, ne-
19 gligentiam, aut infidelitatem cauſam, vel negocium deſerat, itaut culpa ſua periclitetur, non ſolùm ad ſtipendij reſtitutionem teneri, ſed etiam ad omnia damna ſarcienda; ita *Zabbar.in Clemen. ſæpe,num.fin.verſ.tenetur enim,de verb. ſignif.Marc.deciſ.Delphin.*647.*num.*1.*&*
20 *ſeq.* vbi firmat, aduocatum propter imperitiam artis, quam profitetur, facere cauſam ſuam; & extendit etiam ad Cõſultorem ob malum conſilium; *c.non eſt ſine culpa,de reg.iur.in 6.Magon. de rect. patroc. ration. cap.9. num.* 24. 25. *&* 26. Præterea etiamſi de rigore iuris admittatur opinio *gloſſ.in d. l.1.C.de aduocat. fiſc.& Amanell.d. ſingul.*253. de hone-
21 ſtate tamen tenetur agens a ſimilibus abſtinere; quia non omne, quod licet, honeſtum eſt;*l.non omne,ff.de regul.iur. c.aliud,* 11. *quæſt.*1. ibi, *oportet enim a multis licitis abſtinere, dicente Apoſtolo, Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt* : & in terminis *Speculat. de aduoc.*
22 §.*obijcitur,num.*21.vbi quærit, an clericus poſſit pro ſuis contra aliquem de Eccleſia poſtulare? & licèt de iure permiſſum ſit, ſubdit, honeſtè tamen faciet, ſi abſtineat. quod etiam fuit de mente *Hoſtien.in ſum.tit.de poſtuland. n.6.verſ. licèt autem de iure liceat, ad minus (inquit) hoc non reputo curiale.*

SVMMARIVM.

1 *Agens an poſſit ex iuſta cauſa alium ſubſtituere.*
2 *Teſtator ſi mandat Titio, vt opus per ſe ipſum faciat, non auditur Titius volens dare pecuniam pro tali opere faciendo.*
3 *Salarium ratione perſonæ conſtitutum perſonam egredi non debet.*
4 *Subſtitutio licèt a iure negetur, de conſuetudine tamen permittitur.*
5 *Doctor propter infirmitatem poteſt legere per ſubſtitutum; & quare.*
6 *Faber debet ceſſare ab exercitio, ſi ex illo vexatur infirmus vicinus.*
7 *Subrogatio concedenda eſt tam cauſa infirmitatis, quàm cauſa abſentiæ.*
8 *Subrogatio facienda eſt, vt ſubrogatus ſit æquè idoneus, & eiuſdem conditionis.*
9 *Subſtitutus debet eſſe moribus præditus, ſcientia, & peritia eruditus.*
10 *Subſtitutus ſubſtituendus eſt periculo ſubſtituentis.*
11 *Subrogatus debet habere ſalarium eius, pro quo reperitur ſubrogatus. Declara, vt ibi.*
12 *Subrogatus in officio debet habere ſine diminutione, quod præſtabatur ſubroganti, & in cuius locum fuit ſubrogatus.*
13 *Intellectus Auth.vt clerici, qui recedunt, &c.iuxta opinionem Angeli.*
14 *Clericus infirmus, quàmuis Eccleſiæ ſeruiat per ſubſtitutum,non tamen amittit redditus ſui beneficij.*
15 *Agentes quando ſubſtituunt ex iuſta cauſa abſentiæ, & infirmitatis, Principe permittente, ideo ſtipendia non amittunt.*

ARTICVLVS X.

Agens an, quando, & quomodo poſſit ſubſtituere.

1 SVpereſt nunc videre, an Agens ex iuſta cauſa poſſit aliquem ſubſtituere in locum ſuum? & videtur negatiuè reſpõdendum, quia cum ſit electa induſtria perſonæ ab ipſo Principe, vt diximus, non poterit ab ipſa electione, tanquam a lege animata facta diſcedere, *arg. textus in l.* 11. *fideicommiſſa,§.fin.verſ.ſi quis opus,ff.de legat.*3
2 vbi hæc leguntur. [*Si quis* opus facere

iuſtus,paratus ſit pecuniam dare Reipu-
blicæ, vt ipſa faciat, cum teſtator per ip-
ſum id fieri voluerit, non audietur, &
ita *Marcus reſcripſit.*]
3 Et confirmatur, quia ſalarium ratione
perſonæ conſtitutum perſonam egredi
non debet; *Put.deciſ.1. num.3. lib.3. Io.
Bapt.Magon.de rect.patroc.ration. cap.9.
num.13.*

Attamen licèt hoc de iure procedat,
*ad notata per Bald.in Auth.ſed nouo iu-
re, in princ.C de ſeruis fugit.& in c.1. §.
ſi quis deceſſerit, in fin. ſi de feud. fuerit*
4 *controu.inter dom.& agnat.* de conſue-
tudine tamen admittitur ſubrogatio,ſeu
ſubſtitutio, vt poſt *Alber.& alios ſcribit
Dec.in l.quæcumque,num. 65.ff. de offic.
cius, cui mand. eſt iuriſd. vbi, & nu. ſeq.*
ponit duos caſus, in quibus permiſſa eſt
ſubſtitutio, abſentiæ ſcilicet, & infirmi-
tatis; *& nu. 7.* affirmat, Doctorem pro-
5 pter infirmitatem legere poſſe per ſub-
ſtitutum,quia ratione infirmitatis gene-
ralitèr receditur a regulis iuris commu-
nis;vnde faber debet a ſuo exercitio ceſ-
6 ſare propter infirmum vicinum, qui ve-
xatur; *Luc.de Penn.in l.vnic. col.fin.C.de
ſtud.liber. Vrbis Romæ, lib.12.* quem idē
refert *loco cit. num. 72.* vbi etiam arguit
7 pro vtraque parte, an ſit admittenda,vel
ne ſubrogatio; & concludit, admitten-
dam eſſe tam cauſa abſentiæ, quàm in-
firmitatis; reſpondendo etiam ad con-
traria;& ita etiam videmus quotidie ſer-
uatum in praxi, vt Agentes ſeruiant per
ſubſtitutos, quando ex iuſta cauſa, vel
abſunt ab Vrbe, vel infirmantur.
8 Aduertendum tamen eſt, ſubroga-
tionem ita faciendam eſſe, vt ſubroga-
tus ſit æquè idoneus; *l.1.§. quod ſi mor-
bo, C. de præpoſ.agent. in reb. lib.12. vbi
Bart.num.3.& 4.*notat; volens ſeruire
per ſubſtitutum, ſemper debet ſeruire
per hominem eiuſdem conditionis. Si
ergo Doctor vult ſeruire per ſubſtitutū,
debet ſeruire per doctorem, non per
ſcholarem,licèt ſufficientem: item ſi mi-
les vult ſeruire per ſubſtitutum alium
militem, non domicellum ſubſtituere
debet; & ſemper ſubſtitutus debet eſſe
9 præditus moribus, ſcientia, & peritia
eruditus: *hæc Bart.& Io.de Plat.ibi,n.3.
verſ.quinto nota*, qui addit, huiuſmodi
ſubſtitutionem faciendam eſſe periculo
ſubſtituentis, *l.2.C.de peric.nomin.lib.11*
ex quo redditur dubia opinio, *Angel.in
Auth.vt clerici, qui recedunt,& a.* dicen-
tis,ſubrogato dādum eſſe ſalarium eius,
pro quo fuit ſubrogatus, quem refert,&
ſequitur *Magon.de recta patroc. ratione,
cap.9.num.13.verſ.quo caſu*; nam ſi ſub-
ſtituens tenetur pro ſubſtituto, non vi-
detur æquum,vt etiam perdat ſalarium,
ne duplici prægrauetur onere, & adda-
tur afflictio afflicto, *c.1.de cleric.ægrot.*&
contrarium de facto ſeruatur; nam ſub-
ſtituens quid certum ſubſtituto perſol-
uit, reſiduum autem ſtipendij pro ſe
capit.

Puto tamen,quòd ſi articulus hic iux-
ta iuris regulas decidendus eſſet,ab o-
12 pinione Angeli recedendum non eſſet,
ſubſtituto ſcilicet integrū ſalarium per-
ſoluendum eſſe ab eo, in cuius locum
ſubſtituitur, *ad textum in Auth. vt iud.
ſine quoque ſuffrag. §.illud tamen de-
cernimus*, vbi deciſum habes, ſubrogato
in officio deberi ſine diminutione quic-
quid illi præſtabatur,in cuius locum fuit
ſuppoſitus; *Surd.conſ.42. num.11. lib.1.*
quem refert, & alios adducit *Maſtrill.
de Magiſt lib.1.cap.21.num.81. & ſeq.*

Quamuis Angelo reſponderi poſſe
videatur,eius opinionem intelligendam
eſſe iuxta legem, quam allegat, nempe
Auth. vt cleric. qui reced. vbi Imperator
13 ſanciuit, ſubſtitutum recipere debere
ſalarium illius, in cuius locum ſubſtitui-
tur in pœnam ipſius clerici recedentis a
ſeruitio Eccleſiæ ſine iuſta cauſa,vt legi-
tur ibi, *verſ. non enim volumus, & ibi
gloſſ.in verb.per ipſos*;nam quando adeſt
iuſta cauſa, puta infirmitatis, tunc cleri-
cus licèt ſeruiat Eccleſiæ per ſubſtitutū,
14 non tamen amittit redditus ſui benefi-
cij; *vt eſt textus in c.1. de cleric.ægrot. fa-
ciunt collecta per Lotterium de re bene-
fic.lib.3.quæſt.27.num.77.& plurib.ſeqq.*
apud ipſum videnda.
15 Agens verò Vniuerſitatum in Roma-
na Curia, ſi quando aliquem ſubſtituit,
nedum ex iuſta cauſa abſentiæ, vel infir-
mitatis hoc agit; ſed etiam ex volunta-
te,& permiſſione Principis, nominando
perſonas eiuſdē profeſſionis æquè ido-
neas,& vt plurimùm aliquem ex Colle-
gis; & ideo ſtipendijs priuandus non
erit.

S V M M A R I V M.

1 *Schola nobilior eſt Collegio. & quare.*
2 *Agens generalis aſſumitur ex Collegio,
ſeu Schola aliorum agentium.*
3 *Agens generalis quis dicatur.*
4 *Omnis diffinitio in iure periculoſa eſt.*
5 *Negocia vniuerſalia ab Agente generali
promouenda quæ ſint.*

Agen-

6 *Agentes omnes certa die cuiuslibet menſis inſimul conueniunt pro negocijs Vniuerſitatis.*

7 *Homo debet eſſe velox in percipiendo, ſed tardus in deliberando.*

8 *Quod inconſultò, aut temerè dictum, factumuè eſt, id pulchrum eſſe nequit. Qui verò libenter conſilium audiuerit, & fecerit, maiorem aſſequetur gloriam. ibid.*

9 *Agens generalis ſatagere debet, vt miniſtros Camerales beneuolos habeat; & quare.*

10 *Iacula* Cameralium *prius feriunt, quàm præuideri valeant.*

11 *Agens generalis quid ſcire, & memoriæ commendare præcipuè debeat.*

12 *Agens generalis notitiam habere debet locorum montium præſertim ad Vniuerſitates ſpectantium.*

13 *Dictio,* Luogo di Monte, *quid importet in Romana* Curia.

14 *Quilibet mons in ſua primæua erectione debet habere certam, & determinatam dotem pro ſolutione fructuum.*

15 *Emptor locorum montium ſcit quid recipere debeat quolibet bimeſtre, & anno.*

16 *Loca montium dicuntur contractus bonæ fidei, & quare.*

17 *Princeps ſolus inſtituit, & permittit erectiones montium ob Reipublicæ neceſſitatem.*

18 *Diffinitio locorum montium tradita ab Vgolino, & vnde deſumpta.*

19 *Contractus locorum montium ſunt liciti, & quare.*

20 *Emptio annui redditus, ſeu reſponſionis, eſt licita; & ſoluuntur argumenta in contrarium adducta.*

21 *Locorum montium contractus, nedum Romæ, ſed alibi quoque celebrantur, licèt diuerſo nomine nuncupentur.*

22 *Loca montium quare ſic appellentur.*

23 *Princeps non debet loca mõtium erigere, niſi magna inſtet neceſſitas.*

24 *Loca montium Romanæ Curiæ quare diuerſo nomine nuncupentur.*

25 *Loca montium alia ſunt temporalia, & vacabilia; alia verò perpetua.*

ARTICVLVS XI.

De Agente generali.

QVoniam ex Collegio Dominorum Agentium Vniuerſitatum, & Prouinciarum, ſeu (vt Imperatoris verbo loquar) ex ſchola Domi-
1 norum Agentium; ſchola enim nobilior erat, quia hæc nobilium, Collegium verò plebeorum, & artis exercentium erat; vt fabrorũ, aromatariorũ, piſtorum, & ſimilium: patet hoc *ex tit. 22. ff. de collegijs, & corporib. tit. 15. lib. 11. C. de collegiat.* notat etiã *Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 14.* Summus Pontifex, & Eminentiſſimus Dominus Card. Congregationis
2 Boni Regiminis Præfectus aſſumere cõſueuerunt Agentem generalem, qui negocijs Vniuerſitatum totius Ditionis Eccleſiaſticæ incumbat, de eo quoque, cum tale munus per annos fermè viginti exercuerim, peculiare aliquid dicere neceſſarium duxi.

Eſt igitur Agens generalis, qui à
3 Principe conſtitutus, de ipſius Principis mandato negocia generalia Vniuerſitatum Ditionis Eccleſiaſticæ pertractare, & quantum in ſe eſt, perficere debet; hæc deſcriptio (non enim audeo diffi-
4 nitionem dicere, quia omnis diffinitio in iure periculoſa eſt, *l. 203. omnis diffinitio, ff. de reg. iur.*) *deſumitur ex l. 1. in princ. ff. de procurat.*

Nomen *Agentis, eiuſque a Principe conſtitutio* conuenit etiam alijs Agentibus Vniuerſitatum; & ideo loco generis aſſumi poteſt; adiectum verò *generalis*, aliquam indicat differentiam circa qualitatem negociorum, itaut agens prouincialis ad negocia ſuarum Communitatum ſolummodò teneatur; hic verò ad vniuerſalia omnium Vniuerſitatum dicatur aſſumptus.

Negocia verò vniuerſalia in duplici
5 differentia poſita ſunt; alia enim in Vrbe naſcuntur; alia verò in Prouincijs ortum habent, & hæc ad Vrbem delata perfici non poſſunt ſine miniſterio, & auxilio Collegarum Agentium: hi namque a Communitatibus primo loco certiores facti, ſi negocium omnes tangat, cum Agente generali conferendum eſt; vt vna ſimul expeditioni illius incum-
6 bant; laudabilis propterea introducta eſt conſuetudo, vt certis diebus cuiuſlibet menſis omnes Agentes certo loco conueniant, & vt plurimũ in Domo Reuerendiſſimi D. Secretarij, vt ſi quid ad negociorum generalitatem pertinens occurrat, omnibus præſentibus proponatur, & in conſultationem adductum, vel ab ipſo Agente generali promouendum, vel ſi grauitas negocij poſtulet, addito vno, vel pluribus ex ipſis agentibus, quandoque etiam Domino Secretario Congregationis Boni Regiminis,

vt melius, citius, & facilius expediatur,
decerni ſolet.

Negocia verò,quę in Vrbe naſcuntur,
ab ipſomet Agente generali, abſque a-
lia conſultatione aliorum Agentium vt
plurimùm expediri ſolent; non tamen
inutile, nec ab honeſtate alienum puto,
ſi quid nouum, vel arduum occurrat,
alios quoque Collegas alloqui,eoſdem-
que participes efficere; plus enim (vt
7 vulgò fertur)vident oculi;quàm oculus:
*& Ariſt.in 6.eticor.*docet, *Velox ſit ho-
mo in percipiendo,tardus tamen in deli-
berando; & Plutarc. de liber. educ. quod
inconſultò, aut temerè dictum,factumuè
8 eſt, id pulchrum eſſe nequit*: qui verò li-
benter conſiliũ audierit, & fecerit,maio
rem aſſequetur gloriam;*D.Auguſt. teſte
in ſermon.62.de tempore.*

Satagendum eſt etiam Agenti gene-
9 rali, vt beneuolos habeat Miniſtros Ca-
meræ Apoſtolicæ, præſertim Illuſtriſſi-
mos, ac Reuerẽdiſſimos Dominos The-
ſaurarium, & Commiſſarium ipſius Ca-
meræ; quia cum in dies nouæ naſcãtur
ipſi Cameræ indigentiæ, quibus vt plu-
rimùm, & ferè ſemper ab ipſis Vniuerſi-
tatibus ſuccurrendum eſt nouis vectiga-
libus,& collectis,vt quominus fieri poſ-
ſit lædantur, non inutile eſt, dictos Mi-
niſtros habere beneuolos, ne ſcilicet
huiuſmodi vectigalia, & collectæ publi-
centur, antequam vocatus, & certiora-
tus ſit Agens generalis, & Secretarius
10 Congregationis Boni Regiminis, licèt
hoc in practica malè ſeruetur, ab ipſis
Cameralibus, quorum iacula prius fe-
riunt, quàm præuideri poſſint.

Nec etiam Agens generalis ignorare
11 debet, imò tota animi propẽſione per-
currere,& memoriæ commendare Con-
ſtitutiones Summorum Pontificum,pri-
uilegia, indulta, bannimenta, edicta,
ordinationes in fauorem Vniuerſitatum
emanatas, & quæ in dies emanant;one-
ra etiam fiſcalia ab ipſis Vniuerſitatibus
præſtãda cognoſcere,ne præter id,quod
ſtatutum, & taxatum eſt,ab exactoribus
extorqueatur.

12 Notitiam quoque habeat locorum
Montium Romanæ Curiæ, & illorum
præſertim, quos ſecundæ, & tertiæ ere-
ctionis Communitatum vocant; quia
ſæpe ſæpius hanc materiam præ mani-
bus habere cogitur; & niſi illam optimè
calleat, non vulgare damnum Vniuerſi-
tatibus reſultare poterit: & cum a pau-
cis hanc rem pertractatam inuenerim,
quæ ab experientia didici,certa ſub me-
thodo diſponam, & qua potero breui-
tate, referam.

ARTICVLVS XII.

De locis Montium, & quid hæc dictio ſignificet.

13 Haec dictio,*Luogo di Monte*,quę
paſsim in ore hominum, præ-
ſertim Romanę Curiæ verſatur,
nil aliud importat, quàm ius
exigendi, & onus ſoluendi certam an-
nuam, ſeu menſtruam reſponſionem in
pecunia conſiſtentem,ex contractu bo-
næ fidei, a Principe inſtituto, & appro-
bato reſultans.

Dicitur, *ius exigendi*, reſpectu em-
ptoris, & domini ipſius loci; *onus verò
ſoluendi*, venditorem, & debitorem re-
ſpicit: dicitur *certa reſponſio in pecunia*
14 *conſiſtens*, quia quilibet mons in ſua pri-
ma erectione, certam, & determinatam
dotem in pecunia pro ſolutione fructuũ,
in obligatione promiſſorum, habere
debet, aliàs eſſet contractus vſurarius,
Vgolino teſte in tract.de vſur.cap.53.n.4
dicitur *annua,ſeu menſtrua*, quia ſcit
15 emptor, ſeu creditor, quid percipere
debet quolibet anno ex pecunijs in em-
ptionem locorum montium erogatis,
& hanc ſummam exigere poteſt quoli-
bet bimeſtre in fine,cum ad hoc oblige-
tur Depoſitarius montis.

Dicitur, *contractus bonæ fidei*,quia eſt
16 emptio, & venditio annui redditus in
pecunia conuenta; nam emptor ſoluen-
do ſcuta centum, pluſuè minus, iuxta
conuentionem, obligat venditorem ad
præſtandum redditum taxatum in ipſa
montis erectione, *Gail. pract quæſt.lib.2
quæſt.7.nu.5. verſ.non obſtant, Azor.in-
ſtit.moral part.3.lib.5.cap.10.& 11* di-
17 citur denique *inſtitutus, & approbatus
a Principe*; quia ſolus Princeps inſtituit,
& concedit erectiones montiũ ob Rei-
publicæ neceſſitates, ad tradita per *To-
let.inſtruc.Sacerd.lib.5.cap.35.nu.5. verſ.
ſexta eſt*.

Aliam locorum montium deſcriptio-
18 nem, tradit *Vgolin.tract.de vſur.cap.53.
num.1.* [*Montes* ſunt redditus Princi-
pis, Ciuitatis, vel alicuius,qui habentur
ex prouentibus ipſius Principis, ſeu Ci-
uitatis, vt puta ex gabellis rei alicuius,
aliaue ratione ab eiſdem venditi, obli-
gantibus ſe ad tantã pecuniam pro cen-
tena-

tenatio in ſingulos annos emptoribus *tradendam.*]

Hanc deſcriptionem collegiſſe aſſerit *Vgolinus ex Bulla Pauli IV. edita anno* 1556. *Idibus Martij* in erectione montis Alumeriarum, & ex alijs Bullis Summorum Pontificum; quapropter, vt ipſe ait, nihil aliud ſunt hi montes, quàm quædam emptio cenſus; emuntur enim redditus iſti, ſeu ius percipiẽdi hos redditus Communitatum, ſeu Principum.

19 Et licèt aliqui dubitauerint de validitate, & honeſtate huius contractus, ne ſit vſuraria labe inuolutus, vt videre eſt *apud Corrad. de contract. tract.* 2. *quaſt.* 44. *verſ. tertia ſuppoſitio, & Salycet. in Auth. ad hac qui fructus, num.* 20. *verſ. vltimo quaro, C. de vſur.* vbi quæſtionem hanc latè, & benè diſcutit videndus, *in num. ſeqq.* hodie tamen, cum habeamus Summorum Pontificum Cõſtitutiones, non eſt amplius in hoc hæſitandum; *Vgolin. d. cap.* 53. *num.* 1. *ad fin. Azor. inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 10. *ad fin.*

20 Et emptionem annuę reſponſionis, vt ſunt fructus locorum montium, licitam eſſe, quámuis in pecunia, firmat *Gail. pract. obſer. lib.* 2. *obſer.* 7. vbi reſpondit ad argumentum deſumptum *ex Ariſt. lib.* 1. *polit.* dicente, quòd pecunia ſit medium emptionum, & venditionum, aliarumue cõmutationum, non extremum, hoc eſt res empta; quia cũ ſterilis ſit pecunia, cõtra naturã eſt fructum ab ea exigere: reſpondit, inquã, *Gail. ibi, n.* 5. *verſ. nõ obſt.* huiuſmodi annui redditus, qui ſoluũtur ſingulis annis, nõ vt lucrum pecuniæ, ſed vt merx, & res empta ſoluuntur, cum ſit contractus emptionis, & venditionis.

Et cum articulus hic fuiſſet aliàs Bononiæ diſputatus coram Card. Paleotto Archiepiſcopo, pro validitate huius cõtractus emanauit deciſio in Congregatione nona, habita fer. tertia, quæ fuit 26. Septembris in primo caſu incipit, Andreas; *à Ludou. Beia recoll. pag. apud me* 107. Et ideo nedum Romæ, ſed etiam

21 alibi huiuſmodi cõtractus inuenies quotidie celebratos; ſiquidem *Corrad. dicto tract.* 2. *quaſt.* 43. *in* 3. *ſuppoſit.* ait. *Ementes Florentia hos annuos redditus vocantur Creditores Montis; Ianua Habentes loca; Venetijs Habentes impreſtita: Roma, Montiſti;* qui Collegium habent, vt dicemus infra: & facit *deciſ. Rota Romana impreſſ. poſt tract. Pacifici de ſaluian. interd. deciſ.* 159. *in princ. & ferè per tot.*

22 Vocantur autem Montes, vt *Vgolino placet,* quia ex redditibus fit aggregatio quædam quaſi mons pecuniæ, ijs demũ præſtandæ, qui hos redditus emunt; admonet tamẽ *Tolet.* Principes, ne hos erigãt mõtes, niſi grauis neceſſitas immineat, in hæc verba *lib.* 5. *cap.* 39. *n.* 5. *inſtit. ſacerdotal.* quæ reſcribere placuit. [*Domini* Principes non inſtituant tales mõ-

23 tes abſque graui neceſſitate, & communi, præſertim Pontifices: nam per montes deſtruuntur res ſucceſſorum, & tot poſſunt multiplicari, vt ad inopiam redigantur: vt enim præſentes Domini congregent ſummam magnam pecuniarum, non curant redditus alienata futurorum, & multò maiori cauſa, & grauiori debent imponi, & inſtitui montes irredimibiles, ſunt enim Romæ montes aliqui, in quibus non ceſſat penſio, etiam mortuo *penſionario.*] *hac Tolet.*

24 Varia autem ſunt nomina Montium Romanæ Curiæ; alij namque Camerales, alij Communitatum, alij Baronales dicuntur, ea ratione, quia ex redditibus Cameralibus, Vniuerſitatum, & Baronũ inſtituti ſunt; & hæc eſt quædam generalis appellatio, quæ deinde ſpecificatur, ſeu indiuiduatur, ab ipſa ſpeciali, ſeu indiuiduali aſſignatione redditũum; puta ex appaltu, ſeu reddittu alumeriorum, ſalis, & ſimilium, dicuntur Montes alumeriorum, & ſalis: quandoque ab ipſo inſtitutore, vt mons Pius, mons Sixtus: interdũ à tempore, vt Nouennalis, quia per nouennium durare debebat: aliquãdo à cauſa, ob quam erigitur, vt Mons Fidei, qui fuit primus Mons non vacabilis à Clemente VII. ob Fidei Catholicæ defenſionem anno ſalutis 1526. Pontif. 3. inſtitutus.

Baronales verò Montes ſpecificantur, vel ab ipſa familia, vt Mons Columna, Mons Vrſinus, Mons Sabellus, & ſimiles; vel ab Oppidis, ſeu Locis, quorum redditus sũt obligati pro ſolutione fructuum, vt Mons Sermonetæ, Mons Zagarolæ, Mons Fiani, &c.

Communitatum denique dicti ſunt Montes, quia ad eas pertinet ſubminiſtrare fructus, & redditus locorum Mõtium pro earum indigentijs erectorum. Prima verò erectio fuit ſub Clem. VIII. ſub annua reſponſione ſc. quinque b. 20. in ſingulo loco montis. Secunda erectio facta eſt ex conceſſione Pauli V. Tertia verò, Vrbano VIII. permittente, quorum redditus ſunt ſc. quatuor cum dimidio; & ea potiſſimùm de cauſa erecti, vt æs alienum maioris intereſurij extingueretur cum pecunia redigenda ex venditio-

ditione horum locorum montium, vt in literis dictorum Pontificum videre eſt.
25 Rurſus diuiduntur Mõtes quotquot in Romana Curia reperiuntur, in temporales, quos vocant vacabiles, & perpetuos, & non vacabiles, de quibus loquitur *Toletus loco ſupra cit.* dum ait, nõ ceſſare penſionem, etiam mortuo penſionario, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Montes temporales, ſeu vacabiles quinam ſint.*
2 *Fructus montium vacabilium licèt pinguiores ſint, licitè tamen percipiuntur.*

ARTICVLVS XIII.

De Montibus temporalibus.

1 Montes temporales, ſeu vacabiles ſunt, qui per mortem emptoris, & nominati in literis expediri ſolitis (quas vocant patentes) vacant, nec tranſeunt ad ſucceſſores, & hæredes ementis, vel nominati: exemplum erit; Titius emit locum vnum vacabilẽ, in literis ſe ipſum creditorem exprimit, ſi Titius moriatur, pretium ſolutum perdit vnà cum fructibus a die obitus in futurum decurrendis; ſi verò Titius declarat periculum vitę currere in perſonam Caij, prout fieri ſolet, & poteſt, niſi moriatur Caius, loca montium non vacant, licèt pretium fuerit ſolutum a Titio, & hic mortuus ſit; vt notat *Vgolin. tract. de vſur. cap. 53. n. 3.*

2 Horum Montium vacabilium fructus, & redditus maiores, & pinguiores ſunt, quàm perpetuorum, & licitè percipiuntur propter periculum vitæ; *Oldrad. cõſ. 207. per tot. Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſer. 8. per tot. & tenuit Rota coram Merlino deciſ. 9. impreſſa poſt tract. Cenc. de cenſib. num. 12.*

S V M M A R I V M.

1 *Montes perpetui, & non vacabiles quinã dicantur.*
2 *Quot modis erigantur, ſeu inſtituantur montes.*
3 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
4 *Quot modis deſtruantur montes.*

ARTICVLVS XIV.

De Montibus perpetuis.

1 Montes perpetui, ſeu non vacabiles ſunt, qui etiam mortuo emptore non pereunt, nec vacant, ſed tranſeunt ad hæredes, & ſucceſſores, imò ſi contingat extinctio, ſiue ſuppreſſio horum montium (vt dicemus infra) pretium non amittitur, ſed creditoribus reſtituitur, & ideo inter bona ſtabilia, & res immobiles collocantur, vt eſt *textus in Clem. exiui, §. cumque annui redditus, de verb. ſignific. Bart. Bald. Caſtren. & alij in l. iubemus nulli, C de ſacroſ. Eccleſ. Myſing. cent. 1. obſer. 69. num. 2. & 12. Gail. lib. 2. obſer. 10 in princ.*

2 His ita præmiſſis, vt clarior ſit hæc tractatio, & melius intelligatur, dicendum erit, quot modis inſtituantur, ſeu erigantur montes, & quot etiam modis deſtituantur, ſeu deſtruantur: & primo loco dicamus de inſtitutione, quæ quatuor modis fieri ſolet, & poteſt, nempe,

Erectione.
Ampliatione.
Subrogatione.
Additione.

3 Et quoniam contrariorum eadem eſt diſciplina *gloſſ. in l. ſi merces, §. vis maior in verb. cui, ff. locat. Mayn. in l. nihil tam*
4 *naturale, num. 3. ff. de reg. iur* ideo quatuor etiam aſſignabimus modos in ipſa montium deſtructione, videlicet,

Extractionem.
Suppreſſionem.
Reductionem.
Reſignationem.

S V M M A R I V M.

1 *Principis auctoritas requiritur in erectione montium.*
2 *Diploma, ſeu Bulla erectionis locorum montium quid continere ſoleat.*
3 *Locorum montium numerus, ſeu quantitas determinari ſolet in erectione, & quare.*
4 *Fructus locorum montium taxãdi ſunt, aliàs contractus eſſet nullus, & vſurarius.*
5 *Facultas redimẽdi, ſeu extinguendi mõtes conceditur venditoribus.*
Quandoque tamen apponitur conditio, ne fiat extinctio, niſi ſublato debito maio-

maioris interuſurij; & quare apponatur hæc conditio. num. 6.

7 *Portionarij, ſeu ementes loca montium habent multa priuilegia, & faciunt Collegium.*

8 *P.G. Tholoſanus reprehenditur, tanquã malè loquutus de priuilegijs Montis Fidei.*

9 *Iudex, & Protector montium aſſignandus eſt, & quas facultates habeat, vel habere debeat.*

10 *Baro niſi obſeruet promiſſa in erectione montium facta, poteſt cogi ad illorum extinctionem ante tempus aſſignatum.*

11 *Communitates ſi omnes tanquam vnum corpus admittantur in participationem alicuius montis, quid agere debeant. Quid ſi admittantur vti ſinguli; & aſſignatur praxis in hoc ſeruanda. num.* 12.

13 *Ciuitas admiſſa in locis montium, niſi inueniat horum montium emptores, an poſſit cogere ſuos ciues ad emendum.*

14 *Ad Principem pertinet prouidere, & occurrere neceſſitatibus Reipublicæ, & ſubditi tenentur illi præſto eſſe.*

15 *Subditus recuſans ſoluere tributa, & gabellas a Principe indictas incidit in pœnam læſæ maieſtatis; & quare.*

16 *Stipendia illa, & tributa dolere debent, quæ ſtudio cupiditatis videntur impoſita, nam quæ pro rerum neceſſitate percipiuntur, inde prudentium animus non grauatur.*

ARTICVLVS XV.

Erectio Montium quid ſit, & quomodo fiat:

1 PRincipis auctoritas requiritur in erectione montium, ſiue Camerales, ſiue Communitatum, ſiue Baronum, ſiue temporales, ſiue perpetui ſint; præcedit enim in Vrbe Diploma; ſeu Bulla Summi Pontificis, in qua regulariter hæc habentur.

2 Primò loco enunciatur cauſa, & neceſſitas, ex qua Princeps cogitur hac de cauſa Cameræ redditus alienare, vt videre eſt *in Bulla Clem. VII.* ſuper erectione Montis Fidei non vacabilis, vbi alienantur, & hipothecantur ad fauorẽ Montiſtarum redditus, & emolumenta percipienda ex Dohana mercium Sancti Euſtachij de Vrbe: cauſa verò alienationis fuit defenſio Fidei, vt plenius in *d. Bulla edita anno* 1526. *in Bullar. veteri* 17. *in ordine*; & fructus huius montis licèt perpetui, & non vacabilis fuerunt in ipſa erectione taxati ad rationem decem in ſingulo loco: In erectione verò montis Alumeriarum vacabilis, & temporalis a Paulo IV. facta taxãtur fructus ad rationem duodecim pro quolibet loco, & huic monti aſſignantur emolumẽta percipienda ex appaltu Alumeriarũ Tulphæ veteris; *edita eſt Bulla anno* 1556. *Bullar. veter. Bulla* 46. *in ordine, fol. apud me* 634.

Et hanc expreſſionem faciendam eſſe, & cum effectu debere adeſſe neceſſitatem alienandi redditus, & erigendi montes, volunt Scribentes, præcipue *Tolet. inſtit. Sacerd. lib.* 5. *cap.* 39. *num.* 5. *vt diximus ſupra artic.* 11. *num.* 23.

3 Secundo loco determinari ſolet numerus, ſeu quantitas locorum mõtium, ea quippe ratione, vt annui redditus aſſignandi correſpondeant, & ſufficiant pro ſolutione fructuum ipſius montis, aliàs contractus eſſet illicitus, & vſurarius, *Vgolino teſte tract. de vſur. cap.* 53. *num.* 4. ita Pius IV. in erectione Montis Succurſus Auenionis ab hæreticis obſeſſi expreſſit ſummam ſcutorum ducẽtorum triginta millium, *in eius Bulla* 90. *edita anno* 1563. *Bullar. veter. fol.* 786 & Pius V. in erectione Montis Religionis anno 1571 *Bulla in ordine* 130. *eodẽ Bullar. veter. fol.* 1121.

4 Tertiò taxantur fructus locorum, ſeu portionum, itaut ſciatur certa quantitas percipienda in ſingula portione, ſeu loco; & hanc taxationem eſſe neceſſariam ſcripſerunt *Tolet. d. cap.* 39. *num.* 3. *Vgolin. loco proximè cit.* qui ait, adeo neceſſariam eſſe huiuſmodi taxationem, & determinationem fructuum in ſingulo loco, vt ſine ea mons euaneſceret, & eſſet vſurarius: & ideo Gregorius XIII. in erectione montis Prouinciarum de anno 1576. poſt taxatam quantitatem, & numerum locorũ in locis tribus millibus; taxauit etiam eorum fructus ad rationem ſex cum dimidio, vt in eius *Motu proprio* 41. *Bullar. veter. pag.* 1245 Et Sixtus V. in erectione Montis Pacis non vacabilis taxauit fructus ad ſcuta quinque, & quarto vno in ſingulo loco, vt in eius *Bulla* 8. *edita anno* 1585. *Bullar. veter. pag.* 1380. Et in erectione Mõtis Ceſarini taxauit fructus ad ſcuta quinque cum dimidio, *eodem Bullario fol.* 1383.

Quar-

5 Quartò conceditur facultas Cameræ Apoſtolicæ Communitatibus, & Baronibus redimēdi annuos redditus hipothecatos pro dote, ſeu ſolutione fructuum locorum montium, non ſecus ac permittitur vēditoribus cenſus illos redimere, vt dicemus infra latius, vbi de extractione, ſeu redemptione montium agendum erit: ita Clemens VIII. in erectione montis Recuperationis Ferrariæ anno 1598. poſt determinatam quantitatem locorum, ſeu portionum octingentorum, & fructuum ad rationem ſcutorum ſex cum dimidio, addidit hęc præciſa verba. [*Facultate* nobis, & Cameræ noſtræ reſeruata, montem prædictum eodem pretio ſcutorum centum pro quolibet loco, & portione redimendi, & *recuperandi.*]

Fateor tamen, quòd aliquando addi-
6 tur conditio, ne mons extinguatur, antequam illius debitor extinxerit aliud æs alienū, pro quo maiora ſoluat interuſuria: ita Paulus V. in erectione montis Communitatum ſecundæ erectionis anno 1617. decreuit. [*Volumus*, inquit, quòd mons pręditus extingui non poſſit, niſi cœteris alijs earundem Communitatum debitis extinguibilibus, tam hue vſque contractis, quàm contrahendis in futurum quibuſcumque, pro quibus maius intereſſe dictorum ſcutorum quatuor cum dimidio pro quolibet centenario, & anno perſoluunt, penitus *extinctis.*] Et eandem quoque legem dedit Vrbanus VIII. in erectione montis Communitatum tertiæ erectionis, *vt in eius Cedula Motus proprij impreſſa in libro, quē edidi materno ſermone di Bolle, Riſolutioni, e Decreti, &c. pag.* 134. §. 20. *Vogliamo ancora.*

Et hæ conditiones ideo apponuntur, vt emptores facilius inducantur ad emendum; retraherentur enim, ſi intra paucos menſes cogerētur recipere pretium locorum ad rationem ſcutorum centum, ſi & quando in emptione erogaſſent ſcuta centum, & quinque, vel quid ſimile, vt de ſe patet, cum nemo præſumatur velle iactare ſuum.

7 Quintò portionarij, ſeu emptores locorum montium faciunt Collegium licitum cum permiſſione Principis, & inter ſe conueniunt, & nōnullorum emolumentorum, vltra ſolitos fructus, diuiſionem, & partitionem præſentibus in Vrbe, & interuenientibus faciunt; habent etiam multa, & ampliſſima priuilegia, vt videre eſt in Bullis ſupra citatis, præſertim Clementis VII. in erectione Montis Fidei; contra quæ inſurgit non minus acrè, quàm petulantèr *Petr. Gregor. Tholoſ.* (Scriptor alioqui doctiſſimus, & eruditiſſimus) *in tract. de Repub. lib.* 13. *cap.* 16. *num.* 11. præſertim in eo, quòd liceat etiam perſonis Eccleſiaſticis erogare pecunias in emptionem illius montis, & poſtquam erogauerint poſſe in ipſis locis ita emptis inſtituere ſibi hæredes ſpurios, & ex damnato, & illicito coitu procreatos.

8 Verùm o Tholoſane, nonnè vidiſti, nonnè perlegiſti cauſas, ex quibus coactus fuit ille Pontifex montem prędictū erigere, & quāta tunc eſſet pecuniæ deficientia, itaut agnoſcendū erat iniquiſſimæ illorum temporum qualitati; quibus nec ſacrarum rerum venditio ſatis eſſe potuit ad explendam barbarorum auaritiam, & rapacitatem, vt ſeipſum in Arce Sancti Angeli obſeſſum ab eorum manibus eriperet, & liberaret? itaut cum *Cicerone exclamandum eſſet Philipp.* 11. *In tanta conuentione, & perturbatione omnium rerum temporibus potius parere, quàm moribus. & vt Phoulides Poeta cecinit,*

Temporibus ſemper cautus ſeruire memento,
Nec reſtare velis aduerſus flumina venti.

9 Sextò conſtituitur Protector, & Iudex monti erigendo; hic autem, vt plurimùm eſt Card. Camerarius, ſeu Theſaurarius generalis, cui, ſeu quibus datur etiam facultas eligendi, & deputandi Miniſtros, & Officiales pro recta adminiſtratione ipſius montis; præcipui autem Miniſtri ſunt,

Secretarius.
Ratiocinator.
Depoſitarius.

quorum officium, & circa, quæ verſetur dicemus infra.

Septimò, facta deputatione Protectoris, & iudicis, coram eo exhibetur Bulla, ſeu Cedula Motus proprij erectionis montis, illaque recepta, in vim ſuarum facultatum obligat, ſeu manis ratificat obligationem factam ab ipſo Principe in fauorem Montiſtarum, certorum ſcilicèt redditūum, & prouentuum Cameræ pro dote, & ſolutione fructuū ipſius montis debito tempore facienda Montiſtis, pro quibus licèt abſentibus ſtipulatur notarius; & hoc verum, quando mons eſt Cameralis. Si verò ſit Baronalis, tunc Baro, ad cuius inſtantiam, & fauo-

fauorem erigitur mons, obligat redditus, & prouentus in ſpecie alicuius Caſtri, ſeu Tenutæ, & generalitèr omnia alia bona, non ſolùm pro dote, & ſolutione fructuum, vt diximus, ſed etiam pro extinctione, & ſuppreſſione ipſius montis intra certum tempus; vt videre eſt in erectione Montis Cæſarini a Sixto V. anno 1575. facta, *Bullar. vete. fol.* 1383 vbi aſſignatur triennium ad extinguendum.

10 Et quàmuis addita non ſit iſta conditio extinguendi intra certum tempus, ſi Baro non adimpleat alia contenta in inſtrumento ſuæ obligationis, tunc intrat diſpoſitio Bullæ contra Barones a Clemente VIII. anno ſalutis 1596. ſeptimo Kal. Iulij Pontif. 5. editæ, *in Bullar. nouo Conſtit.* 41. *tom.* 3. *pag.* 55. §. 8. ibi, & vlterius ad extinctionem dictorum montium, & cenſuum, ac ſatisfactionem dictorum fructuum, vſque ad diem dictæ extinctionis decurſorum, ipſa Congregatio omnino deueniat; quæ quidē Bulla fuit etiam poſtea a fel. rec. Paulo V. & Vrbano VIII. confirmata, & pro illius executione adeſt ſpecialis Congregatio egregiorum Virorum, & celebrari ſolet in Aedibus Illuſtriſsimi Theſaurarij generalis die Iouis, vt aliàs diximus.

11 Communitates verò ſi omnes tanquā vnum corpus admittantur in aliquem montem, cum difficile ſit haberi mandatum procuræ omnium Communitatum pro obligatione facienda ad fauorem Montiſtarum, vt prædiximus, tunc Papa tanquam Princeps, & Dominus per ſuum Chirographum Theſaurario generali, vel alteri ſibi benè viſo committit, quòd nomine earundem Cōmunitatum faciat huiuſmodi obligationem ad fauorem Montiſtarum: ita ſub Paulo V. anno 1620. Communitates ad effectum ſoluendi ſaccos 300. m. ſalis, qui ſuperfuerunt in vltimo anno appaltus ſalinarum, Ceruiæ, Cæſenatici, & Comacli, admiſſæ fuerunt in montem Communitatis ſecundæ erectionis, in vim ſpecialis Chirographi R. P. D. Conſtantio Patritio, tunc Theſaurario generali directi, cum facultate obligandi Communitates Ditionis Eccleſiaſticæ pro ſolutione fructuum dicti montis aucti in ſumma ſcut. 60. m.

12 Si verò fiat erectio, vel potius additio ad aliquem montem, aliqua Vniuerſitate particulari inſtante, tunc requiritur ſpeciale mādatum procuræ illius Communitatis, quæ (præcedente Chirographo Summi Pōtificis) obtinuit gratiam admiſsionis, in pleno Conſilio, iuxta formam ſuperius traditam in conſtitutione Syndici, ſtipulatum, cum facultatibus obligandi redditus, & prouentus ipſius Vniuerſitatis, qua obligatione facta apud notarium publicum, Illuſtriſsimus Dominus Theſaurarius generalis mandat Secretario illius montis, quatenus ipſam Cōmunitatem deſcribat creditricem pro ea locorū montium quantitate, pro qua obtinuit admitti; prædicti mandato forma talis eſt.

Petrus Donatus Ceſius Theſaurarius generalis.

[*Tibi Secretario* montis Communitatum ſecundę erectionis, ad quem ſpectat, &c. auctoritate noſtri Theſaurariatus officij in executionē, ac in vim Chirographi S. D. N. nobis directi, de quo in actis noſtris, & Cameræ Apoſtolicæ notarij infraſcripti apparet; tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus viſis pręſentibus, debeas Communitates Status Eccleſiaſtici dicti montis creditrices in locis, & portionibus tricentis, cum fructibus a die prima Ianuarij decurſis, & in futurum decurrendis feciſſe, & deſcripſiſſe, illorumque ceſsionem, & reſignationem per D. Iacobum Couellium dictarum Communitatum Agentem generalem ad hoc ſpecialitèr deputatum, in fauorem cuiuſuis perſonæ faciendam recepiſſe, & admiſiſſe, & in fauorem dictarum Communitatum literas patentes gratis expediuiſſe, & præſenti mandato paruiſſe. Nam ſtante erectione locorum prædictorū pro ſeruitio dictarum Cōmunitatum a S. D. N. facta, prout in Chirographo, ac promiſſionibus, & obligationibus ad eiuſdem Montis fauorem factis pro vlteriori dicti Chirographi executione ita mandamus, &c. In quorum, &c. Datum, &c.

Petrus Donatus Caſius Theſaurarius generalis.

Secretarius hoc recepto mādato, ſtatim quæ in eo continentur, exequitur, deſcribendo Communitates in ſuo libro creditrices, & admittendo ceſsiones, & reſignationes locorum montium, iuxta nominationem ab ipſo Agente, ſeu Procuratore Communitatis factam, de qua quidem ceſsione, & reſignatione conficit inſtrumentum, adhibitis teſtibus, & deinde ad fauorē ceſsionarij, & reſignatarij literas patentes componit, & extendit, in hanc formam.

[*Petrus* Donatus Cæſius,&c.Notum facimus, &c, quòd hodie D.N.Agens,& procurator Communitatum Status Eccleſiaſtici creditricum montis Communitatis ſecundæ erectionis in locis 300. nouitèr ad earundem inſtantiam erectis, prout in libro,&c. folio,&c. apparet,dictum creditum, & ſic eadem loca ceſſit, & reſignauit, vnà cum fructibus a Kal. Ianuarij ad fauorem Io.Baptiſtæ, & Alexandri de Siris. Quare nos ceſſionem,& reſignationem huiuſmodi admittentes, prædictos DD.Io.Baptiſtam, & Alexandrum legitimos prædicti montis creditores in dictis locis 300. facimus,& declaramus, ac de fructibus ad rationem ſcutorum quatuor cum dimidio monetæ pro quolibet loco, & anno de bimeſtre in bimeſtre in fine pro rata eis reſponderi mādamus. In quorū fidem,&c. Datū Romæ,&c.in Aedibus noſtris,&c.

Loco ſigilli pendenti †.

Petrus Donatus Cæſius Theſaur.gener.

Io.Baptiſta Bandinus Secretarius.

13 Sed hic oritur pulchra quæſtio;poſita prædicta montium erectione, & obligatione, Ciuitas, ſeu Communitas vult vendere dicta loca montium, ſed non reperiuntur emptores, quæritur,an poſſit cogere ſuos ciues ad illa emendum, itaut ipſa Communitas habeat pro ſuis indigentijs pecunias promptas, cuius cauſa erigi ſolent huiuſmodi montes?vt obſeruat *Rota coram Seraph. deciſ. 679. fuit dubitatum,num.6. verſ.cum enim iſti montes*;& affirmatiuè reſpondet *Corrad.de contract.tract.2.quæſt.34.in 1.cōcluſ.Abb.in c.in ciuitate,num.8. de vſur. qui teſtatur de communi,& ſequitur Vgolin.tract.de vſur.cap.53.num.1.verſ.imò aliquando*.

14 Quòd ſi permiſſum eſt hoc Communitatibus, multò magis permittendum erit Principi, cum ad ipſum pertineat prouidere, & occurrere neceſsitatibus Reipublicæ, & ſubditorum, qui ideo tenentur illi præſto eſſe, nedum in pecunis, & bonis, ſed etiam in perſona, vt in *c.1.de formul.fidelit.in vſib. feudd.& ibi Scriben.& in c.1.quib. mod. feud.amitt. c.1.§ illud.tamen,& ibi Matt.Laud.n.2.*
15 *& 8.quæ fuit prima cauſ.benef. amitt.* Et ſi quis reſiſtat ſoluere gabellas,& tributa, ab ipſo Principe impoſitas, incidit in crimen læſæ maieſtatis; *Gig.trac.de crim. læſa maieſt.part.2. cap.36. per tot.* reddens rationem,dum ait;quomodo enim poterit Princeps militum ſtipendia ſine tributis ſoluere? ac ſuæ,ſuorumque ſubditorum ſecuritati,& ſaluti conſulere? & pulchrum quidem apologum ad rem faciens de ſtomacho, & membris totius corporis, itaut hæc membris, ille verò Principi comparetur, ab Hadriano IV. olim recitatum refert *Baron. in annal. tom. 12.* ſub anno 1156.quem vide, ſi lubet.

16 Illa enim, *vt Caſſiodor.*ait *lib.11.var. cap.16 in fin.* ſola dolere debent ſtipendia,quæ ſtudio cupiditatis videntur impoſita: nam quod pro rerum neceſſitatibus præcipitur, inde prudentium animus non grauatur; *vide Tholoſ. de Repub.lib.3.cap.4.num.2. & ſeq.* Atque hæc de erectione montium.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatio montium quomodo fiat, & quid ſit; & multa habes exempla.*
2 *Praxis petendi ampliationem montium.*

ARTICVLVS XVI.

De Ampliatione montium,quid hæc hæc ſit, & quomodo fiat.

1 AMpliationem quoque montium præcedere debet Bulla,ſeu Chirographus Principis: facta enim erectione,ac determinatis locis, ſeu portionibus montis, ſi noua Principi neceſsitas ſuperueniat, ne fiat montium multiplicatio (ſatis enim,ſuperque multiplicatos in nomine, ſed in reſponſione, & difficultate exigēdi fructus diminutos videmus) alicui monti iam erecto noua adduntur loca,& portiones, quæ ampliatio dicitur; cuius multa videri poſſunt exempla *in Bullar. veteri* ſignantèr Pauli III. qui Montem Fidei a ſuo prædeceſſore erectum ampliauit, *in eius Bulla, ſeu Motu proprio 33.pag.* 423. Et magis ad rem noſtram, Mons Communitatis ſecundæ erectionis anno 1617.a fel.rec. Paulo V. in locis mille erectus, hodie ad decem, imò ad viginti millia auctus, & ampliatus apparet, ita publicis expoſcentibus neceſsitatibus, dum multis ab hinc annis bella, fames, & peſtes per totam ferè Italiam debaccantur.

2 Praxis verò petendi ampliationem talis eſt; Ciuitas Vrbis veteris pecunijs eget,vt victualia militibus pro ſua, ſuorumque ciuium defenſione ſuppetat,

nec

nec illas in promptu habet;ſupplicationem in Congregatione Boni Regiminis porrigit, petens ſibi licentiam impartiri, vt ſub vſuris accipiat,vel ſi magis placet, admitti pro locis triginta in montem ſecundæ erectionis;ſacra verò Congregatio attentis narratis, & cognita neceſſitate Illuſtriſſimo D. Theſaurario generali reſcribit,in hæc, vel ſimilia verba. *Ciuitas Vrbis veteris admitti poteſt in montem Communitatis ſecundæ erectionis pro locis,ſeu portionibus triginta, vt ex illorum venditione imminentibus neceſſitatibus ſuis occurrat, & prouideat. Hac die 7.Decemb.1642.*

Iulius Donatus Secretarius de mandato, &c.

Hanc reſcripti atteſtationem in calce eiuſdem memorialis appoſitam accipit Agens, & præfato Illuſtriſsimo Theſaurario defert, qui ſui Tribunalis notario mandat, vt Chirographum in forma ſignandi componat, ſibique cõſignet;eoque recepto,in die ſolitæ, & ſibi aſſignatæ, Mercurij ſcilicet, & Sabbati, audientiæ,Summo Pontifici exhibet pro ſuprema ſuæ Sanctitatis manus appoſitione; qua recepta, ad eundem notarium remittit Chirographum, vt apud eius acta regiſtretur: his ita peractis, Agens in vim ſpecialis mandati in pleno, & publico Conſilio legitimè obtenti, & ſtipulati, nedum bona, redditus, & prouentus Vniuerſitatis obligat, ſed etiam perſonas,& bona ciuium ſub repræſalijs, more Camerali exequendis, ſi & quando a ſolutione fructuum debitis temporibus promiſſa, ceſſetur, aut differatur; vt quotidie videmus multas Communitates imò pauperrimos ciues, & mercatores ſimili depreſsione concuſſos, & ad extremum ferè exitium adductos: prędicta tandem obligatione ſequuta, idem notarius mãdatũ admiſsionis extendit, ab eodem Illuſtriſsimo Theſaurario ſignandum, & proprio roborandũ ſigillo, in quo Secretario dicti montis præcipitur, vt ſtatim eo recepto, & benè viſo, ac perlecto, Ciuitatem ipſam Vrbeuetanam deſcribat in dicto Monte creditricem pro locis in ipſo mandato expreſsis, vt ſupra in erectione montiũ dictum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Aggregatio montium in quo differat ab ampliatione.*

2 *Quod Vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur.*

3 *In aggregatione montiũ requiritur Chirographus Principis.*

A R T I C V L V S XVII.

De Aggregatione Montis.

1 Montis aggregatio licèt in ventre habeat ampliationem, ab ipſa tamen differt, quia ampliatio fit ex rebus, ſeu perſonis eiuſdem ſpeciei, & qualitatis, vt vidimus in monte erecto ad fauorem Cõmunitatum, qui ampliatur ab ipſis Cõmunitatibus;aggregatio autem fit ex rebus, ſeu perſonis extraneis, & diuerſis. Exemplum erit.

Mons Communitatum erectus,& inſtitutus fuit,vt diximus, ad fauorem ipſarum Communitatum;Summus autem Pontifex,vt rem gratam faciat Titio,qui differt ab Vniuerſitate, nam quod Vni-
2 uerſitati debetur, ſingulis non debetur, nec è contra, *l. ſi cum municipium, §. ſi quid, ff. quod cuiuſ. Vniu. nom.* illum tamen pro certa quantitate locorum aggregat in hunc mõtem; prout factum vidimus ſub Greg.XV.qui eius germanũ fratrem, & alios etiam aggregauit in montem Communitatum ſecundæ ere-
3 ctionis: Et hoc ètiã caſu requiritur Chirographus, ſeu literæ Principis, & ſeruatur forma, & adhibentur requiſita ſuperius enarrata.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogatio, ſeu translatio montium ad fauorem Vniuerſitatum quomodo fiat.*

2 *Ponitur Chirographus Papæ ad intelligendam materiam ſubrogationis.*

3 *Formula mandati Illuſtriſſimi D.Theſaurarij generalis Depoſitario Cõmunitatum directi.*

4 *Formula alterius mandati Secretario montis.*

5 *Formula mandati Secretarij Ratiocinatori, ſeu Computiſtæ.*

6 *Aſſignatur ſpecies ſubrogationis, ex qua mons augetur.*

ARTICVLVS XVIII.

De ſubrogatione Montium, ſeu translatione.

1 SVbrogatio, ſeu translatio montiũ ad fauorem Vniuerſitatum modo infraſcripto fieri ſolet. Ciuitas Viterbij eſt debitrix in monte Communitatum ſecundæ erectionis, vult extinguere debitum; verũ quia mons iſte ex Principis reſcripto extingui non poteſt, niſi fuerint antea extincti omnes alij montes, & omne aliud æs alienum maioris interuſurij; ne tamen ipſa Ciuitas Viterbienſis detrimentum ſentiat, ſoluẽdi ſcilicet fructus, dum promptam habet pecuniam ad extinguendum debitum, adinuentus eſt modus in ſequenti Chirographo traditus.

2 [*Moſignor* Laudiuio Zacchia noſtro Proteſoriero generale. Hauendo la ſan. me. di Paolo V. e di Gregorio XV. noſtri predeceſſori, & Noi ancora fatto gratie à diuerſe Communità del noſtro Stato Eccleſiaſtico d'ammetterle nel monte Communità ſecunda erectione da detto Paolo V. eretto à benefitio delle medeſime Communità per eſtinguer cenſi, e debiti di maggiore intereſſe, e per altre loro occorrenze, con conditione, che non ſi poſſa eſtinguere, fin che ciaſcuna di eſſe Communità per la ſua parte di tal debito, non haueſſe eſtinto gl'altri di maggiore intereſſe: Et eſſendo hora alcune Cõmunità in pronto per eſtinguere, habbiamo conſiderato per benefitio delle medeſime Cõmunità, e per altre giuſte cauſe, che muouano l'animo noſtro, che non ſia bene, che non ſi venga si preſto à tale eſtintione, con la quale diſcreditandoſi il Monte, nè potrebbono poi le Communità nelle occaſioni loro d'altri biſogni valerſi più di eſſo monte, nè trouarlo così facilmente à vendere: Ma volendo dall'altro cãto prouedere, che quelle, le quali vogliono eſtinguere, poſsino liberarſi da' frutti, & intereſsi, che pagano à detto mõte; habbiamo deliberato, che in vece di quello eſtinguano l'altro monte Communità di prima erettione, fatto già eſtinguibile, & in gran parte eſtinto: maſsime che eſſendo queſto di maggior frutto, ſi verrà à giouare alle Communità, liberandole dall'obligo di pagare i frutti à ragione di cinque, & vn quinto per cento, cõ pagarne ſolo quattro, e mezo, come ſi paga nel monte Communità ſeconda erettione. Però di noſtro moto proprio, e certa ſcienza vi ordinamo, che ſempre qualch'vna delle Communità obligate nel detto monte ſeconda erettione vorrà eſtinguere tutto, ò parte del ſuo debito, potrà farlo, per hauer di già eſtinti gli altri debiti di maggiore intereſſe, come diſpone il Moto proprio ſopra l'erettione di detto Monte: voi facciate depoſitare il denaro preparato per tale eſtintione, nel Bãco del Depoſitario generale delle Communità in credito di quella, che lo pagarà, e con dichiaratione, che ſi depoſita per eſtinguer monti, e quello così depoſitato, con ordine voſtro, & aſſenſo degli Agenti, e Computiſta delle Communità ſuoltare in credito ad altre Communità, che à voi pareranno delle obligare nel monte prima erettione, ad effetto d'eſtinguerne luoghi de' monti. Succeſsiuamente ordinarete, che ſi venga all' eſtintione, & eſtrattione di eſſo per la corrente quantità del denaro depoſitato, con dichiaratione eſpreſſa, si come noi ſin'hora dichiariamo, che le Communità debitrici nel detto Monte ſeconda erettione, che sborſeranno il denaro, con il quale ſi farà l'eſtintione del monte prima erettione nel modo ſudetto reſtino per quella rata del debito liberate, aſſolute, e quietate per la ſorte principale, e frutti, come ſe haueſſero eſtinti altretanti luoghi del monte Communità ſeconda erettione. E vice verſa le Communità debitrici al monte prima erettione, per le quali ſi farà l'eſtintione con li denari dell' altre Communità, ſubentrino in piede, e luogo di quelle per l'iſteſſa rata di ſorte principale, e frutti à fauore del monte Communità ſecõda erettione, come ſe per quello ſi foſſero in modo tutti gli oblighi, cautele, hipoteche, e ſigurtà fatte per detto mõte prima erettione, & in qualſiuoglia modo ad eſſe acquiſtate (eccettuando ſolo la quantità de' frutti, che douerà eſſere à ragione di giulij 45. per luogo, come rende il detto monte Cõmunità ſeconda erettione, & non à ragione di giulij 52. come rende quello della prima) s'intendaño in tutto, e per tutto ceſſe, e traſmeſſe, e pienamente trasferite à fauore del monte Communità ſeconda erettione; nello ſteſſo modo, e con le ſteſſe prerogatiue, e priui-

legij,

legij, come ſe da principio foſſero ſtate fatte, e ſtipulate à fauor ſuo. Perche Noi di noſtro Moto proprio, e pienezza della noſtra poteſtà Apoſtolica in virtù di queſto, adeſſo, per quando ſeguiranno l'eſtrattioni, trasferimo ogni ragione, attione, e priuilegio, hipoteca, e ſigurtà del monte Communità prima erettione à fauore del monte Communità ſeconda erettione, come ſe nell'atto di tale eſtintione ne foſſe ſtata fatta vera, reale, & attual ceſſione dalli Montiſti del monte, Collegio, ò Defenſori di eſſo. Volendo, & ordinando parimente con l'iſteſſa pienezza di poteſtà, che li Montiſti del monte ſeconda erettione accettino queſta mutatione di aſſegnamenti, & vna Communità per l'altra, come ſopra: anzi fin d'hora le dichiaramo per accettate, ancorche eſſi Montiſti, ò Collegio recuſaſſero; poiche non potendo tal mutatione cedere in dãno, nè pericolo loro, per la notoria ſicurezza di ciaſcuna Communità obligata in detto monte; nè ſi può dire, che ſi faccia peggiore la loro conditione, non deuano, nè poſſono di ragione ricuſarlo. E così voi eſeguirete, con dar'ordine al Segretario, che leuando le Communità, che haueranno eſtinto nel mõte prima erettione, li riporti in quello della ſeconda, e ne ſpedirete tutti gli ordini, e mandati, che ſaranno neceſſarij, & à voi pareranno, e piaceranno: & il tutto ſenza pregiuditio alcuno della noſtra Camera, quale non vogliamo ſia tenuta in coſa alcuna. Non oſtante le coſe predette, le cedole dell'erettioni di detti monti, la Bolla di Pio IV. de Regiſtrandis, degli oblighi fatti, e qualſiuoglia altra coſa, che faceſſe in contrario, a'quali tutte, hauendo il tenor loro quì per eſpreſſo, per queſta volta eſpreſſamente deroghiamo. Data nel noſtro Palazzo Apoſtolico. Queſto di 12. Giugno 1624.

Vrbanus PP. VIII.

Regiſtrato in lib. A. de' Chirografi à c.43.

Et alium ſimilem Chirographum de ſubrogatione montis ſecundæ erectionis in montem tertiæ habemus ab eodẽ Pontifice Vrbano VIII. die 29. Auguſti 1637. ſignatum.

Cum autem in his Chirographis detur facultas Illuſtriſſimo D. Theſaurario generali ordinandi, & præcipiendi Secretarijs, alijſque prædictorum montiũ Miniſtris quicquid pro executione, & expeditione cõtentorum in illis neceſſarium fuerit, & opportunum; ſi formulas quoque mandatorum (vt res melius intelligatur) hic addamus, non erit forſitan iniucundum.

3 Formula del mandato da farſi al Depoſitario generale delle Communità.

M*olto Illuſtre Sign. Marcello Sacchetti Depoſitario generale delle Communità dello Stato Eccleſiaſtico. Li denari, che tiene nel ſuo Banco à credito dell'infraſcritte Communità, cioè,*

Terracina ſcudi nouecento.	*ſc.* 900
Ceſena ſudi mille, e cento.	*ſc.* 1100
Ceruia ſcudi cento.	*ſc.* 100
Montegallo ſcudi cento.	*ſc.* 100
Narni ſcudi trecento.	*ſc.* 300
Communità dello Stato Eccleſiaſtico cinque mila.	*ſc.* 5000
Medeme per le Saline due mila.	*ſc.* 2000
Oruieto ſcudi cinquecento.	*ſc.* 500
In tutto ſcudi dieci mila.	*ſc.* 10000

Quali ſcudi diecimila ſono ſtati depoſitati dalle ſudette Communità nel ſuo Banco per eſtinguerne luoghi de' monti Communità ſecoda erettione, il quale non è ancora eſtinguibile, li metterete in credito alla Communitè di Rauenna per eſtinguerne luoghi cento di monte Communità prima erettione, e ſubintrare poi in detto debito per la rata eſtinta nel monte Communità ſeconda erettione in prede, e luogo delle ſopranominate Communità, conforme al Chirografo di N.S. ſotto la data delli 12. Giugno 1624. Che così eſeguendo ſarà ben fatto. Di Caſa, queſto di 25. Ottobre 1634.

P.D. Cæſis Teſoriero generale.

4 Formola del mandato per il Segretario delli Monti prima, e ſeconda erettione.

S*Egretario del mõte Communità prima, e ſeconda erettione la Santità di N. Signore in vn ſuo Chirografo delli 12 Giugno 1624. che reſta negli atti di Ruſino Plebano notario di Camera, ordina, che per non eſſere il monte Communità ſeconda erettione ancora eſtinguibile, nè volendo, che quelle Communità, che vi hanno debito, rimettendo denari ad effetto di liberarſene, reſtino per detta cauſa di poſſerlo fare; ma volendo in vno ſteſſo tempo prouedere all'indennità di eſſe, e far coſa grata alle altre Communità; di* qui

qui è, che in d. Chirografo ſi da facoltà, che tutti li denari, che ſi trouaranno depoſitati nel Banco del Depoſitario generale delle Communità dello Stato Eccleſiaſtico ad effetto d'eſtinguerne il monte Communità ſeconda erettione, poſſino farlo girare in credito d'vna, ò più Communità à noſtro arbitrio, le quali habbiano debito nel monte della prima erettione ad effetto di farne eſtintione in detto mõte à ſuo fauore per douerne poi la rata eſtinta del monte prima erettione farla ſubintrare debitrice nel monte della ſecõda erettione in piede, e luogo di quelle Communità, che haueranno depoſitato il denaro. Però in eſecutione, e vigore di detto Chirografo vi ordinamo, che facciate vna eſtrattione di luoghi cento con li ſudetti ſcudi diece mila moneta del mõte Communità prima erettione à fauore della Communità di Rauenna, quale per detta ſomma traſportarete debitrice nel monte Communità ſeconda erettione, dal qual monte ne liberarete le Communità infraſcritte, che hanno depoſitato il denaro nel Banco del Depoſitario generale ad effetto d'eſtinguerne parte del debito, che hanno in detto monte Communità ſeconda erettione, il quale, come ſi è detto, non è ancora eſtinguibile.

Terracina ſcudi nouecento.	*ſc.*900
Ceſena ſcudi mille.	*ſc.*1000
Ceruia ſcudi cento.	*ſc.*100
Montegallo ſcudi cento.	*ſc.*100
Narni ſcudi trecento.	*ſc.*300
Oruieto ſcudi cinquecento.	*ſc.*500
Communità dello Stato Eccleſiaſtico per l'abbondanza di Roma ſcudi cinque mila.	*ſc.*5000
Medeme per le Saline di Ceruia due mila.	*ſc.*2000
In tutto ſcudi dieci mila.	*ſc.*10000

Ordinarete però voi al Computiſta di detti monti, che ne paſſi ſcrittura neceſſaria, e che li frutti de' luoghi de' mõti eſtinti ſi paghino alli montiſti eſtratti quindeci giorni doppo ſeguita detta eſtrattione: e così eſeguirete. Di Caſa li 25. Ottobre 1634.

P.D. Ceſius Theſoriero generale.

Formula dell'ordine ſolito à farſi dal Segretario al Computiſta de' Monti.

5 *Signor N.N. Computiſta, &c. le infraſcritte Communità hanno eſtinto nel monte Communità prima erettione con la ſomma di ſcudi dieci mila luoghi cento per la Communità di Rauenna, la quale ſi deue far debitrice nel monte Cõmunità ſeconda erettione in luogo, & in vece delle qui ſotto nominate Communità, Terracina, e Ceſena.*

Et repetuntur aliæ ſupra nominatæ in alijs formulis.

Deuano però queſte Communità pagare li frutti al monte Communità ſecõda erettione, doue erano debitrici, per tutti li 15. di Nouembre, nel qual giorno ſubintra Rauenna, & à lei toccarà pagarneli frutti per l'auuenire, conforme all'eſtrattione fatta il primo Nouembre 1634. V.S. dunque ne paſſi la ſcrittura neceſſaria nelle liſte, e libri della ſua Compotiſtaria, che così commanda Monſignor Illuſtriſſimo Teſoriero generale, per ſuo ordine preſſo di me. Di Caſa li 10. Nouembre 1634.

Gio. Battiſta Bandino Segretario, &c.

6 At dices; hæc ſubrogatio vnius Communitatis in locum alterius, ex monte ſcilicèt primæ erectionis in montem ſecundæ nullum operatur augumentum in ipſo monte, quia idem æs alienum, & eadem loca montium remanent in mõte ſecundæ erectionis, & ſolùm mutatur perſona, & nomen debitoris; ideo vt promiſſa ſeruemus, aſſignãda eſt alia ſpecies ſubrogationis, quæ montẽ augeat. Habes ergo ſequens exemplum ſub fel. rec. Paulo V. in praxim deductum.

Mons Prouinciarum propter aggregationem priuatarum perſonarum, quæ ſoluendo non erant, peſſimæ conditionis euaſerat, itaut quámuis eius fructus eſſent ſcutorum ſex pro quolibet loco, & centenario, portionarij tamen, ſeu montiſtæ nihil, aut parum percipere poterant: ideo idem Pontifex de duobus malis minus eligendo, præuia reductione fructuum ad iulios quinquaginta duo in ſingulo loco, montem hunc Prouinciarum tranſtulit in montem Communitatum primæ erectionis, ibique montiſtas, & portionarios deſcribi creditores iuſſit, vt legitur in *edicto aliàs ſub die 14. Iulij 1615. a Congregatione Montium, & Eminentiſſimo tunc Cardinali Iacobo Serra Protheſaurario generali, promulgato*, ex qua quidem tranſlatione, & ſubrogatione mons Communitatis primæ erectionis in sũma ſatis ampla fuit auctus, & creditum montiſtarum in tuto poſitum, vt notum eſt.

Atque hæc de ſubrogatione, & tranſlatione montium dicta ſufficiant: Pergamus

gamus iam ad alia: quo pacto ſcilicèt montes deſtruantur, & deficiant; & primo loco videamus de reſignatione montium.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio montis quid ſit.*
2 *Reſignationes montium quomodo faciendæ ex præſcripto Clementis Octaui.*
3 *Pœna indignationis Principis quænam ſit. remiſſiuè.*
4 *Reſignatio montium facta per minorem an ſit ſuſtinenda.*

ARTICVLVS XIX.

Reſignatio Montium quid ſit, & quomodo fiat.

1 LIcèt reſignatio montium, ſeu ceſſio propriam ipſius montis defectionem non operetur, ſed potius quandam dominij translationem ex perſona Caij in perſonam Titij; tamen quia ſi reſpiciamus reſignantem, & cedentem, cum hic omnem actionem, & dominium locorum montium transferat in reſignatarium, quoad ipſum reſignantem mons euaneſcit, & perit.

Cum autem hæ reſignationes, & ceſſiones frequentiſſimæ ſint in Romana Curia, & non rarò contingat, vt errores (vel ob imperitiam, vel dolum miniſtrantium) detegantur, in graue contrahentium, & montiſtarum diſcrimen, & damnum, ideo fel. rec. Clemens VIII. vt huiuſmodi malis occurreret, & remedia afferret opportuna, die 5. Maij 1600. ſuper præmiſſis Conſtitutionem promulgauit, cuius tenor in ſumma eſt, qui ſequitur.

2 Reſignationes, ſeu ceſſiones montiũ vacabilium iam erectorum, & erigendorum coram Protectoribus eorũdem montium a ſecretarijs recipiendæ, & ſtipulandæ ſunt.

Protectores præterquàm a veris creditoribus, ſeu procuratoribus, ab eis ſpecialitèr deputatis, & ſufficientia mãdata habentibus, reſignationes, & ceſſiones non recipiant, nec admittant.

Reiciendi ſunt a ceſſione, & reſignatione montium vacabilium, qui malà valetudine detinentur; & redditur ibi ratio:

Creditores montium vacabiliũ præſentes in Curia non admittantur ad reſignandum, ſeu cedendum per procuratores, niſi fuerint mulieres, pupilli, vel egregiæ perſonæ, qui habita licentia ab ipſo Protectore (gratis in omnibus concedenda) in proprijs domibus per ſe ipſos, ſeu legitimos procuratores reſignare valeant.

Creditores abſentes tunc ad reſignãdum admittantur, ſi Protectori conſtiterit de legitimo mandato procuræ, & in actu reſignationis data fuerit cedula bancaria alicuius idonei mercatoris in Vrbe, aut aliàs arbitrio ipſius D. Protectoris caueatur de exhibẽdo fidem ſuperuiuentiæ conſtituentis, ſi citra montes infra quadraginta, ſi vltra montes infra ſexaginta, quo termino elapſo, ac dictæ ſuperuiuentiæ non exhibita fide, mercator, ſeu fideiuſſor ad ſoluendum pretium montium reſignatorum cogatur.

Cedulæ prædictæ penès Protectores cuſtodiãtur, quemadmodum per ſecretarios, ſeu notarios montium recipiendæ ſunt cautiones.

Montium verò non vacabilium reſignationes aut coram Protectore, aut coram Secretario recipi poſſunt.

Creditores montium (vt fraudibus occurratur) per duos, vel ſaltem per vnum teſtem recognoſcendi ſunt, priuſquam ad reſignandum, ſeu cedendum admittantur.

In actu reſignationis exhibendę ſunt literæ patentes, quibus reſignans, ſeu cedens doceat de ſuo credito.

Literæ patentes ſi fuerint deperditæ, dandus eſt fideiuſſor arbitrio Protectoris de reſtituendo pretium montis reſignati ad omne mandatũ ipſius D. Protectoris, & cui, vel quibus ipſe mandauerit.

Ad euitandas confuſiones, & fraudes, Secretarius exprimat, & deſcribat per extenſum nomina, cognomina, patrias, parentes, & auos tam reſignantis, quàm reſignatarij.

Secretarij præter librum abbreuiaturarum (quem Brogliardum vocant) aliũ quoque librum habeant, in quo per extenſum omnes reſignationes, fideiuſſiones, & alia inſtrumenta hanc montium naturam concernentia deſcribant, & ſit per folia numeris obſignatus, & alium quoque librum habeant, in quo literæ patentes regiſtrentur.

Liſtam, ſeu deſcriptionem eorum, qui

qui menſe præcedenti aliqua loca emerint, iuxta literas patentes expeditas, teneantur Secretarij intra biduum poſt finem cuiuslibet menſis tradere Ratiocinatoribus, ſeu Computiſtis montium.

Ratiocinatores verò intra alios tres dies ſubſequentes aliam liſtam omnium creditorum Depoſitarijs montium, & Commiſſario Cameræ, ſub pœna amiſſionis officij, tradant.

Depoſitarij montium in fine cuiuslibet bimeſtris aliam liſtam, in qua ſint annotati omnes, qui fructus montium exegerunt, eidem Commiſſario Cameræ ſub pœna dupli tradant, vt ex ea iuncta alia ſupradicta a Ratiocinatoribus tradita, ſciatur, qui exegerint, vel non.

Secretarij, qui præmiſſa non obſeruauerint, præter refectionem damnorum, expenſarum, & intereſſe, pro prima vice 200. pro ſecunda 400. ſcutorum, & amiſsionis officiorum pœnis, alijſque corporis afflictiuis puniantur. Alia ad Secretarij munus ſpectantia dicemus infra.

Ordinationes, & decreta præmiſſa Protectores montium obſeruent, & a Secretarijs, & Ratiocinatoribus, alijſque Miniſtris obſeruari curent ſub indignationis, alijſque pœnis.

3 Quæ verò ſit pęna indignationis Principis, latè docet *Reſtaur. Caſtal. tract. de Imper. quæſt. 110. priuileg. 38. Franc. a Ponte de poteſt. Proreg. tit. de abund. Ciuit. tit. 2. §. 7. num. 5. fol. apud me 53.* vbi ait, clauſulam hanc appoſitam in literis Apoſtolicis importare, vt quis poſſit beneficijs priuari; *ex Bald. in c. 1. §. porrò, num. 5. tit. quæ fuit prima cauſa benef. amitten. in vſib. feud.*

4 An autem reſignatio montium facta per minorem ſubſtinenda ſit, attentis priuilegijs in erectione montium conceſsis? negatiuè reſpondet *Rota apud Seraph. deciſ. 679. ſuit dubitatum, num. 1 & 2. & per tot.* niſi interueniant ſolemnitates requiſitæ in alienationibus rerũ minorum, vt ibi latius; & hæc concluſio poterit extendi ad Communitates, cum pari paſſu ambulent.

Alia quoque ad hanc reſignationis montium materiam edidit fel. rec. Paulus V. anno 1615. dum pro recta eorundem montium adminiſtratione Congregationem erexit; quæ quidem cognoſcere, & obſeruare non erit Dominis meis Agentibus inutile; quod etiam ex infra dicendis apparebit.

S V M M A R I V M.

1 *Montes deſtruuntur per ſuppreſſionem, & interuenire debet Chirographus Principis.*
2 *Exemplum ſuppreſſionis in totum.*
3 *Suppreſſio in quo differat a ſubrogatione.*
4 *Suppreſſio montis in particulari non eget Chirographo Principis, ſed ſufficit mandatum D. Theſaurarij generalis, & datur exemplum. & num. 7.*
5 *Formula mandati D. Theſaurarij in ſuppreſſione particulari.*
6 *Suppreſſio particularis eſt aliquando valde vtilis Communitatibus; & datur exemplum.*
7 *Suppreſſio locum habet, tam in montibus perpetuis, quàm temporalibus.*

A R T I C V L V S. X X.

De ſuppreſſione Montium.

1 DEſtruuntur ſecundo loco montes per ſuppreſsionem, quæ & ipſa Chirographum principis poſtulat, vt de ſubrogatione diximus; ſiquidem hi duo actus abſolutè conſiderati idem eſſe videntur; differunt tamen, ſi amborum effectus, magis accuratè conſiderentur. Sicut enim ſuppreſsio priuationem, ita ſubrogatio nouum inducit habitum; exemplis res
2 clarior fiet. Erat in Vrbe ante annum 1609. Mons delle *Chiane*, aut *d'Oruieto* nuncupatus, a Sixto Papa *V.* anno 1587 erectus, ſub annua reſpõſione ſcutorum ſex in ſingula portione, ſeu loco. Paulus V. vt rem gratam faceret Vniuerſitatibus Vrbis veteris, Ciuitatis plebis, Ficullis, & Montis Leonis, quorum cauſa mons fuerat erectus, nempè, vt ex venditione locorum, & portionũ retraheretur ſumma ſcutorum centum millium Cam. Apoſtolicæ ſoluendorum pro pretio Terrarum prope flumen Clanis exiſtentium, & ab ipſa Camera prædictis Vniuerſitatibus venditarum 1 præfatus, inquam Paulus V. fel. rec. ſuo Chirographo indulſit antedictis Communitatibus ſubrogationem, ſeu translationem ex ipſo monte, *delle Chiane*, in montem Communitatis primæ erectionis nuncupatum, ex qua quidem ſubrogatione lucratæ ſunt Vniuerſitates iulios octo

pro

pro ſingulo loco in annua præſtatione, cum antea ſcuta ſex, poſt ſubrogationem verò ſc. quinque b. 20. ſoluebant. Sequu-
3 ta verò ſuppreſſione dicti Montis Clanarum, & ſubrogatione in montem Cōmunitatis ex venditione locorum montium tantundem pecuniæ retraxerunt, quantus ſatisfuit pro reſtitutione pretij
4 portionum dicti montis Clanarum: qui vigore reſtitutionis d. pretij in totum ſuppreſſus remanſit, itaut nulla illius ratio amplius habeatur. Et hæc dicitur totalis vnius montis ſuppreſſio.

Fit etiam aliquando non in totum, ſed quoad partes montium ſuppreſſio, & hæc frequentior, & a Dominis Agentibus, vt Communitatibus proſint, non ignoranda. Exemplum eſt

Ciuitas Viterbij eſt debitrix in monte Communitatum tertię erectionis, qui non eſt, vt diximus nunc extinguibilis, quapropter, vt ab hoc onere ſubleuetur, niſi habeat promptam ſubrogationem, de qua dictū eſt ſupra, recurrat ad ſuppreſſionis remedium hoc modo, videlicet; Pecuniæ, quæ inſeruire debebāt pro extinctione, erogentur in emptionem tot locorum montium, itaut eadem Communitas Viterbij efficiatur creditrix tot portionum, ſeu locorum montium pro concurrenti quantitate pecu-
5 niæ ſolutæ, puta locorum decem. Vbi verò effecta eſt creditrix, compenſatur creditum cum debito, & obtento mandato Illuſtriſſimi D. Theſaurarij generalis, quo præcipiatur Secretario montis, vt ſuppreſſionem faciat; tunc deletur iſta Communitas ex libro debiti, & crediti, & remanet libera pro quantitate compenſationis; & dicitur ſuppreſſio parti-
6 cularis. Qui quidem modus pluriès a me in praxim deductus fuit annis proximè elapſis, in quibus pretium locorum montium valdè imminutus erat ob peſtis graſſationem, & bellorum motus, per totam ferè Italiam excitatos, & cōditionem Communitatum valdè meliorem feci, nam melius erat emere loca montium ad rationem ſcutor. 97. & quādoque minus, quàm deponere ſcuta cētum (prout tenebantur) in ſubrogatione, vel extinctione.

Hæc autem ſuppreſſio particularis non
7 dum in montibus perpetuis, ſed etiam in temporalibus fieri ſolet: in temporalibus currit ſuo marte; ſi enim moriatur creditor, illa portio remanet ſuppreſſa, & ceſſant fructus, vt dictum eſt, neque in huiuſmodi ſuppreſſionibus particularibus requiritur Chirographus, ſeu Motus proprius Principis.

SVMMARIVM.

1 *Reductio montium duobus modis fit, & quomodo in montibus temporalibus.*

2 *Reductio montium in perpetuis quomodo, & qua ratione fiat.*

ARTICVLVS XXI.

De reductione Montium.

Montium reductio, quæ eſt ter-
1 tia via deſtructionis, duobus modis fieri ſolet; primò per omnimodam mutationem qualitatis vnius montis, puta ſi fiat de temporali, & vacabili perpetuus, & non vacabilis, prout Clemente VIII. ſedente factum fuit in monte Sixto nuncupato, qui anno 1587. ſub qualitate vacabili erectus ſub annua reſponſione ſcutorum decem in anno ſingulo, ad perpetuum, & non vacabilem reductus fuit, & fructus etiā imminuti, & reducti ad ſc. 6. & adſunt alia multa huius rei exempla.

2 Secundo modo fit etiam reductio in montibus perpetuis, quando mons in ſua primæua erectione habet taxatos fructus in certa quantitate (prout neceſſarium eſſe diximus) ſed poſtea imminuuntur; exemplum in Monte fidei a Clemente VII. erectus ſub annua reſpōſione ſcutorum decem in ſingulo loco, qui poſtea a Paulo III. ad ſeptem, a Sixto V. ad ſex, a Paulo V. ad quinque redactus eſt; vt habetur *in literis horum Pōtificum*, & legitur apud *Tholoſan. in tract. de repub. lib. 13. cap. 16. n. 10.* Hodie verò, quia mirum in modum exuberat pecunia, ne remaneat inutilis, & otioſa, eius domini non curant, imò ſatagunt illam in portiones, ſeu loca montium erogare, licèt eorū fructus vix quatuor cum dimidio in ſinguio loco, & anno excedant: & ratio fortè eſt, quia aliæ inueſtituræ, nempe in bonis ſtabilibus, ſeu cenſibus ſunt valdè periculoſæ, ob varia fideicommiſſa, donationes, & ſimilia, quæ quotidie deteguntur, nam Mundus in maligno poſitus eſt: & inſuper ſi ſuperueniat aliqua neceſsitas, facilior eſt venditio locorum montium, quàm bonorum ſtabilium, vt notum eſt poſsidentibus, & fructus etiam promptiori via exiguntur.

Qq SVM-

SVMMARIVM.

1 *Extractio montium quomodo fiat, & in quo differat a ſuppreſſione.*
2 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
3 *Praxis extinctionis montium, & quid agere debeat Agens pro illius perfectione.*
4 *Præſentia iudicis facit ceſſare omnem fraudis ſuſpicionem.*
5 *Extractio montium eſt actus publicus & ideo debet omnibus innoteſcere, præſertim creditoribus; & quid requirat.*
6 *Extractio imprimenda, & affigenda eſt in locis publicis cum expreſſione nominum creditorum extractorum, & quare.*
7 *Formula extractionis.*
8 *Extractio montium fieri poteſt non ſolùm ad inſtantiam vnius Vniuerſitatis, ſed etiam multarum inſimul iunctarum.*
9 *Extractio montium fieri non ſolet pro minori ſumma, quàm locorum decem; & quare.*

ARTICVLVS XXII.

De extractione, ſeu extinctione Montium.

1 SVpereſt quartus, & vltimus modus deſtruendi Montes, & hic dicitur extractio, ſeu extinctio: fit autem quandoque in totum, vt plurimùm tamen per partes, vt de ſuppreſſione dictum eſt; Differt autem a ſuppreſsione, quia hæc vt plurimùm transfert, & non extinguit debitum, itaut corruptio vnius ſit generatio alterius, vt dictum eſt ſuo loco: ſed extractio debitum omnino tollit, quia reſtituitur pretium loci extracti domino illius; & Communitates, alijque, ad cuius inſtantiam fiunt extractiones, ab omni penitus obligatione liberantur; ſolu-
2 tione enim eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio, *l. Papinianus, ff. mandati, l. Modeſtinus, l. ſolutionem, ff. de ſolution. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 143. num. 2.*

3 Vbi verò facienda eſt extractio, ita ad praxim deducitur; & pro faciliori intelligentia ſupponendum eſt, quòd omnia nomina creditorum cuiuſuis mõtis deſcripta ſunt in paruis folijs, itaut ſi Petrus creditor ſit decem, vel viginti locorum, totidem ſint parua folia ſuo nomine inſcripta, quæ poſtea complicata, in vrnam, ſeu ſacculum reconduntur, & ſigillo Illuſtriſsimi D. Theſaurarij generalis obſignatur; & hæc vrna, ſiue ſacculus vulgò dicitur *la Boſſola*. Et quoniam montes, præſertim Communitatũ in dies augentur, prout neceſſitas poſtulat, vbi mons ad certam, & rationabilem quantitatẽ eſt auctus, fit noua montiſtarum in prædictis paruis folijs deſcriptio, & in nouam Buſſulam detruduntur; itaut in monte Communitatum primæ erectionis quinquies rénouata fuerit; & hinc legimus in Edictis ſuper extractione publicatis. *Eſtrattione cauata dalla 2. dalla 3. dalla 4. e dalla 5. Boſſola*. His ita præmiſſis, ſi quis debitor in dictis montibus debitum extinguere velit, penes idoneum, & fide dignum mercatorem (Communitates verò penes eorum Depoſitarium generalem) pecunias deponunt, a quo depoſiti fide recepta, hanc Secretario montis conſignat; Secretarius autem vrnam, ſiue ſacculum ſupradictũ accipit, & corã Illuſtriſſimo Theſaurario, oſtenſa fide depoſiti, inſtat, vt pro concurrenti quãtitate pecuniarum ad rationem ſcutorũ centum pro quolibet loco, tot montiſtarum nomina ex d. ſacculo ſorte extrahuntur, & coram eodemmet Theſaurario, cuius præsẽtia omnem fraudis
4 ſuſpicionem ceſſare facit, *Seraphin. deciſ. 1109. num. 2.* ſigillatim vnum poſt alium quaſſato ſacculo extrahuntur.

5 Et quoniam hic actus publicus eſt, & omnibus innoteſcere debet, adnotat propterea Secretarius locum, diem, mẽſem, & annum, & quibus teſtibus præſentibus id actum fuerit; geſtaque per eum manu ipſius Theſaurarij generalis firmantur; exinde creditorum nomina iam extracta typis mandantur, & publi-
6 cis in locis, vbi magis populi frequentia conuenit, per vnum D.N. Papæ Curſorẽ figuntur; quindecim dierum termino ad recipiendum pretium locorum mõtium aſsignato; quo elapſo, & fructus ceſſant, & periculum amiſsionis pecuniarum transfertur in ipſos creditores, vt legitur in ipſius extractionis edicto, cuius formula, hæc erit.

Trigeſima Eſtrattione del Monte Communità prima erettione cauata dalla quinta Boſſola.

7 *E Strattione di luoghi nouantaſette del monte Communità prima erettione fatta ad inſtanza della Communità di Rauenna alla preſenza dell' Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Monſig. Pier Donato Caſis Teſoriero generale di N.S. cauati dalla quinta Buſſola, nella quale ſono ſtati eſtratti gl' infraſcritti montiſti, alli quali ſi fa intendere, come ſarà loro reſtituito il prezzo de' luoghi eſtratti a ragione di ſcudi 100. moneta per luogo, mediante il Banco del Sig. Marcello Sacchetti Depoſitario generale delle dette Communità con li ordini però dell' infraſcritto Segretario, & non altrimente: E paſſati quindeci giorni dalla data di queſta, non ſolo non li correranno più li frutti, ma il denaro reſtarà in depoſito appreſſo il d. Sig. Marcello à riſico, e pericolo di eſſi montiſti, volendo, che la preſente affiſſa, e publicata che ſarà nelli ſoliti luoghi di Roma, aſtringa ogn' vno, come ſe foſſe perſonalmente intimata. Data in Roma il dì 27. Ottobre 1634.*

Poſt hæc deſcripta ſunt ſingula nomina creditorum, cũ expreſsione quantitatis locorum extractornm, in calce verò adeſt ſubſcriptio Illuſtriſsimi Theſaurarij, & Secretarij.

P.D. Ceſi Teſoriero generale.

Gio. Battiſta Bandini Segretario.

8 Nec omittendum puto, huiuſmodi extractiones fieri poſſe ad commodum Vniuerſitatum, non ſolùm ſi vna tantùm deponat pecunias, ſed etiam ſi plures inſimul, alia quippe centum, alia quingenta, alia quinquaginta, ex quibus quãtitatibus ſimul iunctis debet ſaltem cõſtitui ſumma ſcutorum mille, quę loca decem efficiunt; non enim pro minori

9 ſumma fieri ſolet extractio, ne ſcilicet ob nimiam illius frequentationẽ etiam in parua ſumma mons ipſe vileſcat.

Sed hactenus de extractione, alijſque modis, quibus, vt diximus, erectiones, & deſtructiones montium fieri ſolent. Supereſt modò, vt quinam ſint miniſtri in ipſa montium adminiſtratione neceſſarij, videamus, quibuſuè qualitatibus pollere debeant, ne in horum electione peccetur.

S V M M A R I V M.

1 *Publica fides in omnibus rebus ſeruanda eſt, & maximè in locis montium; & quare.*

2 *Principes multa promittunt in ſuis literis ſuper erectione montium, & cum emptoribus illorum contrahunt.*

3 *Princeps tenetur ad obſeruantiam contractus, cum in hoc conſideretur vt priuatus.*

4 *Pro validitate contractus requiritur cõſenſus partium, & ad hos conſenſus probandos adhibetur ſcriptura.*

5 *Scriptura ad probandum emptionem locorum montium quanam ſit.*

6 *Eligentes malos miniſtros tenentur ad damna, & intereſſe parti læſæ ſarcienda.*

7 *Colonus faciens colere arbores, vel vites, ſeu arare terram a ruſticis imperitis, ſi prædia ex hoc fiant deteriora, tenetur ad damna.*

Extende, hoc etiam procedere in notarijs imperitis. num. 8

9 *Paulus V. vt materia Montiũm Romana Curia benè adminiſtretur, Congregationem egregiorũ virorum inſtituit.*

10 *Referuntur contenta in literis Pauli V. ſuper recta adminiſtratione montium.*

ARTICVLVS XXIII.

De Miniſtris, & Officialibus neceſſarijs in adminiſtratione Montium.

1 CONtingit aliquando ob negligẽtiam, ne dicam dolum, ſeu malitiam miniſtrantium, & officialium læſam fuiſſe pnblicam fidẽ, quæ in materia montium maximè venit adhibenda: non enim pupilli, viduæ, religioſi, Pia loca, viri denique cuiuſuis generis pecunias in emptione mõtium erogarent, vt ex fructibus vitæ neceſſaria compararent, niſi crederent, & ſcirent huiuſmodi contractus fuiſſe prius approbatos, & recognitos ab inſignioribus S.R.E. Prælatis, & ab ipſomet Summo Pontifice; qui in cedulis, ſeu literis

2 Motus proprij ſuper erectione montiũ multa promittit; & quodammodo contrahit cum ijs, qui loca, & portiones

3 montium emunt, & ideo nefas eſt ab illis recedere; quia etiam Princeps tene-

tur ad obſeruantiam contractus; hoc enim caſu conſideratur vti priuatus; *Surd. & alij per eum adducti deciſ.1.num.5.*&
4 quàmuis pro validitate contractuum requiratur conſenſus partium, ad hos tamen conſenſus probãdos adhiberi ſolet ſcriptura, quæ vulgò dicitur inſtrumentum: *Honded.conſ.52.num.18.lib.1.*
5 Scripturæ verò, ſiue inſtrumenta hanc montium materiam concernentia a notarijs (quos Secretarios vocant) fieri ſolent; quòd ſi ad huiuſmodi officia eligantur viri diligentia, fide, peritia minus ornati, quàm res ipſa poſtulet, ele-
6 ctio dicitur culpabilis; & eligentes tenentur ad intereſſe, & damna patti læſæ ſarcienda. *l.1. & 2.C. de pericul. nomin. lib.11.& l.vni.C.de peric.eorum,qui pro magiſt.interu.eodem lib.& ibi Scribẽtes;*
7 vt in colono, qui faciat colere arbores, & vineas, vel arare terras ab hominibus inexpertis in cultura, ſi prædia ex hoc fiant deteriora, quòd teneatur domino ad refectionem damni, quia imputatur ei, qui adhibuit operarios imperitos ad colendum; *Bart.in l.1.num.fin.* C. *de mancip.& colon.lib.11. & in l.ſi merces, §.conductor, ff. locati*. Et magis ad rem
8 de electione notarij imperiti, & minus idonei videndus eſt *Anton. Teſſar. de errorib.notar.cap.1. num.fin. & in num. præcedent.* refert qualitates, quæ requiruntur in notarijs.
9 His igitur malis, vt occurreret, fel.rec. Paulus V. vt opportuna, quantum in ſe fuit remedia afferret, ſpectabilium virorum Congregationem inſtituit, vt in eius literis die 13. Septembris 1608. editis, & in libris Cameræ (quos ſignaturarum vocant) apud acta D. Io. Iacobi Bulgarini, eiuſdem Cameræ tunc notarij ſub anno prædicto pag.149. regiſtratis apparet, cuius tenor in ſumma talis eſt.
10 Præmittitur narratio cauſarum, quibus ad hæc ſancienda fuit impulſus: videlicet,

Primò: Vt viduarum, pupillorum, & aliarum cuiuſuis generis perſonarum, & piorũ locorum indemnitati conſuleret.

Secundò: Vt fides publica, & S. Sedis Apoſtolicæ auctoritas, quibus fundamentis, montes, & officia Romanæ Curiæ ſunt erecta, illibatæ permaneant.

Tertiò: Vt abuſus, qui non pauci, in erectionibus, additionibus, aggregationibus, reſignationibus, & extractionibus montium irrepſerunt, omnino tollantur.

Quartò: Vt fructus, & annuæ reſponſiones in erectione montium a diuerſis Principibus tam laicis, quàm Eccleſiaſticis aſsignatæ, debito, & ſtatuto tempore ſoluantur.

Quintò: Vt Depoſitariorum, Secretariorum, Ratiocinatorum, & aliorum in huiuſmodi montium, & officiorum negocio inſeruientium, negligentijs, & prauis vſibus occurratur, & remedijs opportunis conſulatur.

Sextò: Clementis VIII. Conſtitutionem de non aggregandis Principibus, Baronibus, priuatiſque viris in montes Cameræ Prouinciarum, Communitatũ, & Religioſorum, Motu proprio confirmat, illamque ad nouos montes extendit.

Septimò: Vt a ſimilibus gratijs, & facultatibus erigendi, aggregandi, vel augendi montes in futurum penitus abſtineatur

Aloyſium Capponium Theſaurarium generalem

Hieronymum Serlupium, Lælium Biſciam Cameræ Apoſtolicæ Clericos

Ioannem Baptiſtam Spadã ſacri Conſiſtorij, Fiſci, & Cameræ Aduocatum

Iulium Monterentium eiuſdem Cameræ Commiſſarium generalem: auctoritate Apoſtolica aſſumit, conſtituit, & deputat, cum libera, ampla, & omnimoda facultate, & iuriſdictione, præmiſſa, & alia infra dicenda gerendi, & faciendi.

Octauò: Quicquid coniunctim omnes, ſeu Theſaurarius, & maior illorum pars geſſerit, ratum, firmum, & ab omnibus inuiolabilitèr obſeruandum decernit.

Nonò: Contra debitores cuiuſuis generis, qualitatis, & preeminentiæ fuerint, etiam ſpeciali nota dignos, tam pro fructuum ſolutione, quàm pro debita montium extinctione ſtatuto tempore facienda, manu regia, & iuris ordine nõ ſeruato, nec eorum obligationibus exhibitis, nec inſpectis, capta tamen extraiudiciali informatione ad inſtantiam Deputatorum, ſeu Defenſorũ montium, ſiue ipſis negligentibus, ad Cameræ Apoſtolicæ Commiſſarij inſtãtiam, procedant.

Decimò: Sequeſtra, executiones, & mandata quæcumque neceſſaria, & opportuna decernant, relaxent, & exequi faciant.

Vndecimò: Bonorum tam ſecularium, quàm Eccleſiaſticorum vbicumque exiſtentium, & pro ſecuritate montium hypo-

hypothecatorum etiam nomine Cameræ poſſeſsionem capiant.

Duodecimò: Ciuitates, Caſtra, Terras, pro ſecuritate montium hypothecatas, quacumque ſolemnitate poſtpoſita, vnico tantùm edicto per dies quindecim locis ſolitis affixo, ſubhaſtari faciant, & plus offerenti concedant.

Decimotertiò: In emptionibus tamen ſeruandam eſſe Conſtitutionem ſuper alienatione bonorum in Statu Eccleſiaſtico exiſtentium aliàs editam, præcipit.

Decimoquartò: Pro euictione bonorum venditorum perſonas proprias, hæredes, & ſucceſſores Principum, & dominorum Terrarum, Caſtrorum, & Ciuitatum, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ ab hac Congregatione obligari poſſe determinat.

Decimoquintò: Pretium ex ipſis venditionibus redactum, in ſolutione fructuum primo loco cedat; quod ſupereſt, in extinctionem partis, vel totius montis erogetur.

Decimoſextò: Conductores, affictuarios, arrendatarios bonorum obligatorum, etiam Eccleſiaſticorum, ad ſoluendum ſummas debitas, & debendas, & montes extinguendos, appellatione quacumque poſtpoſita, compellant, & quibuſuis ſublatis impedimentis cogant.

Decimoſeptimò: Citandi, monendi, requirendi, lites, & cauſas qualcumque ſuper montibus, & officijs Romanæ Curiæ a quibuſuis iudicibus reaſſumendi, audiendi, & decidendi, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis inhibendi, & alia quęcumque in pręmiſsis neceſſaria faciendi facultatem habeant.

Decimo octauò: Tandem hæc omnia cum clauſula ſublata, decreto irritanti, derogatorijs derogatoriarum roborantur; quòd ſola Signatura ſufficiat, & fidē vbique faciat, tranſumptis etiam impreſſis, Theſaurarij generalis ſigillo, & manu notarij ab ipſo deputati ſubſcriptis, in iudicio, & extra credatur, ac ſi eſſet originale exhibitum.

Atque hæc in ipſo Pauli V. Motu proprio continentur, ex quibus ſatis conſtat, Miniſtros hac in re neceſſarios, & in quorum electione ſummo ſtudio inuigilandum eſt ab hac montium Congregatione, & ab Illuſtriſsimo D. Theſaurario generali, eſſe;

Secretarium.
Ratiocinatorem.
Depoſitarium.
Defenſores.
Proxenetas.

De quibus aliquid ſigillatìm dicendum ſupereſt.

Et cum aliā quoque eiuſdem Pauli V. Conſtitutionem habeamus, qua confirmantur prouiſiones, ordinationes, & taxæ in ipſa Congregatione ſuper montibus factæ, & approbatæ die 4. Aprilis 1615. impreſſam, & in qua magis præciſè de prædictis Officialibus agitur, prout neceſsitas poſtulauerit, a nobis inferius ſuo loco adducentur.

SVMMARIVM.

1 *Secretariorum montium tabulis, non ſecus ac notariorum, fides adhibetur.*
2 *In electione ſecretariorum montium quæ ſint conſideranda.*
3 *Secretariorum montium munus, & officium quanti ponderis ſit, & quæ requirat.*
4 *Ad munera publica admittendi non ſunt, qui maturitatem ætatis non habeant.*
5 *Corporis incompoſitio mentis inæqualitatem indicat; & morum grauitas hominem commendat.*
6 *Omnia apertius, & perfectius quotidiano rerum vſu in ipſis rerum documentis apparent.*
7 *Scientia, & experientia ſimul iunctæ perfectum faciunt Officialem, & iudicem.*
8 *Praxis quid ſit.*
9 *Præſentia iudicis facit ceſſare præſumptionem, & ſuſpicionem fraudis. Declara. vt num. 11.*
10 *Secretarius montium eſt oculus Theſaurarij generalis, & Protectoris eorundem montium.*
12 *Reſignatio montium non vacabilium quomodo fiat.*
13 *Secretarij, & ratiocinatoris officia inter ſe diſtincta ſunt, nec poſſunt ab vna, eademque perſona inſimul exerceri.*

ARTICVLVS XXIV.

De Secretario Montium.

1 IN electione Secretariorum montiū (qui etiam Notarij dicuntur) cum ipſorum tabulis tanquam publicis documentis fides vbique locorum adhibeatur, *l.1. ff. de fide inſtrum.* tria
2 potiſsimùm conſideranda videntur, videlicet

delicet ætatis maturitas, morum grauitas, rerum agendarum experientia, & peritia, argumento eorum, quæ legnntur *in c.eum in cunctis,de elect.* Tanti e-
3 nim ponderis eſt officium Secretarij, vt priuarorum vtilitas, & damnum, fides publica, Principis auctoriras,& decus in eo conſiſtat; hominumque negocia capiant incrementum, *arg.l.legatis ſeruis,*
4 *63.§.ornatricibus,ff.de legat.3.* ætas matura requiritur, quia publicum munus exercet, & publica perſona dicitur notarius, *l. 2.ff. Rempub.ſal.fore*;ad munera autem publica non ſunt admittendi, qui maturitatē ætatis non habeant, *l.ad rempub.8.ff.de muner.& honor.*morum quoque grauitatem inquirendam dicimus, quia corporis incompoſitio
5 mentis inæqualitatem indicat, *c.fin.31.diſtin.l.bis qui, §.diuus, ff. de tutor. & curat.*& vetus eſt adagium,

Intima per mores apparent exteriores.
Et ideo morum grauitas hominem cōmendat,*c.licet,8.quaeſt.1.l.nec ei,§.eorū,ff.de adopt.l.vnic.C.de emendat.propinq. Ant.Teſſer.de exceſ.not.cap.1.per totum.* Rerum agendarum peritia tertio loco
6 requiritur in Secretarijs montium, nam vt *Iuſtinianus ait in §.penult. Inſtit.de ſatiſdat. Omnia apertius, & perfectius quotidiano rerum vſu in ipſis rerum documentis apparent; & probat text. in l.*
7 *certi iuris,C.de iudic.*quamobrem ſcientia,& experientia ſimul iunctæ perfectū faciunt Officialem, & Iudicem; *Rolan.conſ.2.num.7.lib.2.* & alia multa cumu-
8 lat *Maſtrill.de Magiſt.lib.2.cap.3. n.39.& ſeq.*Et praxis *ex Baldo in l.amilius, ff. de minor.* eſt ſcientia digeſtiua; peritia autem appellatur plenitudo ſcientiæ, & prudentiæ, ſeu perfectio artis; & defectum ſcientiæ ſuppleri poſſe ab experientia, quia hæc probat, & docet,& rerum magiſtra dicitur; *d.l.certi iuris, C. de iudic.*

Diligentia quoque, & illibata fides requiritur in Secretarijs, præſertim circa montium reſignationem, quæ licèt facienda ſit coram Protectoribus, & Theſaurarijs generalibus,ſi montes temporales ſint, quæ quidem præſentia ceſſare
9 facit præſumptionem, & ſuſpicionem fraudis; *Menoch.& alij ab eo relati præſumpt.75.nu.55.lib.2.*Secretarius tamen
10 debet eſſe oculus, quo Protector, & Theſaurarius videant, quando, quomodo, & quibus conditionibus, & vinculis reſignationes, ſeu ceſſiones montium faciendæ ſunt, iuxta ea, quæ ſancita legnntur *in ſupra relatis literis Clementis VIII. & Decreta prænarrata Congre-*
11 *gationis cap. 11. & ſeq.* Neque eſt adeo certa concluſio, præſentiam iudicis tollere frandis ſuſpicionem,vt non admittat probationes in contrarium, *ex eodē Menoch.d. præſumpt.75.num.32. Od.de reſtit.in integr.par.1.quaeſt.22.artic.9. num.54.verſ.ratio autem; & dixit etiam Rota coram Caualer. deciſ 612.num.40.*
12 *& ſeq.* Adde etiam; reſignationes montium non vacabilium fieri vt plurimùm inter priuatos parietes ipſiuſmet Secretarij,ideo niſi ſit diligens,& fidelis,quāta poſſint hinc exoriri ſcandala, nemo eſt, qui neſciat; & hinc grauiſſimas pœnas contra Tabellarios conficientes falſas,& ſimulatas ſcripturas a legibus impoſitas eſſe legimus; & ſcribit *Anton. Theſſar.de notar. exceſſ.& peccat.cap.8. num.2,3.& per tot.*

Quibus exceſſibus vt occurratur, Se-
13 cretarij, & Ratiocinatoris officia ſunt penitus inter ſe incompatibilia,nec poſſunt ab vna, eademque perſona exerceri, quàmuis Apoſtolica interueniat diſpenſatio, vel alius quiuis titulus, prout ſancitum habes *in præcitatis literis Clement.VIII.§.8.de reſign.mont.*

SVMMARIVM.

1 *Calculator poteſt eſſe quilibet de Mūdo, etiam minor, & infamis.*
2 *Calculatores tribus modis eliguntur; & quæ ſit inter hos differentia.*
3 *Calculator electus a iudice poteſt cogi, & carcerari, ſi recuſet calculare.*
4 *Notarius quare dicatur publica perſona.*
5 *Ratiocinatores montium ob publicam vtilitatem inuenti ſunt.*
6 *Qualitates requiſitæ in Secretarijs requiruntur etiam in Ratiocinatoribus. & num.8.*
7 *Secretarij, & Computiſtæ montium an, & quando poſſint alium ſibi ſubſtituere.*
9 *Ratiocinatoris montium munus, & officium circa quæ verſetur.*
10 *Liſta montiſtarum a Ratiocinatoribus danda quid ſit, quid ſignificet, & ad quid ſeruiat.*
11 *Depoſitarius non tenetur ſoluere fructus montium, antequam recipiat liſtam, & quare.*
12 *Creditor montiū reſpectu Depoſitarij non dicitur, qui non eſt deſcriptus in liſta cum alijs montiſtis.*

A R-

ARTICVLVS XXV.

De Ratiocinatoribus, ſeu Computiſtis Montium.

1 AD officium Ratiocinatoris, ſeu Calculatoris licèt eligi quilibet de Mundo poſſit, etiam in minori ætate conſtitutus, & infamis, teſte *Munnoz. de Excob. de ratiocin.*
2 *cap.* 8. *num.* 1. attamen cum ipſe quoque ſcribat, calculatores aliquando eligi a partibus, quandoque verò a iudice non rarò etiam de publico deputantur; itaut primo caſu nō poſſit cogi calculator ad
3 acceptandum officium; ſecus autem ſi fuerit electus a iudice, tunc enim nedū recuſare nequit, ſed ſi calculare neget, capi poteſt, & carceribus mancipari, *ex eodem Excobar. d. cap.* 8. *nu.* 3. *&* 4. & de extimatoribus hoc idem videtur velle *Garzias tract. de expenſ. & meliorament. cap.* 24. *num.* 26. *poſt Bart. in l.* 1. *§ curā carnis, ff. de off. Præfect. Vrb. & in l.* 1. *S.* 1. *ff. naut. caup. ſtab. Bald. Alex. Salycet. in l. inuitus, ff. de procurat.* qui tamen loquuntur, quando huiuſmodi perſonæ, ſeu miniſtri de publico electi eſſent; quia tunc dicuntur publicæ perſonæ, *l.* 2. *iuncta gloſſ. in verb. publicum, ff. rem pupil.*
4 *ſal. for. l.* 2. *C. de adopt. vbi gloſſ. in verb. ſeruo publico*, exponit, ideſt notario, quia publicè ſeruit, non quia ſit ſeruus; quæ omnia poſſunt ad Ratiocinatorem in
5 caſu noſtro adaptari; ſiquidem Ratiocinatores montium ob publicam vtilitatem inuenti ſunt, nec poſſunt recuſare
6 officium ſuum impartiri petentibus, ex ſupradictis: quapropter qualitates requirendas in Secretarijs, eaſdem quoque neceſſarias putamus in Ratiocinatoribus, cum eadem in ambobus ratio vigeat; *l. illud, in princ. ff. ad leg. Aquil. & ibi gloſſ. in verb. exiſtimari, l. a Titio, ff. de verb. oblig.* & ſub eadem diſpoſitione, & verborum ſtructura ſancitę ſunt leges, a Secretarijs, & Ratiocinatoribus ſeruandæ, *vt in præcitatis ordinationibus cap.* 24. *in hæc verba.* [*Et à fin che* le Segretarie, e le Compotiſtarie di tutti li detti monti ſiano eſercitate, e maneggiate, come ſi conuiene, e con ogni diligenza, integrità, e fedeltà dalli proprij Segretarij, e Compotiſti, ò altre perſone intelligenti, e pratiche, d'ordine eſpreſſo di N.S. ſi prohibiſce, & eſpreſſamente ordina, e commanda, che per l'auuenire li Segretarij, e Compotiſti di
7 ciaſcuno di eſſi monti non poſſino ſuſtituire, nè deputare, ò ſorrogare in luogo loro alcuno ſenza eſpreſſa licenza da ottenerſi in ſcriptis, e ſpedirſi gratis da noi, e da Monſig. Teſoriero generale pro tempore, ſotto pena della perdita della Compotiſtaria, e Segretaria da incorrerſi ipſo facto, ſenza decreto, ò atto alcuno giuditiale, ò ſtragiuditiale da farſegli, etiam che foſſero ſtate conceſſe da N.S. ò dalla S. Sede Apoſtolica, & à vita, etiam per titolo oneroſo, ò in qualunque altro modo, *&c.*]
8 Patet igitur ex his, non ad imparia iudicari hæc duo officia, eandemque diligentiam, fidelitatem, integritatem, intelligentiam, & peritiam requirendas eſſe in Secretarijs, & in Ratiocinatoribus, eorumque perſonarum induſtriam electam eſſe, dum prohibentur ſubſtituere alium, vel alios, & ſi fiant, reuo-
9 cantur expreſsè *in cap.* 25. *ſeq.* Ratiocinatoris verò officium, circa quæ verſetur, *ex iiſdem ordinationibus cap.* 28. *apparet vt infra.* [*Quanto* poi à quello, che tocca alli Compotiſti, ſi ordina, e comāda, che debbano eſercitare l'offitio, e carico loro con ogni diligenza, fedeltà, integrità, e fare le liſte, e portarle à Mōſig. Teſoriero generale pro tempore, ò altri, à chi tocca à ſottoſcriuerle à tempo debito, e ſecondo la forma dell'editto publicato d'ordine della ſudetta Cōgregatione de' monti ſotto la data delli 31. Ottobre 1609. quale quanto al ſudetto particolare s'innoua, e conferma in tutto, e per tutto: e nel far dette liſte auuertino di leuar di liſta quelli, che nel precedente bimeſtre haueranno vēdoto, ò riſegnato, e metterui li compratori, ò altri, che doueranno, conforme la nota, che ſe gli darà ſottoſcritta dalli Segretarij, ò Proſegretarij ſecondo il ſolito, qual nota doueranno eſeguire pūtualmente ſotto pena d'eſſer tenuti del proprio à tutti gli errori, e danni, che per difetto loro, ò mancamento poteſſero ſuccedere.

Et in oltre debbano ancora tenere vn libro cartulato, e diſtinto per alfabeto, nel quale ſia deſcritto, e notato il nome di ciaſcun montiſta, & ogn'vno vi habbia la ſua partita, acciò vendendoſi ſi poſſa dar debito al venditore, e cōprandoſi, credito al compratore, e coſi le ſcritture vadano ragguagliate per euitare tutti li diſordini, che potrebbono occor-

occorrere; tenendoſi le ſcritture confuſe.

10 Liſta autem, de qua fit mentio, eſt nomenclatura quædam, ſeu index, & repertorium omnium mōtiſtarum, & creditorum montium, quæ, ſeu quod diligenti cura, quolibet bimeſtri ab ipſo Ratiocinatore conficienda eſt, & hæc vbi primùm ſubſcripta fuerit a Theſaurario generali, ſeu alio ab eo deputato, tunc Depoſitario mōtis conſignatur, vt ſciat, quibus ſoluere debeat fructus, qui deſcriptis tantùm in dictis liſtis, & non alijs ſoluuntur.

11 Nec depoſitarius cogi poteſt ad ſoluendum; quia ſolutio facta alteri, quàm vero creditori, non liberat ſoluentem, etiamſi fiat perſonæ coniunctæ, *l. 1. §. ante omnia, ff. de pact. l. ſi ego. ff. de negoc. geſt. l. eius qui in prouincia, & ibi gloſſ. & Bart. ff. ſi cert. petat. & alij relati a Flamin. Carthar. deciſ. Ianuen.* 30. *nu.* 7.

12 *& ſeq. & per tot.* Nec dicitur creditor reſpectu ipſius Depoſitarij, niſi qui deſcriptus eſt in liſta; *argum. text. in l.* 11 *& ibi Scriben. C. de exact. tribut. lib.* 10. *& benè facit Dec. in conſ.* 284. *pro tenui, n.* 5 *verſ. & iſte Antonius, lib.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarij montium qui ſint, & a quo, ſeu quibus eligantur.*

2 *Depoſitarius quid agere debeat, antequā ad officium exercendum admittatur.*

3 *Depoſitarius condemnatus de depoſito efficitur infamis.*

4 *Depoſitarij montium debent habere thelonium, ſeu menſam nummariam, quæ dicitur* Banco, *apertam, & publicam.*

5 *Mercatores cauere debent a ſubtilitatibus, & cauillationibus; & datur exēplum.*

6 *Depoſitarij montium recuſantes ſoluere, non ſunt audiendi; & quare.*

7 *Inopia, & auaritia in mercatore, æquè malum eſt, & ideo vitanda.*

8 *Inopia eſt delictorum mater.*

9 *Depoſitarijs montium quidnam prohibitum, & denegatum ſit.*

ARTICVLVS XXVI.

De Depoſitarijs Montium.

1 MOntium Depoſitarij dicuntur, qui pecunias a debitoribus receptas creditoribus, ſeu montiſtis in liſta deſcriptis ſoluere debent; horum electio a Protectoribus Montium, ſeu a Theſaurario generali, quandoque ab ipſomet Principe in literis Motus proprij ſuper erectione montis expeditis fieri ſolet, vt videre eſt in erectione montis Communitatis ſecūdæ erectionis a Paulo V. facta vbi D. Aſcanius Coſtaguta; & in erectione montis tertiæ ab Vrbano VIII. D. Ioannes Franciſcus Sacchettus nominantur, & conſtituuntur Depoſitarij.

2 Debet autem Depoſitarius priuſquam ad officium exercendum admittatur, idoneam præſtare cautionem, ad fauorem montiſtarum, ſoluendi fructus de bimeſtre in bimeſtre in fine, nulla mora, aut exceptione interpoſita, *l. ſi quis vel pecunias,* 11. *vbi Bart. & alij, C. depoſit.*

3 *Aſin. de execut. §.* 1. *cap.* 3. *nu.* 1. Et ſi Depoſitarius fuerit condemnatus de depoſito, efficitur infamis; *vt eſt text. ad literam in l. qui depoſitum,* 10. *C. depoſit. Aſin. loco cit. num.* 4.

4 Debet etiam Depoſitarius habere thelonium, ſeu nummariam menſam (vulgò, *il Banco*) expoſitam, publicè apertam, & exercere mercaturam fide, probitate, & facultatibus idoneus; *ad tradita per Benuen. Strach. de mercator. par.* 2. *num.* 10. vbi docet, quòd merca-

5 tores cauere debent a ſubtilitatibus, & cauillationibus, ne ſcilicet imitentur Thraces, qui pactis cum hoſtibus per aliquot dies inducijs, nihiloſecius noctu populabantur agros, & cum quærerentur aduerſarij, tanquam inducias violaſſent, reſponderunt nihil præter pacta feciſſe, dies enim pepigiſſe, noctu tantùm incurſitaſſe dixerunt; vnde vetus adagium fluxit; *Thracium commentum*; aduerſus eos, qui pacta eludunt callido commento, de quo meminit *Cicero lib.* 1. *offic. Tiraquel. de vtroque retract. §.* 1. *gloſſ.* 11. *num.* 9.

6 Nec audiendi ſunt mercatores depoſitarij montium, ſi dicant, non exegiſſe a debitoribus, quia cum habeant facultatem exigendi more Camerali, & cum relaxatione repræſaliarum, vt in literis Apoſtolicis ſuper erectione ipſorum montium cautum eſt, non ſunt, inquam audiendi, ſi in officio ſibi commiſſo, & in munere exercēdo negligentes erunt; *Afflict. deciſ.* 13. *num.* 16. eoque magis, quia in acceptatione officij promittunt ſoluere fructus prædictos, ſiue exegerint, ſiue non; & vt vulgò dicitur, *Eſatto, e non eſatto, vt in præcitatis literis erectionis montis,* §. *Depoſitarium verò*.

Cuius

Cuius inopia quemadmodum vitanda eſt, ita etiam auaritia, ex ijs, quæ apud *Valer. Max. lib. 6. cap. 4.* legimus. Cum enim Seruius Sulpitius, Galba, & Aurelius Conſules in Senatu contenderent, vter aduerſus Venatum in Hiſpaniam mitteretur, ac magna inter Patres Conſultos diſſenſio eſſet; cum Scipionis Aemilij ſententia poſtularetur: *Neminem* (inquit) *mihi mitti placet, alter nihil habet, alteri nihil eſt ſatis;* æquè malum iudicans inopiam, & auaritiam; quam ſen-
7 tentiam a M. Tullio comprobatam affirmat *Tiraquell. de nobil. cap. 3. num. 20. ad fin.* Duæ enim ſunt res, quæ poſſunt homines ad turpe compendium commouere, inopia ſcilicet & auaritia; nam ſicut hæc idolorum ſeruitus ab Apoſtolo
8 dicitur, ita delictorum matrem appellat inopiam *Caſſiodor. lib. 9. var. cap. 13.* Præterea cum officia Secretarij, Ratiocina-
9 toris, & Depoſitarij ſint inter ſe incompatibilia, vetitum eſt Depoſitario, ne præter ſuum alia duo exerceat, *vt in dictis ordinationibus, cap. 26. his verbis.* [*E perche* la Depoſitaria, Segretaria, e Compotiſtaria d'vno ſteſſo monte ſono offitij incompatibili, e come tali (acciò le coſe vadano con ogni buon' ordine) deuono eſercitarſi, & ottenerſi da perſone differenti: però ſi rinouano tutti li decreti, e prouiſioni altre volte fatte in qualunque modo circa il ſudetto particolare: e ſi dichiara, e decreta, che li medeſimi offitij come incompatibili nō ſi poſſino per l'auuenire ottenere, nè
5 eſercitare da vna ſteſſa perſona, nè per ſe, nè per altri, ò in alcun'altro modo; anzi d'adeſſo d'ordine, e commiſſione eſpreſſa di N.S. ſi reuocano, & annullano tutte le conceſſioni, & vnioni, che foſſero ſtate fatte dalli medeſimi offitij, etiam che foſſero per titolo oneroſo, e per contratto, ò in qualſiuoglia altra maniera, e qualſiuoglia cauſa, &c.]

SVMMARIVM.

1 *Proxenetæ in contractibus bonæ fidei, vt ſunt emptiones, & venditiones montium, interueniunt.*

2 *Proxenetarum officium deſcribitur. & num. 5.*

3 *Negocia illicita reijcienda ſunt ab huiuſmodi commercio, nec permittenda.*

4 *Malæ conſuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmantur.*

6 *Proxenetæ quandoque mercedem habent, quandoque non.*

7 *Proxenetæ montium habent mercedem, qualem licitè percipiunt, & debetur, quæ niſi eſſet determinata, arbitrio iudicis taxanda eſſet.*

8 *Proxenetæ non conueniuntur actione mandati, nec etiam ex locato, & conducto, dolo tamen, & calliditate ceſſante.*

9 *Proxenetæ Riparum Vrbis quando teneantur emptoribus vini ex laudatione.*

10 *Proxenetarum libri concordantes cum libris mercatorum plenè probant, & paratam habent executionem.*
Fallit concluſio, ſi tales libri falſitatis ſuſpicionem habeant, n. 11.

12 *Proxenetarum officium exercere non poſſunt Secretarij montium.*
Nec etiam notarij, ſeu illorum iuuenes, qui inſtrumenta conficiunt ſub prætextu, quòd fuerint mediatores.

14 *Pœnarum executio non ſolùm neceſſaria, vt mali puniantur, ſed etiam vt alij a malo terreantur.*

15 *Secretarius poteſt exigere certam mercedem, ſeu taxam in venditione, ſeu reſignatione montium; & quare.*

ARTICVLVS XXVII.

De Proxenetis.

1 Diximus ſupra negociationem, ſeu commercium locorum mōtium reducendum eſſe ad contractus bonæ fidei, emptionis ſcilicet, & venditionis; cum autem in huiuſmodi contractibus ferè ſemper interueniant proxenetæ, quibus etiā certa merces aſſignata legitur in ſæpè citatis ordinationibus *cap. 32.* non inutile duxi etiam de proxenetis aliquid dicere, qui a *Benuenuto Stracca tract. de proxenet.*
2 *part. 1. num. 3.* ita deſcribuntur. *Proxenetæ ſunt, qui in negocijs licitis partium voluntates inquirendo, eorundem conſenſum, cum ſalario, vel ſine miniſterium accommodant, & operula iſta defunguntur.*

Dictio, *negocijs*, ponitur a Benuenu-
3 to loco generis; addit verò *licitis*, quia de bono, non autem de malo proxeneta loquitur; & negocia illicita reijcienda ſunt ab hominum commercio, nec pertractanda; *Auth. vt nulli iud. in prin-*
4 *cip. ibi, mala enim adinuenta, maleque conſuetudines neque ex longo tempore,*

neque ex longa conſuetudine confirmantur: & magis ad rem habes *Vlpian. reſponſum in l. fi. in fin. ff. de proxenet.* qui
ait: *Eſt enim proxenetarum modus, qui*
5 *emptoribus, venditionibus, commercijs, contractibus licitis vtiles non adeo improbabili more ſe exhibent.* vbi gloſſ. in *verb. licitis*, addit, *ſecus ſi illicitis*. Dixit etiam Stracca, *partium volũtates inquirendo, ſequutus Accurſium, qui in rub. de proxen.* ait, *proxeneta eſt, qui inquirit voluntates aliquorum, vel ad munera, vel ad contractus, vel ad amicitias facienda, vel ſimilia*; & conſtituitur ei ſalarium extraordinarium, quandoque etiam ſunt ſine ſalario, *teſte Bald. in conſ. 459. tria dubia, vol.* 2. quem ſequutus
6 *Stracca loco cit. num. 6. & 7. ſcribit. proxeneta dicitur duobus modis, qui ſcilicet accipit præmium, & qui gratis ſeruit*: ſed in caſu noſtro emptionum, & venditionum locorum montium habent proxenetæ ſalarium conſtitutum *a prædictis ordinationibus cap. 32.* in hæc verba. [*Si*
7 *probibiſce*, & ordina eſpreſſamente alli Senſali, & altri, che interuenghano, ò s'ingeriranno in qualunque modo in compre, e vendite de' monti, e riſcuoteranno la ſenſaria, che per l'auuenire non poſſino ſotto qualſiuoglia preteſto, colore, o cauſa, etiam di donatiuo, mancia, ò rimuneratione di fatighe, ò altra coſa pigliare, hauere, nè riſcuotere, ſe non tre giulij per luogo dal venditore del monte, & vn giulio ſolamente dal compratore, il qual compratore douerà e ſarà tenuto, & obligato di pagare gli altri giulij due, che anderanno al Senſale, ò Senſali, al Segretario del monte, per douerne poi dar conto, e pagarli alli fattori dell'Archiconfraternità della Pietà de' Carcerati, & all'Abbondanza di Roma, ſecondo il ſolito, *&c.*]

Quòd quidem ſalarium, nedum quia hic taxatum habemus, licitè petitur, & debetur, ſed etiam quia iure cautum eſt *in l. 1. ff. de proxenet.* & niſi eſſet determinatum, arbitrio iudicis declarandũ eſſet, habita ratione quantitatis, & negocij, in quo operula ſua functi ſunt proxenetæ, & miniſterium quale quale accommodauerunt, *vt Vlp. verbis vtar in l. 3. ff. eodem tit.*

8 Nec conueniendum eſſe proxenetam actione mandati, quamuis nomen emptoris, ſeu venditoris laudauerit, nec etiã ex locato, & conducto, niſi dolo, & calliditate creditorem circumueniat, legitur expreſsè *in l. 2. ff. eodem*: quæ tamen conclusio licèt vera ſit fortaſſe in emptionibus, & venditionibus locorũ montium, aliarumque mercium; fallit tamen
9 in proxenetis Ripæ almæ Vrbis, qui renẽtur nautis, & mercatoribus vini, quod ipſorum laudatione, & operula venditum fuit, ſi ab emptoribus non fuerit ſolutum pretium, vt ſancitum habes *a Pio IV. in Conſtit. 41. Bullar. nou. tom. 2. pag. 55.* & proxenetarum libros concordantes cum libris eiuſdem Ripæ Vrbis
10 plenè probare, & paratam habere executionem contra quaſcumque perſonas, etiam mulieres coniugatas, ac ſi adeſſet obligatio Cameralis, ſancitũ eſt *a Paulo III. Conſt. 45. §. 3. d. Bullar. tom. 1. pag. 685. a Gregorio XIII. in Conſtit. 88. per tot. d. Bullar. tom. 2. pag. 472.*

11 Verùm ſi proxenetarum, & mercatorum libri aliqua falſi ſuſpicione laborarent, huiuſmodi priuilegio carent, per ea, quæ ſcribit *Menoch. de arbitr. caſu 91 num. 20. Iaſon l. admonendi, 31. ff. de iureiur. num. 123. & deciſ. Genu. 2. num 32* quos refert, & ſequitur *Cherub. iun. ad præcit. Conſt. 45. Pauli III. ſchol. 2.*

Denique officium proxenetarũ exer-
12 cere non poteſt Secretarius montium, ſiue Proſecretarius, *vt in præcitatis ordinationi cap. 23.* his verbis. [*Et eſſendoſi* hauuta notitia, che vi ſiano alcuni Segretarij, e Preſegretarij di detti monti, che fanno con l'offitio loro anche la profeſſione di ſenſale, e che per non dar gl'emolumenti della ſenſaria, quando li montiſti non vanno, ò fanno capo da loro, li trattengano in molti modi, auãti che piglino, & ammettano le riſegne: E volendoſi rimediare à tali inconuenienti, & introduttioni; ſi prohibiſce, e commanda eſpreſſamente, che per l'auuenire li Segretarij, e Proſegretarij di detti monti non poſſino, nè per ſe ſteſſi, nè per mezo de' loro miniſtri, ſeruitori, ò altra interpoſta perſona ingerirſi, nè intromettersi direttamente, ò indirettamente nelle vendite, compre, trattati de' luoghi de' monti, etiam non ſottopoſti, nè ſoggetti alle loro ſegretarie, & ingerendoſi forſe ſotto nome di parentela, preteſto d'amicitia, ò in qualſiuoglia altro modo, non poſſino pigliare, riſcuotere, ò farſi pagare ſenſaria di ſorte alcuna, nè meno fare a mezo, ò altra partecipatione con Senſali; a' quali parimente ſi prohibiſce il fare à parte, ò intenderſi in altro modo con detti Segretarij, ò Proſegretarij, ſotto pena quãto a' detti Segretarij, ò Proſegretarij di

ſcudi

ſcudi 200. per la prima volta da applicarſi come ſi dirà più à baſſo, e di ſcudi 300. e priuatione della Segretaria per la ſeconda volta; & altre pene più graui ad arbitrio di Monſig. Teſoriero generale pro tempore: e quanto alli Senſali, & altri, che faceſſero à parte, ò s'intendeſſero con detti Segretarij, e Proſegretarij, ſotto pena di venticinque ſcudi, e di tre tratti di corda da darſegli in publico per la prima volta, e di ſc. 200. e l'eſilio da Roma per dieci anni per la ſeconda volta, & altre pene maggiori, etiam corporali ad arbitrio, *come ſopra.*]

Et ſimilem prohibitionem recipien-
13 di aliquid etiam a ſpontè dantibus, ſub prætextu quòd fuerint mediatores, vel tractauerint contractus cenſuum, ſocietatis officiorum, aut aliorum quorumcumque negociorum, factam eſſe notarijs, & illorum ſubſtitutis iuuenibus in Vrbe commorantibus, ſub pœna triremium, habes *in Reformatione Tribunalium Vrbis, a fel. rec. Paulo V. edita in Bulla 71. aliàs 44. §. 19. tit. de notarijs trib. Vrbis Bullar. nou. tom. 3. pag. 276.*

Quæ quidem prohibitio licèt æquiſſima ſit, nihilominus quia pauci ſunt, qui faciant bonum, & Mundus in maligno poſitus eſt, adeo in deſuetudinem abijt, vt nedum non erubeſcant hodie notarij, eorumque ſubſtituti a ſponte dantibus recipere, ſed etiam, *vt Diuus Bernardus* ait, frontoſi ad petendum, prætendant, & exigant certam taxam ab ipſis inuentam pro quolibet centenario; quapropter, vt horum petulantia, & a-
14 uaritia reprimatur, neceſſaria eſſet executio pœnarum in dicta ſanctione contentarum, ad hoc vt emendatio malorum hominum ſequatur; iuxta doctrinã *Azonis in sũma, C. de pœn.* dum ait: *Expedit enim Reipub. corruptos homines a tramite deuios in viam trahere pœnis, & quando perditis illis nihil ſoluta pœna proderit, cedet tamen in aliorum commodum, qui illius pœnæ admonitione temperantius viuent. teſte Soto lib. 1. de iuſtit. & iur. quæſt. 2. art. 2. in fin. & in ſacra Pagina Deuter. cap. 17. Qui ſuperbierit, nolens obedire imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraele, cunctuſque populus audiens timebit, & nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. & Iuſtin. Imper. in nouell. 30. tit. 9. cap. 12.* Ad Proconſulem Cappadociæ ſcribens: *Immoderatas* (inquit) *illicitaſque augendæ rei cauſa comparatas circumſcriptiones ita acerbè punito, vt paucorum hominum ſupplicio omnes reliquos continuò caſtiges, eſtoque ſecundùm leges exquiſitus delinquentium caſtigator; neque enim inhumanitas hæc, ſed potius ſumma quædam humanitas eſt, cum multi paucorum animaduerſione ſaluentur.* & alia multa ad rem congerit *Maſtrill. de Magiſtr. lib. 3. cap. 7. de gratijs, & remiſſ. delictor. per tot. viden.* Nos autem ad rem noſtram redeundo, ad venditionem quippe locorum montium, dicimus vbi non interuenerit proxeneta, tunc Secretarius exigere debet ab emptori-
15 bus iulios duos debitos Archiconfraternitati Confalonis, & Annonæ, *vt cautũ eſt in cap. 33. his verbis.* [*Et in euento*, che nelle vendite, e compre de' monti non v'interueniſſero Senſali di ſorte alcuna, ſi dichiara, che nõ però ceſſi il pagamento di detti dui giulij; ma ſi debbano dalli Segretarij, e Proſegretarij riſcuotere dal compratore, come ſi è coſtumato *ſin hora,*] ad effectum ſcilicet illos exburſandi dictæ Archiconfraternitati Pietatis Carceratorũ de Vrbe, & in ſubuentionem Annonæ eiuſdem Vrbis.

SVMMARIVM.

1 *Defenſores montium quomodo eligantur, & quid agere debeant.*

2 *Congregationes montiſtarũ quando ſunt faciendæ, & quinam in illis interueniant.*

3 *Defenſores montium defenſoribus Ciuitatum comparantur; & circa quæ eorũ officium verſetur.*

4 *Defenſores montium inuigilare debent, vt fructus locorum montium ſoluantur in tempore.*

5 *Edicta pœnalia contra Depoſitarios montium moroſos in ſoluẽdo ſæpe promulgantur, ſed malè ſeruantur.*

6 *Defenſores montium quinam ſint eligendi.*

7 *Pretia montium iuxta temporum qualitates augentur, & minuuntur.*

8 *Petrus Gregorius Tholoſanus cautè legendus eſt, in eo, quod ſcribit de locis montium Romanæ Curiæ. Sed excuſatur num. 13.*

9 *Loca montiũ videntur neceſſaria in Vrbe; & quare.*

10 *Pecunia eſt fideiuſſor in neceſſitatibus, & ideo hæc de cauſa ſeruanda, & cuſtodienda.*

11 *Sola pecunia ſine peculio fragilis eſt.*

12 *Loca montiũ inter bona ſtabilia cõnumerãtur, & fructus promptiores reddũt.*

14 *Actio Saluiani interdicti an, & quando exerceri poſſit in locis montium, & in fructibus officiorum Romanæ Curiæ.*
15 *Fructus locorum mōtium, & officiorum Romanæ Curiæ cadunt ſub hipotheca vigore obligationis omnium bonorum præſentium, & futurorum.*

ARTICVLVS XXVIII.

De Defenſoribus Montium.

1 DEfenſores montium ex corpore montiſtarum eligūtur, quorum officium ad ſex menſes, & ad beneplacitum perſeuerat; verſatur autem in hoc.

Quolibet ſemeſtre tranſacto, calculū cum Secretarijs montium inire debent; & emolumenta ab ipſis Secretarijs exacta, vel penes idoneum mercatorem, vel penes ipſos defenſores deponantur. *cap.*18.

Vbi verò ex emolumentis prædictis ea ſit pecuniarum ſumma comparata, vt facta rationabili diuiſione, quilibet mōtiſtarum iulios ſex, & quoad montiſtas Fidei ſcutum vnum recepturus ſit, tunc defenſores Congregationem pro certa die, & hora publicis edictis ſolitis in Vrbe locis affigendis inſinuabunt: *vt in cap.*19.

2 Ad has autem Congregationes generales non ſunt vocandi, neque interuenire poſſunt, niſi qui verè creditores fuerint, & literas patentes, ex quibus appareat de credito, expediuerint, qua in re Secretarij, & Proſecretarij inuigilare debent, ſub pœna falſitatis, & priuationis officij, necnon corporis afflictiua, arbitrio Illuſtriſſimi D. Theſaurarij generalis infligenda; *vt in cap.*20.

3 Et quemadmodum Imperatores decreuerunt, Defenſores Ciuitatum nihil ſibi inſolentèr, nihil indebitum vindicantes, nominis ſui tantùm officio fungi, plebem, vel Decuriones ab omni improborum inſolentia, & temeritate tueri, vt id tantùm, quod eſſe dicuntur, eſſe non deſinant, *l. defenſores,* 5. *C. de defenſor. Ciuit.* pari ratione montium defenſores iura illius montis, cuius defenſores ſunt, tueri debent; ita tamen, vt Secretarij, Ratiocinatores, Depoſitarij, alijque montium miniſtri in officio ſi minus legalitèr ſe geſſerint, aut deliquerint, horum emendationem ab ipſo montis Protectore, ſeu Theſaurario generali, vel a Congregatione montium petāt, & obtinere procurent.

Redditus quoque montiū ſi minuantur, vel diminutionis periculo ſubiacere cognouerint, illorum conſeruationē, & reſtitutionem pro viribus curabunt; *arg. textus in l. iubemus,* 19. *C. de defenſ. Ciuit.*

4 Inuigilandum quoque erit dominis defenſoribus, vt fructus debitis temporibus ſoluantur, nam vt experientia præteritorum docuit, cum depoſitarij in hoc eſſent moroſi, pretium ipſorū montium, & portionum valdè imminutum fuit in præiudicium nedum Principis, & Cameræ Apoſtolicæ, ſed etiam omnium montiſtarum: Et ideo vidi aliquādo per loca Vrbis ſolita affixa bannimē-
5 ta, & præcepta Illuſtriſſimi D. Theſaurarij generalis contra dictos Depoſitarios, ſub pœnis quingentorum aureorū, alijſque, &c. quoties ab integra fructuū ſolutione ceſſaſſent, vel ad extorquēdas remunerationes, ſeu ſtrenas, illam differrent.

6 Vt igitur hæc omnia, qua decet animaduerſione, peragantur, eligendi ſunt defenſores montium, viri diligentes, curiales, & qui harum rerum peritiam habeant, per ea, quæ leguntur *in l.*2. *C. de defenſ. Ciuit.*

Atque hæc de montium miniſtris dicta ſufficiant: ſed optabit fortaſſe aliquis cognoſcere, quo tempore, a quo, ſeu quibus, & qua occaſione montes Romanæ Curiæ fuerint erecti, & quo pretio vendantur? Sed quoniam quoad pri-
7 mam partem parum ad rem noſtram conferre videtur; & quoad ſecundam de pretio non poteſt quid certum aſſignari, vt diximus ſupra; & vidi ego in Vrbe Roma montes, quos Camerales appellant, venditos pretio ſcutorum 120. pro ſingulo monte, & anno 1643. non inueniebantur emptores, qui emerent ad rationem ſc. 100. vel 90. & montes Communitatum fuerunt aliàs a me venditi ad rationem ſcutorum 109. & deinde ob mala tempora, in quibus incidimus, bellorum quippe motus per totam Italiam, & Ditionem Eccleſiaſticam debaccantes, neque ad ſcuta 90. pluſuè minus illorum pretium aſcendit; & ideo de his hactenus.

8 Illud tamen non omittendum puto; cautè ſcilicet legendum eſſe Petrū Gregorium Tholoſanum de hac montium Romanæ Curiæ qualitate ſcribentem; ſiqui-

ſiquidem, non vt ipſe ait, vt voluptatibus vacetur, non vt vitæ tempus fine labore brutorum more tranſigatur, non vt ſcorta exerceantur, montes erecti ſunt, neque ad hoc pecuniæ in illorum
9 emptionem erogantur, vt ipſe Tholoſanus obloquitur; ſed vt Curiales, & forenſes, qui ex omnibus Mundi partibus ad Vrbem, velut communem patriam, *l. Roma, ff. ad municipal.* confluunt, ſuis neceſſitatibus conſulere valeant; ac etiã vt Sanctimoniales, qui Dei famulatu ſunt addictæ, abſque eo quòd litibus cum ſuis debitoribus inuoluantur, promptos habeant redditus: ſunt enim horũ montium fructus ſoluendi de bimeſtri in bi-
10 meſtre ſine mora, vt diximus; eſt autem pecunia fideiuſſor in neceſſitatibus, & ideo ſeruanda, & cuſtodienda, vt neceſſitatibus occurratur, vt ſcribit *Angel. de Peruſ. in l. debitor, num. 3. ff. de negoc. geſt.* quod non contingit in alijs rebus, ſaltem ita de facili, ſicut in locis montium, quę de mane vſque ad veſperas vendi poſſunt, & ſemper inueniuntur emptores, vt notum eſt in Curia commorantibus; &
11 ſola pecunia ſine peculio fragilis eſt; *l. ſi eborus, 77. §. 1. ff. de legat. 3.* ad cuius textus interpretationem vide *Coraſium in miſcellan. lib. 1. cap. 13. per tot.* neque omnes mercaturis, agrorum culturæ, & negocijs ſecularibus vacare poſſunt, aut omnibus hoc permiſſum eſt; & ideo vt pecuniam in peculium licitè, & honeſtè redigant, loca montium emunt, quę in-
12 ter ſtabilia annumerantur, & ita redditus promptiores ad occurrendum neceſſitatibus habent; ex quibus etiam apparet, non rectè hanc montium materiam cognouiſſe, ſiquidem confundit, & miſcet erectiones montiũ, qui nihil aliud ſunt, quàm contractus emptionis, & venditionis à iure permiſſi, vt diximus ſupra, cum montibus Pietatis, in quibus purũ, & ſimplex mutuum interuenit, ad ſubleuandam pauperum inopiam, & vſurarũ prauitatem tollendam, *prout diximus ſupra §. 3. gloſſ. 3.*

Denique occurrit pulchra quæſtio, an
14 poſſit contra loca montium experiri actio Saluiani interdicti? & pro ſolutione quæſtionis diſtinguendum eſt: aut loquimur de montibus, & officijs vacabilibus per mortem obtinentis, & negatiuè reſpondeas, quia in iſtis nõ cadit hipotheca, quæ eſt fundamentum Saluiani; *Rota apud Seraph. decis. 1294. num. 1. 3. & 7. & ferè per tot.* vbi redditur ratio: aut loquimur de locis montium non vacabilibus, ſed tranſeuntibus ad hæredes, & ſucceſſores, & in iſtis datur actio Saluiani; it *Pacif. de Salu. inſpec. 3. cap. 2. num. 647. vſque ad 653.* aſſerens, ita tenuiſſe *Rotam coram Ortember. in Romana ſalu. 8. Iulij 1601. quæ legitur impreſſa in fine dicti tract. deciſ. 29. nu. 1. Gratian. diſcept. foren. cap. 943. num. 30. 31. & 32.* extendens concluſionem ad fructus locorum montium vacabilium, & officiorum Romanæ Curiæ; quia cũ in huiuſmodi fructibus cadat libera diſpoſitio officialis, &
15 domini montis, ſi contingat alienari pretium, & fructus cadunt ſub hipothecã vigore obligationis omnium bonorũ præſentium, & futurorum; *Seraph. d. deciſ. 1294. num. 3. cum ſeq. & ſupra deciſ. 100. Pacif. loco cit. num. 637. & ſeq.*

SVMMARIVM.

1 *Collecta quid ſit, & quomodo diuidatur.*
2 *Cedens bonis non tenetur amplius ad collectas; & quare; & quomodo procedat hæc concluſio.*
3 *Debitor fiſci quando bonis cedere poſſit.*
4 *Dominus fundi perempti caſmate, vel alia cauſa, releuandus eſt ab onere cenſus, & collectæ.*
5 *Collectæ partiendæ ſunt iuxta deſcriptionem bonorum factam in publicis tabulis, quas nos æſtimum, ſeu cataſtum dicimus.*
6 *Collecta quo ordine, & modo ſint exigendæ, & imponendæ.*
7 *Vniuerſitates non poſſunt imponere collectas, niſi conuocato Conſilio, in quo præcedere debet licentia Principis.*
8 *Collectas imponentes ſine licentia Papæ incidunt in Cenſuras Bullæ Cœnæ Domini.*
Limita concluſionem, & declara. vt num. 9.
10 *Collecta pro certa cauſa impoſitã non poteſt in aliam cauſam, vel vſum conuerti, & contrarium agentes qua pœna puniantur.*
11 *Vniuerſitas coacta ad ſoluẽdum debitum Communitatum quid agere debeat.*
12 *Clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ quando, & quomodo teneantur ad collectas impoſitas ab Vniuerſitatibus laicorum.*
13 *Clerici tunc collectandi ſunt, quando laicorum facultates non ſuppetunt: Declara, vt ibi.*
14 *Vniuerſitas coacta ad ſoluendum onera conuenta cũ Camera Apoſtolica quid agere debeat, & quomodo hoc caſu impona-*

ponatur, & exigatur collecta a ciuibus.
15 *Onus an ſit perſonale, reale, vel mixtum, quomodo cognoſcatur.*
16 *Collecta impoſita per capita quomodo exigenda erit.*
17 *Omnes habitantes in vna familia habentur pro vno.*
18 *Habitantes in Vrbe effugiebant capitationem, quemadmodum etiam virgines, viduæ, & pupilli vſque ad vigeſimum annum.*
19 *In impoſitione collectarum tria ſunt inſpicienda.*
20 *Senectus morbus eſt, nec eſt addenda afflictio afflictis.*
21 *Perſonalia munera quæ dicantur, & qua ratione artifices collectentur.*
22 *Melior eſt pauper ſanus, & fortis viribus, quàm diues imbecillis flagellatus malitia.*
23 *Aeſtimum, ſiue cataſtum quid ſit, & quomodo, & qua auctoritate fiat.*
24 *Conſuetudo locorum multùm operatur in impoſitione collectarum; & refertur diuerſitas quorundam locorum.*
25 *Communitates non habentes æſtimum quomodo ſoluant onera Cameralia, præſertim in Prouincia Patrimonij.*
26 *Ciues poſſunt ſtatuere, vt eorum bona ſint ſemper hipothecata pro collectis.*
27 *Communitates augentes pretium paſcuorum in capita animalium, non videntur imponere nouam collectam, etiam ſi tangat clericos.*
Declara, vt ibi.
28 *Communitates poſſunt cogere ſuos ciues habentes animalia ad emẽdum paſcua; & hæc coactio, nedum æqua, ſed iuſta eſt.*
29 *Collecta imponenda per ſolidum, & librã quid requirat.*
30 *Collecta ſoluenda eſt, vbi bona ſita ſunt; & hæc concluſio in Eccleſiaſtica Ditione clara eſt.*
31 *Forenſes an, & quando collectari poſſint pro bonis ſitis in alieno territorio.*
32 *Collecta qua ratione dicatur munus patrimoniale.*
33 *Onus reale qua ratione fiat perſonale; & pro collectis conueniatur cohæres.*
34 *Subſidium triennale in Statu Eccleſiaſtico qua ratione dici poſſit onus reale.*
35 *Onera fiſcalia quando ſoluenda non ſunt in loco, vbi bona ſita ſunt.*
36 *Ciuis emens prædia ruſticorum non tenetur ad collectas iuxta æſtimum ruſticorum.*
Declara poſitam concluſionem procedere in oneribus Communitatiuis. nu. 37
38 *Iuriſdictioni loci quis ſubijcitur ratione rerum, quas in illo territorio poſſidet.*
39 *Conuentio, ſeu ſtatutum conditum inter Caſtrum ſubditum, & ciues Ciuitatis dominantis ſeruandum eſt.*
40 *Immunitas conceſſa per modum contractus ſeruanda eſt etiam a Principe.*
41 *Forenſis non tenetur ad collectam impoſitam ab Vniuerſitate pro ſoluenda pœna commiſſa ab ipſa Vniuerſitate, etiãſi collecta imponatur per as, & libram.*
42 *Collecta impoſita pro ſubſtentanda lite Vniuerſitatis, a quo ſit ſoluenda.*
43 *Collecta impoſita pro vtilitate, & neceſſitate publica ab omnibus ſoluenda eſt.*
44 *Clerici ad quas collectas, & quomodo teneantur ex deciſis in Sacra Congregatione Immunitatis. & num. 45. & poſt num. 52.*
46 *Laici an poſſint præſcribere conſuetudinẽ collectandi clericos.*
47 *Clerici non tenentur ad onera impoſita a laicis, poſtquam bona peruenerunt ad manus clericorum.*
48 *Conſtitutiones Summorum Pontificum in materia collectarum aliæ ſunt vniuerſales ad totum Statum Eccleſiaſticum, aliæ ad Ciuitates, & loca particularia reſtrictæ.*
49 *Libertas non ſoluendi collectas quanto tempore præſcribatur.*
50 *Subſidium triennale a quo impoſitum, a quo prorogatum; & denique effectum æternale, & perpetuum.*
51 *Clerici tenentur pro aliqua honeſta portione ad ſubſidium triennale; & quomodo intelligenda eſt hæc concluſio.*
52 *Dictio, verò, eſt repetitiua qualitatum præcedentium.*
53 *Clerici an teneantur ad collectas pro bonis aſſignatis ad titulum patrimonij; & quomodo.*
54 *Datum, vel aſſignatum pro ſacerdotio aſſumendo, eſt irreuocabile, tam reſpectu clerici, quàm Epiſcopi; & quare.*
55 *Ad Epiſcopos ſpectat declarare, an clerici habeant beneficia, ſeu penſiones ſufficientes abſque alijs bonis patrimonialibus.*
56 *Clericus non poteſt permutare bona ſibi aſſignata ad titulum patrimonij ſine licentia Epiſcopi, & quare.*
57 *Clericus faciens ſibi fictè aſſignari patrimoniũ, vt poſſit ad ſacros Ordines promoueri, ſuſpenditur, nec poteſt ad ſuperiores Ordines aſcendere.*

Cleri-

58 *Clericus alienans patrimonium, cuius vigore ad ſacros Ordines eſt promotus, peccat mortalitèr.*
Declara veram eſſe poſitam concluſionem in clerico promoto ad ſacros Ordines, non autem ſi minores tantùm habeat. num. 59.
60 *Clerico in minoribus non eſt neceſſe aſſignare patrimoniũ, & ſi aſſignetur, an præſumatur in fraudem collectarum.*
61 *Alienans bona ſua in clericum, vel aliũ immunem, ad effectum euitandi collectas, perdit bona, fiſco applicanda.*
62 *Aſſignatio patrimonij clerico videtur facta ſub conditione, quatenus promoueatur.*
63 *Conditio nihil ponit in eſſe ante conditionis euentũm.*
64 *Donatio ante nuptias habet in ſe tacitã conditionem, quatenus matrimonium ſequatur.*
65 *Argumentum a matrimonio carnali ad ſpirituale valet.*
66 *Differentia inter conditionẽ, & modum; & verba, quæ ſe habere poſſunt ad modum, & conditionem, potius ad modum ſunt referenda.*
67 *Sũma eſt ratio, quæ pro Religione facit.*
68 *Ordinatus ad titulum patrimonij gaudet priuilegio clericali in perſona, & in rebus.*
Amplia etiam in clericis primæ tonſuræ. num. 69.
70 *Prima tonſura quibus ſit conferenda.*
71 *Qui fraudolentèr initiatur ad clericatũ mortalitèr peccat.*
72 *Percutiens clericũ primæ tonſuræ ſcientèr incidit in excommunicationem.*
73 *Priuilegiũ clerico cõceſſum per mortem ipſius extinguitur, vt in fundo dotali*
74 *Clericus primæ tonſuræ poteſt recedere a clericatu quoad priuilegia, non quoad characterem.*
75 *Prima tonſura eſt ordo, & clericalis character indelebilis.*
76 *Iura loquentia de clericis extenduntur etiam ad regulares cuiuſcumque Ordinis, etiam militaris.*
77 *Bona Equitum Hieroſolymitanorum non ſunt collectanda. & num. ſeq;*
79 *Generalis cõceſſio immunitatis cõprehẽdit munera perſonalia, nõ autẽ realia.*
80 *Immunitas realis conceſſa clericis ratione perſonæ conceſſa dicitur.*
81 *Bona clericorum dicuntur quædã ſpiritualis merces, vt præmiũ pro ſeruitijs eccleſiaſticis exhibẽdis ab ipſis clericis.*
82 *Statutum laicorum non ligat clericos, nec Regulares. & num. ſeqq.*
84 *Cognitio cauſæ emphyteuticæ Eccleſiæ ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ priuatiuè quoad iudicem laicum.*
85 *Emphyteuta an teneatur ad collectas; & quomodo. vide num. 87.*
86 *Emphyteuta debet habere bona deſcripta in æſtimo ſub ipſius nomine.*
Limita, ſi emphyteuſis ſit nullitèr, & inualidè conceſſa, & quare. nu. 88.
89 *Collecta, ſeu gabella non eſt ſoluenda de fructibus perceptis ex cõceſſione nulla facta etiam ab Eccleſia, & quare.*
90 *Coloni Eccleſiarum an, & quando teneantur ad collectas.*
91 *Coloni ſunt in triplici differẽtia, vt hic.*
92 *Colonorum fraudibus ad euitandas collectas qualitèr ſit occurrendum, & quomodo illæ probentur.*
93 *Fraus nemini patrocinatur, & ſi cõmittatur, qualitèr puniatur; & quomodo præſumatur in contractibus.*
94 *Ad detegendam fraudem defertur iuramentum, & quare.*
95 *Immunitas conceſſa clericis non tranſit in arrendatarios.*
96 *Emens ſal a Camera ſeu fiſco non gaudet immunitate, quam habet Camera, & fiſcus; quia mutata perſona, mutatur rei ſtatus.*
97 *Emens carnem extra Ciuitatem ab Eccleſia tenetur ad gabellam in introductione.*
98 *Gabellam, & collectam iuſtè impoſitam a Principe fraudare, peccatum eſt mortale.*
99 *Eccleſia, & perſonæ eccleſiaſticæ poſſunt in contractibus cum emptoribus initis concedere immunitatem.*
100 *Collectæ, & onera ſoluũtur propter fructus, quos poſſeſſor ex prædijs capit.*
101 *Cenſus iuxta formam Bullæ Pij V. quomodo ſint imponendi.*
102 *Emptor cenſus an, & quando teneatur ad collectas.*
103 *Poſſidentes annuos cenſus dicuntur poſſidere bona immobilia.*
104 *Poſſidentes annuos redditus tenentur ad collectas, & quare.*
105 *Collecta pro cenſibus quo loci ſoluenda ſit.*
106 *Cenſus impoſiti ſuper bonis in agro Vrbeuetano ſitis, ſi contractus ſint celebrati Romæ, & ibi conuenta ſolutio facienda, iudicandi ſunt vti de bonis Romæ exiſtentibus.*
107 *Ciues Peruſini non poſſunt collectari a Fulginatenſibus pro cenſibus, quos Peruſini emunt a Fulginatenſibus, & quare.*

Solu-

108 *Solutio cenſus, & collectarum deſignat ſubiectionem.*

109 *Collectarum ſolutio pro cenſibus facienda illi Communitati, vbi bona cēſuata ſita ſunt, ex mente Sacræ Congregationis Boni Regiminis; & hæc opinio amplectenda videtur; & reſpondetur ad contraria.*

110 *Loca montium neque mobilia, neque immobilia dici poſſunt, quia tertiam ſpeciem conſtituunt.*

111 *Loca montium an collectari poſſint.*

112 *Collecta non eſt ſoluēda pro penſionibus domorum, & quare.*

113 *Collecta an ſit ſoluenda de ſocietatibus officiorum; ponuntur argumenta pro vtraque parte.*

114 *Societates officiorum quæ requirant pro ipſarum validitate.*

115 *Vita hominis vapor, & ad modicū apparens eſt, & nemo mortalium eſt, qui craſtinum ſibi audeat polliceri.*

116 *Societates officiorū quare collectari poſſint, & ad contraria reſpondetur.*

117 *Quæ differentia ſit inter ſocietates officiorum, cenſus, & loca montium.*

118 *Societates officiorum creari poſſunt etiā ſuper officijs exiſtentibus extra Romanam Curiam.*

119 *Perſona dignior eſt quacumque re, quia Deus cuncta creauit propter hominem.*

120 *Collecta, ſeu gabella debetur pro cenſibus vitalitijs, licèt differant a ſocietatibus officiorum.*

121 *Obligatus ad reſtitutionem fundi an teneatur ad collectas impoſitas per æs, et libram; & habes diſtinctionem.*

122 *Maritus tenetur ad collectas pro fundo dotali.*

123 *Grauatus ſoluere collectas poteſt petere ab exactore, vt oſtendat librum; & quare.*

124 *Non deſcriptus in libro exactoris habet intentionem fundatam non ſoluendi collectam.*

125 *Negatiua pro nō ſolutione collectæ quomodo probetur; & e contra.*

126 *Exactores collectarum quomodo incipere poſſint exactiones.*

127 *Exactoribus, qui non oſtendunt literas, ſeu patentes, poteſt impunè reſiſti.*

128 *Solutio facta exactori, qui oſtēdit librū, valida eſt, etiamſi ſoluens ſciat exactorem eſſe remouendum.*

129 *Inſtitores qualitèr ſint reuocādi, ad hoc vt ſolutiones ſint inualidæ; & affertur exemplum.*

130 *Qui ſoluit collectas pro alio habet repetitionem, etiamſi ſolutio fiat inuito debitore.*

131 *Ciuis nouitèr creatus non tenetur ad collectas antiquās.*

132 *Mutuans pecuniam Vniuerſitati, nō tamen eximitur a collectis.*

133 *Collectarum exactio minuenda eſt, ſi minuatur Territoriū Vniuerſitatis.*

134 *Nemo grauandus eſt vltra modum ſuæ ſubſtantiæ.*

135 *Collecta non debetur ab emptore, qui emit prædia a nobili, vel alio habente immunitatem.*

Limita concluſ. duobus modis. n. 136

137 *Vniuerſitates poſſunt variare modum collectandi ſuos ciues.*

138 *Vniuerſitas ſciens ſibi deberi decem a ſuo ciue, ſi exigat tantùm quinque per multos annos, non ſibi præiudicat.*

139 *Vniuerſitas oſtendens tres ſolutiones continuatas integras, facit præſumere ſolutiones præteritas.*

140 *Vniuerſitates ſoluentes fructus locorum montium in Vrbe debitis temporibus, non tenentur ſoluere mercedem, ſeu vt dicitur,* porto, *&* prouiſione, *exactoribus.*

141 *Statutum concedens immunitatem ciuibus, & famulis, alijsque illis inſeruientibus, an comprehendat operarios dietìm certa mercede conductos.*

142 *Quod ſit gratia frequentioris vſus, nō reſtringit diſpoſitionem, nec excludit alios caſus.*

143 *Lex non eſt impoſita verbis, ſed ſenſui, & rebus.*

144 *Famuli non ſunt grauandi functionibus, & collectis, licèt ſeorſim a domino habitent, quando domino ſeruiunt pacta mercede, & ſalario.*

145 *Conſuetudo collectandi ciues ab Vniuerſitate inducta, licèt in vna tantùm ſpecie obſeruata, habebit etiam locum in alijs cauſis occurrentibus.*

Hæc tamen concluſio habet contradictores, ſed concordantur opiniones. num. 146.

147 *Tempus ad diſtrahenda pignora capta pro collectis quodnam ſit.*

148 *Boues, & alia inſtrumenta aratoria an pro collectis pignorari poſſint; multi multa dicunt; & quid in Statu Eccleſiaſtico.*

149 *Colonus non poteſt ſpontè offerre exactoribus collectarum boues, & inſtrumenta aratoria; & quarè.*

Inſtru-

150 *Inſtrumenta aratoria quænam ſint; & contra executores volentes exequi ſuper iſtis inſtrumentis reſiſtere licet.*
151 *Arma, & inſtrumenta militaria, animalia, & equi militum capi non poſſunt ab exactoribus collectarum.*
152 *Prædia in exequutionem capta ob non ſolutionem collectarum quomodo diſtrahantur, & quæ requirantur.*
153 *Ciues poſſunt ſtatuere, vt nemo a publicis muneribus excuſetur, & quòd pro ipſis ſubeundis omnium ciuium poſſeſſiones ſint obligatæ.*
Quæ opinio reprobatur. poſt nu.154.
154 *Teſtator legans prædium Eccleſiæ poteſt imponere onus, vt ipſa quoque ſoluat collectas. Reprobatur hæc opinio. ibid. in fin.*
155 *Laici recipientes collectas ſpontè a clericis ſolutas an incidant in Cenſuras.*
156 *Conſanguinei clericorum ſi conueniant cum Vniuerſitatibus ſuper ſolutione collectarum pro ipſis clericis, vtrum ex hac conuentione lædatur immunitas Eccleſiaſtica.*
157 *Exactorum collectarum, & vectigalium temeritas quanta ſit, nemo ignorat.*
158 *Exactores per annum, vel ad ſummum per biennium retinendi ſunt; & quare.*
159 *Exactores ſi negligant recipere a ſoluere volentibus, debitores liberantur, & exactor in duplum condemnatur.*
160 *Exactorum caſtigatio non eò dirigenda eſt, vt contumacibus debitoribus ſecuritas præparetur.*
161 *Collectarum exactio negligenda non eſt, ne Princeps negocia publica remorari cogatur.*
162 *Contra exactores concedentes dilationes ad ſoluendum collectas loquitur Caſſiodorus, cuius verba referuntur.*
163 *Ad reprimendam exactorum audaciam adſunt Bandimenta Eminentiſsimi Card. Camerarij, quæ maiori parte deſumpta ſunt è corpore iuris.*
164 *Referuntur ea, quæ in Auth. de collat. in materia exactionum fiſcalium ſancita ſunt ab Imperatore.*
165 *Praxis exigendi onera fiſcalia deſumenda eſt ex l.1. & l. apparitores, C. de exactor. trib. lib.10.*
166 *Exactores collectarum tenentur ſcribere nomen ſoluentis, menſem, diem, quantum, & ex qua cauſa ſoluitur.*
167 *Pœna amputationis manus hodie exequitur contra delinquentes, quibus aliquod membrum eſt amputandum.*
168 *Exactores concedentes dilationem Vniuerſitati, non agunt via executiua, & cum repræſalijs pro ipſorum ſtipendijs ex decreto Sacræ Congregationis.*
169 *Exactores non exigentes integrum debitum, vel non capientes pignora æquiualentia, non debent habere ſtipendia ex decreto Sacræ Congregationis.*
170 *Grauamina illata ab exactoribus collectarum, & onerum Cameralium corrigenda ſunt, nedum ab Eminentiſſimo Card. Camerario; ſed etiam a Gubernatoribus Locorum, ex decreto Sacræ Congregationis, quod iuri communi concordat.*
171 *Exactor, vel executor contra legem, & præceptum exercens officium poteſt a Præſide Prouinciæ capi, & corrigi; & ſi delicti grauitas requirat, ad Præfectum Prætorio dirigi.*
172 *Exactoribus probibitum eſt, antequam ſuſceptam exactionem impleuerint, aliam ſuſcipere.*

§. XIV.

Gloſſ. 1.

Collectis.

CAP. XXXV.

1 COLLECTA nihil aliud eſt, quàm onus mixtũ impoſitum perſonis ratione rerũ, *Bald. in l. prædia, n. 3. verſ. ſed quare cum collecta, C. de fideicommiſ. Thob. Non. conſ. 45. num. 25. Rodobal. Parrin. tract. de gabell. par. 2 nu. 193. Alciat. in l. munus, 18. in verb. alter onus, ff. de verb. ſignif. Theſaur. deciſ. 116. coloni, num. 3.* & ideo diuiditur, & exigitur, nulla facta differentia pauperum, & diuitum, habita ſolùm ratione bonorum poſſeſſorum, vt notat *gloſſ. in l. 1. in verb. inopes, C. de apoc. pub. lib. 10. & ibi Io. de Platea num. 2. & alij relati a P. Gregor.* Ss Tho-

Tholoſ.in ſyntag.iur.vniuer.lib.3. par.1 cap.7.num.2. qui in verſ. vnde cedendo,
2 ſubdit 1 cedens bonis non poterit in po-
ſterum cogi ad ſoluendũ collectas, quia
amplius non poſſidet, & re deſtructa,
ius, quod erat in ea, extinguitur, *l. for-
ma ſenſuali, §.1. ff. de cenſib. Matt. Brun.
tract. de ceſſ. bonor. quæſt. 9. in 4. quæſt.
prin. num. 7. verſ. quod cedens bonis*: quæ
tamen concluſio procedit, quando ceſ-
ſio bonorum fiat cauſa, vel contempla-
tione creditorum; nam ſi fiat ad effectũ
eximendi ſe a ſolutione collectarum,
tunc non valet ceſsio, & cedens nihilo-
minus cogendus eſt ad ſoluendum col-
lectas, *text. in l. propter honorem, & ibi
Bald. Salic. & alij, C. qui bon. ced. poſſ.
Matth. Brun. d. tract. loco cit. num. 1. &*
3 *ſeq.* qui etiam docet, quando debitor
fiſci bonis cedere poſsit,

At ſi fundus, vel ager caſmate, vel alia
4 cauſa pereat, tunc releuandus eſt domi-
nus a cenſu, ſeu collecta, *d. l. forma, §.1,
ff. de cenſib. ibi, & ſi agri portio caſma-
te perierit, debebit per cenſitorem releua-
ri*: ex quibus verbis colligimus, collectas
5 eſſe partiendas iuxta deſcriptionem
bonorum factã in publicis tabulis, quas
nos, *cataſtum* appellamus, ſeu, *æſtimum*,
ſeu, *allibratum*, iuxta qualitatem, &
quantitatem patrimonij; *ad tex. in l. om-
nes prouinciarum, 11. C. de oper. publ. ibi*
[*vt adſcriptio* currat pro viribus ſingu-
lorum, deinde adſcribantur pro æſtima-
tione operis futuri territoria ciuium,
nec plus poſcatur aliquid, quàm neceſ-
ſitas imperauerit, neuè minus, ne inſtans
impediatur effectus, *&c.*] Et ne inferio-
res a potentioribus grauentur in hoc &
impreſsiones tollantur, habes *Impp. sã-
ctionem in l. 1. in princ. C. de apoch. pub.*
6 *lib.* 10. ne ſcilicet prius exigantur colle-
ctæ a Decurionibus Ciuitatum impoſi-
tæ, quàm apud acta Prouinciarum Re-
ctoribus intimentur, & ex eorum fue-
rint receptæ ſententijs; ad quem textum
videndi ſunt *Io. de Plat. num. 2. in ſecun-
do ſenſu, Luc. de Penn. in princ. verſ. ideo
mandat Imp.* & magis ad rem in Eccle-
ſiaſtica Ditione habemus *Aegidianam
Conſtit. lib. 2. cap. 36. verſ. nos præfatis*, vbi
hæc leguntur. [*Quandocumque* in ali-
qua Ciuitate, vel Terra, ſeu Comitatu
aliqua tallea, collecta, vel præſtantia ex
quacumque ratione, occaſione, vel cau-
ſa fuerit imponenda, vocetur Conſilium
Terræ ſpeciale, vel generale, ſecundùm
Terrarum ſtatuta, prout a vigintiquin-
que annis vltra fuerat cõſuetum: in quo
Cõſilio onus, ſeu negocium, quod emi-
net, & verum etiam illud onus, ſeu ne-
gocium proſequi, & executioni mãdari
expediat, & quanta pecunia ad illius ex-
peditionem, ſeu executionem ſufficiat,
exponatur: & ſi habito diligenti tracta-
tu duæ partes illorum, qui ſecundùm
prædicta ſtatuta antiqua ad Conſilium
vocabantur, conſenſerint, & conſenſu
eorum cognito, & præſtito iuramento
ad buſſulas, & palluttas, quòd collectæ,
& præſtantiæ vſque ad talem quantitatẽ
indici expediat, & imponi debeat: &
tunc vſque ad illam quãtitatem tantùm
& non vltra collectæ, vel præſtantiæ in-
dici valeant, & imponi pro quantitate
fructuum, quos quiſque perceperit *vn-
decumque*.] Ex quibus ſatis conſtat, non
7 poſſe ab Vniuerſitatibus imponi, nec e-
xigi collectas, niſi conuocato Conſilio,
& maioris partis accedente conſenſu:
ſed numquid Cõſilium abſque ſuperio-
ris auctoritate poſsit collectas impone-
re? negatiuè reſpondeas, *vt in l. 1. & 2.
& toto tit. C. vectig. nou. inſtit. non poſſ. &
ibi Scriben.* & imponentes noua pe-
8 dagia, collectas, ſeu gabellas Cenſuris
Eccleſiaſticis innodari, ſancitum eſt in
*Bulla Cœnæ Domini, & eſt Greg. XIII.
Conſt. 81. Bullar. nou. tom. 2. pag. 464. &*
9 *Pauli V. conſt. 63. tom. 3. pag.* 251. Limi-
tatur tamen concluſio, ſi magna adeſſet
neceſsitas, quæ nullam pateretur dila-
tionem, itaut quælibet modica dilatio
maximum poſſet afferre præiudicium
rebus publicis; puta ſi palatium, pons,
molendinum, & ſimilia minentur ruinã;
hoc enim caſu ſine alia licentia Superio-
ris indici, & exigi poterit collecta; *Bart.
in l. vnic. num. 24. C. de mulier. & in quo
loc. lib. 10. & alij relati a Maſtrill. de ma-
giſt. lib. 3. cap. 4. num. 446. Felin. in c. qua-
relam, num. 11. de iureiur.* Declaratur
tamen hæc limitatio, quòd Vniuerſita-
tes teneantur nihilominus certiorare
Principem de vrgentia, & neceſsitate,
qua fuerunt impulſæ ad imponendum
collectas, ad hoc vt ratum habeat, &
confirmet, quod geſtum eſt, *l. placet, C.
de excuſat. muner. lib. 10. ibi, ſed ſiquid
vrgere forſitan cœperit, referri ad celſi-
tudinem tuam ſtatuimus, vt auctore te
fieri, & eo perſoluto referri ad ſcientiam
noſtram, vt nobis iubentibus roboretur:
And. de Barul. Io. de Plat. & alij in dicta
l. placet, Thomat. de collect. §. ſanè ſi nego-
cium, num. 32. in fin. & num. 33. in princ.
Ripa in l. ſi ſe non obtulit, num. 28. ff. de
re iudic. & nos diximus ſupra §. 11.
gloſſ.*

gloſſ.2.tex. 1. num. 17. & ſeq.

10 Vbi verò collecta pro certa cauſa indicta, & exacta fuerit, non poterit in alium vſum pręter impetratum a Principe, vel Conſilio conuerti, & erogari, *l.* 1.2.& 3.C.*de ijs,quæ ex pub.collat.lib.*10. *& ſignantèr l.3.* vbi habetur; [*ſciant iudices* nihil ſibi ex priuatæ rei canone,vel ex eo, quod ex ijſdem titulis exegerint, ad neceſſitates alias transferre licere,niſi malint grauiſſima ſeueritate ſuam licentiam *coerceri*;] & idem ferè legitur *in Auth.de collator.§.Ciuitatum verò;& in Aegid.Conſtit.lib.2.cap.37.*hæc habes. [*Item quia* Reipublicæ intereſt locupletes habere ſubiectos, & ſicut rationi cógruit, vt quod omnes tangit, ab omnibus approbetur, ac a ratione, & æquitare multùm oberrat, quòd alij colligentes, quæ non meſſuerunt, de bonis eſurientium ſine eorum conſcientia ſaturentur; quòd tamen euenire contingit, quando bona Vniuerſitatum, vel etiam ſingularum perſonarum, quæ ex collectis, præſtantijs, gabellis, & datijs, & alijs obuentionibus colliguntur, directè, vel indirectè veniunt ad alios, qui tanquam tauri inter vaccas, ex prærogatiua potentiæ, vel impreſſione tyrannidis exiſtentes,bona huiuſmodi ſuis vſibus vẽdicant, applicant, & vſurpant. Nos contra tales inconuenientias, & inſolentias (quantum nobis eſt poſſibile) prouidere volẽtes eadem auctoritate ſtatuimus, & ordinamus, quòd nulli cuiuſcumque cõditionis exiſtant,bona aliqua mobilia, vel immobilia,vel pecunias, quæ ex datijs,collectis,pręſtantijs,vel gabellis, ſeu quibuſuis alijs obuẽtionibus,introitibus Vniuerſitatum,vel Cõmunitatũ quarumcumq; habebuntur,recipientur,vel quomodolibet redigentur, accipere per ſe, vel alios directè, vel indirectè valeant, vel ſuis vſibus quomodolibet applicare, niſi a tota Communitate, vel Vniuerſitate, non tantùm per modum Conſilij ſpecialis, vel generalis, ſed etiam per modũ Parlamenti generalis talibus conceſſum fuerit; quòd bona, vel pecunias huiuſmodi poſſent ſuis vſibus applicari: alioquin accipientes, vel ſibi appropriãtes prædicta bona contra huiuſmodi cõſtitutionis formã, continentiam, ſeu tenorem, vltra prædictam excommunicationis pœnam, eò ipſo perdant omnia bona ſua, Fiſco S.Romanæ Eccleſiæ applicanda; & conſentientes, & dantes huiuſmodi occupationis operam,opem, conſilium, vel fauorem,vltra prædictam pœnam excommunicationis ipſo facto quingentis florenis auri applicãdis pręfatæ S.Eccleſiæ *feriantur, &c.*]

Pœna autem de iure ciuili cõtra præmiſſa delicta perpatrantes inflicta, colligitur *ex Io.de Plat. in d. l.placet, num.1. verſ.ſecundo nota,*C.*de excuſ.muner. lib.* 10. *qui ait eſſe ciuilem, & criminalem*; & ſi quis perſeueret in hac mala conſuetudine, poſſe etiam capitalitèr puniri, *per text.*qui hoc dicit expreſsè *in l.vnic. C.de ſuperexactor.lib.*10.

Quod autem dicitur *in d.Aegid.Conſtit.* nulli licere huiuſmodi emolumenta collectarum ſibi applicare,niſi fuerit hoc a generali Conſilio conceſſum, &c. notandum eſt, hodie non poſſe huiuſmodi conceſſiones, ſeu donationes fieri, per ea, quæ diſponuntur *in hac Bulla Boni Regim.§.14.vt latius dicetur infr.ſuo loc.*

Et quoniam collectarum indictio, & exactio quandoque fit pro debitis proprijs Vniuerſitatum, vt ſoluantur ſtipendia Officialium, & inſeruientium, vt reficiantur publica ædificia, vel quid ſimile, quæ dici ſolent onera Communitatiua; quandoque verò pro ſoluendis oneribus fiſcalibus, quæ pertinẽt ad ſingulos de Vniuerſitate, & dicuntur munera patrimonialia, quia ſingularibus pro ratione bonorum a Principe ſunt impoſita, vt dictum eſt ſupra in princip. licèt hodie ex conuentione Camera Apoſtolica agat, & conueniat ipſas Vniuerſitates,reſeruata eiſdem actione agẽdi contra ſuos ciues, & incolas, vt diximus *ſupra §.3.gloſſ.1. verbo Communitatum,n.22.& ſeq.Cherub.iun.ad Conſt. 20.Pauli IV.ſchol.2.Thob.Non.conſ.45 num.30.*

Quæſitum eſt igitur,ſi Vniuerſitas co-
11 gatur ſoluere debitum Communitatiuũ, quid agere debeat? pro ſolutione recurrendum videtur *ad Frã.Marc.quæſt. 489. quæritur, an maior pars, num. 5. part.1. & quæſt. 803. quæritur de modo faciendi executionem*; ſed iuxta parnam impreſſionem eſt *quæſt.*805.vbi dicitur; quando Vniuerſitas non habet burſam communem, vnde poſſit ſatisfacere,tũc compelluntur Conſules, ſeu Communitas ad imponendum collectam, *vt in d. quæſt.num.5.& 6.gloſſ. in l.1.§. quòd ſi nemo,in verb.Proconſul,ff. quod cuiuſque Vniuer.nom. quam ſequuntur Bart. Bald.Ang.Caſtren.& alij relati a Marco d.quæſt.489.num.5.& quæſt.803.n.2. Guid Pap.quæſt.87.ſi Villa,num.1.*

12 An autem ad ſolutionem huiuſmodi

collectæ cogi poſsint clerici, & perſonæ Eccleſiaſticæ? dicas, quò ſi collecta imponatur pro re, ſeu negocio, ex quo Clerici commoditatem, & vtilitatem capiunt, vt eſt pro ſoluendo ſalario medici, ludimagiſtri, Concionatoris, & ſimilium, affirmatiuè reſpondeas cum declarationibus, de quibus *ſupra cap. 28. num.* 77. vt in terminis de medico ſcribit *Caſtren. conſ.* 425. *num.* 2. *verſ. breuitèr aduertendum, part.* 2. *Natt. conſ.* 311. *n.* 4. *verſ. concludit etiam, Cauale. deciſ.* 44. *nu.* 100. *verſ. niſi hæc onera, lib.* 1. *Bellett. diſquiſ. cleric. tit. de imm. cler.* §. 6. *num.* 6. *Marchin. de bello Duin. part.* 4. *cap.* 4. *nu.* 23. *& alij relati a Craſſo de effect. cleric. effect.* 3 *num.* 251. *limit.* 6.

13 Non obſtant *c. non minus, & c. aduerſus, de immun. Eccleſ.* vbi legitur, tunc eſſe collectandos Clericos, quando laicorum facultates non ſuppetunt; quia hæc concluſio procedit, quando laici volunt grauare Clericos pro neceſsitatibus ipſorum laicorum tantùm, ſed ſi pro communi vtilitate, & periculo euitando, non videtur neceſſaria talis diſcuſsio facultatum laicorum; ita *Anchar. in c.* 1. *nu.* 5. *verſ. quia intelligo, de immun. Eccleſ. in* 6. *& repetit in d. c. non minus, num.* 8. *verſ. non obſt. & in c. aduerſus, n.* 2. *eodem tit. de immun. Eccleſ.* vt diximus *aliàs*, & modò repetimus, ſubijciendo hæc, & alia, quæ ſcripſimus in hac materia collectandi Clericos, *deciſionib. & determinationibus Sacræ Congregationis Immunitatis, ac etiam deciſionibus Sacræ Rotæ Romanæ, videlicet Brunduſina gabellæ coram Penia, & Alben. coram Merlino.*

14 Si verò Vniuerſitas ſoluere cogatur ex prædicta conuentione inita cum Camera onera fiſcalia, ſeu Cameralia, quod eſt debitum ſingulorum, non autem Vniuerſitatis, tunc non ex burſa communi, aut ex marſupio, ſeu ærario Vniuerſitatis facienda erit ſolutio, ſed imponenda, & exigenda erit collecta ab ipſis ciuibus, & perſonis ſingularibus; *Auend. g. de exeq. mand. part.* 2. *cap.* 10. *nu.* 22. *verſ. ſecundò infero.*

Sed hic opportunè quæritur de modo, & forma imponendi, & exigendi talem collectam a ciuibus, & perſonis ſingularibus; & in hoc puto inſpiciendam eſſe qualitatem oneris, quod in triplici differentia verſatur; aliud enim eſt, quod ſolas perſonas reſpicit, & hoc dicitur perſonale; aliud ſolas res, & bona, & dicitur reale; tertium, quod imponitur perſonis propter bona, & hoc dicitur mixtum, *l. reſcripto, §. ſciendum, ff. de muner. & honor. Bart. in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco: Thob. Non. conſ.* 45. *nu.* 32. *Petr. de Vbald. de collect. nu.* 65. *quæſt.* 25.

Ad cognoſcendum autem, an onus
15 dicatur reale, vel perſonale, vel mixtũ, recurrendum eſt ad primam cauſam, ex qua impoſitum fuit; quæ ſi reſpiciat patrimonium, reale, vel patrimoniale dicitur; ſi perſonas, perſonale; ſi rem, & perſonam ſimul, erit mixtum, prout notantèr declarat *Bald. in l. etiam, num.* 17. *C. de execut rei iud. Bart. in l.* 1. *§. actor, num.* 1. *& ſeq. ff. de re iud. Marc. quæſt.* 803. *num.* 4. *part.* 1. Sed exemplis res fiet clarior. Si Princeps imponat talliam, quia vult a Ciuitatibus ſuæ ditionis certam annuam ſummam, tunc dicit *Bald. in d. l. etiam, num.* 17. *verſ. vel eſt ipſi Ciuitati*, quòd iuſta deſcriptio eſt per æs, & libram, nam quidam ſunt, qui habent res immobiles æſtimaras in æſtimo cõmunis, vt notatur *in l. incola, ff. ad municip* quidam ſunt, qui habent æs, & non æſtimum, vt fœneratores, nummularij, mercatores; & alij ſunt, qui habent vtrumque, & ideo deſcriptio, ſeu taxatio facienda erit proportionabilitèr iuxta vires, & facultates vniuſcuiuſque; & hoc erit onus reale, quia tangit rem: vnde pauperes, qui nihil poſsident, & dietim laborant pro victu quærendo, nihil ſoluunt; vt dicit *Bald. ibi*: & pro rata iſtos tangente, quæ deficit, fit noua diuiſio, ſeu æſtimatio inter poſſidentes; *Petr. de Vbal. de collect. num.* 15. *& ſeqq.*

Secundum exemplum erit, ſi Princeps mandat, quòd pro quolibet fumante mittatur homo ad bellum, hoc erit onus merè perſonale, & ſi pro redimendo ta-
16 li onere imponenda erit collecta, hæc partiẽda eſt per capita, quia origo huius oneris eſt capitalis; ita *Bald. loco citato, num.* 18. *& ſupra num.* 17. *verſ. ſed intelligitur*, docet, qualitèr exigenda erit talis collecta per capita, nempe a capite familiæ, vel fumantis, quia in vna domo non debent eſſe plura onera, & liberi congruentius exonerant patrem, quàm debeant aggrauare; ita *Bald. ibi*; cuius tamen dictum non eſt ſemper verum, nam ſi imponatur collecta ſuper frumẽto, itaut pro quolibet rubro frumenti molendi ſoluatur ſcutum vnum pro qualibet libra carnis minutatim vendenda vltra pretiũ ſoluantur quatreni duo, pro libra ſalis bononeni duo, denique ſuper qualibet re, quæ ad victum, & veſtitum

ſtitum hominis pertinet, hæc collecta,
ſeu rabella dicitur per capita, ſeu per
buccas, vt ſcribit *Anton. Rub. conſ. 21. col.
2. relatus a Bellon. conſ. 12. num. 9. Thob.
Non. conſ. 45. num. 31.* & tamen filij non
exonerant patrem, quia omnes, quot-
quot ſunt in familia, & comedunt, ſol-
uunt collectam, ſeu talleam: quamobrē
exiſtimo, opinionem Baldi procedere,
quando collecta eſſet impoſita per fa-
milias, ſeu per fumantes, quia tunc con-
ſideratur ſola perſona patris familias;
vt declarat *Petr. de Vbald. in tit. de col-*
17 *lect. num.* 20. dicens, quòd omnes habi-
tantes in vna familia habentur pro vno.
Et capitationem eſſe nomen ordinarij
tributi, quod pro vnoquoque animalis
capite ſoluebatur, docet *Alciat. in l. ſa-
croſancta Theſſalon, C. de ſacroſanct. Ec-
cleſ.* Sed & per capita hominum quoque
fuiſſe hoc onus partitum, apparet *in
l. vnic. C. de capitat. ciuium cenſib. eximen.
lib.* 11. vbi plebs vrbana, ideſt ciues Ro-
18 mani, vt exponit *ibi Bart. & alij*, habi-
tantes in Vrbe effugiunt capitationem;
*& in C. Theodoſiano de cenſu, & adſcri-
bition. l.* 4. eximuntur a capitatione vir-
gines, viduę, & pupilli vſque ad vigeſi-
mum annum.

Tertium exemplum de onere mixto
(licèt multa adduci poſſent) vnū tamen
ex Petro de Vbald. tract. de collect. nu. 79.
31. *& vlt. quæſt* referamus; ſi imponen-
da ſit collecta pro conſtruenda de no-
uo, vel reficienda campana, hæc dicitur
mixta, quia reſpicit ſalutem animæ, ſi-
cut eſt audire Diuina Officia, percipere
Eccleſiaſtica Sacramenta, & mortuorum
ſepultura, quæ omnia ad perſonas ſingu-
lares referuntur, *c. intereſt, de off. ordin.
c. ſi ſententia, §. cum verò, de ſent. excom.
in 6.* Sed congregare Vniuerſitatem per
ſonum campanæ, item ſi pulſetur, ne
Caſtrum occupetur ab hoſtibus, reſpicit
Vniuerſitatem, & conſeruationem fa-
cultatum; & ideo dicitur onus mixtum,
& quòd collecta ſit imponenda per ſo-
lidum, & libram, perſonis ſcilicet pro re-
bus, vt ibi per *eundem D. Petr. de Vbal.*
& quòd in dubio collecta dicatur onus
mixtum; *l. reſcripto, §. ſciendum, ff. de
muner. & honor.*

19 Sed ex ijs, quæ infra dicentur, melius
hæc omnia patebunt; & primò notandū
erit in impoſitione collectarum tria eſſe
conſideranda, & attendenda, nempe
vires corporum, animi, & facultatum;
vt docet *Lucas de Penn. in l. hac proui-
dentiſſima, num. 15. & ſeq. C. de quib. mu-
ner. nem. lice. ſe excuſ. lib.* 10.

Circa vires corporum cōſiderandum
eſt, quòd opera vnius ſæpe quantum
pecunia valet, *l. ſocietas contrahitur, 5.
§. 1. l. ſi non fuerit, 29. l. ſi ſocietatem, 74.
ff. pro ſocio*; & ideo ſi quis conſideratus
abſolutè iuxta facultates, quas poſſidet,
dici poſſit diues, attamen ſi ſit corpore
infirmus, itaut omnes eius facultates
cogatur erogare in infirmitate pro ſui
corporis ſubſtentatione, vel erit eximē-
dus in totum a collecta, vel ſaltem le-
uiandus, *arg. l. 1. C. qui morbo ſe excuſ.* &
idem videtur dicendum in ſene ſeptua-
genario, *l. vnic. C. qui ætate ſe excuſant*,
20 quia ſenectus morbus eſt, & non eſt ad-
denda afflictio afflictis, *Auth. nauigia,
C. de furt. c. 1. de cler. ægrot.* ita in termi-
nis ſcribit *Petr. de Vbald. tract. de collect.
num 32. in addit. vide Bald. Luc. de
Penna loco cit. num. 16. & num. 17. verſ.
ſed contra, bonus text. in c. quod ſuper, §.
nos autem, de voto.*

Secundò conſiderandæ ſunt vires a-
21 nimi, ſi aliquid ex induſtria lucretur:
perſonalia enim munera dicuntur, quæ
animi prouiſione, & corporalis laboris
intentione, ſine aliquo generis pecunia-
rio detrimento perpetrantur, *l. fin. poſt
princ. ff. de muner. & honor.* poteſt enim
eſſe quis corpore debilis, & cōſilio pol-
lens, puta ſi ſit bonus Architector, & ex
viribus animi, & intellectus lucretur;
collectandus erit, & æſtimandum, quod
ex induſtria lucratur; quod procedit in
alijs quoque artificibus nihil poſſiden-
tibus, nam iſti non poſſunt propriè vo-
cari pauperes; vt *in d. c. quod ſuper, §. nos
autem, de voto, Luc. de Penn. d. l. hac pro-
uidentiſſima, num. 18. & Eccleſ. cap. 30.
verſ. melior eſt pauper ſanus, & fortis vi-*
22 *ribus, quàm diues imbecillis flagellatus
malitia*; in deſcriptione tamen huiuſce-
modi artificum, & pauperum penſandū
eſt, vt eis neceſſaria pro congrua ſuſten-
tatione reſeruentur, *ita Petrus de Vbal.
loco cit. verſ. idem procedit in artificibus;
Lucas de Penn. d. l. hac prouidentiſſima,
num. 17. & vide etiam Thomat. de collect.
§. expoſuimus, n. 4.* vbi agit de pecunia,
quæ non ſit redacta in peculium.

Tertiò conſiderandæ ſunt vires facul-
23 tatum, vt pro modo ipſarum, & ſubſtan-
tiæ deſcriptio fiat, & collecta imponа-
tur; & hæc deſcriptio facultatum apud
Doctores noſtros dicitur æſtimum, vt
notat *Feſtaſ. de collect. par. 1. cap. 1. nu. 2.
& alibi*; apud Peruſinos, & Vrbeueta-
nos Cataſtrum; *Bald. in l. placet, nu. 16.*

C. de

C. *de ſacroſ. Eccleſ.* quod iuſſu Principis
ab æſtimatoribus conficitur, quandoque
etiam iuſſu Communitatum, & Vniuer-
ſitatum; *Crauett. conſ.* 195. *num.* 2. *verſ.*
itaque ſi pro neceſſitate; vbi ait, poſſe etiã
vrgere ciues, & ſubditos ad profiten-
dum, ſeu denunciandum eorum bona,
vt intelligatur, quantum ſit ęs, & patri-
monium cuiuſque, *l.* 10. *ſuſceptores præ-*
ſentibus, vbi Bart. Lucas de Penn. & alij
C. de ſuſceptor. & archar. lib. 10. *l. per Bi-*
thiniam, C. de immun. nem. conced. eodem
lib. 10. & hæc denunciatio, & deſcriptio
facienda eſt, citando nomina, loca, quã-
titatem, & fines, vt plenius habetur *in l.*
forma, ff. de cenſib. Feſt. aſ. de collect. dicta
par. 1. *cap.* 2. *num.* 14. *Guid. pap. quæſt.* 87.
ſi villa, num. 5. qui tamen concludit, at-
tendendã eſſe conſuetudinem locorum,
quia hæc vim legis obtinet; *Bart. in trac.*
24 *de teſtib. in verb. œconomia, num.* 81. &
multùm operatur in collectis imponen-
dis, itaut licèt forenſis de iure non poſ-
ſit collectari, de conſuctudine tamen
totius Italiæ collectatur; *Alex. conſil.* 7.
num. 1. *lib.* 1. & *conſ.* 68. *num.* 10. *lib.* 2. &
dicemus infra latius. Ideo quibuſdam
in locis collecta partitur per æs, & librã
iuxta tenorem æſtimi, ſeu cataſti, pro
quantitate, & rata ipſius cataſti, vt eſt
Peruſij, & in Vrbe veteri; *Petr. de Vbald.*
tract. de collect. num. 15. In alijs locis, in
quibus non eſt cataſtum, vt Florentiæ
æſtimantur facultates ciuium non ſolùm
immobiles, ſed etiam mobiles, vel etiam
pecunia, quam mercatur fœnerator, *arg.*
l. libertorum, §. fin. ff. ad municip. Petr.
de Vbald. loco cit. num. 16. In alijs locis
deſcribuntur fructus, qui ex prædijs col-
liguntur, vt eſt Spoleti, & ad illorum
ratã exigitur collecta, quæ videtur ma-
gis æqua, & euitatur incommodum de-
trahendi ab æſtimo poſſeſſiones ſteriles,
quæ non afferunt vtilitatẽ, ſeu fructum;
Bald. in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſan.
Eccleſ. Felic. de Rubeis in addit. ad Petr.
de Vbald. d. tract. de collect. num. 17.

Quibuſdam verò in locis neque adeſt
25 æſtimum, ſeu cataſtum, nec deſcribuntur
fructus, nec collectatur pecunia merca-
torum; ſed quia ciues conceſſerunt ſuis
Ciuitatibus ius paſcendi in proprijs bo-
nis, cum onere, vt ipſæ Ciuitates ſoluãt
Principi, vel alijs Miniſtris, & Officiali-
bus collectas, ſalaria, & ſtipendia, vt eſt
in Ciuitate Viterbij, & ferè in omnibus
locis Prouinciæ Patrimonij, tunc prædi-
ctę Communitates in vim conuentionis
vendunt paſcua, & ex pecunia inde re-
tracta ſoluunt onera Cameralia, & Cõ-
munitatiua. Et hæc conuentio videtur
multùm æqua, per ea, quæ ſcribit *D. Ar-*
char. conſ. 203. *hoc ſtatutum, num.* 3. &
26 *ſeq.* dum firmat, poſſe ciues per ſtatutum
diſponere, vt eorum bona ſint ſemper
hipothecata pro collectis; ſequitur *Tho-*
mat. tract. de munerib. §. ſubijciuntur,
num. 14.

Et cum in contingentia facti habuiſſe
pro Ciuitate Viterbienſi, quæ pro ſuis
indigentijs auxerat partitionem, ſeu tal-
leam per capita animalium, quæ paſcuis
illius territorij vti volebant, recuſabant
propterea Clerici, & Eccleſiaſtici ſolue-
re huiuſmodi augumentum, ſub præte-
xtu quòd eſſet noua collecta, ſeu impo-
ſitio, quamobrem re in Congregatione
Boni Regiminis diſcuſſa fuit dictum
27 Clericos, & Perſonas Eccleſiaſticas te-
neri ad huiuſmodi augumentum, quia
hoc pretium eſt herbarum, non taxa, ſeu
collecta, & res tanti valet, quanti vendi
poteſt, *Bart. in l.* 3. *C. de præd. naucul. lib.*
11. & ita fuit ſcriptum Vicario generali
Curiæ Epiſcopalis in hæc verba. [*Eſſen-*
do coteſta Communità di Viterbo pa-
drona del ius paſcendi in tutto il ſuo
territorio, non deuano gli Eccleſiaſtici
ricuſar di pagare l'aggiunta fatta nuoua-
mente all'impoſta del beſtiame; perche
queſta non è gabella, ma *prezzo del pa-*
ſcolo. Douerà però ella aſtringerli a
concorrerui, che così è mente di N. S.
con il quale ſi è partecipato queſto ne-
gotio. E Dio la conſerui. Li 11. Luglio
1635.

Al piacer ſuo

Il Card. Barberino.

Giulio Donati Segretario.

Hæc tamen ſuperius dicta intelligenda
ſunt detracta rata prædiorum ad Eccle-
ſiaſticas perſonas ſpectantium, in quibus
non poterat Communitas laicalis ven-
dere ius paſcendi, vt aliàs audio fuiſſe
decisum ab eadem Sacra Congregatio-
ne pro Communitate Montis Faliſci.

Et hoc magis procederet, quando ex
huiuſmodi augumento reportarent cõ-
modum etiam Eccleſiaſtici: per ea, quæ
ſcribit *Caſtren in conſ.* 423. *ex puncto,*
n. 2. *verſ. breuitèr aduertendum*; puta ſi
conuerteretur pro ſalario Cuſtodis vi-
nearum, & poſſeſſionum communium
clericorum, & laicorum ſimul; aut etiam
animalium, & quid ſimile.

28 Et amplia dictum, poſſe ſcilicet Vni-
uerſitates cogere ſuos ciues habentes
animalia ad emẽdum huiuſmodi paſcua

pro

pro iuſto pretio, ad effectum ſoluendi onera Cameralia, prout ego obtinui ab eadem Sacra Congregatione Boni Regiminis pro Communitate Tuſcanellæ, vt in ſequentibus literis. [*Mentre non ſi*
troui perſona, che pigli in affitto, ò compri i paſcoli di coteſta Communità, ordinarete, che ſe ne faccia ripartimento tra quelli, che hanno il beſtiame, con tal proportione, che ſe ne caui il denaro ſolito: e poi ſecondo il repartimento fatto, aſtringerete ciaſcuno à pagar la ſua rata, che così hà riſoluto la Sacra Congregatione: e Dio vi guardi. Di Roma li 22. Giugno 1635.

Voſtro Amoreuole

Il Card. Barberino:

Giulio Donati Segretario.

Quæ quidem reſolutio nedum iuridica, ſed etiam ſatis æqua videtur: iuridica, quia, vt diximus ſupra *in gloſſ. prox. præced.* Ciuitas poteſt cogere ciues ſuos ad emendum loca montium, vt ex pecunijs inde redactis ſuis neceſſitatibus occurrat, *ex doctrina Corradi tract. de contract. tract. 2. quæſt. 44. in prima conc. Abb. c. in Ciuitate, nu. 8. de vſur. Vgolin. de vſur. cap. 53. nu. 1.* æqua verò eſt, quia ſicut Vniuerſitas tenetur in venditione paſcuorum præferre ſuos ciues, & excludere extraneos, quando paſcua non ſufficiunt pro ciuibus, & terrigenis, vt deciſum habes apud *Afflict. deciſ. 290. quidam Baro, num. 8. Surd. deciſ. 236. nu. 20. & in tract de alim. tit. 7. quæſt. 8. num. 6. Hieron. de Monte tract. de finib. cap. 6. nu. 13.* pari ratione ſuadet æquitas, vt Vniuerſitas cogat ciues, & terrigenas ad emendum paſcua, quando non habeat alios emptores, ad hoc vt poſſit ſuis neceſſitatibus, imò ſuorum ciuium conſulere; & ſi in vno grauatur, nempe in prælatione ciuium, debet in alio releuari, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. §. de illa, verſ. quod tamen, inſtit. de ſociet.*

29 In ipſa verò collectarum impoſitione per ſolidum, & libram inſpicitur locus, vbi bona ſita ſunt, quàmuis dominus illius non ſit ciuis, nec incola, *ad textum in l. fin. §. huiuſcemodi igitur, ff. de muner. & honor. ibi: huiuſcemodi igitur obſequia, & ij qui neque municipes, neque incolæ ſunt, agnoſcere coguntur.* Et ſi dicatur, hæc verba importare onus merè reale, quod exigitur a prædijs tributarijs, non autem collectas, quæ regulariter important onus impoſitum rebus contemplatione perſonæ, vt diximus ſupra, recurrendum eſt *ad Bart. & alios adductos a Purpurat. in conſ. 489. num. 5 & 6.* qui ait, ex generali conſuetudine

30 introductum eſſe, vt quis collectam ſoluat, vbi bona poſſidet, alias res, & fructus ſibi auferentur: & facit *Feſtaſ. in tract. de collect. part. 1. num. 23. verſ. contrarium videtur Bart.* licèt non figat pedem, ſed refert opiniones pro vtraque parte: In Eccleſiaſtica tamen Ditione res caret omni difficultate; primò, quia ita ſancitum habes *in Conſtit. March. lib. 2. cap. 37 in fine*, ibi. [*Vlterius nos* R. Pius ad lites dirimendas ſtatuimus, quòd quotieſcũque contigerit dubitari in quo loco debeant ſolui datia, & collectæ pro bonis immobilibus, vel fieri alias ſolutiones ratione bonorum immobilium, quòd præfatæ ſolutiones fiant Terris, Ciuitatibus, Caſtris, Villis, & Locis, in quorum cõfinibus, territorijs, ſeu pertinentijs bona illa ſituata ſunt, & non alibi, nec alio loco, *&c.*] *vbi Caballin. in verb. ſolutiones,* notat, ex hac Sanctione ſublatam eſſe quæſtionem, an forenſis collectari poſſit, qua de re *tetigimus ſupra, & dicemus infra latius.* Et ne dubitetur, hanc ſcilicet Conſtitutionem Carpenſem habere tantùm locum in Prouincia Piceni, ſeu Marchiæ, vbi Card. Pius de Carpo erat Legatus, quia vltra illam iuriſdictionem non habet, neque poteſt contra iuris communis formam aliquid facere, *Hoſtien. & alij relati a Thob. Non. in conſ. 88. conſideratis ijs, nu. 18.* habemus in hoc Pontificiam quoque Cõſtitutionem fel. rec. Pauli V. itaut nõ ſit amplius hæſitandum: Conſtitutio autem edita fuit die 7. Octobris 1611. Pontif. 7. *& legitur materno ſermone impreſſa in noſtro libro pag. 12.* Quæ vt omnibus innoteſceret, Sacra Congregatio Boni Regiminis ſequentes literas Gubernatoribus & Officialibus Ciuitatum, & Locorum dedit. [*Riceuerà V. S.* con queſta vna copia del Breue, che hà ſpedito N.S. in cõformità del decreto, che hà fatto più volte la Congregatione de' Sgrauij circa il pagare i peſi reali nel luogo, doue ſono ſituati li beni, e ſarà contenta di farlo publicare, & eſeguire per tutta coteſta giuriſditione, con mandar quà fede della publicatione: e Dio la conſerui. Roma li 27. Febraro 1613.

Di V.S.

Come Fratello

Il Card. Borgheſe.

Et quàmuis contrarium videatur velle *Thob. Non. in conſ. 45. in primo dubio,* dum nititur defendere homines Caſtri

Scia-

Sciagini poſſidentes in territorio Caſtri S. Antoliæ, ne ſcilicet cogantur ſoluere collectas dicto Caſtro S. Antoliæ; attamen vel hoc dixit, antequam emanaret hoc Pauli V. Breue, vel quia inter has duas Commnnitares aderat certa, & antiqua conuentio, ſeu tranſactio, de anno ſcilicet 1560. *vt ibi per eum num. 7. verſ. ſecundò, & vltimò moueor*; neque contradicit, quòd forenſis ex conſuetudine totius Italiæ poteſt collectari in loco, vbi poſſidet bona; *vt num. 1. & alijs ſeqq.* licèt non figat pedem, *vt in num. 7.* dum refert opinionem Bertachini, & aliorũ, collectam eſſe onus impoſitum perſonę propter res, & cum perſonæ forenſium non ſubijciantur iuriſdictioni, & ſtatutis locorum, vbi bona ſita ſunt, ideo collectari non poſſunt; ſubiectio namque aut eſt ratione domicilij, aut ratione originis, ſed neutrum cadit in perſonam forenſium, & ideo ex defectu iuriſdictionis collectari non poſſunt, *Bart. in l. libertus, §. ſola ratio, nu. 1. ff. ad municip. Alex. conſ. 52. col. 3. num. 10. verſ. nec obſt. lib. 6.* & alia ratio aſſignatur a *Bald. in l. vnic. num. 44. verſ. dicimus etiam, C. de eo quod intereſt*, dum ait; licèt cauſa finalis collectæ ſint bona, ſeu ipſa res, tamen cum obligatio dirigatur in perſonã, quæ dignior eſt rebus, magis ideo perſona, quàm res attenditur; *& poſt Bald. hoc idem ſcribit Natt. conſ. 105. n. 8 lib. 1. & dixit Rota Roman. poſt tractat. Cenc. de cenſib. deciſ. 3. num. 1. & 2. Anton. Gabr. concluſ. 2. de immunitate, per tot. lib. 6.*

Verùm pro affirmatiua, forenſes ſci-
31 licet collectari poſſe ab Vniuerſitatibus habentibns in hoc ſpeciale prinilegium, dicit *Bart. in d. §. ſola ratio, num. 1. verſ. prædicta vera, Alex. conſ. 7. num. 1. lib. 1.* qui ait, hoc priuilegium acquiri etiam poſſe ex conſuetudine; & repetit *conſ. 68 vt viſo, num. 10. lib. 2.* vbi quærit etiam, quanto tempore inducatur iſta conſuetudo; & refert *Bart. in l. 1. num. 31. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10.* dicentem, omnes Ciuitates Italiæ habere, & ſeruare hanc conſuetudinem imponendi collectas etiam forenſibus, & inoleuit hic mos vniuerſalis, *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 400. num. 4. Nicol. Bellon. conſ. 12. nu. 14. Theſaur. deciſ. 257: collectas imponere, num. 1. Gregor: XV. in deciſ. 279. num. 15. & ſeq.* qui reſtatur de generali conſuetudine, & ſolutionem onerum debitam ratione rei non minus ſpectare ad forẽſes, quàm ad ciues, quia ratione rerum ſubijciuntur iuriſdictioni loci, in cuius territorio bona ſita ſunt: *& eadem Rota Roman. d. deciſ. 3. poſt tract. Cenc. de cenſib. num. 4. & ſeq.* quæ infraſcriptas concluſiones ad rem noſtram facientes adducit.

Primò, forenſes poſſunt collectari a Ciuitate, ſeu loco habente ad id particulare priuilegium, *Pariſ. conſ. 25. nu. 94. & ſeq. lib. 1.*

Secundò, ſi adſit ſtatutum conditum ab eo, in cuius territorio ſita ſunt bona forenſium, dum tamen qui hoc ſtatutum condidit, ſuperiorem non recognoſcat, *Ruin conſ. 111. col. fin. vol. 5. Natta conſ. 447. num. 6. verſ. ſoluatur, vol. 2.*

Tertiò collectantur forenſes, ſi adſit conſuetudo immemorabilis, & eſt magis communis opinio, *d. deciſ. 3. num. 7. 8. & 9.*

Quartò poſita conſuetudine immemorabili, priuilegio, vel ſtatuto, hæc erunt probanda in terminis, in quibus aderit quæſtio, videlicet ſuper collectis impoſitis forenſibus, & conſuetudinem collectandi forenſes adeſſe in loco, de quo agitur, & in ſpeciali caſu, de quo agitur, *vt per Doctores in d. deciſ. 3. nu. 10. 11. & 12. relatos.* Sed hæc quarta concluſio ceſſat in Ditione Eccleſiaſtica propter ſuprad. Breue Pauli V. quod releuat ab onere probandi, & facit probationem probatam, cum ſit lex a Principe ſupremo non recognoſcẽte aliquem ſuperiorem in terris, & ligat omnes etiã ignorantes; *c. licèt, c. per venerabilem, de elect. Thob. Non. conſ. 72. num. 14 & 15 & diximus ſupra in verbo Conſtitutio, cap. 7. num. 12. & alibi.*

Quintò addimus *ex Paulo de Caſtro in l. inter debitorem, ff. de pact. Natta, cum aliſ ab eo relatis in addit. ad Alex. conſ. 68. in ſecundo notab. verſ. notat Bart.* nempe tunc etiam collectari poſſe forenſes, ſi dicat ſtatutum, vel decretum Decurionum, *niſi ſoluatur collecta, tunc capiantur fructus*; hoc enim caſu intentio imponentis colligitur eſſe magis rem, quàm perſonam ſubijcere, *Pariſ. conſ. 25. num. 75. 76. & ſeq. lib. 1.*

Sextò collectantur forenſes abſque vlla hæſitatione, quando prædia ſunt tribntaria Vniuerſitati, vt aſſerit eſſe in Ciuitate Peruſina *Bart. in l. libertus, §. ſola, verſ. item in hoc, ff. ad municipal.* quod hodie videtur extenſum nedum per totam Prouinciam Marchiæ vigore *Conſtit. Carpenſis cap. 37. ad fin.* ſed etiam per totam Eccleſiaſticam Ditionem *ex*

præ-

prædicto Breui Pauli V. cum in dictis literis,ſeu Breui ſancitum ſit(vt diximus) onera realia ſoluenda eſſe, vbi bona ſita ſunt; ex quibus verbis colligimus, Prin-
32 cipis intentionem,& voluntatem eſſe, quòd onus ſoluendi collectas inhæreat rebus, & bonis, quo caſu collecta dicitur munus patrimoniale, rebus, & non perſonis impoſitum, *l.*1.C. *de mulier. & in quo loco,lib.*10.*l. forma,§.ſi verò, ff.de cenſib.Bald.conſ.*407. *ad euidentiam, per tot.lib.*5.*Surd.conſ.*262.*num.*5.*Capyc.deciſ.* 20. *num.* 26. *qui loquitur in decimis prædialibus,Afflict.deciſ.*95.*num.*2.*verſ. item quia,Gail.pract.obſer.lib.*2.*obſer.*32 *num.*9.*Io.de Plat.l.*1.*num.*2.*verſ. ſecundò nota,C.de annon.& trib.lib.*10.*& n.*5 *in fin.* ait, idem iuris eſſe, quando ſolus cohæredum poſſidet fundum tributarium, ſi non eſt ſoluendo,recurritur cõtra cohæredes, quaſi repræſentent de-
33 functum auctorem, & tenebuntur pro hæreditaria portione,& ſic inopia vnius cohæredis debentis ſoluere totum aggrauat cohæredem, & onus reale efficitur perſonale, vt ibi per eum.

34 Ex quibus etiam videtur inferendum, ſubſidium triẽnale, & alia onera Cameralia, quæ ſoluuntur per libram,ſeu æſtimum, & cataſtrum, eſſe realia, quàmuis *Thob.Non.d.conſ.*45.*num.*30. dicat,ſubſidium triennale eſſe onus mixtum impoſitum ſcilicet perſonis pro rebus,quia vt ipſemet fatetur, quando collecta habet veram, & determinatam præſtationem in perpetuum, tunc licèt verba, & impoſitio dirigãtur ad perſonam,tamen onus merè reale cenſetur,*vt ibi per eum num.*27.*poſt Bald.in l.omne,verſ.ſed hic quæro,C.de cenſib.& cenſitor.lib.*11. *& in c.*1.*§. nos Romanorum, de Pace conſtan.* ſed ſubſidium triennale habet certam, & determinatam præſtationem in perpetuum, vt eſt notiſſimum, ergo onus merè reale dicitur: Et quàmuis ipſe *Nonius in num.ſeqq.*contrarium determinet, ex eo quia ſubſidium triennale fuit ſubrogatum loco augumenti ſalis, quod eſt onus merè perſonale, vt diximus, hoc fundamentum non ſubſiſtit, vt apparet ex Bulla Pauli III.qui tale ſubſidiũ impoſuit, vbi legitur expreſsè, fuiſſe ſcilicet ſubrogatum in locum aliorum etiã onerum, ibi; *& interim ab augumento ſalis,ac omnibus alijs extraordinarijs exactionibus abſtinen. decernimus, &c. vt in Bulla huius Pontif.*39.*decens, Bullar. nou.tom.*1.*pag.*678.*§.*1.

Quod autem diximus, onera ſoluen-
35 da eſſe, vbi bona ſita ſunt, limitatur concluſio, quando ciuis alicuius Ciuitatis dominantis poſſidet bona in Comitatu, ſeu Oppido ſubdito Ciuitati, quia hoc caſu ciuis non tenetur ſoluere collectas cum ruſticis pro bonis, quæ poſſidet in oppido, ſed ſoluet cum Communitate ſuæ Ciuitatis,& Patriæ; *Curt.iun.conſ.*42 *habita,lib.*1.*Io.de Plat.in l.ſi quando,nu.*22.*& alij apud ipſum,C.vnde vi,Feder. de Senis conſ.*151. *& alij relati ab Vrſill. ad Afflict.deciſ.*400.*num.*4.*verſ. circa quæ.* Et ciuem ementem prædia ruſtico-
36 rum non teneri ad collectas iuxta æſtimum ruſticorũ, ſed ciuium, ſcribit *Marſil.de bannit.in verb. Ciuitate, num.*145. *viden.eſt Bald.conſ.*139.*vbi quis, per tot. lib.*3.

37 Hanc verò limitationem puto veram in oneribus Communitatiuis illius Oppidi, ſeu Caſtri, ſiquidem cum hæc imponantur ab Officialibus eiuſdem loci, qui non habent iuriſdictionem in ciues, imò abſurdum eſſet,vt inferior ſubijceret ſuperiorem, vt obſeruant præcitati doctores, ideo ſoluenda non ſunt ibi onera Communitariua;verùm ſi eſſent onera Cameralia, exiſtimo contrarium, & habere locum *literas in forma Breuis Pauli V.* in quibus hæc habentur verbis expreſſis. [*Itaut* ſi ciues poſsideant in comitatu, vel è contra comitatenſes in diſtrictu Ciuitatis, habita ratione loci bonorum, non autem poſsidentium dicta bona, collectæ prædictæ in Ciuitate, vel in Comitatu ſoluantur, *&c.*] & ad rem optimè facit *Rota apud Greg. XV. deciſ.*279.*concluſum fuit,num.*16.*& alibi.* multa colliges in materia præſumptionis ciuilitatis,& ciuium; *& num.*17. firmat, iuriſdictioni loci quis ſubijcitur
38 ratione rerum, quas in illo territorio poſsidet, *l.pupillo,ff. de tutor. & curat. dat.ab his,l.*2.*C.vbi in rem actio.*

Attamen ſi inter ciues poſsidẽtes bona in Comitatu, ſeu Caſtro ſubdito Ciuitati adſit cõuentio, vel ſtatutum,quòd ciues ſoluant collectas in Ciuitate, tunc
39 non erunt cogendi ciues ad ſoluendum in Comitatu, vel Caſtro; *l.fin.* C. *de iure reipub. lib.* 10. *vbi Bart.* & alij notant, quòd factum a Ciuitate ſecundùm ſua ſtatuta non reuocatur per Præſulem, ſeu Præſidem; & facit *Bellon.conſ.*37.*omiſſo, num.*10. dum firmat, immunitatem cõ-
40 ceſſam per modum cõtractus non poſſe reuocari etiam a Principe, quia dicitur tranſactio; & alia multa ad rem congerit *Oſaſch.deciſ.*39.*exactis, num.*14. *verſ.*

*contraria verò,vſque ad fin.*qui loquitur
in fortioribus terminis, de immunitate
ſcilicet, & liberatione a collectis:in caſu
autem noſtro non adeſt liberatio, ſed
determinatio loci,in quo facienda ſit ſo-
lutio. Et ita etiam habui ego, & genti-
les mei in facti contingentia cum Op-
pido ſubiecto Ciuitati Vrbeuetanæ, in
cuius territorio poſsidemus bona, pro
quibus ſoluimus collectas in Ciuitate,
& non in Oppido, tum quia habemus
ſtatutum particulare *lib. 1. rub.* 58. quo
cautum eſt, ciues eſſe immunes a colle-
ctis pro bonis exiſtentibus in Comitatu,
tum etiam quia inter dictum Caſtrum,
& gentiles meos adeſt antiqua conuen-
tio, ſeu tranſactio in præmiſsis, & ada-
muſsim ſeruatur.

41 Limitatur ſecundò principalis cōclu-
ſio, vt non teneatur forenſis ad collectā
impoſitam ab Vniuerſitate pro ſoluenda
pœna, in quam ipſa Vniuerſitas delin-
quendo incidit; quàmuis collecta diui-
datur per æs,& libram; ita *Surd. dec.275
tanta fuit,num.7.* Ex quo etiam cogno-
ſces illos tantùm teneri ad ſoluendum
collectam, qui tenentur ad onus, pro
quo imponitur collecta; itaut ſi ponatur
pro cuſtodia, ſoluenda erit ab illis, qui
cuſtodire tenentur, *vt ibi per eum nu 6.
& 8.* & ſi imponatur pro ſubſtentanda
42 lite, ſoluatur ab ijs, qui ſuaſerunt litigiū,
Tholoſan.in ſyntag iur.lib.3.cap.7.nu.10.
aſſerens ita vidiſſe pluriès iudicatum in
Senatu Tholoſano, dum ibi cauſas age-
ret, ne ſcilicet ambitioſa Decurionum
decreta onerare debeant non conſen-
tientes, *l.ambitioſa, ff. de decret. ab ord.
facien.Guid. pap.quæſt.*424.ſi autem no-
bilis prætendat immunitatem, & ſuper
hoc introducta ſit lis,pro cuius ſubſten-
tatione imponenda ſit collecta, debeat
etiam hic nobilis concurrere pro rata
ſibi tangente,ſcribit *Berart.in ſpecul.vi-
ſitat.cap. 23. de erog. bonor. publ.* Ciuit.
*nu.*65.

43 Verùm ſi cuſtodia reſpiciat vtilitatē,
& neceſsitatem publicam,vt in re frumē-
taria, peſtis, belli, vel quid ſimile,ſi pro-
pter hoc imponatur collecta, ad illam
tenentur omnes, quocumque priuile-
gio, vel immunitate non obſtante, *vt
in d. Surdi deciſ. 275. per totam* : & ita
ſeruatum vidimus annis retroactis 1630
1631. & ſequen. in quibus atra lues de-
bacchata eſt:collectæ enim hac de cauſa
impoſitæ ſolutæ fuerunt ab omnibus.

Sed quoniam incidit ſermo de Cleri-
cis, & Perſonis Eccleſiaſticis, videamus,
an ipſi quoque ad collectas teneantur;
& quoniam hanc materiam pertractaui-
mus etiam *ſupra §. 11.gloſſ. 2. in verbo
taxa;*in ordine tamen ad ea, quæ mune-
ra extraordinaria dicuntur, vel ſuperin-
dicta,vt habetur *in l.vnic.*C. *de ſuperin-
dict.lib.10.& Bart.in l.1. num.4.* C. *de
mulier.& in quo loc. eodem lib.*10. vocat
onera, quæ per accidens indicuntur:hìc
autem autem agimus de muneribus or-
dinarijs, & habentibus tractum ſucceſ-
ſiuum.

44 Et ad hæc non teneri, nec collectan-
dos eſſe Clericos, & Perſonas Eccleſia-
ſticas, cum eorum immunitas deduca-
tur a Iure Diuino:*c.quanquam,de cenſib.
in 6.Hieron. Card. Alban. ad Bart. in
l. hæres abſens,num.5.verſ.cæterum,ff.de
iudic.Lexius de iuſt.& iur.lib.2.cap.33.
art.3.in princ. l. ſancimus ſecundo,* C. *de
ſacroſan.Eccleſ.D Teſſaur.deciſ.*234 *n.1.
& 7.& alij multi relati in Alben.gabel-
læ, deciſ.*339. *tom.6. recent. ferè per tot.
Verùm Lexius loco cit.num.19. verſ.di-
co a nouis,*concludit, huiuſmodi immu-
nitatem eſſe a nouis collectis, poſtquam
bona deuenerūt ad manus Clericorum,
& Eccleſiaſticarum Perſonarum; nam ſi
antequam ad illas deueniant, onus ali-
quod certum, & inuariabile annexum
habeant, concedit, hoc etiam ab Eccle-
ſiaſtica Perſona præſtandum eſſe, quia
res quæque cum ſuo onere tranſit,*c.cum
non ſit,33.& c. paſtoralis,* 28. *de decim.
Abb.in c. fin.num.12.& 13. de vita, &
honeſt.Cler.* vbi examinat *text. in l.2. &
l. fin.*C.*ſine cenſ.vel reliq.*& reprehendit
*Bart.in l.reſcripto,§. fin.nu. 5. ff. de mu-
ner.& bonor.*dantem cautelam efficien-
di bona tributaria, vt ſic affecta tranſeat
in quemcumque poſſeſſorem;licèt Bart.
ſequantur multi iuris Cæſarei Interpre-
tes, *Afflict.ſuper feud. quæ ſint regalia
plauſtrorum,num.17.& alij relati a Gail.
pract.obſeruat.lib.2. obſer.32. num.9.* vbi
ait (ſed malè indiſtinctè loquēdo) vale-
re ſtatutum, quòd res ſubiecta iuriſdi-
ctioni ſtatuentium manere debeat tri-
butaria, etiamſi ad Eccleſias,& Eccleſia-
ſticas Perſonas deueniat, quia reſpicit
quærenda, ne Ciuitas perdat tributum:
ſed ne vlterius hac in re vagari contin-
gat,habemus *magiſtrales deciſiones ſacræ
Rotæ Romanæ, nempe in Brunduſina
gabellæ, 13. Februarij* 1604. *coram Pe-
nia;& in præcitata Alben.gabellæ, ſiue
onerum,28. Iunij* 1630. *coram Merlino
impreſſis in recentior. deciſ.42. par.4. &
deciſ.339. part.6.* a quibus firmatur con-
cluſio;

cluſio; *Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas teneri ad collectas, quādo onera ſunt certa, realia, & inuariabilia.* Et hæ deciſiones ſunt etiam canonizatæ in Congregatione erecta a ſan. me. Vrbano VIII. ſuper Controuerſijs iuriſdictionalibus immunit. Eccleſ. in hæc verba. [*Sacra* Congregatio Eminentiſs. Cardd. controuerſijs iuriſdictionalibus præpoſitorū aliàs cenſuit: Bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa gaudere exemptionibus a quibuſcumque impoſitionibus, & oneribus, quæ non ſunt copulatiuè certa, realia, & inuariabilia, iuxta deciſ. in Brunduſina gabellæ coram b.m. Penia, & concordan. nec non ab impoſitionibus Cameralibus, etiam comprehenſiuis eccleſiaſticorum, quando Eccleſiaſtici libertatē non ſoluendi præſcripſerunt, iuxta decretum anno 1600. tempore ſan. mem. Clementis VIII. editum. Dat. hac die 21. Aprilis 1640.

I.B.Card.Pamphilius.

Loco † ſigilli.

Franc.Paulutius S.Cong.Secret.

Romæ ex Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ 1640.

Ex his igitur decretis, & literis colligimus, primò clericos, & alias Perſonas 45 Eccleſiaſticas non teneri ad collectas, quāuis certas, reales, & inuariabiles, quādo in locis, vbi conueniuntur, præſcripſerunt omnes conſuetudinem nō ſol- 46 uendi, quæ tamen conſuetudo, & libertas tanquam fundamentum intentionis ab ipſis probanda erit: an autem laici poſſint è contra præſcribere conſuetudinem collectandi Clericos? vide *Caſtren.in conſ.423.num.2.lib.2. verſ. in contrarium facit*, vbi in affirmatiuam flectitur; ſed ego oppoſitum teneo.

47 Secundò colligimus Clericos non teneri ad onera, & collectas impoſitas, poſtquam bona peruenerunt ad ipſos Clericos, cum huiuſmodi bona non amplius laicalia, ſed Eccleſiaſtica dicenda ſint, quod voluit *Lexius loco ſupra citato*, dum ait, Clericos eſſe immunes a nouis vectigalibus.

Quod autem dicitur, Clericos teneri 48 ad obſeruātiā Conſtitutionum, & Bullarum Summ.Pontif. diſpōnentium de collectis, ſciendum eſt, ex huiuſmodi Conſtitutionibus alias eſſe particulares, & locales vnius Prouinciæ, ſeu Ciuitatis, alias verò generales ad totam Eccleſiaſticam Ditionem extenſas: localem, & particularem habemus in Vrbe veteri, & toto eius dominio, ſeu Comitatu Pij IV. quæ præcipit, Clericos, & Religioſos cuiuſuis generis etiam Mendicantes teneri ad omnia onera Cameralia, & eſt in viridi obſeruantia. In Prouinciæ Marchiæ adeſt Conſtit. Pij V. qua etiam ſubijciuntur Clerici ad collectas, quāmuis in Ciuitate Maceratenſi non habere locum huiuſmodi Cōſtitutionem cogatur probare, *Marius Antonin. var. reſol. lib.1. reſol.97. num. 2. & per tot.* vbi reſoluit, Clericos non teneri ad collectas, etiamſi adſit dicta Conſtitutio Pij V. quia Clerus Maceratenſis præſcripſit libertatem non ſoluendi; ſed cum ipſe ſcribat in cauſa propria, quia erat Clericus Maceratenſis, poſſet obijci, quòd alium Ad- 49 uocatum quærat: quanto autem tempore præſcribatur libertas non ſoluendi collectas, vide *Crauett. conſ.111. Natt. conſ.827.num.1.lib.3.* quos refert *Ioſeph Ludou.deciſ.Peruſ.3.num.1.& 2. part.1.* qui videntur velle ſpatium 30. annorum, & quòd aliquis fuerit requiſitus, & non ſoluerit.

Generales verò Conſtitutiones ad vniuerſam Eccleſiaſticam Ditionem habemus multas, inter quas primum locū 50 obtinet *Pauli III.Conſt.39. Bullar. nou. tom.1. pag.678.* qua imponitur annuum ſubſidium tricentorum millium ſcutorū ſubditis Status Eccleſiaſtici; quod quidem ſubſidium licèt ad triennium tātùm duraturum fuiſſet impoſitum, incipien. anno 1544. fuit tamen ab eodem Pontifice ad aliud triennium prorogatum, ad annum ſcilicet 1551. quo tempore Iulius III. ſucceſſor tertio loco prorogauit, quorum exemplo motus Paulus IV. aliam fecit prorogationem, ſed hæc nō ad triennium, vt prædeceſſores, ſed ad beneplacitum S. Sedis Apoſtolicæ fuit; quod quidem beneplacitum adhuc durat.

Sed reuertamur in viam: cum in prænarrata *Conſtit.Pauli III.* quę emanauit in declaratione primæ, *& incipit, ex debito, S.1.circa fin.* dicitur, clericos tene- 51 ri ad hoc ſubſidium pro aliqua honeſta portione: quæritur, an hæc verba referantur ad bona patrimonialia Clericorum, an verò ad alia bona mobilia, quæ per ſe ſtare poſſunt? Et eſſe referenda ad hæc bona mobilia, non autem patrimonialia (in Statu tamen Eccleſiæ, ſecus extra) itaut quoad hæc æqualitèr cū laicis concurrant, & ſoluant collectas, ſcribit *Cherub.iun.in compend.* ad hanc Bullam *ſchol.1.* motus; quia cauſa imponendi hoc ſubſidium ex verbis Bullæ in

Tt 2 princ.

princ. vel æqualitèr Clericos, & laicos
tangunt, vel potius Clericos, quàm lai-
cos, quo caſu interpretando Bullam iux-
ta terminos iuris communis Clerici vt
laici contribuere debent, *ad tradita per*
Surd.conſ.490.num.3.lib.4. Laderch.conſ.
145.num.3. qui alios adducit; præſertim
cum impoſitio facta ſit a Principe Eccle-
ſiaſtico, *Surd.conſ.301. num.67. lib.3.* &
ſuadent verba eiuſdem Bullæ, *Clerici ve-*
rò; nam cum Papa ſtatuiſſet, laicos to-
talitèr contribuere, addens poſtea illa
verba, voluit etiam Clericos contribue-
re; quia dictio, *verò*, eſt repetitiua om-
52 nium qualitatum præcedentis caſus, cui
aduerſatur, *vt dixit Rota in Romana*
cenſus, ſeu ſaluiani interdicti, coram Bu-
balo, 21. May 1590. quæ legitur impreſſa
poſt tract. Cenc. de cenſib. in addit. dec. 105.
fuit reſolutum, num.3. poſt Dec. conſ.561.
num.3.

Et hanc interpretationem ſequutam
fuiſſe Congregationem Boni Regiminis
pro Communitate Peruſij contra Cleri-
cum illius Ciuitatis die 28. Septembris
1613. proponente R.P.D. Iulio Benigno
Sacræ Conſiſtorialis Aulæ Aduocato, &
eiuſdem Congregationis Auditore, *idem*
Cherubin. iun. affirmat loco citato in ſeq.
ſchol.2. declarans illa verba, *pro aliqua*
honeſta portione, &c. dicit, per hæc ver-
ba reſtringi diſpoſitionem ad contribu-
tionem faciendam de fructibus in bonis
mobilibus Eccleſiaſticorum, quæ per ſe
ſtare poſſunt, & diuerſa eſt ratio de bo-
nis patrimonialibus, & Eccleſiaſticis: &
hanc intelligentiam magis conſonam
eſſe ait iure communi, ad tradita *per De-*
ci. in c. ſecundo requiris, 41. de appellat.
num.13. & ſeq. Rota in Romana deuolu-
tionis, coram Penia, die 5. Iulij 1593. &
ita quoque declarauit in eadem cauſa
Peruſina Sacra Congregatio Boni Regi-
minis in terminis huius Bullæ. Verùm
quia hæ Congregationis Boni Regimi-
nis diſſentiunt, vt audio, ab alijs factis
in Sacra Congregatione Immunitatis, &
Concilij, cum hæ magis conferant Reli-
gioni, & ſaluti animarum in honorem,
& reuerentiam Clericis, & Eccleſiaſticis
perſonis debitam, his me ſubijcio, & ſub-
ſcribo, quæue ex ipſa Congregatione
Boni Regiminis retuli, quatenus ſint li-
bertati Eccleſiaſticæ, & Clericorum im-
munitati contraria penitus reijcio, & ab
illis diſſentio.

Verùm quia Clericis non habentibus
53 Beneficium, ſeu redditus eccleſiaſticos;
ad hoc vt promoueri poſſint ad ſacros
ordines, aſſignatur patrimonium in bo-
nis ſtabilibus, per ea, quæ ſancita legun-
tur *in ſacroſancta Synodo Tridentina*
cap.2. ſeſſ.21. de reform. quæritur, an pro
dictis bonis teneantur ad collectas? &
negatiuè reſpondetur a Sacra Congre-
gatione Immunitatis.

Numquid autem bona prædicta do-
nata, & aſſignata in titulum patrimonij
gaudeant immunitate perpetua; an verò
quoad Clericus ſit prouiſus de Benefi-
cio, ſeu redditibus, qui ſufficiant ad eius
54 congruam ſubſtentationem? & quòd
immunitas debeat eſſe perpetua proba-
tur, quia quando aliquid datur pro Sa-
cerdotio aſſumendo, donatio eſt irreuo-
cabilis, non ſolùm reſpectu Clerici, qui
ad ordines eſt promotus, ſed etiam re-
ſpectu Epiſcopi, qui non debet decipi
per ſimilem reuocationem, nec poſſunt
talia bona alienari a clerico, vt pluribus
probat *Gratian. diſcept. foren. cap.159. a-*
lienationem, n.1. & ſeq. & per tot. viden.
Tomat. deciſ.86. bona donata, num.10. vi-
dendum ſacrum Conc. Trid. ſeſſ.21. cap.2.
in fin. de reform. ibi, donec beneficium
Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel
aliunde habeant, vnde viuere poſſint. &c.
Lottarium de re benef. lib.1. quæſt.5. n.23.
& pluribus ſeqq. Et in hoc ſequendā eſſe
ſententiam *Sacræ Rotæ Romanæ in Al-*
ben. gabellæ coram Merlino, quæ eſt deciſ.
339. Iudex Taurinenſis, num.28. & ſeq.
vbi aſſignat tres bonorum ſpecies, & op-
timè declarat, quæ bona ſint perpetuò
libera, & immunia, & quæ aliquādo per-
dant immunitatem; tu vide hanc magi-
ſtralem deciſionem pluries approbatam
a Sacra Congregatione Immunitatis, &
a qua non eſt recedendum, atque ab ea
ſumi poteſt declaratio Sacri Cōcilij Tri-
dentini: *Gratian. d. cap.159. num.2.* qui
55 addit, hanc remiſſionem, ſeu relaxatio-
nem bonorum vt ſupra aſſignatorum nō
poſſe fieri ſine licentia Epiſcopi; cuius
declaratio erit neceſſaria, ad hoc vt Cle-
ricus dicatur habere Beneficia, ſeu Pen-
ſiones ſufficientes, abſque alijs bonis pa-
trimonialibus; *Tomat. d. deciſ.86. num.9.*
& ratio poteſt aſſignari, non ſolùm ob
publicam honeſtatem Clericatus, ne ſci-
licet talis Clericus cogatur mendicare;
ſed etiam quia pater, ſeu alius, qui talem
bonorum aſſignationem fecit, obligatur
Epiſcopo, qui eum non ordinaſſet, niſi
ſub ſpe irreuocabilis donationis; ita *Gra-*
tian. cap.159. num.29. & ſeq. qui pluribus
hanc conclusionem exornat; *& cap.924.*
conuentiones, num.6. vbi dicitur, quòd

Epi-

Epiſcopus, qui ſub tali ſpe ordinauit Cle-
ricum, non debet decipi, quia aliàs eſſet
obligatus de ſuo alimenta præſtare tali-
tèr ordinato; itaut etiam detur contra
iſtum reuocantem actio de dolo, cum
refectione facienda per fraudantem de
omnibus damnis, & intereſſe; *Diaz. in
prax. crim. cap. 18. num. 15. & alij adducti
per eundem Gratian. ibi, & num. ſeq.*

Et hæc concluſio adeo vera eſt, vt Cle-
56 ricus non poſſit permutare bona ſibi aſ-
ſignata ad titulum patrimonij cum alijs
bonis ſine licentia Epiſcopi, quia poſſet
dari caſus, quòd bona recepta in per-
mutationē eſſent minoris reſponſionis,
ſeu redditus, ex quibus decentèr viuere
non poſſet: prout declarauit Sacra Cō-
gregatio Concilij die Iouis 18. Iul. 1603
relata *ab eodem Gratian. d. cap. 159. nu. 3.*
ſubdens, quòd permutans, tacendo or-
dinationem ad titulum, eſt tutus in con-
ſciētiæ foro, ſi illud, quod habuit ex cau-
ſa permutationis, erat æquiualens, ſecus
autem in foro fori.

Amplia ſecundò: ſi quis fictè, & non
57 realitèr a patre, vel extraneo faciat ſibi
aſſignari patrimonium, eſt ipſo iure ſu-
ſpenſus, nec ad ſuperiores ordines aſcē-
dere poteſt; *Leon. in theſ. fori Eccleſ. part.
3. cap. 8. num. 33. & ſeq. de ſuſpenſ. & in-
terd. Nauar. conſ. 23. de temp. ordin. lib. 1.
part. 1. & vide Gonzal. ad reg. 8. Cancell.
§. 10. gloſſ. 5. num. 34. 35. & alibi de men-
ſib. altern.*

58 Amplia tertiò: ſi clericus poſt aſſigna-
tionem patrimonij, cuius vigore fuit ad
ſacros ordines promotus, illud alienet,
antequam habeat vnde viuere poſſet;
peccat enim mortalitèr, ſi hanc faciat
alienationem; *Nauarr. conſ. 22. de temp.
ord. lib. 1. par. 1. Lotter. de re beneſic. lib. 1.
quæſt. 2. num. 35. & alibi.*

Hæc tamen ampliatio procedit in
59 Clerico promoto ad ſacros ordines, ſe-
cus autem ſi habeat ſolos ordines mino-
res, quia hic poteſt alienare bona, ad
quæ fuit ordinatus, quámuis nihil ha-
beat, ex quo viuere poſſit, cum in eo ceſ-
ſet ratio dedecoris clericatus, cùm poſ-
ſit tacitè renunciare contrahendo ma-
trimonium licitè, & ſine peccato; *Couar.
de ſponſal. 2. part. cap. 6. §. 3. num. 4. verſ.
ſed & is qui in minoribus, & alij relati
ab eodem Gratian. dicto cap. 159. num. 9.
& 10.*

Atque hinc oritur pulchra quæſtio,
an bona aſsignata in titulum patrimonij
clerico, qui habet ſolos ordines mino-
res, ſint immunia a collectis; & pro ne-
gatiua, non eſſe ſcilicet immunia facit,
quia in prima tonſura, & in quatuor or-
60 dinibus minoribus non requiritur aſſi-
gnatio patrimonij; in illis enim exiſtens
poteſt recedere ab ordine clericali; *c. 1.
de cler. coniug. & alij multi congeſti a
Barboſ. de off. & poteſt. Epiſ. alleg. 19. nu. 3
part. 2. iuxta paruam impreſſ. Lotter. de
re beneſ. lib. 1. quæſt. 2. num. 22. & ſeqq.*
Quare ſi non requiritur talis aſsignatio,
videtur præſumenda ſimulata, & in frau-
dem collectarum, & ideo nulla, & inua-
lida; *Bart. conſ. 180. num. 3. & 4. lib. 1. Luc.
de Penn. in l. fin. num. 8. verſ. & ſic patet,
& num. 9. C. de ann. & trib. lib. 10.* ſed
contraria affirmatiua ſubſtineri etiam
poteſt, & validis nititur fundamentis. Tu
cogita.

Et ſi quis fraudulentèr alienet bona
61 ſua in clericum, vel alium immunem ad
effectum euitandi collectas, & alia onera
fiſcalia, perdit bona, quæ alienauit fiſco
applicanda, & tantundem is, qui huius
rei miniſter fuit, ſoluere debet ex bonis
proprijs; *hac Lucas de Penn. ibi per text.
clarum in l. ordine, §. in fraudem, ff. ad
municip.* Fraus autem quando, & quo-
modo præſumatur, & probetur in hac
facti ſpecie, docent *Squill. de priuil. cle-
ric. cap. 8. num. 47. vſque ad 56. Craſſ. de
effect. cleric. effect. 3. n. 193. Mar. Anto-
nin. var. reſol. lib. 1. reſol. 88. nu. 9. & 10.*

62 Secundò talis aſsignatio videtur facta
ſub conditione, ſi, & quando aſsignata-
rius promoueatur ad Sacros ordines,
quia tunc ex præmiſsis, ſuum ſortitur ef-
fectum; conditio autem nihil ponit in
63 eſſe ante conditionis euentum, *l. cedere
diem, ff. de verb. ſignif. l. ex facto, ff. de
hered. inſtit. Surd. conſ. 38. num. 24.* & in
ſimili de donatione ante nuptias, quæ
habet in ſe tacitam conditionem, ſi ſe-
64 quatur Matrimonium, *§. eſt & aliud, &
ibi gloſſ. & Scribēt. Inſt. de donat. l. quod
ſponſa, & l. ea quæ, C. de donat. ante nupt.
l. cum veterum, C. eodem.* Sequitur ergo,
quòd antequam ſit promotus, & pendē-
te tempore promotionis, iſta bona aſsi-
gnata, & donata, vt ſupra, non gaudeant
65 immunitate; valet enim argumentum à
matrimonio carnali ad ſpirituale, & è
cōtra; *c. inter corporalia, de translat. præ-
lator. c. tua, de ſponſal. Euerard. in locis
argument. 76. & 77. Gratian. diſcept. fo-
ren. cap. 924. num. 9.*

Verùm pro ſolutione huius quæſtio-
nis examinanda, & conſideranda erunt
verba donationis, & aſsignationis; nam
ſi verba important conditionem, quæ

vt

vt diximus, nihil ponit in eſſe ante conditionis euentum, immunitas non habebit locum, niſi poſt purificatam conditionem, per ea, quæ dicta ſunt. Si verò
66 talia ſint verba, quæ modum, & non conditionem importent, tunc non ſuſpenditur actus, ſeu effectus, *l.1.C.de his quæ ſub modo, Bart. conſ.4. num.2. Iaſ.in l.ſi quis cum debitore, num. 4. ff.de iureiur. Rota coram Caualer.deciſ.255.num.5. & ſeq.* & per cōſequens habebit locum immunitas; *Tomat.d.deciſ.Macerat.86.n.1. & per tot.Mar.Antonin.d.reſolut.88.n.6. & 7.* qui addit etiam, verba, quæ ſe haberi poſſunt ad modum, & cōditionem, potius ſunt interpretanda, vt modum ſignificent, quàm conditionem; *Bart. & alij in l.cum mota, C.de tranſact.Thob. Non.conſ.38.num.7.& ſeq.Menoch. de arbitr.lib.2.cent.5.caſ.494.num.12. & de præſumpt.lib.4. præſump.175.num.15.* & hæc interpretatio præcipuè facienda erit in caſu noſtro, nempe immunitatis Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, quia, vt *Papinianus ait in l.43.ſunt perſonæ, ff.de
67 relig.& ſump.funer. Summa eſt ratio, quæ pro Religione facit*; eſt enim tale patrimonium acceſſorium Perſonæ ipſius clerici, & ideo illius naturā ſequitur, proinde fori Eccleſiaſtici poteſtati ſubijcitur; & in fauorabilibus æquiparatur Beneficio Eccleſiaſtico, ſecus in odioſis; *Dec.in
68 c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.70. & 71. de conſtit.* & quòd ordinatus ad titulum patrimonij gaudeat priuilegio clericali in perſona, & in rebus, eſt *gloſſ.in c.Epiſcopus, in verbo ſubſidium, de præbend.* quam ſequitur *Dec.d.num.70. verſ. prædicta concluſio; Felin.d.c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.8.verſ. pro quibus allego, de conſt.Cauall. pract.quæſt.com. cont.com. quæſt.527.num.1.Lotter.de re beneſ.lib.1. quæſt.2 num.28.Nauar.conſ.5.num.1.de immunit. Eccleſ.* Et quàmuis præcitati Doctores ferè omnes loquantur in clericis iam promotis ad ſacros ordines, qui eſt caſus extra noſtram quæſtionem; attamen procedere etiam in clericis pri-
69 mæ tonſuræ, itaut eorum bona, quorum vigore tonſuram, & quatuor ordines ſumpſerunt, gaudeant immunitate, ſcribit *Couar.pract.quæſt.cap.31.nu.9.verſ. quòd clerici primæ tōſuræ; Guttier.pract. quæſt.lib.1. quæſt.8. quæro an clerici primæ tonſuræ, num.1.* quàmuis in Regnis Hiſpan. haud hoc ſeruari dicant; *Lotter. de re beneſ.lib.3.quæſt.36. quod paſſim num.58.* debent tamen huiuſmodi clerici incedere in habitu, & tonſura, *ex Couar.loco citato*; & hoc etiam voluiſſe videtur *Sacrum Cōcilium Trident.ſeſſ.23
70 cap.4.& 5.* vbi hæc leguntur. *Prima tonſura non initientur, qui Sacramentum confirmationis non ſuſceperint, & Fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe*. Pondero hæc vltima verba, *de quibus probabilis coniectura, &c.* prout illa ponderat *Lotter. loc.prox. cit. nu.53. & ſeq.* dum ait; Epiſcopo nihil magis curæ debet eſſe, quàm vt ne eum clericali militiæ adſcribat, de quo probabilis coniectura non ſit eum elegiſſe hoc vitę genus, vt Deo fidelem cultum præſtet, non vt fraudulentèr ſæculare iudicium effugiat; qui enim fraudulentèr initiatur,
71 mortalitèr peccat, ob malum finem, vt concludit *Nauar.de orat. & hor. canon. cap.7.ſub num.15.verſ. tum quod non ſe ordinat; hæc Lotterius*. Et percutiens ſcientèr clericum primæ tonſuræ, incidit in excommunicationem à ſolo Papa, vel eius Delegato abſoluendus; *Io. Bap. Coſta de facti, & iuris ſcient.cent.2.diſt. 13.num.1.& 12.*
72 Cum autem, vt dicit *Abb.in c.tuis, n.8 de præben.* hodie clerici pro maiori parte ordinentur ad titulum patrimonij, opportunè quæritur, an huiuſmodi patrimonium ſit perpetuò immune à collectis, an verò ad tempus, vide quæ diximus ſupra; hic autem adde *ex eodem
73 Ab.loco cit.verſ.vnde voluit*, quòd mortuo clerico extinguitur cauſa priuilegij, quemadmodum in fundo dotali, quòd licèt matrimonio ſtante alienari non poſſit, *ff.de fund. dot. per tot.* ſoluto tamen matrimonio tranſit ad hæredes; & hoc idem ſcribit *Anchar.d.c.tuis, n.5.*
74 Quod autem diximus ſupra, clericum primæ tonſuræ, & in minoribus conſtitutū poſſe ſine peccato recedere à clericatu, dicas hoc verum quoad priuilegia clericalia, nō autem vt amittat characterem indelebilem, & remanet clericus; vt dixit *Rota coram Card.Virili deciſ.50.num.6. & 7.part.5. recent.* vbi etiam habes, quòd prima tonſura ſit or-
75 do, & clericalis character indelebilis, ex communi Canoniſtarum ſententia, reprobata Theologorū opinione: & ideo ad caſum noſtrum, ſi clericus primę tonſuræ, ſeu in minoribus recedat à clericatu, amittit priuilegia, & immunitates à collectis, ſalua tamen in hoc mente

27 ſacri

ſacri Concilij Tridentini ſeſſ.23. de reformat.cap.4.& 6.

Cum autem iura loquentia de clericis, & eccleſiaſticis perſonis extendan-
76 tur etiam ad Regulares cuiuſcumque
Ordinis, ſiue Mendicantes ſint, ſiue non,
ſiue in Clauſtris, ſeu Cœnobijs viuant, ſiue non, vt ſunt Milites Hieroſolymitani, Sancti Stephani, Sanctorum Mauritij, & Lazari, & alij huius generis, quæritur, an iſti teneantur ad collectas? Et teneri voluit pro bonis patrimonialibus Congregatio Boni Regiminis, dum inſtante Prouincia Marchiæ ita reſcripſit die 4. Octobris 1614. quæ tamen deciſio cum ſit contraria decretis pluriès factis in ſacra Congregatione Immunitatis ab ea cauendum, & recedendum erit.

77 Et cum Canoniſtæ velint, immunitatem omninò ſeruandam eſſe, nec vllo pacto collectanda eſſe bona aſſignata Equitibus Hieroſolymitanis in commendas, & quæ irreuocabilitèr ſunt acquiſita
78 Religioni; videtur dicendum, hanc immunitatem comprehendere etiam bona, & munera realia, prout nititur probare *D.Fran.Corona in quodam eius voto impreſſo poſt caſus militares Tallij Chriſpolti ante medium, verſ. nihilominus cõcurrentibus*, vbi multas Rotæ Romanæ deciſ.adducit: Cui opinioni repugnat concluſio deſumpta *ex l. vacuatis, C.de decurion. lib.*10. nempe, per gene-
79 ralem cõceſſionem immunitatis, munera perſonalia tantùm, non autem realia comprehendi, & ita poſt *gloſſ. in dicta l. vacuatis, ſcribunt etiam Io.de Plat. in l.qui immunitatem, num.*1. C. *de muner. patrim.lib.*10.*Oſaſch.deciſ.*95. *n.*50. *Purpur.conſ.*156.*per tot.* & in ſpecie de Fratribus, ſeu Equitibus Hieroſolymitanis *Aegid.Thomat.tract.de muner.§.ſi quiſpiam, n.3.vbi latè, Guid. pap.quæſt.*207. *per tot.* & colligitur hoc idem ſentire Congregationem Boni Regiminis in quodam decreto, ibi, *ſoluant onera Cameralia pro bonis patrimonialibus, & pro perſonalibus ſeruentur eorum priuilegia.*
Sed reſponderi poterit: quamuis hæc
80 immunitas videatur realis, attamen cum principalitèr reſpiciat dignitatem, & merita Religionis, ex hoc dici poterit perſonalis, vt de rebus clericorum, & Eccleſiarum ſcribunt *Doctores vtriuſque claſſis, Cæſarei ſcilicet, & Pontificij, Io. de Plat. in d.l.qui immunitatem, nu.*2. *verſ. ſed an immunitas, C.de mun. patrim. lib.*10.*Menoch.de arbitr.caſ.*562.*n.*46.*Tambur.de iure Abb.tom.*1.*diſp.*15. *quæſt.*21. *nu.*9.*relat.a Dian.de immun.Eccleſ.trac.*1.*reſol.*19.*part.*3. *facit Rota deciſ.*42.*nu.*19.*& ſeq. part.* 6. *recent.* Quia iſta bona dicuntur quaſi quædam ſpiritualis merces, & præmium pro ſeruitijs eccleſijs exhibendis ab ipſis clericis, & Regu-
81 laribus, vt notant *Scribent. in l.* 2. *C.de Epiſc.& Cler c.Epiſcopus, de præben. Menoch.de recup. poſſeſſ.remed.*15.*num.* 21. qui ait huiuſmodi bona vti acceſſoria perſonæ gaudere priuilegio bonorum Eccleſiæ; *Tomat.deciſ. Marcb.* 86. *fere per tot.Mar.Antonin.var.reſol.lib.*1.*reſol.*88.*num.*1.*& ſeq.reſol.*97.*num.*1. *Dec. in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ, num.*96. *& ſeq. de conſtit.* qui benè diſtinguit, quando bona patrimonialia clericorum gaudeat immunitate; *Marcabr. ab Anguil. conſ.*40. *videtur prima facie, per tot.* & alia multa congerit *ſupra in conſ.*18. *ſuper inquiſitione, per tot.Cæpoll.conſ.*4.*nu.*33. 36.*&* 44.*& fere per tot.lib.*2.

Sed hæc fortaſſe procedunt, quando onus collectæ imponitur bonis exiſten-
82 tibus, & poſſeſſis a clericis, & Regularibus, quia ſtatutum, ſeu decretum laicorum non ligat clericos, & Regulares, vt eſt ſentẽtia ab omnibus communitèr recepta, *c.*1.*de immun.Eccleſ.in* 6.*c. quantum, de cenſib.eod. lib.*6. Quando verò onus eſt impoſitum, antequam bona deueniant ad manus clericorum, tunc dicuntur tranſire cum onere ſuo, & hic eſt
83 caſus *conſ.*4.*d.B. Capollæ.* Tu tamen recurre ſemper ad ſacram anchoram. videlicet *ad deciſiones Rotæ Romanæ Brunduſin.& Alben. Gabellæ pluriès allegatas; & in præcit. deciſ.*42. quæ loquitur de
84 cognitione cauſæ emphiteuticæ Eccleſiæ, quæ omninò ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum priuatiuè quoad iudicem laicum, vt ibi, & ad rem etiam quædam ſcitu digna colliges.

Quid autem dicendum ſit, ſi ab Eccle-
85 ſia, vel eccleſiaſtica perſona concedatur bona in emphyteuſim, numquid huiuſmodi conductor teneatur ad collectas? & affirmatiuam partem tenuit *Bald. in conſ.*31.*num.*2.*vol.*1.*Alex.conſ.*101. *n.*11. *lib.*1. *& illi adden. in litera Q Marcabr. conſ.*18.*num.*28.*Iul.Ferret.tract. de gabel. num.* 372. qui extendit concluſionem ad vaſallum pro agro feudali; *& vide Bart.in l. placet, num.*41.*C.de ſacroſanct. Eccleſ.* qui reddit rationem, quia ſcilicet
86 emphyteuta debet habere rem in æſtimo deſcriptam ſub ipſius nomine, & ſic meritò tenetur ad collectas, *Afflict. ſuper feud.quæ ſint regal.in verb.plauſtro, n.*14

Menoch.

Menoch.de arbitr.cent.2.caſ.180.num.8. & caſ.562.num.31. & alij multi relati a Graſſo de effect.cleric.effect.3.nu.78.verſ. ſed quod imo,& num.79. reddit rationẽ quia dominium vtile emphyteutæ eſt quid ſeparatum a dominio directo ipſius clerici,& Eccleſiæ, & alias etiam rationes adducit *num* 80.Verùm quia hęc
87 quæſtio eſt valde controuerſa,idẽ *Graſſ. ſub num.* 83. *& ſeq.* nonnullas affert declarationes, ex quibus dignoſci poteſt, an, & quomodo emphyteuta teneatur ad collectas; & ad illas me remitto; & vide omnino *deciſ.42.ſententiam latam num.17.& ſeq.part. 6.recent.*

Sed quæritur, ſi conceſſio in emphyteuſim ſit nulla, & inualida, quia non ſint ſeruatæ forma, & ſolemnitates re-
88 quiſitæ in alienationibus rerum Eccleſiarum, numquid hoc caſu emphyteuta teneatur ad collectas? & negatiuam tenet *Marcabr.in d.conſ.*18. *num.* 337. *& ſeq.* reddens rationem, quia ex contractu nullo,& illicito non debetur gabella, *l.2.& ibi Bald.C.de eunuch.& idem Bal. Fulgoſ.& Iaſ. in l.non dubium, C. de legib.Bart.in l.fin.§.ſin autem,C.commun. de leg.Iaſ.in l.edita,C.de eden. & in l. pecuniam quam, ff.ſi cert.petat.Bertach.de gabell.8.part.3.membr.quæſt.15. nu.25.* ita etiam non; debet ſolui gabella, ſeu
89 collecta de fructibus perceptis ex conductione nulla facta ab Eccleſia; quia conductor non facit fructus ſuos, & tenetur reſtituere Eccleſiæ;& ex actu nullo actus nullus ſequi debet, *l.non dubiũ, C.de legib. & alia adducta ab eod. Marcabr.d.conſ.18.nu.339.& ſeq.* & quatuor Doctorũ opiniones,an ſcilicet,& quando emphyteuta Eccleſiæ,vel fiſci teneatur ad collectas,refert *Menoch.de arbit. cent.6.caſu 562.a num.22.vſque ad n.35. viden.* nam poſt abſolutam hanc quæſtionem, quærit, & rectè examinat more ſuo.

An, & quando Coloni Eccleſiarum
90 teneantur ad collectas?& pro opinione, quòd poſſint collectari pro portione ſua fructuum, ſex, & viginti Doctores enumerat, *ibi num.37.*

Contrariam verò ſententiam, quòd imò coloni ſint immunes pro ſua portione fructuum, ſequuntur ſexdecim Doctores relati ab *eodem Menoch. ibi,n. 46.*quos vide apud ipſum, & quibus adde *Tambur.de iure Abb.tom.1.diſput. 15 quæſt.21.num.9.*quem refert *Diana de immun.Eccleſ. part.3.reſolut.19.in princ.* ita dicentem:priuilegia hæc exemptionis a gabellis, datijs, &c.cum ſint realia, tranſeunt ad colonos eorundem Regularium, quia eorum bona, & prędia priuilegiata ſunt, & exempta ab onere ſoluendi gabellas, & ſimilia; & hoc etiam voluiſſe videtur *Theſaur.deciſ.116.*dum concludit, colonos teneri ad collectas impoſitas ſuper fructibus prędiorum,ſecus autem quando ſunt impoſitæ ſuper fundo, vel prædio, *vt ibi num.4.verſ. in fauorem.*

Hanc denique concluſionẽ diſtinguit
91 *Squillan.de priuileg.cleric.cap.8.num.20. & ſeq.*aſſignans triplicem ſpeciem colonorum; alij enim ſunt partiarij, qui pro rata fructuum illis tangentium tenentur, vt diximus;alij perpetui, & aſcriptitij, & iſti non tenentur, ſed gaudent immunitate clericorum;tertij denique sũt coloni conductitij, & iſti non gaudent aliqua immunitate,*vt ibi latius apud ipſum a d. nu.20. vſque ad num.24.viden.* habes etiam in hac materia, an coloni partiarij, & emphyteutæ Eccleſiarum collectati poſſint per Vniuerſitatem laicorum pro fructibus dictorum bonorũ, integrum *cõſ.M.Anton.Eugenij 96.præſuppoſito, part.1.ſed vide Graſſ.de effect. cleric.effect.3. n.5. & pluribus alijs ſeqq. & num.146.*vbi multa refert;& licèt aliqui teneant affirmatiuam, ipſe tamen quatuor modis limitat, & benè.

Sed euenit aliquando, vt dicti coloni Eccleſiarum ad effugiendas collectas, quæ ab Vniuerſitatibus imponuntur ſuper animalibus, per apochas priuatas, ſiue inſtrumenta declarant in fraudem ipſarum Vniuerſitatum, animalia eſſe clericorum,ipſos verò colonos eſſe ſimplices cuſtodes; ideo Sacra Congregatio Boni Regiminis ſub ead.die 4. Octobris
92 1614.quarto loco reſpondit.*Donec prouinciales oſtendant citata parte iniuſtitiam harum conuentionum,mandauit illas ſeruari; iurato per Eccleſiaſticos eſſe veras, & non fictas in fraudem Communitatum, & onerum partem colonicam tangentium, &c.* quod iuramentum coram iudice eccleſiaſtico præſtandum eſt.

Iniuſtitia autem harum conuentionũ ſatis probata videtur, ſi probetur fraus;
93 quia hæc nemini patrocinari debet, *l.ita demum, ff.de recept.arbit.Bart. Bald. & alij relati a Squill.d. cap.8. num.47. de priuil.cler.* Probata autem fraude,qui illam committunt, amiſſione rei puniuntur, *Corſett.ſingul.1.in verb.gabella, per text.in l.illud;* ſed puto voluiſſe allegare

l.in

l. in fraudem, C. de annon. & tribut lib. 10
ſed melius, ni fallor, probat *l. qui in*
contractibus, C. de iure fiſci, eodem lib. 10.
vbi qui facit fraudem fiſco, in quadruplũ
punitur; & quòd huiuſmodi animalia
ſint publicanda, notat *Bart. in l.* 1. *in*
princ. C. de nauib. non exoner. lib. 10. po-
nens caſum in ruſticis, qui faciunt, vel
inducunt aliquem ciuem ad emendum
pro eis, vt ſub titulo ciuium non ſubij-
ciantur oneribus impoſitis, & tales res
publicandas eſſe ait; ſequitur *Io. de Plat.*
ibi verſ. & hic eſt caſus, mouetur, quia
verba illius textus non diriguntur ſim-
plicitèr ad naues, ſed generalitèr ad om-
nes res, quæ a publica vtilitate retrahũ-
tur.

Fraus autem in conuentionibus præ-
ſumitur multis modis, relatis *a Squillã-*
te d. quæſt. 8. de immun. & priuil. cleric. a
num. 48. vſque ad num. 55.

Quod autem in reſolutione Congre-
94 gationis ſupra relata dicitur, *iurato per*
eccleſiaſticos, eſſe veras, & non fictas in
fraudem, &c. ſcias, in ſimilibus ſtandum
eſſe iuramento eorũ, qui contraxerunt,
vt voluit *gloſſ. in Clem. fin. verſ. negotiã-*
di, de cenſib. quam refert *Surd. conſ.* 307.
pauperrimos, num. 3. *lib.* 3. reddens ratio-
nem, quia ad quem finem quis emerit,
vel contraxerit, conſiſtit in animo emẽ-
tium, & contrahentium; in his autem
quæ animum alicuius concernunt, ſtan-
dum eſt illius dicto; ita *Surd. & alij per*
eum adducti loco cit.

Et videtur neceſſarium huiuſmodi iu-
ramentum clericorum ad effectum pro-
95 bandi animalia eſſe propria, & non ru-
ſticorum, quia immunitas a gabellis, &
collectis conceſſa clericis, & Eccleſiæ eſt
perſonalis, & non tranſit in arrendata-
rios emptores fructuum prædiorum, &
ſimilium, vt dixit *Rota apud Seraph. de-*
ciſ. 827. *Fratres Sancti Hieron. per tot.*
Alex. conſ. 35. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 4. qui ait
per mutationem perſonæ mutatur etiã
rei ſtatus in materia collectarum; vnde
96 emens ſal a Camera, ſeu fiſco, qui eſt ex-
emptus, vel etiam ab Eccleſia, quæ pa-
ritèr eſt immunis, non gaudet immuni-
tate, vel exemptione, *Bart. in l. licitatio*
§. fin. ff. de public. Rolan. conſ. 61. *num.* 16
& ſeq. lib. 4. *Burſatt. conſ.* 42. *num.* 14. *&*
alij adducti a Surd. d. conſ. 107. *num* 6. *&*
97 7. Et emens carnem ab Eccleſia extra
Ciuitatem, ſi illam introducat intra Ci-
uitatem, tenetur ad gabellam; *Angel. de*
Peruſ. in l. vniuerſi, nu. 2. *in fin. C. de ve-*
ctig. & commiſſ. Villalob. comm. opin. in
verb. gabellam, nu. 1. *& de communi te-*
ſtatur Tiraquell. de retract. lignag. §. 1.
gloſſ. 13. *num.* 12. qui multos adducit,
& vbique locorum id obſeruari dicit,
Bald. in conſ. 496. *per tot. lib.* 4. Caueant
igitur immiſcere ſe in huiuſmodi col-
98 luſionibus, quia ſi collectæ, & gabellæ
ſunt iuſtæ (prout præſumendæ ſunt,
quando cum auctoritate Papæ impo-
nuntur) peccant mortalitèr fraudando,
vel impediendo earum ſolutionem;
Leſſius de iuſt. & iur lib. 2. *ca.* 33. *dubit.*
8. *num* 56. *& alij per eum adducti, qui-*
bus adde Menoch. de arbitr. caſu 397. *n.*
2. *& per tot.*

99 Non ibo tamen inficias poſſe Eccle-
ſias, & eccleſiaſticas Perſonas concor-
dare cum emptoribus rerum ſuarum,
vt hæc tranſportentur de loco ad locũ
ſumptibus ipſius Eccleſiæ, vel eccleſia-
ſticorum, quo caſu immunitas, & exẽp-
tio perſeuerat, vt probant *Doctores re-*
lati ab eodem Surd. d. conſ. 107. *nu.* 9. *&*
10. *& alios etiam adducit Squill. d. cap.* 8
num. 26. *ſecundò dubitatur, Graſſ. effec.*
3. *num* 150. *limitatur* 3.

Præterea quæſitum eſt, an poſsiden-
tes annuos redditus, vt ſunt cenſus, lo-
ca montium, ſocietates officiorum, &
quid ſimile, teneantur ad collectas? &
pro affirmatiua facit, quia vſufructua-
rius, vel emptor fructuum tenetur ad
collectas, *l. quæro, & ibi gloſſ. & Bart.*
ff. de vſufr. legat. Roman. conſ. 230. *nu.* 2.
licèt ipſe contrarium ſentiat in illius
facti ſpecie; *Bellon. conſ.* 17. *num.* 7. *& alij*
relati a Surdo conſ. 162. *num.* 25. *lib.* 2.
Oſaſch. deciſ. 83. *num.* 4.

Et ratio eſt; quia collectæ, & onera
100 ſoluuntur, & præſtãtur propter fructus,
quos poſſeſſor ex prædijs capit, neque
venditiones, neque pactiones in con-
trarium factæ ſuſtinentur, aut valent,
l. fin. C. ſine cenſu, vel reliq. l. 1. *C. de an-*
101 *non. & tribut. lib.* 10. Cenſus verò con-
ſtituuntur ſuper fructibus, ſeu re habi-
ta pro fructifera, & habita etiam ratio-
ne ad fructus; adeout ſi res cenſuata
pereat, & reddatur infructifera in to-
tum, vel in partem, cenſus etiam perit,
& extinguitur pro rata peremptionis
fundi; vt ſancitum habemus in Bulla
Pij V. ſuper forma creandi cenſus; ibi,
Statuimus cenſum, ſeu annuum redditũ
creari, vel conſtitui nullo modo poſſe,
niſi in re immobili, aut quæ pro immo-
bili habeatur, & de ſui natura fructi-
fera, &c. & paulò poſt: *Poſtremò cen-*
ſus omnes in futurum creandos, non

ſolium te in totum, vel pro parte peremptis, aut infructifera in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, &c. Ex quibus colligimus, emptorem
102 cenſus teneri ad collectas, prout etiam colligit, & argumentatur *Menoch. conſ. 983. dubitatio eſt egregia, a nu. 2. vſque ad 11.* & in terminis huius quæſtionis *Virgin. Boccacc. tract. de cenſib. parte 1. num. 72. prope med. qui alios adducit.* licèt contrariam ſententiam veriorem, & magis receptam dicat *Surd. cōſ. 162. a num. 26. vſque ad 36.* qui multas adducit diſparitates inter vſufructuariũ, & emptorem cenſus; & voluit etiam *Menoch. d. conſ. 983. ab ipſo nu. 11. vſque ad fin. & modernus Peruſinus in tract. de cenſib. part. 1. cap. 1. art. 1. num. 26. & ſeq.* licèt videatur aſſentiri Surdo, & Menochio, reſpondendo ad ea, quæ in contrarium affert *Virgin. Boccacc. loco cit. & Io. Bapt. Coſta tract. de portione rata, quæſt. 170. in fin.* vt has contrarias opiniones ad concordiam redigat, ita diſtinguit: aut imponitur collecta ratione, & contemplatione agri, ſuper quo fundatus eſt cenſus, & hoc caſu emens cenſum nō tenetur ad collectas, & ita procedit opinio Surdi, & Menochij; aut imponitur collecta generalitèr ſoluenda ratione quorumcumque bonorum immobilium, vel indefinitè ratione bonorum immobilium, tunc emptor cenſus tenetur ad collectas; *Bart. in l. placet, num. 40. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Sed pace tanti viri hæc diſtinctio nō placet; quia ex forma prædictæ Bullæ Pij V. cenſus imponendus eſt ſuper re certa, & certis finibus deſignata; nam alitèr non poſſet dari caſus, quòd ad ratam peremptionis fundi periret etiã cenſus, vt legitur in ipſa Bulla: & ideo collecta impoſita indefinitè ratione quorumcumque bonorum immobiliũ, non comprehendit emptorem cenſus ex præmiſſis, & benè facit *Gratian. diſcept. foren. cap. 29. num. 29. verſ. ſecundò mouebantur.* Quamobrem dicẽdum puto, poſſidentes annuos cenſus ideo
103 teneri ad collectas, quia dicuntur poſſidere bona immobilia, vt benè probat *Hieron. Gabri. conſ. 141. num. 13. & 14. lib. 2. & ante eum Luc. de Penn. in l. agros, num. 10. C. de fund. limitroph. lib. 11*
104 dum firmat poſſidentes annuos redditus teneri ad collectas, quia inter immobilia computantur; *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. rub. de conſtitut. annui cenſus in reb. Eccleſ. n. 26.* dicens conſtitui poſſe cenſus in rebus Eccleſiæ ad tempus, & ad vitam concedentis etiam ſine ſolemnitatibus; cenſus verò perpetuos iuxta formam Pij V. non poſſe, quia intelliguntur vt res immobilis, *ad text. in l. ſi quis inquilinos, ff de legat. 1 l. hac editali, §. his illud, vbi gloſſ. in verbo ciuilium, & ibi etiam Cyn. & Bald. C. de ſecun. nupt. l. iubemus nulli, & ibi gloſſ. in verb. annonas, Bald. Caſtren. & alij, C. de ſacroſ. Eccleſ. & text. in Auth. de nō alienan. §. hac ergo, ibi, ciuiles annonas,* nam hæc inter immobilia ſunt numeranda; & hac ratione cenſus annui collectantur, quicquid dicat *Guttier. de gabell. quæſt. 57. a num. 1. vſque ad 12.* in ipſo autem *num. 12.* fatetur, communem praxim eſſe pro cõcluſione a nobis firmata.

Sed quæritur vlterius, quonam in loco ſoluenda erit hæc collecta, an in quam vbi ſitus eſt ager cenſuatus, an
105 verò vbi deſtinata eſt ſolutio ipſius cẽſus? Et ſoluendam eſſe collectam, vbi deſtinata eſt ſolutio cenſus, dixit *Rota coram Lancellotto deciſ. 3. num. 17. impreſſa poſt tract. moder. Peruſ. de cenſib.* reddens rationem, quia annuæ præſtationes dicuntur eſſe de loco, vbi eſt deſtinata ſolutio, & habitat perſona creditoris, *vt eadem Rota voluit in cauſa Romana de Burdeſeriis, anno 1571. co-*
106 *ram Oradino,* vbi deciſum habes, cenſus conſtitutos ſuper certis tenutis, & alijs bonis mobilibus, & immobilibus, Vrbis veteris, & Vallis Montorij eſſe iudicandos vti de bonis exiſtentibus Romæ, quia Romæ fuerant celebrati contractus dictorum cenſuum, & ibi fuerat deſtinata ſolutio; & reſpondet ad cõtraria; & hanc *deciſ.* alleegat *Gra-*
107 *tian. diſcept. forenſ. cap. 29. num. 28.* Et magis ad rem ſupra *num. 3. & ſeq.* vbi firmat, ciues Peruſinos non poſſe collectari a Ciuitate Fulginei pro cẽſibus, ſeu annuis redditibus, quos ipſi Peruſini emerunt a Fulginatẽſibus, reddens etiam aliam rationem, quia Peruſini tanquam forenſes non poſſunt collectari de iure, cum collecta ſit munus, quod imponitur perſonæ pro rebus, & quando perſona non eſt ſubdita collectantis, vel ratione domicilij, vel originis, non poteſt ei imponi ex defectu iuriſdictionis; ſiquidem poteſtas imponendi collectas dependet a iuriſdictione, & non imponuntur, niſi ratione
108 ſuperioritatis, & ſolutio cenſus, & collecta-

lectarum deſignat ſubiectionem;adducit *aliam deciſ. in cauſa Auenionen. & C uallicen. collectarum, die 16. Maij 1583. coram Lancellotto ſeniore*, quam benè examinat per omnes eius partes, *apud ipſum Gratian. viden*.

Verùm Sacra Congregatio Boni Regiminis ſub die 5. Martij 1611. in cauſa Communitatis Sancti Geneſij contrarium decreuit. [*Si come* hà più volte
109 riſoluto la Congregatione de' ſgrauij, che le collette ſopra ſtabili ſi paghino doue ſono ſituati li beni; così ſopra l'inchiuſo memoriale di coteſta Communità, ſi è riſoluto, che l'impoſitione ſopra cenſi ſi paghi à quella Communità, nel cui territorio ſono fondati, e così voi eſeguirete contro tutti, facendo intendere à Gio. Battiſta Beuil'acqua, & ad altri, che pretendano hauer pagaro per li ſteſſi cenſi altroue, che ricorrẽdo, ſe gli prouederà di buona giuſtitia: e ſtate ſano. Di Roma li 5 di Marzo 1611.

Voſtro.

Il Card. Borgheſe.

Et hanc Congregationis reſolutionem tuentur *Boccac. de cenſ par. 2. n. 49 Alcib. Lucarin. obſer. pract. lib. 1. accadem. 5. obſer 3. num. 12. Io. Bapt. Coſta de port. rata, quaſt. 170 in fin. & alij relati a Cencio de cenſ. part. 1. cap. 1. quaſt. 3. artic. 1. num. 26. verſ. nec refert; Morla in empor. part. 1. tit. 9. de contrahen. empt. in 1. quaſt. num. 56. & de commu. teſtatur Guttierez de gabell. quaſt. 55. num 1.*

Verùm quia auctoritas Rotę Romanæ magna eſt apud omnes, itaut *Cencius loco cit. in fine d. artic.* putet recedendum eſſe ab opinione Boccacc. & aliorum proximè relatorum, & per cõſequens a reſolutione Congregationis, quæ a nobis pro viribus ſuſtinenda eſt cum ſit organum ipſius Principis, & ipſum immediatè repræſentat; & quæ Principi placent, legis habent vigorem. ideo ad ipſas Rotæ deciſiones, Gratianum, & alios contrarium volentes reſponderi poſſe videtur; quòd illæ emanarunt, antequam editum eſſet Breue Pauli V. quo ſancitum eſt, collectas, & onera Cameralia ſoluenda eſſe, vbi bona ſita ſunt.

Secundò, quòd potiſſimum illorum fundamentum eſt, quia foreuſes non poſſunt collectari extra locum domicilij ob defectum iuriſdictionis; quæ concluſio licèt de rigore iuris vera ſit, attamen de conſuetudine totius Italiæ contrarium ſeruatur, vt diximus *ſupra hoc eodem cap. num. 31. & ſeq.* Et ideo ſaluatur deciſ. Rotæ, vt procedat in puris terminis iuris communis; reſolutio verò Congregationis a conſuetudine roboretur, cum hæc ſit altera lex; *l. de quibus, & ibi Doct. ff. de legib.* eoque magis, quando conſenſu Principis roborata eſt, vt in caſu noſtro per ſuprad. Breue Pauli V. *Azo. & Accurſ. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. Innoc. in rub. de conſuet. num. 4. & alij relati a Morla in empor. iur. part. 1. tit. 1. de legib. n 24.*

At dicamus etiã aliquid de alijs annis redditibus, qui nõ percipiuntur ex
110 certis fundis, ſed ex redditibus generalibus, vt ſunt fructus locorum montium, qui non dicuntur propriè immobiles, neque mobiles, ſed tertiam ſpeciem conſtituunt, *vt in dec. 3. poſt tract. de cenſib. num. 13. & latius proſequitur idem Cenc. part. 1. cap. 3. quaſt. 1. artic. 2. num. 1.* ſi inquam quæramus de fructibus locorum montium, dicendum eſt, non eſſe collectis obnoxios, non ſolùm
111 quia hæc ſolutio deſtinata eſt in Vrbe, ſed etiam ob ſpecialia, & ampliſſima priuilegia in erectione ipſorum montium a Summis Pontificibus conceſſa; vt legitur *in literis Apoſtolicis*, & faciunt tradita *per Guttier. trac. de gabell. quaſt. 57. a num. 1. ad 12.*

Sicuti nec penſiones domorum ſubiectas eſſe collectis ſcribit *Io. de Plat. in l. 1 nu. 5. C. de ann. & tribut. lib. 10.* dum ait; ſi collectæ ſoluendæ ſunt pro fru-
112 ctibus, non ſoluuntur pro penſionibus domorum, quia illæ non ſunt propriè fructus, ſed acceſſiones merè ciuiles, quæ non ex re, ſed propter rem percipiuntur: aliam rationem adducit *Petr. de V bald. ſeu alius Doctor in conſ. 1. inſerto in tract. de collect. ipſius Petri, nu. 7 verſ. iſtud etiam*, quia domus etiam pretioſa dicitur ſterilis, & quatenus ſoluenda ſit collecta, tantum ſoluendum eſt de domo pretioſa, quantum de vili; nec plus deſcribenda eſt in cataſtro, quàm domus vilis; quia non reſpondent redditus pretio domus: debent tamen cẽſitores aduertere, ſi in domo aliquæ fiant apothecæ, vel tabernæ meritoriæ, quia cum ex illis augeantur redditus, debet etiam augeri æſtimum: *vt ibi notat Petr. de V bald.*

Quid autem dicendum ſit de ſocie-
113 tatibus officiorum, quę ad vitam exponentis pecunias, vel alterius ab eo no-

 mina-

minati conſtituuntur, & ideo tempo-rales ſunt, qua ratione non veniunt ſub prohibitione alienationis, vt de impoſitione cenſus per ſolum Rectorem, aut Beneficiatum ſuper fructibus ſuæ Eccleſiæ, ſeu Beneficij. ad vitam ipſius concedentis, vel imponentis, quòd hęc non ſit alienatio, quia temporalis eſt, ſcribit *Redoan. de reb. Ec leſ. non alien. rub. de conſtitut. annui cenſus, num.* 5.

114 imò pro validitate ſocietatis officij duo præcipuè ſunt neceſſaria; primũ, quòd officium per mortem eius, in cuius periculo vitæ reſidet, vacare debeat; ſecundum, quòd ſocietas non excedat verum valorem officij, *vt in Romana prætenſæ ſocietatis, 1. Iulij* 1596. *coram bo. me. Corduba, a Zacch. relat. tract. de ſociet. off. num.* 30 Et nedum morte naturali, ſed etiam ciuili ſocietates ſolui, plenè probat *Felic. a Sole. de ſociet. cap.* 33. *per tot.*

Cum igitur pecuniæ, quæ exponuntur ſuper officiorum ſocietatibus, habeant ex neceſſitate annexum periculũ vitæ certi, & determinati hominis; hæc autem vapor, & ad modicum apparens ſit, *vt in epiſt. Iacobi Apoſt. cap.* 4. *ad fin.*

115 & mortalium nemo eſt, qui craſtinum ſibi audeat polliceri, *teſte Euripide*; vtique talis pecunia fragilis dicenda erit; & ideo, vt diximus ſupra, collectari non debet.

Secundò, quia ſocietates officiorum habent fundamentũ ſuper officijs Romanæ Curiæ; & hæc officia debent eſſe vacabilia, aliàs ſocietas nõ valet, *Zacch. d tract. de ſociet. nu.* 59. & ideo ex vtroque capite non videntur ſubijciendas eſſe collectis: ex eo enim quòd officia ſint, & eſſe debeant vacabilia, faciunt ceſſare collectas, per ea, quæ ſcribit *Guttier. de gabell. quæſt.* 56. *verſ. cuius praxis.*

Et cum eadem officia ſint in Romana Curia, eximuntur etiam ab onere collectarum, ob multa priuilegia illis conceſſa, vt dictum eſt de locis montium. quæ fortius procederent, quãdo collectæ imponerẽtur extra Vrbẽ, puta ſi Ciuitas Viterbienſis vellet imponere collectas ſuper ſocietatibus officiorum contractis a ſuis ciuibus, quia hoc agere non poſſet ex defectu iuriſdictionis, ſiquidem officia Romanæ Curiæ ſunt extra dominium Ciuitatis Viterbij; *Bart. in l. libertus, §. ſola ratio, num.* 1. *ff. ad municip. Alex. conſ.* 52. *col.* 3. *num.* 1. *verſ. non obſt. lib.* 6. *& diximus ſupra.*

116 Quibus tamen non obſtantibus, puto, etiam ſocietates officiorum collectari poſſe, moueor, quia hæc non dicitur ſimplex pecunia, ſed peculium, ex quo percipitur fœnus, & emolumẽtum; qua ratione *Bart in l. munerum, §. patrimonium, num.* 2. *ff. de muner. & honor.* vult, quòd forenſibus fœnus exercentibus in aliquo loco poſsit pro pecunia, quam ibi habent, imponi collecta, & cogi etiam ad emendũ equos pro ſeruitio Reipublicæ: & ita quoad caſum noſtrum fuiſſe reſolutum, & deciſum audio a recol. mem Card. Falconerio, cum eſſet conſtitutus Commiſſarius generalis a ſan. me Vrbano VIII. in Ciuitate Peruſij, & alijs locis Ditionis Eccleſiaſticæ, pro recta ipſarum Cõmunitatum directione.

Ad ea verò, quæ in contrarium di-

117 cta ſunt, reſponderi poſſe videtur, & quoad temporalitatem, etiam in cenſibus reſpectu vendentis, & imponentis adeſſe; hic enim ſemper, & quandocumque poteſt redimere cenſum, ex *Bulla Pij V. & Rota poſt tract. Cenc de cenſib. deciſ.* 152 *num.* 8. *& deciſ* 153. *n.* 8. imò maius priuilegium habet venditor cenſus, quia poteſt intra breue tempus puta menſem, redimere, etiã pro medietate pretij recepti; *Guttier. pract. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 174. *per tot. Cenc. de cenſib. part.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 8. *n.* 16. *& ſeq.* contrahens verò ſocietatem officij ſi recepit fructus anticipatæ ſolutionis, prout regulariter recipi ſolent, non poteſt a ſocietate recedere, niſi elapſo tempore, pro quo fructus fuerunt ſoluti, vt dixit *Rot. in Romana ſociet.* 16 *Februarij* 1596. *coram Iuſto, quæ eſt poſt Zacch. de ſocietatib. offic. deciſ.* 41. *n.* 2. 3. *&* 12.

Secundò videtur magis priuilegiatus contrahens ſocietatem officij, quã emens cenſum, quia hic ſi pereat fundus, ſuper quo impoſitus eſt cenſus, in totum vel in partem, ita etiam perit cenſus in totum, vel in partem, vt legitur *in Bulla Pij V. & ſcripſerunt Couar. variar. reſolut. cap.* 7. *lib.* 3. *Surd. conſ.* 162. *num.* 1. *vol.* 2. *Cenc. de cenſib. part.* 3. *cap.* 1. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *num.* 1. 2. *& per tot.* qui concludunt, quòd ſequuta peremptione fundi cenſuati, alluuione, caſmate, ruina, vel alio caſu, nec etiam eſſe reſtituendum pretium: contrahens verò ſocietatem officij, ſi moriatur officialis, qui accommodauit officium, ſuper quo contracta fuit ſocietas,

cietas, non tamen amittit pecuniam,
quam poſuit ſuper illo officio, vt notũ
eſt; & ſcribit *Felic.de ſocietat.cap 9. nu.
64.verſ.deinde ſi ſocius,& eſt deciſ.ma-
giſtr. in cauſa Foroliuien.ſocietatis,co-
ram Sacrato, quæ legitur poſt Zacchiam
de ſociet.offic.deciſ.48.dubitaui,num.11.
& 12.& in num ſeq.* habes, ſocietates
officiorum nõ poſſe contrahi ſuper ſo-
lo periculo vitæ,ſed ſuper fructibus dd.
officiorum,quæ quidem officia conſue.
uerunt reddere fructus aliquando plu-
res,& aliquando minores,ideo ratione
incertitudinis taxantur ad rationẽ 12.
pro centenario, *Zacch.d tract. nu.132.
& d. deciſ.48. num. 7. & 8.* & propter
hos fructus, qui percipiuntur ex pe-
culio, imponitur, & exigitur collecta.

Ad ſecundum argumentum, nõ poſ-
ſe collectari ſocietates,ex eo quia con-
trahuntur ſuper officijs Romanæ Cu-
riæ, quæ ſunt valde priuilegiata ad in-
ſtar locorum montium; & deficit facul-
tas collectandi, quia non ſubijciunt iu-
riſdictioni aliarum Ciuitatum extra
Vrbem. Reſpondetur primò, quòd in
hoc attenditur locus deſtinatę ſolutio-
nis fructuum, vt dictum eſt ſupra in
cenſibus, & in hoc ceſſat priuilegium
locorum montium, quæ loca habent
deſtinatam ſolutionem in Vrbe, & ideo
extra eam nõ collectantur; & differunt
etiam in multis alijs loca montium a
ſocietatibus officiorum, quas differen-
tias non eſt opus nunc recenſere; &
ideo ex diuerſis non fit illatio. Reſp.
ſecundò, non eſſe ſemper verum,quòd
ſocietates contrahantur ſuper officijs
Romanæ Curiæ; nam poſſunt etiã con-
trahi ſuper alijs officijs exiſtentibus ex-
118 tra illam, dummodo ſint vacabilia, vt
dicitur *in d.deciſ.48. poſt Zacchiam.* vbi
declarantur validę ſocietates contractę
ſuper officio Cancellariæ ciuilis Foro-
liuienſis; & ideo ceſſat obiectum.Reſp.
tertiò, collectas imponi principalitèr
perſonis ratione bonorum, vt ſępius di-
119 ctum eſt; quare cum perſonæ ſubijcian-
tur Ciuitati,in qua imponitur collecta,
non eſt curandum de officijs, quia per-
ſona dignior eſt quauis alia re; omnia
enim propter hominem creauit Deus,
& dignius trahit ad ſe minus dignum.

Dicamus nunc aliquid de cenſibus
120 vitalitijs, qui licèt differant a ſocietati-
bus officiorum, vt dixit *Rota in dicta
deciſ.48.num.14.15.& 16.coram Sacra-
to, ſeu Damaſceno in Foroliuien.ſocie-
tatis, & in alia coram Merlino deciſ.28,
num. 19. & ſeq. poſt Zacchiam,* nihilo-
minus inter annuos redditus connu-
merantur, & gabellis ſubijciuntur, ad
tradita *per Molin.tract.de contract. di-
ſput.384.num.6. verſ. procul dubio, Io.
Guttier. tract. de gabell. quaeſt. 56.* qui
poſt relatam praxim Regalis Cancella-
riæ Valliſoletanæ, quæ non admittit
huius gabellæ ſolutionem, tandem
concludit *in verſ. at vbi*, quòd ſi cen-
ſus ad vitam, ſeu perpetui imponantur
ſuper ſpecialibus bonis deſignatis, tunc
debeatur gabella; & fauent etiam, quæ
idem Guttier. ſcribit in ſeq. quaeſt.57.

Supereſt, vt ſingularia quædam de
121 collectis referamus. Quærunt igitur
Doctores, an ille, qui tenetur reſtitue-
re fundum, teneatur ad collectam im-
poſitam per æs, & libram? & negatiuè
reſpondet *Guid.pap.quaeſt.384.num.2.
per textũ in l.nemo, ff. de in integr. reſt.
vbi Bart.* rationem reddit, quia non vi-
detur talem rem habere, *l.21. Lucius,
§.idem reſpondit, ff.ad municipal.*

Verùm concluſionem hanc non pu-
to ſimplicitèr eſſe recipiendam, nam
emphyteuta,cenſuarius,colonus,fidei-
commiſſarius tenentur reſtituere fun-
dum,& prædia,& nihilominus ſoluunt
collectas, vt dictum eſt ſupra; & ideo
habere locum in depoſitario, vel ſe-
queſtr. qui non faciunt fructus ſuos, ne-
que commodum capiunt ex re, quam
detinent, *arg.text.l.1.C.de ann. & trib.
lib.10.l.hactenus,ff.de vſufruct.& quẽ-
ad. quis vtatur*; aliàs neque maritus,
122 qui ſoluto matrimonio tenetur reſti-
tuere dotem, teneretur ad collectas, &
tamen certum eſt teneri, *vt eſt text. in
l.neque ſtipendium,13.ff.de impen.in
reb dotal. fact. Ferrett.tract. de gabell.
num.427.* & poſt adducta, quæ faciunt
in contrarium, & data reſponſione, fir-
mat *Aegid.Thomat. de mun. patrim.§.
pauperes, num.25.* declarat tamen hoc
verum in muneribus patrimonialibus,
non autem perſonalibus, vt ibi per eum
latius; *Tholoſ.in ſyntag.iur.lib.9.ca.23.
num.22.Dec.conſ.284.num.1.*

Grauatus ſoluere collectas poteſt
123 petere ab exactore, ſeu officiali, vt oſtẽ-
dat librum, ſeu quadernum, in quo de-
ſcripti ſunt debitores collectarum, ad
hoc vt videat, an ſit cum alijs deſcrip-
tus, & niſi ſit, non debet ſoluere, & in-
iuſtè grauatur, *l.1. & ibi Bart. & Io. de
Plat.num.1. verſ.& ideo debitores, C.de
124 exact. tribut. lib.10.* Et eò ipſo quòd
quis non reperitur deſcriptus in libro,
pro-

probatur negatiua, non teneri ſcilicet ſoluere, nec præſumitur ſoluiſſe, *idem Io.de Plat.ibi, Curt.iun.conſ.*106.*nu.*10. *lib.*1. qui ait, negatiuam probari etiam poſſe per electionem exploratorum, qui diligentèr inquirant libros colle-
125 ctarum, & ſi in libris quis deſcriptus nõ fuerit, non præſumitur ſoluiſſe, nec eſſe compellendum ſoluere; nam ex hac negatiua reſultat probatio neceſſaria in præſcriptione libertatis non teneri ad collectas: Sęciti è contra per inſpectionem libri collectarum probatur ſolutio collectæ, *Gail. pract. obſer. lib.* 1. *obſer.*134.*num.*15.*vbi adducit text.in l.* 2.*C.de error.aduocat.Ant.Corſet. in ſingul.verb.collecta, la prima per tot. ad rem facit Auth.en.de collat. §.eos autem qui,* vbi Imperator mandat, vt qui in
126 Prouincias pro quibuſcumque exactionibus publicis diriguntur, non alitèr inchoare debeant exactiones, niſi prius iudici Prouinciali inſinuauerint impoſitas in hoc iuſſiones, vt exoluentes fiſcalia tributa nulli pro his periculo, ſeu damno ſubijciantur; *& in l. probibitũ, C.de iure fiſci*, ſancitum eſt, non poſſe nuncios, ſiue exactores venire ad bonorum fiſco debitorum exactionem, niſi prius ab Imperatoribus firmam acceperint, *vbi gloſſ. & Scribentes* expõ-
127 nunt *firma*, ideſt *literas*; & niſi oſtendatur, poteſt de facto reſiſti, vt poſt *gloſſ.ibi in verb. reſiſtentibus, tradunt Bart.And.de Barulo.Io.de Plat.& alij.*

Si verò exactor oſtendat librum, non
128 debet denegari ſolutio collectæ; nam etiamſi talis exactor aufugiat, non ex hoc imputatur ſoluenti, ſed benè ſoluit, *l. pro ijs, & ibi Bart C.de naufrag. lib.* 10. & hoc idem notandum, dicit ibi *Io.de Plat.Corſet.in verb.collecta, ſingul.*3.*num.*1. Et hæc concluſio adeo vera eſt, quòd etiamſi ſoluens collectã ſciat remouendum eſſe exactorem ab officio, nihilominus benè ſoluit, nec dicitur eſſe in culpa, prout conſultus reſpondit *Petr.de Anchar. conſ.*285.*tria principalitèr, nu.*3.*verſ.venio ad ſecundum*, quem refert *Crauet.conſ.*6. *n.*94. *lib.*1.*Flamin.Carthar.deciſ. Ianuen.*30. *num.*13.*facit Abb. in conſ.* 35. *num.* 2. *verſ. vbi patet, part.* 1. dum ait, ſi quis gociationi, non ſufficit eum ſimpli-
129 citèr repræfecit publicè inſtitorem alicui neuocare ad impediendos contractus cum eo gerendos, ſed neceſſe eſt, quòd publicè prohibeatur, vt ſic alij ſint cauti ad deſiſtendum a contractibus, cum tali inſtitore gerendis, ne ſub illo prætextu, & indifferentèr faciè decipi poſſint. Quod cum in facti contingentia habuiſſemus bo. me. D. Lepidus Buſſus Viterbienſis vir ſanè integerrimus, morum ſuauitate præclarus, collega meus in Prouincia Patrimonij; & ego pro nonnullis Vniuerſitatibus eiuſdem Prouinciæ, quæ ſoluerunt exactoribus ibidem exiſtentibus, & qui nedum ſolutiones iam maturatas, ſed etiam ante tempus exegerãt, & poſtea decocti obierunt; Illuſtriſſimus tunc Theſaurarius generalis ita decreuit. Communitates non eſſe moleſtandas pro ſolutionibus iam maturatis intra tempus, quo adhuc durabat officium exactoris, quia benè ſoluerunt, & damnum cedere debere ipſi Cameræ Apoſtolicæ, quæ illum exactorem deputauit: Pro ſolutis verò antequam dies ſolutionis cederet, & nondum maturatis, Vniuerſitates teneri ad iteratam ſolutionem: Quibus tamen ſuccurrendum eſſe, cedendo actionem contra Depoſitarios, & Adminiſtratores earundem Vniuerſitatum: Qui ſi ignorãtèr ſoluerunt, conditione indebiti ab hæredibus exactoris repeterent; ſi verò ſcientèr, ceſſaret repetitio, & ſibi imputarent, *l.*1.*& ibi gloſſ. in verb.ceſſat, ff.de cond. indeb.* quia hoc ſecundo caſu præſumitur donatio; *Io. de Plat. Inſtit.tit.de oblig. ex quaſi contrac. nu.*20. *lib.*3.*& vide Munnoz de excobar.tract. de ratiocin.cap.*23. *a num.*50. *vſque ad* 57. vbi hanc quæſtionem benè examinat.

130 Et dandam eſſe repetitionem ei, qui ſoluit collectas pro vero debitore, etiamſi ſolutio proceſſerit ipſo debitore inuito, ſcribit *Aegid.Thomat.de muner. patrim.§.retenta, num.*38. quem ſequitur *Menoch.conſ.*641.*num.*30.

At collectam impoſitam pro ſoluen-
131 dis debitis antiquis non tenetur ſoluere ciuis nouiter factus, *l.* 13. *prouidendum; & ibi Bart. Lucas de Penn. & Io.de Plat.num.*1.*verſ. item creatus, C. de decurion.lib.*10. *Roman.ſingul.*490. *Corſett.in verb.collecta, il ſecondo, nu.*1.

132 Collectarum ſolutio non tollitur, etiamſi quis ſoluat Vniuerſitati aliquam pecuniarum ſummam, vel mutuet eo pacto, vt pendente reſtitutione pecuniæ a muneribus publicis intelligatur exemptus; *Oſaſcb.deciſ.*95.*anno* 1554. *num.*16. addens, qui ita pecuniam ſoluit, illam amittit; *Thomat.de muner.§. ſanè*,

ſanè, num.27. Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ. 3. num.7. par.1.

133 Collectarum exactio minuenda erit, ſi territorium alicuius Vniuerſitatis ſit diminutum, *Myſing. obſer. 34. cent. 3. Gail. pract. obſer. lib.1. obſer.21. licèt cau. ſa, num.16. & faciunt tradita per Io. de Plat. in l.2. indictiones, num.2. C. de ann. & trib. lib.* 10. dum ait, neminem eſſe

134 grauandum vltra modum ſuæ ſubſtantiæ, & hoc procedere, nedum in muneribus merè realibus, ſed etiam in collectis, quæ imponuntur perſonis pro rebus.

135 Collecta non debetur ab emptore, qui emit prædia à nobili, vel alio, qui illa poſſidebat immunia, ex conuentione, vt non participaret in redditibus Vniuerſitatis; *Purpur. conſ.* 582. *per tot. lib.2. Surd. conſ.*262. *nu.*30. *lib.*2. *Guid. pap. quæſt.*384. *num.*1.

136 Limita, ſi talis emptor ſoluat, nulla præmiſſa proteſtatione; quia tũc amittit priuilegium, niſi ſit minor, vel par minori; *Ruin. conſ.*125. *num.*7. *lib.*4. *Alex. conſ.*101. *nu.*10. *lib.*1. *Anton. Gabr. de iur. immun. concluſ.* 1. *per tot. lib.*6. *quàmuis Alex. ſibi contrarius aliter dicat in conſ.*193. *ex themate, num.*11. *lib.*2 *Caſtren. conſ.*423. *num.*1. *lib.*2. qui loquitur in clericis ſponte ſoluentibus.

Limita ſecundò: ſi nobilis exemptus, & immunis emat à ruſtico, vel alio, qui ante venditionem ſoluebat collectas, quia res tranſit cum onere ſuo, *vt diximus aliàs, & dicemus fuſius infra*, §.19. *gloſſ.*1. *in verb. exemptiones, vbi plura de Baronibus, in 7. declaratione.*

137 Dubitatum fuit, an Vniuerſitas, quæ cœpit exigere collectam à ſuis ciuibus aliquo certo modo, puta ſuper carne, vino, & ſimilibus minutatim vendendis, an poſſit poſtea variare modum exigendi eandem quantitatem per ſolidum, & libram; itaut omnes, qui primo modo ſoluebant, etiam ſecundo modo ſoluant, & ſoluere teneantur? Et pro affirmatiua habes *Roma. in cõſ.* 198 *per tot.* qui etiã videtur velle, permiſſum eſſe Cõmunitatibus relinquere ſecundam formam, ſeu modum, & ad primum redire, quia illa eadem dicuntur, in quibus non mutatur res, perſona, vel cauſa, licèt aliqua qualitas, vel accidentia alterentur; & ſi ſecũdo modo vſa fuerit Vniuerſitas, non tamen cenſetur præſcriptum contra primum modum; imò per vſum huius ſecundi retinetur ius primi; ita *Roman. dicto conſil.* 198. *num.* 1. & 3.

138 Quid ſi Communitas ſciens ſibi deberi à ſuo ciue decem quolibet anno, ſi exigat tantùm quinque, verum ille ciuis poſſit ex hoc actu frequentato per aliquot annos allegare præſcriptionem ſoluendi tantùm quinque etiam in futurum? Et negatiuè reſpondeas, quia per receptionem partis tota conſeruatur obligatio ad fauorem Cõmunitatis; ita *Mandoſ. in additionibus ad d. conſ.*198. *Roman. num.*4. *lit. E. per ea, quæ ſcribit Gig. de penſion. quæſt.*84. *in fin.* qui loquitur in penſionario, qui loco viginti recepit decem ſpatio 40. annorum. & nihilominus non intrat præſcriptio, ſi tamen ipſe penſionarius ſciebat ſibi deberi viginti, ſecus autem ſi ignorabat, quia tunc contra ignorantem currit præſcriptio, vt ipſe ait.

139 Sed an Communitas oſtendens ſolutionem collectarum per tres annos continuos proximos præcedentes dicatur præſcripſiſſe, ſeu induxiſſe præſcriptionem ſolutionis præteritorum? & affirmatiuè deciditur *in l. quicũque, C. de apoch. pub. lib.*10. & *ibi Bart. Io. de Plat. & alij.* Verùm ne ſuper huiuſmodi ſolutionibus oriatur dubitatio, & tollatur occaſio diſputandi inter ipſas Communitates, & exactores, facta Congregatio ſuper grauaminibus tollendis ſaluberrima quidem ordinamẽta edidit, quæ videre poteris *in libro à me promulgato, di Bolle, Reſolut. e decreti, cap.3. fol.*154. *& ſeq.*

Sed quoniam exactoribus onerum Cameralium iniuncta eſt etiam exactio fructuum locorum montium, pro rata debiti cuiuſque Communitatis debitricis in montibus Romanæ Curiæ, & pro ipſa exactione fructuum dicti exactores recipiunt duo cum dimidio pro quolibet centenario pro eorum mercede, ſeu prouiſione, ac etiam pro onere tranſmittẽdi pecunias ad Vrbem, vt legitur in litteris, ſeu chirographis erectionum dictorum montium: & quoniam prætendebant huiuſmodi emolumentum, ſeu mercedem, etiamſi Cõmunitates ſumptibus proprijs abſque vllo exactorum miniſterio tranſmitterent pecunias ad Vrbẽ, & ſoluerent in manibus Depoſitariorum mõtium debito, & ſtatuto tempore; habito ſuper hoc maturo colloquio in ædibus Illuſtriſſimi tunc Petri Donati Cæſij Theſaurarij generalis, nunc Eminentiſſimi S.R.E. Cardinalis meritiſſimi

mi, præſentibus etiam Illuſtriſſimis Dominis Felice Contelorio ſacræ Conſultæ Secretario, Ioanne Ghino Cam. Apoſt. Commiſſario generali, Iulio Donato Congregationis Boni Regiminis Secretario: vocatis etiam infraſcriptis Dominis Agentibus prouincialibus. D.Matthia Nardino, D.Franciſco Antonio Battilana, D.Nicolao Læto, meque Iacobo Cohellio, Domini dixerūt. *Tuttauolta che le Communità pagaranno*
140 *no li frutti de'monti in Roma in mano del Depoſitario di detto monte, dentro il termine di quindeci giorni aſſegnatigli nell'intimatione da farſegli, come diſpone il cap. 1. degl'ordini del Sig. Cardinal Camerlengo, e che notificaranno il pagamento alli Teſorieri, & eſattori prouinciali; non ſiano eſſe Communità tenute al pagamento delli dui, e mezo per cento di porto, e prouiſione. In Congregatione tenuta li* 8. *Ottobre* 1635.

Quæſitum eſt, ſi in aliqua Ciuitate
141 adſit decretum, ſeu ſtatutum, prout eſt Mantuæ *teſte Surd. deciſ.* 19. *in princ. & in Vrbe veteri lib.* 1. *rub.* 58. quibus ſancitum eſt, quòd ciues cum ſuis famulis, & inſeruientibus ſint immunes a collectis, & functionibus ruſticalibus; & quæ a ruſticis imponuntur, an huiuſmodi decretum, ſeu ſtatutum comprehendat operarios, qui licèt non habeant panem, & vinum, menſtruumque ſalarium, habeant tamen pactam mercedem, puta ſolidorum decem quolibet die non feſtiuo, etiam quibus ob pluuias, vel alia impedimenta non permitteretur eis laborare; ita tamen, vt nulli alteri ſeruire poſſent, vel operas ſuas locare? Et affirmatiuè deciſum fuiſſe a Senatu Mātuano affirmat *Surd. d. deciſ.* 19. *per tot.* ex eo quia iſti operarij nihil differunt a ſeruis, ſeu famulis, cum faciant omnia, quæ fieri ſolent ab ipſis famulis; & vbi viget eadem ratio, eadem quoque iuris diſpoſitio cōgruit, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* & plus attēdi debet ratio, quàm diſpoſitio, *gloſſ. in c. conſuetudo, diſt.* 1. *Rebuff. in l. vnic. num.* 183. *C. de ſenten. quæ pro eo quod inter.* & ratio præfertur verbis, *c. ſolitæ, de maior. & obed. c. præcipimus,* 12. *quæſt.* 1.

Non obſtat, quòd famulis detur re-
142 gulai itèr panis, vinum, & ſalarium menſtruum, ſeu annale, quia quod fit gratia frequentioris vſus non reſtringit diſpoſitionem, nec excludit alios caſus; *Tiraquel. de retract. lignag.* §. 20. *gloſſ.* 1. *n.* 6. *Rebuff. tract. nominat. quæſt.* 5 *num.* 12. & cum loco cibariorum, quæ dantur famulis, detur pecunia, iudicādum eſt de pecunia ſubrogata idem, quod de ipſis cibarijs, *l. ſi eum, §. qui iniuriam, ff. ſi quis caut.* lex enim non
143 eſt impoſita verbis, ſed ſenſui, & rebus, *l.* 2. *in fin. C. commun. de legat.* & iura ex ratione, & mente, non ex verbis intelligenda ſunt, *gloſſ. in l. damni infecti, §. ſi is, qui vicinas, ff. de dam. infect.; Bald. in l. commiſſoriæ, C. de pact. inter empt. & vend.* & non eſſe grauandum famu-
144 lum functionibus, & collectis, licèt a domino ſeorſim habitet, quando domino inſeruit pacta mercede, & ſalario, conſuluit *Iacob. Berrett. in conſil. vlt.* quem refert *Surd. dicta deciſ.* 19. *in fin.*

Conſuetudo collectandi bona ciuiū,
145 vel forenſium inducta ab vna Vniuerſitate, licèt in vna tantū ſpecie collectæ vſa fuerit hoc iure, vel conſuetudine, habebit tamen locū in alijs cauſis occurrentibus, cum inducta fuerit animo acquirendi hanc facultatem, & poteſtatē generalitèr, & vniuerſalitèr quoad omnia, non obſtante quòd iuxta caſus contingentes fuerit obſeruata in vna ſpecie tantùm, & quòd in alijs caſibus appareat, quòd nunquam fuerit obſeruata; *Cyn. in l.* 1. *num.* 4. *C. de emanc. liber. Pariſ. & alij multi ab eo relati conſ.* 25. *num.* 86. *& num* 102. *lib.* 1.

Sed contra hanc concluſionem vi-
146 detur ſentire *Crauett. cum alijs ab eo relatis conſ.* 111. *num.* 7. dum ait; vbi apparet per decennium aliquid certo modo ſolutum ratione collectarum, non eſſe aliud inquirendum, nec moleſtari quis amplius poterit pro collectis; *Dec. conſ.* 285. *& pro tenui, num.* 1. *verſ. & primò conſiderandum,* qui ait, in ſolutionibus collectarū ſi per libros cenſuales appareat, quòd ita per decennium ſolutum ſit, & conſuetum eſſe, non eſt aliud inquirendum; & hanc eſſe opinionem *Bald. ait in l. fin. C. ſine cenſ. vel reliq.*

Huius quæſtionis ſolutio ſumi poteſt *ex eodem Pariſ. d. conſ.* 25. *num.* 87. *&* 102. dum ipſemet limitat poſitam concluſionem, quando conſuetudo collectandi fuit obſeruata animo quærendi eam in certis tantùm caſibus limitatiuè, & reſtrictiuè, & hoc conſtaret, & probaretur; ſecus ſi vniuerſalitèr, vel eſſemus in dubio; tunc enim habebit locum in omnibus alijs caſibus

poſt-

poſtmodum de nouo occurrentibus, vt dictum eſt; & hanc eſſe veriſſimam, & communem concluſ. affirmat *idẽ Pariſ.*

Sed quoniam diximus *ſupra hac eadem gloſſ.* contra debitores tributorum recusãtes ſoluere procedi poſſe ad pignorum captionem, & illorum diſtractionem, alienationemque irreuocabilem, *l. 1. C. ſi propt. pub. penſit. l. 1. & 2. C. de capi. & diſtrab. pign. trib. lib. 10.* quæſitum fuit, quodnam temporis ſpa-
147 tium aſſignatum ſit huiuſmodi diſtractionibus, & alienationibus faciendis? Et varias in hoc articulo opiniones eſſe, & arbitrio iudicis relictum ſcribit *Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 1. caſu 55. penſitationes, per tot. viden.*

148 An autem boues, aliaque inſtrumẽta aratoria pignorati poſſint etiam in ſubſidium? poſt relatas pro vtraque parte opiniones, negatiuam tenuiſſe Senatum Siciliæ refert *Giurba deciſ. 40 Catharina, num. 13. 14. & 15. & ſupra*
149 *num. 3.* ampliat, etiamſi a colono ſpontè offeratur, reddens rationem, quia hoc in publicum agriculturæ beneficiũ eſt introductum, cui colonus non poteſt renunciare, nec præiudicare; ad rẽ faciunt cõgeſta *a Peguer. dec. 183. facti ſpecies, per tot. Menoch. de arbit. caſ. 378. agricolturæ, per tot. & alij ab iſtis relati:* & in Ditione Eccleſiaſtica, ne pro collectis, & oneribus Cameralibus expignorari poſſint boues, & inſtrumẽta, aut homines deſtinati ad culturam agrorum, habes *Pij V. conſtit. 19. cupientes, §. 8. Bullar. nou. tom. 2. pag. 197. vbi Cherub. iun. ſchol. 1.* declarat, quænam ſint inſtrumenta aratoria, *poſt Doct. in l. executores, C. qua res pign. oblig. poſſ. Ferrett. de gabell. num. 125. & ſchol. 2.* ait;
150 ſi executoris temeritas tanta ſit, vt in huiuſmodi rebus exequatur, poterit illarum rerum dominus propria auctoritate de manu executoris recuperare, quia executori iniuſtè exequenti reſiſtere licet; *Iaſ. conſ. 20. lib. 3. Menoch. d. caſu 378. num. 7. habes etiam Pauli V. Conſt. 70. d. Bullar. nou. tom. 3. fol. 263. & in bannimentis Card. Camerarij ſuper exactionibus oner. Camer. ſub n. 13.* Et hoc idem priuilegium habent arma,
151 & inſtrumenta militaria; necnon animalia, equi, militum cohortalium; vt vt legitur *in eorum priuilegijs ab Vrbano VIII. conceſſis dictis militibus, cap. 19. 20. 21. & 22.*

152 Si verò contingat, vt prædia ob non ſolutum tributum, ſeu vectigal vendẽda ſint, ad hoc vt talis venditio ſit valida, quinque requiruntur; primum, quòd conſtet de debito, & quòd non fuerit ſolutum: ſecundum, quòd bona fide res vendatur: tertium, quòd iuſto pretio fiat venditio: quartum, quòd res ſubhaſtetur: quintum, quòd Præſidis auctoritas interueniat; vt docet *gloſſ. in l. 1. in verb. vili pretio, C. de præſcript. 30. vel 40. annor. latè hanc concluſionem examinat Trentacinq. var. reſol. tit. de iur. fiſci, reſol. 6. lib. 1. & vide etiam Pereg. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 4. num. 4. & ſeq. & ferè per tot. tit.*

Sed poſſe ciues alicuius Vniuerſita-
153 tis ſtatuere, quòd nemo a publicis muneribus excuſetur, & quòd pro ipſis ſubeũdis omnium ciuium poſſeſſiones ſint obligatæ, & hipothecatæ Cõmunitati, quia tale ſtatutum ſit conforme diſpoſitioni iuris communis, habes in hoc integrum *conſ. 303. Petri de Anch. incipit hoc ſtatutum; & vide Abb. in c. verum, de condit. appoſ. Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, num. 77. de conſtit.* qui ait, poſſe teſtatorem legando prædium
154 Eccleſiæ imponere onus, vt ipſa quoque Eccleſia ſoluat collectas: ſi ergo poſſunt hoc homines vti ſinguli, poterunt etiam vti vniuerſi; ita argumentatur, & concludit *Anchar. d. conſ. 303. n. 4 verſ. quinimò laicus, ſequitur Thomat. de muner. patrim. §. ſubijciunt, num. 14 verſ. ſecundò pro opinione;* hæc tamen Anchar. ſententia reprobatur a ſacra Congregatione Immunitatis, & optimè facit *ſæpe citata deciſ. Alben. gabellæ num. 42. & alibi.*

155 Numquid autem laici recipientes collectas, & datia a Clericis ſpontè ſoluentibus incurrant Cenſuras Eccleſiaſticas? negatiuam partem, nòn incurrere ſcilicet tenuit *Caſtren. conſ. 423. n. 1 lib. 2.* quia *c. quamquam, de cenſib. lib. 6. & alia iura canonica* imponentia cenſuras, & excommunicationes contra exigentes collectas, & datia a Clericis, intelliguntur de exigentibus ab inuitis, & in vexantibus Clericos.

Hæc tamen Caſtrenſis opinio non procedit, quando Clericus ad euitandas moras, & contentiones, eligeret aliquid offerre, & præſtare publicanis, & exactoribus, non valens alio modo ſe iuuare; quia tunc diceretur inuitus, & non ſpontè ſoluere, *Suard. diſput. 4. ſect. 2. n. 99. Bonaccin. de contract. diſp. 2. quæſt. 9. punct. 2. num. 13.* quos refert *Squillan. de priuil. Cleric. cap. 8. num. 5.*

verſ. item ſufficit. Hodie tamen habe-
mus Bullam in Cœna Domini, in qua
§. 18. prohibetur exigere gabellas a cle-
ricis etiam ſpontè ſoluentibus.
156 Quid autem ſi conſanguinei Cleri-
corum conueniant cum Vniuerſitati-
bus ſoluendi collectas, ſeu gabellas pro
ipſiſmet Clericis; vtrum ex hac conuē-
tione lædatur libertas, & immunitas
Eccleſiæ, & Clericorum? negatiuam
tenuit *Collegium Piſanum in deciſ. 232*
per Martā collecta in ſuo compen. tom.
4. in verb. collecta, cap. 25. tu tamen con-
ſidera.
Sed quoniā pro exactione collecta-
rum, & tributorum ex antiquiſſima
conſuetudine deputantur exactores,
non ſolùm ex iis, quæ leguntur *in ſacra*
Pagina locis a nobis ſupra relatis; ſed
habemus etiam leges, & titulos claros in
libris Digeſtorum, & Codicis: ideo non
inutile duxi de ipſis exactoribus ali-
quid dicere; quorum audacia, & teme-
ritas quanta ſit, nemo eſt qui neſciat,
157 *teſte Vlpiano in l. quanta, ff. de publ. &*
vectig. vt autem aliqua ex parte repri-
matur, Imperatorum ſanctiones habe-
mus *in l. 2. C. de exact. tribut. lib. 10. l.*
fin. C. de ſuſceptor. eod. lib. l. cuncta, C. de
execut. & exact. lib. 12.
Sancitum eſt igitur, vt per annum,
158 vel ad ſummum per biennium exacto-
res in officio retineantur, ne ſcilicet in
continua vexandorum prouincialium
poteſtate, vel concuſſionum domina-
tione permaneant, *l. 4. C. de ſuſcept. verſ.*
nam perpetui, l. 3. §. quod ſi, C. de execut.
& exact. Et ſi quis exactorum ſuper-
exactionis crimine fuerit capitali peri-
culo eius cupiditas amouenda erit, *l.*
vnic. §. ſi quis, C. de ſuprexact. lib. 10. E
159 contra verò, ſi a ſoluere volentibus tri-
buta, & collectas exactores ipſi, & ſu-
ſceptores neglexerint recipere, debi-
tor ipſe liberatur, & exactor in duplum
fiſco cogitur inferre, *l. 1. C. de ſuſceptor.*
& ibi Lucas de Penn. & alij, & ad rem
faciunt, quæ leguntur in Auth. de colla-
tion. ferè per tot.
160 Verùm non eò dirigenda eſt exacto-
rum caſtigatio, vt inde præparetur ſe-
curitas contumacibus debitoribus tri-
butorum; nam contra dictos contuma-
ces, captis etiam pignoribus, eorum-
que diſtractione Reipublicæ proſpiciē-
dum eſt, *l. 1. & 2. C. de capien. & diſtrah.*
161 *pignor. trib. lib. 10.* ne ſcilicet ob non ſo-
luta tributa cogatur Princeps negocia
publica remorari: quod optimè expreſ-
ſit *Caſſiod. lib. 12. variar. cap. 10.* in hæc
verba. *Rationum publicarum reliquiæ*
infauſtæ ſunt ægritudini comparandæ,
quæ grauatum debilitant, niſi ſub cele-
ritate diſcedant: reatus quidem eſt eſſe
ſub debito, nec liber veraciter dici, qui
probatur obnoxius reperiri. Prudens
ſeipſe compellit, minus cautus eſt, qui vr-
getur ab altero: nam quid egit totius an-
ni ſuſcepta compulſio? ſumma futuræ
indictionis, & quantitas exigatur; par-
cendo non parcitis, exonerando prægra-
uatis, & dum venales moras quæritis,
tributi onera dupplicatis: Relinquite
tandem crudelem miſericordiam, bene-
ficia tota deteſtatione fellita, gratis per-
cutit, qui blandiendo graſſatur, & ſub
indulgentia lædit, qui conſuetis tempo-
ribus exigere tributa diſtulerit; & ideo
deſinite aliquando poſterorum damna
mercari, qui totum conſtricti per incō-
moda redditis, quod iniquis dilationi-
bus abſtuliſtis.
162 Hæc, & alia ad rem ſcribit *Caſſiod.*
quæ ad exactores etiam noſtri tempo-
ris referri poſſunt, præſertim dum ait,
parcendo non parcitis, exonerando præ-
grauatis, & dum venales moras quæri-
tis, tributi onera dupplicatis, &c. re-
tētus eſt enim mos ab exactoribus no-
ſtri temporis (quos Commiſſarios, ſeu
Caualcantes vocant) vt venalem mo-
ram Vniuerſitatibus concedant: ſiqui-
dem recepta mercede, ſeu viatico, col-
lectarū exactiones negligunt, vt illine
ad paucos dies nouis diſpendijs, & o-
neribus debitores premant; & ideo ſi
huiuſmodi exactores ad annum tantū
retinerentur in officio, vt ab Imperato-
ribus ſancitum fuiſſe diximus, ceſſarent
fortaſſe tot concuſſiones: licèt non de-
ſint bannimēta, & ordinationes vtique
iuſtiſſimæ, ac ſumma maturitate, & pru-
dentia editæ ab Eminentiſſimo Card.
Camerario, penes quem, & penes Illu-
ſtriſſimum Theſaurarium generalem
horum exactorum correctio, & puni-
tio maneat; & ad hoc etiam præcipuè
erecta fuiſſet a fel. rec. Sixto V. Cōgre-
gatio ſuper Grauaminibus tollendis,
quæ nunc ferè in deſuetudinem, non
ſine magno Vniuerſitatum detrimen-
163 to, abijt: ordinationes verò; & banni-
menta Card. Camerarij habes in libro
a nobis edito, vulgari ſermone, *di Bol-*
le, Riſolutioni, e Decreti fol. 158. quorū
maior pars deſumpta videtur *ex Auth.*
de collator. vbi hæc leguntur in ſumma
164 1. Collectę per menſem Iulium, & Au-
guſtum

gaſtum indicendæ ſunt, cum expreſſione quantitatis ſoluendæ: exactio verò menſibus Septembris, & Octobris a canonicarijs, ſeu exactoribus facienda eſt; ita tamen, vt ipſi exactores, & canonicarij habeant exemplaria, in quibus contineantur, quæ ab Vniuerſitatibus, & collatoribus ſoluenda ſunt, aliàs puniuntur. *§.1.& §.pro fiſcalibus.*

2 Quòd ab Vniuerſitatibus, & collatoribus ſolutum fuerit ante inſinuationem, in alios titulos excomputandum erit; & pro collectis ſolutum reputari; ſicut è contra negligentes, & moroſi in ſoluendo mulctandi ſunt. *§.ſi verò.*

3 Vniuerſitates, & collatores cogere poſſunt exactores ad oſtendendum librum, ſeu quadernum, cuius vigore exigunt, vt ex hoc ſciatur, an ſint debitores, & quid ſoluendum ſit. *§. hoc autem iubemus.*

4 Collectæ vbi ſolutæ fuerint, Vniuerſitatum, & collatorum liberatio ſequitur; periculum verò transfertur in ipſos exactores, qui propterea idonei ſunt eligendi. *d.§.hoc autem iubemus, verſ.& in hoc quoque.*

5 Exactores ſi minus idonei inueniantur, non ſunt propterea mittendi impulſores, ſed alius exactor eligendus: *verſ.ſi verò non oportunus.*

Ex quo colligimus, non eſſe mittendos birruarios in exactione onerũ Cameralium (hoc enim videtur importare illud verbum, *impulſores*) vt hodie nonnulli Theſaurarij prouinciales malè faciunt; nam debent eligere miniſtros idoneos, & niſi benè officium, & munus adimpleant, alios inuenire, abſque nouo Vniuerſitatum grauamine: Et pari ratione abſtinendum eſt a tranſmiſſione Commiſſariorum, qui nihil aliud curant, quàm propriam implere crumenam, vt aliàs diximus.

6 Exactores vbi peruenerunt ad aliquam Ciuitatem, ſeu Locum, Magiſtratui illius loci ſeipſos exhibere debent, & oſtendere facultates, quas habent. *§.eos autem.*

7 Priuatorum debita exigere non poſſunt exactores onerum fiſcalium, ſeu Cameralium, ne occaſione publicarum functionum priuati homines lædantur. *§.hoc quoque iubemus.*

8 Debitor debitoris tributorum cauſa debit, veritate probata in ſubſidium conueniri poteſt. *§.ſi autem aliquis.*

9 Exactores ſi lædant debitores in exigendis fiſcalibus oneribus non excuſantur, quãuis in loco ſacro maneãt. *§.nulli verò penitus:* quæ tamen cum grano ſalis exequenda ſunt.

10 Non poſſidentes prædia, vel qui tranſtulerunt onus ſoluendi collectas in colonos, & perſonas idoneas, non ſunt moleſtandi ab exactoribus tributorum. *§.coges autem, in fin. Auth. de mand. Princip.* niſi fortè propria voluntate tali functioni ſe fecerint obnoxios. *§.nullus autem;* vel bona tranſtulerint in emptores, ſeu poſſeſſores minus idoneos. *d. §. coges autem, verſ. ſi verò pro veritate, in d. Auth. de mandat. Princip.*

11 Iuſtis ponderibus, & menſuris a ſuperioribus receptis, & in ſacris ædibus cuiuſque Ciuitatis retentis, vti debent exactores tributorum. *§.eos autem qui publica:* Quæ tamen intelligenda ſunt iuxta antiquum morem; quando ſcilicet tributa ſoluebantur ex ijſdemmet rebus in prædijs recollectis, vt legitur *in l.modios, C.de ſuſceptor. lib.10.* qua in re vide *Tholoſan. in ſyntag. iur. vniu. lib.3. cap.5. num.6. & alibi.*

Vtimur etiam hodie ponderibus, & menſuris iuſtis a Principe aſſignatis in emptione, & venditione frumenti, vini, olei, & aliarum rerum ad humanum victum, & veſtitum neceſſariarum, & illas fraudantes grauitèr puniuntur; vt *in reſolut. 28. Hier. de Feder. poſt conſ. Farin. tom.2. & plenius apud doctiſs. Decian. tract. crim. lib.7. cap.22. de fraudantib. & onerantib. annon.* & ſuper mẽſura vini fuit impoſitũ vectigal a Sixto V. ac ſuper menſura frumenti ab Vrbano VIII. *vt dicemus infra gloſſ.2. in verb. vectigalium.*

12 Pecuniæ fiſcales cum marſupio communi Vniuerſitatum, neque cum pecunijs, quæ in frumentis, aquæductibus, alijſque functionibus ipſarum Vniuerſitatum erogari ſolent, miſcendæ non ſunt. *§.Ciuitatum verò.*

13 Vniuerſitatum pecuniæ, quæ in re frumentaria, alijſque publicis functionibus erogandæ ſunt, Epiſcopi, & quinque Primatorum cuiuſque Ciuitatis regimini ſubijciũtur; qui anno quolibet ipſarum pecuniarum adminiſtratores ad rationem de geſtis reddendã cogant, non idoneos amoueant; ſi quid damni ex tali adminiſtratione Vniuerſitatibus emerſerit, qui hos miniſtros elegerunt, rependant, & ſarciant. *§.ſi quis autem.*

14 Primates verò Ciuitatum id agere

negligẽtes, ſupremo Principi ſunt denunciandi, qui nedum ad reſtitutionẽ damni illati, ſed etiam alijs pœnis illos mulctabit. *§.nulli verò liceat; hactenus Iuſtinianus Imp.in dd. Auth. de collator.& de mand.Princip.*

165 Praxim verò exigendi onera fiſcalia deſumendam eſſe *ex l 1. & l. apparitores, C. de exactorib. trib. lib.*10. *ſcribit Io.de Plat.*ibi in hęc verba[*Poſt imputationem*, & publicationem debet notarius ad hoc deputatus facere extractum per modum libri, vel breuis, illumque tradere exactoribus, alitèr enim non poſſunt exactores exigere, niſi habeant extractum eis traditum manu publici notarij ad ſcripturam talis impoſitionis deputati; & ideo debentes ſoluere, qui putarent ſe grauari, poſſunt petere ab exactore, vt oſtendat eis librum, vel extractum, ſeu breue, in quibus ſunt deſcripti, vt appareat, in quantum ſunt *deſcripti.*Hæc Plateanus, *qui in l.apparitores,num.3.C.de*
166 *exact.trib.lib.*10.*addit:* [*Exactores tributorum* fiſcalium tenentur ſcribere nomen ſoluentis,menſem,diem,quantum & ex qua cauſa *ſoluitur.*] *l.1.C.de apoch.pub.lib.*10. *& concordant ſupradicta bannimenta* Card.Camerarij ca.6 aliàs grauitèr dicti exactores puniuntur, vſque ad amputationem manus,vt eſt *textus ad literã in d.Auth.de mand. Princip §. coges autem, vbi gloſſ. in*
167 *verb.manus,*ait,quòd hæc pœna hodie eſt generalis, vt cuiuis delinquenti,cui amputandum ſit aliquod membrum, amputetur manus; *& hanc gloſſ. ſingularem appellat Io. de Plat.loco cit.* At ſi exactores concordauerint cum depoſitarijs, ſeu debitoribus Communitatum, quæritur, an pro viaticis, ſeu ſtipendijs ſibi permiſſis in huiuſmodi exactionibus poſſint eadem via executiua, & ſub repræſalijs cogere omnes de
168 Vniuerſitate, prout fieri ſolet, quando proceditur directè contra ipſam Vniuerſitatem? & negatiuè deciſum inuenio *a ſacra Congregatione Boni Regiminis die* 14.*Iuly* 1614. *pro Communitatibus Prouinciæ Marchiæ in hæc verba.* [*Mentre* li Caualcanti concordano con li Camerlenghi, ò debitori particolari, non poſſino per le mercedi douute loro in virtù di qualſiuoglia conſuetudine, repreſagliare le Cõmunità, ò altri particolari; ma poſſino ſolamente eſeguire contro li detti Camerlenghi, ò debitori particolari, con li quali haueranno concordato: e ciò s'intenda per le loro mercedi, e che di tale concordia n'appariſca ſcrittura. Data in Congregatione li 14 di Luglio 1614.]

Quæſitum quoque fuit, an dicti exactores, qui integram collectam non exegerunt, vel pignora debito æquiualentia non cæperunt, an inquam poſſint aliquod mercedis, ſeu viatici genus recipere? & negatiuè reſpondit *eadem* Congregatio *die 19. Nouembris*
169 1614. [*Gli eſecutori* nõ poſſino pigliare alcuna ſorte di mercede, ſe prima non hanno eſeguito il mandato in tãti pegni *equiualenti.*] Quod etiam ſancitum habes *in bannimentis Card. Camerarij cap.*8.

Et quoniam dictum eſt aliàs, exactorum correctionem, ſi quando in officio deliquerint, penes Card. Camerarium,& Theſaurarium generalem eſſe; ne tamen Vniuerſitates,priuatique viri quando ſenſerint grauamen ſibi inferri, pro quauis ſumma cogantur ad Vrbem accedere, vel magno ſumptu tranſmittere pro repetitione indebitè ablati, *ſacra Congregatio leuaminum re maturè diſcuſſa ita die vltima Auguſti* 1596. *reſcripſit.* [*Nella* Congre-
170 gatione, che fu tenuta vltimamente auanti N.S. fu riſoluto, che li Gouernatori,& altri Officiali de'luoghi poſſino per via di ricorſo,come delegati da Monſig.Camerlengo intender gli aggrauij, che li popoli pretendano di riceuer da qual ſi ſia Miniſtro Camerale, ſino alla ſomma di venti ſcudi, ſenza che le parti ſiano neceſſitate venire à richiamare in Camera: E perche Mõſ. Teſoriero mi fa ſapere, che queſta riſolutione s'interpreta diuerſamente da quello, ch'è ſtata l'intentione di S. Santità di concedere; pretendendoſi di poter prohibire per virtù di eſſa alli Teſorieri, & altri Miniſtri Camerali di valerſi della facoltà loro,di procedere, e rilaſſare per qualſiuoglia ſomma ancorche minore di venti ſcudi contro li debitori Camerali, & altri, vengo con queſta mia à dirle,che li Teſorieri, Appaltatori, e Miniſtri della Camera non oſtante detta mia lettera poſſono come prima procedere per qualſiuoglia ſomma,etiam minore di 20.ſcudi ſenza che li Gouernatori, & altri Officiali de'luoghi gl'impediſcano; ma doppo che detti Miniſtri Camerali hauerãno fatto quello, che per virtù de' loro capitoli,

pitoli, e facoltà pretendano le ſia permeſſo, in tal caſo vuole N. S. che ſia lecito a quelli, che ſi pretenderanno grauati, in vece di ricorrere come prima in Camera, ricorrere hora alli Gouernatori de' luoghi nelle cauſe ſino alla ſomma di venti ſcudi: e queſto ricorſo habbi, & operi il medeſimo effetto, come ſe foſſero veramente ricorſi in Camera, procedendo cõ quell'iſteſſe facoltà, che la Camera procede. In queſto modo dunque douerà V.S. intendere l'ordine già dato da me, & eſeguirlo: e N. S. la conſerui. Roma l'vltimo Agoſto 1596.

Di V.S.

Come Fratello

Il Card. Aldobrandino.

Et hæ quidè literæ videntur deſumptæ *ex Anaſtaſij Imperat. ſanctione in Leontra noſtra, C. de execut. & exactor.*
171 *lib.*12. vbi exactor, vel executor contra legem, & præceptum exercens officium poteſt a Præſide Prouinciæ capi, & corrigi, & ſi delicti grauitas requirat, ad Præfectum Prætorio (in cuius locum forte ſucceſsit Card. Camerarius) dirigi; *facit etiam l.* 2. *&* 3. *C. de canon. largit. lib.*10.

172 Prohibitum eſt etiã exactoribus tributorum, antequam ſuſceptam exactionem impleuerint, aliam ſuſcipere, *vt a Iuſtin. ſancitum habemus in l. fin. C. de execut. & exact. lib.*12. ex qua deſumptũ eſt *cap.*7. *bannimentorum Card. Camerarij*; ex quibus quidem bannimentis alia multa ad rem facientia cognoſcere poteris, illaque conferre cum diſpoſitis in iure communi, quorum maior pars a nobis ſupra relata eſt: & alia quædam contra Theſaurarios, & exactores tributorum, & onerum Cameralium, committentes fraudem, & dolum in ijs, quæ reſpiciunt officium ſuſceptum, ſcribit *Gabr. Berart. in ſpecul. viſit. cap.*23. *de erogat. bonor. public. Ciuit. num.*152. *& ſeq. ac etiam ſupra*, vbi agit de adminiſtratoribus rerum ad Vniuerſitates ſpectantium, & qua pœna puniendi, ſi doloſe, & fraudulenter officium adminiſtrauerint, & pecunias ſibi creditas in vſum proprium, vel alienum conuerterint; quem vide, & nos etiam aliàs diximus.

SVMMARIVM.

1 *Munus quot modis ſumatur: aliquando donum, quandoque onus ſignificat.*

2 *Munus quando onus importat, tribus modis accipitur.*

3 *Munus propriè eſt, quod neceſſariò ſubimus lege, more, imperio.*

4 *Munus diuiditur in ſordidum, honorificum, & mixtum.*

5 *Munus aliquando officium denotat, vt militare munus.*

6 *Munus differt a dono tanquam genus a ſpecie; & hæc declarantur.*

7 *Liberti ex antiqua conſuetudine donabant patronis, dum nuptias contrahebant, & filij naſcebantur: quod hodie retinetur etiam a multis Baronibus, & Domicellis eum eorum vaſallis.*

8 *Bulla Boni Regiminis prohibet dona, & munera, aliaſque quaſcumque largitiones.*

9 *Decuriones licèt imponere poſſint collectas pro Vniuerſitatum neceſſitatibus, non tamen hoc permiſſum eſt illis, vt largiantur, & donent etiam Imperatori; ſed contrariam opinionem nonnulli defendunt, dummodo ciues inter ſe concordent, nec collectentur tenuentes.*

10 *Donare aliquando vtile eſt: ſed in Ecclesiaſtica Ditione prohibitum eſt, nedum Vniuerſitatibus, ſed etiam priuatis viris, pro iuſtitia, vel gratia impetranda.*

11 *Dona multos malos pariunt effectus, quorum ex ſacra Pagina, & alijs locis afferuntur exempla.*

12 *Dona recipere an ſit prohibitum Cõſiliarijs, & Ambaſciatoribus Principum, & Vniuerſitatum; & an teneantur reſtituere.*

13 *Iudex, ſeu Officialis recipiens dona, & munera an peccet mortaliter cum obligatione reſtituendi.*

14 *Communitatibus nedum a iure communi, ſed etiam a Summorum Pontificũ Conſtitutionibus denegatum eſt donare.*

15 *Bulla Boni Regiminis reſtringit diſpoſitionem iuris communis circa donationes a Communitatibus faciendas; tamen ſatis rationabilis eſt, vt hic annotatur.*

16 *In donationibus ab Vniuerſitatibus faciendis maior pars ciuium repugnaret, niſi timor, vel erubeſcentia reprimeret eorum voluntates.*

17 *Medicus conductus ab Vniuerſitatibus non debet recipere dona, nec munera, & quare.*

18 *Nuncijs bona nunciantibus vtrum poſſit ab Vniuerſitatibus donari, ponderatis verbis Bullæ, quæ ius commune corrigere videntur.*

Indi-

19 *Iudices debent eſſe ſolliciti, nec turpi colludio quaratur ex miſeris pretium gaudiorum.*

20 *Litera continentes publicam lætitiam non ſunt dirigendæ Ciuitatibus per homines cupidos, & voraces, & quare.*

21 *Bellum eſt perditio corporis, & animæ, & homines ad paupertatem perducit.*

22 *Pax omnino deſideranda, & illam nunciantibus poteſt aliquid donari.*

23 *Vniuerſitates non poſſunt aliquid impēdere in tranſitu Principum.*
Amplia, nec etiam in veſtibus ad induendum eos, qui Principibus obuiam mittuntur: hæc tamen ampliatio a multis moderatur, & reijcitur. nu. 24

25 *Epiſcopis in primo ingreſſu Ciuitatum ſuæ curæ commiſſarum ex diſpoſitione Bullæ nihil donari poteſt: ſed malè hoc ſeruatur de conſuetudine, & quare.*

26 *Homines non fiunt illuſtres ex Ciuitatibus, ſed è contra per viros bonos, & artibus præſtantes horum Patria nobilitantur.*

27 *Vniuerſitates Baronibus, & Domicellis ſubiectæ an poſſint aliquid donare tempore nuptiarum, quando naſcuntur filij, quando prima vice accedunt ad ipſas Vniuerſitates, vel quid ſimile.*

28 *Vniuerſitates ex diſpoſitione iuris communis poſſunt aliquid donare Baronibus in caſibus ſupra expreſſis: licèt contrarium videatur diſpoſitum in Bulla Boni Regiminis.*

29 *Vaſalli ſubditi Vniuerſitatibus, & Collegijs non ſunt vaſalli ſingulorum de Vniuerſitate, ſeu ſingulis ciuibus.*

30 *A Baronibus, & Domicellis non fit illatio ad Imperatorem, qui eſt omnium dominus, & legibus ſolutus.*

31 *Imperator in tranſitu per Prouincias poteſt recipere dona, & collectare ſubditos pro ſuis indigentijs; quæ tamen ſuo exercitui, ſeu Miniſtris non licent.*

32 *Vniuerſitates quid reſpondere debeant Nuncijs, & Officialibus traſeuntibus, & aliquod petentibus.*

33 *Coloni, qui more ſolito aliquid pendebant, ipſi in priſtina conſuetudine maneant.*

34 *Bulla Boni Regiminis annullat omnes conſuetudines, & ſtatuta circa donationes, & munera, & corruptelas appellat.*

35 *Vniuerſitates poſſunt aliquid donare ex cauſa remunerationis, & quare.*
Hæc tamen concluſio nõ eſt ſemper vera, & declaranda, ne fraudibus aperiatur via. num. 36.

37 *Comites, & Barones vtrum poſſint rogere ſubditos, & vaſallos ad illis ſubueniendum in neceſſitatibus, dotandi ſcilicet filias, & ſorores.*

38 *Decurioni, ſeu Conſiliario ſenio confecto, & in paupertatem lapſo, ex redditibus publicis ſubminiſtranda ſunt alimenta.*

39 *Barones ſunt primi ciues illius loci, in quo iuriſdictionem exercent.*

40 *Conſuetudo attendenda eſt, quando Vniuerſitates conueniendæ ſunt in ſubminiſtrandis alimentis, & alijs indigentijs Baronibus, & quare.*

41 *Iudex, coram quo conueniuntur Vniuerſitates ad ſubminiſtrandum Baronibus alimenta, & alia neceſſaria, quid conſiderare debeat, cum in hoc habeat arbitrium.*

42 *Barones non poſſunt imponere collectas ſubditis, & vaſallis ſine licentia Principis abſoluti, & quare.*

§. XIV.

Gloſſ. 2.

Munera, aut Dona,

C A P. XXXVI.

1 MVNVS tribus modis dicitur: quandoque donum ſignificat, & hinc munera dare, & accipere dicimus: vnde carmen.

Munera qui mittit, ſperat maiora remitti,
Nemo ſuas vellet perdere gratis opes;
Munera ne capias, vncus latet hamus in eſca.
Nulla carent viſco munera, virus habent.

2 Quandoque hæc dictio importat onus, & hoc ſenſu tripliciter accipitur; eſt enim munus patrimoniale, ſic dictum, quia cum ſumptu fit, patrimoniumque dimi-

diminuit, & hoc quandoque perſonæ imponitur, nulla habita ratione facultatum, vt eſt capitatio, quandoque iuxta facultates, & bona ſoluentis, & hæc dicitur collecta; aliquando nulla habita perſonarum conſideratione, ſed eſt onus ipſi rei inhærens, & hoc eſt tributum, & cenſus; *vnde Marcianus in l.214. munus,*
3 *ff. de verbor. ſignif.* ait: *munus propriè eſt, quod neceſſariò ſubimus, lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet poteſtatem*; & hoc quandoque ſordidum, vt calcem coquere, arenam fodere, vel quid
4 ſimile; quandoque honorificum, vt eſt officium a Principe, vel Republica alicui perſonæ collatum, cum aliqua dignitate permixtum; *ita Calliſtratus in l. bonor, ff. de muner. & honor.* interdum nec honorificum, nec vile quid habet in ſe munus, vt eſt ſubire curam publicæ pecuniæ, & ad hoc aliquis compellatur: Sed & munus etiam mixtum dicitur onus, dum quis eligitur tributorum exactor, qui licèt aliqua emolumenta capiat, fiſcalia tamen detrimenta reſarcire tenetur, nec a publicanis multùm differt, *ex Alciat. in l.18. munus tribus modis, ff. de verb. ſignif. viden. eſt etiam Bart. in l.1, num.1. ff. de muner. & honor.*

Munus quoque quandoque officium
5 denotare diximus, vt in *d. l. 18. ff. de verb. ſignif. vbi Alciatus* munera militaria dicit eſſe excubias, angarias, geſtationes in vſum belli, decurſionem campi, erectionem valli, & ſimilia: & qui ab iſtis muneribus immunes erant, beneficiarij milites dicebantur, & qui ſubibant, munifices, *Feſto auctore*; & hodie dicimus immunes ab oneribus, qui collectas, & tributa non ſoluunt.

6 At *Vlpianus in l.194. inter donum, ff. de verb. ſignif.* vult, inter munus, & donum hoc intereſſe, quod inter genus, & ſpeciem; nam genus eſſe donum *Labeo* ait, vel a dando, vel a donando dictum; munus verò ſpeciem; nam munus eſſe donum cum cauſa, puta natalium, nuptiarum, &c. quæ tamen differentia non videtur recepta *a Marciano I.C. in l.214 ff. eodem*, dum ait munus donum comprehendere: hanc tamen differentiam conciliat *ibi Alciat.* ſcribens Vlpianum ſermonis rationem, Marcianum verò vſum conſideraſſe; vbi etiam Grammaticis reſpõdet, volentibus, donũ ad deos pertinere, munus ad homines, præmiũ ad viros fortes: quod indicaſſe videtur *Ouidius lib. 3. de arte amandi*, dum cecinit:

Munera (crede mihi) placant hominesque, deoſque,
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Alciat. tamen in d.l. 194. in princ. exiſtimat, veriorem eſſe Iuriſconſultorum interpretationem, vt donum latiori ſignificatione accipiatur, quàm munus; Eſt
7 enim munus, quod ex neceſſitate officij, iuſta aliqua cauſa præſtatur; erat namque veterum conſuetudo, vt liberti patronis donarent, dum nuptias contrahebant, & filij naſcebantur; vt eſt illud *Terent. in Phormione act.1. ſcen.1.*

Nam herilem filium eius eius duxiſſe audio vxorem,
Ei credo munus hoc corraditur.

Et paulò infra;

Porrò autem ferietur alio munere vbi hera pepererit,
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies.

Qui mos hodie apud nonnullos Barones cum ſubditis, & vaſallis retinetur; & *ab eodem Terentio* improbatum legimus *in eadem Comœdia, actu, & ſcœna,*

Quàm iniquè comparatum eſt, qui minus habent
Vt ſemper aliquid addant diuitioribus.

Et Martialis lib. 5. Epigram.

Semper eris pauper, ſi pauper es Aemiliane,
Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.

Et ad hos quidem tollendos abuſus e-
8 ditam eſſe credimus *Conſtitut. ſuper Bono Regimine Communitatum*, dum *in hoc §.* expreſsè prohibet, munera, dona, & alias quaſcumque largitionis ſpecies: cui diſpoſitioni plurimùm fauet *text. in l. ambitioſa, ff. de decret. ab ord. facien. vbi Vlpian. ait.* [*Irrita* eſſe Decurionum decreta, eaque reſcindenda, ſi aliquem debitorem dimiſerint, ſiue largiti *ſint*;] & ponderandum eſt verbum, *largiti*, prout ponderat *Thomat. tract. de muner. patr. §. neſcientes, in princip.* dum ait: [*Licèt* permiſſum ſit Decurionibus
9 imponere collectas, vt neceſſitatibus Vniuerſitatum occurratur, nequaquam tamen poterunt, vt largiatur, & donum detur alicui, etiã Imperatori, ſeu *Principi*; & hoc idem ſcripſerunt *Bart. in l.1 §. final. ff. quod cuiuſ. Vniu. nom. & in l. vnic. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. Alex. in l.4. in princ. ff. de re iud. Io. de Plat. in l.1. nu.3. C. de ſuperindict. lib.10, Ruin. conſ.107. viſo proceſſu, num.8.* & correſpondet *textui noſtro, ibi.* [*Cuius*

Lega-

Legato, Vicelegato, Gubernatori, Protectori, Viceprotectori, Præſidi, Officiali, aut Perſonæ etiam quauis tam Eccleſiaſtica etiã Pontificali, aut alia maiori etiam S.R.E. Cardinalatus, quàm mũdana dignitate *fulgenti.*]

Contrarium tamen videtur ſentire *Bald. relatus ab eod. Thomat. in d. §. neſcientes, in princ.* dum ait, poſſe ciues voluntariam collectam inter ſe diſtribuere, vt ex illa munificos ſe oſtendant erga aliquem Cardinalem, vel nobilem, ad eorum patriam venientem, nam in rebus voluntarijs nemo neceſſarius exiſtit vel grauatur, & huic liberalitati meta non imponitur: neque *ex eod. Thomato negat Bart.* ſi ciues ſint inter ſe concordes, & velint dare de ſuis facultatibus, quin poſſint hoc agere; ſed tantùm negat cogi poſſe renuentes, quia hoc eſſet decretum ambitioſum, & reprobatum *in d. l. ambitioſa, ff. de decret. ab ord. fac. & in l. 1. C. de decret. decurion. lib. 10.* & quandoque donare vtile eſſe teſtatur Ouid. lib. 3. de Ponto,

10 *Dignus es argento, fuluo quoque dignior auro,*

Sed te cum donas iſta iuuare ſole nt. & *in ſacra pagina Prouerb. cap. 18. Donum hominis dilatat viam eius, & ante Principes ſpatium ei facit. & in cap. 21. Munus abſconditum extinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam. & cap. 22. Victoriam, & honorem acquiret, qui dat munera.*

Verùm apud nos, in Eccleſiaſtica quippe Ditione munera dare prohibitũ eſt, nedum Vniuerſitatibus, ſed etiam priuatis viris; quoad priuatos habes *Bullam Pauli II. in Bullar. nouo tom. 1. fol. 327. Bulla 3.* qua prohibitum eſt officialibus cuiuſuis generis aliquid accipere, vel dare ſub pœna excommunicationis, præterquam poculenta, & exculenta, quæ triduo conſumi poſſunt; *vt ibi §. 1.* rationibus nedum in proœmio d. Bullæ adductis, ſed etiam alijs multis *in*

11 *ſacra Pagina allatis, nempe Exod. ca. 23. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. & in Eccleſ. cap. 20. Xenia, & dona excæcant oculos iudicũ, & quaſi murus in ore auertit correctiones eorum. & Iob. cap. 15. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libentèr accipiũt.* Et contra etiam Officiales minoris ordinis, vt Centuriones, Bariſellos, Birruarios, & ſimiles dantes munera, & dona ad effectum obtinendi, ſeu vt manuteneantur in Officijs. habes aliam *Sixti V. Conſtit. dat. apud S. Petrum die 15. Octobris Pontif. anno 1. inter Bullas a me recollectas, & materno ſermone editas, fol. 109.* An autem huiuſmodi Bullæ, ſeu ſta-

12 tuta comprehendant Conſiliarios alicuius Rgis, vel Principis? *vide Bald in conſ. 194. num. 2. lib. 2.* qui conſuluit ſuper ſtatuto Ianuenſi prohibente Officialibus recipere dona, & munera, & extendit ad Ambaſciatores Mediolani, qui receperunt xenia, ſeu dona ab Imperatore Conſtantinopolitano, an teneantur reſtituere Communitati, a qua miſſi fuerunt? & videtur in negatiuam partem inclinare, vt ibi latius.

13 Sed an Iudex, ſeu Officialis recipiens munera, & dona peccet mortalitèr, cum obligatione reſtituendi? hanc quæſtionem examinat, & plenè exornat *Petrus Morla in empor. iur. part. 1. tom. 2. quæſt. 10. per tot.*

14 Quo verò ad Communitates, hanc prohibitionem donandi habes nedum ex iure communi, vt dicemus, ſed etiam ex diſpoſitis *in Bulla Boni Regiminis hoc §. 14 ibi.* [*Ad hæc* prohibemus paritèr, ne prædictæ Communitates, Vniuerſitates, earumque Collegia, Senatus, Adunantiæ, Congregationes, Magiſtratus, Officiales, aut ſingulares perſonæ, vllo modo præſumant ex fructibus, redditibus, & prouentibus, collectis, vel contributionibus certis, vel incertis, ordinarijs, ſeu extraordinarijs, eorum ærarij, ſeu maſſæ communis, ſiue ex pecunijs etiam priuatis, & particularibus ſingulorum ciuium per viam voluntariæ collectæ, ſeu contributionis in commune congeſtis etiam cuiuſuis ſtatuti, ſeu conſuetudinis, aut verius corruptelæ prætextu, ex quauis cauſa etiam ſolita, & rationabili, munera, aut dona, quæcumque, &c. mittere, tradere, aut largiri, *&c.*]

Et ſanè licèt negari non poſſit, hanc

15 Bullam valdè reſtringere regulas iuris communis, permittentes Vniuerſitatibus certis de cauſis donare, vt videre eſt apud *Gabr. Berart. in ſuo ſpec. viſitationis, cap. 23. de erogat. bonor. pub. Ciuit. num. 66. & ſeq. Nicol. Loſæ. de iur. Vniu. par. 3. ca. 11. de donat. quæ fiũt ab Vniuer. nu. 5. & ſeq.* Attamen ſatis rationabilis eſt determinatio huius Bullæ, præſertim quando imponenda ſit collecta pro muneribus, & donis alicui dandis; quia licet aliqua pars ciuium in hoc cõſentiat,

16 maior tamen pars illorum contradiceret,

ret, niſi timor, vel erubeſcentia reprimeret eorum voluntatem, per ea, quæ ſcribit *Antonius Teſſera poſt* Bart. *Felin. & alios in tract. de notariorum errorib. cap.38. per tot. & præcipuè num.*1. dum ait, ex huiuſmodi actibus donandi induci poſſe conſuetudinem, a qua ſi ciues recedere vellent, erubeſcerent non ſoluere quod ab alijs ſoluitur: & facit etiam *Felin. in c. tua nos nu. primo col.2. verſ. & adde quod medicus, extr. de homic.* dum ait, quòd medicus conductus ab Vniuer-
17 ſitate cum certo ſalario, non debet etiã a ſponte dantibus aliquid recipere, ne ſcilicet inducatur conſuetudo, a qua recedere alij erubeſcerent.

Sed numquid hęc noſtra Bulla prohibeat aliquid dare, vel donare nuncijs bona nunciantibus, vt bonum belli euentũ, Summi Pontificis creationem, & ſimilia? & videtur negatiuè reſpondendum, ponderando verba ampliſſima, & effrœnata ipſius Bullæ iam ſupra relata, quibus adde etiã ſequentia, videlicet: [*Aut* in alicuius etiam Legati, Vicelegati, Gubernatoris, Præſidis, Benefactoris, aut Protectoris honorem, etiam occaſione hoſpitij, aut tranſitus, vel primi ingreſſus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi teſtificationem, pro conſtruendis, ornandis, aut erigendis perpetuò, vel ad tempus Portis, Arcubus, Trophęis, Porticibus, Mœnibus, aut alijs monumẽtis, ſeu pro prædictis perſonis quauis dignitate, vel auctoritate fungentibus honorificè, lautè, & opiparè excipiendis, ſeu pro quibuſuis conuiuijs, aut hoſpitijs, etiam moderatis, eiſdem, aut cuiuis alteri, quacumque occaſione, vel cauſa exhibendis; aut pro perſonis, quę illos comitentur, aut illis miniſtrent, vel obuiam procedant, pretioſis veſtibus induendis, vllas pecunias erogare, *&c.*]

Attamen quia non legitur expreſsè
18 prohibitũ, aliquid moderatè huiuſmodi nuncijs donare, cum ſimus in materia correctoria iuris communis, puto diſpoſitionem Bullæ non eſſe extendendam; & quòd ſit correctoria iuris communis apparet, quia *in l.1. C. publ. lætit. lib* 12. hoc permiſſum legimus: verba textus ſunt hæc. [*Quicquid* noſtrorum vnquã nunciari cœperit proſperorum, vt bella ſi definunt, ſi oriuntur victoriæ faſtus, ſi honor datus fuerit regalium, vel Conſulum, vel trabearum, compoſitæuè pacis erit offereda tranquillitas; ſi ſacros vultus inhiantibus fortè populis inferimus: hoc ſine immodico pretio nunciari, excipique *ſancimus*:] per quem textum Bart. *in l. ambitioſa, num.2. ff. de decret. ab ord. facien.* tenet, quòd nuncijs bona nunciantibus poſsit aliquid ab Vniuerſitatibus donari; & in hoc decretum Decurionum non eſſe ambitioſum; ſequuntur *Io. de Plat. in l. penult. C. de curſu pub. Auend. de exeq. mand. par.2. cap.10. num.11. & alij relati a Gabr. Berart. in ſpec. Viſit. cap.23. de erog. bon. ciu. num.*88.

Neque tamen in hoc excedendus eſt modus, vt ſcilicet ad effectum faciendi huiuſmodi donationes imponatur collecta, & onerentur pauperes, hoc enim expreſsè prohibetur etiam ab ipſo Imperatore *in ead. l. vnic. C. de pub. lætit. lib. 12. ibi.* [*Iudices* ſtatuimus eſſe ſollicitos, ne turpi colludio quæratur ex miſeris
19 pretium gaudiorum: Quòd ſi id ſacrilega fuerit diſsimulatione violatum; & accipientem pudoris, fortunarumque manebit excidium, & cogentem par pœna multabit, & officium triginta librarũ auri vexatione quatietur, *&c.*] vbi *Lucas de Penn. in princ.* notat, literas continentes lætitiam publicam non eſſe Ciuitatibus dirigendas per homines diui-
20 tes, cupidos, & voraces, vt inde lucrum capiant, ſed per pauperes curſores, quibus quid modicum dari poterit; quod non puto prohibitũ etiam ab ipſa Bulla: quis enim hilari fronte, promptoque animo non ſolueret aliquid nuncianti redditam eſſe pacem Italiæ cõcupiſcenti animo deſideratam? hoc enim (vt *Io. de Plat. ſcribit in d. l. vnic. in princip.*
21 debet eſſe gaudium, & lætitia populorũ: nam bellum eſt perditio corporis, & animæ, & homines ad paupertatem perducit; quod *& Virgil. lib.1. Georg. pulchrè, & elegantèr cecinit.*

Quippe vbi fas verſum, atque nefas; tot bella per orbem,
Tam multæ ſcelerum facies, non vllus aratro
Dignus honos; ſqualent abductis arua colonis,
Et curuæ rigidum falces conflantur in enſem.

22 *Et Caſſiodor. lib.1. var. cap.1.* [*Oportet* enim pacem quærere; omni quippe Regno deſiderabilis debet eſſe trãquillitas, in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium cuſtoditur; hæc eſt enim bonarum artiũ decora mater, hæc mortaliũ genus reparabili ſucceſsione multiplicans, facultates protendit, mores

extollit, & tantarum rerum ignarus agnoſcitur, qui eam minimè quæſiſſe *ſentitur.*] *& Fran. Guicciardin. hiſt. lib. 16.* [*Nihil* ſanctius, nihil magis neceſſariũ, nihil Deo gratius, communi inter Chriſtianos Principes pace futurum video, ſine hac enim, Religionem, pietatem, & hominum mores in apertiſſimam perniciem ruere, vel manibus tangi *poteſt*.] *& Io. Bapt. Mantuanus ad rem cecinit.*

Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum,
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumque pericli
Sydera pace vigent, conſiſtunt terrea pace;
Nil placitum eſt ſine pace Deo, nec munus ad aram.

Pacem igitur nunciandi poterit Ciuitas, illiuſque Decuriones aliquid moderatum, & honeſtum donare poterunt.

23 Quod expreſsè in alijs caſibus, vt in tranſitu Principis, in erectione armorũ, & inſignium, & ſimilium prohibetur, ex verbis ipſius Bullæ: & cum aliquãdo petita eſſet licentia a Prouincialibus Marchiæ in hæc verba. *Occorre, che per paſſaggio de' Prencipi, ò benemerito de' Superiori biſogna ſpendere qualche ſcudo per honorar l'entrata, ò paſſaggio di eſſi, ò inalzar armi per memoria del buon gouerno, ſe ne domanda licentia anche per ſomma limitata:* Fuit reſponſum. *Nihil omnino, quia obſtat Bulla.* Quod quidẽ reſponſum propter identitatem rationis ad totam Eccleſiaſticã Ditionem extendendum, & ſeruandum erit.

24 Erogare etiam pecunias Vniuerſitatũ in veſtes pretioſas, ad induendum eos, qui Principi venienti obuiam procedãt, noſtra hæc Bulla prohibet, *ibi. pretioſis veſtibus induendis vllas perſonas erogare, &c.* licèt hoc a iure communi permiſſum videatur, ex ijs, quæ tradit *Petr. de Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap. 10. nu. 13. verſ. & ex eadem ratione, Gabr. Berart. in ſpecul. viſitat. cap. 23. de erogat. bonorum pub. Ciuit. num. 59. & ſeq. in 8. & 9. exemplo,* vbi affert præter Doctorum auctoritates exempla ex ſacra Pagina deſumpta, videlicet *lib. 1. Reg. cap. 17.* in ingreſſu Regis Saul; *& Matth. 21. Marci 11. Lucæ 19. Ioann. 12.* in Chriſto Ieſu, quando ingreſſus fuit Ciuitatem Hieruſalem: vult tamen *Auendag. loco citato*; quòd finito ingreſſu huiuſmodi veſtes Vniuerſitatibus reſtituantur, *per textum iuncta gloſſ. in l. 26. id. veſtimentum, ff. de peculio, vbi gloſſ. vltima* ait, hoc eſſe notandum in pediſſequis, vulgò, Staffieri quibus, quando repelluntur, poſsit dominus retinere veſtimentum, ſi dederat, vt in ſuo ſeruitio vteretur; *& hanc gloſſ. commendat Fran. a Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. §. 4. de donis, & expenſ. Vniu. num. 11.* qui tamen affirmat, contrariam conſuetudinem vigere in Regno circa veſtes, quæ fiunt in ingreſſu Principum; nam vigore dictæ conſuetudinis ipſe *Auctor de Ponte* cum eſſet Protector Ciuitatis Capuæ, & Decanus Collateralis, noluit aures præbere petitionibus quorundam illius Ciuitatis aduerſus Decuriones, qui ſumptuoſas veſtes fecerunt in natiuitate filij Sereniſſimi Regis: In Hiſpania verò, quòd hæc veſtimenta reſtituantur Ciuitatibus, teſtatur ſe vidiſſe *Auendag. in Ciuitate Matrid.* & cum eo ſentit hoc idem *Garzias de expenſ. cap. 21. num. 26. & 27. ſed in num. 28.* firmat plurimùm in hoc tribuendum eſſe conſuetudini antiquæ; quàmuis enim id iuris rigor expoſtulet, contrarium tamen induci poteſt conſuetudine, ad quam ipſe confugeret, ſi caſus occurreret; ex quo confirmatur opinio *Fran. a Ponte, & hoc idem voluiſſe Bobadill. lib. 5. polit. cap. 4. num. 28. & 29. ſcribit Munnoz. de Eſcobar. tract. de ratiocin. cap. 25. num. 40* qui licèt dicat non eſſe in calculo recipiendum, quod expenſum fuit in huiuſmodi veſtibus, niſi appareat fuiſſe reſtitutas Vniuerſitatibus, quia cenſentur cõmodatæ, & non donatæ; tamen nec ipſe a conſuetudine recedendum putat: ſed *Gabr. Berart. in ſpec. viſit. cap. 23. de erogat. bonor. publ. Comm. num. 61. in 9. exemplo*, audactèr affirmat contra *Auendag. & alios*, quòd ex generoſa, ac liberali munificentia ipſarum Ciuitatum huiuſmodi veſtes pertinent, & ſpectant ad ipſos Conſules, ſiue Decuriones.

25 Sed numquid in primo ingreſſu Epiſcopi ad capiendam poſſeſſionem Epiſcopatus ſuæ curę commiſſi poſsit Ciuitas aliquid illi donare? & negatiuè videtur reſpondendum, ponderando verba *Bullæ, ibi, vel primi ingreſſus, iunctis alijs, tàm Eccleſiaſtica etiam Pontificali, aut alia maiori etiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalatus, quàm mundana dignitate fulgenti, &c.* & optimè facit *Innocen. Papa ſanctio in c. 1. §. procurationes, de cenſib. in 6. ibi Caueat inſuper* (quæ verba in Archiepiſcopum, & Epiſcopum diriguntur) *ne ipſe, vel quiſpiam ſuorum aliquod munus quodcumque ſit, & qualiter-*

licumcumque offeratur, praſumat recipere, vt non quæ ſua ſunt, videatur quærere, ſed quæ Ieſu Chriſti. & repetitum habes *in Tridenc. Synodo ſeſſ. 24. cap. 3.*

Verùm ſicut in Regno Neapolitano ſolent Proreges diſpenſare, *teſte Franc. a Ponte loco cit. in princ. Cap. blan. de Baron. par. 2. pragm. 19. cap. 100. num. 16.* ita etiam Sacta Congregatio Boni Regiminis facto verbo cum S.D.N. Papa permittit aliquando, vt in primo ingreſſu aliquid Epiſcopis donent Vniuerſitates, & ita permiſſum vidi Ciuitatibus Viterbienſi, & Tuſcanenſi in primo ingreſſu Card. Alexādri Cæſarini harum Ciuitatum Epiſcopi. Nec ſolùm Epiſcopis, ſed etiam Ciuibus ad honores, & gradus eminentiſſimos promotis, vt aliquid Vniuerſitates donent, modo præmiſſo concedit Sacra Congregatio Boni Regiminis: ita enim Scipioni Cobellutio ſacra Purpura a Paulo V. decorato eadē Ciuitas Viterbienſis obtinuit tanquam ſuo Ciui ſcuta ſex mille dono dare: & ratio eſt, quia ex huiuſmodi promotione non modicum ornamentū ipſa quoque Ciuitas recipit; *Auth. habita, C. ne fil. pro patre;* & melius hoc expreſsit *Galen. in exhortatione ad bonas artes, relatus a Tiraqel. de nobilit. cap. 12. num. 10.*
26 *dum ait. Si fixius, & attentius contempleris res hominum, comperies non homines factos illuſtres ex Ciuitatibus, ſed cōtra per viros bonos, & artibus præſtantes horum Patrias fuiſſe nobilitatas: etenim quod nomen, aut quam dignitatem habuiſſet Stagyra, niſi per Ariſtotelem contigiſſet? rurſus quæ Solorum, niſi per Aratum, & Chryſippum?* Et hoc Ciuitatis Viterbienſis exemplum imitatæ ſunt aliæ Ciuitates, nempe Veliternum erga Card. Martium Ginettum, Peruſium erga Card. Vbaldum, habita, vt diximus, licētia ab Vrbano VIII. a quo fuerunt inter Vaticanos Senatores relati: & hæc Summi Pontificis licentia requiritur, quia nemo inferior poteſt prædictæ Conſtit. Boni Regiminis derogare.

Cum autem multæ Vniuerſitates ſub-
27 ſint Baronibus, & Domicellis, quæ ſponte ſub tutela Congregationis Boni Regiminis manent, quæſitum eſt, an poſſint hæ Vniuerſitates donare Baronibus, & Dominis tempore nuptiarum, & quādo naſcuntur filij, vel quando prima vice accedūt ad ipſas Vniuerſitates, vel quid ſimile? pro affirmatiua optimè facit mos antiquiſsimus *ex Terentio* a nobis ſupra
28 relatus; qui mos etiam nunc multis in locis retinetur, præſertim in ſubalpinis, teſte *Iacob. a S. Georg. tract. de homag. n. 33.* nec omittenda eſt *gloſſ. in l. placet, in verb. ab hinc, ibi, quia Principi natus ſit filius, vnde collectam facit; & in verb. canonicam, ibi: quia naſcitur filius Principis, vel facit filium militem, vel facit nuptias, C. de Sacroſanct. Eccleſ. vbi etiam Cyn. num. 3. verſ. niſi in repentino, Iaſ. nu. 19. & alij ab eo relati, & facit Iſern. in rub. quib. mod. feud. amit. nu. 5.* dum ait, vaſallum teneri domino, ſicut libertus patrono; libertus autem in multis patrono tenetur, vt *l. 1. & tot. tit. C. de oper. libert.*

Contrariam tamen ſententiam puto veriorem ob generalem prohibitionem *Bullæ, ibi, mūdana dignitate fulgenti, &c.* quæ verba ad Barones, & Principes laicos diriguntur: & concordant tradita *a Fran. de Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 10. §. 4. nu. 12.* dum ait, non poſſe Vniuerſitates aliquid donare Baronibus, niſi prius habito recurſu, & obtenta diſpenſatione a D. Prorege; pari igitur ratione in Statu Eccleſiaſtico obtinenda erit licentia a Sacra Congregatione Boni Regiminis; & hoc fortius procedit in vaſallis ſubditis, Vniuerſitatibus, Collegijs, ſeu Capitulis, quia vt ait *Iſern. ſuper feud. tit. ſi de feud. defun. milit. contro. fuer. §. omnes filij, num. 6.* huiuſmodi va-
29 ſalli non tenentur iuuare aliquem de Collegio, vel Vniuerſitate, quia non ſunt vaſalli ſingulorum; quod nota pro Communitatibus habētibus iuriſdictionem ſuper Caſtra, & Terras, prout ſunt Ciuitates Spoleti, Vrbis veteris, & aliæ ſi quæ ſunt: nam huiuſmodi vaſalli ſubſunt Ciuitatibus, non autem ciuibus ſingularibus, ex vulgata regula; quod Vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur.

Et ad ea, quæ dicta ſunt in contrarium *ex gloſſ. & Doctoribus in l. placet, & l. neminem, C. de Sacroſ. Eccleſ. ex eadem gloſſ. & Doctorib.* colligitur reſponſio, nō eſſe ſcilicet faciendam illationem ex ijs, quæ licent Imperatori, qui eſt dominus
30 omnium, & non ligatur legibus, *l. digna vox, C. de legib. l. fin. §. quæ enim, C. de quadr. preſcript. l. non alias, §. fin. ff. de iudic.* ad Barones, & Dominos inferiores, vt *poſt gloſs. in d. l. neminem, in verb. perangarijs, verſ. ſed contra, ſcribit etiā Bart. ibi num. 2. verſ. ſed Imperat.* vbi
31 concludit notandam eſſe hanc gloſſam, dum firmat, quàmuis Imperatori tranſeunti per aliquam Prouinciam licitum

ſit capere ab omnibus, quidquid ſibi neceſſarium erit, & collectare perſonas, & bona, quocumque priuilegio non obſtāte; non tamen hoc permiſſum erit Gualdanæ, ideſt exercitui ipſius Imperatoris, quia illi de exercitu debent ſe premunire; & ſi quid deeſt, a Communitatibus Terrarũ, exigere: neque hoc grauamen in vnam tantùm Prouinciam, vel Ciuitatem inferendum eſt, vt notat ibi *Cyn. verſ. circa hanc quæſt.* ſed communicandū eſt inter omnes, niſi immineret neceſſitas, & promptum periculum, quo caſu poterit ab vna Ciuitate ſtatim accipere; ſed vt poſtea fiat contributio inter alias Ciuitates, *arg. l. 2. ff. ad l. Rhod. de iact. & nos diximus ſupra* §. 12. *gloſſ.* 2. *verb. Conſilijs.*

32 Quid verò reſpondere debeant Vniuerſitates Nuncijs, aut alijs perſonis ad eas accedentibus, & petentibus aliquid ſibi donari, docet *Io. de Plat. in l. vnic. n. 3 verſ. facit etiam iſta lex, C. ne quis liber. inuit. lib.* 11. nempe ſe facturas, quod aliàs fieri conſueuit, & factum fuit: & ad corroborandum huiuſmodi reſponſionē adducit *textum in l. Litibus, §. nec de red-*
33 *ditibus, C. de agric. & cenſit. eodem lib.* 11. vbi habes, ſi coloni more ſolito pendebant, ipſi maneant in priſtina conſuetudine, &c. & hoc etiam ſcribit *Auendag. de exeq. mand. part. 2. cap. 10. in fin.* Sed cum Bulla Boni Regiminis tollat, & annullet omnes cōſuetudines, & illas cor-
34 ruptelas appellet; ibi, *cuiuſuis ſtatuti, ſeu conſuetudinis, aut verius corruptelæ prætextu ex quauis cauſa, etiamſolita, & rationabili:* melior fortaſſe reſponſio erit ſi dicatur, *Obſtat Bulla.*

Sed numquid Vniuerſitates donare aliquid poſſint in cauſam remunerationis ob accepta beneficia, videndi ſunt *Nicol. Loſſ. de iur. Vniuerſ. par. 3. cap. 11.*
35 *num. 5. & ſeq. Gabr. Berart in ſpeculo viſit. cap. 23. num. 66.* & in terminis Bullæ Boni Regiminis *Gratian. diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 202. qui ſub num. 8* pro parte affirmatiua dicit huiuſmodi donationes non eſſe propriè donationes, ſed quaſdā debiti naturalis ſolutiones, aut permutationes; *Menoch. conſ. 1. num. 448. Magon. deciſ. Lucen. 87. venerabilis, num. 3.* nec ideo Vniuerſitatibus damnoſas, *vt ipſe Gratian. autumat loco cit.* qui tamen re maturiùs conſiderata *ſub num.* 10. ait, etiam huiuſmodi donationes remune-
36 ratorias eſſe prohibitas Vniuerſitatibus; quia ſi hæ permitterentur, multis fraudibus aperiretur via prætextu remunerationis: quibus quidem fraudibus occurrere, & obuiam ire præcipuè, & ſumma diligentia Sacra Congregatio Boni Regiminis inuigilat: & ita ſeruatur in facti contingentia, ne ſcilicet donationes remuneratoriæ fiant ab Vniuerſitatibus; *teſte Flauio Cherub. in Compend. huius Bullæ ſchol.* 1. quædam ad rem cōgerit *Franc. a Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. §. 4. de donis, & expenſ.*

37 At ſi quæratur, verum Vniuerſitates Comitibus, & Baronibus ſubiectæ teneantur donare, & munera conferre ſuis Dominis pauperibus pro dotandis ſororibus, & filiabus, & caſu, quo Vniuerſitates recuſarent, an liceat ipſis Dominis, & Baronibus indicere, & exigere hac de cauſa collectam? Et pro affirmatiua faciunt congeſta *a Gabr. Berart. d.*
38 *cap. 23. nu. 90. in exemplo* 20. vbi firmat, ſi aliquis Decurio, ſeu Conſiliarius ſenio confectus in paupertatem lapſus fuerit, ſunt illi ex redditibus publicis ſubminiſtranda alimenta, *per textum in l. decurionibus, ff. de decurion. ibi, decurionibus facultatibus lapſis alimenta decerni permiſſum eſt; maximè ſi ob munificentiam in patriam patrimonium exhauſerint:*
39 certum eſt autem, Barones eſſe primos ciues illius loci, in quo iuriſdictionem habent; *Capibl. de Baron. pragm. 12. n. 1.* & in terminis caſus propoſiti *Afflict. deciſ. 265. de obligat. vaſall. ad dominum, & è contra, num. 54. & ſeq. Iacob. a S. Georg. in tract. de homa. n. 33. Guid. pap. quæſt. 57 Boer. quæſt. 126. & alij multi relati a Menoch. de arbit. caſu* 181. *num. 1. & per tot.*
40 qui concludit, attendendam eſſe cōſuetudinem; nam licèt videatur hoc ſatis æquum, non tamen reperitur a iure, ſeu conſuetudine generalitèr, & in omnibus caſibus determinatum; & ideo iudicis
41 arbitrio relinquendum; qui iudex diligentèr conſiderabit quantitatem dotis promiſſæ, conditionem perſonarum, quod auxilium, ſeu munus aliàs fuit præſtitum; ita *Menoch. d. caſu* 181. *n. 4. & 5.*
42 Eoque magis, ſi Baro voluerit hac de cauſa imponere collectam, quia hoc nō poteſt, ſine literis Regijs in Regno; *Afflict. d. deciſ. 265. nu. 56. Capibl. de Baron. pragm. 8. part. 2. num. 49. & 50.* & hoc etiam dicendum in Eccleſiaſtica Ditione, vbi præter alias pœnas contra imponentes nouas collectas, & gabellas, adeſt excommunicatio expreſſa in Bulla Cœnæ Domini, & ideo neceſſaria eſt expreſsa licentia Summi Pontificis: & quòd Baro, etiamſi habeat merum, & mixtum imperium,

perium, non poſſit imponere collectam vaſallis, quia talis impoſitio eſt de regalibus, quæ ſoli Principi competunt, docet *Maſtrill.de Magiſtr.lib.4. cap.16.nu.* 276. 277. *& ſeq.* vbi nunnullas ponit limitationes, quas vide apud ipſum: *vide etiam Fran.a Ponte de poteſt.Proreg.tit. 10.de diuerſ.prouiſion.§.4. de donis, & expenſis Vniuerſ.num.11.& 12.ac alibi.*

SVMMARIVM.

1 *Bulla Boni Regiminis probibet cibaria, & commeſſationes; non tamen ordinarias Magiſtratibus aſſignatas, ſed extraordinarias.*

2 *Commeſſationes neceſſariò ſunt aſſignandæ Magiſtratibus; & quare, & quo loci.*

3 *Commeſſationes Collegijs artificum in Gallia probibita, & quare.*
Amplia hoc magis probibendum in Collegijs, ſeu Cõgregationibus pro Religione inſtitutis, ſi tamen modum excedant. num.4.

5 *Vniuerſitatibus non eſt permiſſum cibaria miniſtrare pauperibus in proceſſionibus anno Iubilai, vel ſimilibus caſibus.*
Limita, quando adeſſet longa conſuetudo in contrarium approbata. num.6.

7 *Expenſa, quæ cibariorum cauſa fiunt, taxandæ ſunt, & in Tabella adnotandæ.*

8 *Omnes liberales exiſtunt, vbi ſumptus ex publica pecunia fiunt.*

9 *Ex nimia ingurgitatione fetet os.*

10 *Epiſcopi, & alij Viſitatores grauare non debent Vniuerſitates, & Curatos nimio ſumptu.*

11 *Parcitas pulcherrima virtus eſt, & in Epiſcopis pracisè laudanda.*

12 *Sobrietas quid ſit ex Cicerone, & Ariſtotele.*

13 *Conſuetudini multùm defertur in ſubminiſtrando cibaria Epiſcopis viſitantibus Diœceſes.*

14 *Cibaria debentur Epiſcopis viſitantibus etiam de iure Diuino; niſi adſit conſuetudo contraria, & paupertas Parochi.*
Limita etiam quando Viſitatores vellent cibaria in pecunia, & Vniuerſitas negaret. num.15.
Quod ex identitate rationis applicatur Viſitatoribus laicis, vt ſunt Collaterales militiarum, & ſimiles. num.16.

17 *Viſitatores miſſi ad reformandas Communitates a quo ſint alendi.*

18 *Vniuerſitates poſſunt miniſtrare ſumptus Viſitatoribus etiam in pecunia, ſi magis hoc expediat ipſis Vniuerſitatibus.*
Amplia poſſe etiam variare ex cibarijs in pecuniam, & è contra.

20 *Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij inferioris ordinis quot equos, famulos, & inſeruientes habere debeant in viſitationibus.*

21 *Munera recipere nequeunt vitantes a viſitatis; & ſi contrarium agant, qua pœna puniantur.*

22 *Differentia ſi oriatur inter Viſitatores, et viſitatos, a quo ſit decidenda.*

23 *Legatum factum Vniuerſitati pro epulo miniſtrando, vtrum valeat, & quando applicetur Fabrica S.Petri.*

24 *Clerici Regulares, & Sodalitates laicorum, an cogi poſſint ab Ordinarijs accedere ad Proceſſiones publicas.*
Refertur deciſio ſacra Congregationis Epiſcoporum in hac facti ſpecie Proceſſionum; & excitantur nonnulla dubitationes. n.25

26 *Præcedentia inter Regulares, & alios interuenientes Proceſſionibus qualitèr, & quomodo decidantur.*

27 *Fratres Ordinis S.Dominici præcedunt alijs Fratribus in Proceſſionibus.*

28 *Præcedentia inter Sodalitates laicorum quomodo decidatur.*

29 *Conſuetudini locorum valde defertur in materia præcedentiarum.*

§. XV.

Gloſſ. 1.

Epulis.

CAP. XXXVII.

1 PROHIBET etiam Bulla ſuper Bono Regimine rerum, & bonorũ ad Vniuerſitates Ditionis Eccleſiaſt. ſpectantium cibaria, exulenta, & poculenta, epulas, commeſſationes, aut compotationes, *vt in §.15.* *in*

in princ. Hæc autem cum ſint in duplici
differentia, ordinaria ſcilicet, & ſolita,
alia verò extra ordinem, & inſolita,
ſciendum eſt, prohibitionem non com-
prehendere ea, quæ ſunt ordinaria de
iure, vel ex laudabili conſuetudine, vt
ſunt cibaria, quæ dantur Magiſtratibus,
& Officialibus reſidentibus in Palatijs
Communitatum, ad regimen illarum,
& ad conuocandum Conſilia, & alia ge-
rendum, prout neceſſitas ſuadet: pro
iſtis enim epulis habes ferè in omnibus
Tabellis quid certum, & determinatum
appoſitum, & taxatum, & dicitur, *per la*
2 *menſa del Magiſtrato*; quod ad bonum
Reipublicæ ſtatum, & regimen *Ariſtot.*
voluiſſe deſignat *lib.7. polit. cap.10.* dum
ait. *De comeſſationibus videtur quoque*
omnibus vtile eſſe, vt adſint bene inſti-
tutis Ciuitatibus. & cap.12. ibi. Cum
verò multitudo ciuium diuiſa ſit in Sa-
cerdotes, & Magiſtratus, decens eſt Sa-
cerdotibus circa ædes ſacras eſſe comeſſa-
tiones inſtitutas: Magiſtratuum autem
quicumque ius dicunt, &c. iuxta forum
in loco celebri; communique ſunt comeſſa-
tiones ſtatuendæ: Et ſanè experientia
docuit in multis Ciuitatibus, & Locis,
vbi Magiſtratus non comedunt ſaltim de
mane in domibus, & palatijs publicę re-
ſidentiæ, quòd nunquam, ſeu rarò ciues,
& decuriones conuocantur ad Conſilia,
& ad negocia publica pertractanda con-
ueniunt.

3 Nec obſtat *Tholoſan. in tract. de Re-*
pub. lib.13. cap.3. num.5. & ſeq. dum re-
fert Sanctionem Franciſci I. Regis Gal-
lorum, qua prohibitæ, & expurgatæ fue-
runt a Collegijs artificum, & aliorum
comeſſationes, & conuiuia, quia in illis
maximè excedebant operam, dum arti-
fices ſolemnia conuiuia parabant magi-
ſtris artis, vnde eueniebant mala; primò,
vt inopes admitti difficilè poſſent quã-
uis periti, & diuites imperiti facilè in
perniciem Reipublicæ in album redige-
rentur: dehinc, quòd inebriati magiſtri
incõſideratè ad magiſterium reciperent
candidatos; *hæc Tholoſanus, qui addit ex*
Plinio, comeſſationes cauſam fuiſſe diſ-
ſoluendorum olim apud Romanos Col-
4 legiorum; quæ quidem ſi in prophanis
prohibentur, multò magis in rebus ſa-
cris, & religioſis; vt pluribus probat idẽ
Tholoſan. loco cit. & Garzias de expenſis
cap.8. num.12. & 13. qui loquitur de co-
meſſationibus, & potationibus, quæ in
mortuorum funere fiunt aliquibus in
locis.

Siquidem hæc omnia intelligenda
ſunt, vbi exceditur modus, ebrietates
ingurgitationes, immodeſti, & immo-
derati riſus, & ſaltationes fiunt, vt vide-
re eſt apud eoſdem auctores, & alios ab
ipſis relatos; qui ſanè permittunt conui-
uia in pietatem pauperum, & conuoca-
re etiam religioſos ad honorem Dei; *ex*
B. Gregorio lib.2. epiſt.37. ibi, conuiuia,
quæ ex intentione impendendæ charitatis
fiunt, rectè veſtra fraternitas in ſuis epi-
ſtolis laudat, quę tamen in Eccleſijs per-
agenda non ſunt, *ex D. Paulo ad Corin.*
cap.11. numquid domos non habetis ad
manducandum, & bibendum? Et ſub ea-
dem diſpoſitione reducendum erit, ſi
5 Vniuerſitas voueat proceſſionaliter ire
ad aliquam Aedem Sacram, vel ad Vrbẽ
anno Iubilæi, itaut neceſſarium ſit pro-
uidere cibaria pro refectione itineran-
tium, ne deficiant in via, & murmurent,
niſi fuerint ſaturati; & quæſitum fuit, an
iſtæ epulæ ſint parandæ ex pecunia pu-
blica Vniuerſitatis? & negatiuè reſpon-
det *Auendag. tract. de exeq. mand. part.2*
cap.10. nu.27. vers. quintò infertur; red-
dens rationem, quia licèt hoc cedat in
honorem, & laudem Dei, & Sanctorum
eius, non tamen eſt commodum publi-
cum, ſed particulare, & priuatum ſingu-
lorum de ipſa Vniuerſitate, & ideo faciẽ-
dum erit ſumptibus illorum, quos prin-
cipaliter tangit, *arg. eorum*, quæ notan-
tur *in l. quoniam liberi, C. de teſtib. & in*
l. ſed ſi hæreditas, §.1. ff. ad exhiben. ſe-
quitur Garz. de expenſ. cap.21. num.36.
vbi de Proceſſionibus, & Litanijs publi-
6 cis agit. Verùm ſi Conſilium alicuius
Vniuerſitatis ex antiquiſſimo inſtituto,
& longo tempore conſueuit de bonis
communibus dare alimenta, ſiue pran-
dium clericis, cantoribus, capellanis, &
ſimilibus, qui populum regant, & aſſo-
cientur in Proceſſionibus annuis votiuis
ſiuè de præcepto Eccleſiæ, vt ſunt Ro-
gationes ante Aſcenſionem D.N. Ieſu
Chriſti, de quibus loquitur *Lap. alleg. 90.*
per tot. ſiue ex aliqua laudabili conſue-
tudine alicuius Vniuerſitatis (quod erit
onus ordinarium) tunc permiſſum erit,
propter hanc antiquam conſuetudinem,
erogare publicam pecuniam; *vt idem*
Auendag. ſcribit cap.10. num.18. quem
ſequitur *Munn. de Eſcob. trac. de ratioc.*
cap.25. num.41. qui vult, huiuſmodi ex-
penſam in calculo referendam eſſe De-
poſitario Vniuerſitatis; & in hoc ſeruã-
dam eſſe conſuetudinem locorum ſcri-
bit *Garzias de expenſ. d. cap.21. num.38.*
in

in fin. Neque hæc aduerſãtur Bullæ Boni Regiminis, quæ non tollit inueteratos vſus, & laudabiles conſuetudines.

Sunt tamen huiuſmodi ſumptus ad
7 certam quantitatem redigendi, & in Tabellis deſcribendi, & a ſacra Congregatione Boni Regiminis approbandi: itaut ſi quid vltra fuerit expenſum, in calculo non recipiatur; quod etiam aduertit *Eſcobar. loco cit.* cuius verba referre placet, vt innoteſcat, quòd omnes
8 homines, ſiue Hiſpani, ſiue Galli, ſiue Itali ſint, vbi pecunia publica eroganda eſt, liberales exiſtunt: ait enim *Eſcobar. In prædictis occaſionibus* (comeſſationũ ſcilicet) *Decuriones populi regularitèr opi perè, lautèque epulari ſolent, eo quòd ipſi Proceſſiones iſtas comitare conſueuerunt: hac in re iudices rationales monitos eſſe velim, vt expenſas deinceps faciendas in ſimilibus Proceſſionibus taxent, & limitent, itaut ne quid nimis in illis con-*
9 *ſumetur*; ex nimia namque ingurgitatione fetet os, *l. qui clauum, §. is cui os. ff. de ædil. edict. quem textum inducit gloſſ. in c. cum Apoſtolus, in verb. ſumptuoſas, de cenſib.* ne ſcilicet Epiſcopi, & alij Viſitatores ſumptuoſas epulas quærant a Sacerdotibus, vel etiam ab Vniuerſitati-
10 bus, dum Eccleſias rurales viſitant, vel ad loca in earum Diœceſi conſiſtentia accedant, vt confirmationis Sacramentum Chriſti fidelibus conferant; quo caſu Vniuerſitates prandium dare ſolent Epiſcopis, eorumque familiaribus; ipſi verò Epiſcopi, & Viſitatores recipere debent cum gratiarum actione, quod honeſtè, & competentèr fuerit illis miniſtratum; eoque magis quia dum rebus Diuinis operam damus, a conuiuijs, & comeſſationibus abſtinendum eſt, *c. nulli clerico, diſt. 44. &* D. Paulus ad Roman. *cap. 13. ad fin. Honeſtè ambulemus non in comeſſationibus, & ebrietatibus, ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum.* Et inter Epiſcoporum ornamenta pulcherrimam eſſe virtutem parcitatis pro-
11 bat *D. Thom. 2. 2. quæſt. 149. art. 4. ibi, Epiſcopus in Eccleſia excellentiſſimum gradum habet, cui per Apoſt. indicitur ſobrietas ſecundùm illud 1. ad Thimot. cap. 3. Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, &c.* & laudabilem eſſe in omnibus Chriſti fidelibus, demonſtrat Eccleſia, dum inter præcipuas Confeſſorum laudes canit:

Qui pius, prudens, humilis, pudicus
Sobriam duxit ſine labe vitam,
Donec humanos animauit auræ
Spiritus artus.

12 Quæ veritas etiam ethnicis innotuit; ait enim Cicero *de offic. Sobrietas eſt affectus moderationis contra incentiua crapulæ, & diluuium ebrietatis; & Ariſt. libel. de virtutib. Sobrietas virtus eſt, qua fit, vt in fruendis rebus ſic verſentur, prauas vt omnino voluptates ne appetãt; & paulò infra. Comes ſobrietatis quædã ordinis conſeruatio, & rerum munditia, & verecundia, & cautio eſt.* Et alia multa de ſobrietate congerit *Barboſ. de offic. Epiſcop. tit. 2. gloſs. 5. in verb. ſobrium, num. 1. viden.*

Quod autem diximus, Vniuerſitates aliquando teneri, & obligatas eſſe ſubminiſtrare Epiſcopis venientibus pro cõfirmationis Sacramento pueris conferẽdo, vel pro viſitandis Eccleſijs per ſe ipſos, vel alios ab ipſis deputatos, epulas, & cibaria, ſcias, in hoc multùm deferendum eſſe conſuetudini, *teſte Frãc. Leon. in theſau. for. Eccleſ. part. 2. cap. 16. de*
13 *viſitat. num. 34.* nam ſi Vniuerſitates recuſarent, non ſunt cogendæ; prout idem *Leonius aſſerit deciſum a ſacra Congregatione Concil. Trident. ſuper cap. 3. ſeſs. 24. de reformat. in cauſ. Vintimillien. faciunt congeſta per Dec. conſ. 214. in cauſa vertente, num. 2. verſ. nam quamplures, num. 4. & alibi.*

Licèt huic deciſioni videatur obſtare *textus in c. ſi Epiſcopus, de off. ordin. in 6.* cuius verba ſunt. *Hi tamen, qui viſitantur, miniſtrare tenentur expenſas victualium viſitanti; cum ſecundùm Apoſtolum ad Corinth. 1. cap. 9. non ſit magnum ſi ab eo metantur temporalia, per quem ſpiritualia ſeminantur. hæc Bonifacius ibi; ſed in Epiſtola D. Pauli habes hoc amplius. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquã? quis plantauit vineã, & de fructu eius nõ edit? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? numquid ſecundùm hominem hæc dico? an & lex hæc non dicit? ſcriptum eſt enim in lege Moyſi:*
14 *non alligabis os bouis trituranti. Hæc Paulus Apoſtolus;* ex cuius verbis videtur deſumendum, quòd a Iure Diuino ſancitum ſit, vt hæc victualia ſubminiſtrentur Epiſcopis, ſeu illorum Vicarijs Diœceſim viſitantibus, & ſpiritualia miniſtrantibus: *& viden. eſt Cacher. deciſ. Pedem. 99. nu. 22. & per tot. Iacob Sbroz. de Vicar. Epiſc. lib. 2. cap. 122. certum eſt, per tot. Gratian. diſcept. foren. cap. 57. a n. 1. vſque ad n. 14. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. alleg. 73. multis in locis.*

Huius

Huius tamen quæſtionis ſolutio colligitur *ex eod. Concilio Trident. d. cap.3. prope fin.* dum ait: *Vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud a Viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, id obſeruetur*. & ideo *Gratian. d. cap.57. num.15. verſ. quo verò ad Epiſcopos, Barboſ. d. allegat.73. nu.48.* firmant primam concluſionem, nec peti poſſe victualia, nec alias impenſas pro Viſitatione, niſi adſit conſuetudo in cõtrarium; *Sbroz. de Vicar. Epiſc. quæſt.123 n.3 lib.2.* Et hoc magis procedit, quando Vniuerſitas eſset pauper, & non haberet vnde huiuſmodi expenſas ſubminiſtraret, *arg.* eorum, quæ ſcribunt *gloſs. in c. cum inſtantia, in verb. prægrauari, de cenſib. Surd. trac. de alimen. tit.4. quæſt. 22. num.6. & alij ab iſtis relati*, de Rectore Eccleſiæ, qui ſit pauper, itaut Epiſcopus viſitando illam Eccleſiam, id agat de proprio, & de redditibus Epiſcopatus; quod fortius procedit, quando exit per Villas, & Oppida, vt Sacramentum Confirmationis tantùm conferat, teſte *Barboſ. & alijs ab eo relatis d. allegat.73. num.53.* dicente, ita fuiſse deciſum *a Sacra Congreg. Eminentiſs. Card. Concil. Triden. Interp.*

Alia ſolutio deſumi poterit *ex c. feli-*
15 *cis, de cenſib. in 6.* quando ſcilicet viſitantes vellent ab Vniuerſitatibus pecunias loco victualium; tunc enim Vniuerſitates recuſare poſsunt, *ex Concil. Lugdunen. ſub Gregor X. relato in d. c. felicis, in 6. in princ. & in c.1. §. procurationes, eod. tit. de cenſib. in 6.*

Et hæc deciſio poteſt applicari etiam ad alios Viſitatores præſertim militiarũ,
16 vt ſunt Collaterales, & alij Officiales, qui nonnullis ab hinc annis in d. viſitatione prætendunt ab Vniuerſitatibus Status Eccleſiaſtici victualia in pecunia, licèt recipiant epulas, & alia neceſsaria ad cõmeatum ab ipſis Ducibus, & Centurionibus militum, commorantibus in loco, vbi fit viſitatio; *Vital. in Clem. ad noſtram, nu.48. de cenſib. Franc. in d. c. felicis, n.2. eod. tit. de cenſib. in 6. Gratian. diſcept. forenſ. cap.57. num.5. & alibi, Gabr. Berart. in ſpecul. viſitat ſecul. cap.3. de viſitatorũ iuriſdict. num.79. & 80.* vbi declarat dictũ *Bald. in c. cũ ex officij, n.2. de præſcrip.* dicẽtis, quòd Viſitatores dati a Principe ad aliquam Ciuitatem reformãdam hoc facere debent expenſis ipſius Ciuitatis;
17 quod dictum ſequitur *Boer. deciſ. 303. nu.9. Menoch. de arbitrar. caſu 228. n.19. ipſe autem Berart. ibi num.81.* declarat hoc verum, quando viſitatio, & reformatio fieri petitur ab ipſa Ciuitate; nam quoties aliquid fieri petitur, id expenſis petentis fieri debet, *l. quoniam liberi, C. de teſtib. Bart. in l.3. §. defendi, in fin. ff. ex quib. cauſ. in poſs. eat. Munn. de Eſcob. tract. de ratiocin. cap.42. n.6. & ſeq.*

Verùm ſi Vniuerſitates cognoſcant
18 magis proficuum illis eſse pecunias, quã victualia dare, tunc Viſitatores recipere poſsunt licitè pecuniam a volentibus illam dare, *vt in d. c. felicis, §. verùm quoniam, de cenſib. in 6. Barboſ. d. alleg.73 num.56. Leon. theſaur. for. Eccleſ. part.2. cap.16. num.33. verſ. vbi autem eſt con-*
19 *ſuetudo*; addens, poſse etiam Vniuerſitates variare, vt vno anno præbeant victualia, alio verò anno pecunias; quæ tamen variatio non permittitur quoad partem, vt vna ſcilicet pars ſoluatur in victualibus, alia verò in pecunia, prout deciſum refert *idem Leon. ab ead. Sacra Congreg. Concil. Trident. ſuper eod. cap.3 in cauſa Mediolanen. & Oxonien. in fin. die 13. Auguſti 1595.*

Quot verò equos, & famulos pro ip-
20 ſorum, & inſeruientium vſu ducere poſſint Cardinales, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & alij inferioris ordinis viſitantes diœceſes ſuas? deciſum habes *in c. cum Apoſtolus, in princ. de cenſib.* vbi prohibitum inuenies ducere ſecum canes, aues venatorios, ne ſcilicet videantur quære re quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti.

Munera etiã qualiacumque, & quomodocumque illi offerantur, recipere
21 non poteſt Epiſcopus a viſitatis, ratione viſitationis; vt innuit *Concil. Trident. in d. cap.3.* nec etiam comeſtibilia, vt illa ſecum aſportet; *Anchar. in Clem.2. nu.14. de cenſib. Gratian. diſcep. forenſ. cap.57. n.16. Barboſ. d. alleg.73. num.54.*

Et ſi quid contra hanc prohibitionem ipſi receperint, maledictionem incurrunt, a qua nunquam, niſi duplum reſtituant, liberentur, *vt in d. cap.1. §. procurationes, de cenſib. in 6. & ibi Anchar. num. 8. qui in verſ. decimoſeptimò nota,* ſubdit, hanc formam Epiſcopis præſcriptam in viſitatione, extendendam eſse ad quoſcumque, quibus competit ex officio viſitare; & differentes vltra menſem dictum duplum reſtituere, qua pęna puniantur, vide *text. in c. exigit, & ibi Monach. & Ancharan. num. 2. de cenſib. in 6.*

Si tamen in præmiſſis oriatur contro-
22 uerſia inter Viſitatores, & viſitatos, ſuperioris arbitrio decidendam eſse ait *gloſs.*

gloſs. in c.cum Apoſtolus, §.prohibemus, in verb. rationalis, de cenſib. & idem ſcribit *Menoch.de arbitr.caſu* 228. *n.*27. *& alibi*.

23 Quid ſi Vniuerſitati legatum ſit aliquid ad epulas, vtrum illud petere, vel habere poſsit?& pro negatiua facit,quia Vniuerſitas eſt corpus imaginarium, & non manducat, neque bibit: ergo inutile erit legatum. Attamen huiuſmodi legatum deberi Vniuerſitati reſpondet *Paulus I.C.in l.*125.*Ciuitatibus, ff. de legat.*1.ſiquidem ad ſingulorum ciuium diuiſionem hoc relictum putatur; vt idē Paulus ibi declarat. Verùm ſi in huiuſmodi legato additum ſit, dandum eſse prandium in aliqua celebritate in honorem Dei feriata,& in die feſtiuo,tunc omnes pecuniæ,quæ vigore huius legati erogandæ eſsent, ad fabricam S.Petri de Vrbe deuoluuntur, *ex Conſtit.*9.§.14 *Clem. VII. quæ legitur in Bullar. nouo tom.*1.*pag.apud me* 572.

Sub diſpoſitione tamen huius Bullæ non erit comprehenſum legatum factum alicui Sodalitati pro prandio die feſtiuo faciendo Sodalibus viſitantibus ſeptem Eccleſias; prout deciſum habes *in Rota coram Caualerio,deciſ.*212.*Thomas Porta,nu.*4.*& notat Cherub.iun.ad d.Bul.*9 *Clement.VII.ſchol.*2.

Cum autem dictum ſit ſupra de epulis, quæ a nonnullis Vniuerſitatibus præſtantur viris, & mulieribus interuenientibus Proceſſionibus in diebus Rogatio-
24 num, & in alijs temporibus, ſi dubitare contingat, an ſcilicet cogi poſſint ad illas accedere omnes Sodalitates, necnō Clerici regulares, & ſeculares? affirmatiuam partem tuetur *Garz. de expenſ. cap.*21.*num.*38. præcipuè ſi fiat Proceſſio ex magna cauſa, vt in feſto Corporis Chriſti, & ſimilibus, *ex diſpoſitis in ſacro Concil. Trident.ſeſs.* 25. *cap.* 13. in alijs verò Proceſſionibus non poſse compelli, pluries declarauit ſacra Congregatio Epiſcoporum, *teſte Quaranta in ſumma Bullar.verb.præcedentia*, vbi ponit Epiſtolam ſcriptam Epiſcopo Scalenſi tenoris infraſcripti. [*Reuerendiſſime* Domine vti frater. Quàmuis Theſaurarij, Magiſtri, & Confratres Sanctæ Mariæ
25 Annunciatæ magis conſcientiæ ſuæ, ac pietati ſatisfecisſent, ſi amplitudini tuę, eos ad publicas Proceſsiones vocanti morem geſsiſsent, cum tamen ad eas accedere detrectauerint, neque ab amplitudine tua compelli, neque vllis propterea cenſuris diſtringi, atque innodari debuerunt, quod ſæpius aliàs conſulti reſponderunt Illuſtriſſimi Patres ſacri Concilij Tridentini Interpretes; itaque interdictū hac da cauſa latum protinus tollas oportet, ac de cætero a ſimilibus compulſionibus omnino abſtineas. Deus amplitudinem tuam incolumem ſeruet. Romæ die 6.Maij 1597.

Amplitudinis tuæ vti frater

Card.Matthaius.

Et hanc eandem Epiſtolam videre poteris regiſtratam apud *Barboſ. de offic. & poteſt.Epiſcop.alleg.*78.*num.*24. *& alibi*. Verùm cum hæc Epiſtola videatur reſtringere diſpoſitionem *Sacri Concilij Trident.d.ſeſſ.*25.*cap.*13.vbi expreſsè legitur, compellendos eſſe ad publicas Proceſſiones clericos omnes tam ſecu-
26 lares,quàm regulares, etiam monachos, & exemptos; ijs tantùm exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt, quomodo ſit intelligenda d. Epiſtola, vide *Mar. Anton.var.reſolut. lib.*1.*reſol.* 103.*num.* 14. *qui in num. præcedentibus* nititur probare, Epiſcopos poſſe etiam compellere Confraternitates laicorum, vt ibi per eum; licèt contrarium determinet *Barboſ. d. alleg.*78. *num.*24. *verſ. ſed prima opinio.* Cum autem aliquando contingat exoriri differentias inter ipſos Regulares, & Confraternitates,quis eorum præcedere debeat in dictis Proceſsionibus, ad tollendas huiuſmodi controuerſias, *fel.rec.Gregor.XIII.in ſua Conſtit.* 84. *tom.*2. *Bullar. nou. pag. apud me* 469. ſanciuit; Religioſos illos præcedere, qui prius habuerunt locum, ſeu Conuentum in Ciuitate, in qua facienda eſt Proceſsio: & iuxta hanc Sanctionem *ſacra Rituum Congregatio ſub die* 4. *Iunij* 1608. differentiam ortam inter Fratres Conuentuales Sancti Frāciſci, & Fratres de Obſeruantia nuncupatos in Ciuitate Tuſcanēſi compoſuit, inſtante pro Commuuitate Dominico Cohellio fratre meo germano Prouinciæ Patrimonij tunc Agente.

Hæc tamen deciſio non vindicat ſibi locum in Fratribus S.Dominici,qui præ-
27 cedunt omnibus alijs Fratribus Mendicantibus, *Felin.in rub. de maior. & obed. num.*5.*& habes Conſt.*71. *Pij V. Bullar. nou.tom.*2.*Clem.VIII.Conſtit.*13.*tom.*3. *& vide gloſſ.in c.quorundam,in vlt. notab.de elect.in* 6.

Quo verò ad Confratres, illi præce-
28 dere debent, qui prius ſaccis, ſeu veſtibus ſpecialibus vſi ſunt in Proceſsionibus tam publicis, quā priuatis; *vt in d.*

Conſtit 84. *Gregor. XIII.* §.3.*verſ.inter Confratres verò*;& vide plenũ,& amplũque *conſ.*;43.*dum ordo, D. Franc. Burſatt. per tot.lib.*4.*Thob. Non.conſ.*71. *viſis,ac diligentèr, per tot.*

Verùm in hac materia præcedentiæ multùm eſſe deferendum conſuetudini
29 locorum,dixit *Rota coram Card. Vbaldo in Colonien. præcedentiæ,impreſſ.to.*5.*recent.deciſ.*85.*fuit hodie reſolutum, nu.*5. *&* 6. vbi ampliat, etiãſi conſuetudo iuri repugnet: *Menoch.conſ.*51.*num.*51. *Seraph.deciſ.*964.*num.*1.*Gregor.XV. deciſ.* 124.*num.*2.*&* 4.

SVMMARIVM.

1 *Studiorum cauſa fauorabilis eſt in vtroque Iure Pontificio, & Cæſareo*

2 *Doctor, vel Scholaſticus quando poſſit expellere fabrum, ſtudia impedientem.*

3 *Scholares in ſtudio morantes percipiunt fructus ſuorum beneficiorum licèt abſentes.*

4 *Relictum cauſa ſtudij dicitur pium.*

5 *Scholaris clericus an, & quando percipiat diſtributiones quotidianas, dum abeſt.*

6 *Legatum factum Ciuitati ad erudiendos pueros valet, & præſtandum eſt; & quare.*

7 *Ad publicam vtilitatem pertinet, homines eruditos, & doctos habere.*

8 *Aduocati non minus prouident generi humano, quàm ſi patriam armis defenderent.*

9 *Eccleſiæ Cathedrales pro modo facultatũ erigere, & inſtituere debent Seminaria puerorum, vt bonis literis imbuantur.*

10 *Gregorius XIII. mult. Collegia puerorum inſtituit, & [illegible] in toto Orbe terrarum.*

11 *Pater ex dignitate filij nobilitatur.*

12 *Bulla Boni Regiminis prohibet Vniuerſitatibus aliquid impendere ſtudiorum cauſa.*

13 *Epiſcopi,& parochi tenentur docere pueros doctrinam chriſtianam.*

14 *Vniuerſitates habentes redditus opulentos, nec ære alieno grauatæ poſſunt aliquid erogare in puerorum eruditionem.*

15 *Electio iuuenum, quibus danda ſunt alimenta ſtudiorum cauſa, ſpectat ad eos, qui alimenta miniſtrant; & quare.*

16 *Electio procuratoris, aduocati, medici,& aliorum officialium huius generis ſpectat ad Communitates, quæ ſtipendia ſoluunt; & afferuntur exempla.*

17 *Iuuenes, quibus ſtudiorum cauſa ſunt aſſignata alimenta, an debeant illa habere tempore vacationis, & quando reuertuntur ad proprias ædes.*

18 *Scholaris, qui otiosè manet extra ſtudiũ non gaudet priuilegijs.*

19 *Scholaſticus ſi tempore vacationis aſſumat aliud exercitium, puta mercatoris, vel quid ſimile, amittit priuilegium.*

20 *Scholaſtici quanto tempore conſequi ſtipendium, vel alimenta cauſa ſtudij debeant, non eſt deciſum, quia multiplex eſt.*

21 *Domicilium quanto tempore contrahatur in aliquo loco.*

22 *Scholaſticus ſi per impoſſibile moraretur in aliquo loco cauſa ſtudij, non tamen contraheret domicilium; & quare.*

23 *Scholaris per decennium permanens in aliquo loco, etiam ſtudiorum cauſa præſumitur contraxiſſe domicilium, & quare.*

24 *Decennium aſſignatum ſtudiorum cauſa nonnulli volunt.*

25 *Canoniſtæ ſeptennium aſſignant, quia tanto tempore diſpenſantur clerici a reſidentia, ſtudiorum cauſa.*

26 *Quinquennium videtur aſſignaſſe Iuſtinianus Imperator ſtudentibus iure ciuile; & redditur ratio.*

27 *Sanctiones multorum Imperatorum, quas Iuſtinianus collegit, Codicem appellauit.*

28 *Quinquennium aſſignatum ſtudiorum cauſa, nedum ad ius ciuile, ſed etiam ad ſacram Theologiam addiſcendam a Summ. Pont. & Imperat. fuit.*

29 *Scholaſticis volentibus lauream vtriuſque iuris, canonici ſcilicet, ac ciuilis conſequi, vt regulaAritèr hodie faciunt ferè omnes, ſpatium decem annorum aſſignatur*

30 *Prorogatio temporis quando facienda ſit ſtudiorum cauſa.*

31 *Ariſtoteles per annos viginti ſtuduit apud Platonem.*

32 *Bartolus annis ſeptem Iuriſprudentiæ operam dedit.*

33 *Bartolus in decimoquarto ſuæ ætatis anno iura ciuilia ſub Cyno Piſtorienſi audire incœpit. In vigeſimo ætatis anno Bononiæ publicè in iure reſpondit, repetendo, & diſputando. In anno 21. Doctoratus gradum obtinuit.*

34 *Vniuerſitates, quæ ſtipendia, ſeu alimenta ſtudiorum cauſa ſuppetunt, debent*

habere

haberet tempus determinatum; & quare.
35 *Vniuerſitatibus debentibus ſubminiſtrare ſtipendia, ſeu alimenta ſtudiorum causa, niſi ſit aſſignatum tempus, recurrendum ad conſuetudinem locorũ, in quibus vigent ſtudia, & Collegia iuuenum, & puerorum.*
36 *Conſuetudo locorum, in quibus ſtudia vigent, ſeruanda eſt, nedum quoad prorogationem, & abbreuiationem temporis, ſed etiam quoad ſtipendia.*

§.XV.

Gloſſ.2.

Studiorum cauſa.

CAP. XXXVIII.

1 STVDIORVM cauſa maximè fauorabilis eſt in vtroque iure tam Pontificio, quam Cæſareo: quoad ius Cæſareũ habemus *Au-*
then habita, & ibi Scriben.C.ne filius pro patre, Menoch.de arbitr. cent.3. caſu 237. nu.1. & per tot. qui diligentèr, & egre-
2 giè explicat, quando Doctor, vel Scholaſticus poſſit expellere fabrum, ſua ſtudia impedientem; & integrum *tractatũ de priuileg. ſcholar. ſcripſit Rebuff.* alia quoque videri poterunt apud Doctores noſtros *in l.1. ff. ſoluto matrim. Surd. de alim. tit.6. quæſt.19. num.9. & ſeq.*
3 Quo verò ad ius Pontificiũ, ſeu Canonicum, ſcholares dum ſunt in ſtudio, percipiunt fructus beneficiorum ſuorũ, ac ſi reſiderent, *c. ſuper ſpecula, & ibi Panormit. & alij Canoniſtæ, de magiſtr. & in c.2. in fin. ibi, ac recipiant integre prouentus ſuos eccleſiaſticos, de priuileg. in 6. Panormit. in c. tuæ, ſ. relatum, de cleric. non reſiden. & alij relati a Petro Rebuff. tract. de priuil. ſcholar. priuil.31. in princ. & per tot. & in Conc. Trid. ſeſſ. 5. cap.1. in fin.* hæc habes. [*Scholares,* qui in ipſis ſcholis ſtudent, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum ſuorum in abſentia a iure communi conceſſis plenè gaudeant, & *fruantur.*] *Tiraq. de priuil. piæ cauſ. in præfat. num.26. verſ. item re-*
4 *lictum cauſa ſtud.j,* vbi nititur probare, tale relictum eſſe pium, & æquiparari cauſæ dotis; *Moneta de diſtrib. quotid. quæſt.10. an, & quando abſens cauſa ſtudij percipere queat diſtributiones quotidianas, per tot. par.2. Barboſ. de canonic. & dignit. cap.27. ſacrum Conc. num.33.*
5 *& ſeqq. & de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.56 num 8. & alibi, Tiber. Decian con 43. a num.1. vſque ad 10. vol.1.* vbi comprobat quoad vtrumque ius tam canonicum, quàm ciuilem poſitam concluſionem; *Horat. Lu. tract. de priuileg. ſcholar. par. 1. priu.100. ampl.1. & alij multi ab iſtis relati, ac Lotter. de re benefic. lib.3. quæſt. 27. num.151. & ſeq.*
6 Et magis ad rem noſtram, legatum factum Ciuitati ad erudiendos pueros vtique præſtandum eſt ex *Marcian. I.C. reſponſo in l.120. ſi quid, ff. de legat.1.* ita dicente. [*Si quid* relictum ſit Ciuitatibus, omne valet, ſiue in diſtributionem relinquatur, ſiue in opus, ſiue in alimenta, ſiue in eruditionem puerorum, ſiue quid *aliud.*] hoc enim ad honorem ipſarum Ciuitatum reſpicit, vt *Paulus I.C. reſpondit in l 125. Ciuitatibus, verſ. hoc amplius. ff. eod. tit. de legat.1.* in hæc verba. [*Hoc* amplius, quod in alimenta ætatis infirmæ, puta ſenioribus, vel pueris, puellíſque relictum fuerit, ad honorem Ciuitatis pertinere *reſpondetur.*] ad publicam quippe vtilitatem pertinet
7 homines eruditos, & literatos habere, *c.34. cum ex eo, de elect. in 6. c. fin. de magiſtr.* & Doctorum ſcientia Mundus illuſtratur, *c. cum ex iniunctio, de hæretic. c. vnic. §. ſanè, de relig. domib. in 6. Zabar. in*
8 *Clem.2. num.7. de magiſtr.* & Aduocati non minus prouident generi humano, quàm ſi patriam armis defenderent: dicit *Imper. in l. aduocati, C. de aduoc. diu. iud. gloſ. in d. c. cum ex eo, in verb. indigere, de elect. in 6.*
Quibus adſtipulatur *ſacra Tridentina Synodus ſeſſ.23. cap.18. cum adoleſcentis* vbi ſtatuitur, vt ſingulæ Cathedrales,
9 Metropolitanæ, atque his maiores Eccleſiæ pro modo facultatum, & diœceſi amplitudine, certum puerorum ipſius Ciuitatis, & diœceſis, vel eius Prouinciæ, ſi ibi non reperiantur, numerum in Collegio ad hoc prope ipſas Eccleſias, vel alio in loco conuenienti, ab ipſo Epiſcopo eligendo, alere, ac religioſè e-

ducare, & eccleſiaſticis diſciplinis inſti-
tuere teneantur.

Quod nedum ſumma illi pietate, &
religione ſuadente, ſed vt ſucceſſoribus
ſuis Summis Pontificibus, & fratribus
Coepiſcopis ſanctum præberet exem-
plum, recolen. & nunquã deſituræ mem.
Gregorius XIII. Pont. Opt. Max. nedum
10 Romæ ſex Collegia, nempe Societatis
Ieſu, Germanorum, & Vngarorũ ſimul,
Anglicanum, Græcorum, Maronitarum,
Neophytorum; ſed per diuerſas Mundi
partes alia decem, & ſeptem, itaut in
totum tria, & viginti Seminaria, ſeu Col-
legia Religioni, ac bonis artibus extru-
xerit, fundauerit, dotaueritque, vt ple-
nius apud illius vitæ Scriptores con-
tinetur; & delineata, quoque in aula
magna Collegij Romani conſpiciun-
tur.

Ex quibus videtur dicendum poſſe
Vniuerſitates, ac illis permittendam eſſe
erogationem pecuniarum publicarum
ad erudiendos iuuenes, & adoleſcentes,
boniſque artibus imbuendos; ſiquidem,
vt diximus ſupra S.14. *gloſ.* 2. non ho-
mines a Ciuitatibus, & Vrbibus, ſed Vr-
bes ab hominibus decorantur, veluti pa-
11 ter ex dignitate filij nobilitatur, *teſte*
Luca de Penna in l.mulier, num.5. C. de
dignit. lib.12.

12 Contrarium tamen ſancitum habetur in
Bulla Boni Regim. hoc S.ibi, ſeu pro præ-
ſtandis pueris, vel adoleſcentibus ſtudio-
rum cauſa alimentis, &c. Huius contra-
rietatis ſolutionem nititur afferre *P. de*
Auendag. de exeq. mand. part.2. cap. 10.
num.21, quia, inquit, hoc eſt ad commo-
dum certarum perſonarum, non autem
vniuerſale totius Ciuitatis, & dimoran-
tium in ea, & ideo non poteſt publica
pecunia in erudiendis pueris erogari; ex
vulgata regula, quod Vniuerſitati debe-
tur ſingulis non debetur.

Secundò propter eandem rationem
idem Auendag. loco cit. ſcribit, Commu-
nitates non teneri præſtare alimenta
13 pueris, vt erudiantur in doctrina Chri-
ſtiana; quia tale onus iniunctum eſt E-
piſcopis, & Parochis curam animarum
habentibus, vt legitur *in Trident. Synod.*
ſeſſ.24. in decreto Reformat. cap. 4. verſ.
idem etiam; & habemus etiam Pij V.
Conſtit. 137. ex debito, vbi Cherub. iun.
ſchol 2. obſeruat ex B. Dionyſ. Areopag. de
Eccleſ. Hierarch. cap.5. & Dionyſ. Car-
thuſ. in elucidation. d. cap. 5. artic. 9 hoc
munus in primitiua Eccleſia fuiſſe com-
miſſum Diaconis.

14 Si tamẽ Vniuerſitates ære alieno gra-
uatæ non fuerint, & redditus habeant
exuberantes ſacra Congregatio Boni
Regiminis non adeo ſtrictè verbis ipſius
Bullæ alligata eſt, quin aliquando per-
mittat, ſtudiorum cauſa publicas pecu-
nias erogare; ſiquidem hoc permiſſum
ſcio Ciuitati Viterbiẽſi, cui quolibet an-
no ſcuta ducenta octuaginta octo in
calculo recipiuntur, & in Tabella deſcri-
pta apparent, vt quatuor adoleſcentibus
in publicis Vniuerſitatibus ſtudiorum
cauſa commorantibus alimenta ſuppe-
ditet.

Sed hic quæri poteſt; ad quem, ſeu ad
quos electio horum adoleſcentium per-
tineat? & cum hoc ex iam dictis ſit o-
pus pium, ad Epiſcopum Ciuitatis ſpe-
ctare, videtur dicendum; *cum ex Tri-*
dent. Synodo ſeſſ.22. cap.8. omnium piarũ
diſpoſitionum executores ſunt Epiſco-
pi; & probat *textus in c.17. tua nobis, de*
teſtam. & facit c.1. de off. iud. ord. & ibi
Scribent.

15 Verùm ad ipſam Ciuitatem ſpectare
huiuſmodi electionem adoleſcentium
probat *Zab in Clem 1. S. quibus, num.4.*
de magiſtr. ea potiſsimum ratione mo-
tus, quia ad eos ſpectat electio, ad quos
pertinet ſtipendiorum ſubminiſtratio;
arg. textus in c.1. & c. penult. §. verum
quoniam, extr. eod. tit. de magiſtr. ad eos
enim deferendus eſt honor electionis,
ad quos datur onus ſoluendi ſalarium,
l. ſecundum naturam, ff. de reg. iur. c. qui
ſentit, de regul. iur. in 6. & ſicut patronus
eligit in beneficio, quod inſtituit, *c. quo-*
niam in quibuſdam, de iur. patron. c. 1.
16 *§. verùm, eod. tit. in 6.* Sic etiam electio
procuratoris, aduocati, & medici perti-
net ad Ciuitates, quæ ſtipendia ſuppe-
ditare tenentur, *l. ſed & reprobari, in*
princ. ff. de excuſ. tutor. l. vt gradatim,
S. reprobari, ff. de muner. & honor. Zab.
loco cit. verſ. dicit ergo: & ita ſeruatur in
Ciuitate Viterbiẽſi, vbi Scholaſticorum
electio fit in publico Conſilio per ſecre-
ta ſuffragia, & qui maiorem illorum par-
tem tulerit, hic cenſetur electus.

Sicut etiam pari ratione videmus, E-
piſcopum, & Canonicos non ſolùm Ec-
cleſiæ Cathedralis Vrbis veteris, ſed a-
liarum Eccleſiarum habere electionem
iuuenum ſtudere volentium, in ſtudio
Peruſino, itaut habeant locum, & alimẽ-
ta in quodam Collegio, ſeu Sapientia,
quæ Vetus appellatur, ex eo quia in ip-
ſa fundatione, ſeu inſtitutione, ipſi Epi-
ſcopi, & Canonici, pro certa quantitate
reddi-

redditus, & pecunias dicto Collegio aſ-
ſignatunt, in executionem eorum, quæ
diſponuntur *in Clem.1.§.quibus,de ma-
giſtris,& in Trident.Synodo ſeſſ.23.cap.
18.cum adoleſcentium*: & ratione huius
oneris habent releuationem eligendi
iuuenes,vt diximus, & legitur *in Clem.1
de cenſib.Vitalis in Clem.1. num.45.de
magiſtr.* Et ita quoque ſeruatur in Vrbe
veteri, in qua nonnullæ Sodalitates lai-
corum præbent alimenta ſcholaribus
Collegij Capelletti, & ipſæ quoque So-
dalitates habent electionem adoleſcen-
tium.

Sed poſtquam electi ſunt iuuenes, &
aſſignatum eſt illis ſtipēdium menſtruū,
vel annale,quæritur, an poſſint illud pe-
tere, & habere tempore vacationum, &
17 quando reuertuntur ad proprias ædes,
quia in ſtudijs non legitur? Super hac
quæſtione conſultus *Io. Cephal. in conſil.*
528. *teſtator iure legati, lib.4.* in affirma-
tiuam partem reſpondit, poſt *Ioan. de
Plat.in l.quoties,n.4.C.de priuileg. ſcho-
lar.lib.12.Flor.de S.Petr.in l.1.§. habi-
tare,num.fin.ff. de his qui deiecer. Petr.
Rebuff.de priuil.ſcholar.priuileg.33.n.1.*
18 *& alibi,& ſignantèr num.7.*limitat con-
cluſionem,quando ſcholaris otioſè mo-
raretur extra ſtudium; quia tunc non
gaudet priuilegijs, *l.ſi cui,§. tamdiu, ff.
ex quib.cauſ.maior.l.3.§.ſi ad diem,ff.de
re milit.Lucas de Penn.in l.hac lege, n.4.
verſ hoc poteſt dici verum;C.de priuileg.
ſchol.lib.* 12. Amitteret etiam priuilegiū
ſcholaſticus, ſi tempore vacationis, vel
19 abſentiæ a ſtudio aliud aſſumeret exer-
citium, vt quia efficiatur mercator, vel
quid ſimile; *ex Flor.a S.Petr.d l.1.§.ha-
bitare,num. fin. ff.de his qui deiecer.*

Præterea quæritur, quanto tempore,
quotuè annis conſequi debeant adole-
ſcentes ſcholaſtici hoc menſtruum, vel
20 annale ſtipendium? & videtur dicēdum,
quoad cauſa ſtudij durabit, nam quod
ex cauſa conceſſum eſt, durante cauſa
ſemper intelligitur conceſſum:vt multis
probat *Tiraq.in l.boues,§. hoc ſermone,
limit.5, per tot. ff.de verbor. ſignif.*Tem-
pus autem ſtudijs aſſignatum eſt multi-
plex; alij enim decennium eſſe volunt,
*per text.in l.2.C.de incol.lib.10.vbi Ioan.
de Plat. num.* 1. quærens, quanto tem-
pore contrahatur domicilium in aliquo
21 loco, exemplificat in eo, qui ſtudiorum
cauſa commoratur, & dicit, etiamſi per
decennium manſerit, non præſumitur
ex hoc contraxiſſe domicilium, quàm-
uis hoc tēporis ſpatium ſtudijs permiſſū
cenſeatur: & per totum hoc tempus di-
citur ſcholaris eſſe in via redeundi do-
mum, *l.cum filius familias viaticum, ff.
ſi cert. petat.& Luc.de Penn.in eadem l.2*
22 *num.7.* extendit, etiamſi per impoſſibile
daretur, vt ſcholaris per mille annos
moraretur in aliqua Ciuitate ſtudiorum
cauſa, non tamen contraheret ibi domi-
cilium, quia animus,quem ſcholaris ha-
bet redeundi ad locum, vnde venerat,
repræſentat eū ſemper in illo loco man-
ſiſſe; & magis ad rem propoſitam vide-
tur loqui *Menoch de arbitrar. caſu 86.
num.22.* dum vult, opinionem *Lucæ de
Penn.& aliorum* veram eſſe, quādo cer-
tum eſſet, ſcholarem ibi eſſe ſtudiorum
cauſa tantùm, ſecus verò ſi eſſemus in
dubio, nam tunc elapſo decennio,quod
ſtudiorum cauſa conceſſum eſt, ſi habi-
23 tationem continuet, præſumitur velle
domicilium ibi contrahere, & habere:
nam tempus decennij *ab Alex. Seuero
Imp.conceſſum incolis in d.l.2.C.de incol.*
facit etiam præſumere ſcholaſticum in-
tra illud tempus potuiſſe addiſcere, &
ſuorum ſtudiorum metam abſque omni
dubitatione pertingere: hæc *Menoch.*ex
cuius, & aliorū ſupra relatis verbis col-
24 ligitur,tempus ſtudiorum cauſa aſſigna-
tum eſſe decem annorum. Alij verò ſep-
tennium eſſe volunt, præſertim *Canoni-
ſtæ, per textum in c.cum ex eo,de elect. in
6.ibi; quod vſque ad ſeptennium literariō
25 ſtudio inſiſtentes*; & ita reſpondet *Abb.
in conſ 88.num.fin.verſ.venio ad ſextum,
lib.1,* & tanto tempore ſtudiorum cauſa
diſpenſantur clerici a reſidentia benefi-
ciorum; *ex Rebuff.in pract.tit.de diſpen-
ſat.de non reſidendo, num.25.* ſed clarius
*Lotter.de re benefic.lib.3.quæſt.27. n.157.
& 170.*

*Iuſtinianus verò Imp.*quinquennium
26 ſtatuiſſe videtur in *proœmio digeſtorum,
§.& quod iam primis, in illis verbis, &
quinti anni metas,&c. imò gloſſ. ibi in
verbo quinti,*quatuor tantùm antiquitus
fuiſſe dicit, quia liber Codicis non lege-
batur; & habemus etiam in hoc *eiuſdem
Imperatoris deciſionem in eodem proœ-
mio,§. his igitur, ibi, & is erat in quartū
annum omnis antiquæ prudentiæ finis.*
27 Cum autem Iuſtinianus prædeceſſorum
Imperatorum ſanctiones in vnum colle-
giſſet, quam collectionem appellauit
Codicem, vt harum quoque notitiam
ſcholares haberent,quintus fuit additus
annus; & hoc quinquennij ſpatium ad
minus concedendum eſſe ſcribit *Card.
Zab.in clem.2.num.14.de magiſtr.* quod
qui-

28 quidem ſpatium nedum ad iuris prudē-
tiam, ſeu ius ciuile; ſed etiam ad ſacram
Theologiam addiſcendam, aſſignatum
habes *ab Honor. III. Pontifi*:*e.in c. vltimo de mag. ſt. ibi, integrè per annos quinque percipiant, &c.*

Si quis verò iuri Pontificio, & Cæſa-
reo operam dare voluerit, prout regu-
lariter faciunt ferè omnes ſcholaſtici, qui
vtriuſque iuris lauream cōſequi volunt,
tunc eſſe concedendum tempus annorū
29 decem ſcribit *Cephal. conſ. 232. lib. 2.* &
facit *Abb. conſ. 88. in fin. lib. 1. Menoch. d.*
caſu 86. num. 23. & num. ſeq. docet, quā-
30 do ſit facienda prorogatio temporis ſtu-
diorum cauſa; *Rebuff. de priuileg. ſchol.*
priuil. 23. in princ. Felin. in c. dilectus fi-
lius, il 2. num. 12. verſ. limita dupliciter,
31 *de reſcript.* & Ariſtotelem per annos vi-
ginti ſtuduiſſe apud Platonem, ſcribit
Diogen. Laert. in eius vita.: ſeptem verò
annos Iuris prudentiæ operam dediſſe
Bartolum ſub Cyno Piſtorienſe, *idem*
32 *Bart. ſcribit in l. quidam cum filium, 132*
ſub num. 8. ff. de verb. obligat. in hæc ver-
ba. [*In decimoquarto* anno ætatis meæ
in Ciuitate Peruſij ſub Domino Cyno
de Piſtorio iura ciuilia audire icępi, &
33 eius perſeuerante gratia, totaliter con-
tinuè ſtudendo profeci, quòd in 20. anno
Bononiæ repetendo, & diſputādo publi-
cè de iure reſpondi, & demum in 21. an-
no doctoratus *fui.*] Sed quicquid ſit de
Bartolo, Ariſtotele, & alijs, qui longio-
ri, ſeu breuiori tempore ſtuduerunt, &
ſuis ſtipendijs militabant, nec erat pro-
pterea illis conſtituendum, ſeu aſſignan-
dum tempus; ad rem noſtram, de Vni-
uerſitatibus quippe loquamur; dicimus
34 regulariter ab illis aſſignatam eſſe ſtu-
diorum metam, quam nefas eſt excede-
re, vt ſcilicet bonum commune pluribus
communicetur; & ſi daretur caſus, quòd
nullum eſſet præfinitum tempus, tunc
35 recurrendum erit ad ea, quę diximus de
prorogatione, ſeu coarctatione, iuxta
Doctorum ſupra relatorum ſententiam,
& conſuetudinem locorum, in quibus
36 ſtudia vniuerſalia florent; quæ ſeruanda
quoque erunt, nedum quoad tempus,
quod ex iuſta cauſa prorogari, & abbre-
uiari poteſt, *l. 2. ff. de re iudic.* ſed etiam
quoad ſtipendia, quæ debentur ſchòla-
ribus, ſiue in vna, ſiue in alia, ſiue in plu-
ribus Vniuerſitatibus ſtuduerint, *ex Ce-*
phal. in d. conſ. 232. in fin. Menoch. d. caſ.
86. num. 23. & ſeq. & alijs ab iſtis relatis.

S V M M A R I V M.

1 *Bulla Boni Regiminis probibet alimenta dare pauperibus ex pecunijs Vniuerſitatum.*

2 *Vniuerſitates an teneantur dare alimenta infantibus expoſitis.*

3 *Infantes expoſiti dicuntur filij illius populi, vbi exponuntur.*

4 *Pater naturali lege tenetur alere filium, & ſi illum exponit, & alimenta negat, amittit patriam poteſtatem.*

5 *Natus ex matre morti damnata debet expenſis publicis ali.*

6 *Eccleſia, vel eius Rector tenetur alere infantes expoſitos, niſi in Ciuitate ſit Hoſpitale ad hoc aſſignatum.*

7 *Hoſpitale niſi adſit in Ciuitate, aut loco infantibus expoſitis deſtinatum, dominus loci tenetur alere, & quare.*

8 *Ciuitates non habentes ſuperiorem, & habentes regalia ſuccedunt in bonis vacantibus.*

9 *Ciuitates non habentes Hoſpitalia pro expoſitis, Thebanorum legem ſeruare debent cum aliquo moderamine.*

10 *Infantes expoſiti apud nos Chriſtianos habentur pro liberis, & ingenuis, & ad ſacros Ordines abſque vlla diſpenſatione promoueri poſſunt.*

11 *Filius expoſitus ſi patrem occidat, non incidit in pœnam parricidij, & quare.*

12 *Bruta animalia filios alunt, & pro illis pugnant vſque ad mortem.*

13 *Romæ ſub Gentilium imperio aderat columna lactaria, vbi infantes lacte alendi deferebantur.*

14 *Traianus, & Hadrianus Imperatores pueris, & puellis expoſitis alimenta dabant.*

15 *Diuum Gregorium oraſſe pro anima Traiani Imperatoris ſomnium, & error eſt*

16 *Iudex poteſt cogere ciues diuites ad ſubminiſtrādum alimenta infantibus expoſitis.*

17 *Vniuerſitates debent mutuare pecunias pro alendis expoſitis, dum in hanc piā cauſam quæruntur eleemoſynæ.*

18 *Noua Theſauri opinio in hac materia alendi infantes expoſitos.*

Apud Hiſpanos quid in hac re ſeruetur. num. 19.

20 *Onus in multos partitum minus grauat, & tolerabilius eſt.*

21 *Minus onerosum eſt minutatim, quàm vno ictu conferre:*

22 *Carceratis alimenta dare chriſtiana pietas*

tas impulit, ſiquidem quia non paviſti, occidiſti, ex D. Auguſtino.

23 *Opinio Deciani circa alimenta carceratis danda.*

24 *Carcerati pauperes pro cauſa ciuili a ſuis creditoribus, ad quorum inſtantiam detinentur, alendi ſunt.*

Amplia, teneri etiam ad medicamenta, & ſi recuſent, relaxandi ſunt a carceribus cum cautione de ſe repræſentantando. ibid.

Amplia ſecundò, etiam in carceratis non pauperibus, dummodo ſint infirmi. ibid.

Amplia tertiò, ſi adſit pertinacia creditoris, recuſantis dare alimenta. ibid.

Et quandocumque creditor voluerit dare alimenta, poterit cogere debitorem redire ad carcerem. ibid.

Conſideranda tamen eſt in præmiſſis calumnia debitoris, paupertas creditoris, & an aliam dilationem habuerit ipſe debitor, quæ arbitrio iudicis relinquatur. ibid.

25 *Facultates dominorum Viſitatorum carcerum in Vrbe extenduntur etiam ad totum Statum eccleſiaſticum.*

26 *Carcerati, diebus Paſchatis, & Natiuitatis Domini a carceribus ſunt relaxandi.*

27 *Communitates an teneantur ſubminiſtrare alimenta carceratis ad earum inſtantiam; & negatiuè videtur dicendum.*

28 *Alimenta non ſunt præſtanda debitori carcerato, quando ex delicto, vel alia culpa fuit illi denegata ceſſio bonorum.*

Extende etiam ad eos, quibus alimenta ſubminiſtrantur a Confraternitatibus, & locis pijs. num. 29.

30 *Decurioni, ſeu ciui pauperi an, & quando Communitates alimenta miniſtrent.*

31 *Patronus, qui ex dotatione Capellæ in paupertatem incidit, alendus eſt ex redditibus eiuſdem Capellæ, conſiderata tamen paupertate.*

32 *Ciuitas recipiens domum, vel fundum cum onere alendi donantem, tenetur alere etiam deſtructa domo, vel fundo.*

33 *Iudex carcerato ad inſtantiam Chriſtiani miniſtranda ſunt alimenta.*

34 *Vniuerſitas, quæ non conſueuit tranſportare infantes expoſitos, non poteſt ad hanc tranſportationem compelli.*

§. XV.

Gloſſ. 3.

Alimentis.

C A P. XXXIX.

1 PROHIBET vlterius hęc Conſtitutio Boni Regiminis erogare pecunias Vniuerſitatum in cauſas alimentorum; ſed quoniã euenit frequentèr, vt proijciantur, & exponantur per plateas, & vicos infantes, quorum parentes ignorantur, & quibus niſi ſubminiſtrentur alimenta, ij miſerè, & contra chriſtianam pietatẽ pereunt; quæſitum propterea eſt, an deficiente priuatarum perſonarum chari-
2 tate, teneantur Vniuerſitates ex publica pecunia ſubminiſtrare alimenta, itaut quicquid fuerit in hanc cauſam erogatum, & expenſum, recipiendum ſit in calculo adminiſtratori, & quibus has fecerunt expenſas?

Et pro affirmatiua dicimus, quòd iſti
3 vulgò quæſiti, & expoſiti dicuntur filij illius populi, vbi exponuntur, *Munnoz. de Eſcobar. de ratioc. cap. 25. num. 44.* qui ponit carmen,

Cui pater eſt populus, pater eſt ſibi nullus, & omnis.

4 Cum autem pater teneatur naturali lege alere filium, *l. ſi quis a liberis, ff. de liber. agnoſ. l. 1. C. de alend. liber.* itaut ſi illum exponat, & deneget alimenta, patriam poteſtatem amittat, *vt in c. 1. & ibi gloſſ. in verb. liberatus, Io. And. num. 6 & alij de infant. expoſit. Paleott. de notis, & ſpur. cap. 63. num. 6.* Reſpublica verò, ſeu Vniuerſitas dicitur horum expoſitorum quaſi pater; ex præmiſſis ergo ad alimenta poterit compelli, argumento eorum, quæ ſcribit *Bald. in l. Imperator, nu. 4. ff. de ſtatu homin.* dum vult, quòd
5 natus ex matre morti damnata nutriri debeat expenſis publicis; quem refert, & ſequitur *Cepoll. in 2. cautel. Boer. quaſt* 303.

303.*num.6.Surd.de aliment. tit.1. quaeſt.*
81. num.3. Eſcobar. de ratiocin. cap.25.
num.45.
Alij verò ſcripſerunt, horum infantiũ
6 expoſitorum nutritionem ſpectare ad
Eccleſiam, vel eius Rectorem; ita *Iacob.*
a S.Georg.in l.hæres abſens, §. ſi quis tu-
telam,num.45.de iudic. Abb.in c.1. nu.3.
verſ.ſed poteſt dici, de infant. & languid.
expoſ.Surd. de alim.d. quaeſt.81. num.1.
Sola in Conſtit. Pedem.ſuper decret. de
captura debit.in cauſ.ciuil. gloſſ.3.num.8.
qui ait, ſe ita obtinuiſſe pro Communi-
tate Ianen.& Stiabini; *Munnoz.de Eſco-*
bar.d.cap.25.num.45 verſ.alij autem,
qui refert *Iacob.a S. Georg.* dicentem,
hanc concluſionem eſſe veram, niſi in
Ciuitate ſit cõſtitutum Hoſpitale ad hos
infantes recipiendos, & alendos, vt in
multis Italiæ Ciuitatibus adſunt.
7 Nonnulli ſunt in tertia opinione, di-
centes, ſi in Ciuitate non adeſt Hoſpita-
le ad hoc pium opus deſtinatum, tunc
expenſis domini ipſius Ciuitatis, & Lo-
ci alendos eſſe infantes expoſitos; ea
quidem ratione; nam ſicut dominus Ci-
uitatis ſuccedit in hæreditatibus horum
vulgò quæſitorum, & non habentium
certos hæredes, excluſis ipſis Ciuitati-
bus, *vt in l.1.C.de bon. vacan. lib.* 10. ita
etiam tenetur ad onus alimentorum.
Quod autem dictum eſt, excluſis Ci-
8 uitatibus intellige verum in illis, quæ
recognoſcunt ſuperiorem; nam illæ, quæ
non recognoſcunt, & habent regalia,
ſuccedunt in bonis vacantibus; *Io. de*
Plat.in d.l.1.num.1.C.de bon.vacant. vbi
verò in Ciuitatibus non adſit Hoſpitale
ad præmiſſa ſpecialitèr exequenda, vt in
Patria D. Surdi, tunc, vt ipſe teſtatur *d.*
tract.de alim. quaeſt 81. *num.*2. Commu-
nitates locorum, aſſolent recipere expo-
9 ſitos, & nutricibus tradere, publica im-
penſa nutriendos; quod etiam a Theba-
nis ſancitũ fuiſſe teſtatur *Aelian.in varia*
*hiſt.lib.2.ca.*7. his verbis. [*Lex* hæc Theba
norum rectiſſimè, & humaniſſimè poſita
eſt, ne cui Thebano liceat infantẽ expo-
nere, neque in ſolitudinem abijcere,
capitis ſupplicio conſtituto: verùm ſi ex-
trema mendicitate pater laboret, ſiue
mas ſit, ſiue fœmina infans, iubet lex, eũ
ſtatim a materno partu ad magiſtrum
cum ipſis faſcijs adferre; qui acceptum
alicui tradit, leui pretio, cum quo pa-
ctum, & conditiones intercedunt, vt
bona fide infantem alat, & adultum ſer-
ui, vel ſeruæ loco habeat, ſic vt pro e-
ducationis mercede operas eius acci-
piat, *&c.*] quæ quidem lex refertur e-
tiam a noſtris Doctoribus, præcipue
Menoch.de arbitr.lib.2. cent.4. caſu 396.
num.1.
In eo tamen, quod hic dicitur, adultũ
ſerui, vel ſeruæ loco habendum ab eo,
qui alimenta in infantia ſubminiſtrauit,
vt pro educationis mercede operas eius
accipiat, hoc totum a chriſtiana pietate
10 repellitur, adeout huiuſmodi expoſiti a-
pud nos pro ingenuis, & liberis habean-
tur, & ad ſacros Ordines abſque alia di-
ſpenſatione promoueri poſſunt; *Io.And.*
& alij Canon.in c.1.de infan.& languid.
expoſit.Paleott.de notis, & ſpur. cap. 63.
Menoch.d.caſu 396.n.15.& 16.& ſupra
num. 14. ait, ſi talis expoſitus occidat
11 patrem, parricidij reus non eſt; *Petr.Ge-*
rard.de Petraſanct. ſingul.2. num.9. Re-
buff.de priuil.ſchol.priuil.54.num. fin.
Lud.Rodulph.in.quaeſt 48 lib.2.Bald. in
l.2.& 3.C.de infant.expoſit.
Et ſatis æqua videtur hæc ſententia,
12 nam magna quidem eſt parentum im-
pietas exponere, & abijcere proprios fi-
lios a ſe progenitos, quod nec bruta a-
nimalia faciunt, imò ad mortem vſque
pro illis pugnant, vt pluribus exornat
Card.Paleott.d.tract.de notis, & ſpurijs,
cap.63. & Romæ etiam, dum Gentilium
13 ſuperſtitio vigebat, Columnam lactariam
in foro olitorio, ſic dictam, quia ibi in-
fantes lacte alendi deferebantur, fuiſſe
ait *Feſtus Pompeius lib.* 10. quem refert
Alex.ab Alex.dier.genial.lib 2.cap.12.&
ibi Tiraq.in verb.Pompeius; & a Traia-
no, & Hadriano Impp. delata fuiſſe ali-
menta pueris, & puellis, teſtis eſt *Spar-*
14 *tianus in vita Hadriani*, dum ait. *Pue-*
ris, & puellis, quibus etiam Traianus
alimenta detulerat, incrementum libera-
litatis adiecit. Domum verò ampliſſimã
in Monte Cœlio fuiſſe, & multis poſſeſ-
ſionibus a Traiano Imperatore dotatã,
vt expoſiti, & eorum nutrices alerentur
per quadriẽnium, vt *ex Sabellico in eius*
vita hauſiſſe ſcribit Munnoz. de Eſcob.
tract.de ratiocin. cap.25. num.46. & 47.
vbi quorundam errore deceptus, ſom-
15 nium de ipſo Traiano refert, nempe
precibus, & orationibus D. Gregorij
Magni animam dicti Traiani ab inferis
reuocatam fuiſſe; quod expreſsè negat,
& fabuloſam narrationem appellat *Ba-*
ron.in annal.tom.2. anno Chriſti 100.
Sed ad rem noſtram redeamus, nem-
pe Vniuerſitates teneri, & obligatas eſſe
recipere, & alimenta decernere infanti-
bus expoſitis, vbi non adſint Hoſpitalia
ad

ad hæc ſpecialitèr deputata; prout do-
cet *Surd.d.quæſt.*81.*num.*2.cui quidem
ſententiæ contradicit expreſsè *Auendag.
de exeq.mand.par.*2.*cap.*10.*num.*19.dum
16 ait, iudici permiſſum eſſe compellere
ciues diuites ad præſtandum eleemoſy-
nam in hanc cauſam,ne pauperes expo-
ſiti fame pereant; *ex gloſſ. in c.ſunt ij,
in verb.eſurientium,& alibi diſt.*47.*quā
gloſſ.ad hoc etiam allegat Couar.var. re-
ſol.lib.*3.*cap.*14.*num.*5.*Anton. de* Burgos
*in c.quod hoc,n.*30.*&* 31.*d.empt.& vend.*
Et interim dum exquiritur eleemoſyna,
17 ex bonis communibus fiet mutuum, in
tam laudabile opus, alendo ſcilicet eos,
qui nequeunt ſe ſaluos facere;ita *Auen-
dag.*

Nouam denique opinionem affert
*Theſaur.deciſ.*118. *infans expoſitus, n.*4.
dum ait, hoc onus ſpectare vniformitèr
ad Eccleſiam, vaſallum, & Communita-
tem,quia cum hoc ſit ex pia cauſa,& pro
18 eleemoſyna, ad quam Eccleſia, vaſallus,
& populus tenetur,ad hos etiam hoc o-
nus ſpectare debet, & vnicuique pro ra-
ta ſuarum facultatum; ad quod proban-
dum adducit textum nouum, & a ſe in-
uentum *in nouell.Iuſtin.conſt.*153. *de
infant.expoſit.verſ.quin ſancimus*,vbi Im
perator mandat,iſtis infantibus eſſe ſub-
ueniendum ab Archiepiſcopo, & a tota
illi ſuppoſita Eccleſia (quæ fidelium cō-
gregationem, tam laicorum, quàm cle-
ricorum ſignificat) ac etiam ab ipſo Ma-
giſtratu laico, cum etiam Præfecto præ-
cipiat, vt illis opem ferat: *hæc Theſaur.*
qui tamen teſtatur, Senatum iudicaſſe
pro maiori parte, quòd ſi extet in loco
Hoſpitale,ad illius curam hoc opus per-
tineat,ex auctoritate *gloſſ.*1.*in c.fin.diſt.*
87. ſin minus Rector Eccleſiæ, ſi habeat
redditus ſufficientes,tenebitur,& ſi non
habeat Rector, tunc omnes concurrent
pro rata facultatum, videlicet Rector,
Dominus loci, & Communitas, ex di-
ſpoſitis *in d.nouell.* licèt concludat, hoc
eſſe iudicis arbitrio relinquēdum: cuius
ſententiam ſequitur, & veriſſimam dicit
*Munnoz.de Eſcobar.d. cap.*25. *num.*45.
19 *verſ.ipſe tamen.*afferens conſuetudinem
Hiſpaniarum, qua iudices arbitrari ſo-
lent,vt iſti expoſiti alantur expenſis Fra-
ternitatum,quæ huic miniſterio fuerunt
addictæ; quibus deficientibus, eleemo-
ſyna petatur a populo, vel ex condem-
nationibus huic miniſterio applicatis de-
trahatur: ſi verò Conſilia locorum ex
burſa commum hoc egerint,nulli dubiū,
quin in calculo decurionibus, & admi-
niſtratoribus rerum publicarum recipi
debeat

20 Prætereа animaduertens idem *Eſco-
bar.*quòd onus in multos partitum mi-
nus grauat, & tolerabilius eſt, hortatur
propterea Epiſcopos, vt licentias con-
cedant exigendi per totum annum elee-
moſynas in hoc pium opus erogandas:
ſiquidem minus oneroſum eſt ciuibus
21 minutatim, quàm vno ictu conferre; &
omnes prædictas opiniones, circa ali-
menta infantibus expoſitis præſtanda,
refert *Capiblanc.tract. de Baron. part.*2.
*prag.*19.*cap.*100 *num.*13 *&* 14.*Gabr.Be-
rart.in ſpecul.viſit.ca.*23.*de erogat.bonor.
pub.num.*91.*exempl.*21.

Pari ratione ad chriſtianam pietatem
ſpectat alimenta præſtare illis, qui car-
22 ceribus mancipati ſunt, vbi ex deficien-
tia alimentorum, periculum mortis oc-
curreret; nam *ex Diuo Auguſtino; quia
non paviſti, occidiſti.* Et Ideo ex bonis
communibus alendos etiam eſſe carce-
ratos ſcribit *Pariſ.de Put. de ſyndic. cap.
expenſæ,§. poteſtas,num.*3. quem refert,
& ſequitur *Auendag.de exeq.mand. part.*
2.*cap.*10.*num.*17.*verſ.decimum ſeptimum
exemplum, per text.in l.*2. C. *de Epiſcop.
audien.* qui quidem textus illud mihi
probat, pœnas clericorum temerè liti-
gantium non accedere fiſco, ſed paupe-
23 ribus erogandas eſſe:verùm *Decian.trac.
criminal.lib.*5. *de carceratione, cap.*33. *ſi
legitima, num.* 10. vult, quòd carceratis
fiant expenſæ de bonis ipſorum carcera-
torum, ſi habeant, ſin autē, vel de elee-
moſynis, vel de pecunijs officij Inquiſi-
tionis, ideſt de prouentibus deputatis
ipſi officio, *vt in Clem.*1.*§.porrò, de hæ-
retic.*& hoc etiam tenet *Gudiſ.tract. de
hæretic.quæſt.*11.*nu.*13. *Aegid.Boſſ.tract.
crim. tit. de alimen.præſtan.ſub num.*3.
ſcribit, huiuſmodi alimentorum onus
ſpectare ad fiſcum, quando in eum de-
uoluuntur bona carceratorum, *per text.
in l.*2.*C.ad l.Iul.de vi publ.*

24 Verùm iſti loquuntur de carceratis
pro delictis, & criminibus; quid ergo di-
cendum erit, ſi debitor pro cauſa ciuili a
ſuo creditore detineatur in carceribus?
& in Eccleſiaſt. Ditione habemus *Pauli
V.Conſt.*71.§.24.*de facult.viſit.carcerat.
num.*7.*&* 8.*Bullar.nou. tom* 3.*pag.* 285.
vbi hæc leguntur. [*In caſu* infirmitatis
creditores eorum ſumptibus pauperibus
debitoribus alimenta, & medicamenta
miniſtrent in carceribus;quibus credito-
ribus recuſantibus, relaxentur, habita
fide a medicis deputatis,& data cautio-

ne de ſe repræſentando, poſtquam conualuerint. Quod ſeruetur etiam in debitoribus non pauperibus infirmis, qui data pariter cautione de ſe repręſentando, vt ſupra, ſub pœna debiti, relaxari poſſunt. Quintò relaxentur debitores, quando cognita eorum paupertate, & pertinacia creditoris (qui tamen non ſit æquè pauper) ei mandatum fuit, vt debitori carcerato ſubminiſtret alimenta, & ipſe hoc facere recuſet. Quandocumque autem debitori relaxato creditor paratus ſit alimenta præſtare, poſſint illũ cogere ad redeundum in carceres; *& infra ſub num.* 15. Et in præmiſſis habeatur ratio paupertatis creditoris, & an debitor calumnioſè diù litem ſuſtinuit, fatigando creditorem expenſis, & laboribus, & an aliam dilationem habuerit, & creditori non ſatisfecerit, non conſtito de legitimo impedimento; & in his omnibus Viſitatores arbitrio vtantur; & penſatis qualitatibus, tam creditoris, quã debitoris, ac facultatibus, & natura debiti, decernant ea, quæ iuri, & æquitati, & vtilitati etiam creditorum conueniant, *&c.*]

Sed objiciet aliquis, huiuſmodi Sanctionem habere locum in Vrbe tantùm, cum dirigatur Viſitatoribus carcerum ipſius Vrbis, vt ex lectura apparet; & hoc idem ſancitum quoque habes *a Paulo III. Conſt.* 44. *d. Bullar. tom.* 1. *pag.* 68. *a Pio IV. Conſt.* 58. §. 15. *tom.* 2. *pag.* 21. *a Greg. XIII. Conſt.* 25. §. 5. *pag.* 392.

Reſpondetur, Viſitatores conſueuiſſe
25 facultates in præmiſsis conceſſas cõmunicate alijs iudicibus in Eccleſiaſtica Ditione commorantibus; & ad hanc communicationem exequendam vtuntur literis Illuſtriſs. D. Cam. Apoſtolicæ generalis Auditoris, qui præter literas particulares, quas ad priuatorum inſtantiam concedere ſolet quotidie, appropinquãte verò S.D.N. Ieſu Chriſti Reſurrectionis die, literas generale ad omnes iudices tranſmittit; quæ videntur deſumptæ
26 *ex l. nemo deinceps, C. de Epiſc. aud.* cuius verba ſunt. [*Vbi primus* dies Paſchalis exciterit, nullum teneat carcer incluſũ, omnium vincula diſſoluantur, *&c.*] videndſtus eſt *Farin. de carcer. & carcerat. quæſt.* 33. *num.* 76. *verſ. limita* 6. *Mauſon. de cauſ. execut. limit.* 12. *per tot.*

Verùm hæc ad rem noſtram parum conferre vidétur, quia de alimentis pręſtandis pauperibus in carcere detentis agitur, ad quæ Communitates regulariter non tenentur; attamen non ignorãdum putaui, quòd ſi eueniat caſus, vt quis ad inſtãtiam Vniuerſitatum detrudatur in carceres, & hic ſit pauper, poterit ex diſpoſitis in præcitatis Conſtitutionibus alimenta petere, prout petita fuerunt Communitati Ciuitatis Caſtel-
27 lanæ a quodam ſuo debitore, qui, probata paupertate, petebat aut alimẽta decerni, aut a carceribus relaxari, iuxta diſpoſitionem Conſtitutionum ſupra relatarum, & iuris communis, vt probat *Mauſon. d. limitat.* 12. *num.* 3. *& alibi.* Cui quidem petitioni reſponſum fuit ex diſpoſitis in eadem Conſtitutione, videlicet non deberi, quando creditor eſt æquè pauper, cum autem Communitates gaudeant priuilegijs pupillorum, & miſerabilium perſonarum, quia ſine pauperibus non dicitur perfecta Vniuerſitas, quia hæc debet conſtare ex ſummis, infimis, & medijs, *Tholoſ. de Repub. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 8. *verſ. vtque in ſi. l ibus*; ideo ab illorum præſtatione fuit abſoluta.

28 Nec etiam præſtanda eſſe alimenta debitori in carceribus detento, quando ex delicto, vel alia culpa fuit per ſententiam denegatum beneficium ceſſionis bonorum, teſtatur *Gamma deci. Luſitan.* 261. *num.* 3. *verſ. limita.*

Pari ratione nõ tenetur creditor pręſ-
29 ſtare alimenta, quando carceratus eleemoſynis alicuius Confraternitatis viuere poteſt, prout in pluribus Italiæ Ciuitatibus adeſt hoc pium, & chriſtianũ opus; *Gamm. d. deciſ.* 261. *nu.* 2. *verſ. quod ſi obijciatur, & Gaer. de proceſſ. execut. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 98. *verſ. quod tamen*, quos refert, & ſequitur *Mauſon. de cauſ. execut. d. limit.* 12. *num.* 10. 11. & 12.

An autem Vniuerſitates, ſeu illarum Decuriones poſsint aliquid pro alimentis dare, vel donare de bonis communibus ciui, ſeu decurioni pauperi? & ſi inſiſtendum eſt verbis *Bullæ ſuper Bono Regimine*, negatiuè reſpondendum eſt, ibi, *Seu pro præſtandis pueris, vel adole-*
30 *ſcentibus ſtudiorum cauſa alimentis, &c.* De iure tamen communi, concurrentibus nonnullis circumſtantijs, in contrarium ſcribit *Munnoz de Eſcobar. trac. de ratioc. cap.* 24. *num.* 34. *poſt Menoch. de arbitr. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 3. *& alios ab eo relatos per textum in l. decurionibus, ff. de decurion.* circunſtantiæ verò, ex quibus præcipuè concedenda ſunt alimenta ciui, & decurioni in paupertatem lapſo, erunt, ſi facultates ſuas pro patria erogauerit, ſi pro patria laborando ad egeſtatem peruenit; ſunt verba textus *in*

d. l.

d.l. decurionibus, *ibi*, *Decurionibus fa-
cultatibus lapſis, alimenta decerni permiſ-
ſum eſt; maximè ſi ob munificentiam in
patriam patrimonium exhauſerint*. Et
optimè ad rem faciunt congeſta *per Lã-
ber. de iurepatron. lib. 3. queſt. 3. prin. art.
2. 3. & ſeq.* vbi firmat, patronum, qui ſuũ
patrimonium erogauit in dotanda Ec-
cleſia, ſi ad inopiam redactus fuerit, a-
lẽdum eſſe ex redditibus illius Eccleſiæ;
31 & eſt textus expreſſus *in c. 30. quicum-
que fidelium, 16. queſt. 7.* cuius verba ex
Concilio Toletano deſumpta ſunt hæc.
*Quicumque fidelium deuotione propria
de facultatibus ſuis Eccleſiæ aliquid con-
tulerint, ſi fortè ipſi, aut filij eorum re-
dacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ec-
cleſia ſuffragium vitæ pro temporis vſu
percipiant*.

Paupertas autem qualis, & quanta eſ-
ſe debeat, ad hoc vt huiuſmodi alimen-
ta debeantur? *idẽ Lambert. d. lib. 3. queſt.
3. art. 3. num. 4. & 6.* dicit, arbitrio iudicis
relictum eſſe; & fuſius hoc ſcribit *Me-
noch. de arbitrar. lib. 2. cent. 1. caſu 65. nu.
7. & alibi; Munnoz. de Eſcob. d. cap. 24. n.
36.* qui ait, crederem abſque dubio, quòd
concurrentibus qualitatibus a Lamber-
tino relatis, quicquid pro alimentis tali
decurioni donatum fuiſſet, in calculo
recipiendum eſset. *Gabr. Berart. de ero-
gat. bon. pub. cap. 23. num. 90. exempl. 20.
Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. cap. 83. quoti-
diana, num. 58. & ſeq.* Siquidem hæc di-
ci poteſt remuneratio quædam; *Io. de
Plat. in l. ordinis, num. 1. verſ. poſſunt ta-
men, C. de decr. decur. lib. 10.*

Et ego aliàs obtinui in ſacra Congre-
gatione Boni Regiminis, quòd cuidam
famulo, qui toto ſuæ vitæ curſu iuuen-
tutem ſcilicet, virilitatem, & bonam ſe-
nectutis partem ſeruiendo Ciuitati Vi-
terbienſi inſumpſerat, & iam ad ſeruien-
dum inutile reddito, alimenta, eius vita
durante, darentur.

Si quis autẽ dederit Ciuitati, vel Op-
pido domum, vel fundum, ea conditio-
ne, & pacto, quòd eum alere teneatur, ſi
domus, vel fundus caſmate, vel incendio
pereat, quòd Ciuitas, vel Oppidum ni-
32 hilominus teneatur ad alimenta præſtã-
da, ſcribit *Cyn. in l. 1. num. 14. Iaſ. & alij
ab eo relati ſub eodem num. 14. C. de iur.
emphyt.* qui licèt loquantur in Eccleſia,
vel Hoſpitali, ſeu Monaſterio, attamen
idem videtur dicendum in Ciuitate, vel
Oppido, propter rationis identitatem.

An autem vaſallus teneatur præſtare
alimenta baroni, ſeu domino in egeſta-
te conſtituto? vide *Capiblan. de baron.
prag. 1. n. 177. & ſeq. & nos diximus ſup.
in verb. munera, & dona*.

Quod autem dictum eſt de alimentis
33 præſtandis pauperibus carceratis ab eo-
rum crediroribus, amplia, hoc etiam ha-
bere locum, ſi iudæus ſit carceratus ad
inſtantiam creditoris Chriſtiani; *ex noua
Conſtit. ſan. me. Vrbani VIII. edita die
18. Octobris 1635. pontif. anno 13. ſub an-
nulo Piſcatoris*; quod in alijs Conſtitu-
tionibus Pauli V. & aliorum Pontificum
ſupra relatis ſancitum non fuerat.

Adde etiam ad ea, quæ diximus de
infantibus expoſitis, quòd ſi exponan-
34 tur in loco, vbi non adſit hoſpitale pro
eorum receptione deſtinatum, & ideo
ſint tranſportandi ad dictum hoſpitale,
ſi locus, in quo fuerint expoſiti, non
conſueuerit concurrere in expenſis pro
tali exportatione faciendis, non poterit
ad illas faciendas compelli; ita *Sacra
Congregatio Boni Regiminis reſcripſit
Epiſcopo Nucerino* in hæc verba. *A Mõ-
ſig. Veſcouo di Nocera.* [*Non eſſendo* ſta-
ta ſolita per l'addietro la Communità di
Gaiſana concorrere alle ſpeſe della tra-
ſportatione degli eſpoſti, N. Sig. nõ vuo-
le ne anche ſia grauata per l'auuenire:
Però diſſimulandoſi per hora l'eſecutio-
ne, che V.S. gli hà fatta fare per queſta
volta, non gli darà da quì auanti altra
moleſtia; e Dio la contenti. Di Roma
li 16. Gennaro 1636.

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Barberino.

Giulio Donati Segretario.

SVMMARIVM.

1 *Spectaculorum ludis intereſſe vitio, & crimini adſcribit Iuſtinianus Imperator; & quare.*

2 *Spectacula fieri etiam pia, & intra Eccleſias Bulla Boni Regiminis prohibet.*

3 *Clerici, qui in ſcœnis luſiſſe noſcuntur, ad ſacros Ordines promoueri non debent.*

4 *Pater poteſt excludere filium ab hæreditate, ſi ludicras artes exerceat.*

5 *Ioci, & ludi neceſſarij aliquando ſunt ad expellendas malenconicas cogitationes.*

6 *Ludorum genera ſex exerceri poſſunt, quæ ex Imperator. ſanctionibus colliguntur.*

7 *Gimnica ars quænam ſit, vnde traxit o-*

riginem, & in quo differat a Gimnaſtica.

8 Spectacula quædam poſſunt in Eccleſijs quoque exhiberi.

9 Pecunia publica fuit olim ſpectaculis aſſignata, & hodie quoque ab aliquibus Ciuitatibus ponitur in Tabellis; & quare.

10 Ludi vnde dicti ſint; ab Hetruria Romã delati, & a Regibus editi.

11 Ludi Circenſes omnia ludorum genera continebant; & quare.

12 Romani adeo ſpectaculorum voluptate capiebantur, vt inſanire viderentur.

13 Qui ante alios in ſpectaculis aſſurgebant colaphis cædebantur.

14 Tertulliani ſententia de ſpectaculis.

15 Officiales ludis præpoſiti quid agere deberent, & quas obſeruare leges.

16 Lex prima de ludis Lucinia fuit appellata apud gẽtes; & aliæ quoque leges poſt Chriſti Domini Aduentum a Romanis inuentæ, & quanã ſint; & cuius ſumptu fiant.

17 Brauium curſui publico additum, Vrbano VIII. ſedente, & Iulio Carbario I.V.D. Vrbeuetano Senatore, aucta ad Metaurum Ditione.

18 Ludis, & ſpectaculis hodie in Vrbe diebus baccanalibus quinam præſint.

19 Decem ludorum Præfecti apud Græcos fuerunt, & quid agerent.

20 Actio iniuriarum datur contra eijcientes, vel frangentes ſtatuas.

21 Copioſiſſimus ſtatuarum populus in Vrbe aderat, & a Tuſcis primum inuentarum, atque ad illarum honorem ludi fuerunt inſtituti.

22 Ad Imperatorum ſtatuas fugientes immunitatem habebant.

23 Ludorum cura quibus olim Romæ commiſſa, & quorum impenſis.

24 Vectigal lenonum, & meretricum ludis, & ſpectaculis Alexander Seuerus aſſignauit.

25 Ludorum, & ſpectaculorum curam Præfectus Vrbs habebat.

26 Sacerdotibus, Pontificibus, priuatiſque viris ludos edere ethnici permiſerunt.

27 Legatum pro ſpectaculis, & ludis in teſtamento relictum, ſubſtinetur

28 Ludi ſine ſacrificijs, ſacrificia verò pars religionis erat apud ethnicos.

29 Deorum, Dearumuè ſimulachra in ludis vehebantur, a quibus nomen accipiebant, & quorum etiam nomina multa referuntur.

30 Nudorum hominum ludis Athletarũ ſilicet, mulieres adeſſe Auguſtus vetuit.

31 Vmbratilis pugna hodie retinetur ab ijs, qui armis ludunt, vulgò, Maſtri di ſcherma.

32 Athletæ ad corporis vires comparandas victu quodam peculiari vtebantur, qui victus a medicis laudatur.

33 Athletis multa priuilegia erant conceſſa.

34 Equi curſores alebantur ad ludos edendos in curuli certamine.

34 Aurigæ, qui curulos in certamine agitabant, in quatuor factiones erant diuiſi, & certi coloris veſtes induebant, & hi colores a Tertulliano, & alijs declarantur; qui tamen a prudentibus irridebantur.

35 Deſultores, & Equi deſultori quinam eſſent, etiam Iuriſperiti docent.

36 Ludos nedum in honorem Deorum, Dearumquè, ſed etiam funeris cauſa edebant ethnici.

37 Gladiatorum origo, & munus; & horum magiſtros, & inſtructores fuiſſe.

38 Gladiatorum munus magna fiebat impenſa, & ideo a diuitibus dabatur.

39 Gladiatorum deſcriptio ex Tertulliano.

40 Gladiatorum munus quolibet anno Quæſtorum impenſa Romæ dabatur.

41 Gladiatorum genera quinque ex Budæo, qui erant infames; & quare.

42 Gladiatorum munus exercere etiam viros nobiles inſania docuit.

43 Nero crudeliſſimus Imperator 400. Senatores, & 600. Equites ad Gladiatorum munus exercendum exhibuit.

44 Gladiatoris munus quinam primi in Vrbe dederint, & quare.

45 Gladiatorum, aliorumque ſpectaculorum ſæuitia ſub Conſtantino Imper. Chriſtiano ceſſauit; vel ſaltem prohibita.

46 Gladiatorum munus, & Circi venationes immanitatem habebant.

Ab hoc immani ſpectaculo nedũ Chriſtiani, ſed ethnici quoque abhorruerunt.

48 Ludi a Veſpaſiano editi in Theatro, vt Veſuuij incendium ceſſaret.

49 Duellum, ſeu Monomachiam, diabolo fabricante, in locum Gladiatorum, & venationis ferarum ſucceſſerunt.

50 Duellum a ſacris Concilijs, & Summorum Pontificũ Conſtitutionibus prohibitum, ſub pœna excommunicationis.

51 Duellantes ad hoc, vt pœnas contra eos editas incurrant, quæ requirantur, nedum ex Concilio Tridentino, ſed Gregorij XIII. & Clementis VIII. Conſtitutionibus.

53 Venationes ferarum, vt ſunt Taurorũ, & alia-

& aliarum ferarũ agitationes prohibitæ, illiſque exercentes infamia notantur.

53 *Venatio ferarum duplex, altera prohibita, altera permiſſa.*

54 *Clericis venatio omnis ferarum prohibita eſt.*

7 *Larvæ*, vulgò, le Maſchere, *a quibus ſic appellatæ. ibid.*

55 *Larvæ, ſeu Maſchere, ab ethnicis quoque inſanientibus, vſu receptæ in Saturnalibus ludis.*

56 *Veſtimentorum mutatio tam viris, quàm fœminis Iure Diuino, & humano prohibita; & redditur ratio.*

57 *Baccanalium ludorum obſcœnitas quæ apud ethnicos fuit in Fraticellorum hæreſi a diabolo renouata.*

58 *Laruarum ludus apud omnes ferè nationes, præterquàm apud Anglos inualuit.*

59 *Larvæ, ſeu Maſchere ad vſum ſcœnæ fuerunt inuentæ, & quare.*

60 *Theſpis Poeta primus in ſcœna vſus fuit, fece in facie loco laruæ, ſeu maſchara.*

61 *Aeſchilus Poeta tragicus reiecta fece laruis, ſeu maſcheris in ſcœna vſus fuit.*

62 *Theſpis, & Aeſchilus in plauſtris edebãt tragœdias, & comœdias, qui mos hodie quoque quibuſdam in locis retitur.*

63 *Bulla Boni Regiminis prohibet comœdiarum, & tragœdiarum editiones Vniuerſitatibus.*

64 *Vniuerſitatibus quandoque fuit a Principe indultum ſumptu publico ſcœnas conſtruere, & actiones edere.*

65 *Ludi voluptuoſi omnino prohibiti; & quare.*

66 *Sacra Boni Regiminis Congregatio quibus conditionibus concedat Vniuerſitatibus ſcœnicos ludos edere.*

67 *Sumptus ludis ſcœnicis aſſignati, in pios vſus conuerſi aliquando fuerunt.*

68 *Veſtes, & ornamenta fabricata ab Vniuerſitatibus in editione ludorum ſcœnicorum cuinam ſint applicanda.*

69 *Quod factũ eſt, dicitur regula eius, quod fieri debet.*

70 Signum *dabatur ante ludorum initium; & quid hodie ſeruetur Romæ in ludis Baccanalibus.*

71 *Brauium cui dandum ſit, quando cognoſci rectè nequeat, quis equorum ad metam peruenerit.*

72 *Nouus curſus dicitur, ſi aliquid addatur, vel minuatur in brauio.*

73 *Locus gratificationi eſſe non poteſt in curſu publico, & quare.*

74 *Legatum non eſt omnino nullum propter eius incertitudinem, ſed impeditur eius præſtatio.*

75 *Brauium debetur illi, qui probat ſe primum perueniſſe ad metam, & ſi nemo hoc probat, nemini debetur.*

76 C*urſus publicus iterandus propter incertitudinem, an omnes debeant iteratò currere, vel tantùm illi, inter quos orta eſt dubitatio, quis eorum fuerit primus.*

77 *Pluribus currentibus, ſi vnus cadat ex equo, equus tamen perueniat primus ad metam, an habere debeat brauium.*

78 *Qui doloſè præſtat impedimentum curſui publico, puniendus eſt, imò etiam quãdoque ſine dolo, ſi contrafecerit bannimentis, & ordinationibus.*

§.XV.

Gloſſ.4.

Spectaculis.

CAP. XXXX.

1 SPECTACVLORVM ludis intereſſe vitio, & crimini adſcribit *Iuſtinianus Imper. in Auth. interdicimus, C. de Epiſc. & cleric. & Vlpian.* ad corruptionem morum ſpectare docet, ſi quis nimius in ſpectaculis fuerit, *vt in l 1. §. fin. verſ. vel vt in ſpectaculis, ff. de ſeruo corrup.* & tam viros, quàm fœminas in publicis ſpectaculis ſe exhibentes, malam conditionem elegiſſe, & infamia notari, idem *Iuſtin. edixit in l. Imperialis, §. 1. 2. & 3. C. de nupt. & in l. 1. ff. de his qui not. infam.* exprimuntur, qui artis ludicræ, pronunciandique cauſa in ſcœnam prodierint: *& in l. 2. §. ait prætor, eodem tit.* qui in ſcęnam prodierit, infamis eſt; ſcena eſt (*vt Labeo definit*) quæ ludorum faciendorum cauſa, quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moueaturque ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit in publico, priuatouè, vel in vico, quo tamen loco paſsim homines ſpe-

ſpectaculi cauſa admittat : vnde *Virgil.*
Georgic.lib.3.

Vel ſcena vt verſis diſcedat frontibus,
vtque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Iure igitur merito ab hac Conſtitu-
2 tione prohibentur ſpectacula fieri ſum-
ptibus publicis, etiam pia, & intra Ec-
cleſias, vel extra eas, in quibuſuis publi-
cis, aut priuatis, aut prophanis locis,
etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum
vita, & res piè geſtæ populis ſpectandæ
proponerentur.

3 Cui diſpoſitioni multùm fauent ſacri
Canones: Clerici enim, qui in ſcęna lu-
ſiſſe noſcuntur, ad ſacros Ordines pro-
moueri non debent; *c.maritum, 33. diſt.*
Iul.Ferrett. de lud. publ. num.3. verſ. &
clerici, viden. ac etiam de iure ciuili po-
teſt pater exhæredare filium, ludicras
4 artes exercentem, *l.in arenam, C.de in-*
offic.teſtam.Auth.vt cum, de appell.cogn.
§.aliud quoque, aliàs eſt, §. ſancimus, a-
liàs §. cauſas autem, verſ. ſi præter vo-
luntatem parentum : faciunt tradita *a*
Boniſac. Vannozio in ſua Supellett. cap.
5048. & 5050.

Verùm quia ex nimia ludicrarum ar-
5 tium reſtrictione triſtitia in populos ge-
neratur, & ad malenconicas cogitatio-
nes expellendas, iocos, & ludos neceſ-
ſarios eſſe ſcribit *Ripa de remed. præſer.*
contra peſt.num.157. & ſeq. & apud an-
tiquos ſummo in pretio fuiſſe colligitur
ex multis ſcriptoribus relatis *a Panuin.*
tract. de ludis Circenſib. & Auguſtus, qui
(teſte *Suetonio in eius vita, cap.43.*) ſpe-
ctaculorum & aſſiduitate, & varietate,
atque magnificentia omnes anteceſſit,
feciſſe ludos ſe ait ſuo nomine quater,
pro alijs Magiſtratibus, qui aut abeſſent,
aut non ſufficerent, ter & vicies; fecitque
nonnunquam viratim, ac pluribus ſcęnis
per omnium linguarum hiſtriones, &c. &
ſex genera ludorum licitè poſſe exerce-
ri notat *Iul. Ferrett. loco ſupra cit.* licèt
6 ipſe non dicat, quinam ſint iſti ludi, qui
licitè exercentur : verùm ex Imperato-
rum ſanctionibus, & ſacrorum Canonũ
permiſſionibus colligi poterũt. *Arcbad.*
enim, Honor. & Theod. habemus, l. vt pro-
phanos, C. de pagan. & ſaracen. qua per-
mittuntur conuentus ciuium, commu-
nis omnium lætitia, & conuiuia, quando
exigunt publica vota; *& Conſtantinus*
Imperat. in l.1. C. de ſpectacul. lib.11. poſt
reformata agonis ſpectacula cruenta; *vt*
l.vnic. C. de gladiat. eod. lib. Gymnica ſtu-
dia permiſit; quæ *teſte Iſidor. lib.18. cap.*
17. etymolog. ſunt certamina velocitatis,
ac virium gloria; *Panuinus verò de lud.*
circenſib. part 2. cap.1. pag. apud me 169.
7 ſcribit Gymnicam artem eſſe, qua ho-
mines cum diſciplina exercentur, non
ſanitatis tantùm, & pugnæ, ſed victoria-
rum gratia; imò ipſam pugnam, & de-
certationem eſſe, & originem habuiſſe
a publica concertantium æmulatione,
præmiorumque, quæ victoribus daban-
tur ſpe : differre autẽ a gymnaſtica, quia
hac homines exercentur ad ſanitatem
tuendam, & corporis robur ſubſtinendũ;
quare *Ariſtot. lib.8. politic.* præcipit, ado-
leſcentes gymnaſticæ, & pedotribæ eſſe
tradendos, itaut fiant exercitatiores, fir-
mioreſque: ſed *Plato lib.7. de legib.* gym-
naſticæ nomine exercitationes omnes
bellicas contineri docet.

Sed & ſacri quoque Canones ſpecta-
cula quædam etiam in Eccleſijs permit-
8 tunt, vt exhibere Præſepe Domini, He-
rodem, Magos, & qualitèr Rachel plo-
rabat filios ſuos; in Paſcha ſepulchrum
Domini; & alia huius generis, quæ po-
tius ad compunctionem, quàm ad laſci-
uiam, & voluptatem pios homines, de-
uotumque fœmineum ſexum inducunt;
ſcribit gloſſ. in c. cum decorem, in verb.
monſtra laruarum, de vita, & honeſtate
cleric.

Et ad præmiſſa peragenda, fuiſſe pe-
9 cunias publicas aſſignatas, colligitur ex
rub. & nigr. in l.vnic. C. de expenſ. publ.
ludorum lib.11. Quamobrem *Auendag.*
de exeq.mand. part.2. cap.10. nu.12. verſ.
nonum exemplum, Garzias de expenſ.
cap.21. nu.24. & ſeq. Munnoz. de Eſcob.
de ratiocin. cap.25. num.38. Gabr. Berart.
in ſpecul. viſit. temp. cap.23. de erogat. bo-
nor. pub. num.92. in 10. exemplo, & alij
ab iſtis relati ſcribunt, huiuſmodi impen-
ſas in calculo ferendas eſſe Adminiſtra-
toribus rerum publicarum; & addit *E-*
ſcobar. loco cit. ſanctiſſimè receptum eſſe,
vt populus publica lętitia recreetur; nul-
la enim ætas, nulla inquam Reſpub. hoc
genus expenſarum repulit; ita ſanè Gręci,
Latini, Perſæ, Aegyptij, Galli, Hiſpa-
ni, & aliç cuiuſuis generis Nationes ſuos
habuerunt, & habent ludos, & ſpectacu-
la; neque ſunt ab ipſa Conſtitutione
Boni Regiminis penitus reprobata, ſed
quædam permiſſa, nempe quæ ex inue-
terato vſu permittuntur, & in prædicta
Tabella, ſeu libello exprimuntur, quorũ
expenſa a Gubernatore, ſeu Præſide, aut
Poteſtate ipſius Prouinciæ, Ciuitatis, aut

Loci,

Loci, cui ſubſunt: (hodie tamen a ſacra Congregatione Boni Regimis) præfigenda erit, itaut in Tabella expreſſam non excedat; vt legitur *in textu ipſius Bullæ*.

Cum autem, dum hæc ſcribo, Saturnales, ſeu Baccanales dies recolantur, itaut homines hoc tempore inſanire videantur, ſi quid vltra præſcriptum mihi finem ludendo, de ludis antiquorum addam, ne quæſo adſcribatur inſaniæ, ſed animi oblectamento tribuatur, dum in ludo literario aliquantulum immoramur; cum & alij Iuriſperiti, clariſſimi etiam nominis hac de re ſcribere dedignati non fuerint, vt videbimus infra.

10 Ludos a lydis, qui ex Aſia Tyrrheno Duce in Hetruriam conceſſerunt, appellatos eſſe putat *Timæus Siculus*; hi namque inter cætera ſacra, ludorum etiam ſpectacula, non voluptatis, ſed religionis nomine inſtituerunt; a quibus Romani, vt Romæ ſpectacula ederent, periti ſſimos ludorum artifices ludiones, & hiſtriones ex Hetruria euocarunt, & ab auctoribus lydis, lydos primùm, deinde mutata more Romano litera y, in u, ludos appellauere; *Panuino teſte de ludis Circenſ. cap. 2.*

Quo tempore in Italia, & Romæ pręſertim ludi fuerint cœpti, non vtique ſatis compertum eſt, eos tamen a Romulo, & alijs Regibus editos fuiſſe, inficiari nequit; cũ innumeros habeamus auctores hoc atteſtantes. Poſt Romulum creſcente ſuperſtitione, ſub cæteris Regibus, deinde Reipublicæ tempore, demum ſub Imperatoribus, ac etiam priuatis viris, vel deorum venerationi, vel hominum honori, vel publicarum victoriarum recordationi, vel mortuorum memoriæ celebrabantur.

Et quàmuis ludi Romani multi, & va-
11 tij ordinis, ac ſpeciei eſſent, omnes tamen vno nomine Circenſes ſcilicet, eò quia in Circo, qui poſtea maximus dictus fuit, celebrabantur, appellati ſunt, vt *Panuinus exiſtimat de lud. Circenſ. cap. 4.* vbi alias refert opiniones, cur ludi Circenſes dicti fuerint.

12 Adeo autem ſpectaculorum, & ludorum voluptate capiebantur Romani, vt quodammodo inſanire viderentur; tres enim interdum dies ſomni, ædiumque obliti, funalibus accenſis, in ſpectaculo Circenſi poſuerunt: imò & ſolidum diẽ ſine cibo frequentèr aſſedere: quapropter ab ipſis ludorum editoribus epulũ dati cœptum eſt, *Dione teſte lib. 37.* dum ait *Populus etiam, qui ante hæc tempora ludos gladiatorios, nulla intercedente requie, totos ſpectauerat, tum primùm inter actionem ſurrexit, pranſuſque eſt: iſque mos tum cœptus, hodieque quoties Imperator ludos exhibet, obſeruatur, &c.* Quò etiam reſpexit *Martialis lib. 8. epigram. ad Cæſarem Domitianum ſcribens.*

Veſcitur omnis eques tecum, populuſque, patreſque,
Et capit ambroſias cum Duce Roma dapes.

Quanta verò eſſet populi multitudo ex
Cicerone in oratione pro P. Sextio colli-
ge, dum ita ſcribit: *Equidem exiſtimo*
nullum tempus eſſe frequentioris populi,
quàm illud gladiatorium, neque concio-
13 *nis vllius, neque verò vllorum comitio-*
rum, &c. Et ita perdurabant ſpectacu-
lis, vt qui ante alios exiret, aut ſurge-
ret, colaphis cæderetur; *vt Bulenger de*
Circo Romano cap. 44. refert. Verùm
quia, vt *Tertullianus ait in lib. de ſpecta-*
cul. cap. 15. Omne ſpectaculum ſine con-
14 cuſſione ſpiritus non eſt, vbi enim vo-
luptas, ibi & ſtudium, per quod volup-
tas ſapit; vbi ſtudium, ibi & æmulatio,
per quam ſtudium ſapit; vbi æmulatio,
ibi furor, & bilis, & ira, & dolor, & ne-
mo ad voluptatem venit, ſine affectu,
nemo affectum ſine caſibus ſuis patitur,
ipſi caſus incitamenta ſunt affectus, &
ſi ceſſet affectus, nulla eſt voluptas: ideo
vt certa lege, & ſine tumultu ſpectacula,
& ludi fierent, certaminum Præfecti,
brauiorum Conſtitutores, Inſtitutores,
præmiorum procuratores, Cenſores, In-
ſpectores, Præſides, Speculatores con-
ſtituebantur, *ex Iulio Polluce in ſuo Di-*
ctionario, cap. 30. de certaminum Præfe-
cturis, &c. lib. 3. Quorum munus erat,
15 quadrigas committere, certamina, &
brauia, ideſt præmia victorum conſtitue-
re, ijs, qui viciſſent, diſtribuere, contro-
uerſias ortas dirimere, & ſimilia facere.
Sed & leges quoque de ludis editas o-
lim fuiſſe ſcribit *Manut. de legib.* aſſerens,
has leges apud antiquos ethnicos pari
paſſu ambulaſſe cum alijs legibus, quæ
ad falſam illorum religionem pertine-
bant; ideo M. Varro cum de rebus di-
uinis libros quinque compoſuiſſet, vnũ
quoque de ludis edidit: & prima lex
Licinia nominata fuit, de ludis Apolli-
16 naribus, qui cum in vnum annum vo-
uerentur, incertoque die fierent, Sena-
tus P. Licinium Varum prætorem Vrbis
ferre ad populum iuſſit, vt in perpetuũ

in

in ſtatum diem vouerentur: hæc, & alia
P. Manut. in lib. de legib. antiq. Rom. vbi
de lege Licinia.

Sed & poſtquam Roma veram Chriſti
fidem amplexa eſt, leges etiam de ludis
Agonalibus, & Montis Teſtacei edidiſſe
apparet *lib. 3. cap. 87. & 88. ſtatut.* vbi V-
niuerſitas iudæorum in Vrbe cõmoran-
tium pro dictis ludis ſoluit Cameræ ip-
ſius Vrbis florenos mille centum trigin-
ta, ad rationem quadraginta ſeptem ſo-
lidorum pro quolibet floreno; quum
triginta pro eleemoſyna Sacerdoti per
Conſeruatores deputando, qui Miſſam
diebus dominicis, & feſtiuis, ac viſita-
tionis carceratorum, carceratis celebra-
re teneatur, ſingulis menſibus pro rata
eroganda: reliqui verò mille, & centum
floreni in rebus ad ludum, & ludis inter-
uenientibus ſoluuntur, vt ibi latius: in
ipſa verò ludorum celebratione deferẽ-
di ſunt annuli argẽtei deaurati quatuor,
duo in Agone, & duo in Teſtaceo, ad
quorum vnum ciues, ad reliquum Scu-
tiferi haſtiludere teneantur: idem in
campo Teſtaceo tria Brauia aurea, &
ſericea deferantur, ad quorum vnum
currant equi barbari, ad ſecundum equi
generoſi, ad tertium equę more ſolito:
Quibus quidem Brauijs ex gratia fel. re-
cor. Pauli Papę II. alia ſex addita ſunt ex
Cameræ pecunia ſoluenda; vnum pro
iudæis currentibus die Lunæ Dominicã
carniſpriuij præcedente; aliud pro pue-
ris chriſtianis die Martij; aliud pro iu-
uenibus die Mercurij ſequenti; aliud pro
ſexagenarijs; aliud pro aſinis die Lunæ
carnis priuij. aliud pro bubalis die Mar-
tis; de quibus *Panuin. de lud. Circen. cap.*
19. loquitur, quibus addita ſunt alia
duo; videlicet ſub fel. rec. Clement. VIII.
ob Ferrariam recuperatam vnum; & au-
17 cta ad Metaurũ ditione, ob deuolutio-
nem Ducatus Vrbini, Vrbano VIII. ſe-
dente aliud; quo tempore Senatoria
Vrbis dignitate fungebatur, & in qua
etiam deceſſit anno 1633 Dominus Iu-
lius Carthariꝰ Vrbeuetanus, de cuius
in adminiſtranda Republica, & regen-
dis populis prudentia, iuriſperitia, mo-
rum ſuauitate, & integritate aliás dixi-
mus. Et ſimile Statutum de curſu Bra-
uiorum adeſſe Rauennæ, & in multis a-
lijs Italiæ Ciuitatibus ſcribit *Ferrett. in
ſuo tract. de brauio, & curſu equorum*;
vbi multa iuxta regulas iuris commu-
nis, & a Doctoribus noſtris varijs in lo-
cis tradita in vnum collegit, apud ipſum
videnda; & ante eum *ſimilem tract. de
Brauio ſcripſit Antonius Corſetus Sicu-
lus inter tract. diuerſ. tom. 6. pag. 146. iux-
ta Venetam. impreſſionem de anno 1550.
in tomos. 18. digeſtos*

18 Præſunt verò hodie ludis, & ſpecta-
culis in Vrbe diebus Baccanalibus Gu-
bernator, & Senator, Conſeruatoreſque
eiuſdem Vrbis, qui magno comitatu
equitum, & peditum per viam latam
nuncupatam, in qua brauiorum curſus
fiunt, priuſquam curſus incipiatur, per-
ambulant; & deinde pro tribunali in lo-
co eminentiori ſedentes, ius dicunt, &
controuerſias, ſi quæ in præmiſſis oc-
currunt, dirimunt, & tollunt.

19 Decem verò Præfectos ſorte ductos
apud Græcos dijudicaſſe ludos Olym-
picos ſcribit *Alex. ab Alex. dierũ genial.
lib. 5. cap. 8. ſequutus Pauſaniam in E-
liacorum, ſiue lib. 5.* Hi autem Præfecti
oleaſtro, vel calliſtephano oleæ genus
victores, quorum virtus præcipua fue-
rat, coronabant, velut magnum virtutis
præmium ferrent; & præter coronam
victori olympiæ ſtatuam aliquando di-
cari iubebant, *Plinio teſte lib. 34. cap. 4.
hiſt. natur.* multos verò, qui ſtatuas me-
ruere recenſet *Caſſan. in catalog. glor.
mund. part. 1. concluſ. 35.* addens in hoc
conſiſtere honorem, cuoi detur in præ-
mium virtutis, itaut contra eijcientem,
20 vel frangentem ſtatuas, detur actio iniu-
riarum, *l. ſi ſtatua, & ibi Scriben. ff. de
iniur.* Quæ quidem actio contra Nero-
nem danda erat, qui ne cuiuſuis alterius
memoriæ veſtigium extaret vnquam,
ſtatuas ſubuerti, & vnco trahi, abijcique
in latrinas imperauit, *vt in eius vita
cap. 24. Suetonius ſcribit.* Erat autem in
Vrbe tãta ſtatuarum multitudo, vt *Caſ-
ſiadoro teſte, lib. 7. form. 15.* alter populus
eſſe videretur; & illarum inuentores in
Italia Tuſcos refert his verbis *Has pri-
mum Tuſci in Italiam inueniſſe referũ-
tur; quas amplexa poſteritas penè parem
populum Vrbi dedit, quàm natura pro-
21 creauit; & ſupra eodem lib. form. 13. nam
(inquit) quidam populus copioſiſſimus
ſtatuarum, &c.* & alia multa congerit
Lipſius de magnit. Roman. lib. 3. cap. 9. vbi
de ſtatuis, & earum cuſtodia loquitur,
ſed ad rem noſtram reuertamur.

Ad ipſarum quoque ſtatuarum ho-
norem ludos fieri conſueuiſſe *in vita
S. Io. Chriſoſt. legimus*, qui ad argenteam
ſtatuam Eudoxiæ Archadij Imperat. v-
xoris, in foro Sanctæ Sophiæ Conſtanti-
nopoli erectam, ludos fieri prohibuit:
Immunitatem quoque conceſſam fuiſſe,

nec

22 nec moleſtari poſſe eos, qui ad ſtatuas
Imperatorum, & ad eorum ſimulachra
confugiebant, *Valent. Theod. & Archad.*
Impp. ſanxerunt in l. unic. C. de ijs qui
ad ſtatu. confugiunt, plura videri poſſunt
apud *Gambacurt. de immunit. Eccl. lib. 1.*
cap. 6. per totum.

23 Sed reuertamur in viam: ludorum
cura per initia Romæ ab ipſo Romulo
quarto menſe conditæ Vrbis, quo die
Sabinos rapuit, habita eſt; *Valer. Max.*
lib. 2. vbi de ludis agit; *& Caſſiod. lib. 3.*
variar. cap. 51. teſtibus.

Exactis verò Regibus, id munus Con-
ſulum fuit, vt de ſæcularibus *Valer. Max.*
Cenſorin. & alij ſcripſerunt; Aedilibus
verò creatis, hæc cura illis iniuncta fuit;
dicente Liuio lib. 35. ludi Romani ab Ae-
dilibus in circo, ſcenaque editi, ſuis tamen
impenſis, vt pluribus probat *Iacob. Gut-*
thier. de off. domus Auguſtæ lib. 2. cap. 17
Quæ quidem impenſæ cum multæ, &
quidem maximæ eſſent, ob hanc potiſſi-
mùm cauſam a petitione ædilitatis abſ-
tinebant multi, *vt Cicero lib. 2. offic. &*
Boetius de Conſulat. lib. 3. ſcripſerunt.

Cum autem Romanorum nomen, &
Imperium auguſtius eſse cœpiſſet, Im-
peratores, Conſules, Proconſules, cœ-
terique viri Principes, qui plebeculam
emereri vellent, ludorum editores fue-
runt, quandoque proprijs pecunijs, quã-
doque proprijs, quandoque etiam ex
publico ærario ſumebantur impenſæ, vt
eſt *Diocletiani, & Maximiani ſanctio in*
l. vnic. C. de expenſ. pub. lud. lib. 11. Pro-
24 prium autem vectigal huic rei aſſigna-
uit, lenonum ſcilicet, meretricum, &
exoletorum Alexander Seuerus, *vt Lã-*
pridius in eius vita teſtatur.

Oppreſſa denique vnius dominatu
Republica, ſi quando Imperatores huic
rei vacare non poterant, Magiſtratus a
ſe delectos præficiebant, vt de Auguſt.
ſcribit *Suetonius in vita cap. 45.* inter
hos autem Magiſtratus præcipuus erat
25 Præfectus Vrbi, vt habetur *in l. 1. §. quies*
quoque, ff. de off. Præfect. Vrb. Præfectus
verò hanc per multos annos prærogati-
uam habuit, ſiquidem ad Theodoricum
Gothorum Regem perueniſſe ſcribit
Caſſiod. lib. 6. var. form. 4. & ſupra lib. 1.
epiſt. 32. ad Agapitum Præfectum, Vrbi
ſcribens; *Circumſpicere te decet, ne qua*
in ſpectaculis ſeditionum cauſa naſca-
tur, quia tuum præconium eſt populus
quietus. Prætores quoque prætextati lu-
dos megalenſes dedere, atque hinc pur-
pura megalenſis dicta eſt.

26 Sacerdotes etiam, & Pontifices ex
eorum nomine, Sacerdotales, & Ponti-
ficales ludos curaſſe *Sueton. in vita Au-*
guſti cap. 41. Tertull. de ſpectac. cap. 12.
teſtantur. Imò priuatis etiam viris per-
miſſum fuiſſe ludos, & ſpectacula dare,
Conſtantini Imper. ſanctio demonſtrat in
l. 1. C. de ſpectacul. Quibus etiam ſi per
ſeipſos aſſiſtere nequiſſent, aut noluiſ-
ſent, Præfectum eligere fas erat, *ex Mo-*
deſtino in l. 10. ff. de pollicit. vbi mulier
quædam Septitia nomine ita pollicita
eſt. [*Ex liberalitate* mea quadriennale
certamen dedico triginta millium ſor-
tis, vt pecunia penes me retenta, ido-
neè apud decemptimos caueam me ſo-
luturam, quæ ſolent præſtari triginta
millium vſuras agonothetæ; & Præfecto
ipſi certamini marito meo, deincepſque
filijs, qui ex me gignentur, *&c.*] quærit
autem *ibi Modeſtinus*, an electio mariti,
& filiorum, vt ſpectaculis præſint, ſer-
27 uanda ſit, & affirmatiuè reſpondet: &
legatum quoque certis conditionibus
in ſpectaculis, & certaminibus ſeruan-
dis, ipſiuſque teſtatoris nomine eden-
dis validum pronunciauit *Scæuola in*
l. 21. §. Lutius Titius, ff. de ann. legat for-
tè quia coniunctionem, & affinitatem
quandam habebant ſpectacula, & ludi
cum veſana, & ſuperſtitioſa illa gentiliũ
religione, vt obſeruat *Manutius de le-*
gib. Roman. apud me 20. ex eo quia nulli
28 ſine ſacrificijs ludi eſſent, & ſacrificia re-
ligionis pars erat; quapropter *M. Var-*
ro eum de rebus diuinis libros quinque
componeret, vnum de ludis, tanquam
de re diuina fecit, *Scaligero teſte in poe-*
ticis, lib. 1. cap. 28. Imò ſingulis quoque
dijs, ſingulos etiam ludos dicatos eſſe,
Lactan. Firmian. lib. 6. cap. 20. de vero
29 *cultu*, ſcribit, eorundemque deorum ſi-
mulachra in pompa ludorum vehi ſolita
teſtis eſt *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 23. Ha-*
licarn. lib. 7. ad finem. Quamobrem licèt
quatuor tantùm genera ludorum tam
apud Græcos, quàm apud Latinos eſsẽt;
multi tamen ludi, vel ab ipſis dijs, vel à
tempore, vel a loco, vel ab inuentore,
aut editore denominati ſunt apud Au-
ctores, qui hac de re ſcripſerunt, præci-
puè *Panuinum de ludis Circenſibus*, qui
hos nominat.

Ludum Matutinum.
Ludum Gallicum.
Ludum Magnum.
Ludum Dacicum.
Ludum Mamertinum.
Ludum Equeſtrem.

Ludum Troiæ.
Ludum Apollinaris.
Et hos omnes vno nomine comprehẽſos Circenſes appellat.

Budæus verò in ſuis annotationibus ad Pandect. in Lathletas, ff. de his qui not. infam. dum Theatrales ludos, Theatricorumque artificum genera in Gymnicum, & Scęnicum diuidit, ſub Scęnicis hos refert:

Hiſtriones.
Ludiones.
Mimos.
Pantomimos.
Archimimos.
Ethologos.
Thymelicos.
Citharœdos.
Citharistas.
Chironomos, ſeu
Geſticulatores, &
Saltatores.

& hos omnes vno nomine hypocritas, ideſt alienæ perſonæ ſimulatores appellat.

Cum autem in hos hypocritas nimis eſſet populus liberalis, M. Antoninus Philoſophus ſcęnicas donationes temperauit, itaut quinos aureos ſcęnici acciperent, & nullus editor decem aureos egrederetur, *vt Capitolinus in vita ſcribit.* Verum hæc potius ad fabulas, quàm ad ludos pertinent, tametſi ludi ſint tacitæ fabulæ; fabulæ verò ludi loquaces, ex quo ludorum pars fabula eſt; quare ipſi quoque ludiones actores dicti ſunt; qui aut nudi, aut tecti ludebant.

Nudorũ ludus Gymnicus dictus eſt,
30 & ita ludebant, ſeu potius certabant Athletæ oleo vncti, & puluere, aut arena conſperſi, quamobrem ſpectaculis iſtis fęminas intereſſe vetuit Auguſtus, *Suetonio teſte in eius vita cap.* 44. *Iulius Pollux in dictionario cap.* 30. hos luctatores, curſores, pugiles, diſcoboles, qui diſcum in ſublime iaculantur, haltrios, qui ſaltus pernicitate contendunt; appellat: Sed quoniam Athletæ per hyemem quoque ſub tecto exercebantur, hi xijſtici dicti ſunt, *ex Vitruuio lib.* 6. *cap. cap.* 10. *xijſtos, inquit, græca appellatione, Porticus ampla latitudine dicitur, in qua Athletæ per hyberna tempora exercentur, &c.* plenam verò huius dictionis *xijſti* habes apud *Villalpand. in apparatu Vrbis, ac Templi Hieroſolymit. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6.

31 Vmbratilis quoque pugna in vſu fuit, *ex Iulio Polluce loco cit.* quaſi cum vmbra ſua, ideſt nullo aduerſario Athletæ depugnabant, vel quia huiuſmodi pugnæ ſimulachra ſub tecto fiebant, non vt vera pugna in ſole, & puluere; hanc *Budæus eodem loco ſuperius adducto* eorum laniſtarum vocat, qui digladiandi artem profitentur (nos Itali Maſtri di ſcherma dicimus) qui cum omnes neruos impetendi, cædendique, vulnera inferendi, vitandique egregiè tenere videantur, ac etiam vbi punctim, cæſimque feriendum, ſi quando in ſolem, pulueremque prodiendum ſit, ideſt ex illa proluſione, ad verum, vulnificumque diſcrimen veniendum eſt, animo plerique concidere videntur, nec artis ſuæ præceptorum meminiſſe.

Ad vires corporis comparandas victu
32 quodam peculiari vtebantur Athletæ, & inter corporis medicamenta athleticus refertur victus, vt eſt apud *Cornel. Celſ. lib.* 4. *cap.* 6. in hæc verba: *Si malum inueterauit, athletico victu corpus firmandum erit*; vnde athletica habitudo pro firma ponitur a *Plauto, & Plutarch. de inſtit. liberis*: ad corporis curam, artes inuenerunt homines duas, Medicã, & Gymnaſticam, quarum altera ſanitatem, altera bonum conciliat habitum.

33 Multis etiam priuilegijs decoratos fuiſſe Athletas, nedum *Suetonij teſtimonio in vita Auguſti cap.* 45. dum ait: *Athletis & conſeruauit priuilegia, & ampliauit*; *ſed etiam Vlpiani, & Imperatorum ſanctionibus innoteſcit, l. Athletis, ff. de excuſ. tutor. l.* 1. *C. de athlet. lib.* 10. Atque hæc de Athletis, & nudis certaminibus.

Iam de veſtibus, earumque coloribus in ludis adhibitis aliquid dicamus. Obtinuit enim luxus *teſte Scaligero in poeticis, lib.* 1. *cap.* 22. *ad fin.* vt etiam equi alerentur curſores, quique illos regebant, & agitabant in curuli certamine, & in ludis Circenſibus, Aurigæ dicebantur, quorum notitia *ex Panuino de ludis Circenſib. lib.* 1. *cap.* 10. ſumenda eſt, ac etiam *ex Bulengerio de Circo Romano, cap.* 47. quò reſpexit etiam *Horat. ode* 1.

Sunt quos curriculo puluerẽ olimpicũ
Collegiſſe iuuat: metaque feruidis
Euitata rotis.

Aurigæ verò in quatuor factiones diuiſi erant, & ex diuerſo panni colore,
34 quo induebantur diſtincti; videlicet

Quidam Ruſſati.)
Alij Albati.)
Tertij Praxini.) dicebantur.
Quarti Veneti.)

& ab

& ab his coloribus, & pannis quatuor anni tempeſtates deſignatas fuiſſe *Tertullianus autumat lib. de Theatro, cap. 9.* dum ait:[*Ab initio* duo ſoli colores fuerunt, albus, & ruſſeus, albus hyemi ob niues candidus, ruſſeus æſtati ob Solis ruborem voti erant; ſed poſtea tam voluptate, quàm ſuperſtitione prouecta, ruſſeum alij Marti, alij album Zephiris conſecrarunt; praxinum verò terræ matri, vel verno; venetum Cœlo, & mari, vel *autumno*:] hæc Tertullianus, a quo non diſſentiunt *Caſſiod. lib. 3. var. cap. 51. & Panuinus loco cit.* hic tamen addit *ex Rufo in lib. de region. Vrbis, regione 9.* haud longè a Circo Flaminio quatuor harum factionum ſtabula fuiſſe; quæque ex antiqua inſcriptione C. Apuleij Dioclis ab ipſo Panuino relata prope Cancellariæ Apoſtolicæ palatium fuere. Viri tamen prudentes (inter quos Plinium iuniorem referre lubet) hos panni colores, & ludos irridebant: ait enim *Plinius lib. 9. epiſt. 6. ad Clauiſium.*[*Circenſes* erant quo genere ſpectaculi, ne leuiſſimè quidem teneor, quò magis miror, tot millia virorum, tam puerilitèr identidem currentes equos inſiſtentes curſibus homines videre: ſi tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, eſſet ratio nonnulla: nunc fauent panno, pannum amant, & ſi in ipſo curſu, medioque certamine hic color illuc, ille huc transferatur, ſtudiũ, fauorque tranſibit, & repentè agitatores illos, equos illos, quos procul noſcitant, quorum clamitant nomina, relinquent, tanta gratia, tanta auctoritas in vna viliſſima *tunica*.] hæc Plinius. alia verò multa de coloribus, & factionibus iſtis *ex Bulengerio de Circo Romano cap. 48.* innoteſcunt; vide etiam, ſi placet *Panuin. de lud. Circen. lib. 1. cap. 10. & de Vrbe Rom. region. 9.*

Aderant etiam inter hos equorum
35 agitatores nonnulli, quos deſultores appellabãt, quia duos equos ſine ephippijs agitantes, ex altero in alterum ſubinde mira pernicitate deſiliebant: horũ mentio frequens eſt apud ſcriptores, quippe qui nedum in ludis, ſed in bellis quoque equi deſultorij fuerunt in vſu: quod attinet ad ludos (omiſſis alijs) *Suetonij* teſtimonium ſatis nunc eſſe putamus, dum *in vita Cæſaris cap. 39.* ita ſcribit. *Quadrigas, Bigaſque, & equos deſultorios agitauerunt nobiliſſimi iuuenes.*

In bellis verò præcipuam laudem tulerunt Numidæ, & Maſſeſelij populi, qui effrænatis equis, & ſine ephippijs mira celeritate inter pugnandum, ex feſſo in recentem equum armati confeſtim tranſcendebant; vt poſt alios ſcribit *Alex. ab Alex. dierum genial. lib. 6. cap. 22. & ibi Tiraquell.*

Nec iuriſperitis hoc deſultoris nomen ignotum fuit, *Vlpianus enim in l. 22. ff. de præſcrip. verb. ſic ait.* [*Apud* Labeonẽ quæritur, ſi tibi equos venales experiendos dedero, vt ſi in triduo diſplicuiſſent, redderes: tuque deſultor in his cucurreris, & viceris, deinde emere nolueris, an ſit aduerſus te ex vendito *actio?*] Et equi publicis voluptatibus addicti, ad priuatum commodum, compendiumque adducendi non erant, mulcta vnius auri libræ condemnatione indicta *a Gratian. Valent. & Theodoſ. Imppp. vt videre eſt in l. 3. C. de ſpectac. & ſcen. lib. 11.*

36 Pluribus verò de cauſis horum ludorum editio fiebat, ad cultum quippe deorum, dearumque, vt diximus, & hęc primum obtinebat locum: huic autem proxima erat funerum, & exequiarum, cuius origo vetuſtiſſima eſt; Achilles enim ad Patrocli, Aeneas ad Pallantis rogum cum ludis mactarunt inferias, vt
37 *Homeri, Maroniſque carmina demonſtrant*: & hinc gladiatorum munus ortũ habuiſſe putat *Scaliger in poeticis, lib. 1. cap. 35.* quod quidem gladiatorum munus apud gentes adeo inualuit, vt magiſtros, & inſtructores, laniſtas nuncupatos, haberent, qui non ſine magno pretio conducti gladiatores inſtruebãt, eoſdemque muneris editoribus vendebant.

Munera verò hæc a publicis Magiſtratibus, & a priuatis quoque viris dabantur, *vt in l. 1. & 2. C. Theod. de expenſ. Ludorum.* Priuatis tamen viris permiſſum non erat, ſi minus quadrigentis millibus in cenſu haberent, vt notat *Anton. Auguſt. ad l. Roſciam, pag. apud me 183. & ad l. Iuliam theatralem pag. 125.* Ratio fortè erat, quia emptis, & educatis gladiatoribus fiebat editio; in arenam verò producti, alij cadebant, alij petente po-
38 pulo manumittebantur; atque ita editor magna ſemper grauabatur impenſa, quæ niſi a diuitibus fieri nequibat, & expedit Reipublicæ, ne ciues ſui in pauperiem labantur, quia malè a pauperibus gubernatur Reſpublica, vt dictum
39 eſt alias. Cur autem hæ immanitates, munera ſcilicet gladiatoria fierent; audi

Tertullianũ lib. de ſpectac. cap. 12. [*Quo-
niam* (inquit) animas defunctorum hu-
mano ſãguine propitiari creditum erat,
captiuos, & malo ingenio ſeruos mer-
cati in exequijs imolabant. Poſtea pla-
cuit impietatem voluptate adumbrare;
itaque quos parauerant armis, quibus
tunc, & qualitèr poterant eruditos, tan-
tum, vt occidi diſcerent, mox edicto die
inferiarum apud tumulos erogabant, ita
mortem homicidij *conſolabantur.*] hæc
Tertull. & alias tres cauſas affert *Buleng.
de venat. Circi, lib. vnic. cap.* 11. *apud ipsũ
videndas.*

Nec in ſolis parentationibus, & exe-
quijs gladiatoria munera edita fuiſſe,
40 ſed quolibet anno pecunia eorum, qui
Quæſturam adepti erant, *Taciti verba
lib.* 11. *annalium* demonſtrant, dum ait:
*P. Dolabella cenſuit ſpectaculum gladia-
torum per omnes annos celebrandum
pecunia eorum, qui quæſturam adipiſce-
rentur*: videndus eſt etiam *Petrus Cri-
nitus de honeſta diſcipl. lib.* 2. *cap.* 1. qui
gladiatoris, non Imperatoris nomen
meruiſſe ait Antoninum Commodum,
quia gladiatorijs pugnis, & ſæuiſſimis
cædibus Romanum Imperium attriue-
rat.

41 Quinque verò gladiatorum genera
refert *Budæus loco citato*, videlicet

Retiarios.
Secutores.
Mirmillones.
Hoplomacos.
Thraces.

hi autem cum venalem ſanguinem ha-
berent, infames erant, *l.* 1. *§. item Sena-
tusconſulto, cũ §. ſeq. ff. de poſtul. l. athle-
tas, ff. de his qui not. infam. l. quasi actio-
nes, §. ſiquis in colluctatione, ff. ad l. A-
quil. & vide Buleng. de theatr. lib.* 1.
cap. 51.

Verũ immanitas hæc, ſeu mauis ſtul-
42 titia eouſque progreſſa erat, vt nedum
ex homuncionibus iſtis (ſeruis quippe)
ſed ex viris etiam non obſcuri generis,
imò claris, & illuſtribus in hoc gladia-
torio munere ſanguis, & anima daretur,
teſte Liuio lib. 28. *hiſt. Rom. & ab Vrbe
condita anno* 544. dum Corbum, & Or-
ſuam patrueles fratres de principatu Ci-
uitatis Ibem cõtendentes, & vt Scipio-
ni Carthaginem reuerſo, & gladiatorũ
munus ad patris, patruique manes ex-
piandas, dijſque vota ſoluenda exhibe-
re volenti, rem gratam facerent, ferro
ſe certaturos profeſſos fuiſſe, narrat.

43 Et ab humanæ infelicitatis ludibrio
Nerone, quatuor centum Senatores, &
ſexcentos Equites huic muneri exhibi-
tos fuiſſe, & ab altero Orbis portento
Domitiano etiam fœminarum pugnas
noctu editas teſtatur *Scaliger in poeticis
lib.* 1. *cap.* 35. *ad fin.*

Sed Auguſtum quoque prinſquam
S.C interdiceretur, ad ſcenicas, & gla-
diatorias operas Romanis Equitibus v-
ſum aliquando fuiſſe, *apud Suetonium
in eius vita cap.* 43. legitur. Primi au-
44 tem in Vrbe, & in Foro Boario gla-
diatorij munus funebri memoria patris
cineres honorando dederunt M. & De-
cius Bruti filij, App. Claudio, & Q. Fuluio
Coſſ. *vt ex Valer. Max. de inſt. antiq.
cap.* 1 *lib.* 2. liquet.

Vbi verò Chriſtiana fides, & pietas
45 Conſtantino Magno imperante eluxit,
ab huiuſmodi ſpectaculorũ ſæuitia ceſ-
ſatum eſt, & certa lege vetitum, *vt in l.
vnica, C. de gladiat. lib.* 11. Etenim *vt Iu-
ſtinianus quoque Imp. ait in procem. di-
geſtorum, §. illud verò. Quis ludos appel-
let eos, ex quibus crimina oriuntur?* vi-
dendi ſunt *Buleng. lib. vnico de venat.
Circi, cap.* 12. *Petr. Gregor. Tholoſ. in ſyn-
tag. iur. vniu. lib.* 39. *cap.* 5. *num.* 31. *Ter-
tull. lib. de ſpectac. cap.* 12. *& ibi Pamel. in
argum. & in notis.* Conſtantini tamen
prohibitio, & lex vel antiquata fuit, vel
in deſuetudinem abijt, *vt Prudentij
carmina demonſtrant, dum lib.* 2. contra
Simmacum ad finem, hortatur Honoriũ
Imp. vt hanc immanitatem tollat: impe-
rauit autem Honorius anno quinquage-
ſimo, pluſue minus poſt Conſtantinum.
Prudentij carmina ſunt hæc.

*Arripe dilatam tua Dux in tempora
famam,*
*Quodque patri ſupereſt laudis ſucceſ-
ſor habeto.*
*Ille Vrbem vetuit Taurorum ſangui-
ne tingi,*
*Tu mortem miſerorum hominum
prohibeto litari:*
*Nullus in Vrbe cadat, cuius ſit pœna
voluptas,*
*Nec ſua virginitas oblectet cædibus
ora:*
Iã ſolis contenta feris infamis arena,
*Nulla cruentatis homicidia ludat in
armis;*
*Sit deuota Deo, ſit tanto Principe
digna,*
*Et virtute potens, & criminis inſcia
Roma,*
*Quemque Ducem belli ſequitur, pieta-
te ſequatur.*

Hæc

Hæc Prudētij carmina nedum gladia-
torum munus, ſed venationem quoque
46 Circi complectuntur; & ambo immani-
tatem quidem maximam habebant, vt
idem Auctor indicat.

Nam quid veſani ſibi vult ars impia ludi?
Quid mortes iuuenum, quid ſanguine parta voluptas?

Et cum ad Franciſci Petrarcæ tempo-
ra huius immanitatis ſpectaculum exhi-
beretur Neapoli, vir prudens, & pius
tantum nefas abhorrens, illud Virgilij
carmen protulit.

Heu fuge crudeles terras fuge littus auarum.

Et Chriſtianos omnes ab hoc immani
47 ſpectaculo abhorruiſſe, multa eruditio-
ne probat *Bulenger. lib. de venat. Circi, cap. 12.* imò & ipſoſmet ethnicos: ait e-
nim *Cicero lib. 8. epiſt. 1. Quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, cum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur?*
Et permiſſum eſſe vxoris repudium, ſi
prohibente viro, hæc Circenſibus, Thea-
tralibus, vel arenarum ſpectaculis gau-
deat, habemus *l. apertam in C. de repudijs, l. 8. conſenſu, §. vir quoque, verſ. vel Circenſibus.*

Verùm in Theatro non ſemper fera-
rum beſtiarum agitatio fiebat, ſed quan-
doque cicurum animalium quoque, vt
ex Dione Caſſio, Veſuuij incendium ſub
Tito Veſpaſ. referente, & ludos ab eodē
Imperatore editos deſcribente apparet,
in hæc verba. [*Multa* quoque admiran-
48 da fecit; Grues inuicem, & quatuor E-
lephantes depugnarunt: aliæ præterea
ad nouem millia feræ, & Cicures iugu-
latæ ſunt, quas mulieres non admodum
illuſtres interfecere: viri præterea tum
ſingulari certamine, multi pedeſtri pu-
gna, alij nauibus decertarunt: Theatrum
verò, quod ipſe confecerat, cum ex im-
prouiſo aqua repleuiſſet, induxit equos,
& alia manſueta animalia, quæ omnia
facere didicerāt, quæ in terra, & in aqua
ſolita erant: induxit etiam homines in
nauibus, quotū pugnas ita partitus fue-
rat, vt hi Corcyrei, hi Corinthij pugnā
cōmitterent. Alij verò extra in nemore
Caij, & Lucij, vbi Auguſtus ad hoc ipſum
terram effoderat; etenim in eo loco pri-
ma die digladiati ſunt homines, & feræ
indefectæ lacu, & tubulis munito ad fa-
ciem ſimilitudinis, qui item quaque cir-
cum vallum habebat: ſecunda verò die
equorum curſus: Tertia tria millia ho-
minum nauibus depugnarunt; deinde
terreſtris pugna facta, victores Athe-
nienſium Syracuſani (his enim nomini-
bus vtebantur) naualique pugna depu-
gnarunt, atque in paruam inſulam inſi-
lientes è muro, qui circa monumentum
confectus erat, illam cępere; hæc repræ-
ſentata ſunt ad centum dies: exhibuit
deinde quædam ad vtilitatem, & lucrū,
Teſſerulas ligneas ſuperne in Theatrum
ſparſit, in quibus ſigna erant, aut excul-
ti, aut veſtis; argentei præterea vaſis, &
auri, equorum domitorum, pecorum,
ſeruorum, quæ qui excepiſſent, oporte-
bat ad diſtributores afferre, atque ab eis
quod inſcriptum erat *accipere*] *hæc Dio Caſſius*: ex cuius verbis, nedum varia
ludorum, venationum, & ſpectaculorum
genera, modum, & diſciplinam in illis
ſeruatam agnoſcimus, ſed etiam multas
ob cauſas, in cultum quippe, & honorē
deorum, dearumque gentium, in homi-
num, & demortuorum memoriam, in
publicis bellorum, & peſtis vexationi-
bus, & anguſtijs editos fuiſſe ludos, ve-
nationes, & ſpectacula, innoteſcit: & vi-
de etiam ad rem *Flau. Vopiſcum in vita Probi Imperat. circa fin.*

49 Sed cum gladiatorij muneris, & ve-
nationis ferarum ſimulachrum quoddā,
diabolo fabricante, apud nos etiam, qui
Chriſtianam fidem profitemur, reman-
ſiſſe videretur, huius quippe in taurorū,
aliarumque ferarum agitationibus; illius
verò in duellis, & monomachia, *Tholoſano teſte in ſyntag. iur. vniu. lib 39. cap. 5. num. fin.* & ex noſtris integros de duel-
lis ſcripſerunt tractatus *Io. de Lignano Iacobus de Caſtillo, Andreas Alciatus, Mutius Iuſtinopolitanus, & alij*, quorū
doctrina cum potius ad gehennam, quā
ad ſalutem animarum conferret, meritò
ſacri Canones, & Summorum Pontificū
50 Conſtitutiones, & Conciliorum decreta
illam damnarunt: & contra hos Docto-
res, eorum opiniones, & ſententias re-
probando ſatis elegantèr, & eruditè ſcri-
bit *Franciſc. de Petris Neapol. in feſtiuis lectionib. lib. 1. cap. 3.* Siquidem monoma-
chiæ, ſeu duelli prohibitionem habemus
ex decreto Nicolai Papæ II. quæſt. 5. cap. 22. D. Auguſt. lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 22. & 23. & Concilij demum Trident. ſeſſ. 25. cap. 19. de reformat. vbi Imperator,
Reges, Duces, Principes, Comites, alij-
que quocumque nomine nuncupati do-
mini temporales, qui locum ad mono-
machiam in Terris ſuis inter Chriſtianos
conceſſerint, eò ipſo excommunicatio-
nis ſententiæ, dominij, ac feudorum
pri-

priuationi ſubijciuntur: qui verò pugnã commiſerint, & qui eorum patrini fuerint, nedum excommunicarionis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ſed etiam perpetuæ infamiæ pęnam incurrunt, & vt homicidæ iuxta ſacros Canones puniendi ſunt, & ſi in ipſo cõflictu deceſſerint, perpetuò carere debent eccleſiaſtica ſepultura; conſulentes, ſuadentes, & ſpectatores excommunicationis, & perpetuæ maledictionis vinculo tenentur: *hæc Sacroſancta Tridentina Synodus*: cuius pœnalis ſanctio, cum
51 de duellis loquatur, intelligenda erat, de certaminibus illis, in quibus duelli forma ſeruata eſſet; loci quippe deſignatio, armorum præfinitio, patrinorum, & ſpectatorum conſtitutio, & iudicis electio; ad tradita *per Claud. Cotereum trac. de iur. & priuileg. milit. lib. 3. cap. 24. P. Greg. Tholoſ. in ſyntag. iur. vniu. part. 3. lib. 48. cap. 16. nu. 23. & ſeq. Nauarr. conſ. 2. lib. 5. de purg. vulg. Farinac. conſ. 9. lib. 1 a num. 10. ad* 21. qui, cum Romæ Gubernator ita iudicaſſet, Gregorium XIII. ſtatim aliam edidiſſe Conſtitutionem, ſcribit, qua in Concilio Trident. ſancita, ad priuata quoque duella, & ex condicto commiſſa, extenduntur, vt videre eſt *in ipſa Conſtit. quæ eſt* 88. *Bullar. nou. tom. 2. pag.* 461.

Vt autem in hac re omnis tolleretur occaſio dubitandi, rec. mem. Clem. Papa VIII. reaſſumendo quicquid in d. Tridẽtina Synodo, & prędeceſſorum Pontificum Conſtitutionibus ſancitum erat, ad loca vbique gentium, & Terrarum, & ad perſonas etiam in Caſtris, ſeu propugnaculis militantes, etiam vbi Chriſtianæ fidei hoſtis furor graſſatur, vel in dominijs per eum occupatis, id totum extendit. Scripta quoque (manifeſta vulgus appellat) quoquo modo emananda prohibuit, pœnas innouauit, & Principes ad omnimodam duellorum exterminationem, delinquẽtum in pręmiſſis punitionem hortatus eſt *in ſua Conſtitut.* 11. *Bullar. nou. tom. 3. pag.* 13. Hactenus de duellis.

52 Venationes ferarum aggrediamur, quarum apud nos quoque ſimulachrum adhuc extare diximus, & retentum in agitatione taurorum, aliarumque ferarum, in haſtiludijs (vulgò gioſtre) ſeu torneamentis, ex quibus cędes, & tragicus inſpicitur non rarò finis; vt de Henrico II. Gallorum Rege, & de alijs plurimis teſtantur Hiſtorici; iure igitur merito Summorum Pontificum sãctionibus hæc improbata leguntur; habemus enim apud *Baronium in annal. ſub anno* 1139. *tom.* 12. *ex Concilio Romæ ſub Innocentio II. celebrato cap.* 14. deteſtatas nundinas, ſeu ferias illas (vt ipſius decreti verbis vtar) in quibus milites ẽ cõdicto conuenire ſolent ad oſtentationẽ virium ſuarũ, & audaciæ temerariæ congrediuntur, vnde mortes hominum, & animarũ pericula ſæpe proueniunt. Hanc taurorum, & aliarum ferarum agitationem expreſsè prohibuit *Pius V. Conſt.* 48. §. 2. *Bullar. nou. tom.* 2. *pag.* 244. quam eruditis commentarijs exornauit *Ioan. Gutier. canon. quæſt. lib.* 1. *cap.* 7. *videndus*.

53 Sed quoniam ferarum venatio duplex eſt, alia concluſarum, arenaria dicta, quę intra ſepta in arena fiebat, & hęc eſt omnino prohibita, nedum *ex prædictis Sũmor. Pontif. ſanctionibus, & Conciliorũ decretis, ſed etiam ab humanis, Imperatorum ſcilicet legibus, & prudentum reſponſis*; infamia namque notantur ij, qui in arenam cum beſtijs pugnaturi deſcẽdunt, *l.* 1. *§. Senatusconſulto, ff. de poſtulan. l.* 2. *in fin. ff. de ijs qui notan. infam.* altera verò ferarum venatio, quæ in proſequendis feris in ſua libertate poſitis fieri ſolet, non eſt omnino prohibita, præcipuè earum, quæ hominum ſaluti poſſunt inferre damnum, vt ſunt leones; imò *ex l.* 1. *C. Theod. tit. de venat. ferar. permiſſa eſt: & Fridericus Imperat. quàmuis in lib. feud. tit. de pace tenen. & eorum violator. §. nemo retia*, prohibeat laqueos, & retia in venatione; vrſos tamen, apros, & lupos capere permittit, militibus præſertim, vt ad bellum indurentur, laboribus aſſueſcant, & ad pericula vitanda, inferendaque cautiores reddantur: otia quoque ſic vitant, vitant, quorum partus impijſſimi ſunt; cogitatio namque ferarum perſequendarum quandiu occupat, & animum quodammodo replet, peregrinas alias peſſimas cogitationes non admittit; vt vas, quod plenum eſt, ſuperiniecta reſpuit: & hoc venandi ſtudio mirum in modum captum fuiſſe Adrianum Imperat. teſtatur *Dio Caſſius in eius vita; alia ad rem congerit Buleng. de venat. Circi.*

54 Sancti tamen Patres venationẽ cuiuſuis generis a Chriſtianis, præſertim clericis, arcendam volunt, & venatoribus donare, & canes alere, ſcelus exiſtimant *D. Auguſtinus, & D. Hieronym. a Gratian. relati in c.* 8. 9. 10. *&* 11. *diſt.* 80. *licẽt gloſſ. ibi in verb. qui venatoribus*, Auguſtini

ſtini ſententiam intelligendam eſſe dicat de venatione arenaria, non autem de ſaltuoſa, quæ fit in ſyluis; nam hæc permiſſa videtur, præterquam Quadrageſimæ, & Ieiuniorum tempore, *ex D. Ambroſio in hom. 33. de Quadrageſ. An putatis* (inquit) *illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad Eccleſiam vigilat, non beatorum Martyrum loca ſancta perquirit, ſed ſurgens congregat ſeruulos, diſponit retia, canes producit, ſaltus, ſyluaſque perlaſtrat*; & de hac ſyluatica venatione agit *Bulenger. in lib. de venat. Circi, cap. 2.* In Concilio tamen Aurelianen. omni tempore interdictam eſſe venationem Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus, imò omnibus ſeruis Dei venationes, & ſyluaticas vagationes cum canibus, accipitribus, & falconibus interdictas legimus *in cap. 1. & 2. de cleric. venat.* Nec ſolùm ſacroſancta Concilia, ſacri Canones, & Sanctorum Patrum monumenta hoc voluerunt, ſed etiam qui ſecularia tantùm adminiſtrãt, certis diebus, & temporibus abſtinendũ eſſe a venationibus edixerunt: *Theodoſ. enim, & Valent. Impp. in C. Theodoſ. lib. 15. tit. 5. de ſpectac. l. fin.* ita reſcripſerunt. [*Dominico*, qui ſeptimanæ totius primus eſt dies, & Natale ad Epiphaniam Chriſti, Paſchæ etiam, & Quinquageſimæ diebus, quamdiu cæleſtis lumen lauacri imitantia, nouam ſancti baptiſmatis lucem veſtimenta teſtantur; quo tempore & commemoratio Apoſtolicæ Paſſionis totius Chriſtianitatis magiſtræ a cunctis iure celebratur; omni Theatrorum, adque Circenſium voluptate per vniuerſas Vrbes, earundem populis denegata, totæ Chriſtianorum, ac fidelium mentes Dei cultibus occupentur: ſic qui etiam nunc, vel iudæi impietatis amentia, vel ſtolidæ paganitatis errore adque inſania detinentur, aliud eſſe ſupplicationum nouerint tẽpus, aliud voluptatum, *&c.*]

Atque hæc de duplici venatione ſufficiant; ſi quis plura deſiderat, *Bulenger.* legat *de venat. Circi, cap. 2. & ſeqq.*

Supereſt, vt de laruis, & perſonatis aliquid dicamus; quandoquidem vſus inualuit, vt baccanalibus diebus homines cuiuſuis ferè nationis, quodammodo inſanientes, modò hanc, modò illam perſonam induant, nos Itali *far le maſchere* appellamus; ſed vnde nomen hoc deductum ſit, non ſatis conſtat, niſi cum *Tholoſan. in ſyntag. iur. Vniu. lib. 39. cap. 2. nu. 5. & 6.* dicamus, nomen barbarum eſſe, & a Longobardis inuentum; vocant enim Longobardi *Maſchas cacodæmones* illos nocturnos ephialtes, ſtriges, & lamias, quæ dicuntur deuorare, & necare infantes: & inter Longobardorum leges hanc a Rothario editam habes *ſub tit. de homic. ſeruor. miniſtr. vel aldial. lib. 1. l. fin. Nullus præſumat aldiam alienam, vel ancillam quaſi ſtrigiam, quæ dicitur Maſcha, occidere, &c.*

Sed antiquiſſimam fuiſſe hanc homi-
55 num inſaniam *ex Macrob. lib. Saturnal. ex Cælio Rhodig. antiq. lect. lib. 13. ca. 23. ad fin. ex Alex. ab Alex. dierum genial. lib. 2. cap. 22.* colligitur, dum Saturnalia referunt, quæ a ſeruis, ſumpto Dominorum habitu, & pileis, itaut a liberis nihil differrent, dies Saturnalitij celebrabantur: ſeruos autem imitati, non dedignati ſunt liberi, qui nedum corpus varijs indumentorm generibus obuolunt, & induunt, ſed faciem quoque diuerſam ſimulant, itaut vir mulierem, iuuenis ſenem, ruſticus ciuem, & his ſimilia effin-
56 gant: quod tamen *in Deuteron. cap. 22.* vetitum legimus his verbis. *Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea; abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc.* Quod etiam lege ciuili damnatum legimus *in l. 24. §. 1. ff. de aur. & arg. legat. ibi. Non ſine vituperatione vir mulieribus veſtimentis vti poteſt*: & hæc fortius in ſacris veſtibus, & ad Dei cultum dicatis procedunt, *vt in l. mima, C. de Epiſco. audien. Auth. de ſanctiis Epiſcop. §. fin. gloſſ. in c. cum decorẽ, in verb. monſtra, de vita, & honeſt. clericorum.*

Verùm hæc tolerabiliora forent, ſi Indi fines non excederent, ſed eò vſque producta eſt hominum malitia, vt *Tholoſano teſte in ſyntag. iur. Vniuerſ. lib. 39. cap. 11. num. 1.* ex iſtis laruis propè innumerabilia oriantur ſcelera, quæ magis cognita ſunt, quàm explicari oporteat; etenim qui malè agit, lucem odit, & agnoſci non vult, mentitur ſæpe faciem, & ſexum, vt ſolent fures, luxuriæque dediti.

Qui ſimulant Curios, & Baccanalia viuunt.

Quanta verò eſſet baccanalium obſce-
57 nitas, ſi quis adeo ſenſus rationi ſuppoſuiſſe, mentemque a carnalibus deſiderijs ita ſeiunctam habere præſumat, vt inde nauſeam, & ſpurciſſimas colluctationes aduerſus ſpiritum audire non dubitet, *Titum Liuium in Romana hiſtoria lib. 39. anno ab Vrbe cõdita 594. pag. apud me 324. ſub litera B. vſque ad ſeq.* pagi-

paginam per totam literam A, percurrat; nam, quæ Liuius refert, non longè diſtāt ab immundiſſima hæreſi Fraticellorum, quam Aſmodeus, vel alius perpetuus humani generis hoſtis anno 1298. excitauit; vt præter alios quamplurimos hiſtoriarum Scriptores *Frater Iacob Philip. Bergomen. in ſupplem. Cronic. lib. 13, pag. apud me* 310. recenſet.

58 Sed ad laruarum ludos, & ſpectacula redeamus, quæ adeo apud omnes ferè nationes inualuerunt, vt qui cum alijs inſanire, certo anni tempore, renueret, inſaniſſimus certè ab omnibus exiſtimaretur. Vnam tamen omnium Regionem, Angliam ſcilicet ab huiuſmodi dementia alienam vidiſſe teſtatur *Pollid. Virgil. de rerum inuent. lib. 5. cap. 2. ad fin.* dū ait: *apud Anglos in re hac præ alijs certè ſapientiores, lex eſt, vt capitale ſit, ſi quis perſonas induerit.*

59 Has autem laruas, perſonas, ſeu maſchas ad vſum ſcęnæ inuentas fuiſſe, vt hiſtriones in carpendis vitijs audaciores eſſent, & ab initio fęcata facie in ſcęnam prodijſſe, teſtatur *Hetruſcus Maro Torquatus Taſſus in dialogo, il Giancola, ouero delle Maſchere* inſcripto, vbi quod omnium primus, qui nudis oribus fęcem pro perſona addidit Theſpis Poeta fuit;

60 de quo etiam *Horatius in Poetica lib. 1.* ſic ait.

Dicitur & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis,
Quæ canerent, agerentque peruncti fęcibus ora.

Aeſchiles verò tragicus indecorum putans tragicas actiones non abſimiles eſ-

61 ſe Comicis, deteſtata fęce, perſonas, ſeu laruas (a nobis maſchere dictas) inuenit, eodem Horatio teſte loco citato.

Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Aeſchilus, & modicis inſtrauit pulpita tignis,
Et docuit, magnumque loqui, nitique coturno.

Alia multa ad rem colligit, refertque *Scaliger in poeticis lib. 1. cap. 6. de Tragœdia*; quem vide, ſi placet.

Fabrinus verò in commentarijs ad prædicta Horatij carmina obſeruat Theſpis,

62 & Aeſchili inuentionem recitandi tragędias, ſeu comędias in Plauſtris huc uſque etiam retentam in Hetruria, & videmus etiam in Vrbe diebus baccanalibus, vulgò, *i Carri*. Cum autem hæ co-

63 mędiæ, & tragędiæ nō ſine magno ſūptu, in ſcęnarum conſtructione, & veſtimentorum ornamentis multis in Ciuitatibus Eccleſiaſticæ Ditionis fiant, & vt plurimùm ſumptibus earundem Communitatum, ideo Bulla hoc illis prohibuit, *vt dictum eſt ſupra in princ. huius gloſſ.* vbi etiam adnotauimus, non eſſe omnino Communitatibus interdictum, & denegatum; ſed certa lege, & methodo permiſſum, videlicet conſulto Principe, obtenta a Sacra Congregatione Boni Regiminis licentia, & ſi ſumptus in libello, ſeu Tabella fuerit deſcriptus, & taxatus, ibi. *In dicto libello, ſeu Tabella non contentis:* & infra. *Aut pro ijs tan-*

64 *tùm pijs ludis publicis, qui ex inueterato vſu permittuntur, & in prædicta Tabella, ſeu libello exprimentur, &c.* Et memini, me aliàs pro Communitatibus Vrbis veteris, & Viterbij obtinuiſſe licētias erogandi certam pecuniarum ſummam in conſtructione theatri, & ſcęnarum, in quibus iuuenes poſſint ſe aliquādo exercere in publicis actionibus, ad excitandum ingenia; tribus conditionibus interuenientibus; prima, ne verba inhoneſta, & obſcęna interſerantur; ſecunda, ne fiant actus illiciti; tertia, ne temporibus prohibitis celebrentur: prout *ex Diuo Ambroſio, & Cicerone in libris de Officijs*, colligit, & obſeruat *Boniſacius Vannozius in ſuis politicis annotat. cap. 5050. & probat textus a contrario ſenſu in c. inter, §. nos tamen, & ibi Scribentes*

65 *de exceſſ. prælat.* vbi Innocent. III. improbat, & omnino damnat ludos voluptuoſos, occaſione quorum, ſub quadam curialitatis imagine ad diſſolutionis materiam deuenitur: & ſcribit *Iulius Ferrett. in tract. de ludis publicis, nu. 5.* quòd fugiendus eſt luſus, vt peſtis, cum per illum deueniatur ad materiā diſſolutionis, & peccati; nulla enim peſtis eſt capitalior, quàm voluptas diſſolutiua corporis.

66 Verùm non ſolet Sacra Congregatio multū procliuis, & facilis eſſe in huiuſmodi licentijs concedendis; ſed pede, vt aiunt, plumbeo, & diligenti animaduerſione ambulare an inquam Communitates ſint ære alieno grauatæ, & an alijs neceſſitatibus præmantur, vt eſſet terminorum defenſio, murorum refectio, ſanitatis tuitio, vel curatio; *ad textum in l. 1. C. de expenſ. ludor. lib. 11. vbi Io. de Plat. multa ad rem congerit; videndi ſunt Garzias de expenſ. cap. 21. num. 24. verſ. vbi ita ſunt, Auend. de exeq. mand. part. 2 cap. 10. nu. 12. verſ. niſi alia maior, Mannitz. de Eſcob. de ratioc. cap. 21. num. 39.*

Gabr.

G.br.Berart.in ſpec.viſit.temp. cap.23. de erogat.bonor. publ.nu.63. qui ponit exẽ-
67 plum patriæ ſuæ Barchinonenſis,quę de anno 1589. ſumptus ludis publicis aſſignatos, in medendis pauperibus peſte laborantibus, in hoſpitalibus publicis conſtruendis, & alijs neceſſarijs ſubuentionibus erogauit: & nos hoc idem vidimus Romæ anno 1625. quo ſumptus, & expenſæ a Populo Romano fieri ſolitę diebus baccanalibus in curſu equorum, & brauiorum, fuerunt erogatæ in alẽdis pauperibus, & cõſtruendis hoſpitalibus, & locis, quos lazarettos vocant.

Pulchram excitant quæſtionem Do-
68 ctores Hiſpani locis proximè citatis;an ſcilicet quod ſupereſt ex publicis ſpectaculis, concedendum ſit illis, qui perſonam ſpectaculi induerunt, puta veſtes, & alia ornamenta? & licèt negatiuè reſpondeat *Auendag.d.cap. 10.nu.13.Garzias tamen num.28.& Eſcobar.num.40.* conueniunt, ſpectandam eſſe conſuetu-
69 dinem locorum; nam quod factum eſt, dicitur regula eius, quod fieri debet: & hoc etiam voluit *Franc.a Põte de poteſt. Proreg.tit.10.§.4.de bonis,& expenſ.Viniuer.num.11.*

70 Antequam verò ludis, & ſpectaculis initium eſſet, ſignum ab ijs, qui illis pręerant, dabatur; ita Prætor in Magalenſibus ludis Mappam candidam mittebat in eum, qui aurigaret; *Scaligero,& alijs locis citatis id atteſtantibus;videndus eſt etiam Dionyſ.Halicarn.antiq.Rom.lib.7. ad fin.pag. apud me 252.ſub litera D.& ſeq.*dum refert pompam dijs a Capitolio per forum in Circum maximum ductam a viris, quorum magna erat poteſtas,antequam ludi committerentur.

Et hinc fortaſſe deducitur, & ſeruatur ad hæc noſtra tempora, quod diximus ſupra de Gubernatore Vrbis, Senatore, Conſeruatoribus, alijſque Iudicibus a Capitolio diſcedentibus,& progredientibus,per viam latam in locum initiandi curſus, & demum ad ſubſellium præparatum in Palatio, di San Marco nuncupato, vbi iuridicundi ſubſiſtunt.

71 Quid ſi duo, vel plures ſimul ad brauium currentes eodem tempore metam attingant, itaut dignoſci nequeat, quis eorum fuerit primus, cuinam dandum erit brauium? nulli dandum eſſe ſcribit *Ferrett.tract.de brauio,ſub nu.2.*
Sed omnes admittendos ad reiterandũ
72 curſum, abſque alia renouatione hominum,vel equorum;quia ſi aliquid adderetur, vel mutaretur, non eſſet reiteratio, ſed nouus curſus, *l.ſi ita fuerit, ff. de reb.dubijs,Doctor.in §. diſcipuli, in 1ª Conſtit. digeſtor. Alex. in l.eum qui nouiſſimus,num.4.& 5. ff.ad S. C. Trebell.* & videndus eſt etiam *Mutius Carthar. Conciuis meus,in ſuo tract.aliud de iure, aliud de conſuetud.inſcripto,propediem a Carolo eius ex Iulio fratre nepote,& ſacri Conſiſtorij Aduocatorum Decano in lucem edendo,cap.de brauio,vbi eruditè, & legalitèr.*

73 Nec poteſt in hoc eſſe locus gratificationi, quia eſſet contra *text.& gloſſ.in l.ſi quis ſeruum,§.inter duos,& ibi Angel.ff.de legat.2.l.eum hic ſtatus,§.ſi ambo,ff.de donat.inter vir.& vxor.*Quãmuis *text.in d.§. inter duos,*mihi videatur probare, locum eſſe gratificationi, cum poſitum ſit in electione hęredis,cui ſoluat; *gloſſ.tamen in verb.debere,* multa iura adducit, ad probandum, legatum non eſſe omnino nullum propter incer-
74 titudinem, ſed impediri eius præſtationem, & ei dandum, qui probauerit,de ſe teſtatorem ſenſiſſe; & ſi nemo probauerit, non debetur,quia non deficit ius, ſed probatio,*l.32.cum ex pluribus,ff.de manumiſſ.teſtam.l.3.§.ſi duobus,ff.de adim.legat.l.30:duo, ff. de teſtam. tut.* ex quibus probatur opinio *Ferret.*dandum ſcilicet eſſe brauium ei, qui probauerit,
75 ſe primum tetigiſſe metam; & ſi nemo probauerit, nemo habebit propter incertitudinem, ſed iterum currendum erit: an autem currere debeant omnes, qui in primo curſu cucurrerunt, an verò illi tantùm, qui priores fuerunt,& inter quos orta eſt dubitatio, & incertitudo? *Alex.in d.l.eum qui nouiſſimus,n.5. ff.ad S.C.Trebell.* ſcribit, eos tantùm
76 eſſe admittendos ad iteratò currẽdum, qui priores fuerunt, & inter quos adeſt incertitudo,reiectis, & excluſis alijs,qui poſteriores in curſu fuerunt; & hæc fuit opinio *Baldi contra Cynum in 1.Conſt. digeſtor.§.itaque,num.13.verſ.tem pone; & reſpondet iuribus a Cyno allegatis,* per quæ probare intendit,vt omnes debeant iteratò currere; quia cum nemo vicerit,nemo victus eſt;quæ ratio etiam placuit *Angelo in d.§.itaque,*dicen.ita determinatum fuiſſe, quòd omnes iterũ currant; & ita etiam ſeruatur in Vrbe, quando huiuſmodi caſus eueniant: & in hanc etiam partem magis inclinare videtur *Alex.loco cit.verſ.& quoad propoſitum; vide etiam Canoniſt. & ſignantèr Addent. ad Abbat. in c. Ioſeph, in verb. brauium, de verborum ſignificatione, &*

Mutium Carthariũ vbi ſupra.

Aliam quæſtionem ponit *Luc. de Pen.*
77 *in l.1. num.3. C. de curſu pub. lib.12.* Si pluribus currentibus ad brauium, vnus eorum cadat ex equo, ſed ipſe equus ad brauium primus perueniat, quæritur, an qui cecidit, lucretur brauium? & diſtinguendo ſoluit quæſtionem; aut brauium eſt appoſitum, vt ſola virtus equorum currẽtium oſtendatur, vt fit plerumque, & lucrabitur, quod etiam ſeruatur Romæ; vel apponitur brauium, vt militum, & equitantium virtus appareat, vt fit in Torneamentis, *Gioſtre*, nuncupatis; & in hoc ſubdiſtingue, ſi miles, vel eques propter ſuam imperitiam, & culpam cecidit, non habebit præmium; ſi verò culpa alterius, puta illius, qui poſuit brauiũ, vel cuiuſuis de mandato ipſius, tunc nõ imputabitur equiti, & præmium conſequetur: at ſi culpa, vel facto extranei, tunc datur actio contra culpoſum, qui niſi ſit ſoluendo, ex æquitate miles videtur admittendus ad brauium: ita *Luc.*
78 *de Penn. ibi*; addens, maximè puniendũ eſſe illum, qui culposè, & dolo præſtitit impedimentum; & faciunt tradita *à Tholoſan. de Republ. lib.7. cap.18. num.13* Tu verò adde, quandoque puniuntur etiam ſine dolo, ſi contra formam bannimentorum, & ordinationum impediatur curſus: & ita vidi ſeruatum Romæ.

SVMMARIVM.

1 *Diebus quadrageſimalibus quid agendũ ex præcepto Eccleſiæ.*

2 *Eleemoſyna danda eſt, vt omnia nobis ſint munda, & ſicut aqua extinguit ignẽ, ita eleemoſyna peccatum.*

3 *Eleemoſyna melior eſt ieiunio, & oratione, & nemo ab ea excuſatur.*

4 *Bulla Boni Regiminis prohibet eleemoſynas; quod neque Imperatores chriſtiani, nec ethnici fecerunt.*
Declara. num.11.

5 *Eleemoſynas facere Dei præceptum eſt.*

6 *Ciuitates, & Vniuerſitates ſub tutela Dei, & Angelorum exiſtunt; quod veritatem ethnici quoque cognouerunt.*

7 *Pro ſalute Ciuitatum, & Vniuerſitatum orandum eſt, & dandæ ſunt eleemoſynæ.*

8 *Ex Charitate velut ex arbore multæ virtutes generantur, multique boni producuntur effectus.*

9 *Ciuitas ſolita dare eleemoſynas Religioſis, ſi faciat ſtatutum, per quod tollatur, vel minuatur eleemoſyna, nõ valet; & ſeruanda eſt conſuetudo.*
Amplia, ſi Vniuerſitas vno anno dedit vinũ, alio anno frumentum; hac tamen variatione non obſtante, tenetur. num. 10.

11 *Bulla Boni Regiminis non prohibet eleemoſynas, ſed ambitioſas largitiones.*

12 *Debitores debent potius ſatisfacere creditoribus, quàm facere eleemoſynas: hoc enim eſt facere eleemoſynam de alieno.*

13 *Vxor non poteſt facere eleemoſynam de bonis viri, etiamſi bona ſint dotalia.*

14 *Bulla Boni Regiminis quas eleemoſynas permittat, & quibus in caſibus.*

15 *Eleemoſyna vt rectè fiat, quænam ſint attendenda.*

16 *Mendicantibus validis, qui ex cupiditate habendi diuitias eleemoſynas petunt, deneganda eſt, & quare.*

17 *Mendicitas, ſeu neceſſitas duplex, alia licita, alia illicita, hæc à legibus damnata, illa à Chriſto Domino imperata.*

18 *Mendicantes forenſes poſſunt expelli à Ciuitatibus, quando eorum pœna damnoſa appareat.*

19 *Mendicantes validi vulgò, vagabondi, vel exilio propellendi, vel ad laborandum cogendi, quandoque ad triremes, vel ad opus publicum damnandi.*

20 *Quæſtuarij, ſeu biãtes ſunt, qui alicuius Eccleſiæ, vel Sancti nomine eleemoſynas extorquent.*

21 *Vniuerſitates habentes miniſtros deputatos ad erogandas eleemoſynas quid illis iniungendum ſit; videlicet quòd*
1 Ciuis pauper præferendus eſt forenſi.
2 Nobiles pauperes præferendi ignobilibus.
3 Seni potius, quàm iuueni.
4 Ei, qui ſine culpa in paupertatem incidit.
Alia vide num. ſeqq.

22 *Inter omnes aduerſitates fortunæ, infælicisſimum genus infortunij eſt, fuiſſe fælicem.*

23 *Nobilis dicitur pauper, etiamſi in burſa habeat ſcuta centum, & quare.*

24 *Eleemoſyna non eſt facienda conciliandi amoris gratia, ſed menſura tenenda, vt abundet in pluribus.*

25 *Iuſti etiam aliquando, Deo permittente, vexantur.*

26 *Eleemoſyna danda eſt illis, qui ſine cauſa anguſtiantur in carceribus, vel alibi.*

Elee-

27 *Eleemoſyna ſi danda eſt extraneis, multò magis parentibus, & conſanguineis, etiam iniuſtis.*

28 *Melius eſt ſubuenire ſuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, vel ſubſidium neceſſitati poſtulare.*

29 *Sacerdotibus, & Religioſis facienda eſt eleemoſyna; dignum eſt enim, vt temporalia metat, qui ſpiritualia ſeminat.*

30 *De eleemoſyna quædam ſcitu digna vide remiſſiuè ad D. Thomam.*

31 *Concionatoribus a quibus præſtanda ſint alimenta, vel eleemoſynæ, ex Decreto ſacræ Congregationis Concilij.*

Et Concilium Tridentin. in hac re non ſubſtulit conſuetudinem immemorabilem, & ideo illi valdè tribuendum. num. 32.

33 *Puellis, & virginibus eleemoſyna danda eſt, ſiue temporale, ſiue ſpirituale matrimonium contrahentibus.*

34 *Conditio, vt puella intra certum tempus nubat, an ſit recipienda.*

35 *Tēporis præfinitio ad concludendas nuptias valida eſt.*

36 *Legatum factum puellæ, ſi nupſerit, implendum eſt intra triennium poſt pubertatem: licèt aliqui contrarium ſentiant.*

37 *Vniuerſitates quando teneantur ad eleemoſynas pro conſtruendis, vel reparandis Eccleſijs Parochialibus.*

38 *Ius publicum conſiſtit etiam in ſacris, & Sacerdotibus.*

39 *Vniuerſitates tenentur concurrere cum eleemoſynis in reparatione Eccleſiarum, quando ipſius Eccleſiæ redditus ſunt valdè tenues.*

40 *Declaratio ſacræ Congregationis Concilij ſuper concurſu Vniuerſitatis in reparatione Eccleſiæ.*

41 *Reparatio Eccleſiæ pertinet ad eos, qui redditus ipſius Eccleſiæ capiunt.*

42 *Vniuerſitates tenentur ad reparationes Eccleſiarum, quando in hoc ſit introducta conſuetudo.*

43 *Collecta imponenda ab Vniuerſitate pro conſtruenda Eccleſia, Hoſpitale, ſeu loco pio, debet imponi de conſenſu omnium de Vniuerſitate.*

44 *Vniuerſitas pro eleemoſynis antiquis faciendis non tenetur petere licentiam a Superioribus, ſicut tenetur in nouis eleemoſynis.*

§. XV.

Gloſſ. 5.

Eleemoſynę.

CAP. XXXXI.

RECEDANT
1 iam ludi, & ſpectacula, dū hoc Quadrageſimali tēpore Sancta Mater Eccleſia nos admonet, digitoque demonſtrat, eſſe nunc tempus acceptabile, adeſſe nunc dies ſalutis, in quibus exhibere debemus noſmet ipſos, ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in ieiunijs, in vigilijs, in charitate non ficta, ad ſaluandas animas,
2 ad redimenda peccata: Cum autem *in Euang. Lucæ cap.* 11. habeamus dandam eſſe eleemoſynam, vt omnia nobis munda ſint; nam ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum: ſiquidem meliorem ieiunio, & oratione
3 eſſe eleemoſynam, nec quemquam ab ea excuſari poſſe, docet *Innocent. III. in libello de eleemoſ. cap.* 4. Ideo cū in textu noſtro de eleemoſyna mentio fiat, de ea nonnihil dicendum putaui.
4 Cum autem ex verbis Bullę nec etiam permiſſum eſſe videatur Vniuerſitatibus facere eleemoſynas ex pecunia publica, durus hic ſermo videtur; nūquid enim, vt D. Gregor. ait homil. 37. *Aliud iudex nunciat, & aliud præco clamat?* Chriſtus enim Dominus, eiuſque dilectiſſima Sponſa, & noſtra Mater Eccleſia eleemoſynas, & charitatem pręcipiunt: Summus verò Pontifex, qui eſt ipſius Chriſti Domini in Terris Vicarius, in hac Conſtit. illas prohibet; & tamen nec ipſi Imperatores, qui ſecularia tractant, id facere præſumpſerunt, imò expreſsè ſanxerunt, dandam eſſe eleemoſynam, *in l. 2. C. de Epiſcop. aud. ibi: Hanc autem non fiſco noſtro volumus accedere, ſed pauperibus fideliter erogari.* Et hoc eſſe Dei preceptum *ex Deuter. cap.* 15. apparet. *Non*
5 *deerunt* (inquit) *pauperes in terra habi-*

tationis tuæ, idcircò ego præcipio tibi, vt
aperias manum fratri tuo egeno, & pau-
peri, qui tecum verſatur in terra : & in
nouo Teſtamento *Matth.* 19. Ieſus ab
adoleſcente interrogatus reſpondit : *Si*
vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia,
quæ habes, & da pauperibus, & habebis
theſaurum in Cœlo : & pauperes opibus
iuuare, Epiſcopi gloriam eſſe legimus
in c. gloria, 12. quæſt. 2. Nec dicatur, elee-
moſynam ex præmiſſis, reſpicere ſalutem
animarum ſingulorum; cum autem Vni-
uerſitates animam non habeant, ſed fa-
ciant quoddam corpus fantaſticum, ex
Menoch. conſ. 709. n. 1. & 8. Myſing. cent. 4.
obſer. 78. num. 7. & ideo nihil ad eas per-
tinere eleemoſynas, nec illis prodeſſe:
6 Quia reſponderet, etiam Ciuitates, &
loca, ſub tutela, & cuſtodia Omnipoten-
tis Dei repoſitas eſſe, *vt Regius Prophe-*
ta cecinit pſalm. 126. ibi. Niſi Dominus
cuſtodierit Ciuitatem, fruſtra vigilat,
qui cuſtodit eam ; & ſub Angelorum cu-
ſtodia Ciuitates, Oppidaque eſſe ſcribit
Victorell. in ſuo tract. de Angelorum cu-
ſtodia, lib. 2. pag. 134. Et hanc veritatem
agnouerunt, & faſſi ſunt etiam ethnici, vt
legitur *in elegia Solonis a Demoſthene in*
oratione de falſa legatione relata, & apud
Stobæum tom. 2. in fin. his verbis in lati-
num verſa.

Non Vrbem ſuperi cupiunt euertere
noſtram,
Et vobis, niſi ſint Numina læſa, fa-
uent :
At noſtra cuſtos arcis Tritonia Pallas,
Perpetua cura, mœnia noſtra tegit.

Et Virgilius lib. 1. æneid. Carthaginem
ſub cura, & tutela Iunonis fuiſſe dicit,
ibi.

Quam Iuno fertur terris magis omni-
bus vnam
Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius
arma
Hic currus fuit.

7 Pro ſalute igitur, & tutela Ciuitatum,
& Oppidorum orandus eſt Deus, & bo-
na ſunt opera facienda, inter quæ chari-
tas, & eleemoſyna magis emicat, *ex B.*
Paul. Apoſt. ad Corinth. 1. cap. 13. Si linguis
hominum loquar, & Angelorum, chari-
tatem verò non habeam, factus ſum velut
æs ſonans, aut cymbalum tinniens ; & ſi
tradidero corpus meum, ita vt ardeam,
charitatem autem non habuero, nihil mi-
hi prodeſt, &c. & B. Gregor. homil. 27. in
8 *Euang. Vt enim* (inquit) *multi arboris*
rami ex vna radice prodeunt, ſic multæ
virtutes ex vna charitate generantur,
nec habet aliquid viriditatis ramus boni
operis, ſi non manſerit in radice charita-
tis.

Eleemoſyna autem mundat, liberat,
redimit, protegit, poſtulat, impetrat,
perficit, benedicit, iuſtificat, reſuſcitat,
ſaluat, *vt Innoc. III. ſcribit in lib. de elee-*
moſ. cap. 1. & vt magis ad rem noſtram
accedamus, *Bart. in l. priuilegia, num. 3.*
C. de ſacroſ. Eccleſ. ait, ſi Communitas,
9 quæ erat ſolita dare eleemoſynas Reli-
gioſis, poſtea faciat ſtatutum, per quod
tollatur, vel minuatur talis eleemoſyna,
hoc ſtatutum non valet, *c. ad apoſtolicã,*
de ſimon. Abb. in c. penult. in fin. de ſepult.
Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 34. num. 1.
verſ. ideo videmus; quos ſequutus eſt *Pe-*
trus de Auendañ. de exeq. mand. part. 2.
cap. 10. num. 18. dum ait, ſeruandam eſſe
conſuetudinem, quam ab antiquo tem-
pore habuit Conſilium alicuius Vniuer-
ſitatis de bonis communibus expende-
re in eleemoſynas aliquorum Monaſte-
riorum, hoſpitalium, vel alterius rei in
chriſtianæ pietatis ſplendorem ; nam
huiuſmodi bonorum communium ero-
gatio iuſtiſſima eſt ; & hoc idem ſcribit
Io. de Plat. in l. quicumque, in princ. verſ.
ex quo infertur, C. de fide inſtr. & iur.
haſt. fiſc. lib. 10. Cyn. in d. l. priuilegia,
verſ. Imperator concedebat, C. de ſacroſanct.
10 *Eccleſ.* vbi ampliat concluſionem, ſi vno
anno præſtetur vinum, alio anno fru-
mentum, licèt hæc ſit incerta præſtatio:
Eccleſia tamen hoc præcipuum habebit,
& valet; vt in ſimili de conſtitutione do-
tis habes *a Papiniano in l. 70. cum poſt*
diuortium, §. in domum, verſ. gener a
ſocero, ff. de iur. dot. facit Munnoz. de
Eſcobar. tract. de ratioc. cap. 25. num. 41.
& ſeq.

Quibus ita præmiſſis, ſi benè conſide-
11 rentur verba, & diſpoſitio noſtri textus,
vtique videbimus, non eſſe a piiſſimo, &
religioſiſſimo Pontifice prohibitas ve-
ras, & ſanctas eleemoſynas, ſed ambi-
tioſas illas largitiones, & erogationes,
quæ ſpecie recti, & ſub prætextu charita-
tis fiunt; vel ſi Vniuerſitas ſit magno ære
alieno grauata, a quo vt eximatur, reſe-
candæ ſint expenſæ : non enim rectè fa-
12 ciunt illi, qui creditores ſuos fatigant,
& vexant, dum poſſunt illis ſatisfacere,
ſed proprias facultates erogant, & im-
pendunt in eleemoſynas, & in aliquod
opus pium, quia hi dicũtur facere elee-
moſynas de alieno, quod eſt a iure pro-
hibitum, *c. 22. ſa te credimus, de iureiur.*
& ibi gloſſ. in verb. quod alij, Nauarr. in
com-

comment.ad 2. partem Decret.de orat. & hor.can.cap.23.num.22.verſ. aliud enim
13 *eſt*; ex quo inſerunt Doctores noſtri, vt
neque vxor poſſit facere eleemoſynam
de bonis viri, etiamſi illa ſint bona do-
talia, *vt poſt gloſſ.in c.quod Deo,in verb.
hunc,33.quæſt.5.ſcribit Abb. in quæſt.3.
num.10. Alex & alij in l. ſi conſtante,
§. ſi maritus,num.2. ff. ſolut matrim.*
14 Permittit igitur hæc noſtra Conſtitu-
tio eleemoſynas, vt illa verba textus in-
dicant; *re ipſa pro Diuino cultu, & veris
Chriſti pauperum indigentijs,de conſilio,
& conſenſu loci Ordinarij ſubleuandis,
&c.* vrgente enim neceſſitate, de publi-
co ærario ſubueniēdum eſt pauperibus,
*Munnoz.de Eſcob.& alij per eum addu-
cti tract.de ratioc.cap.25.num.42.*qui ait,
has expenſas, ſeu eleemoſynas in calcu-
lo recipiendas eſſe: & nos videmus in
omnes fermè Tabellas certas pecuniarū
ſummas aſſignatas pro eleemoſynis de
publico ærario faciendis quolibet anno:
Nec etiam nouis euenientibus indigen-
tijs, ſacra Congregatio Boni Regiminis
aſsolet viſcera chriſtianæ pietatis clau-
dere, ſed eleemoſynas a Communitati-
bus in publicis conſilijs conceſsas con-
firmare, & licentias erogandi concede-
re, præſertim vbi Communitates non
ſint ære alieno grauatæ, & ceſset quo-
rundam ciuium ambitio, qui ſe patres
patriæ profitendo, ex pecunijs publicis
ſe liberales oſtentant, cum tamen de
proprijs facultatibus nec minimum quid
impendunt, vel erogant.

Hac igitur concluſione firmata, non
eſse, inquam Vniuerſitatibus omnino
15 prohibitum facere eleemoſynas, præ-
mittendum modò putaui, quæ requi-
rantur, ad hoc vt eleemoſyna rectè fiat?
& decem attendenda eſse, docet *Lucas
de Penn. in l.vnic.C.de mendicant.valid.
lib.11.ſub num.3.& ſeq.*videlicet,

Primò, vt animo voluntario demus.
Secundò, cum hilaritate vultus.
Tertiò, cum dulcedine ſermonis.
Quartò, cum animi feſtiuitate.
Quintò, in vita, & ſanitate demus.
Sextò, cum humilitate.
Septimò, manu propria.
Octauò, iuxta facultates noſtras.
Nonò, vt ordinatè demus.
Decimò, de proprijs bonis.

Ita Lucas de Penna, qui has decem cō-
ditiones examinat, & probat, alias qui-
dem eſse neceſsarias, alias verò ad bene
eſse.

Videndus eſt etiam *Lud.de Peguer.in*
16 *deciſ.4.per tot.*qui docet,quibus ſit dan-
da, vel neganda eleemoſyna; non eſse
quippe audiēdos mendicantes validos,
illos, inquam, qui ex cupiditate haben-
di diuitias, & otiosè viuendi, a nobis
petunt eleemoſynas; & hoc duabus po-
tiſſimùm rationibus probat: Prima eſt,
ne prætextu eleemoſynę otioſorum ho-
minum foueatur inertia; ſecunda, ne ab
his validis mendicantibus verè debili-
bus, & egenis auferatur panis: & ex ea-
dem quoque deciſ.colligis duplicem eſ-
ſe neceſſitatem, licitam ſcilicet, & illici-
17 tam, & hæc ab Imperatore *in l.1. C.de
mendic.valid.lib.11. & a Sanctis Patrib.
& D.Thoma præſertim 2. 2. quæſt. 185.
art.5.* reprobatur: illa verò, quæ licita
eſt, recipienda, & fouenda tanquam
Chriſti Domini præceptum, *Matth.cap.
25.ibi. Amen dico vobis,quod vni ex fra-
tribus meis minimis feciſtis, mihi feci-
ſtis, eſuriui, & dediſtis mihi manduca-
re, &c.*

Mendicantes verò forenſes inutiles
18 expelli poſsunt a Ciuitate, quando eo-
rum mora poteſt eſse damnoſa, vt quia
auferunt, vel minuunt victum infirmis,
& inualidis, præſertim ſi rei frumenta-
riæ penuria laboretur; *ita Ioan. de Plat.
in d.l. vnica, num.2.* C. *de mendic.valid.
Menoch.de arbitr. caſu.352.per tot.* vbi
de validis, & inualidis mendicantibus
agit; *Tholoſ. in ſyntag.iur. Vniu. lib.39.*
19 *cap.6.num.12.& ſeq.* qui vult, hos men-
dicantes validos, vagabundos appella-
ros, exilio propellendos eſse, vel ad la-
borandum cogendos, recuſantes verò
puniendos, & aſserit pluries in Gallia
vidiſse hos ad triremes damnatos; quod
etiam ſeruatur in Italia, & in Vrbe præ-
ſertim quolibet anno, hos vagabundos
carceribus includi, exinde ad Centum-
cellas tranſmitti, vt in reparatione por-
tus laborent, quandoque etiam ad ſali-
nas damnantur; & vide *bonum text. in
Auth.de quæſtore, §. ſi verò huius, ibi;
hos non fruſtra eſſe terræ onus permitte-
re,ſed tradere citius eos, vt operum publi-
corum attinet artibus, ad miniſterium,
&c.* & ſub hac ſpecie militant etiā non-
nulli, quos Canoniſtæ appellant *quæ-
ſtuarios,vulgò, bianti*: hi namque ali-
20 cuius Eccleſiæ nomine, vel Sancti, elee-
moſynas a ſimplicibus viris, & mulieri-
bus extorquent, vt otiosè viuant, de
quibus loquitur *tex.in c.tuorum,de pri-
uileg.c.cū ex eo,de pœnit.& remiſſ. & ibi
Scriben.videndus eſt Ripa de remed.præ-
ſeru.contra peſtem,a n.165.uſque ad 176*

Sed

21 Sed his omiſſis, ad eos, quibus licet petere, & accipere eleemoſynas, reuertamur: Si aliqua igitur Vniuerſitas habeat miniſtros deputatos ad eleemoſynas erogandas, hi debent primo loco dare, & præferre ciues pauperes forenſibus: *Peguer.deciſ.4.num.11.c.eſt probanda,diſt.86.*

Secũdo pauperes nobiles in eleemoſyna præferendi ſunt ignobilibus, *Tiraq. de nobilit.cap.20.nu.148. & 149.per tex. in c.conſideranda, & c.ſeq. diſt. 86. Menoch.caſu 532.num.24.*

Tertio, ſi concurrat ſenex cum iuuene, potius danda eſt eleemoſyna ſeni; & ſi facienda eſt diuiſio, plus habeat in diuiſione ſenex, quàm iuuenis; *d. c.conſideranda, ibi,vt ſenioribus plus largiaris; Archid.in c.domino ſancto,num.6.verſ.in eleemoſynis,diſt.50.*

Quarto promptius iuuandus eſt ille, qui ex diuite cecidit in egeſtatem, ſine tamen ſua culpa, aut vitio; ſed aut latrocinijs, aut proſcriptione, aut calumnijs, bona, quæ poſſidebat, amiſit; *d.c.conſide-*
22 *rãda,in fin.& ibi gloſſ.3.& 4. quæ refert Boetium dicentem: inter omnes aduerſitates fortunæ infœliciſſimum genus infortunij eſt fuiſſe fœlicem; Ripa de remed. præſer.contra peſt.n.179. & ſeq.* addens,
23 nobilem dici pauperem, etiamſi in burſa habeat centum aureos, ex quibus viuere poſſit, ſed tamen cum iſtis dignitatẽ, & ſtatum ſuum ſeruare non valeat; & ante eum hoc dixit *Bald.in l.ſi quis ad declinandum,num.5.verſ.circa tertium,* C. *de Epiſcop. & cler.* vbi multa de erogatione eleemoſynæ, & legati ad pias cauſas.

24 Quintò, non conciliandi fauoris gratia danda eſt eleemoſyna ab Officialibus Ciuitatum, ſed menſuram tenere debẽt, vt abundent, & in plures diuidatur, ex *D.Ambroſ.lib.2.off.cap.21.a Gratian.relato in c.pulchra,diſt.86.* Dominus enim non vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari, *c.Dominus,ead.diſt.86.*

Sextò, licèt Regius Propheta dicat; *non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem*; permittit tamen a-
25 liquando Deus, vt etiam iuſti exerceantur, *ex eodem D.Ambroſ.lib.1.off.cap.30. & D.Aug. ideo Deus permittit malos eſſe in hoc mũdo,vt boni ex illis exerceantur*; & alia multa adduci poſſent, quæ tamen ſuperflua ſunt, cum hæc veritas omnibus innoteſcat; quapropter ſi quis ſine
26 iuſta cauſa anguſtiatur, vel in carceribus detinetur, danda eſt huic eleemoſyna; nam etſi omnibus debeatur miſericordia, iuſto tamen magis debetur; *c.non ſatis,verſ. ſi ſit in carcere,d.diſt.86. Gabr. Berart.de viſitat.temp.cap.23.num.83.* Et in Eccleſiaſtica Ditione creditor, qui facit ſuum debitorem carcerare, ſi hic ſit pauper, & non habeat aliunde, vnde viuat, tenetur illi eleemoſynam, ſiue alimenta dare, vt dictum eſt *ſupra* §. 15. *gloſſ.3.ſub num.25.& ſeq.* quamuis carceratio ſit iuſta, & ex iuſta cauſa procedat.

Quæ quidem concluſio, ſubueniendi ſcilicet viris iuſtis, ſed ex Dei permiſſio-
27 ne vexatis, quamuis vera ſit in omnibus etiam extraneis, multò magis procedit in patre, filio, & alijs propinquis, & cõſanguineis, ſi cum extraneis cõcurrant, nam potius ſubueniendum eſt patri, filio, & conſanguineis iniuſtis, & iniquis, quàm extraneo iuſto; *Archid.in c.non ſatis,num.1.diſt.86. gloſſ.in c.1. in verb. fideles, diſt.30.* quæ reſpondet etiam ad contraria; *Goffred.in ſum.tit.de temp.ordin.§. ſed pone, quod pater tuus, S.Tho. 2.2.quæſt.31. art.3. verſ.ſed contra, & quæſt.32.art.9. facit text.in c.eſt proban-*
28 *da,diſt.86. ibi,melius eſt enim, vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati, &c.& vide Aſynius de execut.§.6.cap.6.num.3. & ſeqq.*

29 Septimò, facienda eſt eleemoſyna Sacerdotibus, & Religioſis viris; dignum eſt enim, vt temporalia metant, qui ſpiritualia ſeminant, *ex Apoſt. ad Corinth. cap.9.& ponitur in c.cum ex officijs in fin.de præſcript.Surd.tract. de alim.tit.1. quæſt.60.num.6.& ſeq.& ferè per tot.facit D.Thom.2.2.quæſt.32.art.3.* vbi quærit, vtrum eleemoſynæ corporales ſint potiores, quàm ſpirituales: & ita videmus in omnibus ferè Tabellis quid certum pro eleemoſynis Sacerdotibus, & Religioſis viris erogandis, aſſignatum.

Alia ſcitu digna de eleemoſynis vi-
30 denda ſunt apud *D.Thom.2.2.quæſt.32.* quam diuidit in decem articulos, in primo agit; vtrum eleemoſynæ largitio ſit actus charitatis; ſecundò de diſtinctione eleemoſynarum; tertiò, quæ ſint potiores eleemoſynæ, vtrum ſpirituales, vel corporales; quartò, vtrum corporales eleemoſynæ habeant effectum ſpiritualẽ; quintò, vtrum dare eleemoſynas ſit in præcepto; ſextò, vtrum corporalis eleemoſyna ſit dãda de neceſſario; ſeptimò, vtrum ſit danda de iniuſtè acquiſito; octauò, quorum ſit dare eleemoſynam; nonò,

nonò, quibus ſit danda; decimò, de modo dandi eleemoſynas.

31 Sed oritur quæſtio, quæ non ratò diſputatur inter Epiſcopos, & Communitates: eligunt enim Epiſcopi Concionatores, illoſque mittunt ad prædicandum Chriſti Euangelium per loca ſuarũ Diœceſum, quæritur, quis debeat ſubminiſtrare eleemoſynas, & alimenta Concionatoribus? ſuper hac facti ſpecie conſuluit *Surd.conſ.254. Præpoſitus Eccleſiæ*, & pro vtraque parte rationes adducens, in hoc tandem reſidet, vt ad Epiſcopos, & Parochos ſpectet hoc onus, eo quia illis iniunctum eſt onus prædicandi; qui autem eſt obligatus aliquid agere, hoc debet ſua impenſa præſtare, *vt ibi per eũ num.* 10. *&* 11. in numeris tamen ſeqq. dicit, multum in hoc eſſe tribuendum conſuetudini; & hoc idem repetit *in tract. de alim. tit.* 1. *quæſt.* 59. *Prædicatores, num.* 9. *verſ. an autem valeat, viden. per totam hanc quæſt.* in qua denique cõcludit; at ſi Illuſtriſſima Cardinalium Cõgregatio ad ſacri Tridentini Concilij interpretationem deputata aliquid declarauerit, illud erit pro lege ſeruandum: ſacra autem hæc Congregatio ita aliàs declarauit, & cenſuit, electionem, & deputationem Prædicatoris in eorum Eccleſijs Cathedralibus ad ſolos Epiſcopos pertinere, nulla habita ratione cuiuſcũque conſuetudinis etiam immemorabilis, qua talis electio, vel deputatio Capitulo, vel Epiſcopo vnà cum Capitulo, ſiue de eius conceſſione, ſiue cuiuſuis alterius competeret; eſſe autem in optione Epiſcopi, vtrum ipſe malit Prædicatorem in ſua Cathedrali eligere, & deputare, quando populus, vel quiuis alius illum etiam ab immemorabili eligere, & nominare conſueuiſſet, vel Prædicatoris nominationem alteri ex immemorabili competentem relinquere; ita tamen, vt ſi Epiſcopus huiuſmodi electionem ſibi aſſumat, populum, aliumuè ad ſolitas impenſas, atque eleemoſynas Prędicatori erogandas non compellat. Si verò populum, vel alium prædicta facultate nominandi Prædicatorem vti ſinat, eundem cogere poterit ad impenſas, & eleemoſynas Prædicatori præſtandas, quas in hanc cauſam præſtare ſolitus erat. In alijs ſimilitèr ſuæ Diœceſis Eccleſijs ad Epiſcopum pertinere electionem, & deputationem Prædicatorum impenſis eorum, qui illas præſtare vel

32 tenentur, vel ſolent; non tamen Concilium ſubſtuliſſe immemorabilem cõſuetudinem, qua facultas nominandi Prædicatorem in Eccleſijs non Cathedralibus alteri, quàm Epiſcopo competeret, &c. Ad cuius decreti pleniorem intelligentiam videndi ſunt *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 76. *Leonius in theſaur. fori Eccleſ. part.* 1. *de verbi Dei prædicatione, cap.* 8. *per tot. & alij ab iſtis indicati.*

Octauò, ſubueniẽdum eſt puellis, qui-

33 bus eleemoſynæ, & ſubſidia dotalia largienda ſunt, vt honeſtè nubant; expedit enim Reipublicę liberis hominibus repleri, vt dictum eſt aliàs; & ideo laudabilis eſt conſuetudo multis in locis, vt quolibet anno eligantur nonnullæ puellæ, quibus in prædictam cauſam dentur eleemoſynæ. Verùm quia quandoque apponuntur conditiones, vt intra certum tempus nubant, aliàs amittãt eleemoſynas, quæſitum eſt, an huiuſmo-

34 di conditiones ſint validæ, & intra quod tempus adimplendæ? & omiſſo multiloquio, dicimus has conditiones valere, prout in ſimili conſuluit *Anchar. conſil.* 219. *per tot.* quẽ refert, & ſequitur *Mantica de coniect. lib.* 11. *ti.* 18. *num.* 18. quia habent motiuũ rationis, vt ibi per eos;

35 temporis etiam præfinitionem ad concludendas nuptias valere, ſcribunt *Bart. Io. de Plat. & alij in l.* 2 *§. ad filiorum, num.* 1. *C. quand. & quib. quar. pars deb. lib.* 10. qui firmant, legatum factum puel-

36 læ, ſi nupſerit, implendum eſſe intra triennium poſt pubertatem; & hoc etiã voluit *Bald. in l. placet, in fin. de lib. & poſthum.* dicens, hoc alibi non reperiri, quàm *in d. l.* 2. *§. ad filiorum*, & tradit etiã *Iaſ. viden. in l.* 2, *conditioni, num.* 6. *verſ. non meminit Paulus, C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi concludit, conditionem, ſi nupſerit, habere tempus limitatum, itaut mulier poſt pubertatem debeat intra triennium nubere, & implere conditionem; *Mantic. loco cit. num.* 23. licèt ipſe *in num. ſeq.* contrarium ſentire videatur, rationibus per eum ibi adductis, quas vide, ſi lubet.

37 Faciendæ quoque ſunt aliquando eleemoſynæ ab Vniuerſitatibus pro conſtruendis, vel reparandis Eccleſijs Parochialibus, quando ſcilicet Eccleſia, vel Parochus, aut Beneficiati non habent redditus ſufficientes, quia ius publicum conſiſtit etiam in ſacris, & Sacerdotibus,

38 *l.* 1. *ff. de iuſt. & iur.* & commodum ſpirituale, quod in Eccleſia percipitur, omnes tangit, & ideo tali exiſtente neceſſitate, ex bonis communibus faciendæ ſunt

ſunt in hanc cauſam eleemoſynæ, vt notant *Abb. & alij Canoniſtæ in c. 1. de Eccleſ. ædific. vel repar. c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap. 10. num. 28. illat. 7. Gaſp. Parrin. de gabell. part. 2. a num. 209. vſque ad n. 220. Gabr. Berart. de viſit. temp. cap. 23. num. 85. exempl. 19.*

39 Hæc tamen concluſio declaratur habere locũ, ſi redditus Eccleſiæ ſint adeo tenues, vt vix ſufficiant pro ſubſtentatione Rectoris; *Abb in c. ſi quis, num. 8. de reb. Eccl. non alien.* quapropter Parochiani, & Vniuerſitas tenentur in ſubſidium, *idem Abb. in c. 1. nu. 4. de Eccleſ. ædif. &c.* Et cum in facti contingentia hanc habuiſſem quæſtionem pro Vniuerſitate Montis Leonis Comitatus Vrbis veteris, ſub Diœceſi tamen Ciuitatis Plebis, ſacra Concilij Tridentini Congregatio ita
40 declarauit. [*Die* 18. Maij 1628. In cauſa Ciuitatis Plebis. Sacra Congregatio Cõcilij cenſuit, ad ſupradictæ Eccleſiæ reparationem Archidiaconum, nec non Penſionarium proportionabiliter teneri; niſi tamen reſeruatio penſionis probetur exempta: Populum verò, & Rectorem eſſe ab Epiſcopo cum charitate, & dexteritate hortandos, vt voluntariè
41 aliquid *contribuant*.] Ex qua quidem declaratione collige, reparationem Eccleſiæ ſpectare ad eos, qui redditus ipſius Eccleſiæ percipiunt; *ad text in d. c. 1. v. de his, de Eccleſ. ædific. & ibi Scribentes, Parrinus de gabell. loco cit.*

Tenentur etiam Vniuerſitates cõcur-
42 rere ad huiuſmodi reparationes Eccleſiarum, quando hoc fuerit conſuetudine introductum; *Abb. d. c. 1. num. 3. Butr. num. fin. verſ. in his enim,* qui ait, omnes tam nobiles, quã ignobiles teneri, itaut nulla poſſit aff[e]rri legitima excuſatio: videatur *Hoſtien. in ſum. eod. tit. de Eccleſ. ædif. vel repar. in verb. a quibus ſit Eccleſia reparanda, verſ. in quibuſdam; Leon. in theſaur. for. Eccleſ. part. 2. de viſitation. cap. 16. num. 51. vſque ad fin.* qui ſatis luculentèr hanc concluſionem examinat, *Capibl. de Baron. part. 2. pragm. 19. cap. 100. ferè per tot.*

Sed hic oritur pulchra quæſtio. Vni-
43 uerſitas vult conſtruere Eccleſiam, Hoſpitale, vel alium locum pium, quæ tamen non habet pecuniam ſufficientem, ſed vult hac de cauſa imponere collectã; quæritur, an ſufficiat, quòd ad hanc impoſitionem conſentiat maior pars Decurionum, vel ſit neceſſe, quòd omnium conſenſus accedat nemine diſcrepante? & dicas, neceſſarium eſſe cõſenſum omnium; *ad tradita per Theſaur. deciſ. 257. num. 4. verſ. & per alia iura.*

Quid autem dicendum, ſi Vniuerſitas conſueuit ab antiquo tempore dare eleemoſynam alicui Monaſterio, Fratribus Mendicantibus, vel Hoſpitalibus, numquid ab iſta conſuetudine poſſit re-
44 cedere? Negatiuam tenent *quamplurimi Doctores relati a Gabr. Berart. de viſit. temp. cap. 23. num. 84. in exempl.* 17. qui hanc laudabilem conſuetudinem plurimùm extollit, addens, in antiquis non eſſe neceſſariam Superioris licentiam: Si verò eroganda eſt eleemoſyna de nouo, tunc eſſe petendam, & obtinendam licentiam: & ita etiam ſeruat ſacra Congregatio Boni Regiminis.

SVMMARIVM.

1 *Impenſa pro ſalario, & menſa officialis an ſit facienda a Principe, aut ab Vniuerſitate.*

2 *Collectæ, & tributa pertinent ad Principem.*

3 *Camera Apoſtolica recipit pœnas maleficiorum, & confiſcationes; & ideo ſoluit ſtipendia Officialium, qui ab ipſa mittuntur.*

4 *Officiales Vniuerſitatum varijs nominibus appellantur, & ab ipſis Vniuerſitatibus alimenta recipiunt.*

5 *Pro alimentis Officialium ſi imponẽda ſit collecta, hæc non per ſolidum, & librã, ſed per capita imponenda eſt.*

6 *Alimenta Officialium ab Vniuerſitatibus electorum quandoque minui, & ad tempus tolli poſſunt, ſed cautè in hoc procedendum eſt.*

7 *Stipendium pro menſa Officialiũ aliquando ex cauſa augetur.*

8 *Vniuerſitates conſtituunt ſtipendia medicorum, ludimagiſtrorum, & ſimiliũ, & ad hæc tenentur.*

9 *Vniuerſitates tenentur ædificare, ſeu reparare domos pro reſidentia Officialiũ. Amplia etiã, vt teneantur ad conſtruendum, & reparandum carceres, licèt cuſtodia carceratorum ad Principem ſpectet. ibid. [illegible]*

10 *Officialis tenetur habitare domum, quam Vniuerſitas ædificauit, vel reparauit.*

11 *Delinquentes ſi tranſportandi ſunt, vel puniendi, cuius expenſis ſiat.*

12 *Captura delinquentium in aliquo territorio cuius impenſa ſit facienda.*

13 *Vniuerſitates tenentur cuſtodire eorum terri-*

territoria a latronibus, & craſſatoribus.

14 *Vniuerſitates tenentur ad impenſas, quæ ſiunt in proſequendis, & capiendis delinquentibus: & fit diuiſio inter ipſas Vniuerſitates.*

15 *Vtilitas publica non eſt reparanda expẽſis quorundam de Vniuerſitate, ſed vniuerſorum ciuium.*

16 *Princeps negligens expurgare ſuum principatum a malis hominibus, & latronibus, tenetur ad refectionẽ damnorm.*

17 *Fortalitia licèt ſiant ad tutelam Ciuitatum, tamen quia cedunt vſibus proprijs dominorum, ab ipſis dominis ſunt cuſtodienda, & reparanda tempore pacis, & belli.*

18 *Qui habet fructus Caſtri tenetur ſoluere ſtipendia militibus, qui ibi pro cuſtodia tenentur, licèt hoc malè ſeruetur in praxi.*

19 *Princeps ſicut tenetur expurgare loca terreſtria a craſſatoribus, ita maritima a prædonibus, & pyratis, ſumptibus proprijs.*
Declara tamen vt ibi.

20 *Impenſæ in tranſitu, ſeu hoſpitatione militum a quibus ſint faciendæ.*

21 *Stattuũ cuiuſque Ciuitatis ita ligat ſuos ciues, ſicut lex imperat totum Orbem.*

22 *Communi contributione ſarciendum eſt, quod omnibus datum eſt.*

23 *Onus hoſpitandi, & ſubminiſtrandi vtẽſilia birruarijs de Cãpania ſpectat ad Vniuerſitates.*

24 *Tranſitus, ſeu incurſio militum connumeratur inter caſus fortuitos; hi verò caſus illos grauant, qui patiũtur damnum.*

25 *Meſſium cuſtodia, & fructuum recollectio facienda eſt expenſis eorum, quorum ſunt fructus.*

26 *Sacra Congregatio aliquando concedit cõtributiones inter Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici.*

27 *Impenſa, quæ ſiunt in conſtructione, & reparatione domorum ad publicam vtilitatem inſeruientium, a quibus ſint facienda.*

28 *Artifex, qui publicum conſtruxit ædificium, quãto tempore teneatur hoc manutenere, & conſeruare.*

29 *Caſus fortuiti quinã ſint, vide remiſſiuè.*

30 *Salarium pro cuſtodia vinearum, paſcuorum, nemorum, & ſimilium a quibus ſoluendum.*

31 *Ciues cogi poſſunt ad colendũ agros, plantandum vineas, & oliueta; & quare.*

32 *Salarium ſoluendum cuſtodibus agrorũ, & vinearum, ſoluendum eſt ab Vniuerſitatibus Status Eccleſiaſtici, quia ad eas pertinent emolumẽta pœnarum damnum dantium.*

33 *Boues aratorij an teneãtur ad pœnas pro damnis datis.*

34 *Decretum ſacræ Cõgregationis Immunitatis in materia damnorum datorũ: & quomodo cognoſcendæ ſunt huiuſmodi cauſæ.*

35 *Informatio facti in materia damnorum datorum pro Communitatibus Status Eccleſiaſtici, D. Camilli Pompilij Agentis Prouincialis.*

36 *Pœnæ damnorum datorum priuatiuè quoad omnes Sixtus V. conceſſit Commiſſario ſuper hoc erecto.*

37 *Horatius Burgius Maceratenſis emit a Camera Apoſtolica Commiſſariatum damnorum datorum. & poſt n. 79.*

38 *Capitula, & pacta, cum quibus venditum fuit prædictum officium Commiſſariatus damnorum datorum.*

39 *Clemens VIII. in locum Burgij Comiſſarij, ſoluto pretio, ſubrogauit Communitates Status Eccleſiaſtici.*

40 *Communitates Status Eccleſiaſtici fuerunt per multos ãnos in pacifica quaſi poſſeſſione damnorum datorum officiũ exercendo, pœnas exigendo, &c.*
Epiſcopus Terracinen. non citatis Communitatibus, obtinuit a ſacra Congregat. Immunitatis ſupra regiſtratum Decretum circa damna data. nu. 41.
Communitatibus ab ipſo decreto reclamantibus, ſacra Congregatio reſcripſit, exhibeatur Bulla Sixti V. num. 42.

43 *Pœnas damnorum datorum hodie ſpectare ad Communitates priuatiuè quoad omnes, ex capitulis apparet.*

44 *Clauſula,* cuiuſcũque ſtatus, gradus, &c. *comprehendit etiam Cardinales.*

45 *Communitates exigere poſſunt pœnas damnorum datorum eo modo, quo exigebat Camera Apoſtolica.*

46 *Dictio,* liberè, *totalitatem importat.*

47 Pœnas *damnorum datorum, etiã in pios vſus deſtinatas Commiſſario ab ipſo erecto conceſſit* Sixtus *V.*

48 *Statuta laicorum ſuper damnis datis ligant etiam animalia Clericorum.*

49 *Officiales laicorum poſſunt detinere animalia clericorum damnum dantia.*

50 *Eccleſia, & Eccleſiaſtici ſemper cõueniẽdi ſunt coram iudice eccleſiaſtico; & quomodo intelligenda eſt hæc concluſio.*

51 *Iudex exercens iuriſdictionẽ vigore Cõſtitutionum Summorum* Pont. *dicitur exercere vti delegatus ab illis.*

52 *Summus Pont. poteſt committere iuriſdictionẽ in rebus ſpiritualibus etiã laico.*
53 *Ex verbis Bullæ Clem. VIII. apparet eſſe comprehenſas perſonas eccleſiaſtic[illegible], & eorum bona, circa damna dat.*
54 *Decretum Card. Camerarij in* [illegible] *damnorum datorum inter C*[illegible] *& Communitatem S. Seueri* [illegible]
55 *Clauſula*, motu proprio, & [illegible] ſcientia, &c. *in reſcripto Pa*[illegible] *quirit aliquam derogatione*[illegible]
56 *Clauſula*. Quorum tenores, &c. [illegible] *tèr continet omnia exprimen*[illegible] *derogat.*
57 *Appellatione eccleſiaſticorum non* [illegible] *duntur Cardinales, neque Epiſco*[illegible] *quomodo intelligenda ſit hæc conclu*[illegible].
58 *Deciſio Rotæ in cauſa Tudertina damnorum datorum declaratur.*
59 *Obſeruantia procedẽdi in aliquo iudicio, & contra perſonas etiam exemptas, tollit omnem diſputationem.*
60 *Obſeruantiã Romanæ Curiæ præbet exẽplum alijs Curijs, & iudicibus.*
61 *Informatio Iuris D. Petri Franciſci de Rubeis tunc Aduocati Conſiſtorialis, nunc vtriuſque Signaturæ Referendarij, necnon eiuſdem ſacri Conſiſtorij, et fiſci Pontificij Aduocati celeberrimi, in in cauſa damnorum datorum, pro Cõmunitatibus.*
62 *Dictio*, nullus, *tanquam vniuerſalis negatiua nihil excludit; & dictio* præter, *magis firmat vniuerſalem negatiuam.*
63 *Iuriſdictio data cũ clauſula*, vt ſolus cognoſcat *illa cæteris videtur adempta, & redditur ratio, cum exemplis.*
64 *Ponderantur verba Bullæ Sixti V. in materia damnorum datorum.*
65 *Clauſula*, di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione, *cõprehendit etiã Cardd.*
66 *Clem. VIII. conceſſit Cõmunitatibus Status eccleſiaſtici officium damnorum datorum cum onere ſoluẽdi Cameræ Apoſtolicæ qualibet anno ſc. 26. m.*
67 *Clem. VIII. conceſſit officium damnorum datorum etiam priuatiuè quoad Epiſc.*
68 *Laici etiam in terminis iuris communis poſſunt exigere pœnas damnorum datorum contra animalia Clericorum, eorumque colonorum.*
69 *Cuſtos animaliũ Epiſcopi tenetur ſoluere pœnas damnorum datorũ Cõmunitati.*
70 *Conſules agriculturæ in Vrbe priuatiuè ad Card. Vicarium, & cæteros iudices eccleſiaſticos ex Apoſtolica permiſſione cognoſcunt cauſas damnorum datorum contra animalia clericorum.*
71 *Derogatio nõ requiritur, vbi Papa diſponit ex certa ſcĩẽtia in præiudiciũ tertij.*
72 *Princeps procedens per viã legis vniuerſalis derogat ad omnia contraria.*
73 *Reſpondetur ad deciſ. R. P. D. Lãcellotti, in cauſa Tudertina damnorum datorum.*
74 *Informatio Iuris D. Hipolyti Merendæ Aduocati eximij in cauſa damnorum* [illegible]*torum pro Communitatibus.*
[illegible] *locandi iuriſdictiones eccleſi*[illegible] [illegible] *comprehendit etiam iuriſdictio*[illegible] [illegible]*mnorum datorum.*
[illegible]*eſtas eſt indubitata, nec recedendum a verbis, quando ſunt clara.*
[illegible] *Papalis per viam legis com*[illegible] *etiam clericos, & perſonas* [illegible]*as.*
[illegible] *uris D. Antonij Sperelli pro Epiſcopis in cauſa damnorum datorum. poſt n. 77.*
Tribunalia eccleſiaſtica nunquam veniunt in generali diſpoſitione facta laico: & quare. poſt n. 77.
Clauſula, quorum tenores, &c. *effectus. poſt n. 77.*
Cardinalis Camerarij aſſertioni quando ſit ſtandum. poſt nu. 77.
78 *Cauſa hæc damnorum datorum cum Epiſcopis adhuc indeciſa pendet, & defendenda eſt ſumptibus Vniuerſitatum.*
79 Salarium *cuſtodum agrorum, & nemorũ a Communitatibus ſoluendum* 79. *Amplia, hoc magis procedere in illis Cõmunitatibus, quæ habent ius paſcẽdi in eorum territorijs, etiã in bonis ciuium.* num. 80.
81 *Impenſæ in pulſandis cãpanis ad obuiandum tempeſtatibus, ad occidendum locuſtas, & bruchas, & alia huiuſmodi, ad quos ſpectent.*
82 *Hæretici expellendi ſunt a Ciuitatibus, ne boni ciues inficiantur.*
83 *Vicinus cogi poteſt ad expurgandam latrinam, ne malus odor noceat vicino.*
84 *Incãtatores, & Magi nedũ expellẽdi ſunt a Ciuitatibus, ſed etiã capite puniendi.*
85 *Morboſi, a quibus alij poſſunt inficiari, expellendi ſunt a Ciuitatibus.*
86 Commiſſarij, *& miniſtri quandoque eliguntur ad occidẽdas locuſtas, & bruchas cum certo ſalario.*
87 *Locuſtæ, & bruchus ſi ſint in fundis Vniuerſitatũ, ſũptibus ipſarũ occidẽdi ſũt, & deficiẽte pecunia, imponitur collecta.*
88 *Niniuites ob publicas orationes, & ieiunia iram Dei placauerunt, euerſionem Ciuitatis, & ciuium euitarunt, indulgentiamque a Deo obtinuerunt.*
89 S. *Mater Eccleſ. luſtrationes, ſeu Proceſſiones publicas indicit ad irã Dei placandam;*

cădă;& hæ ſumptu publ. ſunt facĭĕda.

90 *Vniuerſitates cogi poſſunt ad ſubminiſtrandum cereos, & luminaria, vt Sanctiſſimum Chriſti Domini Corpus exponatur in neceſſitatibus publicis.*

91 *Prouincia Calabriæ anno 1638. quaſſationem, & terræ motus adeo vehementes ſenſit, vt quadraginta, & vltra loca muris circundata euerſa fuerint.*

92 *In calculo publici ærarij referendum eſt, quod in vtilitatem tam nobilium, quă plebeiorum apparet impenſum.*

93 *Pondera, & menſuræ adhibendæ in venditione frumenti, olei, & ſimilium, ex publica pecunia ſunt comparanda.*

Licèt aliqui contrarium dicant, nempe ad Principem ſpectare hanc impěſam, quando ipſe ex huiuſmodi inſtrumentis recipit emolumentum, & hæc ratio conſideranda eſt etiam in Vniuerſitatibus. num. 94.

95 *Commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis.*

§. XV.

Gloſſ. 6.

Sumptus, aut Impenſas.

CAP. XXXXII.

LICET ſupra *§. 8. gloſſ. 1. in verb. expenſis, cap. 20.* quædam dicta ſint, quæ etiam hic referri poſſent; attamen quia hæc Conſtitut. Boni Regiminis nihil magis ſatagere videtur, quàm vt ſuperfluę ab Vniuerſitatibus reſecentur impenſæ, & ſumptus; ideo hanc eandem materiam iterum aggredi non inutile duxi; omiſſis tamen ijs, quæ ſupra dixi, & nouos tantùm caſus ad rem optimè facientes referam.

Primus igitur caſus erit de impenſa, quæ fit pro menſa, ſeu ſalario Officialiũ cuiuſuis Vniuerſitatis; an inquam hæc facienda ſit ab Vniuerſitatibus, ſeu ab ipſo Principe? & in hoc diſtinguendum puto: aut enim ſunt Officiales miſſi a Principe ad regendas Vniuerſitates, & ad has impenſas videtur dicendum, quòd teneatur Princeps, quia ad ipſum pertinet cuſtodia ſubditorum, a quibus propterea exigit collectas, & tributa;
2 *Gram. deciſ. 47. num. 2. Petr. de Auend. de exeq. mand. par. 2. cap. 10. num. 3. verſ. alias autem, Lucas de Penn. in l. annonas, C. de erogat. milit. ann. lib. 12. Io. de Plat. in l. indictiones, num. 5. C. de ann. & trib. lib. 10. latè, & benè Maſtrill. de magiſt. lib. 1. cap. 21. num. 17. 18. & ſeq. viden.* & in Eccleſiaſtica Ditione hoc idem ſeruatur; quia *ex Conſtit. Pij IV. Sixti V. & alio-*
3 *rum Succeſſorum* Camera Apoſtolica recipit pœnas maleficiorum, & confiſcationes bonorum, ideo ſoluit ſalaria, & ſtipendia officialibus ab ea deputatis, & miſsis ad regendas Vrbes, & gubernandos populos.

Aut verò ſunt Officiales ipſarum Vni-
4 uerſitatum, qui varijs nominibus appellantur, nempe

Defenſores.
Conſeruatores.
Confalonerij.
Priores.
Maſſarij.

& hi eliguntur ab ipſiſmet, & ex ipſis ciuibus, vt redditus, & prouentus ipſarum Vniuerſitatum curent, & regant, de quibus magis præcise a nobis agendum eſt, quia de iſtis propriè loquitur Conſtitutio Boni Regiminis, & iſtis quidem ſubminiſtrantur impenſæ, nedum pro eorũ victu, ſed etiam quandoq; etiam pro veſtimentis, pro famulis, & inſeruientibus, iuxta qualitatem, & dignitatem Ciuitatum, & locorum: & iſtæ impenſæ deſumũtur ex redditibus Vniuerſitatum, qui niſi ſufficiant, imponitur collecta, non per ſolidum, & libram, ſed per capita;
5 *Io. de Plat. in l. indictiones, num. 5. C. de ann. & trib. lib. 10. Doctor. in l. 4. ſi ſe non obtulit, ff. de re iudic. Feſtaſ. de collect. part. 2. cap. 2. num. 16. & ſeq. Oldr. conſ. 98. per tot. Bellon. conſ. 12. num. 8. verſ. primũ eſt;* & iſtæ impenſæ annotantur in tabel-
6 lis cuiuſuis Communitatis, quas excedere minimè licet; poſſunt tamen aliquando minui, & quandoque omnino, ad tẽpus tamen tolli, ſi Vniuerſitates ſint maximo ære alieno grauatæ, prout ego vidi ſublatas fuiſſe Communitati Nepeſinæ, & ad extinctionem partis debiti applicatas.

Verum in hoc cautè procedendum puto, ne ſcilicet ciues tali oblectamento priuati, munera publica detrectent, & negligant: ſatis enim omnes procliues

ſumus ad negligendum, quod commu-
nitèr poſſidetur, & niſi aliquo honeſto
commodo alliciamur ad publica nego-
cia capeſſenda, vtique res publicæ in
præceps ruunt, & citò dilabuntur. Et
ideo vidi etiam aliquando auctum ſti-
7 pendium pro menſa Magiſtratibus pa-
randa, vt decentius viuere, & Vniuerſi-
tatum negocijs promptiùs vacare poſ-
ſint; ita Conſalonerio, & Conſeruatori-
bus Pacis Vrbeuetano populo præſiden-
tibus die 18. Nouembris 1623. Eminen-
tiſſimo, ac Reuerendiſsimo D. Cardinali
Creſcetio illius Ciuitatis Epiſcopo pro-
tegente, aucta eſt impenſa pro illorum
menſa.

Secundus caſus eſt in impenſa, quam
8 faciunt Vniuerſitates in conductione
medicorum, ludimagiſtrorum, & ſimiliũ
officialium, *de qua dictum eſt ſupra* §. 12
*gloſſ. 2. in verb. Conſilijs, & alia quædam
refert Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap.
10. num. 8. verſ. ſextum exemplum, Me-
noch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 46. num. 3. & 4
Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 21. ferè per
tot. Gabr. Berart. de viſit. temp. cap. 23. nu.
49. & ſeq.*

9 Tertius caſus erit in impenſis, quæ
fiũt in reparatione domorum, in quibus
reſidere debent officiales ad ius redden-
dum, & ad ipſam Rempublicam admi-
niſtrandam, vel etiam ad conſtruendos,
vel ſarciẽdos carceres pro cuſtodia reo-
rum; ad has enim impenſas tenentur
Vniuerſitates, ex doctrina *Munnoz. de
Eſcob. tract. de ratioein. cap. 25. nu. 10. &
11. poſt Auendag. & alios ab eo relatos;
quibus adde Gabr. Berart. de viſit. temp.
d. cap. 23. num. 42. & ſeq.* vbi de conſtru-
ctione carceris, quæ licèt videatur fa-
cienda impenſis fiſci, cum carcer ſit in-
uentus ad cuſtodiam delinquentium, &
debitorum, *l. aut damnum, §. ſolent, ff.
de pœn. l. fin. C. de cuſtod. reor.* nihilomi-
nus contrarium ſeruatur, quòd ſcilicet
carcer ædificetur, & conſtruatur impen-
ſis Reipublicæ. Cuſtodia verò carcera-
torum ad Principem, cuius eſt iuriſdi-
ctio loci, pertinet, ad latè tradita per
Card. Zab. in Clement. 1 §. ſanè, de hæret.
31 *Gabr. Berart. d. cap. 23. num. 44.* & ita vi-
di, Cameram Apoſtolicam proprijs im-
penſis præparaſſe compedes, & catenas
ad cuſtodiendos delinquentes, & con-
demnatos, & detentos in carceribus Ci-
uitatis Caſtellanæ; quicquid in contra-
rium ſcribat *Munnoz. de Eſcobar. de ra-
10 tioc. d. cap. 25. num. 11.*

Vbi verò domus pro officialibus fue-
rit conſtructa, vel reparata, tenentur of-
ficiales illam inhabitare, *vt diximus ſu-
pra §. 7. gloſſ. 1. num. 35. per textum in l.
14. C. de off. Rect. Prou.*

Quartus caſus erit in Impenſis, quæ
fiunt pro capiendis, & tranſportandis
delinquentibus; & in hoc videndi ſunt
*Lucas de Penn. in l. annonas, C. de ann. &
trib. lib. 10. Foller. in pract. crim. in verb.
notatos expiat, num. 22. poſt Bart. in l. lege
Cornelia, ff. ad Syllan. Io. de Plat. in l. fin.
C. de erog. milit. ann. lib. 12. Petr. de Auend.
de exeq. mand. par. 2. cap. 10. nu. 14. Eſco-
11 bar. de ratioc. cap. 25. num. 12. & ſeq.* qui
hunc caſum in alios plures diſtinguit: ſi
enim delinquentes, aut malefactores ha-
beant in bonis, impenſæ ex bonis ipſo-
rum faciendæ ſunt: ſi verò non habeant,
& adſit accuſator, tunc ſumptibus accu-
ſatoris; at ſi neque reus, neque accuſa-
tor habeant; tunc dominus, qui commo-
da fiſcalia percipit, ſubminiſtrabit impẽ-
8 ſas; *Gabr. Berart. de viſit. tempor. cap. 23.
num. 97. in exempl. 25. qui tamen num. 98*
ſubdit, ſi captura facienda eſſet de plu-
ribus ribaldis, vel famoſis latronibus, qui
apud ſtratas graſſantur, & viatores ſpo-
liant, hoc caſu impenſa capturarum fa-
cienda erit de redditibus Ciuitatis, ſeu
12 loci, in cuius diſtrictu, & iuriſdictione
tales craſſatores delinquebant; & hoc
maximè procedit in Ditione Eccleſia-
ſtica, in qua Vniuerſitates tenentur cu-
ſtodire eorum territoria a furibus, & la-
13 tronibus, ex pluribus Conſtitutionibus
Summorum Pontificum, videlicet [illegible]
*II. Conſtit. 2. Bullar. nou. tom. 1. pag. 43.
Leonis X. Conſt. 28. eod. Bullar. & tom.
pag. 521. Pij IV. Conſt. 27. eod. Bullar. [illegible]
2. pag. 38. Pij V. Conſt. 10. eod. Bullar. &
tom. pag. 188. Gregor. XIII. Conſt. 65. eod.
Bullar. & tom. pag. 446. Sixti V. Conſt.
eod. Bullar. & tom. pag. 491.*

Sed accidit aliquando, vt pro inqui-
rendis delictis, & delinquentibus, tranſ-
mittantur a ſacra Conſulta, vel a Guber-
natore Vrbis latrunculatores (quos vo-
14 cant Cõmiſſarios) per diuerſa loca, qui
ſuum viaticum neque ab accuſatoribus,
neque a delinquentibus habere valent,
& tamen nemo tenetur ſuis ſtipendijs
militare; quapropter iſti latrunculatores
cogunt Officiales Vniuerſitatum ad ſol-
uendum ſtipendium, & viaticum (& hic
erit quintus caſus) quæritur, ex quibus
bonis Vniuerſitates ita coactæ ſoluere
debeant? hanc quæſtionem ſoluit *Mun-
noz. de Eſcob. d. cap. 25. num. 33. & 34.* di-
cens, imponendam eſſe collectam inter
eos,

eos, qui ex conſuetudine talia ſoluere
conſueuerunt; & benè aptâtur, quæ ſcri-
bit *Berart.d.cap.23.num.99.in exemp.26*
Et ita ſeruatū vidi annis proximè elap-
ſis, dum tranſmiſſi fuerunt Commiſſarij
cum birruarijs, militibus Corſis, & alijs
cohortalibus ad inſequendum, & capiē-
dum, quendam ſicarium, craſſatorem,
facinoroſum hominem, *Fra Paolo* nun-
cupatum, qui aſſumptis ſecum alijs ne-
quioribus ſe, Prouinciam Campaniæ, &
loca Vrbi proxima latrocinijs, craſſatio-
nibus, homicidijs, alijſque atrocioribus
delictis laniabat. Quicquid autem in
alimentis, & viaticis dictorum militum,
qui fuerunt inſequuti facinoroſos, im-
penſum fuit, inter Communitates illius
Prouinciæ proportionabili partitione
diuiſum, & recollectum fuit; quod iuris
aſſiſtentiam habere videtur, per ea, quæ
ſcribit *Foller.in pract.in verb notatos ca-
piat,num.12.verſ. aut volunt conuocare
ciues,&c.& poſt eum Munnoz.de Eſcob.
d.cap.25.num.21. & 22.* reddens ratio-
15 nem, quia publica vtilitas non eſt repa-
randa expenſis quorundam, ſed vniuer-
ſorum regnicolorum, vel ciuium; *Frãc.
a Ponte de poteſt.Proreg.tit.1.§.6. fere
per tot.Gabriel Berart.d.cap.23. num.99.
in exemp.26. licèt in num. ſeqq.* hanc cō-
cluſionem declaret, habere locum, quā-
do Principis patrimonium non ſufficc-
ret, quia ſicuti Princeps recipit a ſubditis
collectas, & tributa, ita tenetur purgare
Regnum, & Statum, ſeu Ditionem ſuam
a malis hominibus, & ſubditos in pace
tueri; ita *And. de Iſern. in vſib. feud. §.
quæ ſint regalia,num.14.verſ. hæc vectiga-*
16 *lia*, vbi ampliat dictum, ſi Princeps hoc
agere negligat, itaut ſubditi a latronibus
damnum patiantur, tenetur ad reſtitu-
tionem, & refectionem damnorum; *Ho-
ſtien.in ſum.tit.de cenſib.§.ex quib.cauſis
num.10.verſ.breuitèr puto,Luc. de Pen.
in l.annonas,num.2.C.de erogat.milit.ann.
lib.12.*

17 Et propter eandem rationem fortali-
tia licèt fiant ad tutelam Ciuitatum, ta-
men quia cedunt vſibus proprijs domi-
norum, ſunt ab ipſis dominis cuſtodien-
da, & reparanda tempore pacis, & belli;
non autem expenſis Communitatum, &
ſubditorum; *Angel.in l. turres, C.de ope-
ribus pub.Iaſ.in l.diuortio, §.vltimo im-
pendia,num.3. ff.ſolut. matrim. quem ſe-
quuta eſt Rota Rom.coram Seraph. deciſ.*
18 *514.num.3.* dicens, qui habet fructus Ca-
ſtri, tenetur ſoluere ſtipendia militum,
qui ibi pro cuſtodia tenentur; *Berart.d.
cap.23.num.100. Catel. Cotta in memor
verb.fortalitium, & verb.Rex*; qui poſt
relatas quorundam opiniones in cōtra-
rium facientes, concludit, licèt ratio, &
ius ita dictent, contrarium tamen ſer-
uatū vidiſſe ait in refectione Arcis Lau-
denſis, ad cuius impenſam ciues fuerunt
coacti: & nos quoque vidimus, & exper-
ti ſumus non ſemel tantùm, ſed bis in
Ciuitate Vrbeuetana, ab ipſa natura in
fortalitium effecta, & verba Summi Pon-
tificis Pij II. demonſtrant *in Comment.
lib.4. fol.110. [Mons* lapideus in media
valle conſurgit, ſex circitèr ſtadijs altus,
in cacumine planities eſt, tria millia am-
bitus paſſuum complexa, prætuptæ pro
muris ſunt rupes, quarum altitudo nun-
quam minor eſt vlnis viginti. Hic ædes
Ciuium, *&c.*] Quàmuis enim tota ipſa
Ciuitas ſit fortalitium, & ex ijs, quæ di-
cta ſunt, reparatio ſpectet ad Principem,
nihilominus anno 1624. & iterum anno
1644. reparata eſt, impenſa ſuorum Ci-
uium, & locorum per quindecim millia-
ria circū circa poſitorū, facta inter om-
nes proportionabili diuiſione per capi-
ta, ac etiam per æs, & libram.

19 Pari quoque ratione, ſicuti Princeps
tenetur ſuis ſumptibus, & impenſis ex-
purgare loca mediterranea, & terreſtria
a craſſatoribus, & prædonibus, ita quo-
que loca maritima, & mari adiacentia
a pyratis; *l.congruit, ff.de off. Præſid l.1.
C.de claſſic.lib.11.vbi Bart.Luc.de Penn.
Io.de Plat. & alij relati a Garzia tract.
de impenſ. & melioram. cap.21. num.35.
Gabr.Berart.tract.de viſit. temp. cap.23.
num.104.& ſeq.* qui tamen declarat cō-
cluſionem, quando portoria, ſeu gabel-
læ, quæ exiguntur in portubus, ſufficiunt
ad huiuſmodi impenſas; ſi enim non
ſufficiunt, tunc imponenda eſt collecta
ſubditis, vt ibi per eum: & ita ſeruatur in
Ditione Eccleſiaſtica, in qua vigore *Bul-
læ fel.rec.Sixti V.* exigitur collecta, nedū
a laicis, ſed etiam ab Eccleſiaſticis, cum
de vtilitate, & defenſione omnes tan-
gente agatur; *vt aliàs diximus in noti-
tia Cardinalatus, Congregation.18. de
Claſſe paranda*; & hæc collecta dicitur,
Taſſa delle Galere: & ad hanc rem con-
ferunt, quæ ſcribit *Munnoz.de Eſcobar.
in d.tract.de ratioc.cap.25.num.23.24.25.
26.& 27.viden.*

Huc etiam pertinere videntur impen-
20 ſæ, quæ fiunt in tranſitu militum, vel in
illis hoſpitandis, quæ quidem impenſæ
annis proximè elapſis fuerunt factæ ab
Vniuerſitatibus, per quarum territoria

etat

erat militum tranſitus, vel illis aſſignata
ſtatio; & cū iſtæ Vniuerſitates inſtarent,
& peterent, vt onus, & impenſæ parti-
rentur æqualitèr inter alias quoque Vni-
uerſitates, fuit dictum, obſtare *conſilium
Purpur. inter eius conſ. 428. ſub num. 21.
& ſeq. lib. 2.* dum ait, in facti contingen-
tia non potuiſſe Ciuitatem Saluienſem
facere peræquationem, ſeu partitionem
inter ſuos ciues pro expenſis factis in
hoſpitandis militibus, ex rationibus per
eum adductis. Si ergo Ciuitas Saluien-
ſis non potuit compellere ſuos ciues ad
huiuſmodi peræquationem, cum tamen
21 certum ſit, Statutum cuiuſque Ciuitatis
ita ligare ciues ſuos, ſicut lex Impera-
toris totum Orbem; *Bald. in l. benè a
Zenone, num. 1. C. de quad. præſcript. Iaſ.
conſ. 71. lib. 3.* multò minus poterit vna
Vniuerſitas aliam, ſibi non ſubditam, cō-
pellere, & collectare; vt latè probat *Pur.
pur. loca cit.*

Verùm pro affirmatiua, quæ magis æ-
qua videtur, Vniuerſitates ſcilicet, quæ
ſentiunt incommoda, & faciunt impen-
ſas in hoſpitandis militibus, & birrua-
rijs, eſſe ab alijs Vniuerſitatibus iuſta
peræquatione, ſeu contributione ſuble-
uandas, facit *text. in l. 1. ff. ad l. Rhod. de
22 iact. ibi, communi contributione ſarcia-
tur, quod pro omnibus datum eſt*; & in
terminis propoſitæ quæſtionis, hoc idē
ſeruari ait in Regno, *Franc. a Ponte in
tract. de poteſt. Proreg. tit. 1. §. 6. num. 29.
ibi, verùm mandatur, vt Terra mediter-
ranea contribuant, prout vnaquæque
plus, & minus diſtat, & maius, vel mi-
nus commodum ſenſit*; pro qua re adeſt
*deciſ. And. de Barulo in l. pro locis, & ibi
etiam Io. de Plat. num. 1. & 2. C. de annon.
& tribut. lib. 10.* dicentis, plus ſoluat Ci-
uitas, quàm Caſtrum, plus Caſtrum, quā
Villa, & quæ plus in vno grauatur, rele-
uetur in alio, *l. cum qui, ff. de tutcriur.*

23 Quæ quidem concluſio licèt ſatis æ-
qua videatur, haud tamen benè ſeruatur
in Eccleſiaſtica Ditione; ſiquidem Vni-
uerſitates, quæ ſubſtinent onus hoſpi-
tandi birruarios, quos vocant, di Cam-
pagna, ab alijs non releuātur, ſed totum
onus ſubſtinent; cuius rei ratio fortè
erit, quia Communitates, quæ ſunt in
via publica, & quotidie ab iter facienti-
bus frequentata, maiora etiam emolu-
menta percipiunt nō ſolùm ex gabellis,
quas exigunt a viatoribus, ſed etiam
quia facilius, & maiori pretio vendunt
eorum fructus, vt ſunt panis, vinum,
carnes, oleum, & ſimilia, quod non cō-
tingit alijs Vniuerſitatibus, quæ diſtant
a via publica, & ideo ſi in vno grauantur,
in alio releuantur, vt notat *Io. de Plat. d.
l. pro locis, num. 1. & 2.*

24 Alia quoque ratio deſumi poteſt *ex
Purpur. d. conſ. 328. num. 31. & ſeq.* dum
ait, tranſitus, ſeu incurſiones militum
connumerantur inter caſus fortuitos,
qui quidem caſus illos tātùm reſpiciunt
& grauant, qui patiuntur damnum, *l. qui
fortuitis, C. de pignor. act. l. 1. C. depoſit. l.
cum duobus, 52. §. damna, ff. pro ſocio,*
faciunt, quæ congerit *Auend. de exeq.
25 mand. part. 2. cap. 10. num. 25. & ſeq.* vbi
pro regula tradit, meſſium cuſtodiam,
& fructuum recollectionem faciendam
eſſe expenſis eorum, quorum ſunt fru-
ctus; nam licèt recollectio fructuum re-
ſpiciat annonam, & ſic publicam vtilita-
tem, tamen quia hæc eſt vtilitas ſecun-
daria; prima verò, & principalis eſt il-
lorum, qui ſunt domini, ideo hæc, non
illa attēditur, *vt ibi per eum n. 24. & ſeq.*

Quæquidem rationes licèt vim aliquā
facere videantur, attamen vrget *dec. Vl-
piani in d. l. 1. ff. ad l. Rhod. de iact.* præ-
ſertim quia conſueuit aliquando ſacra
26 Congregatio Boni Regiminis prędictas
contributiones, & peræquationes cōce-
dere inter Vniuerſitates eiuſdē Prouin-
ciæ, vt videre eſt in expenſis, quæ fiunt in
hoſpitādis militibus Corſis, quarum ex-
pēſarum reſtitutio datur illis Cōmunita-
tibus, quæ illas fecerunt, & adeſt in hoc
taxa æqualitèr impoſita, & partita inter
Vniuerſitates Ditionis Eccleſiaſticæ, vt
diximus aliàs. Quapropter videtur di-
cendum, huiuſmodi contributiones eſ-
ſe arbitrarias, & arbitrio Principis ali-
quando fieri, aliquando verò non.

27 Sextus caſus erit de ſumptibus, & im-
pēſis, quæ fiunt in conſtructione domo-
rum, ad publicum vſum, & commoditatē
inſeruientium, vt eſt macellum, furnum,
forum piſcium, & ſimilia, quia in his
verſatur communis totius populi vtili-
tas; qua in re videndus eſt *Innoc. in c. 69
ſignificante, in princ. de appellat. Auend.
d. part. 2. cap. 10. num. 7. Gabr. Berart. d.
cap. 23. num. 45. Eſ obſer. de ratio. d. cs. 25.
num. 36.* qui ait, has impenſas ferendas
eſſe in calculo; & idem iuris eſſe in im-
penſis, quæ fiunt in conſtructione, & re-
paratione Eccleſiæ, quæ tamen vnica ſit
in aliquo loco, & hæc Parochialis, nec
etiam ſit de iure patronatus alicuius fa-
miliæ particularis, vel ipſa Eccleſia ha-
beat dotem, & redditus competentes,
ex quibus ſarta tecta eſſe poſſint *ad tra-*

dita

dita per Paul. Cittadi. tract. de iurepatr. art. 5. num. 5. & ſeq. videndus eſt Surd. conſ. 62. per tot. præcipuè nu. 14. qui ait, ſi Vniuerſitas, vel populus aliquid impēdit in reparationē Eccleſiæ, cuius Rector habeat redditus ſufficientes, poterit, quod impendit, repetere ab ipſo Rectore actione negociorum geſtorum, ſi men animo repetendi talem impenſam fecit, vt ibi per eum; *& nos diximus ſupra gloſſ. proxima in verb. eleemoſyna.*

Et quòd Eccleſia parochialis aliquando conſtruatur, vel reparetur ſumptibus & impenſis Vniuerſitatum, vidi ego in facti contingētia Vniuerſitatis Tulpiæ, quæ hac de cauſa impoſuit annuū perpetuum cenſum ſcutorum mille in ſorte principali.

28 Sed hic oritur pulchra quæſtio. Vniuerſitas conuenit cum artifice de aliquo opere publico conſtruendo, quæritur, quanto tempore teneatur hic artifex manutenere, & conſeruare tale ædificiū publicum? dicas, ſpatio quindecim annorum; ita ſancitum habes *in l. omnes, 7. C. de operib. pub. in hac verba.* [*Omnes*, quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum, vel pecunia ad extructionē ſolito more credita, vſq; ad annos quindecim ab opere perfecto cum ſuis hæredibus teneantur obnoxij: itaut ſi quid vitij in ædificatione intra præſtitutum tempus peruenerit, de eorum patrimonio (exceptis tamen his caſibus, qui ſunt fortuiti) *reformetur, &c.*] Sed quinam

29 ſint caſus fortuiti, qui in hac ſanctione excipiuntur, vide *Sebaſt. Medic. tract. de fortuit. caſ. par. 1. quæſt. 12. per tot.*

30 Septimus caſus erit in impenſa, ſeu ſalario, quod datur Cuſtodibus ſegetum, vinearum, paſcuorum, nemorum, ſyluarum, & ſimilium, quos vocamus Guardianos, & quorum officium eſt, inuigilare, ne in agris, vineis, &c. damnum detur, & ſi inueniant homines, ſeu belluas damnum dantes, hos denunciare iudicibus ad hoc deputatis, & conducere etiam animalia ad carceres, vt præter emendationem damni, ſoluāt etiam pœnas ſtatutarias: Quæritur inquam, an impenſa, ſeu ſalarium horum Cuſtodum ſubminiſtrandum ſit ab Vniuerſitatibus, & ærario publico?

Et pro negatiua ſcribit *Auend. tg. de exeq. mand. par. 2. cap. 10. num. 23. verſ. tertiò infero,* motus, quia commodum huius cuſtodiæ reſultat in vtilitatem priuatorum, & certarum perſonarum, illarum ſcilicet, quarum ſunt fructus colligendi, & ideo ad eos pertinet etiā cuſtodia, *l. diuus, ff. de vſufr. & habit. l. quæſitum, §. ſaltuariū, ff. de fundo inſtr. l. ſi a patre, vel a domino, §. fructus, ff. de petit. hered. notat Bald. in l. 1. num. 3. C. locat. Bart. in l. fin. num. 1. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. & alij adducti ab Auend. loco cit.* qui addit, non eſſe attendendū, ſi ex recollectione fructuum reſultet abundantia, & vtilitas Ciuitatum, & locorum, vt legitur, & notant etiam *Scribentes in l. 1. §. cura carnis, ff. de off. Præfect. Vrb.* dicentes, quòd licèt cogi poſ-

31 ſint ciues ad colendum agros, plantandum vineas, olineta, & ſimilia, ad hoc, vt ipſa Communitas abundet pane, vino, oleo, & [illegible]ibus; *& tradit etiam Bart. in l. quoties, in fin. ff. ad municip. Florian. in l. ait Prætor, §. ſicut, ff. de his qui effud. & eiecer. Parif. de Put. de ſyndic. §. iudicis ſuprema poteſtas, cap. 1. num. 17.* attamen quia Vniuerſitates ſecundariò ſentiunt huiuſmodi commodum, & vtilitatem, primariò autem ciues, & qui colligunt fructus, quorum cōſeruandorum gratia apponuntur Cuſtodes, ideo ab ipſis, non autem ab Vniuerſitatibus faciendæ ſunt huiuſmodi impenſæ: ſequitur, & eadem fermè verba repetit *Gabr. Berart. de viſit. temp. cap. 23. nu. 93. & 94. in exempl. 23.* vbi firmat, ita practicari, & obſeruari in Ciuitate Taraconæ eius patriæ, itaut Conſules illius Ciuitatis eligant hos Cuſtodes, ciues tamen ſoluunt ſalarium, & faciunt impenſam.

Pro affirmatiua verò, vt huiuſmodi Cuſtodes retineantur ſumptibus, & impenſis Vniuerſitatum, præſertim in Eccleſiaſtica Ditione, probatur, quia iſti Cuſtodes, & denunciatores proſunt, æquè principalitèr tam ciuibus, quàm Vniuerſitatibus; ciues enim ex denunciationibus damnum dantium recipiunt emendationem, ſeu refectionem damni paſſi: Vniuerſitates verò recipiunt emolumenta pœnarū, in quas incidunt damnum dantes, ex conceſſione titulo merè oneroſo, emptionis ſcilicet officij dānorum datorum ab ipſa Camera Apoſtolica, vt conſtat *ex Bulla, ſeu Motu proprio fel. rec. Clem. VIII. inſcripto ſuper extinctione recentiorum vectigalium.*

Et ideo videmus ferè in omnibus Tabellis adnotatum inter publicas impenſas ſalarium Cuſtodum, ea ratione, quia

32 emolumenta pœnarum cedunt omninò ad commodum Vniuerſitatum, itaut Magiſtratus, & Officiales nullo modo poſſint

poſſint ſibi ipſis illas applicare, nec de illis gratiam facere, ſeu remittere; vt pluriès reſcripſit *ſacra Cōgregatio Boni Regiminis* in hæc verba. [*L'alteratione* delle pene de'danni dati, che ſogliono alle volte concederſi ad inſtanza de'padroni delle poſſeſſioni, non hanno a pregiudicare alle Communità, che hanno queſte pene ex titulo oneroſo: E però V.S Illuſtriſſima reſterà ſerulta di far dichiarare, che tutte le pene alterate ſin'hora ſotto il ſuo gouerno, ò de' ſuoi predeceſſori, s'intendano applicate alle Communità, ancorche foſſe detto nelle conceſſioni d'applicare alla Camera: & in auuenire potrà auuertire i ſuoi Giudici, che non le concedano, ſe non con le conditioni ſudette: e le bacio le mani. Roma li 12. Nouembre 1594.

Di V.S.Illuſtriſs.e Reuerendiſs.

Affettionatiſs.Seruitore

Bartolomeo Ceſi *Teſoriero.*

Et quòd Magiſtratus, ſeu Officiales non poſſint huiuſmodi pœnas remittere in præiudicium Vniuerſitatum, habes etiā ſequentes literas. [*Riceuendo* continui danni coteſta Communità dalle gratie, che fanno i ſuoi Priori, delle pene, che ſi douerebbono pagare dalli dannificanti, la ſacra Congregatione volendo rimediarui, ha riſoluto toglierli la facoltà di diſporne in alcuna maniera. Però da qui auanti non permetterete, che da detti Priori ſia fatta più alcuna gratia: e perche i ſucceſſori loro ne habbiano notitia, farete regiſtrar la preſente in Cancellaria: e ſtate ſano. Di Roma li 2. Gennaro. 1636.

Voſtro amoreuole

Il Card. Barberino.

Giulio Donati Segretario.

Sed numquid boues aratorij ſi dam-
33 num dederint, teneantur ad huiſmodi pœnas? affirmatiuam tenuerunt *Ferret. tract. de gabell. num. 529. Petr. Peeb. de iure ſiſten. cap. 4. num. 24. Giurba deciſ. 40. nu. 2. Mauſon. de cauſ. execut. lib. 1. ampl. 15. num. 18. & ſeq. vide annotat. ad Stat. agricult. Vrbis, cap. 61. de aratris montanis.*

Verùm annis proximè elapſis nōnulli Epiſcopi, quorum primus fuit Epiſcopus Terracinen. tentarunt inquietare, & perturbare Vniuerſitates in eorum quieta, & pacifica poſſeſsione exigendi has damnorum datorum pœnas, nedum a clericis, & perſonis eccleſiaſticis, ſed etiam ab eorum colonis, & cuſtodibus animalium, & nulla facta mentione, ſeu oſtenſis Bullis Sixti V. & Clement. VIII. in quibus etiam iſti comprehenduntur, ſequens decretum obtinuerunt *a ſacra Congregatione ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus, ſeu de Immunitate Eccleſiaſtica.*

Die 6. Septembris 1627.

SAcra Congregatio Cardinalium cō-
34 trouerſijs iuriſdictionalibus præpoſitorum cenſuit, cauſas damnorum datorum per clericos, & eccleſiaſticos, ſeu per eorum animalia, necnon per familiares, miniſtros, & colonos Epiſcoporum, & Menſæ Epiſcopalis, etiam laicos, ſeu eorum animalia in bonis quibuſcūque tam Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, quàm etiam laicorum ſpectare ad Curiam Epiſcopalem priuatiuè.

Si verò laici, eorumuè miniſtri, & animalia damnificent bona Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, Curiam Epiſcopalem procedere poſſe tanquam in cauſis mixti fori.

At quando coloni, & miniſtri Eccleſiarum, Clericorum, & Eccleſiaſticorum cum animalibus proprijs bona laicorum damnificant, cognitionem, tam quoad bona, quàm quoad perſonas laicorum, & eorum animalia ſpectare ad iudicem laicum priuatiuè; ſed ſi cum animalibus eccleſiaſticorum, vel eccleſiaſticarum, quoad perſonas ſpectare ad laicum, quo verò ad animalia ad curiam *eccleſiaſticam.*]

Quod quidem Decretum licèt in paris terminis iuris communis ſuſtineri poſsit; attamen in caſu noſtro, propter prædictas *Sixti V. & Clem. VIII. Conſtitutiones* ſecus dicendum videtur, vt in ſequentibus iuribus pro ipſis Communitatibus Eccleſiaſticę Ditionis iā dat[...], apparet.

Status Eccleſiaſtici damnorum datorum Stantibus hinc inde deductis.

Dub. An ſit inhibendum Epiſcopis in caſu, &c.

ILluſtriſsime Domine fel. rec. Sixtus
35 V. anno 1589. vt Apoſtolicæ Sedis, quæ tunc vrgebant, neceſsitatibus ſubueniret, abdicatis a Communitatibus Ciuitatum, & Terrarum totius Ditionis Eccleſiaſticæ (Vrbe Romana, & Ciuitate Bononia exceptis) emolumentis omnibus

nibus

nibus ex iuriſdictione,& pœnis damnorum datorum prouenientibus, ipſique Cameræ Apoſtolicę applicatis, inde officium Commiſſarij generalis damnorũ datorum ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ officiorum erexit, & inſtituit, eidẽque officio ſic erecto omnes pœnas,quę pro damnis datis incurri, & exigi conſueuerant, ex forma ſtatutorum, conſuetudinum,& bannimentorum publicatorum, & publicandorum in quibuſcumque locis Sedi Apoſtolicæ mediatè,
36 vel immediatè ſubiectis aſsignauit, & appropriauit; itaut de prædictis pœnis nullus alius, quauis auctoritate, vel dignitate præfulgens præter dictum Cõmiſſarium illas exigere, aut ſuper illis quouis prætextu procedere poſsit; ſed illæ omnes nullatenus immutatæ,ſed integralitèr, & abſque vlla diminutione ad officium dicti Commiſſarij ſpectare deberent, vt latius in Bulla, cuius datur copia, *ſumm.num.*1.

Quod officium die 24.Maij 1589. in
37 executione dictæ Bullæ, & Chirographi Sanctiſsimi emanati ſub die 8. eiuſdem Menſis, *ſumm.num.*2. fuit per Reu. Cameram locatum Horatio Burgio laico Maceratenſi ad nouem annos,ſub annua reſponſione ſcut. 8000. & cum alijs pactis, & capitulis, in eadem Bulla comprehenſis,& per viam edicti a Cardinali tunc Camerario publicatis, de qua locatione conſtat per publicum inſtrumẽtum rogatum in actis D.Tidei de Marchis hodie Seueri ſub die 24. Maij dicti anni 1589.

38 In quorum primo habetur,quòd omnes pœnæ pro damnis datis impoſitę,& imponendæ a Legatis, Vicelegatis, vel quouis alio Magiſtratu cenſeantur integralitèr applicatæ Cameræ Apoſtolicæ, & pro ea dicto Commiſſario.

In tertio priuantur iuriſdictione, & exercitio dicti officij damnorum datorũ quicũq; deputati a quauis Cõmunitate, Collegio, & a quacumque alia perſona, cuiuſcumq;ſtatus,gradus, & cõditionis, tam ſeculari, quàm eccleſiaſtica,& à Legatis a latere, itaut non poſsint ſe ingerere in dicto officio ſine licentia d.Commiſſarij ſub pœna ſcutorum mille in caſu, &c.

In quarto ſubijciuntur eidem officio, eiuſq; pœnis omnes, & ſingulæ perſonæ ſimilitèr cuiuſcumque ſtatus, gradus, & cõditionis,tam ſeculares,quàm eccleſiaſticæ, & camerales, exceptis tantùm Clericis eiuſdẽ Cameræ, ac etiam Cardinalibus, non obſtante quocumque priuilegio ex quocumque titulo conceſſo ab eadem Camera, aut a Summo Pontif.quę expreſsè intelligantur annullata, & reuocata.

In quinto, & ſexto inhibetur tam Vniuerſitatibus, quàm particularibus, & cuiuis perſonæ quantumuis priuilegiatæ, aut iuriſdictionem exercenti,ne impedire audeant d. Commiſſarium, ſeù eius miniſtros in exercitio,& omnimoda iuriſdictione dicti officij, ſub pœnis in ijſdem Capitulis comprehenſis.

In ſeptimo datur facultas dicto Commiſſario deputandi, & ad eius nutum amouendi iudices,aut poſſeſſores ſuper dicto officio cum poteſtate procedendi, & decidendi cauſas omnes circa dictum officium de plano ſine figura iudicij, & appellatione remota.

In duodecimo ſtatuitur,quòd Camera quoad omnes etiam Legatos de latere ſit iudex controuerſiarum omnium, quæ oriri poſsint ſuper intelligentia dictorum Capitulorum, & aliorum concernentium d.appaltum, cum facultate inhibendi quibuſcumque etiam Legatis de latere.

Vix triennium d.appaltus compleuerat Burgius, cum ex d.locatione, & ſub- 39
locatione ſubſecutis, ſubiectos Status Eccleſiaſtici multiplicitèr grauatos fuiſſe conſtitit, præſertim ob exactorum iniurias, & extorſiones; ideo ſan. memor. Clemens VIII. ſubrogauit in omnibus, & per omnia in locum d.Burgij Cõmunitates Status Eccleſiaſtici cum ijſdem capitulis, & onere ſoluendi eandem reſponſionem Cameræ Apoſtolicæ præcipien.Epiſcopis,& Archiepiſcopis omnimodam obſeruantiam præmiſſorum capitulorum, vt in eius Bulla ſuper extinctione recent. vectigalium, quæ datur impreſſa.

Tam a die ſubrogationis prædictæ vſque ad præſens, quàm etiam per longa temporum ſpatia ante erectionem dicti officij commiſſariatus ſuper damnis da-
40 tis Communitates Status Eccleſiaſtici fuerunt in quaſi poſſeſsione exercendi iuriſdictionem, exigendi pœnas damnorum datorum a quibuſcumque cuſtodibus animaliũ, tam perſonarum ſecularium, quàm eccleſiaſticarum, & etiã Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum etiam in bonis eccleſiaſticis damnum dantium, vt conſtat tam ex prouiſionibus a Cõmiſſario obtentis de anno 1604 *ſumm. num.*3. tum eò magis ex inſtru-

mentis actorum, quorum numerus penè infinitus datur in publica forma in manibus Illuſtriſs.D. ponentis, & aliquæ particulæ dantur in *ſumm. num.4.* Nec deſunt fides publicæ quamplurimæ officialium damnorum datorum. *ſumm.n.5* qui in diuerſis locis,& temporibus exercuerunt huiuſmodi officium contra eccleſiaſticos, & in his ad eorum officium ſpectantibus non modica videtur adhibenda fides.

Nihilominus Epiſcopus Terracinenſis de anno 1627.ſub die 6.Septembris,
41 extorſit decretum a ſacra Congregatione ſuper Controuerſijs iuriſdictionalibus, ſiue Immunitate Eccleſiaſtica, quo declaratur, animalia,& miniſtros Eccleſiarum non eſſe ſub dicto officio comprehenſos, vt latius ex eodem decreto, cuius copia datur, *num.6.*

Quin etiam idem Epiſcopus in ſua Diœceſi deputauit Officiales ſuper damnis datis, auxit pœnas, & alia fecit contra formam dictorum capitulorum, in quorum pœnam ſcuror. mille ex huiuſmodi contrauentione incidiſſe dicendum eſt.

Et quamuis Communitates recurſum habuerint ad eandem S.Congregationẽ
42 pro reuocatione d.decreti, fuit a d.Epiſcopo datum de defectu poteſtatis Car. Camerarij in eccleſiaſticos, cum Bulla Sixti V.tunc non reperiretur. Inclinabat tamen Congregatio ad reuocationem decreti, quatenus Bulla fuiſſet reperta; ac ideo partibus hinc, inde informantibus, reſcripſit. Bullam exhibendam eſſe: qua Deo dante reperta, & per nos comperto, quòd Camera in ipſa Bulla deputatur Iudex priuatiuè quoad omnes, in omnibus concernentibus huiuſmodi officium damnorum datorum,cum promiſſione indemnitatis ad fauorem dd. Communitatum, necnon cum facultate inhibendi quibuſcumque etiam Legatis de latere; ideo præuia propoſitione,& commiſſione huiuſmodi cauſæ in hoc ſacro Tribunali, emanauit ſupradict. dubium, affirmatiuè, vt creditur, reſoluendum.

43 Etenim quòd iuriſdictio, & pœnæ damnorum datorum ſpectent in caſu noſtro ad Communitates etiam priuatiuè quoad Epiſcopos ſatis ſuperque conſtare credimus ex lectura dd.capitulorum, dum in eorum tertio Iudices omnes tam ſeculares, quàm eccleſiaſtici cuiuſcumque gradus, & dignitatis ſint, priuatur omni iuriſdictione in cauſis damnorum datorum: nam cum non ſit dare caſum, in quo alij eccleſiaſtici præter Epiſcopos exercere poſſint iuriſdictionem huiuſmodi ſuper damnis datis,ſequitur, vt d.generalis locutio de Eccleſiaſticis perneceſſe referri debeat ad ſolos Epiſcopos, perinde ac ſi de illis fuiſſet facta ſpecialis, & indiuidua mentio.

Accedente præſertim illa clauſula,
44 *cuiuſcumque ſtatus,gradus,* ſub quo titulo R. Cameræ comprehenduntur etiã Cardinales, non ſecus ac ſi expreſsè nominati fuiſſent, *Ferrett.conſ.358.num.8.* multò magis comprehendi debent Epiſcopi, cum ſint inferiores, vt arg. it *Rota deciſ.238.num.10.p.1.diuerſ.*

Eadem ratione dum *in cap.4.* ſubijciuntur d.officio omnes perſonæ eccleſiaſticæ cuiuſuis ſtatus, cum prohibitione,quòd nullus ſe ingerere poſſit in cauſis damnorum datorum ſine licentia dicti Commiſſarij, vtique excluduntur Epiſcopi, & dum ſubijciuntur iſtæ perſonæ eccleſiaſticæ, multò magis & res earundem ſubiectæ eſſe cenſeri debent.

Viterius hoc idem fatendũ eſt, põderando verba dictarum Cõſtitutionum
45 Sixti V.& Clemen.VIII.quibus expreſsè cautum reperitur,poſſe Officiales Communitatum pœnas damnorum datorum nullatenus imminutas, ſed integraliter, & abſque vlla diminutione exigere; atque eo modo, quo Camera & eius appaltatores faciebant,& facere poterant. Cum autem indubitatum ſit, quòd Camera exigeret pœnas pro damnis datis etiam in bonis eccleſiaſticis, & cum eorum animalibus, conſequens eſt,vt etiã Communitates in eius locum ſubrogatæ id facere poſſint, vſque adeo, quòd ſi Epiſcopi partem huiuſmodi pœnarum exigerent, Communitates vtique non haberent eas integras, quod eſſet contra mentem concedentis,& aliàs declarauit R.Camera pro Communitate Ferentini. *ſumm.num.3.*

Necnon ponderando illa verba,quòd dictus Commiſſarius vti, frui, & gaudere poſſit dicto officio damnorum datorum liberè ex titulo verè oneroſo; nam di-
46 ctio *liberè*, ſimilitèr totalitatem importat,& quòd ſine aliqua diminutione, & contradictione res omnino ſortiatur effectum.

Vrget etiam illud, quòd Sixtus V.applicando pœnas omnes damnorum da-
47 torum, complexus eſt in ſpecie eas quoque pœnas, in pios vſus quomodocumque

que

que fuiſſent diſtinctæ; ex quo rectè infe-
rendum videtur ad pœnas ab Epiſcopis
exigendas, quorum munus præcipuum
eſt, eas omnes in vſus pios erogare, &
*ex ſacro Concil. Trident ſeſſ. 25. cap. 3. de
reform.*

Quin etiam ſtatuta laicorum ſuper
damnis datis, ſeu illorum pœnis exigen-
48 dis de iure communi, comprehendunt,
& ligant etiam animalia clericorum, vt
ex veriori opinione *Gram. cōſ. ciuil. 102.
num. 10. & ſeq. Surd. conſ. 301. num. 88.*
vbi dicit, quòd quando quis damnum
dat cum beſtijs clericorum, tenetur, &
cogitur ad emendam ex propria culpa,
& ex proprio delicto, non minus quàm
ſi puniretur pro homicidio patrato cum
gladio, vel ſica Eccleſiæ, non eſt in con-
ſideratione, quòd animal ſit Eccleſiæ, ſed
cuſtodem damnum dediſſe, qui non be-
nè cuſtodiuit animal, & propterea tene-
tur ad emendam.

Et reſpectu executionis faciendæ ad
49 effectum exigendi pœnas, quòd poſſint
officiales laicorum detinere animalia
clericorum, in puncto tenent *Luc. de
Penn. in l. iubemus, C. de nauib. nō excuſ.
lib. 10.* vbi ait, quòd ſtatuta huiuſmodi
in nullo reſpiciunt perſonas clericorum,
nec ſunt contra libertatem eccleſiaſticā,
cum libertas non conſiſtat in crimine,
vt ſcilicet poſſint clerici vti rebus alienis
domino inuito, ne ambitio clericatus
fiat rapinæ ſecuritas.

50 Et licèt vbi contra eccleſiaſticos agē-
dum ſit, ſiue actione perſonali, ſiue rea-
li ſemper agi debeat coram iudice ec-
cleſiaſtico, id tamen procedit, vbi aga-
tur contra clericos ad damna, & pœnas
tela iudiciaria, non quando pœna ob id
exigenda eſt de plano, abſque aliqua te-
la iudiciaria, & controuerſia iudiciali, vt
in caſu noſtro, quia tunc contra bona, &
animalia clericorum exequutio fieri po-
teſt, cum directè non fiat læſio perſonis
eccleſiaſticis, ſed rebus ſubiectis huiuſ-
modi oneri: latè *Gram. d. conſ. ciuil. n. 10.
Salzed. in prax. crim. canon. c. 56. fol. 234.
Calder. conſ. 15. tit. de for. compet.* & con-
cordantes opiniones declarat *Rolan. cō-
ſil. 23. num. 18.*

Sed quicquid ſit de iure cōmuni, nos
51 verſamur extra omnem difficultatem,
quia Communitates nituntur priuilegio
Apoſtolico, *ex Conſtit. Sixti V. & Cle-
ment. VIII.* quo caſu iudex laicus non
exercet iuriſdictionē nomine proprio,
ſed nomine delegantis; & ſicut de po-
teſtate delegantis dubitare ſacrilegij in-
52 ſtar eſſet, cum & illa, quæ iuriſdictionis
ſunt, licèt ſpiritualia eſſent, per Summos
Pontifices laicis committi poſſint, vt eſt
text. in c. benè. 96. diſtin. ita de voluntate
in caſu noſtro apertiſſimè conſtat ex
Conſtitutionibus, & capitulis prædictis,
in quibus per ampliſſima, & geminata
verba comprehenduntur omnes perſo-
næ tam ſeculares, quàm eccleſiaſticæ, ex-
ceptis Cardinalibus, & Cameræ Apo-
ſtolicæ Clericis; ex quibus omnibus om-
nino fatendum eſt, etiam Epiſcopos eſ-
ſe comprehenſos; ſtante præſertim *dicta*
53 *Conſtit. Clem. VIII.* in qua mandat, præ-
dicta omnia ſeruari in Ciuitatibus, & lo-
cis, tam mediatè, quàm immediatè Sedi
Apoſtolicæ ſubiectis, etiam Cardinalibus
in gubernium conceſſis: præcipitque
Archiepiſcopis, & Epiſcopis, vt prædi-
ctis omnibus obtemperent; ex quo ſatis
declaratiue videtur, quòd intendebat e-
tiam comprehendere res, & animalia
eccleſiaſticorum; *Deci. conſ. 423. in fin.
Curt. conſ. 3. num. 3. Rota in Fauentina
de Nicolutijs. 19. Martij 1582. coram
Seraphino.*

Hinc orta controuerſia de anno 1594
inter Canonicos S. Seuerini ex vna, &
54 Communitatem, & homines dictæ Ci-
uitatis circa exactionem dictarum pœ-
narum, Cardinalis Camerarius declara-
uit, iuriſdictionem omnimodam circa
pœnas damnorum datorum ſpectare ad
Communitatem, ac propter damnum
dantes cum animalibus etiam in bonis
eccleſiaſticis conueniendos eſſe coram
Gubernatore, & iudice illius Ciuitatis,
vt in literis ſumm. num. 7.

Quin & ipſa Epiſcoporum Congrega-
tio ſub die 14. Aprilis 1615. rectè ſanxit,
Clericos non eſſe impediendos, quomi-
nus denūciare poſſent, & ciuilitèr que-
relare in officio damnorum datorū pro
damnis in eorum bonis illatis, dummo-
do iuramentum præſtarent in tribunali
eccleſiaſtico, *vt in eius decreto ſummar.
num. 8.*

Non obſtant, quæ obijciuntur *ex Cō-
cil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de reformat.* cum
declaratione ibidem Eminentiſſimorum
Cardinalium illius Congregationis In-
terpretum, nempe ſub iuriſd. eccleſiaſti-
cis, quòd comprehendatur iuriſdictio-
ne damnorum datorum, cui dubio non
videtur derogatum in ſpecie *per dd. Cō-
ſtit. Sixti V. & Clem. VIII.*

Quia cum Summi illi Pontifices pro-
55 ceſſerint motu proprio, ex certa ſciētia,
& de plenitudine poteſtatis, non requi-

rebatur alia derogatio; *Rota deciſ. 614. num.3. part.2.recent.* vel contrarium diſponendo, ſatis derogaſſe cenſetur, maximè cum proceſſerit per viam legis, &
56 Conſtitutionis, & accedente clauſula, *Quorum tenores, &c.* per quam dicuntur virtualitèr expreſſa omnia contraria, & illis omnibus derogatum.

Nec etiam obſtat, ſub generali appellatione eccleſiaſticorum non eſſe comprehenſos Epiſcopos; quia hoc nō pro-
57 cedit, quando ex materia ſubiecta, & legitimis circumſtantijs, vt in caſu noſtro ex deductis ſupra apparet de mente contrarium diſponentis, tunc enim appellatione clericorum comprehenduntur etiam Epiſcopi; *ex latè deductis in deciſ. 633. par.1.diuerſ.*

Minus refragatur *deciſ. ex aduerſo allegata Tudertina damnorum datorum,*
58 *24.Maij 1602.coram bo.me. Card. Lancellotto;* tum quia nil aliud in ea concluditur; niſi quòd Epiſcopus procedere poſſit pro damnis datis, ſed pœna, quæ exigitur a iudice ſeculari nihil cōmune habet cum pœna ſalutari, quem Epiſcopi inferre ſolent: tum magis, quia deciſ. illa loquitur in puris terminis iuris communis, & in cauſa vertente inter Epiſcopum Tudertinum, & Baronem Baſchi, qui non erat comprehēſus in huiuſmodi appaltu, *vt declaratur in dicto Chirographo ſumm.num.2.* Nos autem verſamur in priuilegio Apoſtolico per viam contractus, & titulo oneroſo, pecunia interueniente, conceſſo: & ex Romani Pontificis verbo pro tali declarato, quòd ſcilicet tali priuilegio laicus ſit capax iuriſdictionis eccleſiaſticæ, quia illam dicitur exercere nomine concedentis, *vt eſt text.in c.illud, 10.quæſt.3.*

Prout nec ad rem facit alia *deciſ. Oſten. ſub die 1.Decembris 1595. coram bo. me. Penia,* quia loquitur in terminis admodum diuerſis, nimirum de recurſu ad tribunal iudicis laici, ſub prætextu violentiæ iudicis eccleſiaſtici, quod non contingit in caſu noſtro damnorum datorum, in quo ſimplicitèr fit retentio animalium vſque ad executionem, & ſolutionem damni, & pœnæ, & ſic vt ſupra dicebamus, non ſit læſio perſonis eccleſiaſticis, ſed tantùm oneri ſubiectis,

Tolliturque omnis difficultas ex inueterata obſeruantia pluſquàm triginta
59 annorum, nam etſi verba conceſſionis, & priuilegij eſſent dubia, quod negamus, obſeruantia procedendi etiam contra animalia clericorum ſubſtulit omnem diſputationem; ſicuti obſeruantia Vrbis, a qua cętera exemplum ſumere debent,
60 ad prædicta valdè confert, cum in tribunalibus tam Eminentiſſimi Vicarij, quàm A.C. & Gubernatoris iudicis laici exerceatur iuriſdictio in ipſas perſonas eccleſiaſticas; & quod proprium eſt ad caſum noſtrum, Conſules Agriculturæ ſine vlla controuerſia procedunt in cauſis damnorum datorum contra clericos; quippeque ſtatutis Agriculturæ ligantur, *vt ex addit.bo.me.R.P.D.Benigni ad cap.4. litera B.*

Quare, &c.

Camillus Pompilius Agens Prouinciæ Romandiolæ.

Iuris.

61 ILluſtriſſime Domine. Eſt inhibendum Epiſcopis, & Archiepiſcopis Status Eccleſiaſtici, ne ſe ingerant in cauſis damnorum datorum, in quibuſuis bonis etiam clericorum, ab eorum animalibus, colonis, miniſtris, & cuſtodibus; quia ex Motu proprio Sixti V. & Clementis VIII. earum cognitio, & exactio priuatiuè quoad omnes ſpectat ad Communitates Status Eccleſiaſtici.

Sixtus enim illas cunctis abdicatas in toto Statu Eccleſiaſtico tam mediatè, quàm immediatè ſubiecto perpetuò applicauit, & appropriauit Cameræ Apoſtolicæ, & ſic applicatas pro dote conceſſit officio ab ipſo deſuper erecto, cum clauſula, *ita & talitèr,* vt de prædictis pœnis nullus alius quauis auctoritate, poteſtate, & dignitate præfulgeat, præter Commiſſarium dicti officij pro tempore exiſtentem illas exigere, & de illis diſponere, aut ſuper illis quomodocumque quouis prætextu, colore, & ingenio procedere poſſit, & valeat, ſed illæ omnes, & ſingulæ integralitèr, & abſque alia diminutione ad officium, vel cui officium huiuſmodi concederetur, ſpectēt, & pertineant, nec ſuper illis a quoquam poſſit *moleſtari,* quæ quidem includit etiam Epiſcopos, & Archiepiſcopos pōderando dictam prohibitionem, quòd nullus alius in toto Statu Eccleſiaſtico quauis auctoritate, poteſtate, & dignitate præfulgens poſſit procedere ſuper
62 damnis datis, eorum pœnas exigere, & de illis diſponere, præter dictum Commiſſarium. Nam dictio, *nullus,* tanquam vniuerſalis negatiua omnes excludit: *gloſſ.in c.ſtatutum, verb. nullus, de reſcript.in 6.Gemin.conſ.35.num.4.* etiam illos, qui propter eminentiam ſui gradus, & dignitatis non fuiſſent cōprehēſi

ſub

ſub generali ſermone, ob verba prædicta, quauis auctoritate, poteſtate, dignitate præfulgeat; *ad text. in c. quàmuis, de off. ordin. in 6. cum ibi not. per Archidiac. in verb. conditionis; Io. andr. ante num. 1. Gemin. ſub num. 4. & Franc. num. 7. cum alijs per Gonzal. ſuper regul. 8. gloſſ. 28. num. 1. & ſeq.* Dictio verò, *præter*, magis firmat dictam vniuerſalem negatiuam, cui ſubijcitur, eſſe veram in omnibus, præterquam in dicto Commiſſario, quē ſolum includit, *iuxta theoricam Bart. in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, num. 6. verſ. dictiones autem exceptiuæ, & num. 7. ff. ſi quis cautionib.* quam ſequuntur relati *per Sanch. de matrim. lib. 1. diſp. 19. nu. 9. verſ. item quia dictio; & Coſm. in pragm. Sāct. de elect. c. ſicut, §. quid ſi alitèr, verb. præter, verſ. ſi verò procedit:* vnde liquet dicto Cōmiſſario in omnibus locis Status Eccleſiaſtici datam fuiſſe iuriſdictionem procedendi in damnis datis, & eorum pœnas exigendi priuatiuè quoad omnes Epiſcopos, & Archiepiſcopos, iuxta dctor. *Angel in l. 1. num. 1. verſ. eſt enim, C. vbi, & apud quem, relat. a Felin. in c. paſtoralis, num. 2. verſ. limita tertio, de off. iud. ord.* quòd ſi vni detur iuriſdi-
63 ctio cum clauſula, *vt ſolus cognoſcat*, illa cęteris videtur adempta, & ratio eſt, quia vni conceſſum videtur alijs denegatum; *Bald. in l. certa ratione, num. 4. verſ. & eſt ratio, C. quand. prouoc. non eſt neceſ. vnde inquit Felin. loco citato,* rectè conſultum fuiſſe pro Capitulo Ferrariēſi, cui Papa conceſſerat iuriſdictionem in certis cappellis, iuncta clauſula, *quòd* ſuper illis non liceat alij iurirdictionem *exercere*, vt per iſta verba ſit adempta iuriſdictio Epiſcopi in illis cappellis; qnod paritèr affirmant *Gemin. in c. cum Epiſcopus, num. 7. in fin. verſ. quandoque iuriſdictio ſuperioris, & Franc. num. 3. poſt med. verſ. ſi verò iuriſdict. ſuperiorum, de off. ord. in 6* exemplificantes in
64 iuriſdictione ſuperiorum data inferiori cum clauſula, *ita quod non alteri*: *Bero. conſ. 22. num. 28. vol. 1. Ripa de peſt. tit. de præſeruat. remed. contra peſt. nu. 62. verſ. ſed ego, Menoch. præſ. 18 num. 13. & 14. lib. 3. & Gratian. deciſ. Marcb. n. 27. verſ. vnde Felin. cum ſeqq.*

Quod etiam clarius expreſsit *idem Sixtus in 3. & 4.* ex capitulis firmatis pro locatione, in quorum vno dicta iuriſdictione priuauit omnes, *di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione ſi ſia, tanto ſecolare, quanto eccleſiaſtico*: In alio verò ſtatuit, *che al detto offitio di danni dati, e loro pene ſiano ſottopo. le tutte, e ſingole perſone di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione, tanto ſecolare, quanto eccleſiaſtica, &c.*

Nam cum expreſsè meminerit de eccleſiaſticis cuiuſuis ſtatus, gradus, & cōditionis, non poteſt in dubium reuocari, quin etiam ab omnibus Epiſcopis, & Archiepiſcopis ſtatus Eccleſiaſtici voluerit adimere facultatem cognoſcendi cauſas damnorum datorum ab animalibus, vel miniſtris, & colonis eccleſiaſticorum, & eorum pœnas exigendi, & illā
65 priuatiuè concedere eidem officio, cum dicta clauſula, *di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione*, &c. comprehendat etiā Cardinales; *Gomes in procemio reg. Cāc. q. 4. col. 2. verſ. & ideo non ab re*, ſubdens ita iudicatum fuiſſe *in verſ. quantū verò, & Gonzal. ſuper reg. 8. d. gloſſ. 38. n. 3.*

Clemens autē dictum officium a Sixto erectum titulo oneroſo conceſsit
66 Communitatibus Status Eccleſiaſtici, cū onere annuatim ſoluendi Cameræ ſcuta 26. m. eamque ſubſtituendo, & ſubrogando loco dicti Commiſſarij, vt præcipuè legitur *in verſ. necnon eiſdem Communitatibus, & Vniuerſitatibus Status Eccleſiaſtici vniuerſi, &c. & in verſ. archiuiorum etiam, & damnorum datorum emolumenta, &c.* Vnde ſequitur, eandem iuriſdictionem, & facultatē prius conceſſam dicto officio, & eius
67 Commiſſario priuatiuè quoad Epiſcopos, & Archiepiſcopos ex dicta ſubrogatione translatam fuiſſe in Communitates, quàmuis plures numero, *iuxta conſ. Angel. 293. num. 3. verſ. item quia officium, & alleg. Lapi. 88. num. 7. in fin. verſ. item quia officium, cum ſeq.* Nota eſt etiam regula, quòd ſubrogatum eius naturam induit, in cuius locum ſubrogatur, *l. 1. §. hæc verò, & ibi Bart. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe ius fuer. d. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, vbi gloſſ. Bart. & alij, ff. ſi qui caut. c. Eccleſiam, il quarto, vbi omnes Canoniſtæ, vt lit. pend. cum ſimilib.*

Hinc ceſſant etiam ex aduerſo deducta, quòd laici non poſsint cognoſcere de damnis datis per animalia, miniſtros, & colonos eccleſiaſticorum, nec pœnas pro illis imponere, vel exigere, nam prætermiſſo quòd *Luc. de Penn. contrarium ſentit in l. iubemus, ſub nu. 1. verſ. in contrarium, C. de nau. nō excuſ. lib. 10.* *quem ſequuntur relati per Petr. Aug. Morlam in empor. vtriuſque iuris, par. 1*
68 *tit. 1. quæſt. 16. num. 10.* & quòd etiam in terminis iuris communis magis receptum

tũ eſt, poſſe laicos exigere pœnas dam-
norum datorum cum animalibus cleri-
corum, & Eccleſiarum ab eorum cuſto-
dibus, iuxta declarationem *Vincent. in c. grauem, 43. de ſent. excom.* quam ibi ſe-
quuntur *Abb. antiq. in fin. verſ. ſecus di-*
69 *cunt, & Ancbar. num. 5.* qui dicit, Senis
conſuluiſſe, quòd cuſtos animalium E-
piſcopi teneretur ad ſolutionem pœnæ
pro damnis datis in ſylua Communis; *Felin. in c. Eccleſia* S. *Mariæ, num.* 104. *exempl. 5. verſ. ex quibus, de conſtit. Par-
pal. in l. placet, num.* 80. *verſ. item aduer-
tatis,* C. *de Sacroſan. Eccleſ. Gram. conſ. ci-
uil. 102. num. 8. verſ. & ſic cum famuli, 9. & infra; Marcab. conſ. 18. num. 44. Viui. deciſ. 280. num. 1. & Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 2. num.* 449. qui alios
cumulat; adeout ipſa animalia poſsint
accuſari, & detineri, donec eorum cu-
ſtodes, vel coloni ſoluant pœnam dam-
norum datorum, *Vulpell. de liber. Eccleſ. par. 3. num. 15. &* Carol. *de Graſſ. d. effec. num. 450. verſ. & in iſto vltimo caſu.*

Reſpondetur nos verſari extra omnẽ
difficultatem, quia ex prædictis liquet,
Sixtum V. voluiſſe dictam facultatem
concedere eius Commiſſario ſuper dam-
nis datis, & a Clem. VIII. translatam
fuiſſe in Communitates. Poteſtas verò
eſt indubitata, cum Summi Pontifices
poſsint laicis dare facultatem cogno-
ſcendi cauſas clericorum certi loci, *ex c. officium, 32. diſt. in c. mœnia, 2. quæſt. 7. c. illud, 10. quæſt. 3. & alijs latè congeſtis a* Carol. *de Graſſ. de effect. cleric. effect. 1. num. 25. vſque ad 30. verſ. & hæc amplia-*
70 *tio:* & Conſules agriculturæ in Vrbe
priuatiuè ad Card. Vicarium, & cæteros
iudices eccleſiaſticos, ex Apoſtolica per-
miſsione cognoſcunt cauſas damnorum
datorum, tam per animalia clericorum,
& Eccleſiarum, quàm in eorum bonis.

Nec obſtat replicatio, quòd Sixtus, &
Clemens non derogant C*oncil. Tridẽt. ſeſſ. 25. cap. 11. de reform.* prohibenti, ne
locentur iuriſdictiones Eccleſiaſticæ,
cuius diſpoſitio comprehendit etiam
iuriſdictionem damnorum datorum;
nam reſpondetur, primò vtrumq; diſpo-
ſuiſſe de re prius effecta Cameræ Apo-
ſtolicæ, cui Sixtus illas in primis appli-
71 cauit, & appropriauit; ſecundò non re-
quiri derogationem, vbi Papa diſponit
ex certa ſcientia in præiudicium tertij: *Alex. conſ. 111. num. 19. vol. 6. Caſtren. conſ. 102. num. 3. verſ. 3. viden. eſt, part. 2. Io. de Anan. conſ. 56. num. 3. & conſ. 81. num. 4. verſ. præterea, Aymo. conſil. 126. num. 5. cum alijs per Rot. deciſ. 614. nu. 3. par. 2. recent.* Tertiò ſatis fuiſſe hoc caſu
72 derogationem generalem ad omnia
contraria, quia proceſſum fuit per viam
legis vnniuerſalis; *Felin. in c. nonnulli, num. 5. verſ. fallit autem prædicta regula, de reſcript. Caſtren. conſ. 3. ſub num. 5. ante fin. & conſ. 278. ſub num. 1. part. 1. cum alijs per Rot. deciſ. 606. num. 3. & 5. par. 1. recent. & Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 8. nu. 64.* Quartò, etiam in terminis Con-
cilij ſufficere derogationem generalem,
quoties apparet de intentione Papæ, vt
hic, etiamſi ſpecialis, & indiuidua eius
mentio facta non ſit; *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſſ. 6. num. 120. verſ. ſufficeret tamen.*

Nec paritèr obſtant *deciſ. Lancell. in*
73 *Tudertina damnorum datorũ, 24. Maij 1602. & Peniæ in Oſcen. 1. Decemb. 1595.*
quia prima loquitur in terminis iuris
communis, nec propterea poteſt obeſ-
ſe Communitatibus ſubrogatis loco di-
cti Commiſſarij, quæ ius ſuum educunt
ex ſpeciali conceſsione Sedis Apoſto-
licæ. Secunda verò loquitur in caſu di-
uerſo, nempe de recurſu ad iudices lai-
cos in caſu de iure prohibito.

Nec demum controuerti poteſt, quin
ſub nomine eccleſiaſticorum hoc caſu
comprehendantur etiam Epiſcopi, cum *Sixtus in 3. & 4. capitulo* de illis memi-
nerit, cum clauſula, *di qualſiuoglia ſta-
to, grado, e conditione,* apta comprehen-
dere etiam illos, *ex Gomeſ. & Gonzal. ſuperius allegatis, &c.*

Quare, &c.

P. Franciſcus de Rubeis Aduoc.

ILluſtriſsime Domine, licèt in termi-
nis iuris communis cauſæ damnorũ
74 datorum cum applicatione pœnarum
ſpectent ad Epiſcopum, qui de iure po-
teſt deputare cuſtodes pro damnis datis
in bonis Eccleſiarum, & clericorum, &
ſuper illis ſtatuere; *Rota in Tudertina damnorum datorum, die 24. Maij. 1602.* coram Card. *Lancellotto*, & propterea
pœnæ earundem damnorum datorum
ſpectent ad fiſcum Epiſcopi; *Rota in eadem Tudertina, 9. Decembris eiuſdem anni*; & Congregatio dixerit, prohibi-
75 tionem locandi iuriſdictiones eccleſia-
ſticas comprehẽdere etiam iuriſdictio-
nes damnorum datorum, *ſuper cap. 11. ſeſſ. 25. de reform.* ex quo ſequitur, iſtam
materiam eſſe de iuriſdictione Eccleſiæ:
nihilominus cum Sixtus V. applicauerit
pœnas damnorum datorum officio ab
ipſo erecto, & quòd coram Commiſſa-
rio

rio eiuſdem officij cognoſcatur, & quod officium ſucceſſiuè Clemens VIII. applicauit Communitatibus, *& in c.4.* idem Sixtus verbis rotundis determinauit ſub iſtis verbis. *Itẽ, che al detto officio de' danni dati, e loro pene ſiano ſottopoſte tutte, e ſingule perſone di qualſiuoglia ſtato, e conditione, tanto ſecolari, come eccleſiaſtici, & anco camerali, eccetto però li SS. Chierici di Camera, e chi hà luogo in eſſa, e tutti gl'Illuſtriſſimi Cardinali, non oſtãte qualſiuoglia priuilegio, ſotto qualſiuoglia titolo conceſſogli dall'iſteſſa Reuerenda Camera, e dalli Sommi Pontefici, quali s'intendano in queſto nominatamente reuocati, & annullati*. Sequitur, quòd Epiſcopi hodie non poſſint prętẽdere nec iuriſdictionem ſuper damnis datis, neque applicationem pœnarum, cum vtrumque Papa diſpoſitiuè applicauerit dicto officio, etiam quoad perſonas
76 eccleſiaſticas; & cum poteſtas Papæ ſit indubitata, & verba ſint clara, non eſt recedendum a verbis eiuſdem Conſtitutionis, præſertim ſtante prægnantia verborum, *cuiuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis*; *Ferret. conſ.* 358 *num.* 8.

Vnde non eſt neceſſaria diſputatio in caſu iſto, quam ponunt Doctores ſuper
77 ſimili ſtatuto, an comprehendat perſonas eccleſiaſticas, & illorum bona; *Gram. conſ.* 102. *cum alijs per Carol. de Graſſ. in tract. de effect. cleric cap.* 2. *num.* 448. quia ſumus in diſpoſitione Papali facta per viam legis, in quo Papa diſpoſitiuè vult comprehendi perſonas eccleſiaſticas, & concurrit obſeruantia vltra triginta annos etiam per decreta cameralia, a qua minimè eſt recedendum pro interpretatione huius Conſtitutionis, *l. minimè, l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* Cum etiã Conſtitutiones Apoſtolicæ recipiant interpretationem ex obſeruantia ſubſecuta; *Gabr. concluſ.* 1. *num.* 39. *de Conſtit. Put. deciſ.* 65. *lib.* 3. *Mantic. deciſ.* 320. *n.* 5. & 6. Cætera longo apparatu diſcutiuntur in facto.

Quare, &c.

H. Merenda.

Scripſerunt etiam in hac cauſa pro Communitatibus Status Eccleſiaſtici D. Nicolaus Letus, & D. Guid. Antonius Battilana Agentes, ac etiam D. Camillus Maſcambrunus, & Petrus Marionus in Romana Curia Aduocati; quas tamen informat. breuitatis amicus omitto.

Quæ verò ſcripſit pro Eccleſiaſticis, & pro Epiſcopis D. Antonius Sperellus Aduocatus, ſunt, quæ ſequuntur.

Status Eccleſiaſtici pœnarum damnorum datorum.

Illuſtriſſimi Domini Epiſcopi principales noſtri habent intẽtionem fundatam de iure communi ſuper iuriſdictione in cauſis damnorum iuxta terminos decreti huius ſacræ Congregationis a Sanctiſſimo approbati (pro cuius reuocatione agunt Communitates aduerſariæ) quod clarè probatur non ſolũ *ex Rota in Tudertina damnorum datorum 9. Decembris* 1602. *coram bo. mem. Card. Lancellotto, ſed etiam ex declaratione S. Congregationis Concilij inter impreſſas ſeſſ.* 25. *de reformat. ca.* 11. *in verb. Iuriſdictio Eccleſiaſtica.*

Hoc fundamentum non controuertitur ex aduerſo, ſed tantùm prætenditur priuilegium derogatorium eccleſiaſticæ iuriſdictioni: verùm hoc nullo modo probatur, ac propterea ſtandum in deciſis.

Nam ſi fundant hoc priuilegium in Chirographo Sixti V. Cardinali Camerario directo, quo illi conceditur facultas arrendandi pro Camera officium damnorum datorum Status Eccleſiaſtici Horatio Burgio, & in hoc nunquam legitur facultas quoad ius ſpectans ad tribunalia eccleſiaſtica, quæ tamen ſemper intelliguntur exceptuata, & in generali diſpoſitione facta laico nunquam veniunt, *ex allegatis latiſſimè per Graſſ. de effect. cler. effect.* 2. *nu.* 152. *& ſeq.* Eſſet enim abſurdum, & ſcandalum manifeſtũ, quòd mediante pretio arrendarentur iuriſdictiones Eccleſiaſticę in laicum, qui omni iure illius iuriſdictionis eſt incapax, vt etiã latiſsimè probat *idem Graſſ. effect.* 1. *num.* 2. *cum plurib. ſeqq.*

Non obſt. quòd in d. Chirographo Papa ſe referat ad capitula cum Camera concordanda, appoſita etiam clauſula, *quorum tenores, &c.* nam hæc non habent vim ſpecificæ, & indiuidualis expreſsionis illorum caſuum, qui requirũt expreſſam, & indiuiduam mentionem, & ex veriſimili Papæ intentione non conceduntur, prout eſt cognitio cauſarum eccleſiaſticarum laico; *Gambar. in tract. de auctor. Legat. a later. lib.* 8. *tit. de poteſt. legat. in leg. & ſtatut. condendis, nu.* 41. *verſ. quando ex tenore, Lanar. conſ.* 65 *nu.* 33. qui dicit, hanc vocari expreſsionem fictam, quæ ad hunc effectum non ſufficit; *Caputaq. deciſ.* 121. *par.* 1. *Caſ. de Graſſ. deciſ.* 167. *num.* 1. *Rota deciſ.* 666. *num.* 9. *in fine par.* 1. *& deciſ.* 18. *num.* 1.

&

& num.5. in fin. part. 2. recent.

Si verò fundant huiuſmodi priuilegiũ in capitulis, & bannimentis Card. Camerarij, quicquid ſit, an præcisè comprehẽdant cauſas huiuſmodi eccleſiaſticas, iuxta terminos decreti huius ſacræ Congregationis, tamen hoc etiã admiſſo, illas concedere non erat in facultate Camerarij, nec ſtatur illius aſſertioni, cũ hoc ſit de reſeruatis Papæ, *per regulam l. 1. C. de Epiſ. & cler. Anchar. in Clem. 1. num. 3. verſ. & certè, de probat. Felin. in c. quod ſuper his, num. 9. verſ. quia ſecundum; & Imol. nu. 2. verſ. ſecus ſi aſſereret, de fide inſtr. Seraph. deciſ. 14. num. 1. cum alijs relatis in margine; Maſcard. de probat. concl. 268. num. 15. Rota deciſ. 133. n. 1 par. 1. diuerſ.*

Sublato igitur fundamento Apoſtolici priuilegij Bullæ fel. rec. Clemen. VIII. qua prætenditur, Communitates in locum Arrendatarij damnorum datorum fuiſſe ſubrogatas, nihil releuat, ex regula, quòd non poteſt plus dici conceſſum in ſubrogato, quàm ei, in cuius locum fuit facta ſubrogatio, iuribus vulgaribus. Sed quinimò quatenus etiam ſubrogatio facta eſſet cum omnibus qualitatibus, non propterea cenſeretur facta quoad ipſos eccleſiaſticos, ſtante incapacitate ſubrogati, *ex trad. per Bart. in l. 1. §. fin. C. de Præpoſ. agen. lib. 12. & per Craſſ. d. effect. 1. num. 1223.* Quod eò facilius videtur admittendum, & huiuſmodi decretum ſuſtinendum, ex quo aliàs in ſacra Congregatione Boni Regiminis diſcuſsis Communitatum prætenſionibus, ita ſimilis cauſa compoſita fuit inter Epiſcopum Narnien. & illius Communitatem, mediante Illuſtriſsimo Card. Bandino, cui per Cõgregationem fuerat cauſa demandata, prout Dominatio ſua Illuſtriſsima rectè meminit, & fuit deſuper ſtipulatum inſtrumentum inter Agentes vtriuſque partis cum inſertione capitulorum ad formam d. decreti, prout ex rogitu Oliuelli A.C. Notarij die 14. Septembris 1617. & ſemper obſeruatum.

Quare, &c.

Antonius Sperellus, &c.

Hæc cauſa diſputationis dicta ſunto: Cæterùm deciſio expectanda erit a ſacra Congregatione, quæ cum in huiuſmodi caſibus non ſolùm maturè procedat, ſed ad Summum Pontificem referre rem ſoleat, non poterit, niſi iuſtum, æquumque ſtatuere.

78 Quicquid autem in huiuſmodi cauſa, quæ adhuc indeciſa pendet, impendendum erit, ſumptibus Communitatum Ditionis Eccleſiaſticæ erogandum eſt, cum de earum defenſione, & iurium conſeruatione agatur.

Quemadmodum ſalarium illorum,
79 qui ab Vniuerſitatibus eliguntur, & deputantur ad agrorum cuſtodiam, ex pecunia publica ſoluendum eſt, ſaltem pro aliqua honeſta portione, quia iſti cuſtodes æquè principalitèr gerunt negocium vtile ſingulorum, & Vniuerſitatum, vt diximus. Accedit inſuper, multas Vniuerſitates habere paſcua, ſeu ius paſcendi herbas in toto eorum territorio, ex quorum paſcuorum venditione ſoluuntur
80 onera fiſcalia, & communitatiua; ideo ne in dictis paſcuis, & nemoribus damnum detur, cuſtodes, & denunciatores eligunt cũ certo annuo, ſiue menſtruali ſalario, quod vtique ex publico marſupio deſumendum eſt; *Gabriel Berart. de viſit. tempor. cap. 23. num. 82. in 14. exemplo, & alij per eum adducti.* Ex quibus colligitur reſponſio ad ea, quæ ſcribit *Auendag. loco ſupra cit.* & videnda ſunt, quæ refert *Capiblan. tract. de Baron. par. 2. pragm. 19 cap. 100. num. 7. & alibi.*

Si verò pulſandæ ſunt campanę ad fu-
81 gandas nubes, quæ tempeſtates minantur, dum fructus in agris exiſtunt, ſi fiat occidendæ locuſtæ, & grauculi naſcentes in vineis, quos magnacoze, & grilli [illegible] manenſes vocant, hæc inquam, & his ſimilia ſumptibus, & impenſis priuatim facienda erunt, *ex Auend. loco cit. num. 25. & 26.* addens, dominos vinearum, & agrorum cogi poſſe etiam de facto, vt ſuis impẽſis mundent, & occidant bruchus, ne inde procedant ad vineas vicinorum, & meſſes; *argum. eorum, quæ ſcribunt Doctores in l. nullus, C. de Sum.*
82 *Trin. & fide cathol.* expellendos quippe eſſe hæreticos a Ciuitatibus, nec permittendas eſſe illorum conuenticulas, ne alij ciues inficiantur; ſimilitèr cogi po-
83 teſt vicinus ad expurgandam latrinam, ne malus odor noceat vicino; *l. ſi quando, §. fin. ff. ſi ſeruit. vend. l. ſeruitutes, l. 2. grande, ff. de ſeruit. vrban. præd. & ibi Doct.*

84 Incantatores etiam Magos, qui arte damnata vaſtant ſegetes, nedum expelli, ſed etiam capite puniri poſſe, docet *Ripa in tract. de peſt. tit. de remed. præſeru. contra peſtem, num. 205. per text. in l. 4.*
85 *C. de maleſ. & mathem.* & expelli quoque poſſe de Ciuitate habentem morbum, quo poſsint alij inficiari, ſcribit

Paris

Paris de Put. tract. de ſyndic. §. iudicis ſuprema poteſtas, ſub num.26. qui etiam alios caſus ponit, qui poſſunt exequi de facto ob publicam vtilitatem.

86 Quo verò ad vermes, & locuſtas, quæ in loco campeſtri, & agris naſcuntur, vidi aliàs Paulo V. ſedente ab Illuſtriſſima Congregatione Annonæ miſſos Cõmiſſarios ſumptibus ipſius Annonæ, cum ampliſſimis facultatibus cogendi ruſticos ad illas occidendas, ſoluta tamen illis competenti mercede; quod iuris aſſiſtentiam habere ſcribit *Auend. de exeq. mand. part. 2. cap. 10. num. 26. verſ. niſi locuſtæ*; quæ ſi eſſent in fundis publicis, vel communibus, publicis etiam
87 ſumptibus expellendæ, & occidendæ eſſent, & deficiente pecunia publica, imponenda eſſet collecta, iuxta cuiuſque patrimonium, *l. omnes, C. ſi ſine cenſu, vel reliq. hæc Auendag.*

Verùm quia huiuſmodi mala, vt plurimùm propter ſcelera noſtra iram Dei prouocantia ſuper nos cadunt, *Regio Propheta teſtante pſalm.77. Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos; & dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ, & occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina, & tradit grandini iumenta eorum, & poſſeſſiones eorũ igni, &c.* Ideo vt auertatur ira Dei, & preces noſtras placatus admittat, publicæ quandoque fiunt deprecationes, & pœnitentiæ ab homine vſque ad pecus, vt de Niniuitis legitur in ſacra Pagina, qui ob publicam pœnitentiam Ciuitatis,
88 & incolarũ euerſionẽ euitarunt, & peccatorum veniam obtinuerunt; ſiquidem *vt in eodem pſalmo* 77. habetur: *Deus eſt miſericors, & propitius fiet peccatis noſtris, recordatur enim, quia caro ſumus, ſpiritus vadens, & non rediens, &c.*

89 Ad hoc etiam Sancta Mater Eccleſia luſtrationes, ſeu proceſsiones publicas inſtituit, *vt dictum eſt ſupra hoc eod. §. gloſſ.1. & ſcribunt Auendag. d. cap. 10. nu. 27. Garz. de expenſ. cap. 21. num. 36. &* 37 vbi multa de Litanijs in huiuſmodi ſupplicationibus decantari ſolitis, de quibus etiam loquitur *Baron. in annal. tom. 1. ſub anno Chriſti* 58. *Pontificatus B. Petri XIV. pag.* 534. aſſerens, hunc precandi ritum antiquiſſimum, tam in Orientali, quàm in Occidentali Eccleſia fuiſſe, & benè faciunt, quæ congerit *Ripa tract. de peſte, tit. de remed, ad curan. peſt. in vlt. par. per tot.*

90 Quandoque etiam cogendas eſſe Vniuerſitates ad ſubminiſtrandum impẽſas pro cereis, & luminibus neceſſarijs, quando ſanctiſs. Euchariſtiæ Sacramentum publicè exponitur ad impetrãdam veniam peccatorum, & imminet periculum euerſionis Ciuitatum, & locorum, vt de Prouincia Apuliæ maximis terræ motibus die 30. Iulij 1627. concuſſa ſcri-
91 bit *Capiblanc. tract. de baron. part. 2. prag. 19. cap. 100. num. 12.* & anno 1638. die 27 Martij eadem quaſſatio, & terræmotus Prouinciam Calabriæ concuſſerunt; ſiquidem, vt a fide dignis relatũ eſt, quadraginta, & vltra loca muris circumdata penitus euerſa fuerunt.

His enim, & ſimilibus caſibus ſi exponatur Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum, impenſis Vniuerſitatum faciẽdum erit, cum agatur de vtilitate, & cõmodo omnium, & totius populi in vniuerſum; & hanc eſſe regulam generalẽ, aſſerit *Munnoz. de Eſcobar. tract. de ratioc. cap. 25. num. 51. verſ. vt autem in hac*
92 *re*, dum ait; in rationibus publici patrimonij illud in calculo recipi debet, quod expenſum apparuerit in vtilitatẽ vtriuſque ſtatus, nobilium ſcilicet, & plebeorum; & ſic totius populi in vniuerſum; ſequitur, & fermè eadem verba reſcribit *Gabr. Berart. de viſit. tempor. cap. 23. n. 109 verſ. vnum tamen.*

Quid ſi Princeps præcipit, quòd in emptione, & venditione frumenti, vini, olei, & ſimilium, vtatur certa menſura, vel pondere, quod vtique facere poteſt,
93 *l. 2. & ibi And. de Barulo, Bart. Io de Plat. & alij, C. de frume. Alex. lib. 11. vbi Bart.* ait, hoc notandũ pro eo, quod fit quotidie in Ciuitatibus, vbi menſuræ ſignis publicis obſignantur: quæritur inquam,
94 an impenſa in huiuſmodi menſuris facienda ſit ab Vniuerſitatibus ex pecunia publica, an verò ab ipſo Principe? & quòd ſit facienda a Principe, ſuadet *textus in l. modios, C. de ſuſceptor. & archar. lib. 10.* cum hoc ſit meri, & mixti imperij, *ad latè tradita per Fran. Marc. quæſt. 279. num. 2. & 3. lib. 1. & in Auth. de collat. §. eos autem, verſ. eos autem, qui publica tributa, coll. 9. titul. 14. & alia adducit Fulu. de Ful. Benignus*, qui fuit Aduocatus in Romana Curia, poſtea vtriuſque Signaturæ Referendarius, Congregationis Boni Regiminis Secretarius, quo in munere hominem exuit, *in ſuis notis ad ſtatutum Agriculturæ Vrbis, cap. 63. de menſuratorib. frumenti, in ver. menſuram*, vbi multa ad rem congerit.

Verùm huiuſmodi impenſas faciēdas eſſe ab Vniuerſitatibus exiſtimo, pręſertim ab illis, quæ ex iſtis ponderibus, & menſuris emolumenta capiunt, vt eſt in Ciuitate Vrbeuetana, in qua inter gabellas, quæ ab ea exiguntur, adeſt gabella ſigni, & menſurarum, & ponderum, *vt in lib. ſtatut. 6. rub.* 38. ex vulgata regula,

Commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis.

& vbi etiam non ſit huiuſmodi gabella,
95 idem videtur dicendum, cum talis obſignatio ponderum, & menſurarum reſpiciat vtilitatem, commodum, & quietem ſubditorum, & Ciuitatum, & bonum publicum, vt occurratur fraudibus, & dolis ſceleſtorum, quod expedit Reipublicæ.

SVMMARIVM,

1 *Homo ad malitiam ſemel deditus, quid non inueniat, vt minorum res proprias faciat?*
2 *Mali ciues bona Vniuerſitatum appetunt,*
3 *Debitores Vniuerſitatum, & litem cum illis habētes non poſſunt ad Magiſtratus promoueri.*
4 *Adminiſtratores rerum Vniuerſitatum tutoribus æquiparantur.*
5 *Litem habens cum pupillo non poteſt eſſe tutor illius.*
6 *Pupillorum curam habere non poſſunt neque creditores, neque debitores, neque litem habentes cum illis.*
7 *l. propter litem, correpta eſt per Auth. vt ij, qui oblig. ſe hab. §. hæc omnia.*
8 *Intentio diſponentis ex procemio cognoſcitur.*
9 *Vbi quis malus eſſe incipit, nullam adhibet diſtinctionem parui, vel magni, ſed in omnibus ſe talem prebet.*
10 *Malitioſus omne malum cogitare poteſt, & maximè Officialis.*
11 *Officiales plura mala ſciunt, & committunt, quàm alij, ideo quæ priuati prohibentur, multò magis Officialibus probibenda ſunt, quia ipſi habilius delinquunt ob velamen officij.*
12 *Lis quando intelligatur cœpta, & introducta per ſolam citationem.*
13 *Quæ requirantur in citatione, ad hoc vt per eam dicatur introducta litis pendentia.*
14 *Citatio incerta ratione loci eſt nulla.*
15 *Citatus non tenetur accedere ad locum non tutum, neque in diem feriatam.*
16 *Citatio exequuta die feriata de iure canonico transfertur in diem non feriatam.*
17 *Citatio licèt nullitèr executa, & inualida per comparitionem citati validatur.*
Limita, quando citatus ex alia cauſa eſſet in iudicio. num. 18.
19 *Actor non reportans citationem in actis tempore debito, cenſetur renunciare instantiæ.*
20 *Lis quando dicatur cœpta, ad hoc vt quis arceatur a muneribus publicis.*
21 *Lis quando dicatur conteſtata, ſi citatio ſit tantùm decreta, non autem executa.*
22 *Vniuerſitas ſi ex conſilio aliquorum litē moueat, & ſuccumbat, ex quo veniat imponenda collecta, quis teneatur eam ſoluere.*
23 *Non ſunt onerandi, qui non conſentiunt ambitioſis Decurionum decretis.*
24 *Valet argumentum de tutore ad adminiſtratorem Reipublicæ.*
25 *Tutor teſtamentarius quàmuis debitor, creditor, vel habens litem cum pupillo, ſi teſtator hoc ſciebat, admittitur ad tutelam.*
26 *Litigans cum Vniuerſitate ſi patiatur ab ea eligi ad aliquod officium, & illud accipiat, puniendus eſt.*
27 *Litem habens cum Vniuerſitate, admittitur ad officium, ſi liti renunciet, quæ adhuc non eſt finita.*

§. XVI.

Gloſſ. 1.

Litem.

CAP. XXXXIII.

1 QVID enim homo ad malitiā deditus non adinueniet vt minorū res proprias faciat? vt *Iuſtinianus Imper. ait in Aut. vt ij, qui oblig. ſe haber. perhib. in princ. & repetit gloſ. in procem. Clē. in ver. machinationes.*

Cum

2 Cum autem pluriès dictum ſit, bona Vniuerſitatum eſſe ad inſtar bonorum, & rerum minorum, ad quas mali ciues inhiant, & appetitu effrenato trahuntur; ideo Summus Pontifex, licèt detentores, vſurpatores, occupatores bonorũ Vniuerſitatum ad Magiſtratus, & munera publica incapaces reddat, vlterius ad-
3 dit, & ad prædicta etiam inhabiles eſſe voluit, qui litem cum ipſis Vniuerſitatibus habent.

Et hæc quidem prohibitio nedum
4 maximam continet æquitatem, ſed etiã iuris aſſiſtentiam habet, ſiquidem adminiſtratores rerum, & bonorum Vniuerſitatum tutoribus æquiparantur, *l. prior tamen, l. magiſtratus, & toto tit. ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertin. l. ſi tu, C. de magiſtrat. conuenien.* tutor autem eſſe
5 non poteſt, neque ad curam, ſeu tutelã recipiendus, qui litem cum pupillo habet; *l. 24. propter litem, ff. de excuſ. tutor. l. 16. ſi vt allegas, C. eodem tit. Auth. vt ij, qui oblig. ſe hab. §. hæc omnia*, vbi Imperator hæc ait. [*Si quis* obligatum habuerit minorem, aut eius res, hunc non omnino ad curationem eius, vel ſi a legibus vocetur, accedere: Quid enim non agat pro ſe dominus eiuſdẽ pupilli exiſtens, & aduerſarij rerum detentator nuper effectus? propter hoc enim & illud ſancimus, vt ſi apertiſſimè manifeſtum eſt, quia is, qui fit adminiſtrator, ipſe eſt iuri minoris obnoxius, neque ipſe curator erit, necubi aut cautionem furetur, aut alias probationes, quæ erant minoris, corrumpat; & curatio fiat ei rerum interitus propriarum, *&c.*]
6 Quibus ex verbis colligimus, repellendos eſſe a cura tã debitores, quàm creditores pupilli, ac etiam litem cum illo habentes; imò per hanc Auth. correptã eſſe *l. propter litem*, quæ vult, tunc eſſe
7 a tutela excuſandum, quando lis eſt de omnibus bonis, aut de plurima eorum parte; nam *Bart. in d. Auth. num. 7. relatus a Menoch. d. arbitr. lib. 2. cent. 2. caſu 196. num. 1. & 2.* notat diſpoſitionem d. Auth. habere locum etiam, quando lis ſit tenuis, & modica; & obſeruanda eſt
8 intentio Imperatoris, quæ ex proœmio ipſius Auth. colligitur, & hæc fuit, vt hominum malitijs occurratur; dum verò
9 quis malus eſſe incipit, nullam adhibet diſtinctionem parui, vel magni, ſed in omnibus ſe talem præbet; & oſtendit;
10 quod potiſſimum in Officialibus militat, vt obſeruat *gloſſ. in d. Auth. in verb. adniat, ibi, malitioſum omne malum cogitare poſſe, & maximè Officialem; & adducit tex. in l. defenſionis, C. de iur. fiſci, lib. 10. vbi eadem gloſſ. in verb. ad vſurpa-*
11 *tionem, in primo notab.* dicit, Officiales plura mala ſciunt, & committunt, quàm alij, ſequitur *Io. de Plat. in d. l. defenſionis, §. ſanè, n. 1.* addens, quæ priuatis prohibentur, multò magis prohibenda ſunt Officialibus, cum ipſi habilius delinquãt, ob velamen officij; *ad not. ita per ſcriben. in l. 56. tres tutores, ff. de adminiſt. tutor. Bart. in l. ſi multi, num. 2. ff. de public. & vectigal.* Iure igitur arcendi ſunt ab adminiſtratione rerum publicarum habentes litem cum Vniuerſitatibus.

Vbi verò textus noſter determinat litem cœptam, & inchoatam intelligi per ſolam vnicam citationem, puto hanc determinationem intelligendam eſſe, quando citatio habet in ſe requiſita ad
12 inducendam litis pendentiam, quæ *ex Lab. & Vital. in Clem. 2. vt lite penden.* ſunt ſex; & hos refert, & ſequitur *Myſinger. ſingul. obſer. cent. 4. obſer. 26. ferè per totam*, dum ait, primò requiri, vt ci-
13 tatio ſit exequuta; ſecundò, vt a iudice competenti emanauerit; tertiò, vt ad citatum perueniat, aut per eum ſteterit, quominus peruenerit; quartò, vt ex tenore citationis cognoſcere poſſit citatus, qua de re futura ſit controuerſia; quintò, citatio debet eſſe apta, itaut cõtineat locum iudicij, ſeu tribunalis, diẽ, & terminum ad comparendum; ſextò, inſinuanda eſt legitimè, & ſufficientèr a nũcio; *hæc Myſinger.* ſed fuſius hanc rem proſequitur *And. Gail. pract. obſeruat. lib. 1. obſeru. 48. quoniam citatio, per totam; & in alijs etiam obſeruat. ſeqq.*

Primò inquit, in citatione exprimendum eſt nomen iudicis, ad hoc vt citatus cognoſcat, an iudex ſit competens; *d. obſer. 48. nu. 6. & ſeq. Myſinger. obſer. 7. centur. 6.*

Secundò exprimendum eſt nomen, & cognomen illius, qui citandus eſt, ad hoc vt euitetur æquiuocatio, & fraudibus occurratur; *Gail. obſer. 49. nu. 1. lib. 1. Myſing. obſer. 50. cent. 5.*

Tertiò continere debet nomen, & cognomen actoris, ad cuius inſtantiam committitur citatio, & hoc duplici ratione; primò vt citatus ſciat a quo pulſatur; ſecundò, vt deliberare poſſit, an velit contendere, vel cedere liti; *Gail. obſer. 50. num. 1. lib. 1.*

Quartò exprimenda eſt in citatione petitio, ſeu cauſa, ad hoc vt citatus inſtruatur, & ſciat, ſuper quo conuenitur;

c,præterea, de dilat. & ibi gloſſ. in verb.
*plenè;Gail.obſer.*51.*num,*1.*lib.*1.*Myſing.*
*obſer.*85.*num.*6.*cent,*5.

Quintò exprimendus eſt locus iudi-
14 cij,ſeu tribunalis; primò,quia citatio in.
certa ratione loci eſt nulla;*Vant.de nul-*
*lit.ſent ex defect. citat. num.*61. *&* 131.
Secundò, vt ſciatur, vtrum iudex ſit cõ-
petens, & excedat fines ſuæ iuriſdictio-
nis, quo caſu citatio non arctat;*c.ſtatu-*
tum,§.in nullo,de reſcript.in 6. tertiò,vt
cognoſci poſſit, an locus ſit tutus; nam
15 citatus ad locum non tutum non tene-
tur accedere, *Clem. paſtoralis,§.notoriũ,*
*de ſent.& re iud.Gail. obſeru.*52. *num.* 1.
2.*&* 3.*lib.*1.

Sextò requiritur expreſſio diei,& ter-
mini ad comparendum, vt ſciat citatus,
an dies ſit iuridica; nam ad diem feria-
tam non tenetur comparere, nec valet
citatio, *vt per Doct.in l.*2. *ff. ſi quis in*
ius vocat.non ier.& in l. fin. C.*de ferijs*,
*Iaſ.in l.*1.*§.nunciatio, nu.*8. qui teſtatur
de cõmuni, *ff.de nou.oper.nunc.* ſed hoc
16 procedit de iure ciuili; nam de iure ca-
nonico citatio exequuta die feriata trãſ-
fertur in diem non feriatam; *Canon. in*
*c.*2.*de ferijs,Felin.c.quoad conſultationẽ,*
*num.*3.*&* 4. *de re iudic.* & ita ſeruatum
vidi in Curia Romana, vbi in citatione
apponitur, *ad primam diem*,quæ intelli-
gitur iuridica, & eſt *text.notab.in c.cum*
dilecti,de dolo,& contum.& ibi Panorm.
*num.*4.*Rota deciſ.*1.*num.*1. *de ferijs in*
nou. Put. deciſ. 207 *per tot.lib.*2.*& alia*
*congerit Gail.obſer.*53. *num.*5. *&* 6. *lib.*1.
& alia multa refert de validitate, & in-
ualiditate citationis *in ſeqq.obſer.ſignã-*
17 *tèr obſer.*58. *videndus*; firmat enim ibi,
citationem licèt inualidam validari, &
arctare citatum, ſi ipſe compareat in
iudicio,*per tex.in l.*1.*§.ſed ſi,ff.de ferijs,*
*& ibi Bald.num.*4.*Alex.num.*3.*& alij ab*
*eod.Gail.relati obſer.*58,*num.*2. *&* 3.*My-*
*ſing.obſer.*16.*num.*2.*cent.*6. qui tamen *in*
*obſer.*6.*num.*9.*eiuſdem cent.* putat, limi-
tandam eſſe concluſionem,quando quis
ex alia cauſa (vt quia fortè vocatus ab
aliquo ibi compareat) eſset in iudicio,
18 quia hoc caſu citatio nulla non redditur
valida, ſed iterum eſt exequenda, vt ibi
per eum.

Nec prætereundum puto, quemad-
modum reus citatus comparendo in iu-
19 dicio validam reddit citationem; ita e-
tiam actor, niſi reproducat in actis tem-
pore debito citationem, cenſetur renũ-
ciaſse inſtantiæ, & debet iterum citare
reum; *Surd.deciſ.*5. *num.*5. & ita etiam
ſeruat ſtylus Romanæ Curiæ.

Concludendum eſt igitur, ſancita in
hac noſtra Conſtitutione, litem ſcilicet
intelligi cęptam, & inchoatam per ſolã
20 vnicam citationem, intelligenda eſse,
quando citatio ſit legitimè exequuta,&
habeat requiſita ſuperius enarrata: quia
Principis diſpoſitio talis eſse præſumi-
tur, qualis de iure debet eſse, ad notata
per Bald.& alios in l. ex facto, in princ.
ff.de hered.inſt.Rota Romana apud Pu-
*teum deciſ.*85.*num.*5.*lib.*1. *& eſt text. in*
*Clem.*2.*vt lite penden.& ibi gloſſ.cit.*

21 Et licèt *Menoch.de arbitr.lib.*2.*cent* 3.
caſu 202.*num.*8.dicat, litem eſse conte-
ſtatam, quando citatio eſt decreta, non-
dum tamen executa, talis concluſio in-
telligi debet quoad actorem, qui cita-
tionem obtinuit; *Roman.conſ.*330.*nu.*2.
verſ. volens ad introducendam; Felin. in
*c.ſuper literis,num.*13.*de reſcript.Rota*
*deciſ.*17.*nu.*3.*&* 4. *de dolo, & contumac.*
*in nou. & deciſ.*6. *vt lite penden. in nou.*
& ideo ad impetrandum reſcriptum iu-
ſtitię actor hoc debet exprimere in ſup-
plicatione, ne reddatur obreptitium;
idem Menoch.loco citato.

22 At ſi Vniuerſitas ex conſilio aliquorũ
moueat litem, & propter ſumptus, vel
condemnationem imponenda ſit colle-
cta, ad hanc ſoluendam cogi non pote-
runt, niſi qui ſuaſerunt litigium, vel ſuа-
dentibus conſenſerunt, & adhæſerunt,
& nõ alij ciues; & ita pluriès iudicatum
vidiſse in Senatu Tholoſano, dum cau-
ſas ageret, ſcribit *Petr.Tholoſ.in ſyntag.*
*iur.Vniu lib.*3.*cap.*7. *num.*10. non enim
onerandi ſunt, qui non conſentiunt am-
23 bitioſis Decurionum decretis; *l. ambi-*
tioſa, ff.de decret.ab ord fac. Guid. Pap.
*quæſt.*424.*Caput.de regim.Reipub.cap.*7.
*num.*38. vbi alios allegat; ſubdens,quòd
etiamſi ciues conſentiant, nihilominus
non erit imponenda collecta, niſi prius
obtenta licentia a Principe;& in Regno
hæc licentia non conceditur, niſi a Pro-
rege, & in Ditione Eccleſiaſtica a ſacra
Congregatione Boni Regiminis. Præ-
tereà *idem Caput.in d.tract.cap.*3 *nu.*98
ad rem noſtram ſcribit; ſi Vniuerſitas,
debitor,& litigator velint inter ſe litem
habere,non eſse hoc caſu litigatores ar-
24 cendos a muneribus publicis;valet enim
argumentum de tutore ad adminiſtra-
torem Reipublicæ; tutor autem teſta-
mentarius poteſt admitti,& adminiſtra-
re tutelam, ſi teſtator ſciebat illum eſse
25 debitorem, vel creditorem; & allegat
*Bart,conſ.*148.*lib.*1.*Aretin.in §.actionem,*
inſtit,

inſtit. de action. Verùm ſuper hac concluſione cogita, quia non acquieſco.

16 Notandum quoque, quòd litigans cũ Vniuerſitate, ſi ab ea ad aliquod officiũ eligatur, & ipſe diſsimulans ſuum impedimentum, ſuſcipiat officium, hic puniendus eſt, & vt indignus conſentiendo electioni de ſe factæ repellendus, *l. qui cum vno, §. inſulam, ff. de re milit. Bald. in l. Caſſius, num. 8. verſ. ſed certè, ff. de Senator. Zappull. in pragmat. 5. §. 17. n. 7. de admin. ſt. Vniuerſ. Caput. de reg. Reip. cap. 3. num. fin.*

17 Admittitur etiam litem habens cum Vniuerſitate, ſi electus renunciet liti, quæ adhuc non eſt finita, *gloſſ. in Auth. minoris debitor, verſ. prohibetur, C. qui dar. tut. vel curat. poſs. Aug. Cap. de regim. Reipub. d. cap. 3. num. 100. verſ. nota tamen.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor Reipublicæ non prius ibi honorem ſubire poteſt, quàm debitum ſoluat.*

2 *Vlpianus fuit ſupremus Conſiliarius Alexandri Imperatoris.*

3 *Debitores Vniuerſitatum non prius ad honores inuitari poſſunt, quàm Reipublicæ ſatisfaciant.*

4 *Debitor Reipublicæ legatione fungi nequit.*

5 *Sancita in Bulla Boni Regiminis contra debitores Vniuerſitatum, a reſponſis prudentum, & Imperatorum Sãctionibus deſumpta ſunt.*

6 *Pœna contra debitores electos, electores, & officiales a Bulla Boni Regiminis impoſita.*

7 *Homo ad malitiam ſemel deditus, quid eſt, quod non adinueniat?*

8 *Debitor eſt quodammodo ſeruus, ſui creditoris, & ſeruitus mortalitati comparatur.*

9 *Debitores ex quacumque cauſa etiam ex contractu arcentur a muneribus publicis.*

10 *Debitor non eſt admittendus ad honores publicos, licèt pignora, vel fideiuſſores offerat.*

11 *Vniuerſitates recuſare debent pignora, & fideiuſſores a debitoribus oblatos, imò & bona ſtabilia: & num. 19. vbi redditur ratio.*

12 *Conſanguinei, & affines cogendi ſunt ad emendum bona debitorum Vniuerſitatum.*

13 *Modus, & ordo ſeruandus in coactione conſanguineorum in emptione bonorum.*

14 *Vniuerſitates coguntur emere bona damnatorum in Eccleſiaſtica Ditione.*

15 *Vicini, & conſanguinei ſunt præferendi in emptione bonorum conſanguineorũ, & vicinorum.*

16 *Officiales cõpellũtur emere bona damnatorum quem debeant ordinem ſeruare. Item in transportanda annona de vno loco ad alium. num. 17.*

18 *Nemo cogitur inuitus emere, vel vendere.*

20 *Ad ea, quæ frequentèr accidunt, iura adaptantur.*

21 *Modicum debitum non excludit a muneribus publicis, quid autem dicatur modicum? Fallit in Eccleſiaſtica Ditione, ex deciſis in ſacra Congregatione. num. 22.*

23 *Debitores Vniuerſitatum non prohibentur imbuſſulari, dummodo tempore extractionis debitum ſit ſolutum. Redditur ratio. num. 28. Limita. num. 29.*

24 *Animal antequam naſcatur, non dicitur eſſe.*

25 *Ad ſucceſſionem admittitur ille, qui poſt ventrem proximus eſt, nulla habita ratione eius, qui eſt in vtero.*

26 *Qualitas excludens debet eſſe tempore actus.*

27 *Decurionum electio ſpectat ad Conſiliarios, quæ ſi fiat de perſona indigna, poteſt illam ſuperior annullare.*

30 *Debitores ex cauſa vectigalium an excludantur a muneribus publicis.*

31 *Vectigalium conductores ſunt viles perſonæ, & audaces.*

32 *Publicani, qui non ſoluunt penſiones conuentas, poſſunt expelli, licèt non ſit finitum tempus conductionis.*

33 *Publicani quandoque compelli poſſunt ad iteratò conducendum vectigalia.*

34 *Debitores Vniuerſitatum non poſſunt eſſe Legati, ſeu Ambaſciatores.*

35 *Debita fiſcalia nullam admittunt morã, appellationem ſuſpenſiuam non admittunt, & contra recuſantes ſoluere poteſt incipi ab executione, & captura, quacumque inhibitione non obſtante.*

36 *Clauſulæ,* ſimplicitèr, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, *quid importent.*

37 *Clauſula,* manu Regia, *tollit ſolemnia, non autem ſubſtantialia iudicij.*

38 *Communitates quomodo procedant contra ſuos debitores de fuga ſuſpectos.*

Com-

39 *Communitates pro eorum credito poſſint agere contra tertios poſſeſſores actione perſonali, & quomodo.*

40 *Debitor Vniuerſitatis ſoluens, quomodo, & quando liberationem conſequatur, & quando teneatur docere de verſione.*

41 *Debitores Vniuerſitatum an capi poſſint de nocte, & in proprijs domibus.*

42 *Fideiuſſores debitorum Vniuerſitatum an repellantur ab honoribus, & muneribus publicis, ſicut & ipſi debitores.*

43 *Fideiuſſorum obligatio quando ſuſtineatur, etiam annullata obligatione principalis; & vide limitationes aliquas ad regulam contra debitores ſupra relatam.*

44 *Debitor nominatus ad aliquod officium publicum quando ſit admittendus, ſi in illo conſideretur affectatio: & ambitio ad illud exercendum.*

§. XIV.

Gloſſ. 2.

Debitores.

CAP. XXXXIV.

1 ANTONINVS Imperator legem dixit, nõ prius debitorem Reipublicæ honorẽ in Republica ſubire, quàm id, quod debere conſtiterit, conuẽtus exoluerit, *l. 1. C. de debit. Ciuit. lib. 10* & hoc idem ſancitum apparet a *Theod. & Valent. in l. 2. C. de præd. Decur. lib. 10.* & *Vlpianus*, qui Alexandri Imperato-
2 ris ſupremus Conſiliarius fuit, ita reſpõdit. *Debitores rerum publicarum ad honores inuitari non poſſe certum eſt, niſi*
3 *prius in id, quod debetur Reipublicæ ſatisfecerint. l. 6. reſcripto, §. 1. ff. de mun. & hon. Martianus vero I.C. in l. ſciẽdũ, ff. de*
4 *legation. ait. Sciendũ eſt, debitorem Reip. legatione fungi non poſſe*; & hoc etiam reſpondit *Paulus in l. 9. locatio, §. debitores, ff. de public. & vectigal.*
5 Ex quibus ſatis apertè conſtat, ſancita in hac noſtra Bulla Boni Regiminis, ne ſcilicet debitores Vniuerſitatum ad Magiſtratus, munera, vel officia publica eligantur, vel admittantur, ex prudentũ reſponſis, & Imperatorum ſanctionibus eſſe deſumpta.
6 Sed quoniam Summus Pontifex vlterius addit; ſi debitores de facto electi, vel admiſſi fuerint, electionem, & admiſſionem irritam, & nullam eſſe, & tam ipſos debitores, quàm eligentes, ſeu admittentes, necnon Gubernatores, Præſides, & Poteſtates id permittentes, vel exactã ſuper his inquirendis, & prohibendis diligentium non adhibentes, pœnis in ipſa Conſtitutione contra illius tranſgreſſores inflictis, mulctandos, & plectendos eſſe, huius ampliationis ratio fortè erit, quia, vt *Iuſtinianus ait in Auth. vt ij, qui oblig. ſe habere, §. hæc omnia*, quid enim non agat pro ſe ille, qui dominus, & adminiſtrator euadat bonorum, & rerum ſui creditoris? homo
7 enim ad malitiã ſemel deditus quid eſt, quod non adinueniat? vt etiam notat *gloſſ. in proœm. Clement. in verb. machinatores*; vel quia debitor eſt quodammodo ſeruus ſui creditoris, *vt in l. 3. C. de nouat.* ſerui autem a muneribus publicis arcentur, *gloſſ. fin. in fin. in l. cum prætor, ff. de iudic. l. non diſtinguemus, §. ſi ſeruus, ff. de recept. arbit. Maſtrill. de magiſt.*
8 *lib. 2. cap. 5. num. 87.* ſeruitus enim mortalitati comparatur, *l. ſeruitutem, ff. de reg. iur. Munnoz. de Eſcobar. de ratiocin. cap. 14. num. 40. in fin.*

Verùm quia *Vlpianus in d. l. reſcripto, §. 1.* declarat, illos tantùm debitores arceri ab honoribus Ciuitatum, qui ex adminiſtratione Reipublicæ reliquantur, ideſt debitores, qui ex reliquis fiunt, vt exponit ibi *gloſſ.* & contra quos etiam inſurgit *Conſtantinus Imper. in l. 2. C. de debit. Ciuit. lib. 11. & in l. contra eos, C. de adminiſt. rerum public. eodem lib. 11.* & alia cumulat *Nicol. Loſæus de iure Vniu. part. 1. cap. 3. ferè per tot.* qui verò non ex cauſa adminiſtrationis ſunt debitores, ſed mutuam pecuniam a Republica acceperunt, non ſunt in ea cauſa, vt ab honoribus publicis arceantur, *ex eodem Vlp.* & ſcribit etiam *Io. de Plat. in l. 1. in fin. C. de debit. Ciuit. lib. 11.* qui apertè dicit, textum illum eſſe intelligendum de debitoribus ex reliquatione, ideſt quia remanſerunt debitores ex adminiſtratione aliquorum officiorum, quæ geſſerunt, vel ex pollicitatione, quam fecerunt Reipublicæ, vel ex vectigalium cõductio-

ductione, ſecus autem ſi ſint debitores ex contractu, vel ex mutuo.

Quamobrem non erit inutile hic inquirere, an ex diſpoſitione huius noſtræ
9 Conſtitutionis arceantur ab honoribus, & magiſtratibus, etiam debitores ex cõtractu, vel mutuo? & affirmatiuè puto reſpondendum, propter generalitatem verborum, ibi, *debitores ex quacumque cauſa extiterint, &c.* Quapropter corrigitur in hoc ſententia Vlpiani, & aliorũ,
10 ſicut etiam correpta apparet in eo, dum iſti volunt, ſufficere, ſi quis vice ſolutionis, pignoribus, aut fideiuſſoribus idoneis caneat; ptout etiam ſcribunt *gloſſ. & Doctor. in d.l.reſponſo, §.1.in verb.idoneis, & in l.1.in verb.exoluerit, C.de debitor.Ciuit.lib.*11.

Sacra verò Congregatio ſuper Bono Regimine plnriès reſcripſit, nec pignora, nec fideiuſſores ſufficere, vt in ſequẽtibus literis.

A Monſig. Gouernatore della Marca.

Non può intenderſi bene in Congregatione, che ſi ſia ammeſſo di Magiſtrato al Monte di San Martino il Cap. Ranuccio Vrbano ſotto preteſto, che per il debito, che hà con la Communità gli baſti d'hauer dato il pegno; perche la Bolla vuole, e così ſi è praticato ſempre, che habbiano ſodisfatto attualmente; e però ſi dice à V.S. che non pagando ſubito in contanti, quanto deue, ſi contẽti di farlo rimouer di Magiſtrato, e prouedere, che in auuenire ſi oſſerui così per tutto: & io me li offero. Roma li 17 Febraro 1610.

Come fratello

Il Card. Borgheſe.

Et ita etiam ſeruatur in Regno, *ex Pragmat.5.de adminiſtr.Vniuerſ.* §.17; *& ibi Paul.Montanus, nu.1. & 2. Aug. Caput.de regim.Reipub.cap.3. n.96.* itaut debitor teneatur realitèr ſatisfacere, nec poſſit admitti ad honores ex datione fi-
11 deiuſſorum, vel pignorum; *Manſon. de cauſ.exequutiu.ampliat.30.nu.*20. & hoc fortius procedit, ſi Vniuerſitas recuſet, ptout debet, hos fideiuſſores, vel pignora.

Nec eſſe recipiendos ad honores, & munera publica debitores, quãmuis Vniuerſitati cedant tot bona ſtabilia, in ſatisfactionem ſui debiti, declarauit Congregatio vt infra.

A Monſig. Gouernatore della Marca.

Si è riſoluto in Congregatione ſopra l'incluſo memoriale della Serra di San Chierico, che ſia auuertita V.S. dell'errore, che fanno molte Communità pigliando da'debitori in pagamento beni ſtabili, mentre gl'è ſtato prohibito tante volte, affinche ella proueda, che nõ tro-
12 uandoſi à vendere detti beni ad altri, ſi aſtringano li parenti di eſſi debitori à ticomprarli, come ſarà contenta di procurare, che ſegua: & io me li offero. Roma li 18. di Nouembre 1609,

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Borgheſe, &c.

Cum autem in ſecunda parte harum literarum dicatur, cogendos eſſe cõſanguineos, & affines (id enim importat dictio, *Parenti)* ad emendum bona debitorum Vniuerſitatum, quod quidem priuilegium nec fiſco competere ſcribit *Natta conſ.*500.*num.6.& per tot* quem refert, & ſequitur *Peregr.de iur. fiſci lib. 6.tit.14. num.*44. neque in Bulla, quam modò præ manibus habemus, hoc legitur; quærendum eſt, quo nitatur fundamento hæc Congregationis deciſio? Reſponſio quoad fiſcum, ſeu Cameram Apoſtolicam, ac etiam Communitates Ditionis Eccleſiaſticæ apparet *ex Bulla Sixti IV. in ordine 24.Bullar.nou.tom.*1 *pag.*371. in qua ſancitum habes, conſanguineos, vel affines vſque ad quattuor gradum ex iute canonico computandũ, cogi poſſe ad emendum bona delinquẽtium confiſcata, & pro illa quantitate, in qua fuerunt condemnati; & magis ad rem noſtram, de Bonis debitorum Vniuerſitatum, habes *eiuſdem Clem. VIII. deciſionem in alia eius Bulla declaratoria Bullæ Boni Regiminis tom.3. pag.* 12. *§. præterea.*

Vlterius quæſitum eſt, quinam primo
13 loco cogẽdi ſunt ad emendum? & quoniam conſanguineorum eſt prima cauſa ſuccedendi, affines verò a ſucceſſione repelluntur, *l.affines, C.comm.de ſucceſſ.* & conſanguinei quoque admittuntur ad retractum bonorum, ſi in extraneos alienentur, non autem affines, vt docet *Tiraq.de retract.lignag.* §.14.*gloſſ.*2.*nu.* 16. *& ſeq.* ideo hæc ſacra Congregatio ſeruat, vt primo loco cogantur conſanguinei, quibus non tepertis idoneis, deſcenditur ad affines,
14 Quò verò ad fiſcum, & Cameram Apoſtolicam, ſi condemnatus non habeat

con-

conſanguineos, & affines, cogi poſſunt
Vniuerſitates locorum, in quorum terri-
torijs bona condemnati ſunt ſita, *vt in Sixti IV. conſtit. §.3.*

Sed priuſquam ad Vniuerſitatum coa-
ctiones veniatur, putarem excutien-
dos eſſe illos, qui bona poſſident vicina,
& confinantia cum bonis damnatorum,
nam ſicut iſti ex iure prothomiſeos, ſeu
congrui ſentiunt commodum prælatio-
15 nis in emptionibus, quando bona ſunt
vendenda, *ex Conſtit. Feder. Imper. & ibi
Bald. Afflict. & alij*, & in multis Ciuita-
tibus Italiæ adſunt ſtatuta particularia;
ita etiam videtur æquum, vt aliquod ſē-
tiant incommodum; & ad rem facere
videntur quæ ſcribit *Io. de Plat. in l. qui-
cumque, la ſeconda, num. 2. verſ. & eſt etiā
lex, C. de omni agro. deſert. lib. 11.* dum
16 vult, officiales compellētes emere poſ-
ſeſſiones bannitorum, vt primo loco cō-
pellant proximos conſortes, quàm alios,
& ſi non ſunt idonei, compellant alios
proximiores, vt ſeruatur in deferendis
tutelis, *l. diui, ff. de tutor. & curat. dat. ab
his.* Sicut etiam in tranſportanda anno-
17 na de vno loco ad alium, vt primo loco
grauentur illi, qui ſunt in loco, a quo e-
ducenda eſt, & tranſportanda annona,
ſecundo loco viciniores, tertiò alij, quā-
do qui ſūt in loco, & viciniores ſunt im-
potentes, *ex textu in l. cum nauarcorū,
C. de nauicular. lib. 11. Bart. in d. l. quicū-
que, la ſeconda, num. 3. C. de omn. agr. de-
ſer.* qui ponit exemplum in frumento
portando e Cluſio ad Ciuitatem Peru-
ſij, & ait, ſeruandum eſſe prædictum or-
dinem, cuius verba reſcribit *Io. de Plat.
loco cit.*

18 Cum autem poſita concluſio, cogen-
di ſcilicet conſanguineos, & affines ad
emendum, ſit contra ius, quia nemo in-
uitus cogitur emere, vel vendere, *l. nec
emere, C. de iur. debit. l. inuitum, l. dudum,
C. de contrah. empt. l. inuitus, C. locati*; ideo
ſtrictè eſt interpretanda, vt minus quàm
fieri poſſit, ius tertij lædat; quamuis re-
cedendum non ſit a lege in Bulla ſupe-
rius enunciata, & ſancita: ſicuti nec etiā
hæſitandum eſt, debitores Vniuerſitatū
arcēdos eſſe ab honoribus, & Magiſtra-
tibus, nec ſufficere, ſi ab eis dentur fide-
19 iuſſores, vel pignora, nec etiam recipiē-
da eſſe bona ſtabilia in ſolutum, ſed co-
gendos eſſe conſanguineos, & affines
ad illa emenda, vt ex pretio Vniuerſita-
tibus ſatisfiat.

Cuius deciſionis ratio fortè erit, quia
debitores vt plurimùm habent conſan-
guineos, & affines, qui amore, vel af-
fectione conſanguineorum inducti, non
erubeſcunt decipere Vniuerſitates, aſſi-
gnando, ſeu perſuadendo, vt aſſignentur
bona infructuoſa, & modici valoris, vbi
verò ab Vniuerſitatibus pro ſuarum ne-
ceſſitatibus vendenda ſunt, vel emptorē
non habent, vel ſi habent, valdè mino-
rem oblationem pretij proferūt; vt plu-
riès in facti contingentia vidi, & exper-
tus ſum, dum ſan. me. Vrbano VIII. per-
mittente, Vniuerſitatum Ditionis Ec-
cleſiaſticæ Agētis generalis munus exer
cui: quibus malis, & fraudibus vt occur-
20 ratur, prædicta lex, ſeu Conſtitutio pro-
mulgata fuit; nam ad ea, quæ frequentèr
accidunt, iura adaptantur.

Sed vlterius non inutilitèr quæritur,
ad quam ſummam, ſeu quantitatem a-
ſcendere debeat æs alienum, ad hoc vt
debitor excludatur ab honoribus, & mu-
neribus publicis? & licèt *Bart. in Auth.
vt ij, qui ſe oblig. haber.* videatur velle,
21 modicum debitum non excludere; *gloſſ.
verò in d. Auth. §.1. verb. ſed & ſi quis;
Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. omnia,
num. 32. C. de reuoc. donat. Franch. deciſ.
404. num. 6. & alij relati a Caput. de
regim. Reipub. cap. 3. num. 99. verſ. limita-
tionem non procedere; Menoch. de arbitr.
caſu. 196.* dicant hoc arbitrio iudicis re-
linquendum eſſe: attamen in Ditione
Eccleſiaſtica ſancitum habemus, quam-
cumque paruam ſummam repellere de-
bitorem, vt in ſequentibus literis Guber-
natori Amerino directis. [*Il ſenſo* della
ſacra Congregatione è ſtato ſempre,
che nō ſi ammettano à Magiſtrati li de-
bitori delle Communità, ancorche ſia-
no di pochiſſima ſomma, e ſe bene par-
ue alla medeſima Cōgregatione li gior-
ni paſſati d'aggratiare Antonio Traſeo,
con farlo ammettere all'offitio d'Anzia-
no, con tutto che debitore di quindeci
ſcudi, li quali però furono incontinente
pagati da vn ſuo parente; tuttauia acciò
non paſſi in eſempio, e li Camerlenghi
habbiano più facile l'eſattione, ſi ordi-
na; che per l'auuenire non ſi debba am-
mettere alcuno all'offitio, che ſia debi-
tore di eſſa Communità, ſe non hauerà
pagato tempore electionis: perche la
Bolla annullando l'elettione dimoſtra
eſpreſſamente, che non baſta pagare in-
continenti, ma che tempore electionis
deue eſſer fatto il pagamento. Et in
conformità di queſto V. Signoria farà
eſeguire, e publicare tale dichiaratio-
ne: e Dio la proſperi.

Roma

Roma li 30. Gennaro 1630.

Il Card. Barberino, &c.

Ex his literis duo notabilia colliguntur; primum eſt, quamcumque ſummam debiti excludere debitorem ab honoribus, &c. ſecundum eſt, debitum eſſe ſoluendum ante electionem, itaut tempore electionis ſit iam ſolutum, vt colligitur *ex verbis ipſius Bullæ, ibi, vllo modo eligantur, &c. & infra, ſi de facto electi, & admiſſi fuerint, electio, & admiſſio irrita ſit, & nulla*.

Sed quoniam multis in locis Eccleſiaſticæ Ditionis ſeruatur, vt per tres, quatuor, vel quinque annos futuros eligantur ciues, qui ſucceſſiuis temporibus extrahantur ad honores, Magiſtratus, & ad munera publica, quos Anzianos, Priores, Conſeruatores, vel alio nomine appellant, & hanc ciuium collectionem, Buſſulam vocant, & illorum nomina bina, terna, quaterna, quina in ipſa Buſſula ſigillis obſignata recluduntur, pallulis diſtincta; quæ deinde ſingulo bimeſtri, vel trimeſtri iuxta conſuetudinem locorum extrahuntur ad honores, & magiſtratus; & valdè difficilè eſſet, inter tot viros non adeſſe aliquem ipſius Vniuerſitatis debitorem; propterea ſacra Congregatio Boni Regiminis non improba-
23 uit, ſi aliquando in dictis Buſſulis includantur etiam debitores, quia veriſimile putatur, vt antequam veniat tempus extractionis, & admiſſionis, iam ſoluerint; quod ſi neglexerint, & tempore extractionis adhuc reperiantur debitores, tūc penitus excludantur: quod videtur ſatis rationi congruum; nam quæ fiunt ante extractionem, & admiſsionem, in prædicta ſcilicet imbuſſulatione, potius nominatio dici poteſt, quæ non dicitur perfecta, niſi ſequuto effectu, nempe electione, *c. non præſtat, de regul. iur. in 6 Dec. in c. in literis, num. 30. & ſeq. de offic. deleg. & alios multos adducit Maſtrill. de magiſtr. lib. 1. cap. 28. num. 41. & 42. & ad rem facit gloſſ. in l. qui in vtero, in verbo proſit, ff. de ſtat. homin.* dum ait, animal
24 antequam naſcatur, non eſſe; & allegat *text. hoc benè probantem in l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnde cognat. vbi Vlpian.* nulla habita ratione illius, qui eſt in vtero, nec adhuc natus eſt, vult ad ſucceſ-
25 ſionem admitti, qui poſt vētrem proximus videbitur; faciunt etiam, quæ ſcribunt *Auend. de exeq. mand. part. 2. ca. 12. num. 13. verſ. nam qualitas; Maſtrill. de*
26 *magiſtrat. lib. 2. cap. 12. num.* 88. videlicet vt qualitas excludens debeat eſſe tempore actus; non dicitur autem adeſſe actus, niſi tempore extractionis, & admiſsionis, vt de ſe patet; *Io. de Plat. in l. ſi quis ſpontaneos, in princ. verſ. quod intelligo, C. de decurion. lib.* 10. vbi ait, electionem decurionum ſpectare quidem ad Conſiliarios, verùm ſi electio fiat de perſona indigna, poteſt ſuperior illam
27 improbare, & inquirere, an electus ſit idoneus; ſequitur *Lancell. Corrad. in tract. de decur. nu. 23. verſ. verumtamen*; ex quibus collige, quòd licèt eligatur, & imbuſſuletur debitor, tamē ſuperior poterit illum excludere ab honoribus tanquam incapacē: & in puncto hanc quæſtionem ponit, & determinat *Caput. de regim. Reip. cap. 2. num.* 18 vbi hæc ait. *Id-*
28 *circò tempore buſſulationis buſsulandi ſunt habiles, & inhabiles, reſeruata exceptione inhabilitatis ad tempus extractionis a buſſula*: licèt hic auctor contrarium velit, ſi in aliquo loco adſit ſtatutum, quo prohibeatur buſſulari inhabi-
29 lis, quia tunc requiritur habilitas tempore buſſulationis: Et hæc quidē prohibitio adeſt in Ditione Eccleſiaſtica, vt ex verbis Bullæ, & literis ſuperius regiſtratis apparet. Quāmuis poſſet adhuc replicari, quòd etiam ex verbis Bullæ non videatur prohibita electio, ſed extractio ponderando copulam, *&*, poſitam inter electionem, & adminiſtrationem, itaut copulatiuè requiratur electio, & admiſſio, ad hoc, vt ſit locus inhabilitatis, & expulſionis: ſiquidem natura copulæ eſt, vt vtrumque copulatum concurrat, *l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit. Surd. deciſ. 271. num. 5.*

30 Inſuper quæſitum eſt, an diſpoſitio Bullæ vindicet ſibi locum in conductoribus vectigaliū, qui nondum rationem de geſtis reddiderunt, itaut ex hoc capite excludantur a licitatione ſuper noua locatione eorundem vectigalium? & non eſſe excludendos, reſcripſit aliàs ſacra Congregatio ad petitionem Prouinciæ Marchiæ. Petitio hæc eſt.

[*Si deſidera* dichiaratione, ſe li gabellieri, che hanno gabelle, de' quali non habbiamo ſaldato il debito, poſsino oſferire all'iſteſſe, renouandoſene l'affitto, ò ad altri prouenti publici: Reſponſum

Caſus iſte non comprehenditur ſub Conſtitutione, prohibente admitti ad officia publica debitores Communitatū, & habentes litem *cum ipſis.*]

Quod quidem reſponſū videtur omnino contrarium *textui in l. 9. locatio, aliàs licitatio, §. 1. ff. de publ. & vectig. vbi*

Paulus I.C. hæc ait. [*Reliquatores* ve-
ctigalium ad iterandam conductionem,
antequam ſuperiori conductioni ſatisfa-
ciant, admittendi non ſunt. Debitores
fiſci, itemque Reipublicæ, vectigalia con-
ducere prohibentur, ne ex alia cauſa eo-
rum debita onerentur: niſi fortè tales fi-
deiuſſores obtulerint, qui debitis eorum
ſatisfacere parati ſint, *&c.*]

Sed poterit ſaluari reſponſum ſacræ
Congregationis, ſi dicamus, intellexiſſe
per officia publica ea tantùm, quæ ma-
gis ad honorem, quàm ad munera, ſeu
onera accedunt, vt ſunt Magiſtratum ge-
rere, Decurionis munere fungi, & ſimi-
31 lia. Vectigalium verò conductio, licèt
munus publicum ſit, *l.1.§.hic titulus, ff.
de public. & vectig.* vile tamen eſt, *ex
Vlpiano in l.12.quantæ, eodem tit.* dum
ait; *Quantæ audaciæ, quantæ temeritatis
ſint publicanorum factiones, nemo eſt,
qui neſciat.*

Secundò ſaluabitur, ſi dicamus, intel-
lexiſſe, quoties publicani tales offerunt
fideiuſſores, qui eorum debitis ſatisfa-
cere parati ſunt, quod etiam permittit
Paulus I.C. in d.§.debitores.

32 Tertiò poterit ſaluari, quia ſtatim atq;
publicanus non ſoluit vectigaliũ penſio-
nes, poteſt repelli, licèt tẽpus conductio-
nis non ſit completum; & vſuras ab eo
ex mora exigere permiſſum eſt, *l. vecti-
galia, §.nondum ſolutis, ff.de publ.& ve-
ctig. & dicemus infra latius de vectigal,
& gabell.*

33 Quartò poteſt ſaluari, quia quibuſdam
in caſibus poſſunt publicani compelli ad
iteratò conducendum gabellas, ſi alius
non inueniatur conductor; *vt eſt textus
in l.cotem ferro, §.maximos, & ibi Doct.
ff.de public. & alij relati a Ferretto de
gabell. ſub nu.289.verſ.quod fallit.* Qua-
re ſi in hoc, & alijs ſupradictis grauan-
tur, debent in alio releuari; *l.ſecundum
naturam, ff.de reg.iur. cum alijs vulga-
tis iuribus.*

Prohibentur etiam debitores Ciuita-
34 tum Legationis, & Oratoris munere
fungi, *l.ſciendum, ff. de legation. Io.de
Plat.& alij in l.1.C.de debitor. Ciuit. lib.
11.Germon. de legatis Princip. & popul.
lib.3.cap.12.num.4.& num.5.addit;* quo-
ties Princeps, aut Reſpublica debitori
ſuo, & ob rem ſuã priuatam legationem
dat, aut debitum illi condonare, aut de-
biti ſolutionem differre cenſetur, donec
a legatione fuerit reuerſus, cum alioquin
debita fiſcalia nullam patiantur moram;
35 imò habent priuilegium, vt non obſtan-
te appellatione interim exigi poſſint; *l.
penes illum, & ibi Salicet. C.de vectig. &
comm.* & contra recuſantes ſoluere po-
teſt abſque alia ſolemnitate proceſſus
incipi ab executione, & captura; *Bald.in
conſ.238.ad veritatem, lib.1. relatus a
Card.Tuſco in ſuis concluſ.de gabell.con-
cluſ.22.gabella habet multa priuilegia;*
& plenius hanc rem proſequitur *Fr.
Mauſonius de cauſis executiu.lib.1.ampl.
30.num.21.& per tot.viden.* Quod etiam
apertè ſancitum eſt *in Bulla noſtra §.24.*
vt nõ obſtante quacumque inhibitione,
appellatione, ſeu impedimento, a quo-
cumque iudice illato, ſeu emanato, pro-
cedatur contra debitores Vniuerſitatũ,
donec ipſis Vniuerſitatibus fuerit ſatiſ-
factum; & quotidie ſuper hoc a ſacra
Congregatione Boni Regiminis expe-
diuntur literæ cum clauſula, *dummodo
inhibitiones, vel impedimenta non ema-
nauerint in vim Commiſſionis manu Sã-
ctiſſimi ſignatæ*: quia qui poteſt conde-
re leges, poteſt etiam illarum executio-
nem ſuſpendere, declarare, & tollere;
vulgatis iuribus, & faciunt tradita *a
Ferrett.tract.de iuſto bell. num.112. &
ſeq.*

Quid autem dicendum, ſi debitor Ci-
uitatis efficiatur de fuga ſuſpectus, num-
quid adminiſtratores Ciuitatis poterunt
illum, non docto de credito arreſtare,
& capere? & affirmatiuè videtur reſpõ-
dendum, per ea, quæ leguntur *in Bulla
d.§. 24.* vbi datur facultas procedendi
ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſola
facti veritate inſpecta, ſine ſtrepitu, & fi-
gura iudicij, manu regia, &c. quę quidem
clauſulæ tollunt ſolemnitates iuris ciui-
36 lis, obſeruantiam terminorum ſubſtan-
tialium, vt pluribus probat *D. Marta
de clauſ.71.& 180.per tot.lib.1. Rota de-
ciſ.446.num.1.par.2. recent. & deciſ.36.
num. 58. & 59.par. 5. recent.* vbi quòd
habens facultatem procedendi ſine ſtre-
pitu, & figura iudicij, poteſt iubere, res
capi, & diſtrahi, licèt hoc ſit de natura
magis exequutionis, quàm condemna-
tionis, quia talia ante ius ciuile manu
regia expediebantur.

Verùm *ead.Rota Romana in Forolï-
nien.nullitatis, die 20. Maij 1613. coram
Sacrato*, videtur contrarium ſenſiſſe,
dum ait, clauſula, *manu regia, &c.* tolle-
37 re ſolemnia tantùm, non autem ſubſtan-
tialia iudicij, vt eſt, docere de credito;
nam ex hoc inſpicitur veritas facti; &
38 tenetur etiam Communitas inſtare pro
carceratione, iurare debitorem ſuſpe-
ctum,

38 ctum, & docere de illius deterioratione, pront quilibet tenetur, volens agere contra ſuum debitorem de fuga ſuſpectum; *Caſtrenſ.con.374.pro pleniori,n.1 lib.1.Caccialup.de debitor.ſuſpect.quæſt.6 num.1,9.11.& 29.* qui dicunt, tria eſſe copulatiuè per creditorem probanda, ad obtinendum capturam contra debitorem de fuga ſuſpectum; primò ſe creditorem in certa ſumma; ſecundò debitorem eſſe ſuſpectum; tertiò ſuſpicionem ſuperueniſſe poſt contractum debitum; *Roman. verò in conſ.320. num.3. & ibi Mandoſ.in lit. b. verb. ſuſpectus*, addit quartum, videlicet ne debitum ſit modicum, quia ratione modici non dicitur quis ſuſpectus; *Marſil.ſingul.282.in princ. & per tot. Menoch.de arbitr. caſu 87. nu.2. & alia nos quoque adduximus in comment.ad ſtatut.Vrbeuet.de ſuſpect. fugit.cap.gloſſ.3.in princ.*

Sed & alia ratione conſultum eſt Vniuerſitatibus, ſi debitor capi nequeat, & fugam arripiat: ſiquidem eo recedente, eius bonorum poſſeſſores,& Vniuerſitati obligatorum conueniri poterunt pro rata eius, quod poſſident, *condictione l.apud eos, C.de debitor. Ciuit. vbi Bart.*
39 *hoc notat in princ.& ſub num.2.Io. de Plat.nu.1.verſ.ſequitur*, dicentes, hunc eſſe caſum ſingularem, & ſpecialem fauore Ciuitatum, vt ſcilicet actione perſonali agi poſſit, quæ intentari non poteſt contra tertium poſſeſſorem, niſi alienatio facta eſſet in fraudem; attamen fauore Reipublicæ, & Ciuitatum inductum eſt, vt recedente ſuo debitore, & bona ſua alienante, poſſit Ciuitas, excuſſo prius debitore, agere contra emptores, & bonorum poſſeſſores, qui non etiam obligati, nec contraxerunt cum Ciuitate, vt quilibet ſoluat Ciuitati ſortem, & vſuras, ad quas erat debitor obligatus, pro rata eius, quam quilibet de bonis debitoris poſſidet;& hoc etiam vult *gloſſ.in d.l.apud eos,in verb.obnoxijs, & in verb.conueniantur;& concordat l.fin. ibi,vel rerum eius poſſeſſores,C.quo quiſque ord.conuen.lib.11. & notant etiam Bart.& Io.de Plat.in l.fin. C. de cenſib. lib.11.*

40 Quæ autem requirantur ad hoc, vt debitor Vniuerſitatis ſoluens liberationem conſequatur? docet *Io. de Plat. in l.cautiones,verſ.& ſic nota,C.de ſolution. lib.11.* dum ait,tria eſſe neceſſaria, nempe ſolutionem eius, quod debetur, auctoritatem, & ſubſcriptionem illius, ad quem ſpectat exactio, *vt in d. l. cautiones,& l. ſemel,C.de apoch. pub. lib.10.*

Quando autem debitor ſoluens teneatur docere de verſione pecuniarum ſolutarū exactori Vniuerſitatum; *Idem Io.de Plat.in d.l.cautiones, verſ.ſecundū dictum,& nos diximus ſupra cap.28.nu. 23.& ſeq.*

Numquid autem debitores Vniuerſi-
41 tatum capi poſſint de nocte? & negatiuè videtur reſpondendum, per ea, quæ congerit *Poll.Ripa in tract. de noct. temp. cap.71.de captura,nu.1.& 2.* vbi firmat, capturam in re ciuili faciendam eſſe cōgruo tempore, nec eſſe faciendam de nocte, licèt ſecus ſit in re criminali, vt ibi per eum. Verùm ſacra Congregatio Boni Regiminis, ſi debitor latitet, & difficilis reddatur eius captura de die, cōcedit etiam aliquando, vt de nocte capi poſſit,& ita reſcripſit ad fauorem Communitatis Vulſinienſis, inſtante D.Gregorio Amiano tunc Agente, & Collega meo in Prouincia Patrimonij ſub die . . Septembris 1637.

Et cum aliàs Prouincia Marchiæ inſtetiſset declarari, an licitum eſset capere debitores Vniuerſitatum in proprijs domibus, in nundinis, mercatis priuilegiatis, & de nocte? eadem ſacra Congregatio Boni Regiminis die 4.Octobris 1614.in 23. petitione a P.Iacobo Cima illius Prouinciæ Cancellario recollectis, id totum arbitrio Gubernatoris eiuſdem Prouinciæ, & pro prudentia ipſius, remiſit, his verbis. *Prouideat Gubernator Prouinciæ iuxta caſuum contingentiam, prout ſibi videbitur rationi conſonum.*

Cum autem ſupra dictum ſit, debitores Vniuerſitatum arcendos eſse ab officijs, muneribus, & honoribus ipſarum
42 Vniuerſitatum, quæritur, an hæc prohibitio locum habeat in fideiuſsore ipſius debitoris? Hanc quæſtionem pro vtraque parte diſputat *Alberic. in tract. de ſtatut.par.1. quæſt.178. quæſtio etiam pulchra:* & concludit, fideiuſſorem debitoris eſse debitorem, & ideo excludendum ab officio, ſequitur *Afflict. ſuper feud. quæ ſint regalia, in verb. vectigalia,num.114.* eòque magis, quando fideiuſsor ſe obligauit, vt regularitèr fieri ſolet, tanquam principalis, principalitèr, & inſolidum in forma Cameræ,&c.
43 quia tali caſu etiamſi obligatio principalis contrahentis corruat, ſuſtinetur tamen obligatio fideiuſsoris, *vt apud Galleſ.& illi adden. de obligat. Camer. deciſ. 110,num.12. & 18. Mohed. deciſ.2. de fideiuſ.*

deinſ.alias 144. *per tot.* declarans, maximè verum, quando, in contractu adeſt iuramentum, quia talis obligatio valet, vt melius valere poteſt; *Natta conſ.*345. *Conſtantinus, num.*3. & ita ego obtinui pro Communitate Ciuitatis Caſtellanæ contra fideiuſsorem ſui debitoris.

Nonnullas limitationes ad poſitam regulam contra debitores Vniuerſitatũ, vt non recipiãtur ad officia publica, colligit *Auguſt.*Caput.*de regim.Reipub.cap.*3.*num.*98. *& ſeq.* videlicet, vbi conſuetudo adeſset in contrarium; quando nõ repetiantur alij idonei, qui negocia publica adminiſtrent; ſi condemnatus fuerit poſtea abſolutus, vt ibi latius; & addit *nu.*100.*verſ. & idem in debitorem*, quòd ſi debitor ante tempus adminiſtrationis ſoluat, eum admittendum eſse ad officium; quæ tamen limitatio turbida eſt, per ea, quæ diximus ſupra, prout etiam ipſe Caputus declarat, quando appareat
44 affectatio, quę faciat, vel inducat ſuſpicionẽ, veluti ſi quis nominatus ad aliquod officium, & eſt debitor Reipublicæ, ſi in promptu offerat ſoluere, eſt in arbitrio iudicis admittere, vel non admittere, quia illa ſolutio promptuaria indicat affectationem, *vt ibi in verb.affectatio.*

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratores rerum publicarum neceſſariò ſunt eligendi, & quis ordo, & modus in eorum electione ſeruandus.*

2 *Adminiſtratores vbi electi fuerint, exigenda eſt ab eis cautio, aliàs tenentur electores.*

3 *Adminiſtrator, qui tempore electionis dedit idoneas cautiones, ſi poſtea appareat non ſoluendo, quis tenetur, & quid agendum.*

4 *Exactor, qui minus diligentèr exegit, tenetur ſarcire damnum Vniuerſitati.*
*Declara concluſionem vt num.*5.

6 *Conductor rerum publicarum, ſeu illius fideiuſſores ſi minus idonei efficiãtur, quid agendum, & quis ordo ſeruandus.*

7 *Conſtitutio noſtra auget in hoc diſpoſitionẽ iuris cõmunis, quando inter ſe tutores pupillorum, & adminiſtratores Vniuerſitatum.*

8 *Fideiuſſor adminiſtratoris rerum Vniuerſitatum non tenetur ad vſuras de iure communi; ſecus ex Bulla Boni Regiminis.*
*Declara concluſionem, vt nu.*9.

10 *Differentia inter fideiuſſores contractus, & officij in quo conſiſtat.*

11 *Adminiſtratores rerum publicarum ſunt in duplici differentia.*

12 *Adminiſtratores rerum publicarum minus auctoritatis habent in rebus publicis, quàm priuati in rebus priuatorum.*
*Hæc tamen concluſio declaratur, quia nonnullas difficultates habere videtur, vt adnotatur nu.*13. *& ſeqq.*

14 *Adminiſtratores poſſunt expedire ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum, quia dicuntur habere poteſtatem generalem cum libera.*

15 *Adminiſtratores Vniuerſitatum poſſunt tranſigere ſuper re dubia ipſarum Vniuerſitatum, ſi bona fide, non ambitioſè tranſigant.*
*Amplia poſſe etiam remittere debitum vſurarium. nu.*16.
*Declara in remiſſione tacita, non autẽ expreſſa. nu.*17.
*Declara ſecundò, non poſſe remittere, nec donare debitum liquidum, & purum; & quare. nu.*18.
*Declara tertiò, ſi confiteantur ſolutum quid eſſe Vniuerſitati, & hi ſint perſona conſtituta ad recipiendum, tal. confeſſio præiudicat Vniuerſitati. n.*19.
*Limita nu.*23.

20 *Decreta ambitioſa Decurionum, an, & quando ſint ipſo iure nulla, vel ope exceptionis reſcindantur.*

21 *Vniuerſitas poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus læſionem, & hæc reſtitutio peti poteſt a quolibet de populo, & a quo petenda erit.*

22 *Clauſula,* ſi, & in quantum poſsunt, *appoſita a Decurionibus in decretis Vniuerſitatum quid importet.*

23 *Adminiſtratores plures ſi ſint ab Vniuerſitate conſtituti, quilibet ipſorum habet mandatum in ſolidum, etiam in ijs, quæ requirunt ſpeciale mandatum, licèt hoc non fuerit expreſſum.*

24 *Ordo ſeruandus in conueniendis adminiſtratoribus Vniuerſitatum, & nu. ſeq.*

25 *Collega quando, & quomodo conueniri poſſit pro alio collega.*

26 *Ordo idem an ſeruetur in conueniendis tutoribus, & adminiſtratoribus Ciuitatum.*

27 *Tutores quàmuis diuidant tutelam inter ſe, nihilominus tenentur in ſolidum, & quare.*

28 *Adminiſtrator Reipublicæ non poteſt per alium gerere negotium ſibi commiſſum.*

Sol-

29 Soluens pro correo, an, & quando repetat ſolutum; & quid in pluribus fideiuſſoribus.

30 Nominator quando teneatur pro nominato.

31 Damnum contingens Vniuerſitati poſt mortem vnius adminiſtratoris, dolo, & & culpa aliorum non nocet hæredibus defuncti, & quare.

32 Hæres quando teneatur de dolo defuncti.

33 Hæres, qui non confecit inuentarium, tenetur etiam de iure canonico pro delictis, & contractibus defuncti.

34 Adminiſtratores duo ambo ſoluendo tẽpore depoſiti officij poſſunt petere diuiſionem obligationis; & ſi vnus ſoluat totum, habet vtilem actionem contra collegam, etiam ſine ceſſione.

35 Adminiſtrator, qui habuit pecuniam ad certum vſum Vniuerſitatis, ſi in alium vſum conuertat, an, & quando detur compenſatio.

36 Adminiſtrator, qui pecuniam publicam in proprios vſus conuertit, qua pœna mulctetur.

37 Adminiſtrator, qui ſuo periculo pecuniam publicam accipit, poteſt illa vti, vt in caſibus hic expreſſis, ex doctrina Decij.

38 Adminiſtratores delinquentes ratione officij tenentur etiam poſt finitum officium; & quomodo conueniendi.

39 Officialis, qui nõ poteſt inducere Vniuerſitatem ad ſarciendum damna, debet deponere officium.

40 Adminiſtrator, qui commiſit delictum, vſque ad quantum tempus conueniri poſſit.

41 Adminiſtrator quanto tempore teneatur pro re malè locata.

42 Obligatio Cameralis expirat finito tempore in inſtrumento appoſito.

43 Ratio ab adminiſtratoribus Vniuerſitatum quomodo ſit exigenda; vide remiſſiuè.

44 Adminiſtratores omnes rerum alienarũ tenentur de iure humano, & Diuino reddere rationem.

Amplia non ſolum reddere rationem, ſed etiam ſoluere reliquatum, appellatione remota. nu. 45.

46 Fideiuſsor adminiſtratoris ad certum tempus, an, & quando conueniri poſſit poſt tempus.

47 Actuarij, & familiares Baronum excludendi ſunt ab officijs, & adminiſtrationibus rerum publicarum; & quare.

XVI.

Gloſſ. 3.

Adminiſtrauerint.

C A P. XXXXV.

1 QVONIAM parum eſt Vniuerſitates habere bona, res, & priuilegia, aliaque iura, niſi etiã adſint adminiſtratores, & officiales, qui ipſas Vniuerſitates regant, earumque bona, & iura protegant, & defendant, vt obſeruat *gloſſ. in rub. C. de admin. rerum public. lib.* 11. quam ſequitur *Io. de Plat. ibi*, qui quidem adminiſtratores dicuntur etiam Capita Vniuerſitatum; nam cum quælibet Vniuerſitas repræſentet quoddam corpus, debet habere ſuũ caput, aliàs eſset corpus monſtruoſum, & acephalum, vt ait *Caput. de regim Reipub. in rubr. num.* 35.

Eligendi ſunt igitur adminiſtratores rerum publicarum, quæ quidem electio ita facienda eſt, vt conuocato Conſilio, ab ipſis Conſiliarijs, ſeu Decurionibus fiat, *l. 2. C. de decurion. lib.* 10. *l. exactores, C. de ſuſceptor. & archar. eodem lib.* 10. *l. Lucius, ff. ad municipal. & nos diximus ſupra §. 9. gloſs. 2. in verb. Syndicus, & in §. 12. gloſs. 2. in verb. Conſilijs.*

2 Vbi verò facta eſt electio adminiſtratorum, exigenda eſt ab illis cautio, benè ſcilicèt, & fidelitèr adminiſtrandi iura, & bona Vniuerſitatum, ſuæ adminiſtrationi commiſſa, aliàs tenentur electores ad omnia damna, quæ ex mala adminiſtratione proueniunt, vel prouenire poſsũt Reipublicæ, *vt in d. l. electores, verſ. & animaduertant, C. de ſuſceptor. l. 2. C. de adminiſt. rerum publ. lib. 11. & ibi Bart. Io. de Plat. & alij*; prout etiam pluriès reſcripſit ſacra Congregatio Boni Regiminis in hæc verba. [*Priores*, & officiales locorum curent præſtari idoneas fideiuſsiones perconductores prouentuũ publi-

publicorum, illaſque per Conſilium ge-
nerale approbari, iuxta formam Con-
ſtitutionis ſuper Bono Regimine, ante-
quam ad poſseſſionē illorum admittan-
tur, aliàs teneantur de proprio ad om-
nia damna, expenſas, & intereſse iuxta
formam dictæ Conſtitutionis.

Sed poſito, quòd Officiales inuigila-
3 uerint, quantum in ipſis eſt, vt idoneæ
fideiuſſiones dentur, & hæ in generali
Conſilio ſint approbatæ; poſtea verò tam
conductor, quàm eius fideiuſsor appa-
reat non ſoluendo, ex quo Vniuerſitas
damnum patiatur, numquid pro ſua in-
demnitate aget contra Officiales, & Ma-
giſtratus? Reſpondetur primò, ſi con-
ductor tempore conductionis, ac etiam
illa finita, & quando dies ſolutionis ceſ-
ſit, erat ſoluendo, neque Officialis, ne-
que Magiſtratus, aut Decuriones tenen-
tur, *ex l.1. §. ſi magiſtratus ab initio, ff.
de magiſtr. conuen. Ioan. de Plat. in l. apud
eos, num.5. C. de debitor. Ciuit. lib.11.* ſed
4 ille cogendus erit ad ſarciendum dam-
na, cui demādata erat cura exigendi re-
ſponſiones, & prouentus, & qui minus
diligentèr negocium geſſit, vt eſt *text. in
l.1. C. de pericul. nom. lib.11. & ibi Bart.
Ioann. de Plat. Luc. de Penn. & alij.*

Hæc tamen reſponſio non eſt ſimpli-
5 citèr, & abſolutè intelligenda; nam ſi è
veſtigio, ideſt immediatè poſt depoſitū,
& finitum officium, ſeu conductionem
efficiatur nō ſoluendo, tunc non eſt im-
putandum exactori, qui in continenti,
in ipſo momēto temporis finito officio,
non exegit, nam debuit hoc agere cum
aliquo temperamento arbitrio iudicis,
*per tex. in l.37. diuortio, § non enim è ve-
ſtigio, ff. de negoc. geſt. & ibi gloſſ. in verb.
ſi non protinus, & in d. l.1. C. de pericul.
nomin. in verb mutilatum, quam gloſſ. ſe-
quitur Ioan. de Plat. ibi, ver. niſi è veſti-
gio.*

Secundò reſpondetur, ſi conductor,
6 eiuſque fideiuſsor appareant minus ido-
nei, tunc erit ſeruanda diſpoſitio *l. quo-
niam Augerio, C. de conuen. fiſci debit. lib.*
10. vbi primo loco conueniatur condu-
ctor, ſecundo loco eius fideiuſsor, tertio
loco, & in ſubſidium decuriones, qui
fuerunt in culpa; videatur *gloſſ. in dicta
l. quoniam, in verb. etiam vos. & probat
tex. in l.1. in princ. verſ. ſed ſi ordo, ff. de
magiſtrat. conuen.*

Et ita ſeruatum vidi contra quoſdam
Conſiliarios, & adminiſtratores Ciuita-
tis Fulginei, qui miniſtros annonæ mi-
nus idoneos elegerunt, nec ab eis cau-
tionē exegerunt; tranſmiſso enim illuc
R.P.D. Saulio Congregationis Boni Re-
giminis tunc Auditore, ſeu Ponente,
prædictos Conſiliarios, & Deputatos
condemnauit ad refectionem damnorū,
quæ Ciuitas, & annona paſsæ fuerunt, &
condemnatio, ſeu ſententia fuit ab ipſa
ſacra Congregatione confirmata vti iu-
ridica, ex reſpōſo *Papiniani I.C. in l. Im-
perator, cum duobus ſeqq. ff. ad municip.
& incol.* vbi datur ordo cōueniendi Ma-
giſtratus, qui malè ſe geſserunt, aut illum
ſeu illos, qui malos miniſtros, eorumque
fideiuſsores nominarunt.

Notandum tamen puto, hanc noſtram
7 Conſtitutionem augere diſpoſitionem
iuris communis; hoc enim non ſemper,
& per neceſse requirit præſtationem fi-
deiuſsorum, quando illi, qui Rempubli-
cam adminiſtrant, per ſe ipſos ſunt ido-
nei, vt probat *text. in l. quicumque, C. de
fund. patrim. lib.11. l. prior, ff. de admi-
niſt. rerum ad Ciuit. pertinen.* quem tex.
ad hoc allegat *Io. de Plat. in l.1 in princip.
verſ. & tamen vna, C. de pericul. nomin.
lib.11.* dum aſsignat differentiam inter
adminiſtratores rerum publicarum, &
eos, qui tutelam pupillorum gerunt; hi
namque neceſsariò cauere tenentur, li-
cèt idonei ſint, *d. l.1. §. ſi magiſtratus ab
initio, ff. de magiſt. conuen.* adminiſtra-
tores verò rerum publicarum non ſem-
per ad hoc coguntur, vt diximus. Noſtra
verò Conſtitutio æquando inter ſe tu-
tores pupillorum, & eos, qui rem pu-
blicam adminiſtrant, ſemper dandos eſ-
ſe idoneos fideiuſsores in pleno Conſi-
lio approbandos, ordinat, & præcipit.

Auget etiam noſtra Cōſtitutio diſpo-
ſitionem iuris communis, dum vult, Of-
ficiales, & Magiſtratus, qui non exigunt
cautionem ab acceptantibus munera
publica, teneri ad omnia damna, expen-
ſas, vſuras, & intereſse: ſiquidem de
8 iure communi obligatus, vel qui fideiuſ-
ſit pro acceptante officium, ſeu admini-
ſtrationem publicam, non tenetur ad
pœnas, & vſuras, quas ipſe incurrit, *l.1.
in princip. verſ. vtilis ergo, ff. de magiſtr.
conuen. & ſcribit Io. de Plat. in dicta l.1.
num.1. verſ. hoc eſt verum, C. de pericul.
nomin. lib.11. & facit text. in l. vnic. C. de
his qui ex off. quod admin. conuen. lib.12.*

Verùm Officiales negligentes exige-
re cautiones, & ſatiſdationes teneri etiā
de iure communi ad omnia damna, pro-
batur *ex l. contra eos, C. de admin. rerum
publ. lib.11. ibi, quanti Reipublicæ intereſt
ſatis non eſse acceptum, dirigendam eſse*

actio-

actionem proſpiceretis; vbi Lucas de Penn. interpretatur hæc verba, ad omne damnum, quod proinde Ciuitas incurrit; & idem ſcribit *Io. de Plat. ibi num. 1. verſ. nota ergo; & probat etiam text. in l. fin. C. vt in poſſ. legatur.*

9 Re tamen maturius conſiderata, noſtra hæc Conſtitutio conformis eſt iuri communi; nec obſtant citata *l. 1. de Magiſtr. conuen.* nec alia iura in contrarium adducta; quia hæc loquuntur in fideiuſſoribus, & in ijs, qui ſe obligarunt pro acceptante officium publicum, vt notat *Io. de Plat. in d. l. 1. num. 1. verſ. hoc eſt verum, C. de peric. nomin. per text. in l. Lucius, 21. §. Paulus, ff. ad municip. ibi, qui pro alijs non ex contractu, ſed ex officio, quod adminiſtrauerint, conueniuntur, in damnum ſortis ſubſtitui ſolere, non etiam in vſuras:* & ita ſancitum fuiſſe *ab Antonino, & Vero A. A. reſpondit Sceuola in l. 24. Conſtitutionibus, ff. ad municip. ibi, humanum eſt reliquorum vſuras, neque ab ipſo, qui ex adminiſtratione honoris reliquatus eſt, neque a fideiuſſore eius exigi, &c. Nicol. Loſa. de iur. Vniu. par. 3. cap. vlt. num. 25.*

10 Sed in hoc etiam animaduertendum eſt, & conſideranda eſt diſtinctio circa fideiuſſores, quæ colligitur *in dd. ll. Lucius, §. Paulus, & in l. conſtitutionibus, ff. ad municip.* Alij namque ſunt fideiuſſores contractus, & hi tenentur ad vſuras, niſi aliter conuentum ſit, *l. 2. §. conductorem, & §. qui fideiuſſerunt, ff. de adminiſtr. rerum ad Ciuit. pertin. Nicol. Loſaus de iur. Vniu. par. 3. cap. 7. num. 5.* imò ſi tales fideiuſſores iuramento promiſerunt, & ſe obligauerunt vti principales, & in ſolidum, prout regulariter, & de ſtylo obligari ſolent, tunc in duriorẽ cauſam, quam principaleſmet tenentur; *Surd. conſ. 20. nu. 23. & 24.* nam hoc caſu deſinunt eſſe fideiuſſores, & efficiuntur correi; *Natta conſ. 52. num. 5. & per tot. idem Surd. d. conſ. 20. num. 26. vſque & per tot. Rota poſt tract. Cene. de cenſib. deciſ. 21. num. 7. & 10. & in deciſ. 60. nu. 1 deciſ. 79. num. 7. & deciſ. 83. num. 6. in eod. tract.* Alij autem ſunt fideiuſſores pro adminiſtratione honoris, & officij, vt in *dd. ll.* & hi non tenentur ad vſuras, neque ad pœnas pro ipſis adminiſtratoribus, ſed dumtaxat ad ſortem, *vt in d. l. vnica, & ibi Io. de Plat. & alij, C. de peric. eorum, qui pro magiſ. inſeru. lib. 11. l. fideiuſſores, 69. ff. de fideiuſſ. & mand. l. vnic. C. de his qui ex offic. quod admi. lib. 11.*

11 Et ex his etiam collige, adminiſtratores rerum publicarum eſſe in duplici differentia; alij enim bona, & res publicas adminiſtrant, & qui pro iſtis fideiubent, dicuntur fideiuſſores contractus, & tenentur ad vſuras, vt dictum eſt: alij verò ſunt adminiſtratores iuſtitiæ, & officiales dicuntur, & Magiſtratus, de quibus loqintur *l. prohibere, 3. §. planè, ff. quod vi, aut clam. l. 2. §. poſt originem, ff. de orig. iur. gloſſ. in rub. de admin. rerũ pub. lib. 11.* & horũ fideiuſſores neque ad vſuras, neque ad pœnas tenentur; ſed quoniam de iſtis agere ad rem noſtram modò non attinet, de ijs tantùm tractabimus, qui bona Vniuerſitatum adminiſtrant.

Qui igitur bona Vniuerſitatum admi-
12 niſtrant, minorem poteſtatem habent in rebus publicis, quàm priuati bona priuatorum adminiſtrantes; *Luc. de Penn. in rub. C. de admin. rerum pub. lib. 11. per tex. in l. 3. §. non tantum, & §. ſeq. cum ibi*
13 *not. ff. quod vi, aut clam.* Quæ concluſio vt melius intelligatur, quædam ſubijciã, ex quibus ſententia Lucæ de Penn. videtur habere difficultates.

Et primò adminiſtratores Vniuerſitatum poſſunt intentare, & mouere actiones competentes ipſi Vniuerſitati; *Caſtren. in l. vltima, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nom. Bald. in l. 30. vbi de hoc eſt text. C. de decurion. lib. 10.*

Secundò, dicti adminiſtratores poſ-
14 ſunt omnia alia negocia ipſius Vniuerſitatis expedire, quàmuis ſpeciale mandatum requirant, quia dicuntur habere mandatum, & poteſtatem generalem cum libera, &c. *gloſſ. fin. in l. 60. mandato generali, ff. de procur. per tex. in l. Præſes, C. de tranſact. vbi Alex. num. 2. & 3. Dec. conſ. 296. non patitur, num. 2.* quos refert, & ſequitur *Loſa. de iur. Vniuerſ. par. 1. cap. vlt. num. 109. & ſeq.* qui ex pluribus concludit, licèt in mandato ſingulatum perſonarũ ſit neceſſaria adiectio clauſulæ, *eum libera, &c.* vel æquipollentis, ad hoc vt libera cenſeatur data poteſtas, & adminiſtratio; in mandatis tamen Vniuerſitatum tacitè hoc videtur ineſſe ex legis diſpoſitione; *Curt. iun. in d. l. Præſes, num. 2. C. de tranſact. vbi etiam Iaſ. num. 7. 8. 9. & 10. & Bart. num. 4.*

Tertiò, hac etiam ratione, quia ha-
15 bent adminiſtrationem cum libera, poſſunt ſuper re dubia ipſius Vniuerſitatis tranſigere, & tenet tranſactio; licèt in ipſa requiratur ſpeciale mandatum, ſi

modò

modò bona ſide, & non ambitioſè fa-
ctum ſit, *vt eſt textus in d. l.12. Præſes,*
C.de tranſact. & ibi ſcribentes, Dec. dicto
conſ.296.num.4.5. & vlt. & adminiſtra-
tores Ciuitatum poſſe paciſci ad vtilita-
tem, & damnum ipſarum Ciuitatum, &
Vniuerſitatum, niſi huiuſmodi pacta ſint
ambitioſa, dixerunt *Bald. in l.22.num.1.*
C.de pact. & in d.l.12. num.1. & ſeqq. C.
de tranſact. Maſcard. de probat. concluſ.
1314. per tot.

16 Quartò poſſunt adminiſtratores Vni-
uerſitatum remittere debitum vſuratiũ,
tanquam otioſum, *arg. textus in l. aduer-*
ſus, C. de vſur. vbi Bald. & Salyc. hoc no-
tant: verùm hanc remiſſionem tacitè, nõ
17 autem expreſsè fieri poſse dicit *ibi gloſſ.*
in verb. Ciuitatis, & adducit textum ſa-
tis clarum in l.38. Imperatores, ff. de pa-
ctis, vbi Papirius I.C. ait, Impp. Verus, &
Antoninus reſcripſerunt, debitori Reipu-
blicæ a Curatore remitti pecunias non
poſſe, & cum Philippenſibus eſſent remiſ-
ſæ, reuocandas; vbi gloſſ. in verb. pecu-
nias, ad tollendas contrarietates, quæ in
his iuribus videntur adeſſe, ait, hìc agi
de remiſſione expreſsa, quæ fieri non
poteſt: ſed *in præcitata l. aduerſus, C. de*
vſur. de tacita remiſſione, & ideo vale-
re; ſicut etiam Eccleſia, & Eccleſiaſtici
poſſunt tacitè, non autem expreſsè re-
mittere; *Auth. vt cum, de appell. cogno. §.*
ſi verò liberi, & in Auth. de ſanctiſs. Epiſ.
§. ſi verò intra annum.

Et ideo non poſſunt ius Reipublicæ,
18 & debitum liquidum remittere, nec do-
nare, nec in præiudicium ipſius Vniuer-
ſitatis alicui gratificari, *l. ambitioſa, ff. de*
decret. ab ord. faci. l.2. C. de decret. decur.
lib.10. vbi Io. de Plat. declarat, ea eſse
decreta ambitioſa, quæ ex cupiditate
ambitus, ideſt honoris, potius, quàm ex
zelo iuſtitiæ facta ſunt, vt quando Decu-
riones, vel Anziani, ſeu Adminiſtrato-
res per decretum donant aliquid de pu-
blico, vel liberant gratis debitorem pu-
blicum, & ſic dicuntur decreta ambitio-
ſa, donationem ſcilicet continentia; hęc
Plateanus loco cit.

Verùm ſi confiteantur, ſolutum eſſe
19 Vniuerſitati, & ſint perſonæ, quæ poſitę
ſint, & conſtitutæ ad recipiendum ſolu-
tiones, hanc confeſſionem præiudicare
Vniuerſitati, & ei ſtandum eſse, ſcribit
Caſtren. in l.38. num.3. ff. de pact. quem
refert Nicol. Loſæus de iure Vniuerſ. par.
1. cap. vlt. num.116. Marc. Anton. Tomat.
in deciſ. Macerat.2. num.37. poſt Gratian.
diſcept. foren.365. num.51.

20 Sed ne huic concluſioni acquieſcam;
mouent me ea, quæ ſcribit *Io. de Plat. in*
d.l.2. C. de decret. decur. lib.10. ſub num.2
vbi quærit, an decreta ambitioſa ſint nul-
la ipſo iure, vel ope exceptionis? & re-
ſpondit, ſi decretum deficit reſpectu ſo-
lemnitatis, vel quia continet donatio-
nem expreſsam ſuper eo, quod eſt a iu-
re prohibitum, & reprobatum, tunc eſt
ipſo iure nullum; ſi verò continet dona-
tionem velatè, & tacitè, vt quia admi-
niſtratores dicunt, rationem eſse benè
redditam, & calculatam, quæ verè non
ſit talis, vel fuerit facta locatio rerum
Vniuerſitatum minori pretio, ſeu mer-
cede, quam debuerat, tunc quia nõ ex-
preſsè continet iuris errorem, valet ipſo
iure; ſed ope exceptionis reſcindi debet,
ex d.l. ambitioſa, & l. calculi, ff. de admin.
rer. ad Ciuit. pertin & Vniuerſitas petere
21 poteſt reſtitutionem in integrum aduer-
ſus læſionẽ, & hæc reſtitutio peti poteſt
a quolibet de populo condictione ex
hac lege, vel officio iudicis, vt in ſimili
notat *Innoc. in c. conquerente, de off. or-*
din. & petenda erit corã ſuperiori præ-
ſide, vel corã iudice appellationis, quo
deficiente, petetur coram maiori Con-
ſilio; & apud nos in Eccleſiaſtica Ditio-
ne a ſacra Congregatione Boni Regimi-
nis; *l. vbi abſunt, ff. de tutor. & curat. dat.*
ab his, Bart. in d.l. ambitioſa, num.6. verſ.
item quæro hic dicitur; & num.29. verſ.
quæro quando decretum, ff. de decret. ab
ord. fac. qui etiam docet in nu. ſeq. quan-
to tempore duret inſtantia petendi re-
ſtitutionem in integrum, & an ipſimet
decuriones poſſint prædicta reuocare;
& diſtingue, *vt ibi per eum num.33.*

Si verò decuriones in decreto appo-
22 nant clauſulam, *ſi, & in quantum de iu-*
re poſſunt, &c. idem Bart. ibi nu.32. ait,
ſi decretum venit reſcindẽdum propter
iſta verba, erit ipſo iure nullum, quia di-
cta conditio, *ſi poſſunt*, eſt de præſenti,
quæ deficit, ſi non poſsunt, & reddit di-
ſpoſitionem ipſo iure nullam, ita *Bart.*
ibi per tex. in l. cũ ad præſens. ff. ſi cert. pet.
l.100. cõditio in præteritũ, ff de verb. ob-
ligat. Ex quibus videtur in dubium re-
uocata concluſio *Caſtren. & Loſæi*, dum
volunt, confeſſionem eorum, qui præ-
poſiti ſunt, & conſtituti ad recipiendam
ſolutionem, præiudicare Vniuerſitati,
itaut iſta confeſſio ad hoc, vt præiudi-
cet, intelligenda ſit iuxta diſtinctionem
Bart. & Io. de Plat. locis citat. quibus ad-
de Dec. conſ.296. non patitur, num.4. verſ.
venio ad ſecundum.

Quintò

23 Quintò nota, vbi plures adminiſtratores ſunt conſtituti ab Vniuerſitate, quilibet ipſorum habet poteſtatem, & mandatum in ſolidum, etiam in ijs, quę requirunt ſpeciale mandatum, licèt hoc expreſsum nõ fuerit, *l.*11. 12.*&* 13.*ff.ad*
24 *municipal.* Quibus ex iuribus claré cognoſces, quid ſeruandum, & quis ordo tenendus in conueniendis huiuſmodi rerum publicarum adminiſtratoribus; ait enim *Papinianus ibi*, ſignãtèr *l.*13.[*Talis* ordo dabitur, vt in primis qui Reipublicæ negocia geſserit, & qui pro eo cauerunt, in ſolidum conueniantur: mox peractis omnibus periculum agnoſcat, qui non idoneum nominauit; poſtremò alter ex Magiſtratibus, qui Reipublicæ negocijs ſe non immiſcuit; nec iuſtè qui nominauit, vniuerſum periculum recuſauerit; cum ſcire debeat, eum, qui nominaretur, indiuiduum officium, & cõmune periculum ſuſcepturum: nam & cum duo geſserunt, & ab altero ſeruari, quod debetur, non poteſt, qui collegam nominauit, in vniuerſum conuenitur: *hac Papinianus:* videndi ſunt *Dec.*[*dicto conſ.*296.*non patitur, per tot. Maſcard.de probat.concl.*1314.*per tot. & bonus text. in l.fin.C.quo quis ordine conuen.lib.*11. *vbi And.de Bar.Bart.Io. de Plat. & alij colligunt*, diuiſa adminiſtratione rerum publicarum inter Magiſtratus, vnus non
25 cõuenitur pro adminiſtratione alterius, niſi in ſubſidium, excuſso ſcilicet collega, eiuſque hæredibus, & poſseſsoribus bonorum, & nominatore; itaut primo loco conueniatur Titius, qui adminiſtrauit, eoque mortuo, illius hæredes; ſecundò, poſseſsor rerum ſuarum, in quem bona fuerunt alienata, pro rata, quam poſſidet; tertio nominator; quarto loco collega, ſi diuiſio fuit facta a iudice.

Verùm ſiue diuiſio facta ſit a iudice, ſiue ab ipſis adminiſtratoribus, quando ſimul cura pecuniæ Ciuitatis commiſsa eſt ſingulis, non pro ſtirili portione, ſed in ſolidum, ſi de indemnitate Ciuitatis poſtea quærendum ſit, primo loco bona illius, qui adminiſtrauit, excutienda ſunt, quæ niſi ſufficiant; collega conuenitur; *vt in l.*1.*C.quo quiſque ord.cõuen. lib.*11.*& ibi Io.de Plat.num.*1.*&* 2.*& in l.quoniam Augerio, num.*1. *C. de conuen. fisci debit.lib.*10.

Si verò ſeparatis portionibus cura pecuniæ mandetur, quilibet tenetur pro ſua portione, quam adminiſtrauit, & ſi malè geſſit, agendum eſt contra fideiuſſorem illius, & nominatorem, itaut collega in ſubſidium ſit conueniendus; *l.*2. *§.ſi verò ſeparatis*, C. *quo quiſque ord. conuen.& ibi gloſſ. in verb. adminiſtrauerit;& ad rem faciunt, quæ dixit Rota in cauſa Firmana pecuniaria corã Pauzirolo, 30. May 1636. quæ legitur impreſſa deciſ.*592.*in add.ad* 5. *part.recent.* vbi fuit conuentus, & coactus ſoluere fideiuſsor cuiuſdam adminiſtratoris annonæ; & in iſto caſu hic ordo ſeruandus erit, ſiue diuiſio facta ſit a iudice, ſiue a ſeipſis, vt notantèr ſcribit *Io. de Plat. in d.l.*1.*nu.*2. *verſ. ſi autem*; vbi etiam ſcribit, collegam in quatuor tantùm caſibus eſse conueniendum.

Primò, ſi collega ſuſceptum non fecit remouere: Secundò, ſi tardè fecit: Tertiò, ſi Rempub. ſaluam fore non exegit, cum videret eum fieri non ſoluen. Quartò, ſi colludendo inter ſe iura Reipublicæ prodiderunt. Et ad hoc vide *textum in l.*2.*iuncta gloſſ.& ſcrib.C.de diuid.tutel.*1,*& pro qua quiſque tut.con-*
26 *uen.* nulla enim adeſt differentia quoad ordinem conueniendi tutores, & adminiſtratores Ciuitatum, niſi quãdo facta eſt diuiſio a ſeipſis; nam hoc caſu quoad adminiſtratores rerum publicarum ſiue diuiſio fiat a iudice, ſiue a ſeipſis, nihil intereſt; vtroque enim caſu primò conueniendus eſt gerens, eiuſque fideiuſſor, & nominator, deinde & in ſubſidiũ collega, *d.l.quoniam Augerio, C.de conuenien.fisci debit.lib.*10.*l. Imperator, ff. ad municip.*
27 Tutores verò inter ſe diuidentes tutelam nihil agunt, & perinde eſt, ac ſi nulla facta eſset diuiſio reſpectu pupilli; nam omnes tenentur in ſolidum ad electionem actoris, ſiue omnes geſserint, ſiue nullus, *l.*2.*C.de diuid.tutel. ubi Salycet.* diuerſitatis rationem aſſignat, eãque refert, & ſequitur *Io.de Plat. in d.l. quoniam Augerio, num.*1. *uerſ. item cur diuerſum, C. de conuen. fisci deb. lib.*10. quia, inquit, tutor per alium contutorẽ gerere poteſt, & ita per ipſum gerere dicitur; *l.ita autem, §.geſſiſſe, ff.de admin. tut.* & ideo adultus poteſt conuenire quem vult, tanquam ſi omnes geſſiſsẽt;
28 ſed adminiſtrator Reipublicæ non poteſt gerere per aliũ, *l.nullus qui nexu, C.de decur. lib.*10. *facit Auenda.de exeq. mand. part.*2.*cap.*13. *num.*4.

Sed hic opportunè quæritur, ſi alius
29 pro alio ſoluerit, an hic, qui ſoluit, poſſit a correo repetere ratam ſibi tangentem? & videtur negatiuè reſpondendum per *text.in l.*12. *ff.ad municip.ubi Papinianus reſpondet: Ei, qui nominauerit*

*contra collegam nominati vtilem actio-
nem dari non oportet.*

Verùm contraria opinio videtur ve-
rior, ſolutum ſcilicet ab vno ob culpam
alterius repetendum eſſe actione nego-
ciorum geſtorum; *Caſtren.in l. cum ali-
cui,num.4.& in l.31. num.1.& 2.ff. de
negoc.geſt.& eſt text.in l.1.§.ſi pupillus,
in fin.ff.de tutel.& ratio.diſtrah.ibi,vti-
lem actionem tutori aduerſus contutorem
dandam;vbi gloſſ.in verb.vtilem,exponit
ideſt negociorum geſtorem, per text.in l.
ex facto,in fin.de negoc.geſt.Io. de Platea
in d.l.1.in fin.C.quo quiſque ord. conuen.
lib.11. ait: Si vnus ſoluit totum, habet
vtilem actionem, ſine ceſſione contra col-
legam*; & ad rem facit *deciſ.612. in cauſa
Firmana pecuniaria, coram Panzirolo,
in addit.ad 5.par. recent.vbi num.1.*ha-
betur,ſoluere ſi quis ſit coactus id quod
alius ſoluere tenetur, ei competit repe-
titio, tam contra ſoluere debentem,quã
contra illum, qui ex ſolutione commo-
dum ſentit; qoud multò magis proce-
dit, quãdo in actu ſolutionis ſoluens re-
portat facultatem retorquendi ſolutio-
nem contra quos de iure, *vt num.2. &
ſupra in alia deciſ.592. coram eodem in
addit.ad 5. partem recent.num.3.& 4.*di-
citur, quòd ſoluens id, pro quo aliquis
erat obligatus, ſuccedit in locum, cui
fuit ſolutum; quod multò magis proce-
dit, ſi adſit ceſſio ab eo reportata, nam
ſoluens Ciuitati pro alio, actio repeti-
tionis contra verum debitorem tranſit,
etiam ſine ceſſione; *vt ibi num. 5. & 6.*
quæ tamen regula non procedit in plu-
ribus fideiuſſoribus, contra quos non
datur actio, niſi cedatur; *l.40.vt fideiuſ-
ſor,& ibi ſcriben.ff.de fideiuſſ & ibi gloſ.
in verb.non eſt; facit d.deciſ.612. num.2.
in addit.ad par.5.recent.Ad textum verò
in d.l.12.ff.ad municip.* reſponſio ex le-
30 ctura colligitur, nominatorem ſcilicet
nõ teneri pro eo, qui fuit ab alio nomi-
natus, & idem deciſum habes *in l.2. C.
de pericul.nom.lib.11.vbi Bart.*notat,no-
minatorẽ teneri pro nominato officiali
in quantum ipſe conuenitur ex perſona
ſua, non in eo, ad quod conuenitur ex
perſona alterius,&c. ſequitur *Io.de Plat.
in d.l.2.n.1.C.quo quiſq;ord. cõuen.lib.11.*

Secundò principalitèr nota, damnum
31 contingens poſt mortem adminiſtrato-
ris, dolo, vel culpa aliorum, non noce-
re hæredibus defuncti, nimirum quia
adminiſtratio officij publici non tranſit
ad hæredem, vt de tutoribus,& curato-
ribus *eſt tex.in l.curatorum,C.de negoc.
geſt.* tenetur tamen hæres inchoata per
defunctum complete,*l.1.ff.de fideiuſſ.&
mand.& hæred.tuto.Io.de Plat.in l.1.n.3
notab.2.C.quo quis ord.con lib.11. facit
Oſaſch.dec.109.n.7.& 8.* Volũt enim DD.
32 tunc hæredem teneri de dolo defuncti,
quãdo agitur ex cõtractu,vel quaſi,puta
depoſiti, commodati, mandati, tutelæ,
negociorum geſtorum,*per tex.in l.11.ex
depoſiti. ff.de action.& oblig l.ſi hominẽ,
§.datur,ff.depoſiti; notatur in l. vnic.C.
ex delict.defunct.Bart.in l.1.ff.de priuat.
delict.* Si verò non agatur ex contractu,
tunc hæres non tenetur de dolo, & lata
culpa defuncti, niſi lis fuerit conteſtata
cum defuncto,vel in quantum peruenit
ad ipſum hæredem, vt *in d.l. vnic. C. ex
delict. defunct. & in d.l.ſi hominem, §.
datur, ff.depoſit.*

An autem hæc procedant etiam de
33 iure canonico (quod in Terris Eccleſiæ
præcipuè ſeruandum eſt) quando ſcili-
cet hæres non confecit inuentarium?af-
firmatiuè reſpondet *Io.de Plat.in l.1.n.4
verſ.licèt de iure canonico,C.quo quiſque
ord.conuen. lib.11.per text. in c. Epiſco-
pus,il primo 12.quæſt.2.& ibi gloſſ. in
verb.ab hæredibus, in fin.* ait, ſecundùm
canones in contractibus, & in delictis,
ſiue aliquid peruenerit ad hæredem, ſi-
ue non,ſiue lis ſit conteſtata cum de[illegible]
cto, ſiue non, hæres ſemper tenetu[illegible]
ſolidum; *c.ſi Epiſcopum 16. quæſt[illegible]. in
fin.ibi,ab hærede eius, quæ iniuſtè ab [illegible]lo
ablata ſunt, ſine executione reddantur*;
& alia ad hoc probandum adducit *ibi
gloſſ.in verb. reddantur.*

In contrarium tamen videtur *text[illegible]
c.5.in literis,§.quapropter, de raptor. vbi
Alex.Papa III.* Epiſcopo Claramon re-
ſcripſit, monendum, & compellendum
eſſe hæredem defuncti,vt damna contra
iuſtitiam ab ipſo defuncto irrogata iux-
ta facultates ſuas condignè ſatisfaciat;
vbi gloſ.in ver.iuxta facultates, exponit
*defuncti,*itaut vltra vires hæreditatis nõ
teneatur, ſi fecerit inuentarium, *vt in l.
ſancimus,§.ſin autem verò,§.ſeq.C.de
iur. delib.* vt autem concluſionem hanc
melius intelligas, ad quæ ſcilicet tenea-
tur hæres, qui non confecit inuentariũ,
vide *deciſ. 72. Rotæ Romanæ, inter no-
uiſſimas,par.2.coram Cantuccio,& deciſ.
535.in addit.par.5 recent.*

Tertiò principalitèr nota, ſi duo ad-
34 miniſtratores Vniuerſitatum ſint ambo
ſoluendo tempore depoſiti officij, hi
poſſunt petere diuiſionem obligationis
*ex epiſtola D.Hadriani,*vt quilibet con-
ueniat.

ueniatur pro virili, ſicut in tutoribus, & pluribus fideiuſſoribus, *l* 1. *§. nunc tractemus, ff. de tut. & ration. diſtrab.* & ſi vnus ſoluat totum, habet vtilem actionẽ contra collegam, etiam ſine ceſſione, *d. §. nunc tractemus, & probatur in l. 2. §. actio autem, & ibi gloſſ. in verb. ex aquitate, ff. de admin. rerum ad* Ciuit. *pertin. videndus eſt Boer. deciſ. 60. num. 1. & 2. & per tot.* qui etiam alia ad rem adducit; *& dictum eſt ſupra in proximo praeced. notab.*

35 Quartò notandum eſt principalitèr, ſi adminiſtrator habuit pecuniam Ciuitatis pro certa re facienda, ſed in aliã rem poſtea ad vtilitatem ipſius Ciuitatis erogauit illam, in redditione rationis poterit petere compenſationem, *l. in ea, C. de compenſat.* Fallit tamen concluſio, quando pecunia data ſit in cauſam rei frumentariæ, ad vbertatem comparandam, vel ſit pecunia Montis Pietatis ad vſum pauperum deſtinata; tunc enim pecunia reſtitui, nec compenſari, nec in alium vſum conuerti debet, *l. 2. §. ad frumenti, ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertin.* & depoſitarius rei frumentariæ recuſans illam reddere, poterit capi, & in carcerem detrudi, *dixit Rota coram Ludouiſ. deciſ. 106. per totam; Munnoz. de Eſcob. de ratioc. cap. 14. num. 31.* qui ait; pœna publicationis bonorum plectendos eſſe illos, qui ex publicis annonis aliquid accipiunt, & in proprios vſus cõuertunt, *per tex. in l. fin. C. de his qui ex public. ratioc. pecun. mut. accip. Ripa in tract. de peſt. tit. de remed. ad conſeruan. vbert. n. 252. & 253. & nos diximus ſupra* §. 8. *gloſs. 2. in verb. annonam, num. 27. & 28.* & quoad pecunias Montium Pietatis, qui eas in alium vſum conuertunt, incidunt in pœnam excommunicationis *ex Bulla fel. rec. Pauli V. Bullar. nou. tom. 3. Bulla* 82. *pag.* 316.

Nec etiam datur compenſatio pecuniæ publicæ, quando hæc prouenit ex calendario, ideſt ex libro, in quo deſcripti ſunt debitores Ciuitatis, ſeu ex vectigalibus, ſeu ex tributis, ſeu quando ſunt deſtinatæ in cauſam alimentorum; *vt in d. l. in ea, C. de compenſ. & ibi gloſs. l. 46. aufertur, §. vt debitoribus, ff. de iure fiſci; diximus ſupra* §. 8. *gloſs. 2. in verb. annonam, num.* 28.

36 At ſi adminiſtrator rerum publicarum in proprios vſus conuertat pecunias Ciuitatis, & Vniuerſitatis, teneri in duplũ, & poſſe puniri extraordinariè ad petionem fiſci actione furti, quia dolum, & fraudem commiſiſſe dicitur, voluerũt *Crauett. in conſ. 286. Ludouicus, num. 1. verſ. 2. reſpondeo, qui loquitur in tutore, Bobadilla in ſua polit. prætor. lib. 5. cap. 4. num.* 81. qui extendit ad maſſarios, ſeu adminiſtratores Vniuerſitatum, relatus *a Munnoz. de Eſcobar, de ratioc. cap. 14. num. 23. & 24.* dicentes, maſſarios Reipublicę non ſolùm in exilium mitti poſſe ex hac cauſa, ſed etiam in duplum, & in reſtitutionem totius emolumenti, quod ex tali publica pecunia perceperunt, condemnandos eſſe, quia tuta conſcientia pecuniæ ex collectis, & tributis exactæ nõ poſſunt ab exactoribus, & miniſtris negociari, & in proprium vſum conuerti; & omne lucrum inde proueniens debet fiſco, & Vniuerſitatibus cedere; quod etiam obſeruat *Bart. & poſt eum Io. de Plat. in l. vnica, C. de aur. pub. perſec. lib. 10. Auendag. de exeq. mand. part. 2. cap. 10. nu. 33. Decian. tract. crim. lib. 8 cap. 31. num. 3. 9. & alibi, Gabr. Berart. in ſpecul. viſit. cap. 22. de decurion. num. 26. & ſeq.*

37 Præmiſſa verò declarat *Eſcobar. d. cap.* 14. *num.* 30. vera eſſe, niſi adminiſtrator pecuniarum eas ſuo periculo recipiat, & ſub hoc expreſſo pacto illi traditæ ſint, vt ſuo periculo cuſtodiat; quia tali caſu eis vtendo, & in proprios vſus conuertendo, prædictas pęnas non incurrit; *Io. Fab. in §. item lege peculatus, num. 3. Inſt. de pub. iud.* & magiſtralitèr hanc cõcluſionem examinat, & declarat *Dec. in conſ. 6. & diligentèr, per tot.* in fine autem tres caſus ponit. Primus caſus eſt in eo, qui recipit pecuniam pro domino, vel Republica, quam ſtatim habet reſtituere, & iſte nihil poteſt lucrari, quia ſtatim quòd non reſtituit, videtur eſſe in mora. Secundus caſus eſt in eo, qui recipit pecuniam pro Republica, quam licèt non debeat in continenti reſtituere, tamen illam tenetur erogare, & exponere in rebus occurrentibus pro neceſſitate Reipublicæ, & iſte ſimilitèr non debet, neque poteſt vti illis pecunijs, quia ſemper debent eſſe paratæ ad vſum Reipublicæ. Tertius eſt caſus in illo, qui paulatim exigit pecunias, quas omnes poſtea ſimul tenetur intra certum tempus reſtituere, & iſto caſu videtur lucrari cum propria ſua pecunia, vnde lucrum factum nomine proprio ſibi acquirit, cũ nec etiam ad intereſſe obligetur, durante illo termino ſibi dato ad ſoluendum, *& ita Decius* concludit in caſu, pro quo fuerat conſultus adminiſtratorem non

poſſe moleſtari pro lucro,quia eius exaċtio, ſeu adminiſtratio reducebatur ad hanc tertiam ſpeciem; quę quidem tertia ſpecies poteſt verificari in Theſaurarijs,ſeu Exaċtoribus Vniuerſitatum,quibus datur exaċtio reddituum totius anni, cum onere reddendi rationem in fine officij, ſeu anni, itaut moleſtari non poſſint in lucro ex pecunia publica faċto: Tu tamen cogita, quia qui aliena negocia gerit, tenetur ad vſuras ex pecunia aliena perceptas, & ad eas, quæ percipi potuerunt, *vt in l.20. at qui natura,§.non tantùm,& in l.34.qui aliena, ff.de negoc.geſt.* & in terminis de miniſtris pecuniarijs, qui pecunias publicas exigunt, ſi de illis in quemlibet vſum diſponunt, mutuando, vel fœnerando, in graues, & capitales incidunt pœnas, vltra quadruplum, *ex diſpoſit.in l.1. 2.C. de his qui ex pub.rat. mut. pecun. accep. lib.10.notantèr ſcribit Bart.in l.1.C.de auri pub. perſecutor.eodem lib.10.in hæc verba.* [*Ex quo* habes, quòd iſti exaċtores publici ſi exigunt pecuniam, non poſſunt illam redigere in florenos, vel florenos in pecuniam ſine licentia:& ſic omne lucrum, quod perciperetur, deberet eſſe publicum. & ſic qui tale lucrum retinet, contra conſcientiam retinet, & fiſcus poteſt repetere: quod nota pro iſtis exaċtoribus *publicis*.] *hæc Bart.*quem refert, & ſequitur *Berart. in ſpecul.viſit.cap.24. de deputatis, num.38. & 39. poſt Io.de Plat. in l. minime diu, verſ.& nota, & verſ.quod nota contra Camerlingos Communis Florentiæ, qui vt ſunt exaċti, efficiuntur campſores, & mercatores de pecunia diċti Communis; nam debent puniri: & in terminis contra præd.conſ.6.Decij ſcribit Franc. a Ponte de poteſt.Proregis,tit.4.de regalib.impoſ. §.3.num.6.&* 7.vbi ait, Decium loquutum fuiſſe cōtra diſpoſitionem iurium; & ſubdit ita fuiſſe deciſum in cauſa Ferdinandi Montorij; *vt in ſua deciſ.*10.vbi latiſſimè hæc materia pertraċtatur,& diſtinguitur.

Et ſi talis miniſter, vel exaċtor, qui pecuniam mutuam, vel ſub vſuris dedit, efficiatur non ſoluendo, fiſcus poteſt condicere pecunias etiam bona fide conſumptas a ſuis creditoribus, & illis, qui illas receperunt, *per text. in l.pecunia,C.de priuileg. fiſci,l.deſerre,§. fin. ff. de iure fiſci,ita D.a Ponte loco cit.nu.12. & 13.* qui tamen dicit, hoc eſſe remedium ſubſidiarium; *Capyc.deciſ.78.nu.6. Couar. praċt. quæſt. c.29. n.1. et per tot.*

38 Quintò principalitèr nota, adminiſtratores, & officiales Vniuerſitatum delinquentes prætextu, & ratione officij. teneri ad reſtitutionem etiam finito officio, quàmuis commoditas ex deli-
39 ċto, non ſibi, ſed Vniuerſitati ceſſerit; & ſi non poſſunt inducere Vniuerſitatem ad ſatisfaciendam, tenentur de proprio; *Abb.in c.aduerſus,num.9. et 14 de immun. Eccleſ.* vbi diſtinguit, aliud quippe dicendum in obligatione deliċti, & in maleficio commiſſo in officio, quo etiam finito, conueniri poſſunt; aliud verò in obligatione contraċtus, quæ finito officio expirat;*vt notat etiam gl.ſi. ibi in verb.infra tempus.* Rationem verò diuerſitatis, cur magis officiales teneantur ex deliċto, quàm ex contraċtu poſt finitum officium;*idem Abbas reddit ibi ſub num.14.verſ.dices tu, & ſub nu.* 18. quærit, quid ſi officialis omnem operam adhibeat, vt Vniuerſitas ſatisfaciat, reddendo indebitum, nec tamen illam inducere valeat: *Reſpondit Abb.* tenetur officialis deponere officium, ſeu adminiſtrationem, nec timere debet amiſſionem ſalarij; quia ad hoc ipſa Cōmunitas tenetur, eò quia eſt in culpa: tu vide plenius *apud ipſum Abbat. loco citato.*

40 An autem,quando,& vſque ad quantum tempus conueniri poſſit officialis ratione deliċti, quod in officio commiſit? docet *Bart.in l.1.num.6. ff.ad l.Iul. repet.* quem refert, & ſequitur *Abb.d.c. aduerſus,nu.14. verſ.an autem,et quando;* ſi enim deliquit in patria ſua,ſemper poteſt conueniri, ſecundùm materiam aċtionis, ſi verò in alio loco, vbi officium exercuit, non poterit conueniri, niſi in ſyndicatu,qui debet expediri intra quinquaginta dies, *l.1.C.vt omn.iud. tam ciuil.quàm milit.*hanc verò concluſionem pluribus modis declarat, & exornat *Sebaſt.Sapia in addit.ad Abb.loco citato ſub litera B.verſ.an autem;*quem vide.

Quid ſi adminiſtratori, vel officiali conſtitutum ſit ſalarium annuum, ſiue menſtruum,& pro parte temporis benè adminiſtrauit, pro alia verò parte malè ſe geſſerit, an debeat ſaltem conſequi ſalarium pro eo tempore, quo benè egit? vide *Honded.conſ.82. num.4.et ſeq.* vbi argumentatur pro affirmatiua, *ſub num.autem 24. verſ.ſed in caſu,* contrarium determinat; facit *Petr. de Vbald. traċt.de duob.fratrib.part.7.num.3.*

41 Sextò principalitèr nota, ad ea, quæ ſupra diximus,adminiſtratores Vniuer-

ſitatum

ſitatum teneri pro re malè locata, &
adminiſtrata, hoc eſſe verum pro tem-
pore expreſſo in locatione, & admini-
ſtratione; non autem, ſi fiat noua recon-
ductio, ſeu locatio, *l.4.§.1. ff de admin.
rer. ad Ciuit. pertin.*

Et hoc procedit, etiamſi in inſtrumen-
to adſit obligatio Cameralis; nam hæc
42 expirat, finito tempore in inſtrumento
appoſito, vt *dixit Rota coram Ludouiſ.
deciſ.30. per tot. & ibi Beltram. in addit.
alia ad rem congerit Zacch. ad Galleſ. de
oblig. Camerali quæſt.30. num.20. & 21.*

Quomodo autem exigenda ſit ratio
ab officialibus, & adminiſtratoribus rerũ
43 publicarum? docet *Petr. de Auendag.
tract. de exeq mand par.2. cap.10. nu.30.
verſ. forma autem exigendæ, vſque ad fin.
cap. & Munnoz. de Eſcobar. tract. de ra-
tioc. cap.1. & ſeq. ad ſaturitatem.*

Et omnes rerum alienarum admini-
ſtratores teneri ad reddēdam rationem
44 rerum geſtarum, nedum humano, ſed
etiam Diuino iure, deducitur *ex Euang.
Lucæ cap. 16.* dum Saluator noſter præ-
cipit villico, vt reddat rationem ſuæ vil-
licationis, cuius verba refert *Innocent.
Papa III. in c.14. qualitèr, & quando, il
ſecondo, de accuſat. Roland. in conſ.49. n.1
Menoch. de arbitr. caſu 209. num.1. Hon-
ded. conſ.82. num.18. & ſeq. lib.2. Gabr.
Berart. in ſpecul. viſit. cap. . .* Nec ſolùm
reddere rationem, ſed etiam ſoluere re-
45 liquatũ appellatione remota, dixit *Rota
Macerat. coram Thomat. deciſ.27. in* Con-
cilio Trident. per tot. ad quam te reicio.

Contingit etiam non raro, vt admini-
46 ſtratores rerum publicarum dent fide-
iuſſores (imò ex diſpoſitione Bullæ Bo-
ni Regiminis ad hoc tenentur) pro cer-
to tempore, puta ad annũ, vel biennium;
ſed ipſe adminiſtrator continuet etiam
poſt tempus completum, nulla reddita
ratione adminiſtrationis iam completę;
quæritur, an quemadmodum obligatio
dicitur renouata quoad ipſum principa-
lem, ita etiam quoad fideiuſſorem, &
negatiuã ex pluribus tuetur *Iacob. Gall.
conſ.90. potuiſſem ſola, per tot.* & ampliat
dictum, quamuis fideiuſſores ſe obligaſ-
ſent vti principales, principalitèr, & in
ſolidum, ex quo cēſentur plures rei de-
bendi, & tenentur in duriorem; *Surd.
conſ.20. num.23. & 24 & alij ab eo addu-
cti*; & ibi rationem reddit; concludit
tandem *ipſe Gallus num. fin.* talem obli-
gationem eſſe reſtrictam ad tempus cō-
uentum, nec vlterius extendendam; &
ita etiam *dixit Rota in Firmana pecu-
niaria, coram Panzirolo, 30. Maij 1636
in princ. quæ legitur impreſſa deciſ. 592.
in addit. ad 5. par. recent.* vbi habes quaſ-
dam annotationes *D. Pauli Rubei viden.*

Sed ab hac vltima parte videtur diſsē-
tire *Galleſ. de obligat. Camer. quæſt. 31.
num.23.* quando fideiuſſor eſt ſimplici-
tèr obligatus; quia per prorogationem
etiam ipſo ignorante factam non libera-
tur; ſed vide *Theſaur. deciſ. 125. fideiuſ-
ſor*, qui benè hanc quæſtionem pro vtra-
que parte examinat, & concludit in ca-
ſu illius deciſ. cum diſtinctione *Iacobin.
in l. ſi vnus, § ſi cum eo, in ſecunda lectu-
ra, num.2. ff. de pact. & melius in l.1. n.16
& 17. C. de iudic.* aut prorogatio facta
eſt ſine noua ſtipulatione, & tunc fide-
iuſſor non liberatur, aut noua facta eſt
ſtipulatio, & noua promiſſio, & tunc li-
beratur; & ita cenſuit *Senatus Pedemon-
tanus, quàmuis Theſaurus aliud ſentire
videatur, vt in d. deciſ. num. fin. circa fin.
& vide etiam deciſ. Rotæ Romanæ in
prædicta cauſa Firmana pecuniaria, 29.
Nouembris, 1639. coram R.P.D. Merli-
no*, in qua receditur ab alijs deciſionibus
in hac cauſa factis, vt ibi videre eſt; &
notat *D. Paulus de Rubeis, in annot. ad
d. deciſ. 592.*

Denique nota, quòd actuarij, & fa-
47 miliares Baronum vti illi adhærentes
excludendi ſunt ab officijs, & admini-
ſtrationibus rerum publicarum; quia re-
gularitèr inter Vniuerſitates, & Barones
ſolent eſſe lites, & diſcordiæ, & prædi-
cti familiares ſunt difficilis exactionis, &
cauilloſi; *Amendola ad deciſ. D. Franchi
210. num.16.* quem refert, & ſequitur *Ca-
put. de regim. Reipub. cap.3. nu.100. verſ.
actuarij etiam.*

S V M M A R I V M

1 *Vtilius eſt bona Vniuerſitatum locare,
quàm proprijs ſumptibus colere, & aſ-
ſignatur ratio.*
2 *Summus Pontifex in Bulla ſuper Bono
Regimine præcipit, bona Vniuerſitatũ
locari, ſeruatis ſolemnitatibus.*
3 *Quæ ſolemnitates de iure requirantur in
locationibus rerum Vniuerſitatum.*
4 *In alienatione rerum fiſcalium, & Eccle-
ſiarum requiruntur viginti dies, prius
quàm ſubhaſtentur, ſed hoc tempus in
rebus Vniuerſitatum arbitrio iudicis
relinquitur.*
5 *Notificatio rerum locandarum quomodo
ſit facienda.*
6 *Edicta præconis voce æquipollent, & vox
præ-*

praconis paucis innoteſcit.

7 Pacta cum emptoribus, & cõductoribus rerum Vniuerſitatum ſi fiant contra ſolitum modum, ſunt nulla.

8 Locatio rerum Vniuerſitatum legitimè facta non debet renouari, quàmuis adſit maior oblatio.

9 Sermo effuſus, & incertus vitandus eſt.

10 Locationes rerum Vniuerſitatum vt pluvimùm ad extinctionem candelæ faciendæ, de mente Congregationis Boni Regiminis.

Sed conſuetudo locorum ſeruanda eſt. ibid.

11 Vniuerſitates condere poſſunt ſtatuta ſuper locationibus, & venditionibus rerum ſuarum.

12 Dies termini non computatur in termino aſſignato ad licitandum.

13 Terminus aſſignatus ad licitandum licèt minui nequeat, prorogari tamen poteſt; & hæc concluſio declaratur.

14 Oblationes faciendæ ſunt coram iudice, quando locationes fiunt ad extinctionẽ candelæ: ſed declara, & vide literas S.C. & alia iura adducta.

15 Præfectus Prætorio primum locum obtinebat poſt Imperatorem.

16 Vtilitas, & commodum Vniuerſitatum in locationibus quomodo conſideretur.

17 Vltimus, & plus offerens eſt admittendus, quando idoneos præſtet fideiuſſores.

18 Officialis negligens in recipiendo fideiuſſores, & cautiones ad fauorem Vniuerſitatum, tenetur de proprio.

19 Licitator, qui fideiuſſores, & cautiones non inuenit, an ſit liberatus.

20 Locationes rerum Vniuerſitatum non ſunt faciendæ perſonis prohibitis; & quæ ſint hæ perſonæ.

21 Theſaurarius generalis, alijque Clerici Cameræ Apoſtolicæ non poſſunt habere partem in locationibus rerum Cameralium, ſub pœna excommunicationis.

22 Officiales, qui ius dicunt in loco, non poſſunt emere, nec licitare.

23 Iudæi non poſſunt conducere gabellas Chriſtianorum, & quare.

24 Homines duræ, & difficilis exactionis nõ admittuntur in conductionibus rerũ Vniuerſitatum.

25 Idoneitas perſonarum duplex eſt; & quomodo intelligatur.

26 In locationibus Vniuerſitatum non ſemper plus offerenti, ſed iuſtum pretium obſeruandum eſt, ne à iuſtitia diſcedamus.

27 Vtrum liceat allicere oblatores, ſub promiſſione certi lucri, prout regularitèr fit in locandis rerum Vniuerſitatum.

28 Ex licitatione regularitèr deſignatur iuſtum rei pretium.

29 Allicere oblatores ſub certa ſpe lucri, licèt in foro conſcientiæ habeat aliquam difficultatem, tamen de conſuetudine Hiſpaniarum, & Italiæ permiſſum eſt.

30 Certum lucrum promiſſum oblatoribus, an debeatur pro vna vice tantùm, ſeu pro pluribus vicibus; & vitanda eſt fraus.

31 Titius obtulit 600. Seius verò 700. hic verò repertus eſt non ſoluendo, vtrum Titius ſit liberatus.

32 Officialis debet eſſe cautus, ne recipiat oblatores minus idoneos, & non ſoluendo.

33 Penultimus oblator non liberatur ab vltimo oblatore non idoneo.

34 Primus conductor, qui alteri ſublocauit, & fugam arripuit, Vniuerſitas an poſſit agere contra ſubconductorem actione non ceſſa.

35 Clauſula, quorum intereſt, quid importet, in inſtrumento appoſita.

36 Iudex an poſſit vni gratificari, quando duo vltimi oblatores eandem ſummam offerant; & quid in hoc caſu iudex agere debeat.

37 Lis ſi ſit orta ſuper qualitate, & quantitate oblationum, quid agendum ſit

38 Minores 25. admittendi non ſunt ad licitandum, & quare.

39 Vniuerſitas, quæ factis diligentijs locandi vectigalia, non inuenit conductorem, an poſſit cogere, qui anno antecedenti conduxerat, & quomodo.

40 Conductor vectigalium anni præcedentis an ſit præferendus in pari gradu.

41 Inquilinus præferendus eſt in locatione domus, & in quibus caſibus.

42 Conductor prouentus ſalis, vel quid ſimile vtrum poſſit in vltimo anno vendere maiorem quantitatem ſalis in præiudicium ſucceſſoris in appaltu.

43 Vniuerſitas locans ſuos prouentus cum promiſſione mutuandi conductori certã pecuniæ quantitatem, ſi non mutuat in tempore, vtrum conductor poſſit agere ad damna, & an detur Vniuerſitati purgatio moræ.

44 Obligatio non porrigitur ad caſus fortuitos, & parua mora excuſatur.

45 Filij familias an ſint admittendi ad licitandum.

46 Fiſcus non ligatur ſtatutis Ciuitatum.

47 Filius familias conducens vectigalia, ſi in dicta conductione lucretur, vtrum

tale

tale lucrum ſit filij fam. vel patris.

48 *Conducentes Cancellarias ciuiles, ſeu criminales ab Vniuerſitatibus, quas habere debeant qualitates.*

49 *Cedula oblationis ſi concipiatur ſub iſtis verbis,* offeriſco venticinque ſcudi più di qualſiuoglia offerta, *vtrum hac oblatio dicatur licita.*

50 *In licitationibus, quæ fiunt ad extinctionem candelæ, cognoſcitur vltimus oblator, ſecus in ijs, quæ fiunt per cedulas.*

51 *In oblationibus per ſchedulas attenditur tempus aperitionis, non exhibitionis.*

52 *Per declarationem partium vtrum poſſit derogari iuri quæſito maiori oblatori.*

53 *In contractu perfecto inter offerentem, & ſubbaſtantem non eſt locus pœnitentiæ.*

54 *Offerens in appaltu gabellæ pro perſona nominanda, vtrum facta nominatione, ſit liberatus.*

55 *Mulieres ſunt incapaces exercitij, & exactionis gabellarum, nec poſſunt ſuccedere parentibus in huiuſmodi muneribus publicis, & quare.*

56 *Officiales caueant, ne in ſubbaſtationibus rerum ad Vniuerſitates ſpectantiũ omittant ſolemnitates.*

57 *Locantes prædia publica ſuo periculo locant.*

58 *Locationes gabellarum ſemper fieri ſolent cum iiſdem conditionibus, quibus antea fuerant locatæ.*

59 *Pactum per Officiales cum emptoribus gabellarum initum contra ſolitum vendendi modum, eſt nullum, & quare.*

60 *Nemo præſumitur velle, niſi quod conſuetum eſt.*

§. XVII.

Gloſſ. 1.

Locationes.

CAP. XXXXVI.

LICET non ſit ſẽper neceſſarium locare, bona, redditus, & prouentus Vniuerſitatum, cum poſſit etiam Reſpublica per ſuos miniſtros colere agros, redditus percipere, vectigalia exigere, & his ſimilia agere, vt pluribus ex locis in iure noſtro colligi poteſt; & obſeruat *Auendag. de exeq. mand. par. 2. cap. 12. nu. 1.* tamen, vt ipſe ait, vtilius,
1 & conuenientius eſt ad euitandas fraudes priuatorum (qui magis proprium, quàm Reipublicæ commodum inquirunt) vt prædia, & cætera, quæ in reddita Vniuerſitatũ ſunt, locentur; ſegnius enim bona communia gubernantur, quã propria, *l. 2. C. quand. & quomod. quart. par. lib. 10. Nicol. Loſæus de iure Vniuer. part. 3. cap. 7. num. 1.*

Et quoniam Summ. Pontifex in Bulla
2 Boni Regiminis præcipit, locationes rerum ad Vniuerſitates ſpectãtium faciendas eſſe ſeruatis ſolemnitatibus, de iure ſtatutis, ſeu conſuetudinibus ſeruari ſolitis; videndum erit, quænam de iure ſolemnitates requirantur: etenim, ſi aliquibus in locis ſtatuta, vel conſuetudines deficiant, ius commune ſeruandum erit.

3 Octo igitur conditiones de iure requiruntur in locationibus rerum Vniuerſitatũ, quibus omiſſis, alienatio nulla erit; *l. 2. verſ. ſint autem,* C. *ſi propter pub. penſitat.*

Prima conditio, ſeu ſolemnitas eſt, vt res per Vniuerſitates locandæ in generali Conſilio proponantur, & de cõſenſu maioris partis decurionum eligantur & conſtituantur officiales, quibus facultates neceſſariæ, & opportunæ dentur, & coram ipſis fiant oblationes, *l. 2. & ibi Bald. & alij, C. de præd. decur. ſine decret. non alien. lib. 10. Oſaſch. deciſ. 109. num. 5. verſ. in contrarium.*

Secunda conditio eſt, vt res locanda notificetur a præcone per aliquot dies, arbitrio eorum, quibus negocium commiſſum eſt, puta, octo, vel decem dies: nam licèt in rebus fiſcalibus, & Eccleſiæ ſint a iure ſtatuti viginti dies ad ſubhaſtandum, vt in *Authen. hoc ius porrectũ, C. de ſacroſanct. Eccleſ. Iul. Ferret. de gabell. num. 273.* in rebus tamen Vniuerſitatum

ratum hoc iure cautum non reperitur, & ideo iudicis arbitrio relictum eſt: *Io. de Plat. in l. ſi tempora, num. 1. verſ. & nota, C. de iur. inſt. & haſt. fiscal. lib. 10.*

5 Notificatio autem facienda erit de re, & qualitate rei vendendæ, ſeu locandæ, ad hoc vt emere, vel conducere volentes compareant inſtructi in loco, & die ſtatuto ad licitandum, *ex gloſſ. & Doct. in dd. l. ſi tempora.*

Quandoque etiam fit notificatio per præconem, quandoque etiam per edicta in locis publicis affixa, & hic eſt ſtylus Romanæ Curiæ, tam in bonis Vniuerſitatis, quàm Cameræ Apoſtolicæ, Populique Romani, & in multis etiam Ciui-
6 tatibus, vt in Vrbe veteri; hæc enim edicta, voce præconis æquipollunt. *Auendag. d. part. 2. cap. 12. num. 2. verſ. & aduerte.*

Qui quidem ſtylus in illis locis præcipuè ſeruandus erit, vbi non adſint idonei licitatores, & adſit ſuſpicio colluſionis inter publicanos, & oblatores in præiudicium Vniuerſitatum; & viam affixionis edicti tutiorem eſſe puto, quia vox præconis paucis innoteſcit; *l. diuus, ff. de in integ. reſt. Io. de Plat. in l. quàmuis prouiſum, num. 4. verſ. quia hac vox, C. de decur. lib. 10. Iſern. in comm. Conſtit. Regni Siciliæ, tit. 74. de ord. iud. n. 60.*

Fit etiam aliquando hæc notificatio per ſonum cāpanæ, *Polyd. Ripa de noct. tempor. cap. 5. nu. 25.* & alijs quoque modis iuxta conſuetudinem locorum, & ſemper hæc ſolemnitas notificationis ſeruanda erit; *Bart. in l. 1. C. de paſcuis public. lib. 11. & ibi etiam Io. de Plat. verſ. & nota optimum*; qui ait, officiales deputa-
7 ti ad vendendum gabellas alicuius Cōmunis, ſi faciant aliqua pacta cum emptoribus, quòd omne pactum contra ſolitum modum vendendi eſt nullum; quia intelligitur illis conceſſa licentia, & poteſtas, vt vendant more ſolito, & non aliter; & hoc etiam voluiſſe *Angel. de Peruſ. dicit Afflict. ſuper feud. quæ ſint regalia, in verb. vectigalia, num. 98.*

Sicut è cōtra vbi facta ſit locatio cum
8 ſolemnitatibus requiſitis, etiamſi magnū lucrum obueniat, non debet reſcindi, quia ſicut ſi conductores eſſent in damno, ipſi ſufferrent; ita ſi ſint in lucro inuidere non debemus, *Bald. & alij relati ab Auendag. d. cap. 12. num. 3. & habemus text. in l. 1. & 2. C. de vend. reb. Ciu. lib. 11.* in quibus ſancitum eſt, locationes perfectas non e[ſſe] reſcindendas, quàmuis alius maiorem penſionem offerat; viden. eſt *Pinell. de reſcind. vend. in 2. par. l. 2. cap. 2. a num. 29. vſque ad 31. & Iod. Dabumer. de ſubhaſt. cap. 3. nu. 26.*

Tertiò principaliter requiritur, vt præco, vel edictum aſſignet diem, & horam certam, in qua facienda ſit licitatio, [præ]ſertim vbi viget ſty[lu]s, vt huiuſmodi venditiones, ſeu locationes fiant vltimo oblatori plus offerenti ad exti[n]ctionem candelæ, *arg. l. aut qui aliter, verſ. ſi quis ſe denunciauerit, ff. quod vi, aut clam, & diem, & horam denunciatione complecti*; vitandus eſt enim ſermo effuſus
9 incertus, *l. fin. in fin. C. de dotis prom.* & locationes reddituum, & prouentuu[m] Vniuerſitatum faciendas eſſe ad exti-
10 ctionem candelæ plus offerenti, coram Superiore loci, deciſum habes a ſacra Congregatione Boni Regiminis inſtante Prouincia Marchiæ die 4. Octobris 1614 in hæc verba. [*Prouentus* quicumque Communitatum locentur ad extinctionem candelæ, præſente ſemper Superiore loci, vt quantum fieri poterit, ceſſet occaſio *litium*.

Verùm ſi cōſuetudo alicuius loci obtineat, huiuſmodi locationes fieri cum aſſignatione certi diei ad licitandum, cū cedulis ſigillatis, & coram Magiſtratu illius loci, vt eſt in Vrbe Roma, & in Ciuitate Vrbeuetana, vbi oblationes, ſeu licitationes fiunt in ſchedulis ſigillatis, nec aperiuntur, niſi poſt elapſum [tempus] aſſignatum coram Confalonerio, & Conſeruatoribus Pacis, & duobus ſaltem ... uibus, hæc conſuetudo ſeruanda er[it] *de Plat. in l. ſi tempora, num. 1. verſ. ... ta hic modum, C. de fide inſtrum. & haſt. fiscal. lib. 10.* quo caſu etiam eſt neceſſe, vt oblatores accedant ... iudice; ſed ſufficit, vt tempore aſſig[nato] ponant cedulam in capſula, & Can[cella]rio conſignent, vt tempore ſtatuto ... riantur: & hoc adeo verum eſt, vt ſi [in]tra tempus aſſignatum (quod a iudice minui non poteſt) nec dum elapſum fiat venditio, ſeu locatio Caio, & compareat Titius, qui plus offerat, reſcinditur prima, & Titio plus offerenti conceditur, *d. l. ſi tempora, C. de fid. Inſtr. [l]ib. 10.* & quàmuis *gloſſ. & nonnulli S[cr]ibentes* ibi dicant, hoc eſſe ſpeciale in rebus fiscalibus, nec habere locum *in rebus* Vniuerſitatum, quę loco priuatarum habentur, *l. eum qui vectigal, 16. ff. de verb. ſignific. Bart.* tamen ibi videtur ſentire, hoc idē ſeruandum eſſe in locationibus priuatorum, & Vniuerſitatum; *& hanc Bartoli ſententiam ſequitur, veramque dicit Io. de*

de Pl. ibi num.2.verſ. licet Bart. quan-
cio ſcilicet Ciuitas, & loca habēt in hoc
11 ſtatutum, conſuetudinem, ſeu priuile-
gium particulare; addens, poſſe Ciuita-
tes ſuper hoc ſtatuta condere, *per text.
in l.Lucius,§.fin.& ibi gloſſ. in verb. le-
gem,iuncta etiam gloſſ. ſeq. ff. ad muni-
cip.l.Antiochenſium,& ibi gloſſ. in verb.
ſuas, ff.de priuileg.credit.& alia ad rem
ponit Auendag.de exeq.mand. part.2.cap.
12. num.11. verſ. & idem eſſet, ſi Ciui-
tas.*

Quarta conditio ptincipalis erit, vt
12 dies termini non computetur in termi-
no; puta, aſſignati ſunt in edicto, vel a
præcone nouem dies, vltima dies, in qua
fit adiectio, ſeu deliberatio licitanti, non
debet eſſe ex dictis nouem diebus; nam
iſti debent decurrere præconijs, & lici-
tationibus, vt obſeruat *Auendag. d.cap.
12.num.5.* qui tandem concludit, ſtan-
dum eſſe conſuetudini.

At ſi intra tempus nemo licitator ac-
cedat, ad aliud prorogandum erit, licèt
13 reſtringi nō poſſit, quia in augendo ver-
titur fauor Communitatum; poſſunt e-
nim venire interim alij oblatores; *Io.de
Plat.d.l. ſi tempora, num.1. verſ. & iſtud
tempus.*

Fallit autem concluſio, quando intra
tempus adeſſet aliqua oblatio, licèt vni-
ca, quia hoc caſu non poterit proroga-
ri tempus in præiudicium illius, qui ob-
tulit, & iuris ab eo quæſiti; ita *Auendag.
d.cap.12.num 4.verſ. & poſtquam, gloſs.
Bart.in d.l. ſi tempora, num.5.C.de fide
inſtr.lib.10.* Verùm *Bart. in l.licitatio,n.
5.ff.de public.& vectig.*limitat regulam,
ſi oblator ſit minor; & idem puto dicē-
dum, ſi ipſe oblator patiatur aliquem
alium defectum, quod iudicis arbitrio
relinquitur; *vt dicemus infra in octauo
requiſito; ac etiam ſub num. 24. verſ. ca-
uendum eſt.*

14 Quintò principalitèr requiritur, vt li-
citationes fiant coram iudice, ſi locatio-
nes faciendæ ſint ad extinctionem can-
delæ, plus offerenti; & ſi alitèr fiant, non
ſubſtinentur; *Bald.in l.fin.C. vectig.nou.
inſtit. non poſs. Alex: ad Bart. in l. 1.
C.de fide inſtrum. &c. lib. 10.* quos re-
fert *Auendag.d. cap.12. num.6.* licèt ipſe
dicat, ſufficere, ſi deliberatio, ſeu ſubha-
ſtatio fiat coram notario, etiamſi iudex
abſit; *poſt Io. de Platea in d.l. ſi tempora,
ſub num.2.verſ.imò plus, C. de fide inſtr.
lib.10. in hæc uerba. Sufficit, quòd quis
uadat ad locum ſubbaſtationis, & offe-
rat notario ad hoc deputato, licèt officia-
lis non ſit præſens*; & hoc idem vult, &
alios adducit *Caroc.de locat. & cond.tit.
de locat.uectigal.quæſt.3 num.4* Sed hoc
intellige, quando oblatio fit in ſchedu-
lis ſigillatis, quæ poſtea aperiendæ ſunt
coram iudice, *ut dictum eſt ſupra in
tertio requiſito, uerſ. uerùm ſi conſue-
tudo.*

Verumenimuerò quia Congregatio
Boni Regiminis prēcisè decreuit, ſubha-
ſtationes, & oblationes fieri coram offi-
ciali, & ſuperiore loci, vt in ſuperius ad-
ducto decreto, ſub die 4.Octobris 1614
& in literis, quarum tenor talis eſt, omiſ-
ſis alijs. [*Ha riſoluto* ancora la medeſi-
ma Congregatione, per leuare ogni du-
bio, che haueſſe la Bolla in queſta parte,
che tutte l'entrate, e prouenti di qual-
ſiuoglia ſorte, che ſpettino al publico, ſi
affittino à chi offerirà miglior conditio-
ne, con eſſerſi prima publicati gli editti
per vn giorno, & hora certa, e con ac-
cenderſi la candela ſopra l'offerte fatte,
per ſentire chi voleſſe vātaggiare il pu-
blico di qualche coſa, ſeruandoſi nel re-
ſto la diſpoſitione della Bolla, &c. Di
Roma li 28.Ottobre 1609.

Il Card.Borgheſe.

Et ita etiam ſancitum, ac deciſum fuiſſe
a Senatu Pedemontano refert *Oſaſch. dec.
109.num.9.ibi, requirebatur enim, quòd
ipſis ſubbaſtationibus præſens eſset offi-
cialis, per tex.in l. fin.in fin.C.uectig.nou.
inſtit. non poſs. ubi hæc leguntur. Sub
conſpectibus autem tuis, uel eorum, qui
tuæ grauitati ſuccedunt, licitationis cu-
ra ſeruetur, &c.* neque illa verba, *tuæ
grauitati*, adaptari non poſſunt notario,
cuius officium vile eſt, *l.uniuerſos, & l.ſi
15 quis procuratorem, & ibi Doctor.C.de
decurion.Tiraq.de nobilit. cap.29. nu.14.*
Nam Præfectus Prætorio, cui lex illa di-
rigitur, primum locum poſt Imperato-
rem obtinebat, *l.2.C.de off Præfect. Præ-
tor.Feneſtel.de magiſt.Roman.lib.2. cap.
22.*& multa congerit *Pancirol. in notitia
Imper.Orient.cap.5. per tot.* Attamen has
ſacræ Congregationis reſolutiones ad
conſuetudines locorum referendas eſſe
puto; ſiquidem vt diximus, licèt oblatio-
nes fiant coram notario, vel illi conſi-
gnentur ſchedulæ; cum tamen ſubhaſta-
tiones, & deliberationes fiant coram of-
ficialibus, & iudicibus, legi ſatis factum
eſſe credo, præſertim quia in Bulla (ad
quam ſe referunt literæ ſuperius addu-
ctæ) ſancitum eſt, adhibendas eſſe ſo-
lemnitates, quæ de iure, aut cuiuslibet
loci ſtatuto, vel cōſuetudine requirūtur

Sexta conditio erit, vt tranſacto termino aſſignato, & completo tempore oblationum, & auctionum, res locanda concedatur, & adiudicetur illi, qui plus obtulit, & in pretio, ac Reipublicæ commodo alios vicit, *l. 1. ff. de in diem adiect. l. locatio, aliàs licitatio, ff. de publ. & uectigal.* Commodum verò, & vtilitas in
16 huiuſmodi locationibus pro Vniuerſitatibus conſideratur, nedum in quantitate pretij, ſed etiam in alijs multis, nempe ſi ſolutio facilior offeratur per bonos campſores, vt dicitur, *Cedola Bancaria*; ſi locus opportunior ſolutioni conſtituatur, plus enim ſoluere dicitur, qui aptiori loco ſoluit, *§. plus autem, inſtit. de action.* ſi contrahatur cum perſona, quæ ſit magis idonea; non enim ex fide magis, quàm ex facultatibus quis dicitur idoneus, *l. ſi quis ſtipulatus, §. fin. ff. de verb. oblig. & hæc Iulianus I.C. nos docet in l. eum qui, §. melior autem, vbi gloſ. alia ſcitu digna refert, ff. de in diem adiect. videndus eſt Lucas de Penna in l. congruit, verſ. item nota quòd augumenta, C. de locat. præd. ciuil. vel fiscal. lib. 11. Caroc. tract. de locato, tit. de location. vectig. quæſt. 3. num. 10.*

Septimò requiritur, vt ille, qui in lici-
17 tatione alios vicit, ita demum eius oblatio admittatur, ſi fideiuſſores idoneos habeat, & cautiones dederit; *text. notab. in l. locatio, aliàs licitatio, ff. de public. & vectig. l. 2. in fin. C. de præd. decur. ſine decret. non alien. lib. 10.* Et ſi officiales his locationibus præpoſiti hos fideiuſſores,
18 & cautiones recipere neglexerint, ex proprijs facultatibus damna Vniuerſitatibus ſarcire tenentur, *l. prior, & l. fin. §. Imperator, ff. de admin. rerum ad Ciuit. pertin. Nicolaus Loſæ de iure Vniu. part. 3. cap. 7. num. 3. & 4.* qui addit, hoc eſſe verum pro tempore expreſſo in locatione, non autem ſi fiat tacita reconductio, & adducit *text. in d. l. prior. §. 1.* qui apud me nō plenè probat hanc limitationem, & ideo magis placet *ibi gloſſ. in verb. videtur*, dum diſtinguendo ſic ait; aut enim officialis ſua ſponte locat, aut ratione officij, hoc ſecundo caſu finito officio nō tenetur, nec etiam ſi fiat tacita reconductio: primo autem caſu remanet obligatus, vt benè probat *text. in l. 50. qui hæres erat, §. cæterùm, ff. famil. erciſcun.*

Et cùm aliquando in Ciuitate Nepeſina Priores, & Officiales Communitatis neglexiſſent has cautiones recipere, ſacra Congregatio Boni Regiminis iuridicè in hanc formam reſcripſit.

Al Gouernatore di Nepe.

LA ſacra Congregatione è di ſe[illegible], che li Priori, li quali riſederono [illegible] Meſe d'Ottobre paſſato, ſiano tenuti [illegible] danni incorſi da coteſta Cōmunità nella ſeconda vendita della ſua bandita, perche doueuano aſtringere Martino del q. Marſilio, à cui eſſi l'haueuano venduta, à darne la ſicurtà idonea, ſecondo la diſpoſitione della Bolla de bono Regimine. Però voi li ſorzarete à riſtorarne la medeſima Communità. E Dio vi guardi. Roma li 8. Aprile 1637.

Voſtro.

Il Card. Barberino.

Giulio Donati Segretario.

Quæ quidem literæ iuris auctoritate nituntur; ſiquidem hoc habetur *in l. 1. in fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. vbi Io. de Plat. in princ.* notat, locantes prædia publica ſuo periculo locare, itaut ſi aliquod damnum Reipublicæ occurrat ex eorum mala locatione, ab ipſis ſarciendum ſit; & probat *etiam text. in l. 7. quicumque, C. de fund. patrim. lib. 11. ibi, ſcitè tibus ijs, quos talium rerum cura ſollicitat, in ſe negligentia damna, ſi huiuſmodi cautio defuerit, eſſe vertenda.*

Quid autem dicendum erit, ſi licitator has cautiones, & fideiuſſiones non inueniat, an ex hoc cenſeatur liberatus ab oblatione facta? Pro ſolutione huius difficultatis optima videtur reſpōſio ſacræ Congregationis Boni Regiminis [illegible] 4. Octobris 1614. quæ talis eſt. [*Ant*[illegible]
19 publicentur edicta, & recipiantur [illegible] tiones ſuper locationibus quorumcum[illegible] que prouentuum, declaretur, q[illegible] quis non dederit cautionem, vel datam vel oblatam non obtinuerit approbari in Conſilijs iuxta formam Bullæ, remaneat obligatus, & cogatur ad ſoluendum totum id, quod Communitates amiſerunt locando alijs pro minori ſumma, & pretio dictos *prouentus.*]

Octauò requiritur, ne locatio fiat per-
20 ſonis prohibitis; quæ autem ſint hæ perſonæ *Vlpianus in l. 2. §. & ideo, ff. de admin. rerum ad Ciuit. ſpect.* inter hos decuriones numerat; *gloſſ. tamen in verb. non licet*, vult, ſi decurio, ſeu curialis ſuccedat ei, qui habebat ea conducta, quòd remaneat in conductione, *vt in l. decurio, ff. de decurion. l. curialis, C. locati.* Prohibentur etiam Palatini milites, nedum per ſeipſos, ſed etiam per interpoſitam perſonam conducere, & licitare, *l. vnic. C. quib. ad conduct. præd. fiscal. acced.*

*ced.non licet,lib.*11.& quoniam Barones, & nobiles ſimilitudinem habent Palatinorum militum, ipſi quoque prohibentur intromittere ſe in adminiſtratione rerum ad Vniuerſitates ſpectantium, nec poſſunt conducere gabellas, vel alios introitus ſuæ Vniuerſitatis, & locorum, quibus dominantur, *Capiblan. de baron. prag.*10.*num.*100.*&* 101.

Et hinc,ni fallor, deſumpta eſt prohi-
21 bitio facta Theſaurario generali,alijſque Cameræ Apoſtolicæ Clericis,& miniſtris partem habendi in locationibus, ſeu (vt dicitur) affictibus Cameræ ſub pœna excommunicationis, alijſque pœnis, vt in *Bulla* 9.§.1.*&* 2.*Iul. II.Bullar.nou.tom.* 1.*pag.*411.*& nos diximus ſupra cap.*16. *num.*68.*gloſs. tamen in d. l.vnic. repetit, quod dixit in l.*2.§.*& ideo, in verb. non licet*, ſi inquam miles, & curialis ſuccedat ei, qui iam conduxerat, non eſſe prohibitum continuare.

Prohibitum quoque eſt Officialibus in loco, vbi adminiſtrationem gerunt, emere, vel licitare, *l.*46.*non licet, & l.*62. *qui officij, ff.de contrah.empt. vbi Modeſtinus limitat*, præterquam ſi paterna bona ipſius officialis a fiſco diſtrahantur; *l.*1.*C.de contract. iud.* & hæc prohibitio magis procedet in illis officialibus, qui fuerint præpoſiti ſubhaſtationibus,& ad quos pertinet vendere, vel locare vectigalia,& redditus Vniuerſitatum plus offerentibus; *Auth. de alienat. & emph.* §. *œconomis; & hoc etiam notat Angel.* quē refert,& ſequitur *Ferrett. de gabel.n.*266 & alia multa congerit *Oſaſc.deciſ.Pedem.* 109.*num.*6.11.*& per tot.viden.*

Iudæis quoque denegatum eſt cōdu-
23 cere gabellas, & vectigalia Chriſtianorum, *vt eſt text.expreſſus in c.ex ſpeciali,de iudæis; quod in Cōcilio generali Lateranenſi ſub Innocentio III. cap.*4.*ſancitum fuit:* abſurdum ſiquidem nimis eſt,vt blaſphemus Chriſti in Chriſtianos vim poteſtatis exerceat, *c.cum ſit,eodem tit.de iud.Caroc.de locat. vectig. quæſt.*7. *per tot.Doctores tamen in d.c. ex ſpeciali*, limitant concluſionem, poſſe ſcilicet iudæos conducere vectigalia, ſed negatur illis exactiones facere, nec poſſe ad illas exercendas deputare miniſtros, ſiue iudæi, ſiue Chriſtiani ſint; ſed Officialis, ſiue Superior, qui locauit, exactorē Chriſtianum deputabit,vt fraudibus occurratur; *ita Ferrett.de gabell.num.*268. *& legitur etiam in d.c. penult.de iudæis,ibi,et ſi fortè redditus ſuos iudæis dederit, vel paganis, Chriſtianum tunc deputent de grauaminibus inferendis Clericis, & Eccleſijs non ſuſpectū;vbi Abb.& alij Scriben.hoc notandum dicunt.*

Cauendum eſt etiam Officialibus, ne
24 recipiant oblationes, neuè ad emptionem vectigalium Vniuerſitatum admittant homines duræ, & difficilis exactionis, *ad tradita per Iaſ. in l. ſi quis ſtipulatus,* §. *ſi quis ita, num.* 5.*ff. de verb.*
25 *oblig.*qui ait,duplicem eſſe idoneitatem, vnam diuitiarum,alteram fidei, ita tamē vt cum diuitijs concurrat facilitas conueniendi, ne ſe recipiat in tutum, cum tempus ſolutionis aduenerit, puta in Eccleſias, vel domos magnatorum,& ſimilium, vel ſi ſit cauilloſus homo, & rixoſus, qui ſine litigio, non ſoluit, vel ſi habeat bona in loco periculoſo, vel ruinoſo, itaut veriſimilitèr euadere poſſit pauper, pro quo optimus *textus in l.* 2. *in princ.& ibi Bart. & alij, ff. qui ſatiſd. cogan.Vinc.Caroc. de loc. & cond.tit. de locat.vectig.quæſt.*3.*num.*10. qui ait,hanc duram exactionem eſſe admodum conſiderandam in fauorem pauperum;conducunt enim (vt ipſe ait) gabellas, & datia Ciuitatum homines iniqui, qui funditùs euertunt pauperum facultates, ſubhaſtando boues, pecudes, frumenta, veſtes, inſtrumenta ruſticalia, & tandem viuum ſanguinem eliciunt, nec aliud operantur, niſi birruariorum burſam implere, & Comitatus, Ciuitatum, & Oppidorum depopulationes; quodque peius eſt, dum venit tempus ſolutionis ab iſtis nequiſſimis viris faciendæ, per mille ſubterfugia differunt, & debitam ſolutionem retardant, in maximum ipſarum Vniuerſitatum pręiudicium: quid enim prodeſt Vniuerſitati plus offerenti concedere vectigalia,& prouentus, ſi tamen tardius, & difficilius exigendo patitur repræſalias, & ciues ſuos in diſcrimen adducit? hæc, & alia ſcribit *Caroc.loco cit.videndus.*

Neque adeo ſtrictè interpretanda eſt illa lex, quæ mandat, res Vniuerſitatum plus offerenti concedendas eſſe, vt a iuſtitia diſcedamus; non enim plus offerenti, ſed iuſtum pretium offerenti cōcedenda erunt,& contenta debet eſſe Vniuerſitas iuſtum, & commune pretium accipere, nec ſuperfluum quærere; *Roman.ſingul.*762.*tu ſcis, Auend. de exeq. mand. part.*2.*cap.*12.*num.*8.*verſ.& nota, Caroc.in ſuis deciſion.deciſ.*89.vbi refert, aliquos iudices ardentèr inclinaſſe ad fauorem eius, qui plus iuſto pretio obtulit,ipſe verò ex multis cumulatis con-

trarium ſentit, & ſequitur *Quarant. in ſum. Bullar. in verb. alienatio, n. 12. verſ. ſed quid ſi in emptione, Nauar. in cõment. de vſur. notab. 12. num. 27. & ſeq. viden.*

27 ponit enim quæſtionem, an ſit licitum allicere oblatores ſub promiſſione certi lucri, prout quotidie fit in huiuſmodi locationibus rerum publicarum, vt qui ſupra pretium ab officialibus ſtatutum offerat, lucretur quinque, vel quid ſimile pro centenario, qua in re vide *Bald. in conſ. 327. modus, & forma, num. 1. vol. 2 relat. ab Aſin. de execut. §. 6 cap. 9. per tot. viden.* & hoc minimè licere ait ipſe *Nauar.* in hæc verba prorumpens. [*Orandum* item eſt Deus, vt parcat illis, qui redditus ſuos quã maximo poſſunt pretio locant in auctionibus publicis, allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donarijs, & adigentes conductores facere renunciationes caſuum fortuitorum, *&c.*]

Verùm quia in dubio ex licitatione

28 deſignatur iuſtum pretium, *l. pretia rerũ ff. ad l. falcid. & l. ſi ſeruus communis, ff. de condict. furtiu.* ideo *Petrus de Auend. d. cap. 12. num. 12. verſ. circa quod,* apertè dicit, adminiſtratores redditwum publi-

29 corum poſſe allicere conductores, dando eis, vel promittendo certam quantitatem pecuniarum, vel aliarum rerũ, obid, quod conducunt in certa quantitate, vel in euentum alicuius conductionis, & apud Hiſpanos dicitur, *dãdo prometidos*, nos Itali dicimus, *guadagnar le vece, ò ſalte d'vn tanto per ſcudo*, & hoc idem ſcribit *Munnoz. de Eſcobar. de ratiocin. cap. 24. nu. 18. & ſeqq. Iul. Ferrett. de gabell. num. 276. Flamin. Chartar. deciſ. Ianuen. 103. per tot. Gabr. Berart. de viſit. tempor. cap. 23. num. 74. exempl. 13. Caput. de reg. Reip cap. 7. num. 16. verſ. vltimo eſt aduertendum, ſubdit Auendag.* hanc non eſſe puram donationem, quæ prohibetur adminiſtratoribus, *l. contra iuris ciuilis, ff de pact. l. præſes, C. de tranſact. l. ambitioſa, ff. de decret. ab ordin. fac.* ſed eſſe donationem ob cauſam, veluti in remunerationem, mercedem, ſeu periculum, quod ſubit conductor, conducendo hos Reipublicæ redditus, quo caſu licita eſt promiſſio, & ſponſio de dando, vel donando; *l. 1. §. ideo, ibi, ſed magis operam beneficij, ff. ſi menſor falſ. mod. dixer.*

Et ita ſeruatur ex inueterato ſtylo totius Eccleſiaſticæ Ditionis, neque a ſacra Cõgregatione Boni Regiminis vllo vnquam tempore reprobatum fuiſse inuenio: quo etiam argumento vtitur *Auendag. loco citato*, ad corroborandam huius facti validitatem.

Et cum aliquando dubitatum fuiſſet, an huiuſmodi donatio, ſeu augmentũ deberetur oblatoribus pro vna vice, & pro vno anno tantùm, an verò pro ſin-

30 gulo anno, quibus locatum fuiſſet vectigal, puta ad triennium, &c.

Et in hoc animaduertendum erit; an oblatio fiat pro toto triennio ſub vnica tantùm reſponſione, ſeu ſolutione, videlicet pro ſc. 900. an verò ſub tribus ſolutionibus, correſpondentibus quolibet anno, nempe 300 in ſingulo anno; nam primo caſu cum ſit vnica ſolutio, habebitur reſpectus ad illam; in ſecundo verò caſu, quia ſolutiones ſunt diſtinctæ, lucrabitur oblator pro primo tãtùm anno, & pro prima ſolutione, prout ſacra Congregatio Boni Regiminis reſcripſit in vna Anagnina appaltus, inſtante admodum Illuſtri, & Excellenti D. Nicolao Læto I. V. D. Spoletino, & illius Cõmunitatis, Prouinciæque Campaniæ Agente meritiſſimo, vt in ſequentibus litteris.

Al Commiſſario Accurſij in Anagni.

HAuendo riſoluto la ſagra Congregatione, che all'Appollonij non ſi facciano buone le ſalte, ſe non per vna ſol volta, V. S. lo forzarà à ſtipular con coteſto Publico per ſcudi 2200. conforme alli Capitoli dati da lui, l'inſtrumento dell'affitto generale, che gl'è rimaſto à candela, con aſtringerlo ancora à dare oltre la ſigurtà ſecondo la diſpoſitione della Bolla, la cedola Bancaria in quella forma, che egli ſi è obligato in detti ſuoi Capitoli: e Dio la guardi. Roma li 24 Nouembre 1632.

Voſtro.

Il Card. Barberino.

Verumenimuerò cauendum erit, ne in huiuſmodi locationibus fraus aliqua, vel ſimulatio interueniat; nam ſi quid ſimile commiſſum appareat, vices, ſeu donationes non lucrabitur oblator, ſed etiã debita mulctabitur pęna; prout deciſum habes *apud Oſaſch. in deciſ. Pedemõt. 109. ſcribit Auendag. loco citato, num 7. & 8. & Auguſt. Caput. de regim. Reipub. cap. 7. num. 12. & ſeq.*

Vulgaris etiam, & valde agitata eſt il-

31 la quæſtio; ſi in licitatione vectigalium Titius obtulit 600. Seius verò poſtea 700 verùm Seius repertus eſt non ſoluendo; numquid Titius, qui obtulit 600. ſit libera-

beratus, ex eo quia victus, & ſuperatus fuit in licitatione? Hanc quæſtionem benè diſcuſſam inuenies apud *Boer. dec. 248. per totam, Benuent. Strac. tract. de doctor. in 5. part. num.* 8. qui poſt relatas multorum ſententias concludunt; ſi ille, qui licitando vicit, & ſuperauit, intra tempus a lege, ſtatuto, vel conſuetudine aſſignatum obtulit, nec fuit ab officialibus repulſus, quàmuis ſit pauper, & non ſoluendo, nihilominus primum oblatorem liberat, & ideo debet eſſe cautus
32 officialis, ne recipiat vltimum oblatorē, ſi cognoſcat illum non eſſe ſoluendo, vel difficilem in exigendo, quia per talē receptionem expreſſam, & lapſum temporis præfixi in licitando, primus oblator erit de iure liberatus.

Sed attendendam eſſe in hoc conſuetudinem, & ſtylum cuiuſque loci, *ijdem Boer. & Strac. dixerunt*; in Frācia enim, *vt Boer.* ait, ſeruatur, ſi intra tempus licitationis vltimus licitator renunciet, aut non poteſt dare fideiuſſores, liberatur ſoluendo ſummam per eum ſuperadditam, & qui primus obtulit, remanet obligatus, quouſque alius plus offerat intra terminum præfixum, *vt in d. deciſ.* 248. *nu.* 3. & ita etiam ſeruat ſacra Congregatio Boni Regiminis, *vt in decreto ſupra relato ſub num.* 18. *verſ. antequam publicentur edicta*; & hoc eſſe etiam de mente *Baldi, & Scribent. in l. Sabinus, ff. de in diem adiect. prout refert Ferrett. de gabell. ſub num.* 277. *Fab. de Mont. de empt. & vend. in* 5. *quæſt. principali, n.* 93 *Carocc. de locato, tit. de locat. vectig. quæſt.* 3. *num.* 9. *verſ. quid ſi vltimus; ſed vide omnino Bald. in conſ.* 327. *modus, & forma, num.* 1. *& per tot. par.* 2. vbi concludit, penultimum oblatorem non eſſe li-
33 beratum ab vltimo licitatore non bono, & non idoneo; *vt ibi per eum*, quem ſequitur, & ferè eius verba reſcribit *Aſin. de execut. §. 6. cap.* 11. *per tot.*

At ſi primus conductor, cui delibera-
34 tum ſit vectigal, ſeu quid ſimile, locauit alteri, & poſtea fugam arripuit, numquid Vniuerſitas poſſit agere contra eum, cui facta eſt ſublocatio, actione non ceſſat? & videtur negatiuè reſpondendum, per *tex. in l.* 1. *ff. de inſtit. action.* Verùm poſſe Vniuerſitatem in ſubſidium contra ſubconductorem agere, ſcribit *Ferrett. de gabell. num.* 261. *poſt Bart. in d. l.* 1. *num.* 1. dicentem, vbi non reperiatur ille, qui mihi tenetur cedere actionem, quia fortè longè abeſt, vel latitat, vel eſt moroſus ſine hærede, lex dat mihi actionem vtilem ſine ceſſione, & hoc ſine difficultate procedit, ſi primus conductor obligatus exiſtat per inſtrumentum iuratum in forma quarantigiæ, ſeu vt eſt frequentius apud nos, in forma Cameræ Apoſtolicæ; *Roman. conſ.* 76. *in cauſa nobilis, in princ. & ibi Mandoſ. in litera A. Galleſ. de oblig. cam. quæſt.* 2. *n.* 18 *& ibid. Zacch. num.* 31. *poſt Bart. & alios in l. poſſeſſio, §. & ſi poſſeſſio, ff. de acquir. poſſ. & idem Bart. in conſ.* 71. *Gellius fuit confeſſus; Carocc. de locat. tit. de locat. ve-*
35 *ctigal. quæſt.* 10. *per tot.* præſertim quia in huiuſmodi inſtrumentis regularitèr apponitur clauſula, *quorū intereſt*, cuius clauſulæ virtus quanta ſit, docet *Marta de clauſ. part.* 4. *in append. concluſ.* 33. *& vltima.*

Quid autem dicendum, ſi licitando
36 Titius, & Seius, ſint vltimi oblatores, & ambo offerant eandem ſummam, numquid officialis tali negocio præpoſitus poſſit gratificari plus vni, quàm alteri, itaut poſthabito Seio, concedat Titio? & affirmatiuè reſpondeas, ad tradita per *Caroc. de locat. tit. de locat. vectig. quæſt.* 3. *n.* 12. *verſ. ampliatur tertiò*, vbi acritèr inſurgit contra officiales, & iudices nimiū propenſos, & faciles in huiuſmodi gratificationibus; ſiquidem conſiderare debent qualitates, & mores perſonæ, cui gratificandum eſt, itaut præferatur ille, qui magis idoneus, & gratus ſit Ciuitati, & ciuibus, excludendo auarum, & aurum ſitientem.

Verùm ſi oriatur lis ſuper qualitate, & quantitate oblationum, nec ſit locus
37 gratificationi, ſeu alio iuris remedio, cōſueuit aliquando ſacra Cōgregatio Boni Regiminis reſcribere, quòd ſine præiudicio oblationum factarum accendatur denuò candela, & aliæ recipiantur oblationes.

Inuigilandum tamen eſt Officialibus,
38 ne ad licitandum admittant minores 25 annis, quia poſſunt iſti ſemper implorare beneficium ætatis, & reſtitutionis in integrum, & eludere Vniuerſitates, ad *text. in l.* 45. *in fraudem, §. fin. ff. de iur. fiſci; Pereg. in ſuo tract. de iur. fiſci, lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 8.

Quæſitum eſt etiam, ſi Vniuerſitas factis diligentijs locādi vectigalia, & pro-
39 uentus, nec inueniat conductorem, an poſſit cogere publicanum, qui anno antecedenti conduxerat eadem vectigalia, ad iterum conducendum? Et quàmuis regularitèr in partem negatiuam ſit inclinandum, *per tex. in l. locatio, alias li-*

cita-

citatio, & ibi Scribentes, ff. de publ. & vectig. & in l. 3. §. cum quinquennium, ff. de iure fisci, ibi, [*valde* inhumanus eſt mos iſte, quo retinentur conductores vectigalium publicorum, & agrorum, ſi tantidem locari non *poſſint.*]

Receditur tamen ab iſta regula, ſi tria concurrant; primum eſt, ſi tempore præterito conduxerat, ſecundò ſi maximos fructus percepit, & locuplex factus ſit, tertiò ſi non reperiatur alius conductor in futurum; *ad textum in l. cotem ferro, §. fin. & ibi notat Bart. ff. de publ. Caſtrenſ. in l. ſi minores, §. vis maior, ff. locati; Ant. Burgoſ. in c. quod hoc, num. 25 de emptione, & vend. Ferrett. de gabell. num. 289.*

Et iuxta hanc iuris deciſionem, cum ciues, & incolæ Tuſcanenſes conſueuiſſent cum eorum animalibus paſcere, & per multos annos emere paſcua Communitatis, & deinde recuſarent, allegando non habere tot animalia, quę poſsēt herbas depaſcere, & ſolitam reſponſionem dare Vniuerſitati; factis propterea diligentijs, nec repertis oblatoribus, ſacra Congregatio Boni Regiminis reſcripſit, cogendos eſſe eoſdem ciues, & incolas habentes animalia, quatenus facta debita herbarum partitione, ad ſoluendum ſolitam reſponſionem in hæc verba.

Al Commiſſario di Toſcanella.

MEntre non ſi troui perſona, che pigli in affitto i paſcoli di coteſta Communità, ordinarete, che ſe ne faccia ripartimento tra quelli, che hanno le beſtie, con tal miſura, che ſe ne caui il denaro ſolito; e poi ſecondo l'aggiuſtamento fatto, aſtringerete ciaſcuno a pagar la ſua rata: che coſi hà riſoluto la ſacra Congregatione: e Dio vi guardi. Roma li 22. Giugno 1633.

Voſtro amoreuole.

Il Card. Barberino.

E conuerſo ſi plures concurrant in li-
40 citationibus, quæritur, an ille, qui anno
præterito conduxit vectigalia, & in præ-
ſenti offerat id, quod reperitur ab alijs,
an inquam ſit præferendus? & affirma-
tiuè reſpondit *Ferrett. de gabell. nu. 282.*
per tex. ſatis clarum in l. congruit, C. de
locat. prad. ciuil. lib. 11. vbi Io. de Platea
declarat, hoc eſſe verum, ſi ſoluit anti-
quam penſionem, aliàs non admittitur,
l. licitatio, aliàs locatio, §. reliquatore, ff.
de publ. & vectig. & infert ad ſcholarem
inhabitantem domum, vt non poſſit ex-
pelli, ſi voluerit ſoluere, quod ab alio
41 reperitur, vt *in d. l. congruit, & in c. 1. de*
locat. & cond. Et hoc procedere in quo-
cumque inquilino, qui non poſſit ex-
pelli, niſi propter neceſſitatem domini,
vel propter neceſſariam refectionem rei,
vel ob culpam ipſius inquilini abutētis
probat *text. in l. ade, & ibi Bald. C. locat.*
Couar. var. reſolut. lib. 2. cap. 15. num. 4. &
hoc magis procedit in Vrbe, propter
decretum Camerale ad fauorem inqui-
linorum, de quo loquitur *Rota apud*
Ludouiſ. deciſ. 115. num. 7. & alibi, Man-
doſ. in tract. annal. caſ. ſub num. 166. caſu
369.

Sed oritur pulchra quæſtio. Condu-
42 ctor prouentuum, ſeu reddituum Vni-
uerſitatis, puta molendini, ſalis, vel quid
ſimile, in vltimo anno ſuę conductionis
vendidit magnam quantitatem ſalis, ſeu
frumenti, ex qua venditione non mo-
dicum præiudicium illatum eſt ſecundo
conductori, quæritur, an iſte ſecundus
conductor agere poſſit contra primum
ad intereſſe pro molitionibus anticipa-
tè factis, & venditione ſalis in præiudi-
cium ſecundi appaltus? & affirmatiuè
deciſum inuenies apud *Vinc. de Franc.*
deciſ. 96. Ciuitas Salerni, per tot. quam
refert, & ſequitur *Io. Bapt. Hodier. in*
addit. ad Surd. deciſ. 131. nu. fin. vbi alios
caſus ſimiles refert: & iuxta hanc deciſ.
pronunciatum fuiſſe audio in Tribunali
Cameræ Apoſtolicæ contra D. Flaminium
Razantem Theſaurariū Prouinciæ Mar-
chiæ, ex eo quia magnam ſalis quanti-
tatem diſtribuerat in d. Prouincia in præ-
iudicium DD Iacobi, & Thomæ de
Bettis, qui ſucceſſerunt illi in d. Theſau-
raria, & appaltu ſalis anno 1636. & hoc
locum habere in quocumque condu-
ctore vectigalium, & prouentuum Vni-
uerſitatum, vt non poſſit aliquid agere
in præiudicium futuri conductoris, di-
xit *Rota Peruſina coram Ludou. in*
deciſ. 62. ſer Bonannus, num. 3. & ſeq.
part. 2.

Euenit aliquando, vt Communitates
43 locent eorum prouentus ſub promiſſio-
ne mutuandi conductoribus certam pe-
cuniæ quantitatem intra certum tem-
pus, ad hoc vt ipſe conductor ſibi præ-
caueat in ijs, quæ ſibi faciliorem, & ma-
gis vtilem reddat conductionem; ſed
quoniam Communitas non habet pe-
cuniam promiſſam in promptu, vult il-
lam accipere mutuam, vel ſub vſuris, &
dum hoc negociatur, labitur tempus
pro-

promiſſionis, & exburſationis pecuniæ; quæritur, an ex hoc poſſit conductor recedere a promiſſis, & agere ad reſciſſionem contractus, itaut Communitas non ſit admittenda ad purgationem moræ? Et omiſſis, quæ pro affirmatiua poſſent adduci, negatiuam partem amplectendam puto; quia Communitates gaudent priuilegio pupillorum, vt pluriès dictum fuit; pupilli autem ratione moræ nunquam damnantur; *Bald. conſ. 86. vol. 6. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 48 num. 32.*

Et cum ſimilis quæſtio orta eſſet inter Communitatem Otricoli, & conductorem illius furni, cui promiſſa fuerat certa pecuniarum ſumma ad frumenti comparationem, ſeu emptionem, nec tamen ſtatuto tẽpore numerata fuiſſet, non tamen ex hoc fuit reſciſſus contractus, nec denegata purgatio moræ; licèt hæc verè, & realitèr non ex culpa Vni- 44 uerſitatis proueniſſet, ſed ex quodam accidenti extrinſeco & caſu fortuito, ad quæ non porrigitur obligatio, *l. ſed etſi, §. quæſitum, ff. ſi quis cautſion. l. 1. C. commod. l. damni infecti, ff. de damn. infect. Natta conſ. 256. num. 6. vol. 2. Sebaſt. Medic. de fort. caſib. par. 2. quæſt. 10. nu. 139. & alibi*; & paruam moram excuſandam eſſe, probat *text. in l. videamus, §. penul. & l. ſi merces, §. qui colonum, ff. locati, Medic. loco cit. num. 18. & num. 41.*

45 Cum autem ſupra dictum ſit, arcendos eſſe a licitationibus minores 25. quæritur, an filijfam. ſint admittendi? & affirmatiuè reſpondeas, quando ſunt maiores 25. qui efficacitèr obligantur, *l. 3. §. unde Iulianus, ff. ad Macedon.* & hoc eſſe ſecundùm regulas iuris cõmunis, *ad tex. in l. filius fam. ff. de action. & obligat. & l. tam ex contractibus, ff. de iudic. ſcribit Peregr. de iur. fiſci lib. 6. tit. 5. num. 9.*

Et licèt quibuſdam in locis adſit ſtatutum diſponens, filiosfam. non obligari in contractibus, niſi adſit conſenſus patris, tale ſtatutum habere locum in contractibus priuatorum, non autem 46 quando contrahitur cum fiſco, qui non ligatur ſtatutis Ciuitatum, ſcribit *Pereg. de iure fiſci, loco cit. & melius ſupra hoc eodem lib. 6. tit. 1. num. 38. Zab. conſ. 2. n. 3. verſ. reſpondeo quòd Marchio, Marcab. ab Anguil. conſ. 74. num. 15. Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 8. quæſt. 19. num. 175. & de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 13. n. 38.*

47 An autem lucrum proueniens ex cõductione vectigalium, ſit ipſius filijfam. an verò patris? *Bald. in l. cum oportet, n. 16. quæſt. 13. C. de bonis quæ liber.* dicit eſſe patris tanquam aduentitium; refert & ſequitur *Caroc. de locat. tit. de locat. vectig. quæſt. 17. num. 2.* ſubdens, in multis locis, & Ciuitatibus filijfamilias ſe induſtriosè exercent in exigendis gabellis, collectis, & ſimilibus; nam patri quærunt vſumfructum.

Locant etiam Vniuerſitates Archiuia, & Cãcellarias ciuiles, & criminales plus offerentibus, & ad extinctionem candelæ, vt dictum eſt ſupra: Quod attinet ad Archiuia, *dictum eſt ſupra cap. 17. n. 38. & alibi*, Cancellarias verò criminales locare non omnibus Vniuerſitatibus permiſsum eſt, ſed illis tantùm, quæ tale ius habent a Camera Apoſtolica titulo oneroſo, & cum obligatione ſoluendi certam ſummam quolibet quindennio, vel alio certo tempore: ſed ciuiles Cancellarias locant Vniuerſitates, & ex illis emolumenta percipiunt, vigore *Bullæ Clem. VIII. ſuper extinctione recent. vectigal. §. 20. 27. & alibi, ſub datum Romæ ſexto idus Maij, 1592. Pontif. anno 1.*

Quas autẽ qualitates habere debeant conductores harum Cancellariarum, ex literis Sacræ Conſultæ hic inſertis collige. [*Eſſendoſi* viſto per eſperienza, 48 quanto poco cònto, e ſtima ſia ſtata fatta per il paſsato, e tuttauia ſi faccia in molte Città, Terre, e Luoghi dello Stato Eccleſiaſtico, dell'inſtumenti, libri, e ſcritture concernenti le attioni, e ragioni delle dette Città, Terre, e Luoghi del medeſimo Stato Eccleſiaſtico, e loro Territorio, e confini; che però molti luoghi di detto Stato vengano alle volte controuerſi per la perdita, e mancamenti di dette ſcritture, che in alcuni luoghi ſi trouano da' libri loro ſtracciate, e lacerate, & in altri leuate, e portate via inſieme con i libri, doue erano deſcritte, e regiſtrate, con molto danno, e pregiuditio di dette Città, Terre, e Luoghi; à che volendo la ſacra Conſulta, con partecipatione ancora di N. S. Paolo V. prouedere, hà ſtatuito, & ordinato, che neſsuna Communità qualunque ella ſi ſia dello Stato Eccleſiaſtico, ò loro Magiſtrati, Officiali, e Deputati, ardiſcano, ò preſumano, ſotto qualſiuoglia cauſa, ò preteſto, locare, arrendare, ò in qualſiuoglia modo concedere, e dare le Cancellarie, doue ſi conſeruano le ſopradette ſcritture, ò l'eſercitio, ò cuſtodia di eſse con titolo di Cancelliero, ò Segretario, ò in altro modo a qualſi-

uoglia

uoglia perſona di qualunque ſtato, grado, dignità, ò conditione, che non ſia dello Stato Eccleſiaſtico, & a quello immediatamente ſoggetto, ſenza eſpreſso ordine della ſacra Conſulta, ſotto pena, tanto à chi darà dette Cancellarie, quãto à chi pigliarà, di priuatione de'gradi, offitij, e dignità, & anco pene pecuniarie, e corporali; e d'inhabilità, ad arbitrio della medeſima ſacra Conſulta: nè poſsi detta perſona, alla quale ſarà fatta la locatione, o deputatione, come ſopra, hauere in mano le ſcritture, nè il maneggio, ò eſercitio, ò poſseſso di eſse, nè in alcun modo ingerirſi nelle Cancellarie cõceſseli, ſe prima non gli ſaranno conſegnate tutte le ſcritture, libri, inſtrumenti, e memorie, che ſono in dette Cancellariè, per inuentario, da farſi da Notaro publico di detto Stato, con interuento, e preſenza del Sindico di eſsa Communità con l'approuatione del Gouernatore, ouero Officiale, che vi ſarà pro tempore, e del Fiſcale ancora di quel luogo, le quali haueranno pẽſiero, e cura, che ſi deſcriua ogni coſa diligentemente; e di ſare obligare detto Cancelliero, ò Segretario, di conſeruarle, cuſtodirle, e reſtituirle ſenza diſetto, mancamento, ò diminutione alcuna alle dette Communità, e per eſse di ſuo ordine al Cancelliero, ò Segretario ſucceſsore in detta Cancellaria, ſotto le medeſime pene dette di ſopra, e ſempre ſi debba così oſseruare in ogni mutatione di detti Cancellieri, li quali ſiano obligati, ſotto le medeſime pene di fare fra vn meſe copia autentica di detto inuentario, per conſegnarla, occorrendo, à chi ordinarà la ſacra Conſulta. E perche non è conueniente, che nelle Cancellarie criminali de' luoghi dello Stato Eccleſiaſtico ſiano ammeſse perſone del medeſimo luogo, doue ſia commeſso il delitto, e ſi faccia la cauſa; perciò detta ſacra Conſulta hà ordinato, che per l'auuenire non ſi ammetta alcuno per Cancelliero, & à ſcriuere in dette cauſe criminali, che ſia della ſteſsa Città, Terra, e luogo del ſuo Territorio, ò che habbi in eſsi luoghi parenti ſino al ſecondo grado, ſotto le pene dette di ſopra à chi contrauerrà. Datã nel Palazzo Apoſtolico li 19. Gennaro 1610.

Il Card. Borgheſe.

Gio. Antonio Fuccioli Segret.

Cum autem ſupra dictum ſit, locationes rerum ad Vniuerſitates ſpectãtium
49
per cedulas quoque ſigillatas fieri conſueuiſſe, & Romæ, & in Vrbe veteri præſertim, quæſitum eſt, ſi cedula conciperetur in hanc formam, *offeriſco ventiuinque ſcudi più di qualſiuoglia offerta*, vtrum hæc oblatio dicatur licita, aut captioſa, & reijcienda? Et cùm in facti contingẽtia hoc Romæ in appaltu aliquarum accidiſſet, & articulus *in Rota coram R.P.D. Piroüano diſcuſſum ſub die 1. Ianuarij* 1617. deciſum fuit, validam eſſe oblationem, & recipiendam; ex eo quia nõ agitur hic de licitatione palam, & alternis vocibus repetita, vt fit ad extinctionem candelæ, in qua cognoſcitur
50 quis vltimus fuerit in offerendo, ſed de ea, quæ facta fuit per ſchedulas ſigillatas, & adminiſtratoribus conſignatas, in qua ſimilis diſtinctio haberi non poteſt; ideo inter ipſas non datur prius, aut poſterius, ſed omnes referri debent ad tẽpus aperitionis illarum, quo tempore omnes ſchedulæ in actis eſſe debent exhibitæ; ideo tanquam ab actu indiuiduo aperitionis dependentes non recipiunt inter ſe prioritatem, aut poſterioritatẽ; *Bart. in l. contractus, num.* 5. *C. de fide inſtrum. Alber. conſ.* 295. *num.* 6. *& conſ.* 136 *num.* 10. ſed attenditur tantùm, quæ ſit maior oblatio: Quod etiam procedit, quàmuis appareat, vnã ſchedulam fuiſſe prius, quàm aliam in actis exhibitam,
51 quia, vt dictum eſt, attenditur tempus aperitionis, non exhibitionis: ita dixit *Rota in d. deciſ. Romana appaltus* [illegible] *quæ legitur impreſſa part.* 4. *recent.* [illegible] 376. *cenſuerunt Domini, nu.* 4. *& per* [illegible] *vbi etiam num.* 5. habes, per declarationes
52 nes patrium emanatas poſt publicationem oblationum, & aperitionem ſchedularũ, quòd ſcilicet vnus intelligat ſuã oblationẽ ſupra ſummã certam, alter verò ſupra vtramq; tam certam, quàm incertam, non poſſe derogari iuri quæſito maiori oblatori; quia etiam altero contradicente non eſt locus pœnitentiæ, dũ
53 contractus eſt perfectus inter offerentẽ, & ſubhaſtantem; *Bart. in l. ſi tempora, num.* 5. *C. de fide inſtr. & iur. haſt. fiscal. lib.* 10. *& in l. licitatio, num.* 4. *ff. de publ. & vectig.* alias multiplicarentur abſurda, & nunquam finis eſſet ſubhaſtationi; & per declarationes partes poſſent tollere ius quæſitum alteri, & ſubijcertere deliberationes; quod de iure fieri prohibetur, *Rolan. conſ.* 46. *n.* 37. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 117. *num.* 6. *lib.* 1.

Et cum hæc eadem quæſtio eueniſſet in Ciuitate Vrbeuetana ſuper appaltu Can-

Cancellariæ ciuilis, requiſitus ſuper ſo-
lutione quæſtionis, propoſui, viden-
dam eſſe *prædictam Rotæ Romanæ deci-
ſionem*, cui partes acquieuerunt.

54 Sed numquid offerens gabellis pro
perſona nominanda, vtrum ſacta nomi-
natione ſit liberatus? affirmatiuam te-
nuerunt *Magon.deciſ.Floren.37.num.16.
Gratian.diſcept. forenſ. cap.132. num.32.
& alij multi relati a Io.Bapt. Hodier. in
addit.ad Surd.deciſ.226.num.1.& 2. qui
tamen in num.ſeq.* multis modis hanc
concluſionem declarat, vt videre eſt a-
pud ipſum.

An autem mulieres poſſint licitare, &
55 offerre in appaltu gabellarum, & appal-
tationis munus exercere? vide, quæ dixit
*Rota in Romana menſa nummularia, de-
ciſ.663. Leo.X. per totam, part.1. recent.
vbi ſub num.5.* deciſum habes, mulieres
eſſe incapaces exercitij, & exactionis
gabellarum, nec poſſe ſuccedere paren-
tibus in huiuſmodi muneribus publicis,
vt ibi num.6.& 7. & redditur ratio, quia
gabellas exigere eſt munus merè perſo-
nale, quod fœminis non conceditur; &
faciũt, quæ diximus ſupra de oblationi-
bus minorum non recipiendis, quia mi-
nores, & mulieres ſine ſolemnitatibus
non obligantur.

56 Inuigilãdum eſt denique officialibus,
& adminiſtratoribus, ne ſolemnitates a
iure, vel conſuetudine, aut ſtatuto requi-
ſitas in ſubhaſtatione rerum ad Vniuer-
ſitates ſpectantium omittant, vel negli-
gant, quia ſi ex negligentia, vel omiſſio-
ne damnum aliquod Vniuerſitatibus in-
feratur, ab ipſis officialibus, & admini-
ſtratoribus ſarciendum erit, & contra il-
los dabitur actio; *l.1. in fin. ibi; quæ ex hoc
titulo penſitatio canonica deſideratur, ex
officiorũ facultatibus ſeruetur, C.de locat.
præd.ciuil.lib.11. vbi Io.de Plat. in prinẽ.*
notat, locãtes prædia publica, ſuo pericu-
57 lo locare, itaut ſi aliquod damnũ Reipu-
blicæ occurrat ex eorum mala locatio-
ne, ab ipſis ſarciendum eſſe; quod etiam
habetur *in l.quicumq; C.de fund.patrim.
lib.11. ibi, ſcientibus ijs, quos talium
rerum cura ſollicitat, in ſe negligentiæ
damna. ſi huiuſmodi cautio defuerit, eſſe
vertenda, &c.*

Denique ſciendum eſt, locationes ga-
58 bellarum ſemper fieri cum iiſdem con-
ditionibus, quibus antea fuerant locatę;
*Rota coram Caualerio, deciſ.60. incliſus
populus, num.9. & videatur Afflict. ſu-
per feud. quæ ſint regalia, in verb. vecti-
galia, num.98. vbi ex ſententia Bart. in
59 l.1 C.de paſcuis pub.lib.11.* dicit, omne
pactum initum per officiales cum emp-
toribus gabellarum contra ſolitum ven-
dendi modum eſſe nullum, quia intelli-
gitur conceſſa facultas officialibus, vt
vendant more ſolito, & non alitèr. Ca-
ueant ergo emptores gabellarum, ne
60 faciant pacta inſolita, quia non præſumi-
tur, quòd quis velit niſi id, quod con-
ſuetum eſt eri; *ita Afflict.ibi.*

SVMMARIVM.

1 *Vectigal quid ſit, & a quibus indici, vel imponi poſſit.*

2 *Differentia inter vectigal, gabellam, pedagium, guidagium, tributum, & alia huiuſmodi.*

Et onera prædicta ſi in præiudicium Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum imponantur, excommunicationis pœna incurritur. num.3.

4 *Ciuitas agnoſcens ſuperiorem ſi gabellam imponat, ſoluenda non eſt.*

Sed hanc concluſionem declara pluribus modis, vt num.5.

6 *Vectigalia qua de cauſa fuerunt a principio inuenta.*

7 *Quod a iure reprobatur, non poteſt fieri licitum per conſuetudinem.*

8 *Gabella non eſt ſoluenda pro equo, ſuper quo quis equitat.*

9 *Conſuetudo inducta contra ius diuinum, & naturale, etiam longiſſima non eſt ſeruanda.*

10 *Conſuetudo induci non poteſt, niſi vbi deficit ius.*

11 *Gabella non eſt ſoluenda pro rebus, quæ ſui vſus cauſa deferuntur.*

12 *Communitates Status Eccleſiaſtici non poſſunt acquirere ius exigendi gabellas a conducentibus graſciam ad Vrbẽ etiam per longam conſuetudinem.*

13 *Bulla Cœnæ Domini interrumpit quamcumque præſcriptionem; & quare.*

14 *Diuturnitas temporis non tollit peccatum.*

Limitatur poſita concluſio, vt Communitates exigere poſſint gabellam a conducentibus graſciam ad Vrbem, quando habent titulum ex conceſſione Papæ. num.15.

Declaratur hæc concluſio, vt non procedat in rebus pro vſu Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum: Sed hoc etiam declaratur. num.16.

17 *Statutum de retractu licèt aliquando liget clericos, nunquam tamen ligat Eccleſias.*

KKK *Gabel-*

18 *Gabella ſoluenda eſt, quando bona exeunt de manu priuilegiati.*

19 *Res empta ab Eccleſia ſi tranſportetur ſumptibus ipſius Eccleſiæ, eſt immunis.*
Declara tamen vt ibi.

20 *Factum emptoris non differt a facto venditoris exempti, & quare.*

21 *Res quò magis onere caret, eò maiori pretio diſtrahi ſolet.*

22 *Epiſcopus vendens frumentum ſuæ menſæ, quod eſt exemptum, an poſſit etiam vendere exemptionem a gabella, & quomodo hæc concluſio intelligatur.*

23 *Vendens equum cum pacto cōducendi illū ad domum emptoris, quis eorum teneatur ad ſolutionem gabellæ.*

24 *Mulio tenetur ſoluere gabellam pro mulo, pro ſarcina verò tenetur dominus ſarcinæ, & quare.*

25 *Gabella non ſoluit ille, qui coactus eſt portare rem gabellæ onuſtam, & quare.*

26 *Gabellā non eſt ſoluenda pro naui, quæ vi ventorum, vel piratarum appulſa eſt in portum.*

27 *Emens rem a clericis, & alijs priuilegiatis extra Ciuitatem, an ſoluat gabellā in ingreſſu Ciuitatis.*

28 *Exemptus a ſolutione gabellæ alios excuſare non poteſt, aliàs perdit priuilegium.*

29 *Exemptio conceſſa Eccleſiæ, & eccleſiaſticis perſonis numquid extendatur ad earum colonos, & familiares. & num. 30.*

31 *Princeps concedens immunitatem alicui in præiudicium Vniuerſitatis, vel alterius, an teneatur ſarcire damnum.*

32 *Habens Immunitatem a Principe, ſi ſoluat gabellam, vtrum amittat priuilegium.*

33 *Gabella ſoluenda in tranſitu pontis, an ſit ſoluenda, ſi quis tranſeat per vadum.*

34 *Itinerantes non debent recedere a recta via, & publica, & quare; quæ tamen concluſio declaratur.*

35 *Vniuerſitates habentes priuilegium exigendi gabellas a tranſeuntibus tenentur cōſeruare iter tutum a latronibus, manutenere pontes, & vias.*

36 *Gabella an ſit exigenda cum augumento, quando moneta eſt aucta.*

37 *Gabella vendita ſub certa quantitate, & forma, ſi poſtea augeatur, cuius ſit augumentum.*

38 *Communitas an poſſit poſt venditam exactionem gabellæ illam augere.*

39 *Conductori gabellæ facienda eſt remiſſio, licèt promiſerit non petere, quando res non manet in ſtatu, in quo erat tempore contractus.*

40 *Publicanus an cogi poſſit ad ſoluendum reſponſiones anticipatas.*

41 *Publicanus non ſoluens reſponſiones tempore conuento, an teneatur ad vſuras, & damna.*

42 *Gabellarius non ſoluens in tempore conuento, an poſſit expelli, & alteri locari vectigal.*

43 *Immunis a ſolutione gabellæ an teneatur denuntiare gabellario; & concordantur opiniones inter ſe contrariæ.*

44 *Nemo debet ſibi ius dicere, & inſtruendus eſt gabellarius, ne fiat fraus gabellæ.*

45 *Tranſiens per locum, in quo ſoluenda eſt gabella, ſed non adeſt qui illā recipiat, an cadat in commiſſum, ſi non ſoluit.*

46 *Gabellarij non poſſunt cogere viatores ad ſoluendum faſciculos, ſiu fardellos: redditur ratio, & declaratur concluſio.*

47 *Gabellā fraudare voluiſſe, quomodo probetur, & quanto tempore præſcribatur hæc actio; vide remiſſiuè.*

48 *Verbum, ſeu dictio,* cadere in commiſſū, *quid importet.*

49 *Bona forenſium, ſi ignorant, vbi ſoluatur gabella, non cadunt in commiſſum.*

50 *Bona, quæ cadunt in commiſſum, an ſint applicanda gabellario, vel Vniuerſitati vendenti gabellam.*

51 *Gabellarius agens pro recuperatione rerum, quæ ceciderunt in commiſſum, quid probare debeat, & quanto tempore duret hæc actio.*

52 *Ponitur caſus ſtatuti loquentis de rebus, quæ cadunt in commiſſum.*

53 *Emere animo negociandi quando quis præſumatur.*

54 *Hoſpites, & cauponæ præſumuntur emere vinum animo negociandi, & ideo tenentur ad gabellam.*

55 *Gabellam vini ſoluunt Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici ex conuentione inita cum Camera Apoſtolica, & in qua ſumma; quam ſummam recuperare debent ab hoſpitibus, & cauponis, & etiam ab ijs, qui minutatim vendunt in domibus proprijs.*
Hæc tamen concluſio maximas habet difficultates in puncto iuris, præſertim quoad clericos. num. 56.

Vendens

57 *Vendens vinum, oleum, bladum, recollecta in bonis ſuis non dicitur negociari; & quis propriè negociari dicatur. & num. ſeqq.*

60 *Minor non denuncians res gabellæ ſubiectas, an cadat in commiſſum.*

61 *Statutum probibens extractionem frumenti, an comprebendat farinam.*
Extende prædictum ſtatutum ad extractionem panis propter identitatem rationis: ſed hæc opinio habet contradictores quoad panem, non quoad farinam. num.63.
Sed in Statu Eccleſiaſtico propter Bullas Summorum Pontificum ſub probibitione extractionis frumenti comprebenditur panis. num.64.
Et ita fuiſſe condemnatum Regẽ Portugalliæ ad ſolutionem gabellæ pro pane biſcotto. num.65.

62 *Dominus frumenti habet prælationem in farina redacta ex eodem frumento.*

66 *Statutum probibens extractionem olei, comprebendit ſaponem, & alia huiuſmodi.*
Amplia in extractione vuæ, ſi probibeatur extractio vini. ibid.
Sed gabella pro vino non ſoluitur pro vua, neque pro aquaticcio, neque pro aceto. num 67.

68 *Sacerdos conficiens Sanctiſſimum Sacramentum ex vino aceſcente peccat mortaliter.*

69 *Gabella impoſita ſuper extractione frumenti, non comprebendit bordeum, ſpeltam, auenam, & legumina.*
Declara, niſi Statutum vtatur verbo triticum: & quare. num.70.

71 *Vniuerſitas emens frumẽtum in loco certo, an in tranſitu per aliud territorium teneatur ad gabellam; de iure non teneri; ſed de facto ſoluitur.*

72 *Gabella ſoluta pro frumento molendo an ſit denuò ſoluenda pro illo frumento, quod molendinarius percipit pro ſua mercede, ſeu molitura.*

73 *Gabella ſemel ſoluta non debet iteratò ſolui; & aſſignatur ratio.*

74 *Cauſa, quæ minuit gabellam attendenda eſt.*

75 *Immunis a gabella macinatus ratione loci, ſi neceſſitate coactus vadat ad molendum in loco, vbi ſoluitur gabella, an teneatur ad illius ſolutionem.*

76 *Gabellam pro contractibus qui ſoluere teneantur, venditor, ſeu emptor, vel vterque.*

77 *Contractus præſumitur fœneratitius, ſi Statutum diſponat, ſoluendam eſſe gabellam ab vtroque contrahente, ſi conuentum ſit, quòd ab vno tantùm ſoluatur.*

78 *Contractus ſuſtinetur, licèt vnus tantùm contrahentium ſoluat gabellam; ſicut etiam ſoluens pro parte ſua canonem, euitat caducitatem.*

79 *Venditione facta in loco immuni, ſi traditio rei venditæ fiat in loco ſubiecto gabellæ, an ſit ſoluenda.*

80 *Gabella pro dote ſoluenda eſt in loco, vbi celebratæ ſunt ſolemnitates nuptiarũ, & conſumatum fuit matrimonium; non autem in loco, ad quem conducitur vxor.*

81 *Gabella ſoluta in contractu cum pacto retrouendendi, an ſit iterum ſoluenda, quando fit retrouenditio.*

82 *Gabella ſoluta in promiſſione de vendendo, non ſoluitur amplius in ipſa venditione.*

83 *Gabella non eſt ſoluenda, quando contractus factus cum minore reſcinditur.*
Quid ſi vendatur equus, habita fide de pretio, & emptor efficiatur non ſoluendo, vtrum ſit ſoluenda gabella. num 84.

85 *Gabella non eſt ſoluenda de refutatione filiorum in bonis maternis, ſeu paternis, propter ingreſſum Religionis; & quare.*

86 *Filius, vel nepos ſuccedens patri, vel auo nihil ſoluit in renouatione literarum patentium locorum montium in Vrbe.*
Limita in filio, vel nepote emancipatis. num.87.

88 *Gabella an ſit ſoluenda in venditione, ſeu redemptione annui cenſus.*

89 *Cenſus impoſitus ſuper duobus fundis exiſtentibus diuerſis in locis, an pro tali impoſitione ſoluenda ſit gabella vni tantùm, vel duobus gabellarijs.*
Quid ſi talis impoſitio ſuper duobus fundis, & alter illorum ſit immunis, vtrum talis immunitas extendatur ad totum cenſum. num.90.

91 *Clericus habens plura beneficia diuerſis in locis, ſi vocetur in omnibus, quò prius accedere debeat.*

92 *Statutum imponens gabellam exercentibus artem, an comprehendat coquinam.*

93 *Caligola impoſuit gabellam ſuper rebus edendis in Vrbe, quæ gabella an ſit laudanda, vel ne, vide hic.*

94 *Vniuerſitas vendens gabellam extractionis frumenti, vel quid ſimile, vtrum ſi ipſa extrahat, teneatur ad gabellam.*

95 *Quod Vniuerſisati debetur, ſingulis non debetur.*

96 *Gabella impoſita ſuper extractione frumenti, non comprehendit, quod extrahitur cauſa ſeminandi.*

97 *Gabellam fraudare vtrum liceat, itaut fraudans ſit tutus in conſcientia.*

98 *Gabella impoſita a Principe habente poteſtatem fauore publico, dicitur fauorabilis.*

99 *Recuſans ſoluere gabellam legitimè impoſitam incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

100 *Quot modis quis dicatur fraudare gabellam, itaut incidat in commiſſum.*

101 *Probatio exactionis gabellæ an fieri poſſit ex libris publicanorum.*

102 *Actus vnicus ſolutionis ſufficit ad acquirendam quaſi poſſeſſionem in incorporalibus, quando non agitur de nouo iure acquirendo.*

103 *Solutum gabellarijs potius præſumitur extortum, quàm legitimè ſolutum, & exactum.*

104 *Gabellarius requiſitus ad exhibendum ſuos libros, niſi exhibeat, qua pœna teneatur.*

105 *Gabella ſoluenda pro inſtrumento, vtrũ ſoluenda ſit pro ſcriptura priuata.*

106 *Artifex obligatus ſoluere gabellam quolibet anno, ſi vno anno non ſoluat, ſed in ſecundo, in quo non faciat mentionem de debito primi anni, an incidat in pœnam.*

107 *Gabella impoſita ſuper animalibus non extenditur ad aues, & piſces.*

108 *Statutum diſponens gabellam eſſe ſoluendam in venditione beſtiarum, non comprehendit macellarios; & quare.*

109 *Mortuo boue a teſtatore legato, neque caro, neque corium debetur.*

110 *Gabella ſoluta pro animali vendito, ſi redhibeatur, reſtituenda eſt gabella.*

111 *Gabella non eſt pro lardo, quia lardum non eſt caro, nec è contra.*

112 *Gabella ſoluenda eſt de auibus, quando aues ſunt in fructu.*

113 *Gabella ſuper animali naſcenti, ſi animal prægnans ducatur in loco immuni, donec pariat, nihilominus debetur gabella.*

114 *Mercator non excuſatur a ſolutione gabellæ, ſi faciat emere merces a ciue immuni.*

115 *Mulio introducens rem meam intra Ciuitatem, & non ſoluat gabellam, vtrum res mea cadat in commiſſum.*

116 *Statutum diſponens mercatorem panni teneri ad ſolutionem decimi, mercator verò lanæ ad quinque, ſi mercator panni efficiatur mercator lanæ, an teneatur ad decem, vel quinque.*

117 *Gabella impoſita ſuper lana vtrum extendatur ad pelles lanatas, & quid in pellibus bouum, & porcorum.*

118 *Gabella ſoluenda de pomis an extendatur ad glandes, neque ſtatutum imponens pœnam ſuper damno pomorũ, extenditur ad glandes.*

119 *Statutum, quòd coloni ſoluant gabellã pro dominis, tanquam iniquum non valet.*

120 *Gabella ſolutio præſcribi poteſt, & induci poteſt liberatio.*
Limita non habere locum quoad Vniuerſitates, quando gabellarius fuit negligens, quia eius negligentia non nocet Vniuerſitati. num. 121.

§.XVII.

Gloſſ. 2.

Vectigalium.

CAP. XXXXVII.

1 VECTIGAL eſt id, quod pro rebus Ciuitati uectis, vel euectis publico ſoluitur, *ex Alciat. in l. cũ qui vectigal. ff. de verb. ſignif.* apud nos communiter appellatur, *gabella*, & hac voce vſus eſt Summus Pont. Clem. VIII. in hac Conſtitutione ſuper Bono Regimine, ſic etiam *Bertac. Ferrett Gutier. Parrinus in eorum tract. de gabellis* nuncuparunt: videatur etiam *Galgan. de iure pub. lib. 4 tit. 11.*

Has autem gabellas, ſeu vectigalia ſolus Princeps ſupremus indicere poteſt, *c. ſuper quibuſdam, & ibi gloſſ. in verb. pedagia, de verb. ſignif. l. vectigalia, ff. de vectigal. vbi Hermogenianus hæc ait.* [*Vectigalia* ſine imperatorum præcepto, neque Præſidi, neque Curatori,

tori, neque Curiæ conſtituere, neque præcedentia reformare,& his vel addere, vel diminuere *licet.*]

Quandoque tamen ex antiqua conſuetudine, a tempore, cuius non extet memoria, indici poteſt; probat *text. in c.26. ſuper quibuſdam, verſ. vel ex antiqua, de verb. ſignif.*

Differentiā verò inter vectigal, gabellam, pedagium, guidagium, tributum,
2 angariam, anſarium, portorium, censū, collectam, taxam, imbottatum, & alia huiuſmodi, collige *ex gloſſ. & Doct. in d. c. ſuper quibuſdā, §. pedagia, ex Tomat. de muner. patrimon. §. exactio, num. 15. & ſeq. Redobal. Parrin. de gabellis, par. 2. num. 107. & plurib. ſeqq.*

Sciendum eſt autem, ſi prædicta one-
3 ra in præiudicium, vel odium Eccleſiarum, ſeu eccleſiaſticarum perſonarum imponantur, vel quis auſus fuerit ſine expreſſa Summi Pontificis licentia imponere, excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini incurrit, vt videre eſt in *Bulla 63. Pauli V. Bullar. nou. to. 3. §. 5. & 18. pag. 251. Nauar. conſil. 6. per tot. lib. 3. tit. de cenſib. Rolan. conſ. 71. per tot. lib. 4. & alij multi.*

Si verò Ciuitas, quæ ſuperiorē agno-
4 ſcit, gabellam imponat, ſolui non debet, & ſoluta vi, aut ſimplicitate, reſtituenda eſt; *Bald. in l. vectigalia, C. vectig. nou. inſt. non poſſ. vbi Salyc. num. 4. & alibi* declarat, & limitat concluſionem, quan-
5 do Ciuitas haberet conſuetudinem imponendi gabellas, cuius memoria in cōtrarium non extaret, *per tex. in d. c. ſuper quibuſdam, de verb. ſignif.* Sed hæc quoque limitatio aliam recipit declarationem; vt quàmuis Vniuerſitas ex antiqua conſuetudine præſcripſerit ius indicendi gabellam inter ſuos ciues, non poterit tamen illam exigere a domino ipſius Vniuerſitatis; *Surd. conſ. 262. num. 29. lib. 2.* addens hoc eſſe verum, nedum in bonis, quæ dominus poſſidet tempore impoſitionis gabellæ; ſed etiam in alijs bonis poſtea quæſitis; quia mutatione perſonæ mutatur rei conditio; *vt ibi nu. 30. vide Guid. Pap. in quæſt. 384.*

Declara ſecundò non eſſe ſoluendam gabellam a fiſco, neque pro rebus ad vſum ipſius proprium deſtinatis, nec etiā pro inſtrumentis ruralibus; *l. vniuerſi, & ibi Bald. C. de vectig. & com. Surd. cōſ. 239 n. 8. & alibi lib. 2.* nec pro rebus ad vſum propriū, cuius perſonę, & ad probandum rē eſſe prouſuproprio ſufficere iuramentū, *idē Surd. conſ. 205. n. 15 lib. 2. conſ. 307 num. 3. vol. 3. Parrin. de gabel. in prima par. per tot.* & idem dicendum, quàmuis mutetur propoſitum, & res pro vſu portata poſtea vendatur, ſcribit etiam *Surd. conſ. 18. num 293 Clar. in quæſt. crimin. 82. ſtatut. 8. verſ. ſed pone, & alij multi relati a Parrino de gabell. part. 1. n. 300. Rol. a Vall. conſ. 71. num. 19. lib. 4.* Verùm licèt hęc concluſio vera ſit de iure, de conſuetudine tamen ſoluendam eſſe dicit, *Ruin. conſ. 112. nu. 8. lib. 5. Menoch. conſ. 312. num. 2. lib. 4. & conſ. 744. num. 2 vol. 8. Azor. inſt. moral. tom. 3. lib. 5. de delictis, ex quibus oritur reſtitutio, cap. 21. per tot. & vide Lexium de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 33. de trib. & vectig. dubit. 7 per tot. & alios multos congerit Parrin. de gabell. a num. 27. vſque ad 45. vbi in verſ. bis tamen non attentis*, ex pluribus probat, huiuſmodi conſuetudinem contra expreſſam iuris diſpoſitionem non eſſe attendendam.

6 Primò, quia vectigalia ea tantùm de cauſa fuerunt inuenta, & a principio introducta, vt ſoluantur ab ijs, qui negociationis cauſa, ſeu transferendarum mercium occaſione mercantur, *l. omnium, C. de vectig. Marc. deciſ. 41. num. 7. vol. 2.*

7 Secundò, quia non poteſt fieri licitū conſuetudine, quod a iure reprobatur, *c. 1. de conſt. in 6. Ancbar. conſ. 264. præmittendum eſt, verſ. tamen quia hæc conſuetudo, & per tot.* vbi probat, non eſſe
8 ſoluendam gabellam pro equo, ſuper quo quis equitat; quàmuis adſit cōſuetudo, quia hæc eſt contra ius; *Rolan. conſ. 71. num. 21. lib. 4. & Doctores relati a Surd. conſ. 333. num. 6. lib. 6. & a Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſſ. 2. n. 27.* volentes, conſuetudinem facere licitū, quod aliàs eſt illicitum, intelligendi ſūt, modò id, quod a conſuetudine inducitur, non ſit contra ius Diuinum, aut naturale, quia tunc conſuetudo etiam lon-
9 giſſima, & ab omnibus ſeruata non poteſt dare titulum, nec excuſare, & irrationabilis dicenda eſt; *Hieron. Boic. c. innouamus, num. 4. de cenſib. Rota Romana in Vrbeuetana cenſus coram Gipſio, 6. Iunij 1594. impreſſa poſt tract. Cenc. de cenſib. deciſ. 11. num. 2. & 3.* & mala conſuetudo corruptela dicitur, & ad officium iudicis pertinet celerrimè obuiare ne radices faciat, *c. mala conſuetudo, diſt. 8.* vbi aſſignatur ratio, quia in priuilegiorū ius ab improbis aſſumitur; *Rocch. de Curt. in c. cum tanto, ſect. 1. num. 34. & 35 de conſuetud.*

Expreſ-

Expreſſam verò ſanctionem iuris (non eſſe ſcilicet ſoluendam gabellam pro rebus vſualibus) habemus *in l. vniuerſi, C. de vectigal. & comm. vbi hæc leguntur.* [*Vniuerſi* prouinciales pro his rebus, quas ad vſum proprium, vel ad fiſcum fiunt, vel exercendi ruris gratia reuehũt, nullũ vectigal à ſtationarijs exigatur, &c. capitali pœna propoſita ſtationarijs, & vrbanis militibus, & cęteris perſonis, quarum auaritia id tentari *firmatur*.]

10 Hæc Imper. Nec conſuetudinem induci poſſe, niſi vbi deficit ius, habetur *in c. conſuetudo autem, diſt. 1. & ibi gloſſ. in verb. cum defi.it*, quæ ait, tunc recurrendum eſſe ad cõſuetudinem, cum lex deficit; & idẽ quoque dicendum in ſtatutis, docet *Feder. de Senis conſ. 17. nu. 5 Salycet. in l. a legatis, C. de vectig.* ait, Legatos, ſeu Ambaſciatores non teneri ad

11 ſolutionem gabellæ pro ijs, quæ portant de loco, vnde reuertuntur, dummodo ſint ſui vſus gratia; nam ſi ſunt ad alium vſum, tenentur, vt ibi per eum; *Ferrett. de gabell. num. 211.* & ità (vt audio) ſeruatur in Vrbe cum Oratoribus, & Legatis Principum; & de hac etiam conſuetudine teſtatur *Afflict. ſuper feud. quæ ſint regalia, in verb. vectigalia, num. 101. in fin.*

12 Declara tertiò, conſuetudinem introductam ab Vniuerſitatibus, cuius memoria non exiſtat in contrarium, exigẽdi gabellas, quæ quidem conſuetudo vbi ceſſet, repugnantia iuris tribuit titulum, ex ſupradictis, & ſcribunt *Decius conſ. 649. num. 1. part 5. Marcab. ab Anguill. conſ. 9. num. 19.* non habere locum in rebus, quæ ad victum, vulgò, graſcia, Romam aſportantur; quia hoc per interdictum negatiuum prohibetur generalitèr omnibus, tam priuatis viris, quã Vniuerſitatibus, propter Bullã, quæ dicitur, *in Cœna Domini*, §. 8. & quotidie videmus ad huius Bullæ executionem edicta promulgata ab Eminentiſs Card. Camerario, & Illuſtriſs. D. Graſciæ Præſide, & ita in facti contingentia vidi in cauſa Viterbien. quæ Ciuitas in locatione gabellæ, quæ dicitur, *del Paſſaggio*, inter alia ſpecificè locauerat exactionem gabellę ab ijs, qui conducunt boues pingues, vulgò, *Cameroni*, ad Vrbem, & cũ quidam conductor fuiſſet requiſitus pro ſolutione gabellæ, exhibuit inhibitionẽ emanatam a Card. Camerario in vim d. Bullæ, & ſuarum facultatum: & licèt Ciuitas multùm inſtetiſſet pro illius moderatione, nihil tamen obtinuit; quamobrem gabellarius petijt pro hac parte remiſſionem gabellæ, & introducta in prima inſtantia lite in partibus coram Gubernatore, fuit contra Communitatem pronunciatum; ſed cauſa in Congregatione Boni Regiminis reaſſumpta, quàmuis multi ex Eminentiſs. Dominis Cardd. & Reuerendiſs. Prælatis inclinarent pro confirmatione primæ ſententię per ea, quæ dicunt *Doctores, præcipuè Boſſ. tract. de remiſſ. merced. publican. per tot.* alij tamen ponderando verba Bullæ Bõni Regiminis in hoc §. 17. vbi ſancitũ eſt, nullam eſſe faciendam remiſſionem, & in quocumque inſtrumento locationis per adminiſtratores Vniuerſitatum faciendo, ſemper apponendam eſſe renunciationem cuiuis remiſſioni, ſeu defalco, *vt dicemus infra latius, gloſſ. ſeq. cap. 48. de remiſſione mercedis, &c.* ideo placuit Dominis huius articuli diffinitionem, ſeu determinationem pro nunc differre. Quod autem diximus, Vniuerſitates non poſſe *præſcribere* ius exigẽdi gabellam contra conducentes graſciã ad Vrbem, ratio eſt, quia dicta Bulla in Cœna Domini legitur quolibet anno in

13 Paraſceue, publicè & palàm, Summo Põtifice, S.R.E. Cardinalibus, & tota Curia præſentibus, & eſt inſerta in volumine aliarum Bullarum, & affigitur etiam in locis publicis; & ideo cum omnibus innoteſcat, & innoteſcere debeat, quamcumque præſcriptionem, ſeu titulum, quem Vniuerſitates ex tacita Principis acquieſcentia poſſent acquirere, interrumpit, & tollit, malamque fidem in ipſos poſſeſſores inducit propter ſcientiam, ſaltem præſumptam actus prohibiri, *Surd. conſ. 115. num. 21. lib. 1. Crauett. conſ. 134 nu. 16.* Accedit etiam decretum irritans appoſitum in d. Bulla, quod inficit non ſolum titulum, ſed poſſeſſionem; *Anton. Gabr. concl. 3. de clauſ. num. 1. & ſeq. Put. deciſ. 94. num 2. & 4 lib. 1. in nou.* adeſt etiam peccatum, & excommunicatio illorum, qui contrafaciunt, quapropter ſine interpellatione

14 interrumpitur, nec poteſt adeſſe præſcriptio, quia diuturnitas temporis non tollit peccatum; *Mar. Socin. c. cum in Eccleſia, num. 12. de ſimon. Bonacoſſ. comm. opin. crim. part. 2. litera P. Lal. Zecchius de priuileg. Eccleſ. priuil. 34. num. 4. & alij relati a Parrin. de gabell. part. prima num. 128.*

15 Limitatur tamen hæc tertia declaratio, quando Vniuerſitas habeat titulum ex conceſſione Papę exigendi gabellam, etiam

etiam a conducentibus graſciam ad Vrbem; quia non obſtante d. Bulla Cœnæ Domini, & Bandimenro Card. Camerarij poterit illam exigere; & ita obtinui ego pro Ciuitate Vrbeuetana, primò coram R.P.D. Garzadoro Card. Camerarij Auditore die prima Septembris 1622. per acta D. Petri Antonij Seueri Cameræ Apoſtolicæ notarij, deinde in ipſamet Camera die 19. Iunij 1623 contradicente R. P. D. Antonio Cicalotto tunc ipſius Cameræ Commiſſario generali, viro quidem integerrimo, in rebus Cameralibus, & forenſibus Romanæ Curiè apprimè erudito; per multos enim annos in illa verſatus eſt; quamobrem licèt ætate grauis, & ſeptuagenario maior, eandem ingenuitatem, & animi conſtantiam retinens, Eminentiſs. Card. Hippolyti Aldobrandini Camerarij in rebus ad eius tribunal concernentibus Auditoris generalis munere functus eſt. Ciuitas ergo Vrbeuetana Patria mea obtinuit manuteneri in quaſi poſſeſſione exigendi gabellam a conducentibus graſciam ad Vrbem, quia docuit de titulo per Chirographum fel. rec. Pauli V. concedentis hanc facultatem ad anguſtias ipſius Ciuitatis ſubleuandas, cum reperiretur grauiſſimo ære alieno grauata, nempe ſc. 72. m. & pro maiori parte, vt dignum ipſi Principi obſequium, & in neceſſitatibus grati animi, & fidelitatis ſignum oſtenderet, contracto; & ideo non ſolùm æqua, ſed etiam iuridica fuit iſta conceſsio, & manutentio, *ad text. in l. 10. vectigalia quæcumque, & l. penes illum, C. de vectig. & comm.*

Ex iiſdem quoque rationibus obtinui pro Communitate Ciuitatis Caſtellanæ; quia & ipſa ad ſubleuãdas eius anguſtias obtinuit a fel. rec. Clemẽte VIII. ampliſſimum priuilegium exigẽdi pedagium, ſeu gabellam a quibuſuis per ſuum territorium tranſeuntibus, etiamſi graſciam, & annonam conducant ad Vrbem, vt in literis in forma Breuis ſub annulo Piſcatoris die 31 Octobris 1601. Pontific. 10. expeditis plenius continetur. Et cum aliquando nonnulli muliones, & dardanarij vigore inhibitionis Card. Camerarij huius Breuis executionem, & exactionem impedire tentaſſent, ſacra Cõgregatio Boni Regiminis ita reſcripſit.

Al Gouernatore di Ciuita Caſtellana.

Hauendo facoltà coteſto Publico, per Breue conceſſogli dalla ſan. mem. di Clemente VIII. di riſcuotere la gabella del paſſo anche da quelli, che conducano graſcia per Roma; voi permetterete al ſuo Appaltatore, che l'eſiga, non oſtante qualſiuoglia inhibitione, che coſi hanno riſoluto queſti Signori miei Eminentiſsimi in conformità ancora della Bolla di Bono Regimine. E Dio vi guardi. Roma li 10. Nouembre 1632.

Voſtro amoreuole

Il Card. Barberino.

Giulio Donati Segretario.

16 Sed numquid Vniuerſitates habentes huiuſmodi priuilegia a Papa poſsint etiã exigere gabellas, & pedagia pro rebus, quæ ad vſum Eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum vehũtur, & per eorũ territoria tranſeunt? negatiuè deciſum habes *in c. quamquam, de cenſib. in 6. & ibi Scribent. Gram. deciſ. 100. in cauſa Vniuerſitatis, num. 19. Rol. a Valle conſ. 71. duo ſunt, num. 4. & per tot. lib. 4. latè Carol. de Graſſ. de effect. cleric. effect. 3. per tot.*

Hæc tamen concluſio ſuas etiam habet limitationes; & prima eſt, ſi clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ vehant, & reuehant bona, & merces negociandi cauſa, *vt in d. c. quamquam, & in Clem. vlt. eodem tit. de cenſib. & plura congerit Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 13. nu. 12 Carol. de Graſs. in d. effect. 3. num. 175. & ſeq. vſque ad tot. nu. 185. viden. in n. 177.* vbi dicit, & ampliat dictũm, quando clericus propter negociationem fuit ter monitus, & non ceſsauit; & adducit alias ampliationes, & declarationes apud ipſum videndas; & hæc quidem trina monitio facienda eſt a iudice eccleſiaſtico, *c. fin. de vit. & honeſt. cleric.* & quando oriatur cõtrouerſia, an res deferatur cauſa negociandi, vel non quo caſu ſtãdum eſse iuramento clerici, dicit *Graſs. ibi num. 185.* hæc etiam controuerſia, & iuramentum decidenda, & deferendum coram iudice eccleſiaſtico, vt dixit *Rota in Barchinonen. exemptionis, corã nunc Eminentiſs. Car. Corrado, 13. Iunij 1641. in §. quia fraudibus quidẽ obuiandum, & c. verſ. addentes quòd in caſu.*

Sed hãc limitationem habere locum in clericis, & in rebus clericorum, non autem in rebus ipſiuſmet Eccleſiæ, voluit *Feder. de Senis conſ. 207. in Chriſti nomine, quem refert, ſed malè citat in meo libro Afflict. in 3. par. feud. tit. quæ ſint regalia, in verb. vectigalia, num. 93.* & quàmuis nonnulli videantur ſentire cõtrarium,

trarium, ipſe tamen Afflict.dicit, non eſse recedendum a communi opinione Federici: & quòd Statutum de retractu licèt aliquando liget etiam clericos; & perſonas eccleſiaſticas, nunquam tamen ligat Eccleſias; *Carol.de Graſſ. de effect. cleric.effect.2.num.398.* quia Eccleſia nec actiuè, nec paſsiuè habet ius cogrui; vt ibi per eum.

Limita ſecundò; quando bona ex-
18 eunt de manu priuilegiati, quia tunc ſoluenda eſt gabella; *Alex.conſ.35.viſo proceſsu inter Communitatem, num.15.lib.4 & num.16.* reddit rationem, quia mutata perſona, mutatur ſtatus rei in hac materia gabellarum, & collectarum; & hæc limitatio procedit etiã in ipſis conductoribus vectigalium, itaut priuilegia illis a fiſco conceſsa non tranſmittant ad ſubconductores eorundem vectigalium; *ad text.in l.vnica, C.quib.mun.excuſ.ij, qui poſt implet. lib.10. vbi Io. de Platea* nonnulla ad rem noſtram colligit apud ipſum videnda; *Guid. Pap. quaſt. 208.in princ.*

Verùm quando res empta ab Eccleſia tranſportatur expenſis ipſius Eccleſiæ,
19 gaudere priuilegijs, ſcribit *Surd.conſ.307 n.9.& 10.vol.3.* & hoc idem ſtatuendum eſse, quando Eccleſia propter ſolutionem gabelle damnum ſentiret, quia vilius venderet, *idem Surd.conſ.301.n.80. Hier Gabr.conſ.156.cum Reu.D.Epiſcopus, num.4. vol.2. & num.5.* firmat, exemptum a ſolutione gabellæ poſſe granum vendere, & paciſci, quòd extrahatur ſine ſolutione gabellæ; & idem ſcribit *Menoch.conſ.236. ferè per tot. & nu. 19.& 21.* declarat concluſionem ſupra a nobis poſitam, priuilegia ſcilicet fiſco conceſsa, vt ſit immunis a ſolutione gabellarum, non tranſire ad ſucceſſores, & ad ementes ab eo; quem vide.

In cõtrarium tamen videtur eſſe deciſio *Rota Romana apud Seraph. 827. Fratres S.Hieronymi, per totam*; quæ dicit, exemptionem conceſſam a ſolutione decimarum pratorum, herbarum, ſyluarum, & ſimilium, intelligendã eſse pro vſu exempti, & eius animalium, nõ autem ſi alijs talia vendantur, & arrendentur, vt ibi; quod etiam vult in deciſmis *Gutier.tract.de gabell.quaſt.44.nu.3 & ſeq.*

Sed hoc fortè procedit, vbi nullum interueniat pactum inter emptorem, &
20 venditorem ſuper exemptione gabellæ, vt eſt caſus *conſ.156.Gabriel.* quia ſtãte pacto, factum emptoris non differt a facto vẽditoris exempti, quia ipſemet exemptus extrahere videtur. & ſi emptor ſolueret gabellam, venditor teneretur illi reſtituere ſolutũ, & ideo exemptio euaneſceret, & per indirectum læderetur immunitas; *Dec.conſ.48.maturè num.5. Menoch.d.conſ.136.num.16.& 19.* Vbi reſpondendo ad ea, quæ ſupra adduxerat, ita diſtinguit, duos caſus adducens.

Primus eſt, quando onus gabellæ eſt annexum contractui, vt ſi Statutum dicat, ſoluantur duo ſolidi pro libra, quæ emitur, & venditur; tunc ſi alter contrahentium eſt immunis a ſolutione gabellæ, vterque ipſorum gaudebit immu-
21 nitate, ſiquidem lædi vnus non poteſt, quin lædatur alter, & quò magis res aliqua onere caret, eò maiori pretio diſtrahi ſolet; *Gabr.conſ.161.nu.3.9.& per tot.lib.2.*

Secundus caſus eſt, quando onus gabellæ adijcitur actui ſeparato a contractu; exemplum: *Emi frumentum ab Eccleſia*, vel alio priuilegiato, volo illud extrahere è Ciuitate, vbi emi, & propter hanc extractionem ſoluenda eſt gabella; hæc ſolutio non reſpicit immediatè contractum emptionis frumenti, ſed extractionem; & ideo quàmuis Eccleſia, ſi ipſamet extraheret, eſſet immunis, attamen emptor ab ea tenetur, quia hic actus extractionis (*vt Menoch. ait poſt Bald.loco ab eo cit.*) nihil commune habet cum Eccleſia, & cum origine contractus celebrati cum ipſa Eccleſia. *Rol.a Valle conſ.61.magnificus, nu.18. & 19. lib.4. Peregr.de iur. fiſci, lib.6.tit.5.*
22 *num.26. Gabr.d.conſ.161.nu.7.* Qui quidem *Gabriel* contrarium conſuluit pro Epiſc. Aeſino *in d. conſ.156.* dicens, potuiſse prædictum Epiſcopum vendere ſuum frumentum exemptum a gabella; & quàmuis hoc onus gabellæ non ſit annexum contractui, ſed veniat ex actu ſeparato extractionis, tamen quia Epiſcopus pepigit, vt ſine ſolutione gabellę extraheretur, perinde eſt, ac ſi ipſemet extraheret, & ad hoc probãdum allegat *Bald. conſ.31. in fin.vol.1. Io. de Amicis conſ.18.num.3. Rol.a Valle dicto conſ.61. num.20.*

Sed concordari poſse videtur hæc controuerſia, ſi inter emptorem, & venditorem deducatur in pactum, & contrahatur, vt venditio fiat cum exẽptione, quam ipſe venditor habet a ſolutione gabellæ; & hic eſt caſus *D.Gabriel in dicto conſ. 156. & facit Caſtren. in l.1. num.5.*

num.5.& 7. C.de Epiſcop. & cler. ſi verò
venditio fiat ſimplicitèr,abſque d.pacto;
neque in inſtrumēto,ſeu contractu pro-
mittatur immunitas, tunc vera erit opi-
nio *Menochij,& aliorum, quos ipſe alle-
gat*: locum etiam poteſt habere opinio
Menochij, qnando ageretur de ſolutio-
ne gabellæ in itinere , vel extra locum
contractus , & quando emptor ſuo no-
mine frumentum , vel merces exporta-
ret; quia mutata eſt perſona , & cum ea
conditio rei; *Gutier.de gabell. quæſt.44.
num.4. & in his terminis loquitur text.
in l.licitatio, §. fin.ff.de publ. & vectig.
Rolan.d.conſ.61.nu.16.lib.4. Gabr. dicto
conſ. 156. num.3. Leon. in theſaur. fori
Eccleſ.par.1.cap.14.num.14.Bald.in l.ac-
ceptam,quæſt.15.de vſur.& ſequitur Sa-
lycet.in d.l.acceptam, num.15. C.de vſur.
Surd.conſ.239.num.3.lib.2. & conſ. 307.
num.8.lib.3.* dicentes; ſi fiat venditio e-
23 qni,vel alterius rei ea conditione,& pa-
cto , vt venditor teneatur conducere rē
venditam ad domum emptoris, ſi in iti-
nere ſoluenda ſit gabella,hanc venditor
non emptor ſoluet . Et cum multæ Vni-
uerſitates eſſent coactæ portare vuas ,
blada,vinum intra Ciuitatem, vbi ſolu-
dum erat pretium illarum rerum , & in
tranſitu, dum iter faciebant ,ſoluenda
eſſet gabella, quæſitum eſt, quis teneba-
tur illam ſoluere , & cum dominium il-
larum rerum adhuc eſſet penes ipſas V-
niuerſitates, ad eas videbatur pertinere
onus gabellæ; *Bart.in l.1. §.hic titulus,
num.6. ff. de public.* dicit,mulionem te-
24 neri ſoluere gabellam pro mulo,pro ſar-
cina verò, quam fert mulus , ſoluenda
erit a domino rerum in ſarcina conten-
tarum; ſequuntur *Bertacch.de gabell.par.
7.quæſt.3.qui poſt Bald.in l. fin. C.com-
mod.inquit : ſi mulio ſoluit gabellam pro
mercibus,eam repetit a domino rerum;
Thomat.deciſ.Maceraten.93.n.30. Marc.
deciſ. 41. num.1. & 2.part.2.* vbi quòd
mercatores , non autem mercium con-
ductores tenentur ſoluere gabellam ;
Surd.conſ.239.num.1.& ſeq. licèt contra-
rium teneat in caſu illius conſilij ; nam
ibi conductio fiebat ab Vniuerſitatibus
de rebus ad fiſcum deferendis , & conſi-
gnandis; fiſcus autem non ſoluit gabellā
etiam pro rebus, quas mercimonij cau-
ſa habet, vt benè probat *Surd.dict.conſ.
239.a num.4.vſque ad finem* .
25 Accedit præmiſſis, quòd quando quis
eſt coactus portare rem,vt erat caſus di-
cti conſ.non tenetur ſoluere gabellam ;
probat *text.in l.licitatio, §. res exercitui,
ff. de public. Bald. conſ.496. vol.4. Boſſ.
vectigalia pro quib.rebus ſoluantur,n.3.
Ferret.de gabell.num.*127 Non enim in-
ſtum videtur, quòd teneatur quis ſolue-
re gabellam pro rebus,quas inuitus por-
tat; ita *Surd.d.conſ.239.* quæ ſententia
notanda eſt pro Vniuerſitatibus, quæ a-
liquando coguntur aſportare victualia ,
vel quid ſimile ad Ciuitatem dominan-
tem, vt vidimus tempore caritatis an-
nonæ coactas fuiſſe Vniuerſitates Pro-
uinciarum Marchiæ, & Vmbriæ aſporta-
re frumentum ad Vrbem pro ſubleuan-
da annona;ſicuti nec ſoluenda eſt gabel-
la pro naui , quæ vi ventorum , vel pira-
26 tarum appulſa eſt in portum : ſicut nec
tenetur ille , qui coactus eſt portare res
ad exercitum; *Surd.d.conſ.239. num.9.
& 10. Thomat.d. deciſ.93. num.28.* licèt
ille, qui ſpontè defert, teneatur , vt in
dictis iuribus , quia volenti non fit in-
iuria .
Quid autem dicendum erit , ſi cleri-
cus , vel perſona eccleſiaſtica , aut alius
27 priuilegiatus vendat rem extra Ciuita-
tem, puta carnem, ſal, vel quid ſimile,
pro quibus rebus ſoluitur gabella intra
Ciuitatem , vtrum ille , qui emit , & in-
troducit, ſi ſit laicus , an teneatur ad o-
nus gabellæ ? & teneri voluerunt *Angel.
de Peruſ.in l.vniuerſi,num.2.in fin. C.de
vectig.& comm. Bald. conſ.496.punctus
quæſtionis, per tot.lib.4.Tiraq.de retract.
lignag.S.1. gloſſ.13.nu.11.Villalob.com.
opin.in verb. gabella*; & ratio videtur eſ-
28 ſe, quia immunes a ſolutione gabellæ,vt
clerici, ſcholares, & ſimiles, alios excu-
ſare non debent , ſi ſecus priuilegium
amittunt ; *Corſett.ſingul.1. in verb. ga-
bella;Surd.conſ.307.num.6.vol.3.* Et cum
hanc controuerſiam in facto habuiſſem
inter Ciuitatem Vrbeuetanam , & eius
publicanos ex vna,& conductorem red-
dituum Abbatiæ SS. Seueri , & Martyrij
in ſuburbio ipſius Ciuitatis exiſtentis ex
altera, & cuius Abbatiæ tunc Commen-
datarius erat Eminentiſſimus Cardinalis
Scipio Burgheſius,ſel rec Pauli V.nepos;
conductor inquam d. Abbatiæ macellū
extra, & prope Ciuitatem aperierat , &
illuc ciues ad emendum carnem acce-
debant, quia minori pretio vendebatur,
& a ſolutione gabellæ in ingreſſu Ciui-
tatis immunes eſſe prætēdebant; quam-
obrem introducta ſuper hoc articulo ,
cauſa in ſacra Congregatione Boni Re-
giminis, licèt deciſum fuiſſet, non eſſe
locum immunitati , & ſoluendam eſſe
gabellam in ingreſſu Ciuitatis , ex iuri-

buſ ſuperius adductis, & ex ijs, quæ poſt *Innoc. & Abbat. in c. ſignificante, in princip. de appellat. ſcribit Ferrett. de gabellis, num.* 293. in puncto de venditione carnis, & de gabella eius cauſa ſoluenda; attamen huius decreti executio cum difficultate fuit in vſum adducta; quia ciues (vt mos eſt) magis proprium, quàm Reipublicæ vtilitatem affectant, & ſequuntur.

29 Sed poſito, quòd Eccleſia, & eccleſiaſticæ perſonæ gaudeant immunitate a ſolutione gabellæ, nunquid hæc immunitas extendatur ad eorum colonos, & familiares? & affirmatiuam tenent *Eugen. conſ.* 96. *per tot. lib.* 1. *& alij relati a Mar. Antoni. var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 3. *per tot. Franc. Leon. in theſaur. for. Eccl. part.* 1. *cap.* 14. *de immunit. bonor. Eccleſ. num.* 31. *& ſeq.*

Verùm colonos proportione colonica, & familiares pro bonis proprijs nullam habere immunitatē, dixerunt *Surd. conſ.* 301. *num.* 89. *lib.* 3. *Marcab. ab Anguill. conſ.* 18. *n.* 17. *& ſeq. Roderiq. quæſt. regul. quæſt.* 74. *tom.* 3. *art.* 14. *relatus a Cherub. iun. in compend. Bullar. ad Bull.* 11. *Pij V. ſchol.* 2. qui loquitur de laico habente rem communem cum regulari; verùm in hac controuerſia non eſt recedendum a reſolutionibus ſacræ Cōgregationis Immunitatis, ſed in illis perſiſtendum, vt dictum eſt *ſup. cap.* 35.

Sed quoniam dictum eſt de immunitatibus, & exemptionibus in corpore iuris clauſis, vt ſunt conceſſæ clericis, & eccleſiaſticis perſonis, & alijs ſupra relatis; dicamus nunc aliquid de immunitatibus, quæ conceduntur a Principe, licèt de hac eadem re fuſius dicendum ſit, *§.* 19. *gloſſ.* 1. *in verb. exemptiones, & immunitates.*

Si quis igitur exhibeat priuilegium
31 Principis, eximens a ſolutione gabellæ, quæritur, an ipſe Princeps teneatur ſarcire damnum ex ipſa exemptione, ſeu immunitate reſultans? Hanc quæſtionē diſcuſſam inuenies apud *Socin. ſenior. conſ.* 72. *num.* 4. *lib.* 4. *Specul. tit. de cenſib. §. nunc dicendum, num* 4. *lib.* 4. *part.* 3. *Boer. decis.* 213. *num.* 3. *Ruin. conſ.* 125. *n* 4 *lib.* 4. quos refert *Surd. conſ.* 278. *num.* 5. & pro reſolutione ita diſtinguunt: aut Princeps recognoſcit ſuperiorem, & tenetur, aut non recognoſcit, ſed eſt ſupremus cum omnimoda poteſtate, & hic non tenetur, ſed onus accreſcit alijs; *Ruin. d. conſ.* 125. *num.* 6. *Natta conſ.* 160. *num.* 37 *lib.* 1. *Boer. dicta decis.* 213. *num.* 4. *Surd. dicto conſil.* 278. *num.* 12.

32 Verùm ſi habens huiuſmodi priuilegium immunitatis a Principe ſoluat gabellam, nulla facta proteſtatione, quòd priuilegium amittat, niſi ſit minor, ſeu par minori, voluit *Angel in l.* 1. *§. ſi quis, num.* 2. *ff. quand. appell. ſit*, quem refert *Ruin. d. conſ.* 125. *num.* 7. *Alex. conſ.* 101. *num.* 10. *lib.* 1 *Anton. Gabr. de iur. immun. concluſ.* 1. *lib.* 6. *per tot.* Contrarium tamen, melius cogitans, ſcribit *idem Alex. conſ.* 193. *ex themate, num.* 11. *lib.* 2 cum hac tamen declaratione, quando ſolutio facta eſſet per longum tempus, puta triginta annorum, quia tunc amittatur priuilegium; *& Dec. conſ.* 638. *num.* 14. vult ſufficere ſpatium decem annorum; ſed melius hæc quæſtio diſcutietur infra *d. §.* 19. *gloſſ.* 1. *in verb. exemptiones, & immunitates.*

33 Quid autem dicendum erit, ſi ſoluenda ſit gabella pro tranſitu pontis, Titius autem non vult tranſire per pontem, ſed per vadum, an teneatur ad ſolutionem gabellæ? & affirmatiuè reſpondit *Bald. in l.* 3. *num.* 4. *C. de priuileg. fiſci*, reddens rationem, quia tranſeuntes debent ſeruare conſuetudinem, & tenere viam rectam, non autem diſtortam; *Io. de Plat. in l. Præſidibus, nu* 2. *C. de curſu publ. lib.* 12. qui ait, itinerantes non debere recedere a recta via publica, & cō-
34 ſueta, alias eſt præſumptio contra eos; & affert exemplum eorum, qui portant bladum, oleum, & aliud prohibitum a Statuto vendere vltra diſtrictum, ſi reperiantur ire per deuia, & extra viam publicam, præſumuntur voluiſſe contra Statutum facere, & ideo poſſunt arreſtari, donec exentiatur veritas; & hoc idē repetit *in l. ſi quis per publica, C. eod. tit.* vbi declarat, & limitat, quando ſubeſſet iuſta cauſa eundi per viam obliquam, & tortuoſam, quia recta via non eſt tuta propter bellum, incurſiones militum, vel quid ſimile; *not. gloſſ. in l.* 12. *non ſolum, §. annus, in verb. ex circuitibus, ff. de excuſ. tutor.* At ſi quis conducat animalia, & hęc aufugiant, & inuito conductore tranſeant per pontem, in quo ſit ſoluenda gabella; non eſſe tamen hoc caſu ſoluendam, dicit *Marſil. conſ.* 99. *num.* 6. *Rol. a Vall. conſ.* 60. *num.* 13. *lib.* 2. *qui num.* 14. hoc idem eſſe affirmat in naui vi ventorum præter intentionem conducentis ad portum appulſa; vt eſt caſus *in l.* 1. *C. de naufrag. lib.* 11. *vbi Lucas de Penna, & alij* notant, non eſſe addendam afflictionem afflicto; & di-

ximus

ximus ſupra, quibus addo *Laurent. de-
ciſ. Auenion.* 150. *num.* 5. ponentem ca-
ſum in mulione, qui audiens in itinere
recto adeſſe latrones, & propterea in
alium territorium intrauit, non debet
tamen hac de cauſa ſoluere gabellam,
nec mulos, nec merces perdere, ex eo
quia inciderint in commiſſum, quia ſuc-
currendum eſt ei, qui ex neceſſitate ali-
quid agit; *l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria,
ff. qui ſatiſd. cogant.* & idem quoque ſta-
tuendum eſſe in confugientibus ad Ci-
uitatem timore hoſtium, vt non teneā-
tur ad ſolutionem gabellæ, dicit *Laurēt.
in d. deciſ. Auenion.* 150. *num.* 5. *& per tot.
faciunt Thomat. deciſ. Macerat.* 93. *n.* 28.
Surd. deciſ. 305. *nobilis quid, num.* 32. vbi
non eſſe ſoluendam gabellā ab eo, cuius
nauis ventorum vi in portum præter vi
35 itineris rationem eſt appulſa. Et Vni-
uerſitates habentes facultates exigendā
gabellas a tranſeuntibus, tenentur con-
ſeruare iter tutum a latronibus, manu-
tenere pontes, & vias; *Dec. conſ.* 534. *pro-
cedendo breuitèr, num.* 6. *Corne. conſ.* 181.
viſa copia, nu. 15. *verſ. quia gabellæ, lib.* 3.
Menoch. conſ. 21. *eſt mea quidem, num.* 28
Theſaur. deciſ. Pedem. 214. *pecuniæ, nu.* 2
Capoll. de ſeruit. ruſt. præd. cap. 3. *num.* 50
verſ. hoc tamen fallit; & in Statu Eccle-
ſiaſtico adſunt multæ Summorum Pon-
tificum Conſtitutiones, imponentes o-
nus Vniuerſitatibus, expurgandi ſcilicet
eorum Territoria a latronibus, & graſſa-
toribus ſub pęna refectionis damnorum,
vt diximus aliàs fuſius; & vide *Cherub.
iun. ad Conſt.* 27. *Pij IV. ſchol.* 1. *&* 2.

Quid autem dicendum erit, ſi anti-
36 quitùs gabella ſoluebatur in moneta,
quæ poſtea tractu temporis fuit aucta,
vt in Statu Eccleſiaſtico, moneta, quæ
dicitur, *il baiocco*, quod tempore Clem.
VIII. fuit auctū ex quatuor ad quinque
quatrenos; & aliud exemplum ponit
Theſaur. d. deciſ. 214. *num.* 1. *&* 3. & lo-
catio gabellę facta ſit publicano cum ex-
preſſione, his verbis videlicet (prout
regularitèr fieri ſolet) *vt pro ſalma, ſeu
ſalma muli, vel equi exigat, &c. quin-
que*, numquid exactio faciēda erit cum
augumento vnius quatreni pro quoli-
bet obolo, ſeu baiocco? & affirmatiue
deciſum fuiſſe ait *Theſaur. d. deciſ.* 214.
niſi alitèr longo tempore obſeruatum
ſit, *per tex. in c. olim cautum,* 20. *de cenſib.
& ibi Abb. num.* 1.

37 Sed ſi vendita ſit gabellæ exactio cer-
ta ſub forma, & modo exactionis, poſtea
augumentum aliquod gabellæ accedit,
quæritur, an huiuſmodi augumentum
cedat commodo conductoris, ſeu loca-
toris? & quòd cedere debeat ad com-
modum locatoris, non autem condu-
ctoris, quando eſt vendita exactio ſub
certa forma, & modo, *Boer. quæſt.* 180.
num. 8. *Peregr. de iure fiſci, lib.* 6. *tit.* 5. *nu.*
34. *Menoch. conſ.* 34. *num.* 15. *& conſ.* 201
nu. 150. ſecus autem erit, quando ven-
ditio, ſeu locatio facta eſt ſimplicitèr, ſi-
ne expreſſione, quòd gabellarij recipiāt
pro qualibet ſalma ducatum vnum, vel
quid ſimile: & hæc eſt diſtinctio *Angeli
in l. at vbi, ff. de petit. hæredit. quem ſe-
quuntur ſupracitati auctores; quibus
adde Menoch. conſ.* 101. *num.* 150. *Decij
conſ.* 4. *num.* 2. *verſ. quinto hoc in emptori-
bus, quem vide ferè per tot.* & faciunt, quę
ſcribit *Iacob. Gallus conſ.* 21. *ferè per tot.*

Hinc autē inſurgit alia quæſtio, an Ci-
38 uitates poſſint poſt venditā gabellę exa-
ctionem illam augere? & nō poſſe, dixe-
runt *Alberic. & alij relati a Menoch. d.
conſ.* 34. *num.* 12. 13 *&* 14. vbi reddit ra-
tionem, quia ob augumentum gabellæ
non pertranſeunt tot mercatores, &
viatores, vt tranſire conſueuerunt, & ſi
fiat huiuſmodi augumentum, ex quo
conductor recipiat damnum, tenetur
Vniuerſitas ad refectionem, vt conſuluit
Io. de Anan. conſ. 74. *per tot, Crauett. conſ.*
95. *num.* 3. vbi ait, remiſſionem faciendā
39 eſſe conductori gabellæ, licèt promiſerit
eam non petere, quando res non manet
in eo ſtatu, in quo erat de tempore cō-
tractus, & quando ſuperuenit caſus ve-
riſimilitèr non cogitatus ex veriſimili
vulgi opinione; & ad hoc probandum
allegat *Anchar. conſ.* 402. *pluribus ratio-
nibus, viden.*

An autem publicanus, ſeu conductor
40 gabellæ cogi poſſit ad ſoluendum reſpō-
ſiones promiſſas, ante tempus? affirma-
tiuam tuetur *Caroc. de locat. & cond. tit.
de locat. vectig. quæſt.* 9 ſi tamen duo
principalitèr concurrant; primum eſt, ſi
aliqua neceſſitas Principis adſit, vel Vni-
uerſitatis; ſecundum eſt, ſi fiat remiſſio
interuſurij, ideſt damni emergentis me-
dij temporis; *text. eſt in l.* 1. *& ibi gloſſ.
fin. in verb. exoluantur,* C. *de condit. ex
lege; vbi Bald.* hoc notandum dicit; &
eius dictum refert *adden. ad d. gloſſ. vlt.
& Salycet. ibi* refert, paſsim Bononiæ
practicatum contra gabellarios, & da-
tiarios; & verum eſſe dictum Salycet.
confirmat *Marſil. in ſuo ſingul.* 355. *debi-
tor in diem, verſ. & dicit ibi Iaſ. in l. in
diem, num.* 4. *ff. de condict. indeb. Peregr.*

de iure fiſci, lib.6. tit. 7. num. 21.
Siverò publicanus è contra non ſoluat
41 tempore conuento, an teneatur ad in-
tereſſe, vſuras, & damna, quæ Vniuerſi-
tatibus ob retardatam ſolutionem con-
tingere poſſunt? affirmatiuè responde,
*ex l.cum quidam, §. fiſcus, ff.de vſur. vbi
gloſſ.in verb.inſerunt*, notat, quòd ad fa-
uorem fiſci debitor conſtituitur in mora
ſine interpellatione; videatur *Pereg. de
iure fiſci, lib.6. tit.7. de debit.fiſcal.in prin.
& alibi*; Numquid autem gabellarius
non ſoluens in tempore, poſſit expelli,
& alteri locari vectigal? affirmatiuam
42 tenet *Caroc.loco cit. quæſt.*13.*per tot. ſi-
gnantèr num.*2. *& ſeq.* ſecus autem erit,
ſi ſoluat in tempore; *Afflict. & alij ab
ipſo relati ſuper feud. quæ ſint regalia, in
verb. vectigalia, nu.*102.
43 An autem habens immunitatem te-
neatur denunciare gabellario bona, quę
deferr, ne cadant in commiſſum? non
teneri respondet *Ruin.conſ.*112. *num.*8.
*lib.*5. & ita fuiſſe deciſum in Rota Mar-
chiæ, refert *Mar. Anton. de Amatis de-
ciſ.*35. *in cauſa vertente, per tot.* Contra-
rium videtur velle *Parrinus de gabell.
par.*1. *num.*283. *& ſeq.* vbi multa conge-
rit. Poſſunt tamen hæ duæ contrariæ
opiniones conciliari, ponderando, quæ
ſcribit *Bart. in l.fin. §. diuus quoque,
ſub num.*2. *ff.de public. & vect.g.*
Aut enim liquet gabellario, rem, quæ
vehitur, non eſſe obnoxiam gabellæ, vt
ſunt libri ſcholarium, & res Eccleſiæ, &
hoc caſu non requiritur denunciatio;
*Parrin.loco cit.num.*288. *Pereg.de iure
fiſci, lib.6. tit.5. num.*31. *verſ. niſi talis.* Aut
gabellario non liquet qualitas rei, quæ
vehitur, & tunc facienda eſt denuncia-
tio, nec clerici eximuntur; *Rolan. conſ.*
71. *num.*22. *lib.*4. qui rationem reddit *a
Baldo deſumptam in conſ.*79. *col.*2. *vol.*2.
quia nemo debet ſua auctoritate ſibi ius
44 dicere, ſed inſtruendus datiarius, ne
colludatur, & fiat fraus gabellæ.
Si verò quis tranſeat per locum, in
45 quo ſoluenda ſit gabella, nec inueniat
gabellarium, nec qui eius nomine reci-
piat gabellam, an inquam hic non de-
nuncians, nec ſoluens faciat res in com-
miſſum cadere? negatiuè respondet *A-
lex.conſ.*172. *viſis, & optimè diſcuſſis, n.*2.
*lib.*2. *Purpur. in l. vinum, num.* 24. *ff. ſi
cert. pet. Guazzin. de confiſc. bonor. concl.*
13. *ampl.*82. *num.*3. *verſ. ſi extaret gabel-
larius*, quem refert *Parrin. loco cit. ſub
num.*285. Sed numquid iſte viator te-
neatur facere oblationem, & proteſtan-
do dicere, *ſoluerē gabellam, ſi adeſſet, qui
reciperet*, iuxta cautelam *Bart. in l. item
illa, n.*9. *verſ. & per hoc, ff. de conſt.pecun.*
Videatur *Alex.in conſ.*92. *proſpectis his,
num.* 10. *lib.*1. qui ad rem affert diſtin-
ctionem; aut eſt facienda ſolutio ad im-
pediendum curſum vſurarum, & pœnas,
aut facienda eſt ſimplicitèr; primo caſu
requiritur depoſitio, & conſignatio,
quæ ſine creditore fieri poteſt; in ſecun-
do verò ſufficit ſimplex oblatio; ita *A-
lex. poſt Hoſtien. & alios ab eo relatos.*
Neque poſſunt gabellarij cogere via-
46 tores, vt ſoluant faſciculos, ſeu, vt Do-
ctores noſtri dicunt, fardellos, & fagot-
tos; *Ripa in l.nemo poteſt, num.*81. *ff. de
legat.*1. *Guttier. in repet. eiuſdem l. nemo
poteſt, num.*409. *Io.de Plat.in l.*2. *num.*3
*verſ. item facit, C.quand. & quib. quarta
pars, lib.*10. reddentes rationem, ne
pompa, aut vilitas viatorum detegatur:
Attamen ſi viator eſt ſuſpectus, quòd ſe-
cum deferat bona gabellæ obnoxia, &
præſumatur, quòd velit fraudare gabel-
lam, tunc poteſt cogi ad ſoluendum far-
dellum, & fagottum, & præſtare patien-
tiam, vt perquiratur, aliàs poteſt capi, &
ſi reſiſtat, ex tali reſiſtentia puniri, *Ant.
Corſet.in verb. gabella, ſing.*2. *Io.de Plat.
in l. Præſidibus, num.*2. *C. de curſu pub.
lib.*12. *Parrin. de gabell. par.*1. *num.*287.
Et ita ſeruatur in Dohana Vrbis, ad quā
res omnes, quæ introducuntur, poſtquā
in regreſſu portarum ſigillantur, & re-
linquitur pignus, deferuntur, nec ante
aperitionem caſſarum, & fardellorum
vnà cum ſolutione illius, quod arbitra-
tur miniſtri ad hoc deputati, reſtituun-
tur; contra quos miniſtros, & publica-
nos inſurgunt *Ferrett. de gabell. num.*15.
& Io.de Plat.in l.euectiones, in prin. C.
*de curſu pub.lib.*12.
Quomodo autem probetur, quem
47 voluiſſe fraudare gabellam, docet *Ma-
ſcard.de probat. concl.*473. *& concl.* 834.
viden.in concluſ. verò 836. *num.*3. *& per
tot.* docet, quanto tempore præſcriba-
tur actio contra fraudantem gabellam,
& concludit, *per quinquennium.*
Diximus quoque, ob non ſolutionem
gabellæ rem ſiue mobilem, ſiue immo-
bilem cadere in commiſſum, *l. commiſ-
ſa, ff. de public. l.euectiones, & ibi Bart.
Io.de Plat. & alij, C.de curſu pub.lib.*12.
Quæritur ergo, quid ſibi velint hæc
48 verba, *cadere in commiſſum?* & Docto-
res noſtri explicant, vt res delatæ deſi-
nant eſſe deferentis, & applicentur fiſco:
colligitur *ex l.commiſſa, ff. de public. ibi,*
nam

*nam quod commiſſum eſt, ſtatim deſinit
eius eſſe, qui crimen contraxit, dominiũ-
que rei vectigalis acquiritur; vbi gloſſ.in
verb.acquiritur,* addit, *fisco, & ordini
Ciuitatis*; & fuſius hanc rem pertractat
*Pereg.de iure fisci,lib 6.tit.5.num.27. &
ſeq.Hugo Donel.de pign.& hip.cap.12.de
iure dominij impetrandi,circa med.verſ.
& commiſſa quaecumque.*

Bona tamen forenſium, ſi ignorant v-
49 bi ſoluatur gabella,excuſationem habẽt,
nec in commiſſum cadunt; *Gail. pract.
obſer.lib.2.obſer.48.num.26.*& ad probã-
dum eorum ignorantiam ſufficere iura-
mentum affirmat; & ſuper hoc cõſuluiſ-
ſe *Abbat.in conſ.35.num.2.verſ.nec poteſt
in caſu noſtro, part.1.* & quàmuis *Pereg.
de iure fisci d.lib.6.tit.5.num.31.verſ.am-
plia etiam,*quædam in contrarium addu-
cat; attamen *ſub num.35.in prima limit.*
nobiſcum eſt.

Sed an iſtæ res, quæ incidunt in com-
miſſum, applicandæ ſint gabellario, an
50 Communitati, quæ vendit gabellam? *Caſtren.in d.l commiſſa, num.3. ff.de pu-
blic.* vult, applicandas eſſe gabellario; &
cum eo tranſit *Boer.quaeſt.180.vidi plu-
riès num.1.*reddens rationem, quia ga-
bellarius habetur in hoc loco fiſci;& am-
pliat dictum, etiamſi in locatione de
hoc nihil dictũ ſit; *Guid.Pap.quaeſt.413.
Pereg.de iur. fisci,loco cit.num.32.& 33.*
ſed vt plurimùm ex diſpoſitione Statu-
torum, vel ex conuentione inita inter
Communitates, & gabellarios res iſtæ,
quæ incidunt in commiſſum, & pœnæ
impoſitæ contrauenientibus diuidũtur,
itaut quandoque vna pars ſit Vniuerſi-
tatis, ſeu officialium, alia gabellarij, alia
accuſatoris,alia interdum applicatur lo-
cis pijs: & hæ conuentiones ſeruandæ
ſunt, quia contractus ex conuentione
legem accipiunt,*c.contractus,de reg.iur.
in 6.& colligitur ex praecitatis Doctori-
bus.*

At ſi gabellario agendum ſit rei ven-
51 dicatione pro rebus & bonis, quæ ceci-
derunt in commiſſum, quid probare de-
beat? vide *Maſcard.de probat.concl.835
gabellarius agens, per tot.tom.2.*actio ve-
rò competens ad hanc rei vendicatio-
nem quinquennium durat; *Niger ad
Conſt.Reg.cap.2.de portularijs, num.16.
& 19. Galgan. de iure pub. lib.4. tit. 11.
num.40.*

52 An autem res dicatur cadere in com-
miſſum,ſi ſtatuto caueatur,vt pro nego-
ciatione frugum ſoluatur gabella;Titius
autem recollegit fruges in bonis pro-
prijs,& cum illis negociatur,vendendo,
aut permutando,quæritur,an Titius te-
neatur ſoluere gabellam,& ſi non ſoluat,
cadat in commiſſum? & negatiuè reſpõ-
deas, quia tale Statutum intelligendum
eſt, quando quis principalitèr emit, &
poſtea alteri vendit lucrandi cauſa; *c.eij-
ciens,diſt.88.Abb.conſ.6.prope fin. verſ.
nec eſt verum, part. 1. Crauett. conſ.6.
num.115.& 116.Marcab. ab Anguil.cõſ.
58.num.290.& ſeq.& num.295.*ampliat
concluſionem, nedum in bonis recolle-
ctis in fundis proprijs,ſed etiam emptis,
dummodo non ſint empta negociandi
cauſa; *Parrin.de gabel.par.1. n.300.*

Quando autem quis dicatur emere
53 animo negociandi, docet *Vitalin. in
Clem. praeſenti, num.58. & ſeq. de cenſib.
facit Gram.deciſ.100.nu.26.Card. Tuſc.
in ſuis concluſ.in verb. gabella,concluſ.3
num.33. Parrin. loco cit. num.297. verſ.*
54 *& dicitur.* Et huc reſpexiſſe videtur *Si-
xtus V. in ſua Conſtit.edita die 24. Sep-
tembris* 1588. ſuper gabella vini minu-
tatim vendendi, & ad hanc gabellam
teneri voluit hoſpites,& caupones,quia
iſti propriè emunt animo negociandi,&
lucrandi,& licèt Camera Apoſtolica ho-
die cogat Vniuerſitates ad ſolutionem
huius gabellæ,hoc prouenit ex conuen-
tione inita cum ipſis Vniuerſitatibus;
itaut.

55	Prouincia Campaniæ, Latij, Maritimæ, & Sabinæ.	ſc.2100
	Patrimonij, & Comitatus Vrbis veteris.	ſc.5200
	Prouincia Vmbriæ.	ſc.7500
	Ducatus Camerini.	ſc.1000
	Marchiæ,cum Ciuitate Anconæ,& Laureti.	ſc.1700
	Romandiolæ.	ſc.7500
	In totum ſunt	ſc.34000

Et hanc ſummam recuperare, & repe-
petere debent Vniuerſitates a cauponis
& hoſpitibus, & tabernarijs, & quando-
què etiam ab ijs, qui in proprijs domi-
bus vinum minutatim vẽdunt, & com-
moditatem præbent comedendi, prout
quoad hos deciſum fuit a ſacra Congre-
gatione Boni Regiminis die 4. Octo-
bris 1614.

Hæ tamen reſolutiones ſi diſcutiendæ
ſint iuxta regulas iuris communis,& cir-
56 cumſcripta in hoc auctoritate Summi
Pontificis, maximas mihi difficultates
videntur habere, per ea, quæ poſt mul-
tos, quos allegat,ſcribit *Marcab.ab An-
guill.conſ.18.num.290. & ſeq.* vbi ponit
caſum de clericis, & eccleſiaſticis per-
ſonis

ſonis vendentibus vinum minutatim,& non teneri ad ſolutionem gabellæ reſpondit,ſequutus *Hieronymum Zannet*. Doctorem, vt ipſe ait, inſignem Bononienſem, qui ſcripſit,clericos poſſe vendere vinum ſuum, nedum ad groſſum, ſed etiam ad minutum ſine ſolutione gabellæ; *Grammat.quoque decif.*100.*nu.* 16.*& alibi* ad rem facit, dum ponit argumentum, vt ipſe dicit, a fortiori, videlicet Statutũ Ciuitatis Salerni prohibens intromiſſionem vini nati extra territoria nõ includit clericos, ergo,inquit *Gramm.*a fortiori in caſu, de quo quæritur,vbi tractatur de vino proprio Eccleſiæ, quæ habet maiora priuilegia in patrimonialibus, non includetur.

Nec dicatur, quòd clerici vendentes vinum ad minutum dicantur negociari, & quodammodo exercere tabernas,quo caſu amittitur priuilegium clericale, vt
57 diximus aliàs; quia contrarium conſuluit *Abb.in conſ.6.num.2.verſ. nec eſt verum*, vbi hæc leguntur: *nec eſt verum, quòd vendendo vinum, bladum, oleum, & ſimilia ex rebus ſuis, dicatur negocia-*
58 *ri, vt ſit locus c. fin.de vita, & honeſtate cler.cum ſimilib. nam ille propriè dicitur negociari, qui emit rem, vt eam integrã lucri cauſa vendat, non ille, qui emit rẽ, vt eam reducat ad aliquam formam, vel ſi vẽdat vinum,ſeu bladum de rebus ſuis recollectum, &c.* & notant *Canoniſtæ in Clem.præſenti,de cenſib.& facit tex. in c.eijciens, diſt.*88. *Iul. Ferrett. de gabell. num.*447. conferunt,quæ ſcribit *Nauar. conſ.9.de cenſib.lib.3.* de Communit.Tiburtina vendente ius hoſpirandi; & alia
59 congerit *Parrin.de gabell.part.1.n.*298. *& ſeq.* Et quoniam hanc opinionem ſequuta eſt *Rota deciſ.* 159.*part.7. recent.* ab ea non eſt recedendum.

Quid ſi minor deferens res gabellæ
60 obnoxias, & illas publicano non denunciet,vtrum cadant in commiſſum? affirmatiuè reſpondeas, ſed habet beneficiũ reſtitutionis in integrum, vt eſt *text. in l.ſi ex cauſa,*10.*§. ſi in commiſſum, ff.de minor. Oddus de reſtit. in integr. part.*2. *quæſt.*82.*num.*38. *& ſeq. Ferrett. de gabell.num.*335. *& ſeq. Caroc. de minor. in delict.excuſ.q.*33.*n.*4.*&* 5. qui ponit caſum in minore accedente ad molendinum ſine bullettino, quo caſu impoſita ſit a Statuto pœna incidendi in commiſſum; dicit tamen *Caroc.* huiuſmodi ſtatutum,ſeu bandimenta non cõprehẽdere minores, & ad hoc probandum, multos allegat.

61 Adſunt etiam quandoque Statuta, prohibentia extractionem frumenti de loco ad locum ſub certa pœna,quæritur, an hoc Statutum comprehendat etiam extractionem farinæ? hanc quæſtionem ponit *Ripa de peſte,tit. de remed.ad conſer.vbertat. num.*42. *verſ. quæro igitur*, vbi per plures numeros ſeqq. pro vtraque parte diſputat hanc quæſtionem, & poſt relatas hinc inde opiniones, concludit, extractionem farinæ cõprehenſam eſſe ſub prohibitione ſtatutorum,ſeu bandimentorum,non quidem ex vi verbi, ſed propter identitatem rationis; nam intentio ſtatuentiam fuit conſeruare vbertatem, & ne ſit penuria in Ciuitate, hæc autem ratio militat tam in frumento, quàm in farina, vt *in num.* 48. *Bart. in l. quæſitum, §. illud, num.1. & ibi addentes in lit.c.ff. de legat.3.& in l.nulli,C.de frum.Vrb. conſtan.lib.*11.*vbi etiam Io. de Plat. num.1. & facit Surd.deciſ.*139.*num.6. & fere per tot.* vbi deciſum habes, dominum
62 frumenti habere prælationem in concurſu creditorum ſuper farina redacta ex frumento.

Et extẽditur etiam prohibitio ad extractionem panis propter identitatem
63 rationis, vt ſcribit *Ripa loco cit.num.*50. *&* 51.*Bertach. de gabell.*8.*part.princ.in ſecundo membro,num.*14.*& ſeq.* quem *ſequutus eſt Io.Bapt. Hodiern. in addit. ad Surd.deciſ* 139. *num.*2. Contrarium tamen videtur velle *Io.de Platea in dicta l.nulli,num.*1.*C.de frum.Vrbis Conſtant. lib.*11. dum ſcribit, ſi cui prohibitum eſt portare frumentum extra diſtrictum alicuius Ciuitatis, non illi denegabitur portare panem, niſi fiat in fraudem, & *num.*2.addit; piſtor, vel alius, qui debet dare panem coctum, non poteſt dare frumentum,quia materia pro materiato dari non poteſt;& hinc collige differentiam inter panem, & frumentum, & ſi gabella fuit impoſita ſuper frumento,& farina, non extenditur ad panem, quia in odioſis, vt eſt gabella, non fit extenſio; *Oſaſch.deciſ.*4.*nu.*7.*Ferrett.de gabell. num.*79.*Surd.deciſ.*96.*num.*7.

Nec dicatur, quòd eadem ratio viget in frumento, vt non extendatur ad farinam, quia frumenti potentia per mutationem in farinam adeo victa eſt, vt ad ſuas vires, ſuaque iura amplius reuerti non poſſit, *l.quæſitum,*76.*§. illud, ff. de legat.3.l Iulianus,§. ſi quis rem,verſ.ſed hoc, ff. ad exhiben.*

Ad hoc autem argumentum reſpondet

det *Bart.in d.l.quæſitum, §.illud, ff.de legat.* 3. frumentum ad hoc inuentum eſſe, vt ex eo fiat panis, & cum farina ſit præparatoria ad panem, quouſque non ſit peruentum ad finem, hæc non dicitur differre a prima materia frumenti, vt in ſimili de lana, quæ ſiue neta ſit, vel non, quouſque fuerit redacta in telam, (& vt I.C. loquuntur) in tomentum ſemper dicitur lana, *l. ſi cui lana*, 68. *in princip. ff. de legat.* 3. *ita Bart. ibi, quem ſequitur Ripa loco cit. num.* 45. *licèt poſtea ſub num.* 50. *&* 51 *contrarium dicat*.

Sed iſta contrarietas videtur poſſe ſaluati, per ea, quæ dicit *Io. de Platea*, nempe, ſi extractio panis fieret in fraudem ſtatuti, & contra mentem ſtatuentium, qui ea ſcilicet ratione moti ſunt, ne fiat penuria in Ciuitate; nam charitas benè ordinata a ſe incipit, itaut primo loco prouidendum ſit ciuibus, & poſtea exteris, *vt dictum eſt ſupra cap.* 21. *de annona*.

Et ex hac quoque ratione motos fuiſ-
64 ſe *Summos Pontifices Pium IV. Conſtit.* 99. *Bullar. nou. tom.* 2. *pag.* 153. *vbi Cherub. iun. ſchol.* 1. notat, ſub prohibitione frumenti eſſe comprehenſam farinam ex identitate rationis, euitandi ſcilicet penuriam; *& Paulus V. in ſua Conſt.* 12. *alias* 10. *inter grauiſſimas, Bullar. nou. tom.* 3. *pag.* 190. vbi ſub pœna excommunicationis prohibetur extractio frumenti, farinæ, panis, & aliarum rerum ad annonam ſpectantium; & hoc caſu habemus legem certam, exprimentem panem, & alia ſupradicta; & ideo non eſt hæſitandum: licèt non percutiat noſtram quæſtionem de ſolutione gabellæ; ſiquidem caſus noſter non prohibet extractionem, ſed ſtatuit, vt ſoluatur gabella, quæ cum ſit odioſa, non debet extendi de frumento ad panem, *c. odia, de reg. iur. in* 6. & in dubio contra gabellam eſſe pronunciandum dicit *Surd. cõſ.* 307. *num. fin. lib.* 3. nec eſſe faciendam extenſionem ad farinam, voluit *Afflict. ſuper feud. quæ ſint regal. tit. vectigalia, num.* 115.

65 Sed contrarium fuiſſe ſeruatũ contra Regem Portugalliæ, qui fuit condemnatus ad ſolutionem gabellæ pro pane biſcotto, ſcibit *Hodier. ad Surd. dec.* 139 *num.* 4. *poſt Camill. de Medic. conſ.* 97. qui
66 ampliat, & extendit in gabella impoſita ſuper oleo, quòd extendatur ad ſaponem: & in gabella ſoluenda de ſerico, quòd ſit ſoluenda etiam in conuerſo, & implicato, vulgò dicuntur trinetti, paſſamani, & ſimilia; & ſi ſtatutum puniat exportantem vinum, extendatur etiam ad exportantem vuas, ne fiat fraus ſtatuto; *Ripa de remed. ad conſeruan. vbert. num.* 60.

Contrarium verò decreuit ſacra Con-
67 gregatio Boni Regiminis die 8. Nouẽbris 1636. me inſtante pro Ciuitate Viterbij, cui conceſſum eſt exigere iulium vnum pro quolibet cado vini forenſis, quod intra Ciuitatem inducitur, nempe hanc gabellæ exactionem non eſſe extendendam, ſi introducatur Vua; quemadmodum nec erit ſoluenda, ſi introducatur poſca (quam nonnulli ex Doctoribus noſtris aquaticcium vocãt) & cõficitur apud nos ex aqua ſuperiniecta racemis, & corticibus vuæ, extracto iam muſto; poſca verò quid eſſet apud Romanos, docet *Lipſius de militia Romana, lib.* 5. *dial.* 16. *pag. apud me* 325. *videatur Ripa loco proximè cit. num.* 61, *poſt Bertacch. de gabell. quæſt.* 7. 2. *membr.* 8. *part. prin. num.* 21. *licèt ipſe Ripa* velit inſpiciendum eſſe, an præualeat vinum aquæ, vel è contra, itaut ſi præualeat vinum, fiat extenſio Statuti, *arg. text. in l.* 10. *quæritur, ff. de ſtatu homin.* & ne fiat fraus ſtatuto, *l.* 29. *fraus, ff. de legib.* nec etiam extendendum eſſe ad acetũ, voluit *Bertacch. loco cit.* quia acetum eſt vinum corruptum, nec dicitur propriè
68 vinum, quamobrem non eſt materia apta ad conficiendum Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, vt eſt vinum, & Sacerdos conficiens Sacramentum ex vino aceſcente, peccat mortalitèr; *Bonaccin. de Sacram. Euchariſt. diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 2. *propoſit. vnica, num.* 5.

Nec etiam gabella impoſita ſuper fru-
69 mento extenditur ad hordeum, ſpeltã, auenam, & legumina, quia appellatione frumenti non venit ordeum, nec alia ſupradicta, *Io. de Plat. in l. modios, num.* 1 *C. de ſuſcept. & arcbar. lib.* 10. quem refert, & ſequitur *Ripa loco cit. nu.* 57. qui tamen contrarium tenet, ſi Statutum v-
70 tatur verbo, *triticum*, quia hoc magis latè patet, quàm frumentum: triticum enim dicitur omne, quod area teritur, & ex ea colligitur, & ideo ſub iſta ditione continentur nedum frumentum, & hordeum, auena, & ſpelta, ſed etiam legumina, & milica; ad tradita *per gloſſ. in l.* 94. *triticum, in verb. triticum, & ibi etiã Scribentes, ff. de verb. oblig. ſignãtèr Iaſ.*
71 *nu.* 5. Numquid autem ſoluenda ſit gabella de frumẽto per tranſitum alicuius loci, vbi talis gabella ſoluatur; exemplũ,

Titius

Titius emit frumentum in Ciuitate Viterbij, vt illud ducat ad Vrbem veterẽ, in itinere transire debet per territorium Montis flaſconis, & Balneoregij, vbi talis gabella exigitur, numquid ſoluenda erit? negatiuè reſpondet *Hodiern. ad Surd. deciſ.139. n. fin.* Sed contrarium ſeruatur de facto, nam Ciuitas Vrbeuetana, quæ anno 1638. emit frumentum in Ciuitate Tuſcanenſi ad conſeruandã vbertatem, tranſeundo per territoria Montis flaſconis, & Balneoregij ſoluit gabellam, quicquid ſit de iure.

72 Nec erit omittenda quæſtio, annis
proximè elapſis agitata, & orta ex nouo vectigali iulij ſoluendi pro quolibet rubro frumenti molendi: contingit, quòd molendinarius pro ſua mercede recipit frumentum, pro quo iam fuit ſoluta gabella, vult molendinarius molere frumentum pro mercede receptum, vtrum teneatur denuò ſoluere gabellam? Et
73 negatiuè videtur reſpondendum; quia
gabella ſemel ſoluta pro vna re non debet iteratò ſolui, cum ſit onus reale; *Bart. in l vnica, num.38. C. de mulier. & in quo loco*; ne ſcilicet eadem res duplici onere prægrauetur; non enim bona fides patitur, vt ſemel exactum iterum exigatur; *c. bona fides, de reg. iur. in 6. l. bona fides, & ibi Cagn. num.4. ff. eodem, Oſaſcb. deciſ.4. num. fin* qui ait, vnicam
74 eſſe ſoluendam gabellam, & quãdo plu-
res cauſæ deducuntur, attenditur cauſa, quæ minuit gabellam; *Ferrett. de gabell. num.307. Franch. deciſ.22. num.3. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſin.114. num.1.* Sed contrarium fuit deciſum ab Illuſtriſſimo D. Theſaurario generali, & ab ipſa Camera Apoſtolica ad fauorem appaltatorum eiuſdem Cameræ de dicta gabella iulij, vt mihi relatũ eſt, quæ deciſio fortaſſe proceſſit, quia molendinarius frumentum vendidit, & ideo in commercium denuò venit, transferendo dominium in emptorem, qui tenetur ad ſolutionem gabellæ.

75 Alia oritur quæſtio: Titius immunis
a ſolutione gabellæ macinatus, quia in loco, vbi ipſe commoratur, talis gabella non ſoluitur, exorta autem ſiccitate cogitur ire ad molendinum, in quo dicta gabella ſoluitur, numquid teneatur Titius ad hanc ſolutionem? & non teneri dixit *Ripa de priuil. contract. cauſa peſtis, nu.161. poſt Io. de Platea in l.1. circa fin. verſ. facit etiam, C. de naufrag. lib.11. Io. Ant. de Nigr. in comment. cap. Regni, tit. de portular. & exact. vectig. cap. 2. Caroli I. vt illorum, num.25. verſ. & idem ſi tempore æſtatis*; faciunt, quæ diximus ſupra de naui a ventis impulſa in portum, & de animalibus, quæ inuito domino tranſeunt per pontem, quæ ad ſolutionem gabellæ non tenentur; & eſt ratio, quia Titius fuit coactus propter neceſſitatem famis; ſed etiam hæc concluſio malè ſeruatur in facto, vt mihi relatum eſt.

Soluitur etiam quandoque gabella de contractibus vigore Statuti, vel conſuetudinis, quæritur, a quo ſit ſoluenda
76 gabella, a venditore, aut ab emptore,
ſeu ab vtraque parte contrahentium? & licèt *Abb. in c. quoniam frequentèr, nu.12 vt lite non conteſt.* dicat, ex æquitate ſoluendã eſſe ab vtraque parte contrahẽtium, cõtrarium tamen dixit *Cap. Tholoſan. deciſ.451.* nempe ſoluendam eſſe ab emptore, niſi ſtatuto, vel conſuetudine alitèr caueatur, *per text. in l. debet, ff de edilit. edict. ſequitur Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ. 113. n.3. par.2.* qui teſtatur de communi. Et *Menoch. poſt multos, quos allegat in conſ.109. num.20.* ampliat concluſionem, ſi vigore ſtatuti ſoluenda eſt gabella ab vtraque parte, & in vendi-
77 tione conuentum ſit, vt ab vno tantùm
ſoluatur gabella, talis contractus præſumitur fœneratitius; *Lupus de vſur. comm. 2. §,1, num. 45. Gutier. de gabell. quæſt.46. per tot.* At ſi vnus contrahentium ſoluat partem ſuam gabellæ, alter verò non, vtrum contractus ſuſtineatur
78 pro parte ſoluentis tantùm, an verò in
totum corruat tanquam actus indiuiduus? & ſubſtineri in totum dicit *Abb. d. c. quoniam frequentèr*, non obſtante ſtatuto diſponente, ob non ſolutionem gabellæ ruere contractum, *vt ibi per eũ, & illi addentes in lit. c. vide Ferrett. de gabell. num.325. & ſeq.* qui latè diſcutit hanc materiam ſolutionis gabellæ pro contractibus; *facit Pileus quæſt. 17.* vbi quærit, an ſoluens pro parte ſua canonẽ, altero non ſoluente, incidat in pœnam caducitatis; & poſitis pro vtraque parte argumentis, concludit non incidere; verùm in hoc inſpicienda eſſe verba ſtatuti, vult *Ferrett. d. tract. de gabell. n.329 videndus*.

Fit aliquando vẽditio rei in loco immuni a ſolutione gabellæ, traditio autẽ
79 eiuſdem rei in loco, vbi ſoluitur gabella,
quæritur, quid iuris? & gabellam eſſe ſoluendam volit *Bald. in l. multum, col. vlt. verſ. pone ergo; & ſequitur ibi Salycet, in fin. C. ſi quis alteri, vel ſibi*; rationẽ aſſi-

aſſignant, quia contractus præſumitur
celebratus in loco, vbi fit traditio, non
vbi facta eſt negociatio; *Petr. Pecchius
de iure ſiſten.cap.*11.*num.*2.*Ferrett.dicto
tract.de gabell.num.*326.*& latius n.*328.
Qui quidem Ferrett. contrariam ſequi-
tur ſententiam, iuxta doctrinam *gloſſ.in
l.eum qui,*§.*Iulianus,& l.ſi duo,* §. *ſed
& certo, ff. de conſtit. pecun. & magis
præcisè Gabr. conſ.*20. *num.*3. *vol.*1. qui
ait, opinionem *Baldi in d.l. multum,* C.
ſi quis alteri, eſſe ab omnibus reproba-
tam; quia eſt ſibimet contrarius *in l.* 1.
C.*vbi conuen. qui certo loco*; & hæc ſe-
cunda opinio eſt communitèr recepta;
*Felin.c.l: et ratione delicti,num.*18.*verſ.
ſed ipſum,de foro compet. Anton.Gabr.lib.*
6.*tit.de conſuet. concl.*2. *num.*12. *& ſeq.
facit Corn. conſ.* 106. *quamquam in hac,
num.*1.*verſ. his tamen, & per tot. lib.*4.
vbi conſuluit, gabellam pro dote ſoluē-
80 dam eſſe in loco, vbi celebratæ ſunt ſo-
lemnitates nuptiarum, & conſumatum
fuit matrimonium, non autem in loco,
ad quem ducenda eſt vxor.

Quid autem dicendum, ſi gabella ſo-
81 luta ſit in contractu venditionis cum
pacto de retrouendendo, ſeu legis com-
miſſoriæ, ſi fiat retrouenditio, vtrum
denuo ſoluenda ſit gabella? negatiue
reſpondet *Anton.Gomez in com.var.re-
ſolut.tom.*2.*de contract.cap.*2. *num.*31. *de
empt. & vend.* vbi ſatis clarè examinat
hanc quæſtionem; & ratio eſt, quia re-
trouenditio dicitur ſequela præcedentis
contractus. *Tiraq.de retrat. conu.* §. 6.
*gloſſ.*1.*num.*4.*& ſeq & ferè per tot.Surd.
& alij multi quos allegat in deciſ.*321.*ex-
tat in hac Ciuitate,num.*1.*&* 2 *& per tot.
& addit poſt Bart.Io.de Plat.& alios ab
eo relatos:* ſi ſoluta ſit gabella in promiſ-
82 ſione de vendendo, non erit amplius
ſoluenda in ipſa venditione, *idem Surd.
deciſ.*305.*per tot. Io. de Plat. in l. ſanci-
mus,num.*1.*verſ.& ſimilitèr ſi res,* C. *de
conſulib.lib.*12.

83 At ſi contractus factus cum minore
reſcindatur, & minor reſtituatur in inte-
grum, eritne ſoluenda gabella? & ne-
gatiuè reſpondit *Rimin.ſen. conſ.* 306.
*per tot.lib.*2.*Caldaſ.de reſtit.in integr.in
verb.infra legitimum tempus,n.*14.

84 Titius vendidit equum habita fide de
pretio, & donec ſibi ſoluatur pretium,
reſeruauit dominium ſuper ipſa re; emp-
tor equi effectus eſt non ſoluendo in
totum, vel in partem, reſtituit equum,
quæritur, an in iſta reſtitutione ſoluen-
da ſit gabella? & negatiuè deciſum in

Senatu Mantuano refert *Surd.deciſ.*305
nobilis quidam,num. 13. *verſ. contra vi-
debatur,& in num.ſeqq.* alia ad rem fa-
cientia congerit viden.

83 Nec etiam ſoluendam eſſe gabellam
de renunciatione, & refutatione, quam
faciunt filij, ſeu filiæ ingredientes mona-
ſteria, tam de bonis maternis, quàm pa-
ternis, ac etiam de omnibus alijs bonis,
*Marcab.ab Anguil.conſ.*103.*n.*43.*&* 45.
qui hanc concluſionem probat ex com-
muni obſeruantia, & conſuetudine, quæ
in gabellis attenditur, *l.licitatio,* §.*carū,
ff.de public.* & corroboratur per ea, quæ
docet *Surd. in deciſ.*96. *quàmuis Man-
tuano,num.*1.*vſque ad* 7.vbi nititur pro-
bare, dominia rerum inter patres, & fi-
lios potius continuari, quàm de nouo
acquiri, & ideo non habet locum Statu-
tum diſponens ſoluendam eſſe gabellam
de contractibus translatiuis dominij;
Rimin. ſen. conſ. 307. *viſis ſubtiliſſimis,
nu.*17. *&* 18.*lib.*2. quæ fuit opinio ori-
ginalis *Angeli in l.in ſuis, ff. de liber. &
poſt.vbi Alex.* contrarium dicit apertè,
ob rationes, quas adducit *Iaſ. in d.l. in
ſuis,num.*12. Verùm *Dec.in l. fin. nu.*12.
C.de edict.D.Adrian.toll. putat non eſſe
recedendum ab opinione Angeli & ita
videtur velle *gloſſ.in c.paſtoralis,in verb.
quaſi de lucro, verſ.ſuper hoc, de decim.
Afflict.in feudis, quæ ſint regalia, in
verb.vectigalia,num.*100.*benè facit Cor-
ne.conſ.*268.*in hac conſultatione, num.*3.
*& per tot.lib.*3.Facit etiam ad rem, quod
86 ſeruatur in Vrbe in materia locorum
montium; ſiquidem filius ſuccedens pa-
tri, & quicumque alius per lineam re-
ctam, vt nepos, & pronepos ſuccedens
auo, vel proauo nihil ſoluit in expedi-
tione, & renouatione literarum paten-
tium, vt ſancitum eſt *in Ordinationibus
montium de mandato fel.rec.Pauli V. e-
ditis anno* 1615.*cap.*2. Quàmuis Senatus
Mantuanus apud *Surd.in caſu prædicta
87 deciſ.*96.*a num.*8.*vſque ad fin.* contrariā
amplexus ſit ſententiam; quia ibi age-
batur de filio emancipato, in quo ceſſat
ratio continuationis dominij, vt ibi la-
tius.

88 An autem in contractu venditionis
annui cenſus debeatur gabella? affirma-
tiuam tenuit partem *Surd. deciſ.*204. *ſi
pro venditione, per tot. Cenc. de cenſib.
part.*2.*cap.*1.*quæſt.*1.*art.*2.*num.*6. *qui a-
lios refert Lud.Molin.de contract. tract.*
2.*diſput.*384.*per tot.& num.*3. vult, non
eſſe ſoluendam gabellam denuò in re-
trouenditione, quando in primo con-

tractu venditionis fuit appoſitum pactũ,
licere ſilicet venditori redimere quan-
documque, prout communitèr fit ex diſ-
poſitione Bullæ Pij V.

Si verò tale pactum non fuit appoſi-
tum, & poſtea ex conuentione partium
redimatur, ſoluendam eſſe ait denuò ga-
bellam, quia hæc non eſt reſolutio primi
cõtractus per pactum in eo appoſitum,
ſed nouus contractus emptionis, & ven-
ditionis; ideo, &c. ſimili modo ſi loco
reſtitutionis pretij in pecunia numerata
a principio in venditione recepta non
reddatur pecunia, ſed bona immobilia
æquiualentia, ſoluenda erit gabella, quia
hic eſt nouus contractus permutationis
non reſolutionis primi contractus; ita
Lud. Molin. loco cit. vbi etiam aliam pul-
89 chram excitat quæſtionem; ſi cenſus im-
ponatur ſuper diuerſis fundis exiſtenti-
bus in diuerſis locis, in quibus ſunt di-
uerſi gabellarij, an tota gabella debeatur
vni tantùm gabellario, nempe illi, qui
habitat in loco celebrati contractus, an
verò omnibus illis gabellarijs pro rata
valoris rei, & deberi omnibus pro rata
valoris rei, quæ eſt in vnoquoque illorũ
locorum, ſcribit *Molina*: quæ ſententia
licèt reddatur dubia ex ijs, quæ diximus
ſupra, gabellam ſcilicet eſſe ſoluendam
in loco, vbi celebratur contractus, & cõ-
ficiuntur ſolemnia, poterit tamen ſub-
ſtineri *ex Bulla Pauli V.* quę, vt diximus
aliàs, habet aſſiſtentiam iuris commu-
nis, vt bona ſoluant onera, vbi ſita ſunt.

Verùm ſi huiuſmodi cẽſus impoſitus
ſuper diuerſis fundis, fuerit de eo cele-
90 bratus contractus in loco immuni, & in
quo non ſoluitur gabella, gaudere im-
munitate in totum, itaut nullibi ſoluen-
da ſit gabella, quàmuis aliqui ex dictis
fundis ſiti ſint in loco obnoxio, & in quo
vigeat ſtatutum, vel conſuetudo ſoluen-
di, ſuadetur ex cautela, quam aſſignat
Ferrett. de gabell. num. 327. vbi hæc ait.
*Qui vult vitare gabellas contractuum in
loco, vbi degunt ſtatuta hoc diſponentia,
vadat aliò ad contrahendum, vbi gabellæ
non ſoluuntur, quia ibi ſortietur forum
ratione contractus; l. ſi fundus, ff. de
euict. Abb. in c. 30. verſ. nam quoad ſubij-
ciendum, de foro competen. Bart. in l. cun-
ctos populos, num. 16. C. de Sum. Trin. &
fid. cathol. Alex. conſ. 37. num. 9. lib. 2. Af-
flict. deciſ. 226. Sereniſſimus, num. 2. facit
Innoc. in c. cum iamdudum, 18. n. 2. verſ.
ſed tu dic. de præben. quem refert Abb. d.*
91 *c. fin. num. 22. de foro compet.* videlicet,
clericum habentem plura beneficia in
diuerſis territorijs, concurrentibus con-
trarijs mandatis eodem tempore, tene-
ri primò obedire, cui primò ſe obliga-
uit, quia ſecundus, qui eum elegit, cen-
ſetur elegiſſe, ſaluo iure primi; vide
*Firmanum (relatum a Ferrett. d. n. 327.)
in tract. de gabell. in 8. part. col. 16. verſ.
39. quæro pro contractu facto extra ter-
ritorium.*

92 Statutum imponit gabellam exercen-
tibus artem, Meuius exercet coquinam,
quæritur an hæc dicatur ars, itaut Me-
uius teneatur ſoluere gabellam? hanc
quæſtionem ponit *Boer. quæſt. 222. Se-
cretarij, num. 10.* qui pro faciliori intelli-
gentia tres coquorum ſpecies aſſignat;
prima eſt, quæ coquit, vt ipſe ait, cibos
groſſos, vt ſunt coqui Scholariorum,
Fratrum, ſeu Religioſorum; ſecunda ſpe-
cies eſt eorum, qui ſeruiunt Principibus,
& Magnatibus, vt Papæ, & Imperatori, &
hi coqui dicuntur habere dignitatem;
tertia ſpecies eſt, quæ locat operas ſuas
in commeſſationibus, & conuiuijs pri-
uatorum; & hæc ſola tertia ſpecies te-
netur ad gabellam, *vt ibi per eum*; & ſub
hac ſpecie reduci poſſunt popinarij,
vulgò, paſticcerij, qui, vt *Peguera dicit
deciſ. 44. num. 6.* retinent carnes, & pu-
93 blicè vẽdunt obſonia; & de quibus me-
minit *Sueton. in Caligola cap. 40.* dum in-
ter noua vectigalia ab hoc ſceleſtiſſimo
Imperatore inuenta, ſic ait: *Pro edulijs,
quæ tota Vrbe venirent, certum, ſtatum-
que exigebatur*: ab his verò popinati[illegible]
ganeas exercentibus, qui viti[illegible]
bus, & oppidanis parant gulæ, & [illegible]
riæ inquinamenta [illegible] petiunt, po[illegible]
ratio exigẽda eſſet, & a Ciuitat[illegible]
pellendi quàm vectigalia exigen[illegible]
ſet; nã ex iſta exactione videtur [illegible]
ammodo Princeps, & Reſpublica [illegible]
re illorum perniciosam artem. lo[illegible]
autem de illis, qui vitiorum nutrimenta
parant, non autem, qui neceſſarij ſunt
peregrinis, & viatoribus, iuxta leges a
Platone traditas, quas refert *Peguera
d. deciſ. 44 num. 10.* & Lacedæmones, ne
coqui eſſent alij, quàm carnis duntaxat,
ſanxerunt; qui verò præter hanc ar-
tem nouiſſent, eijciebantur è Ciuitate
perinde ac ægrotantium purgamenta:
Et Nero Claudius Cæſar vt modũ ſump-
tibus adhiberet, publicas cęnas ad por-
tulas redegit, & ne quid in popinis co-
cti præter legumina, & olera venirent,
interdixit, *teſte Suetonio in eius vita
cap. 16.*

94 Euenit aliquando, vt Communitates
vendant

vendant vectigalia, & gabellas exigen-
das ab introducentibus, & exportan-
tibus frumentum, vinum, oleum, car-
nem, vel quid ſimile, eadem Vniuerſi-
tas vult introducere, ſeu extrahere ſu-
pradicta: quæritur, an teneatur ſolue-
re gabellam, ſicuti tenentur ſui ciues?
Et non teneri dicit *Ferrett. de gabell. n.
292. Boer. quæſt. 213. num. 1. & 2. per
text. in l. licitatio, §. fiſcus, ff. de public.
vbi Alberic.* ait, hanc quæſtionem vi-
diſſe agitatam in Ciuitate Pergami, &
fuiſſe reſolutum, Ciuitatem non tene-
ri, & quamuis aliqui contrarium dixe-
rint, & hoc priuilegium competere
fiſco tantum, & non Ciuitatibus; *Boer.
tamen d. quæſt. 213. num. 2. in fin. dicit*,
præcedentem opinionem eſſe magis
veram, & communem; & idem vult
*Ferrett. loco cit. verſ. tu amplia; Menoc.
præſumpt. 44. num. 11. lib. 3.* reddens ra-
tionem, quia Vniuerſitas non præſumi-
tur voluiſſe vendere ſuam immunita-
tem, & ius exigendi gabellam contra
ſeipſam; *Afflict. deciſ. 319. num. 8. Amad.
a Ponte de laudem. quæſt. 21. ſed quid
ſi dominus, num. 3. & 4.* vbi hanc con-
cluſionem declarat, niſi alitèr conſue-
tudine introductum fuerit. Declara
etiam procedere in ipſa Vniuerſitate
tantùm, non autem in ſuis ciuibus, qui
de communi conſenſu locauerunt ga-
bellam, quia non poſſunt illam licitè
fraudare; *Abb. in c. innouamus, num. 5.
verſ. ſed ipſi ciues, de cenſib. Niger ad
cap. Regn. cap. 2. vt illorum, num. 18. verſ.
ſed ipſi ciues, de portular.* & ſuadetur ex
95 regula ſæpius repetita, quod Vniuer-
ſitati debetur, ſingulis non debetur;
*Ant. Gabr. de cuiuſque vniuer. nom. con-
cluſ. 1. Amad. a Ponte loco cit. nu. 4. ver.
& multò minus.* Et ad ea, quæ diximus
96 ſupra de ſolutione gabellæ in extractio-
ne frumenti a Ciuitate, declara, non
habere locum in extrahente cauſa ſe-
minandi: ita *Salycet. in l. vniuerſi, C. de
vect. & comm.* quem refert *Niger ad
cap. Reg. in cap. 3. de portular. num. 7. &
cap. 4. eod. tit. num. 4.*
97 An autem licitum ſit fraudare gabel-
lam, itaut fraudans ſit tutus in con-
ſcientia? dicas, aut gabella eſt licitè
impoſita ab habente facultatem & ob
publicam vtilitatem, & neceſſitatem,
non licere dicas, nec fraudantem eſſe
tutum in conſcientia; ita *communitèr
omnes relati a Nigr. loco proxi. cit. Surd.
deciſ. 305. num. 13. Lexius de iuſt. & iur.
lib. 2. cap. 33. de trib. dub. 8. per totum*;
& quando gabella eſt impoſita a Prin-
98 cipe habente poteſtatem, fauore pu-
blico, non dicitur odioſa, ſed fauora-
bilis, *Zuccard. in l. fin. nu. 3. C. de edict.
diu. Hadr. toll.* quem refert *Surd. deciſ.
96. num. fin. Lexius de iuſt. & iur. lib. 2.
cap. 33. de tribut. & vectig. dubit. 7. nu. 5.*
Imò recuſans ſoluere gabellam iuſtam,
99 & ex iuſta cauſa impoſitam a Principe
incidit in pœnam læſæ maieſtatis, vt
diximus aliàs de Ciuitate Peruſina, quę
recuſauit ſoluere gabellam ſalis impo-
ſitam a Paulo III. & refert *Gig. tract. de
crimin. læſæ maieſt. lib. 1. quæſt. 36. an
denegans ſoluere tributū Principi inci-
dat in pœnam læſæ maieſtatis; vide ſu-
pra cap. 14. de pœnis, num. 40.*
Quot autē modis quis dicatur frau-
100 dare gabellam, itaut res cadat in com-
miſſum? quatuor aſſignat modos *Sfor-
tia Oddus de reſt. in integ. part. 2. quæſt.
82. art. 4. nu. 34. & ſeq. videndus Afflict.
ſuper feud. quæ ſint regalia, in verb. ve-
ctigalia, num. 96.* qui ponit caſum in
mercatore faciente emere merces a ci-
ue immuni, vt non ſoluat gabellam,
quod eſt in fraudē, & ideo debet per-
dere merces; *vide ſupra num. 55. &
infra.*
Quid ſi oriatur lis ſuper validitate
101 exactionis gabellæ, vtrum Ciuitas, vel
alius exactor poſſit probare ius ſuum
ex libris publicanorum, in quibus an-
notantur ſolutiones? Hanc quæſtionē
examinat *Maſcard. de probat. concl. 837.
per tot. Redobal. Parrin. tract. de gabell.
part. 1. num. 71. Surd. deciſ. 336. ſequuta
ſententia, num. 1. & ſeq. lib. 2.* qui licèt
affirmatiuam teneat, quando gabellarij
conſtituūtur publica auctoritate, prout
etiam dixit *Rota coram Seraph. deciſ.
1088. num. 4. deciſ. 1390. nu. 2. & ſupra
deciſ. 431. num. 5. & 6. Mantica deciſ. 179.
num. 1.* vbi requirit etiam, vt deputa-
tus iuret ab initiò fidelitèr exercere
officium; *Parrin. tamen loco cit. verſ.
quia reſpondetur*, putat, concluſionem
eſſe diſtinguendam hoc modo. Aut
enim agitur de conſeruādo iure com-
petenti ex diſpoſitione iuris, & proce-
dit affirmatiua; aut agitur de iure nouo
acquirendo, & tūc libri publicanorum
non probant, & adducit dictum *Rotæ
Romanæ diuerſ. part. 1. deciſ. 391. nu. 3.
verſ. maximè cum, & deciſ. 196. num. 2.
d. par. 1.* vbi deciſum habes, quòd vni-
102 cus actus ſolutionis ſufficit ad acqui-
rendam quaſi poſſeſſionem in incor-
poralibus, quando non agatur de iure

nouo acquirendo: reddit enim rationem *Parrin.loco cit.verſ. ratio eſt*, & addit, nec tantam fidem adhibendam eſse libris publicanorum, quando iſti
103 non conſtituuntur publica auctoritate, ſiquidem ſolutum gabellarijs potius præſumitur extortum, quàm licitè exactum; *Claud.Bertazol.ad conſ. paternū 191.in criminal.lib.1. per l.quanta audaciæ, quantaque temeritatis*, 12.*ff.de publ.& vectig.*Et ideo gabellarius conuentus ſuper negocio gabellæ ad exhi-
104 bendos libros ſuos, ſi aliquos tantùm exhibeat, alios dicat laceraſse,& combuſſiſse, nonnulli putant, gabellarium incidere in crimen falſi; quæ tamen opinio declaratur *à Theſaur.deciſ.*171 *gabellarius*, vbi ita diſtinguit: aut liber eſt publicus, aut priuatus, & quatenus priuatus, ſi ex tali laceratione reſultat præiudicium tertij, tenetur gabellarius ad intereſſe a priuato paſſum; quatenus verò publicus, ſi oriatur damnum Vniuerſitati, vel Principi, tunc ſtante dolo arbitrio iudicis extraordinariè vltra intereſſe tenetur, & puniendus pœna pecuniaria, non autem de falſo; *vt ibi nu.6.verſ.non nego tamen*.

Diximus ſupra, quòd aliquando ſol-
105 uitur gabella pro contractibus, qui vt plurimùm rediguntur in publica inſtrumenta, aliquando tamen conueniunt inter ſe contrahentes, vt fiat tantùm ſcriptura priuata, quæritur, an ex hac ſcriptura priuata ſoluenda ſit gabella? & affirmatiuè reſpondit *Caſtren. conſ. 22.viſa quadā ſcriptura, in primo verſ. breuitèr ego teneo, lib.*1.

Eſt quidam artifex ex forma Statuti
106 obligatus ſoluere gabellam quolibet anno, ſub certa pœna, pro vno anno omiſit ſoluere, deinde in ſequenti anno ſoluit, nulla facta mentione, quòd erat etiam debitor anni præcedentis, numquid iſte artifex dicatur incidiſſe in pœnam ſtatuti, itaut publicanus poſſit illum cogere ad pœnam? conſultus ſuper hoc *Abb. in ſuo conſ.* 68 *videtur primò, lib.*1. negatiuè reſpondit, quem vide.

107 Imponitur gabella ſuper animalibus, numquid extendatur ad aues,& piſces? & non eſtendi dixit *Bartholom. de Capua ſingul.* 5. quem refert, & ſequitur *Capiblan. de baron.prag.* 1.*num.* 130. quia volatilia, & piſces non cōprehenduntur ſub nomine animalium; & ita ſeruatur in Ditione Eccleſiaſtica, in qua exigitur gabella carnis, a Summis Pontificibus Iulio III. Pio IV. Vrbano VIII.impoſita, vt in eorum Conſtitutionibus a nobis pro faciliori omnium intelligentia in maternam linguam translatis,& in libro a nobis edito pag. 13. & ſeq. leguntur: imò ibi excipitur caro hedina,& leporina;& licèt *Afflict. ſuper feud.quæ ſint regalia, in verb.vectigalia, num.*124.*verſ.ſed in contrariū*
108 dicat, ſi ſtatuto caueatur, vt quilibet vendens beſtias teneatur ſoluere gabellam, hoc ſtatutum non comprehēdere laniones, ſeu macellarios, qui vēdunt beſtias per fruſtra; attamen in ſtatu Eccleſiaſtico comprehenduntur etiam macellarij, vt notum eſt: mouetur autem *Afflict.*per ea, quæ habentur *in l.mortuo boue*, 50.*ff. de legat.*2 *vbi*
109 *Paulus I.C.* reſpondit, mortuo boue, qui legatus eſt, neque caro, neque corium debetur; nam hic non dicitur amplius bos, neque beſtia, ſed cadauer; *& Bertach.de gabell.in primo memb.* 8. *par t.princip.num.9.*ait, gabellam ſolu-
110 tam pro animali vendito, vel empto, ſi hoc animal redhibeatur, reſtituendam eſſe gabellam illi, qui ſoluit; ſequutus *Angel. in l. debet, in fin.ff.de ædilit.edict.& Bald.in l.fin.C.eod.tit.*

111 Nec etiam ſoluendam eſſe gabellam pro lardo, quia lardum non eſt caro; nec è contra *Bart. in l.* 1. C. *de erogat. milit.annon.lib.*11. quem refert, & ſequitur *Affl.ct.ſuper feud. loco cit. num.*105.

At ſi ex fundo vectigali non percipiantur, niſi aues, & feræ, vt in Regno Neapolitano adeſt quidam portus, vbi non capiuntur, niſi quædam animalia volatilia, quæ vulgo, quaglie, appellantur, ex dictis auibus ſoluenda eſt gabella; *Bertach. de gabell.* 8. *par. prin.*2.
112 *memb. num.* 26. prout in dicto portu ſoluitur,& in hac reſponſione, ſeu portorio fundati ſunt redditus Menſæ Epiſcopalis, ſub cuius diœceſi eſt d. portus.

113 Statuto cauetur, quòd pro animali naſcenti in territorio d. Statuti ſoluatur gabella, dominus animalis prægnantis ducit illud extra territorium, quouſque pariat, ad effugiendum ſolutionem gabellæ; quæritur, an hic dominus excuſetur? & negatiuè reſpondit *Bart.in l.cum ſatis,num.*12. *C.de agric. & cenſit. lib.* 10. reddens rationem, quia in fraudem fecisse videtur; ſequitur *Afflict.loco cit.num.*104.*Gutier. de gabell.quæſt.*107.*num.*7.

Sicut

114 Sicut etiam non excuſatur merca-
tor, ſi faciat emere merces a ciue im-
muni, ad euitandam ſolutionem ga-
bellæ imò cadit in pœnam amiſſionis
mercium, quia committit fraudem;
*idem Bart. in l. 1. num. 1. C. de nauib. non
excuſand. lib. 10. & ibi Io. de Plat. verſ.
& hic caſus, Affl. loco cit. num. 96.* ex-
cuſabitur autem mercator, nec gabellā
ſoluet pro rebus emptis in nundinis,
*Bertach. de gabell. 8. par. prin. memb. 2.
num. 19.*
115 Quid ſi mulio introducat rem meam
intra Ciuitatem, nec ſolitam gabellam
ſoluat, vtrum res mea cadat in cōmiſ-
ſum? negatiuè reſpondit *Angel. in l. iu-
bemus, C. de nauib. non excuſan. lib. 10.*
ſed mulio prælabit publicano, quātum
res mea in mulo onerato valebat; quod
etiam vult *gloſſ. in d. l. iubemus, in verb.
attentatum; & Affl. in d. verb. vecti-
galia, nu. 97.* Et ſi Statutum dicat, mer-
cator panni ſoluat quinque, & merca-
116 tor lanæ ſoluat decem pro gabella; qui-
dam mercator panni eſt etiam effectus
mercator lanæ, numquid iſte teneatur
ſoluere quinque, aut decem? *Alber. in
tract. ſtatut. lib. 2. quæſt. 185. ponitur e-
tiam quæſtio* determinat, quòd ſolue-
re debeat duas gabellas, alteram vt
mercator panni, & ſic quinque, alteram
verò vt mercator lanæ, & ſic decem, in
totum quindecim; ſequitur *Affl. loco
cit. num. 120. facit text. in l. debet, §. ſed
ſiquis, & ibi gloſſ. in verb. debebit, ff.
naut. caup. ſtab.*
Et ſi impoſita ſit gabella ſuper lana,
117 vtrum ſoluenda ſit pro pellibus lanatis?
affirmatiuè reſpondit *Alber. de ſtatut.
part. 2. quæſt. 212. quid ſi ſtatuto probi-
beatur, per text. in l. ſi cui lana, 68. §.
ſed & ſi pellis, ff. de legat. 3. & ibi gloſſ.
in verb. lanatæ, Bart. & alij, ſequitur
Affl. loco cit. num. 122.* Declara ta-
men non habere locū in pellibus bouū,
& porcorum, quia ex iſtis non extrahi-
tur lana, ſed extrahuntur pili; notant
*gloſſ. Alber. Bart. & Affl. locis cita-
tis.*
Quibuſdam in locis ſoluitur gabella
118 de pomis, quæritur, an ſit ſoluenda de
glandibus? & negatiuè reſpondeas, quia
glandes non dicuntur poma; vt apud
*Plinium de natural hiſtor. lib. 15. cap. 24
de ſilliquiſ. ibi, glandes inter poma nu-
merari non poſſunt, &c.* quem locum
ad rem noſtram adducit *Bertach. de
gabell. 8. par. prin. 2. memb. num. 27.* di-
cens, auctoritatem Plinij ſufficere ad
deciſionem huius quæſtionis; *arg. l. in
tantum. ff. de rer. diuiſ. & ibi gloſſ. in
verb. reſcripſerunt, l. ſi pater, 36. verſ. nā
& Ariſtoteles. ff. de ſolut.* & dicit hoc
eſſe notandum ad ſtatuta diſponentia
ſuper damnis datis in pomis, vt non
extendatur ad glandes.
119 Nec etiam valere ſtatutum, quòd co-
loni ſoluant gabellam pro dominis, tā-
quam iniquum, docet *Bart. in l. colo-
nos, 15. nu. 1. C. de agric. & cenſit. lib. 10.
Affl. loco cit. num.* 103. & ſi colonus
ſoluat gabellam pro fructibus, dominus
non tenetur pro penſione fundi, *Bart.
& alij relati a Bertach. d. par. 8. prin. in
2. memb. num. 18.*
120 Denique ſciendum eſt, gabellam
præſcribi poſſe, & tolli præſcriptione,
itaut inducatur liberatio ab eius ſolu-
tione; *Caſtren. conſ. 313. num. 3. & alibi,
lib. 1.* vbi ita reſpondit pro Vniuerſitate
Caſtellionis contra Rempub. Florenti-
nam.
Fallit tamen concluſio, ſi gabellarius
121 fuit negligens in exactione gabellæ,
quia eius negligentia, ſeu indulgentia
non nocet Vniuerſitati locanti ius ſuū,
Boſſ. de Princip. num. 162. & 163. ſed
fuſius hanc quæſtionē examinat *Fran.
Balb. de præſcript. in 2. part. 5. part.
principalis quæſt. 5. 6. & 7. per totas vi-
dendus.*

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio quando facienda ſit tam de iu-
re ciuili, quàm canonico. & num. 10.*
2 *Pacta inita cum Vniuerſitatibus ſuper
remiſſione ob ſterilitatem ſeruanda
ſunt.*
3 *Remiſſio non ſolùm ob ſterilitatem, ſed
etiam quando fundus occupatur ab
hoſtibus, vel a flumine.*
4 *Remiſſio facienda eſt in locationibus, non
autem in venditionibus.*
5 *Emphyteutæ regularitèr non fit remiſ-
ſio, aliquando tamen fallit.*
6 *Incrementum factum fundo emphyteu-
tico per alluuionem non auget penſio-
nem.*
7 *Remiſſio mercedis arbitrio iudicis fit.*
8 *Remiſſio ex diſpoſitione Bullæ Boni Re-
giminis ex pluribus denegata.*
9 *Clauſula,* ſublata, *quid operetur.*
11 *Remiſſio an ſit facienda in locatione ve-
ctigalium, quando continet plura
capita.*
12 *Ignorans quod ſcire potuit, non excu-
ſatur, & habes exempla.*

Gabellæ

13 *Gabellæ ſemper conceduntur cum pactis, & capitulis præcedentibus.*

14 *Vitium extrinſecum in locatione per quæ verba, & per quas clauſulas purgetur.*

15 *Vitium intrinſecum, quod conductor veriſimilitèr ignorare potuit, remiſſionẽ parit.*

16 *Datium centiariorum a quo inſtitutum, & a quo poſtea ſublatum.*

17 *Conductor, qui non potuit uti re locata, nedum habet retentionem in penſionibus non ſolutis, ſed agit ad intereſſe, &c.*

18 *Factum Principis dicitur caſus fortuitus.*

19 *Caſus fortuitus nunquam cadit damno conductoris, niſi expreſsè ſit dictum, nec ſufficit, ſi facta ſit illius mentio.*

20 *Suſcipiens in ſe caſus fortuitos non tenetur, quando ſunt valdè inſoliti.*
Amplia, etiamſi in inſtrumento interueniat iuramentum. num. 21.

22 Clauſula, non obſtantibus quibuſcumque exceptionibus, &c. *non excludit caſus valde inſolitos, & inopinatos.*

23 *Conductor, qui non potuit uti re locata, agit ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, licèt inſtrumentum declaretur nullum.*
Amplia, ſi fructus ſint pendentes, vel ſeparati a ſolo, dummodo conductor non conduxerit in domum ſuam, & habes aliam ampliationem, & declarationem. num. 24.

25 *Vendens rem per motum licèt recipiat pretium, non tamen cenſetur approbaſſe contractum; & quare.*
Limita, ſi conductor ſciebat imminere periculum rei conductæ, & quare. num. 26.

27 *Caſus contingens nomini ceſſo non pertinet ad cedentem, quando ceſſionarius ſciebat qualitatem ipſius nominis.*

28 *Vendens nomen debitoris non obligatur, quòd ſit ſoluendo, ſed quòd ſit debitor, & quid in datione in ſolutum, cum promiſſione generali euictionis, & defenſionis.*

29 *Remiſſio fit conductori, licèt impediatur ab extraneo uti re locata, abſque culpa locatoris; & enumerantur alij caſus.*

30 *Remiſſio quando facienda, vel non, in caſibus fortuitis, & colonis certa mercede conductis.*

31 *Conductor molendini, qui uti non poteſt re conducta, quia deuaſtatum ſit molendinum, an habeat remiſſionem.*

32 *Emphyteuta, qui non poteſt uti mol[illegible]dino, non habet remiſſionem, & qua[illegible].*

33 *Caſtro diruto, non debetur amplius cenſus, licèt remaneat territorium ipſius Caſtri.*

34 *Conductor molendini cum quatuor rotis, ſub reſponſione pro qualibet rota, vtrum aucta quinta rota, augenda quoque ſit penſio.*

35 *Remiſſio an ſit facienda publicanis ex eo quòd pauci viatores tranſeant.*

36 *Remiſſio facienda eſt venditori cenſus, quando fundus in totum, vel in parte pereat.*

37 *Periculum, & damnum in re empta [illegible]rtinet ad emptorem.*
Amplia hoc verum, etiam ſtante hipotheca omnium bonorum, & obligatione perſonali. num. 38.

39 *Cenſus non poteſt conſtitui ſuper vniuerſitate bonorum, ſed eſt conſtituendus ſuper re certa, & determinata.*

40 *Remiſſio facienda eſt venditori cenſus non obſtante pacto de [illegible] non petenda.*

41 *Fundo cenſuato reddito infrugifero, ſi poſtea redeat frugiferus, non tamen reuiuiſcit cenſus.*

42 *Cenſus impoſitus ſuper molendino, quod pereat, ſi readificetur, non reuiuiſcit.*

43 *Fundus cenſus ſi pro parte reddatur infrugiferus, pro parte etiam ſit re[illegible]ſio.*
Declara [illegible] ars quæ remanet, ſi [illegible] p[illegible] num. 44.
[illegible] ſi cenſus ſit in[illegible] ſuper a[illegible]us fundis, quorum [illegible] pereat [illegible] manet. ſit cap[illegible] [illegible]ſſio. num. 45.

46 *Societas contracta ſuper duobus [illegible] per[illegible]gnati [illegible] non d[illegible]tur, ſi officium remanens ſit c[illegible]x oneris.*

47 *Conductor agrorum, & vinearum ſi nihil frumenti, ſed tantùm vini, [illegible] colligit, quod ſufficit pro me[illegible] penſionis, non habet remiſſionem.*

48 *Remiſſiones faciendas ad tria [illegible]ita reduxit Redoanus, videnda.*

49 *Remiſſio cur potius fiat conductori, quàm emphyteutæ.*

50 *Sterilitas veniens ex caſu, cui reſiſti non poſſit, remiſſionem parit.*

51 *Specificatio certorum caſuum inter locatorem, & conductorem facit ceſſare remiſſionem in caſibus non ſpecificatis, quia limitatus conſenſus limitatum parit effectum.*

52 *Denunciatio damni ad effectum conſequendæ*

quendi remiſſionem quando proſit, & quando non.

53 *Quantitas damni ad effectum conſequendi remiſſionem quanta eſſe debeat.*

54 *Publicano, cui deputatus ſit œconomus ob ſui culpam, an ſit facienda remiſſio.*

55 *Qui promittit indemnitatem ab omni lite, non tenetur pro ea, quæ prouenit culpa ſtipulatoris.*

56 *Conductor vectigalium ſi non ſoluat penſiones tempore conuento, poteſt expelli a locatione.*

57 *Publicanus, cui ablatum eſt vectigal, an teneatur præſtare id, quod promiſit, vltra penſionem.*

58 *Publicano facienda eſt remiſſio, quando poſt conductum vectigal fiat augumentum, ex quo res vectigali obnoxia, minus vendatur.*

Amplia, etiamſi tale augumentum fiat auctoritate Principis. num. 59.

Limita, ſi Princeps faciat hoc augumẽtum ratione publicæ vtilitatis, & quare. num. 60.

61 *Refertur lis orta inter Cõmunitates Prouinciæ Vmbriæ, & Theſaurarios eiuſdẽ Prouinciæ ſuper re propoſita, de remiſſione, quando fiat ſeparatio vnius partis vectigalis ab alia.*

62 *Princeps tenetur ad obſeruantiam contractus.*

Contractus cum ſit indiuiduus, non poteſt pro vna parte ſuſtineri, pro alia non. d. num. 62.

63 *Contractus licèt ab initio ſint voluntatis, ex poſt facto tamen ſunt neceſſitatis.*

64 *Princeps ſubditorum curam quantam habere debeat.*

65 *Proœmium cauſam finalem. & intentionem agentis oſtendit.*

66 *Princeps pro bono publico poteſt auferre dominium rerum priuatarum.*

Et ſi Princeps hoc faciat per viam legis generalis, non tenetur ad refectionem damni, ſeu pretij. ibid.

67 *Clauſulæ, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, tollunt ſubreptionem.*

68 *Ad probandam diuiſionem, & ſeparationem rei, ſeu corporum, admittuntur præſumptiones, & coniectura.*

69 *Probatio ex publico inſtrumento dicitur probatio probata, ita ut non admittat aliam probationem in contrarium.*

70 *Correctum quod non eſt, ſtare non prohibetur.*

Statuto nunquam cenſetur derogatum, niſi quatenus reperiatur expreſſum. d. num. 70.

71 *Augere vectigalia eſt prohibitum de iure canonico, & ciuili.*

72 *Facta non præſumuntur.*

73 *Promiſſio, ſeu obligatio facta contra edictum, ſeu legem Principis, quamuis iurata non valet.*

74 *Conditio debet haberi pro impleta, quando impedimentum prouenit facto Principis.*

§. XVII.

Gloſſ. 3.

Remiſſione.

CAP. XXXXVIII.

QVANDO
ſterilitas a-
1 gri, & rei
conductæ
compẽſari
non poteſt
cum vber-
tate anno-
narũ præ-
cedẽtium,
tunc faciẽ-
dam eſſe
remiſſionem, ciuili, & canonico iure
ſancitum habemus *in l. licet, C. locati, c. propter ſterilitatem, eodem tit.* & hanc
concluſionem latè diſcutit *Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 1. caſu 76. per tot.*
2 Et pacta in locationibus rerum ad Vniuerſitates ſpectantium ſuper remiſſione penſionis ob ſterilitatem inita, ſeruanda eſſe, ſcribit *Nicol. Loſaus de iure Vniuerſ. par. 3. cap. 7. num. 10. per text. in l. 2. §. fin. ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertinent. Boſſ. de remiſſ. merced. publ. nu. 36, & alibi.*
Nec ſolùm ob ſterilitatem faciendam
3 eſſe remiſſionem, ſed etiam quando fundus in bello occupatur ab hoſtibus, conſuluit *Natta conſ. 284. conſideratis, nu. 10*
Quando corruit terræ motu, *l. ex conducto, §. 1. ff. locati, gloſſ. in c. potuit, in verb. clade, & ibi Scribentes, de locat,* Quando
res ita vi fluminis occupatur, vt coli non
poſſit, *d. l. ex conducto, §. 1.* Quando domus fuit exuſta; *l. ſi quis domum, §. fin. l. qui inſulam. §. ædilis, ff. eod. tit. de locat.*
Denique in quacũque locatione facien-
4 dam eſſe remiſſionem mercedis, quando
eſt

eſt locatio, & non venditio; *B ff. poſt Bart.& alios in ſuo tract.de remiſſ.merced. publ.num.*1.*Caroc. de locat. part.*4. *tit.de remiſſ merced.* qui per plures quęſtiones hunc articulum examinat. Imò non ſolùm in locatione, ſed etiam in emphyteuſi, quando bellum impedit culturam, dicit *Surd.& communem appellat opinionem in deciſ.*326.*nu.*64.*Boſſ. de remiſſ.merced.conduct. num.* 106. *latè Iaſ. qui pro vtraque parte hanc quæſtionem examinat in l.*1.*a num.* 81.*vſque ad* 99.*C.de iur.emphyt.*

Et tamen regularitèr emphyteutæ nõ
5 fit remiſſio, cum in contractu diminuatur penſio in ſexta parte, *Auth. præterea & ibi gloſſ.in verb.ſextam partem quam ſequitur Caſtren.ibi, num* 3.*C.de ſacroſan. Eccleſ.*& ſi in fundo emphyteutico
6 fiat augumentum per alluuionem, non tamen augetur penſio, ſeu canon, *Corn. conſ.*15.*num.*8.*vol.*4 *Redoan.de reb.Eccl. non alien.quæſt.*18.§.*dicta verò,num.*4. *&* 5.

7 Qualis autem, & quanta facienda ſit remiſſio in prædictis caſibus, docet *Menoch.de arbitr.caſu* 77.*per tot.Sebaſt.Medices de fort.caſib. par.*2.*quæſt.*3 *per tot.* qui concludunt, iudicis arbitrio relinquendum eſſe; *Caroc.de locat.part.*4.*tit. de remiſſ.merced.quæſt.*8.*Burſat.conſ.*81. *lib.*1.*per tot.Sylu an.conſ.*35.*per tot.*

Prædicta verò locum habent, & pro-
8 cedunt iuxta regulas iuris communis; ſed ſi attendatur diſpoſitio Bullæ Boni Regiminis, quæ vtique attendenda, & ſeruanda eſt in Statu Eccleſiaſtico, quia eſt lex, & Conſtitutio Papalis, ſecus dicendum erit, per ea, quæ ſancita ſunt in §.quem modò præ manibus habemus, vbi hæc leguntur. In quocumque contractu locationis rerum Vniuerſitatum apponendum eſſe pactum, & conditionem, ne Communitates teneantur ad aliquam remiſſionem, ſeu defalcum, ex quocumque capite, etiam inſolitiſsimo, belli, incurſus militum, depopulationis agrorum, direptionis, ſiccitatis, alluuionis, grandinis, tempeſtatis, incendij, aut alterius cuiuſuis maximè fortuiti caſus, ex quouis capite, ac etiam legitima, & vrgenti amiſsionis, aut diminutionis fructuum, etiam omnium, vel maioris partis, aut ſterilitatis, vel alia quauis cauſa cogitata, vel incogitata, cogitabili, vel incogitabili, etiamſi de iure tenerentur: ſed integrè ſemper reſponſiones, & præſtationes, ſeu penſiones annuæ abſque vlla diminutione per ipſos conductores eis ſolui debeant: & quàmuis pactum huiuſmodi in contractibus forſan omiſſum fuerit, nihilominus vigore præſentium literarum tacitè ineſſe, & ſubintelligi debere, perinde ac ſi id ipſum inter contrahentes expreſse cautum, & conuentum fuiſſet, ſublata omnibus iudicibus etiam S.R.E.Cardinalibus, ac S.P.A. Auditoribus alitèr iudicandi, & interpretandi facultate.

Quibus ex verbis apparet, ſublatam eſſe contrahentibus cum Vniuerſitatibus
9 omnem ſpem cõſequendi remiſsionem, ex quocumque capite petatur. non ſolùm ex ipſo verborum contextu, qui enixam Principis voluntatem demonſtrat, ſed etiam ex appoſitione clauſulæ *ſublata,&c.* quæ operatur, vt iudices alitèr iudicare non poſsint, *Pute. dec.*48. *num.*6.*lib.*1.*in nouis*, imò nec interpretari, *Mantic.dec.*309.*n.*3.*iuncto n.* 1.*in fi. & alia multa congerit Mart.de clauſ.par.* 1.*clauſ.*176.*ſublata, &c.*

Et vt melius intelligantur verba huius Conſtitutionis, placet afferre diſtinctionem *Boſſij tract.de remiſſ merced.public.*
10 *num.*6.*& ſeq.*quæ talis eſt. Aut locantur fructus vectigalis pro annuo pretio, aut venditur ſpes percipiendi ipſos fructus: primo caſu fit remiſsio, ſecundo verò non; quia licèt iudicanda ſit locatio ex pluribus pretijs, tamen omne periculum ſpectat ad conductorem, velut emptorem ſpei, & ideo ſola ſpe contentus eſſe debet; *l.nec emptio, ff.de contrah. empt. l.* [illegible] *iactum, ff.de actio.empt.Bart. in* 4 *a. publ* [illegible] *nus, num.*3.*& in l.cotem,* §. *maximos, n.*4. *verſ. id eo dico, ff. de pub.*

Itaque dum Summus Pontifex in prædicta Conſtitutione omnino prohibet, & negat quamuis remiſsionem, ſeu defalcum, dicendum videtur, præſcripſiſſe formam, & legem dediſſe Communitatibus locandi tantummodò ſpem percipiendi fructus, & emolumenta, quæ percipi poſſunt ex re locata, non autem ipſos fructus: & ideo ex præcitata doctrina *Bart. & Boſſ. locis citatis* nulla danda erit remiſsio conductori, tanquam emptori ſpei. faciunt *Ferrett.de gabell,n.*301 *Syluan. conſ.*35.*num* 20 *& ſeq.*

Denegatur etiam remiſsio conducto-
11 ri, ſi fiat locatio vectigalium conſiſtentium in pluribus membris, ex quibus aliquod membrum fiat inexigibile, quãuis locator promiſerit manutenere conductorem in exactione omnium contẽtorum in inſtrumento, vt colligitur *ex Rota coram Caualerio deciſ.*60. in qua Popu-

Populus Romanus locauerat gabellam
Studij Romani ad nouennium, quæ im-
poſita eſt ſuper vino, & exigitur ab om-
nibus cauponis vendentibus vinum in
Vrbe, conductor verò non potuit exi-
gere a caupona quinque lunarum, exi-
ſtente in monte Quirinali, quia hic fuit
exemptus a ſolutione huius gabellę per
priuilegium Sixti V. & ideo petebat re-
miſsionem ex hac parte; ſed Rota de-
creuit, non eſſe faciẽdam remiſsionem,
eò quia tempore locationis aderat pri-
uilegium prædictum Sixti V. quod con-
ductor ſciebat, vel ſaltem ſcire rationa-
12 biliter poterat ex tempore decurſo, vel
ex alijs locationibus antea factis; igno-
rans autem, quod ſcire poterat, non ex-
cuſatur; *Bald. in l. in teſtamento, num.* 1.
C. ad l. falcid. Alex. conſ. 112. *num.* 4 *lib.* 1
Rol. a Vall. conſ. 52. *num.* 28. *&* 29. *lib.* 2.
qui loquitur in conducente rem ſterilẽ,
cui non eſt danda remiſſio ob ſterilitatẽ,
ſicuti nec datur illi, qui conduxit tem-
pore belli, quia talis conductio, & loca-
tio non poteſt intelligi facta pro alio tẽ-
pore, & ſibi imputet.

Redditur etiam alia ratio *in d. deci.* 60
13 *num.* 4. quia ſcilicet gabellæ ſemper con-
ceduntur cum iiſdem cõditionibus, qui-
bus antea fuerant locatæ; *Bertach. de*
gabell. in 2. *part. quæſt.* 31. *Ruin. conſ.* 74.
num 1. *vol.* 1. *Burſat. conſ.* 190. *num.* 26. *&*
37 *lib.* 2. & ſi locatio, ſeu venditio ga-
bellæ fiat vltra ſolitum, & modum nulla
erit, *Corſet. in ſingul. verb. conſuetudo*,
num. 1. cum autem in præcedentibus lo-
cationibus adeſſent eædem cõditiones,
& tamen remiſſio facta non eſſet, ita nec
in iſta.

Et cum hęc eadem cauſa Romana de-
falchi iterum propoſita eſſet die 21. Iu-
nij 1610. per R. P. D. Coccinum Decanũ,
Domini ſteterunt in deciſis, videlicet,
Populum Romanum non teneri ad ali-
quam remiſſionem; & hic additur tertia
ratio, quia ſcilicet priuilegium prędictũ
cõceſſum hoſpitio quinque lunarum a
Sixto V. fuit reputatum vitium extrin-
ſecum; & hoc fuerat purgatum a Populo
14 Romano per clauſulam appoſitam in
inſtrumento, nempe, *locare omnes, &*
ſingulos gabellę fructus, redditus, &
prouentus, obuentiones, & emolumenta
quæcumque tot, quot, tales, quales, &
talia, qualia erant, &c.

15 Ex qua quidem ratione videtur col-
ligendum argumentum a contrario ſen-
ſu, videlicet, ſi vitium fuiſſet intrinſecũ,
quod ſciri non potuiſſet a conductore,
vtique concedendam eſſe remiſſionem;
quod quidem argumẽtum colligitur ex
alia *deciſ. in Romana appaltus coram Iu-*
ſto 15. *Ianuarij* 1596. *& legitur impreſſa*
poſt tract. Pacif. de ſalui. interd. deciſ. 285.
Sixtus V. num. 2. *& ferè per tot.* in qua
agitur de locatione facta per Cam. Apo-
ſtolicam Bartholomæo Bonamico ga-
16 bellæ, ſeu datij cenciatiorũ ab ipſo Sixto
V. erecti, & ab Innocentio IX. confirma-
ti, ſed a Clemente VIII. ſublati: ex qua
ſublatione non potuit conductor vti re
locata; & ideo Rota cenſuit illi facien-
dam eſſe remiſſionem, & licuiſſe eidem
conductori retinere certam ſummam, in
qua remanſerat debitor pro penſioni-
bus decurſis: imò addit *Rota ſub nu.* 4.
17 non ſolùm dandam eſſe retentionem, &
compenſationem, ſed etiam potuiſſe cõ-
ductorem agere ad intereſſe lucri ceſ-
ſantis, & damni emergentis, quia facto
Cameræ, ſeu Principis non potuit vti re
locata, *l. ſi in lege, § ſi colonus, ff. locati*;
& vitium erat intrinſecum, nec cogita-
bile.

Nec placuit Rotæ attendere caſum
18 hunc potuiſſe dici fortuitum, quia mero
Principis facto contigit; *l. Lucius, ff. de*
euict. Surd. deciſ. 326. *num.* 15. quia caſus
fortuitus nunquam cadit damno cõdu-
19 ctoris, niſi expreſsè ſit dictum; nec ſuffi-
cit, quòd ſit facta mentio de periculo,
vel damno; *Ripa de priuileg contra cauſ.*
peſtis, num. 75. *& alij relati ab eod. Surd.*
d. deciſ. 326. *num.* 51. imò ſuſcipiens in ſe
caſus fortuitos, non tamen tenetur, ſi
20 caſus admodum inſolitus, & rariſſime
contingens ſuperueniat, *l. fiſtulas,* 78. *§.*
frumenta, ff. de contrahen. empt. Bart. in
l ſed & ſi quis, §. quæſitum, in fin. verſ.
vbicumque dixi, ff. ſi quis caution. & ibi
etiam Iaſ. num. 33. qui ait, licèt alij ab eo
relati contrarium ſenſerint, ipſe tamen
ſequitur *Bart. & explicat textum in d. §.*
frumenta, Afflict. deciſ. 150. *nu.* 22. *verſ.*
item dicit, Menoch. verò conſ. 27. *num.* 18.
& ſeq. ampliat, etiamſi adhibitum ſit iu-
21 ramentum, *Neuiz. conſ.* 91. *nu.* 5. *Alciat.*
reſp. 157. *num.* 7. *Burſat. conſ.* 81. *num.* 11.
lib. 1.

Amplia ſecundò, etiamſi appoſita ſint
verba generaliſſima comprehendentia
caſus maiores expreſſis, nõ tamen com-
prehendunt caſum valdè inſolitum, &
incogitatum, *Barbat. conſ.* 21. *col.* 5. *lib.* 2.
Bald. conſ. 247. *ſi propter guerras, in*
fin. lib. 3. addens, etiamſi appoſita ſit
clauſula, *non obſtantibus quibuſcumque*
22 *exceptionibus, occaſionibus, & impedimẽ-*

tis,&c. non tamen cenſeri reiectam ex-
ceptionem caſus inſoliti, & incogitati;
*Fran.Marc.quaſt.62.verſ. licèt talis re-
nunciatio, par.*1. & quàmuis ipſe doceat
cautelam, vt conductores renuncient
cum iuramento ſpecificato caſibus for-
tuitis, enumerando ſpecialitèr aliquos
caſus fortuitos, cum clauſula generali,
iuxta notata *per gloſſ.& Doct.in l.ſed &
ſi quis,§.quaſitum,ff. ſi quis caution.&
l.ſi Titius, ff.de lib.& poſth.& in l.*1. *C.
qui ſe oblig. poſſint*, *Sebaſt. Med. de caſ.
fortu.quaſt.*15.*nu.*11.*&* 18. *par.*1.con-
cludit nihilominus *ipſe Marcus*, huiuſ-
modi renunciationes non comprehen-
dere caſus fortuitos, qui de raro con-
tingunt; ſequitur *Menoch.d.conſ.*27.*n.*21
*& alij multi relati a Surd. conſ.*61. *iuſta
videtur,num.*65.*& in d.deciſ.*326.*nu.*52
*Purpur.conſ.*466.*nu.*4.30. *&* 31. vbi re-
fert, quis ſit, & dicatur caſus inſolitus:
alia multa congerit *Sebaſt.Med.de fort.
caſ.quaſt.*15.*per tot. & alibi lib.*1.

Quod autem dictum eſt ſupra, con-
23 ductorem, qui non potuit vti re locata
culpa locatoris, poſſe non ſolùm petere
remiſſionem mercedis, ſed etiam agere
ad damna, & intereſſe lucri ceſſantis, *l.ex
conducto,in princ.l.ſi fundus,l.& hac di-
ſtinctio,l.ſi in lege, §. colonus, ff. locati*,
*Surd.d.deciſ.*326.*nu.*23.*& deciſ.*94.*n.*8.
Et hæc concluſio

Ampliatur primò, etiamſi contractus
declaretur nullus, quando inter partes
ita conuentum, & ſtipulatum fuit; *Alex.
conſ.*109.*num.*3.*lib.*4.*Surd.conſ.*442.*n.*10.
& ſeq. Rota coram Caualerio deciſ. 618.
*num.*7.*verſ.& licèt.*

Amplia ſecundò, quando fructus rei
24 locatæ ſunt pendentes, licèt ſeparati à
ſolo, ſed conductor non potuit illos cō-
ducere in domum ſuam; *Natta.conſ.*284
*num.*2.*& alibi*; ſecus ſi recollecti eſſent,
*Redoan.de reb.Eccl.non alien.quaſt.*18.*de
remiſſ.merced.num.*13.

Amplia tertiò, etiamſi conductor vi-
dens imminentiam periculi, ac impedi-
menti, non declarauerit velle diſcedere
à locatione, ſed in ipſa conductione per-
ſtiterit; *Boſſ de remiſſ.merced. n.*47. *verſ.
ſed pone quod ſumus*; quē *refert Hodier.
ad Surd.deciſ.*94.*num.*3.*ſed num.*6.

Declarat, ſi conductor proteſtatus
fuerit nolle amplius in locatione con-
tinuare, ac etiam de omnibus damnis, &
intereſſe, licèt poſtea cōtinuauerit, quia
per talem continuationem non cenſe-
tur proteſtationi renunciaſſe, prout la-
tè tuetur poſt multos *Manent. in deciſ.
Mantuan.*38.*num* 28.*& ſeq.quem refert
Hodier.d.nu.*6. adducens exemplum il-
25 lius, qui poſt venditionem rei per metū
factam recepit pretium, quòd non cen-
ſetur ex hoc facta approbatio cōtractus,
& metus purgatus, cum præſumatur
pretium recepiſſe, ne in tanto damno
remaneret venditor, nempe in amiſſio-
ne rei, & pretij; vt *per Doct. in l. ſi per
vim,C.quod metus cauſ.*

Declara ſecundò, ſi conductor ſciebat
26 imminere periculum rei conductæ, *Ay-
mo.conſ.*77.*num.*18. *Rimin. iun. conſ.*49.
*num.*5.*Rolan.conſ.*52.*num.*29 *lib.*2. *Af-
flict.deciſ.*365.*num.*8.*Rota coram Caua-
lerio d.deciſ.*618 *num.*7. reddens ratio-
nem; quia cum ſciente non committitur
dolus, neque fraus, ex quo agi poſsit ad
intereſſe, *l.cum donationis,C.de tranſac.
Surd.conſ.*15.*num.*15.*verſ.verùm ſi emp-
27 tor*; ſicuti etiam caſus contingens nomi-
ni ceſſo non pertinet ad cedentem, quā-
do ceſsionarius ſciebat qualitatem ip-
ſius nominis ceſſi; *Sebaſt. Med. de caſu
fort. par.*1.*quaſt.*16.*num.*11. *Hodier. in
addit.ad Surd. deciſ.*326. *num.*2. *& ſeq.*
vbi quòd venditor nominis debitoris
28 non obligatur. vt ſit ſoluendo, ſed vt ſit
debitor; quemadmodum in datione in
ſolutum, quàmuis fuiſſet promiſſa eui-
ctio generalis, ac legitima defenſio in
ampla forma, non tamen cenſetur pro
miſſum, vt creditum ſit exigibile, ſed tā-
tùm realitas ipſius crediti; *Theſaur.iun.
in lib.*3.*quaſt.foren.quaſt.*73.

29 Quid verò dicendum, ſi conductor nō
ab ipſo locatore, ſed ab extraneo ſit im-
peditus vti re locata, ita ut ipſe condu-
ctor reſiſtere non poſsit? & faciendam
eſſe remiſsionem dixerunt *Alex.in l.cū
mulier.num.*3.*ff.ſolut.matrim. Natta
conſ.*610.*num.*8.*& conſ.*284 *num.*10.vbi
ampliat, etiamſi nulla interueniat culpa
locatoris, qui non erit audiendus, ſi di-
cat, per me non ſtetit; *Surd.d. deciſ.*326.
*num.*57.*& ſeq.Hodier.in addit.ad eund.
Surd.deciſ.*94.*num* 1.*& alibi*: qui etiam
ampliat, quàmuis omnes caſus fortuitos
etiam incognitos in ſe ſuſceperit; *& n.*4.
extendit, locatorem teneri ad omnia
damna, & intereſſe, quādo impedimen-
tum eſſet iniuſtum, licèt non proueniens
facto locatoris; in quo etiam habetur
ratio lucri, ſi tale impedimentum loca-
tor remouere poterat; & ait ita conſu-
luiſſe *D.Camill.de Medic. in ſuo conſ* 23.
*& alios caſus refert Redoan.de reb. Eccl.
non alien. quaſt.*18. *de remiſſ.merced. §.
multi autem, num.*1. videlicet tempe-
ſtas,

ſtas, caſus graculorum, ſturnorum, incurſus hoſtium, peſtis, glacies, niues immoderatæ, locuſtæ edaces, ventus vrens, terræmotus, incendium, denique omnis vis, cui reſiſti non poteſt. Quæ omnia licèt ab extraneo, ſine culpa locatoris eueniant, caſum remiſsionis petendæ, & faciendæ pariunt, vt ibi per eum: ſi autem plura cupis, *Aegid. Boſſ. conſule in ſuis tract. de remiſſ. merced. conduct. & publican.* qui magiſtralitèr procedendo per concluſiones, ampliationes, limitationes, & fallentias ſatis clarè, & luculentèr hanc materiam pertractat; vide etiam, ſi placet *Io. Bapt. Hodier. in addit. ad Surd. deciſ. 326.* qui alios adducit de
30 hac re tractantes, & *num. 1.* docet remiſſionem mercedis faciendam non eſſe conductori ex cauſa fortuiti caſus, niſi læſio ſit vltra dimidium conſuetæ mercedis, confuſis omnium annorum fructibus, & penſionibus, ſi in plures annos locatio ſit facta. Et quibus caſibus deneganda ſit remiſsio colonis partiarijs, certaque mercede, & pecunia conductis, vide *Redoan. loco cit. §. ſed multi ſunt caſus, per tot.*

At ſi Communitas locauit molendinum, quod aquarum vi, vel alia cauſa
31 deuaſtatum ſit, vtrum conductor poſsit petere remiſsionem pro eo tempore, quo vti non potuit re locata? hanc quæſtionem poſt *Iaſ. & alios ab eo relatos excitauit Boer. quæſt. 213. num. 16.* dicens, aliud ſtatuendum eſſe in conductore ſimplici, ſeu ad tempus, & aliud in emphyteuta, ſi enim loquimur in conductore, & molendinum egeat magna impenſa in ipſa reparatione, tunc facienda eſt remiſsio, itaut ipſe conductor non teneatur ad penſiones, nec ad impenſas, quas ſi faciat, illas a locatore repetet, *l. colonus, in princ. & ibi gloſſ. & Bart. ff. locat.* & ita pluriès deciſum vidi a Sacra Cōgregatione Boni Regiminis concedendo licentiam Vniuerſitatibus impēdendi, quod a peritis iudicabitur neceſſarium pro reparatione; vide *Natt. conſ. 256. in facto, per tot. & facit Rota in Anagnina molendini, coram Penia 18. Iunij 1599. impreſſa inter nouiſſim. diuerſorum deciſ. 829. & 830. par. 4.* Si verò
32 loquamur in emphyteuta, qui habeat molendinum in emphyteuſim: quia habet vtile dominium, vtique tenetur ad reparationem, & ad impenſam, licet magnam, nec debet habere remiſsionem, dummodo molendinum non ſit penitus deſtructum; nam hoc caſu res haberet difficultatem, an teneatur emphyteuta, aut dominus directus; vt ipſe *Boer. notat d. deciſ. 213. num. 16. verſ. aut loquimur in emphyteuta:* Sed hanc difficultatem reijcit, & tollit *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 24. num. 15. verſ. ſed pro contraria*, dicens; ſi molendinum emphyteuticum ſit totalitèr deſtructum, & ſublatū, & nihil de area remaneat, quod emphyteuta non ſit liberatus, ſed teneatur ad ſolutionem, & ad refectionē, ex eo quia adhuc ſupereſt ius fluminis, in quo nouum conſtrui poſsit; refert, & ſequitur *Io. Bapt. Hodier. ad Surd. deciſ. 198. num. 10. & ſeqq.* vbi alios adducit, ex quibus nonnullas refert limitationes & declarationes; attamen *num. 12.* ait opinionem Manticæ eſſe veriorem, & communiorem, ſed *in num. ſeq.* alia quędam refert apud ipſum videnda; *Roman. tamen in conſ. 417. ferè per tot.* videtur
33 contrarium ſentire, dum ait, quòd diruto Caſtro non debetur amplius cenſus, ſeu feudum, licèt remaneat territorium dicti Caſtri, *vt ibi num 6. verſ. quoniam reſpondeo*; conferunt, quæ dicentur infra de cenſibus, vbi dirutus ſit, vel perierit, ſeu immuratus ſit fundus, & vide *Hipp. Rimin. conſil. 40. annui, per tot. lib. 1.*

34 Si verò quis conducat molendinum, in quo ſint quatuor rotæ, & promittat certam penſionem pro qualibet rota, ipſe verò conductor augeat quintam rotam, quæritur, vtrum teneatur augere penſionem? & *Alberic. in l. Rutilia Polla, ff. de contrahen. empt.* negatiuè reſpōdet, *Iaſ. verò in l. quominus, quæſt. 23. ff. de flumin.* affirmatiuam tuetur: quapropter *Boer. d. quæſt. 213. num. 10.* nititur conciliare has inter ſe diſcrepantes ſententias, & ait, opinionem Alberici procedere in conductore perpetuo, vt eſt emphyteuta, qui dicitur dominus vtilis; Iaſonis verò in conductore ad tempus, qui ſi cogatur ad augumenta penſionis, poterit repetere impēſas factas in quinta rota; ita *Boer. loco cit.*

Conqueruntur aliquando publicani,
35 quia pauci tranſeunt viatores, & mercatores, quęritur, an ex hoc capite danda ſit remiſsio? & *Iul. Ferrett.* ſuper hoc conſultus, negatiuè reſpondet *in ſuo tract. de gabell. num. 298. ſequutus Bald. in l. ſi ea, num. 5. C. de vſur.* reddens rationem, quia præcogitare debuerunt publicani, paucos potuiſſe tranſire viatores, & mercatores, & ſi plures ſolito tranſiuiſſent, non tamen fiſco, vel Vni-

uerſitati reſponſionem augere voluiſſent;& hanc opinionem ſequitur *Caroc. de locat.tit.de remiſſ.merced.quæſt.*8.*n.*79 *concl.*18. *par.*4.Verùm ſi damnum ſit notabile, inſolitum, & quod regulariter præuideri non potuit, & læſio ſit enormis vltra dimidiam,itaut cõductor tale damnum excogitare non potuerit, faciendam eſſe remiſſionem, ſcribit *Burſatt. conſ.*81. *num.*16 *&* 17.*lib.*1.& loquitur in caſu belli, ſubdens, hoc conueniens cenſeri, cum homines propter bellum, ex cauſa legitima, non ſunt tuti ad iter agendum, & negociandum; verùm ſi tempore conductionis gabellæ aderat rumor, vel ſuſpectus futuri belli, vel peſtis,quia in locis vicinis graſſabantur, & ita præuideri potuit, vt ignis accenſus in domo vicini, extenderet etiã flammas ad comburendum domum ſuã; tunc faciendam non eſſe remiſſionem putatem: ſicuti dicimus de illo,qui mutuat equum militi eunti ad bellum,ſi ibi moriatur,miles non tenetur ad pretium, quia mutuans potuit præuidere, quòd equus ibi moreretur, & occiſus fuiſſet; prout docet *Bonacoſſ. in tract.de equo.*

An autem facienda ſit remiſſio ven-
36 ditori cenſus, ſi fundus, ſuper quo impoſitus eſt, pereat in totum, vel in parte? affirmatiuè, & latè reſpondit *Cenc. de cenſib. part.*3.*cap.*1.*quæſt.*1.*art.*1.*&* 2 & tollitur omnino difficultas, ſi totus fundus cenſuatus pereat, quia periculũ, & damnum in re empta contingens ſpe-
37 ctat ad emptorem; *l.*1.*C. de peric.& cõmod.rei vend. Redoan.de reb. Eccleſ. non alien.quæſt.*18.*§.dicta verò,num.*7.

Neque ſuffragatur ſtylus notariorum, qui in inſtrumentis obligant, & hypote-
38 cant, nedum fructus illius rei, ſuper qua imponitur cenſus, ſed etieam omnium aliorum bonorum mobilium, & immobilium, præſentium, & futurorum ipſius venditoris, addentes etiam obligationem perſonalem;itaut ſi remaneant alia bona, debeatur cenſus; nam ſi pereant omnia bona, remanet ſaltem obligatio perſonalis,propter quam venditor conueniri poſsit, vt voluit *Couar.var.reſol. lib.*3.*ca.*7 *num.*3.*verſ.quod item dicimus, quem ſequitur Felic.a Sole in ſuis comm. de cenſib.tom.*1.*lib.* 1.*cap.*8.*nu.*19.*& tom.* 2.*eodem lib.cap.*8.*num.*17. quia reſpõdet *Cenc.loco cit. art.*1. *num.*2 cenſus non
39 poteſt conſtitui, nec licitè creari ſuper vniuerſitate bonorum ſimpliciter, & indiffinitè, nec ſuper perſona conſtituentis, ſed debet eſſe ſuper re certa, determinata, certis finibus deſignata, & frugifera, iuxta formam præſcriptam *in Bulla fel. rec. Pij V. ſuper forma creandi cenſus*, & ideo ſi pereat res ita deſignata, perire etiam debet quæcumque obligatio ſoluendi cenſus, quæ eſt realis; aliàs eſſet obligatio perſonalis, quæ expreſsè prohibetur in d.Bulla; *Rota apud Seraph.deciſ.*1418.*in inſtrum nto, nu* 3. *& deciſ.*757.*quamuis verba,nu m.*1. *&* 2 *par. prima diuerſ.* vbi ampliat, etiamſi
40 fuiſſet appoſitum pactum de nõ petendo reductionem,ſeu defalcationem pro quouis caſu etiam inexcogitato;quia tale pactum intelligendum eſt ſuper fructibus,non autem ſuper re cenſuali,aliàs eſſet illicitum, & iniquum, *vt ibi num.*3 *&* 5 *& coram Manzanedo poſt d.tract.de cenſib.deciſ.*88. *Domini dixerunt, num.*3 *&* 4.

Et hec concluſio adeo vera eſt, vt ſi
41 fundus, ſuper quo eſt imp[illegible]tus cenſus, reddatur inutilis, & infrugi[illegible]rus, & poſt aliquod temporis ſpatium red[illegible]ur frugiferus, & vtilis, nihilominus ſi cenſus erat iam extinctus, amplius non reuiuiſcit; ita dixit *Rota coram Manzanedo in Rauennaten.cenſuũ,*24.*Maij* 1621. cuius caſus eſt in fundo reddito infructifero propter inundationem aquarum, qui fundus licèt poſtea, remotis aquis, efficiatur frugiferus, non tamen cen[illegible]s reuiuiſcit; & in molendino penit[illegible]
42 ſtructo, ſi poſtea reædificetur, no[illegible]men reuiuiſcere cenſum antea im[illegible] *eadem Rota coram Seraph. d. de*[illegible] *num.*4. quia eſt aliud, & diu[illegible] priore, & fundus antiquus perij[illegible] & nouus creatur, *l repeti,ibi, rei mut*[illegible] *interire vſumfructum placet*, *l. q*[illegible]*men,verſ.agri, vel loci, l. ſi ager, ff.* [illegible] *mod.vſufr.amit.* & alia multa ad[illegible] *in d.deciſ.Rauennaten.cenſuum co*[illegible] *Manzanedo*. Ex quibus ſatis conſtat, ex peremptione fundi cenſuati perire etiã cenſum, & faciendam eſſe remiſſionem;

Si verò non totus fundus, ſed pars
43 tantùm illius pereat,vtrum ſit etiam pro parte facienda remiſsio? & affirmatiuè reſpondeas, quia eadem eſt proportio de toto quoad totum, quæ eſt de parte quoad partem, *l.quæ de tota,& ibi notãt Scribentes; ff.de rei vendicat* Hęc tamen concluſio procedit, niſi pars fundi ſuppoſiti, quæ remanet, tot ferat fructus,& redditus, qui ſufficiant ad integram ſo-
44 lutionem cenſus; eo enim caſu debitor illius, nedum vigore d.Bullæ Pij V. ſed

etiã

etiam iuris communis, nullam conſequi
debet remiſſionem; *Rota in Romana*
cenſus coram Mellino, quæ legitur im-
preſſa poſt tract. Statil. Pacif. de ſalu. in-
terd. deciſ. 187. fuit impoſitus, num. 9. &
poſt tract. Cenc. de cenſib. deciſ. 1.

45 Imò ſi cenſus fuit impoſitus ſuper
duobus fundis, quorum vnus omnino
pereat, ſed alter remanet capax totius
cenſus, nō datur remiſsio; quemadmo-
dum ſocietas cōtracta ſuper duobus of-
46 ficijs, non extinguitur per venditionem
vnius officij, ſi alter ſit capax totius ſū-
mæ; *Rota coram Sacrato deciſ. 90. num. 8*
& 9. & corā Mellin. dec. 91. impreſſa poſt
trac. Cenc. de cenſib. & videatur etiā ipſe
Cenc. d. tract. par. 2. ca. 1. quæſt. 1. art. 2. per
tot. & ad rem facit, ſi conductor agrorū,
47 & vinearum nihil frumenti, ſed tantum
vuæ, & vini colligat, quod ſufficiat pro
medietate penſionis, nō habet remiſſio-
nem; *Surd deciſ. 155. num. 5. & 11.*

Denique licèt multæ ſint Doctorum
opiniones ſuper remiſsione facienda,
velne, tres tamen communitèr appro-
bari dicit *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien.*
quæſt. 18. in princ. & num. 1. & ſeq.

48 Prima eſt, tunc faciendam eſſe remiſ-
ſionem conductori, quando eſt in illo
anno ſterilitas iuxta vulgi opinionem,
cui ſtandum eſt; *gloſſ. in l. ſi vno, in verb.*
etiam eius, ff. locat. Alex. conſ. 107. nu. 18
verſ. item in alio caſu, lib. 3. vbi conſultus
pro conductore Portorij, qui contraxe-
rat ſuper redditibus Ciuitatis Parmæ,
non ſub forma locationis, ſed emptio-
nis, & cum renunciatione caſibus for-
tuitis in genere, reſpondit *Alex.* nihilo-
minus faciendam eſſe remiſsionem, ra-
tionibus, & iuribus per eum adductis.

Secundo loco facienda eſt remiſsio,
quando deductis impenſis, quod fuit
collectum, non aſcendit ad dimidium
penſionis, nec ad dimidium pretij pro-
miſsi pro vnaquaque locatione; *Alex.*
conſ. 3. viſo inſtrumento, nu. 6. vol. 1. Cyn.
in l. licet, circa fin. verſ. dicunt quidam,
C. locati, Surd. deciſ. 155. nu 5. Corn. conſ.
228. videtur primo aſpectu, num. 26. verſ.
tertia eſt opinio, vol 2. viden. nam ibi ma-
giſtralitèr docet, varias Doctorum opi-
niones referendo, qualitèr, & quando
probetur ſterilitas, ad hoc, vt facienda
ſit remiſsio; quem refert, & ſequitur e-
tiam *Redoan. loco cit. num. 8. Purpur.*
conſ. 273. num. 7.

Tertio loco facienda eſt remiſsio, quā-
do damnum eſt adeo magnum, vt con-
ductor non percipiat dimidium illius,
quod erat ſolitum percipi, quia tunc il-
la læſio eſt talis, quę ſufficit ad inducen-
dam remiſsionem; *Corn. loco cit. verſ. &*
propterea aliàs conſulendo. Abb. in c. pro-
pter, num. 12. verſ. tertia opinio, de locat.
& cond. Alex. d. conſ. 3. nu. 6. lib. 1. & conſ.
112. videtur, num. 2. & 3. eodem lib. 1. vbi
loquitur de cōductore ad longum tem-
pus obligato ſingulis annis ad penſionē
ſoluendam, qui dicitur eſſe emphyteu-
ta, ſeu ad inſtar eius, *§. adeo, Inſt. locat. l.*
prædia, & ibi gloſſ. 1. C. de locat. præd. Ci-
uit. lib. 11. & conſuluit *Alex.* dandam eſ-
ſe remiſsionem tali conductori ad lon-
gum tempus, quàmuis emphyteutæ nō
detur, *§. quia verò leonis, il primo, & ibi*
gloſſ in verb. accipiat, Auth. de non alien.
reb. Eccleſ. & reddit ibi rationem diuer-
49 ſitatis *Angelus*, quare emphyteutæ non
fiat remiſsio, ſicut facienda eſt colono
ad longum tempus; quia emphyteuta
præſtat penſionem in recognitionem
dominij, & ideo cum dominium, vel ip-
ſius rei ſubſtantia duret, durare etiam
debet penſio; conductor verò, ſiue co-
lonus ſoluit penſionem pro vſu rei, *l. in*
lege, §. colonus, ff. locati, ideo fit ei remiſ-
ſio propter ſterilitatem; & hanc diſtin-
ctionem ſequutus eſt *Alex. d. conſ. 112.*
num. 3. verſ. nam dicit; & quocumque
caſu ſequatur ſterilitas, dummodo ve-
50 niat per vim, cui reſiſti non poſsit, ſiue
potētia Diuina, ſiue humana proueniat,
dandam eſſe remiſsionem concludit
Redoan. d. quæſt 18 in princ. nu. 12. ſer-
uatis tamen conditionibus, & requiſitis
a Doctoribus aſsignatis in tribus caſibus
proximè relatis: & vide *Iacob. Gall. conſ.*
26. qui conſuluit in cauſa affictus, ſeu lo-
cationis factæ a D. Marchione Bonello
Dominis de Sacchettis Caſtri Salicis
Comitatus Vrbis veteris, & Diœceſis
Ciuitatis Plebis: & *nu. 4.* dicit, remiſsio-
nem mercedis faciendam eſſe, quando
damnum emergens fuiſſet intollerabile,
vt vix dimidium ſoliti ſit receptum; &
51 ſi inter conductores in cōtractu fuerint
ſpecificati particulares caſus, in quibus
ſit facienda remiſsio, cæteris renunciaſ-
ſe videntur, *vt ibi num. 11.* & ratio eſt,
quia limitatus conſenſus alios caſus non
recipit, & limitatū parit effectum, præ-
ſertim ſi generalis clauſula ſpecialem nō
52 ſequatur, *num. 13.* & ſi inter locatorem,
& conductorem conueniatur, vt damnū
denuncietur, & a die denunciationis
debeatur remiſsio, ſi non fiat denuncia-
tio, ad illam locator non tenetur, etiāſi
aliunde ſciat, *vt in d. conſ. 26. num. 14. &*
16. &

16.*& idem Gall.in conſ.*74. *inter cæteras*, multa ad rem congerit, quãtum debeat eſſe damnum locatoris, & conductoris, vt propter ſterilitatem facienda ſit mer-
53 cedis remiſsio; & duas affert opiniones; & prima eſt, tunc eſſe faciendam remiſſionem, cum tertia pars fructuum deperdita eſt, iuxta opinionem *Abbatis in c. propter ſterilitatem, num.*23. *de locat. poſt Io.And.& Hoſt.*quos refert:ſecunda verò opinio, tunc locum eſſe remiſſioni, quando damnum patitur conductor vltra dimidiam fructuum,qui communitèr percipi conſueuerunt; & hanc veriorem eſſe opinionem,& communitèr receptam; *vt ibi per eum nu.*2. *Menoch.verò de arbitr.iud.lib.*2.*cent.*1.*caſu* 76. *prædiorum conductores*, ſex affert opiniones circa ſterilitatem,quę grauis, & digna remiſsione penſionis ſit;*& n.*3. ait, iudicis arbitrio relinquendum; qui quidem iudex animaduertere debet, an fundus eo anno rectè cultus fuerit, & ea acta fuerint, quæ neceſſaria ſunt. *Salyc. in l.ſi vno*, *num.*1. *verſ. & multa habet conſiderare iudex,ff.locati,Menoch.dicto caſu* 76.*n.*6. *& ideo Gallus d.conſ.*74.*n.*7 dicit, non eſſe ſecundùm vulgi opinionem (vt plerique voluerunt) iudicandum, vtrum damnum vltra dimidiam fructuum paſſus ſit conductor, ſed ex fide teſtium, & alijs probationibus, & coniecturis hoc legitimè arbitrabitur; nec ſolù vulgi inhærebit aſſertioni, præſertim in fauorem Eccleſiæ,vt ibi per eũ: & vide etiam *Menoch. loco cit. & in caſ. ſeqq.*76.*&* 77.

An autem facienda ſit remiſsio con-
54 ductori vectigalis, vel alterius rei, cui deputandus ſit aſsiſtens,vel œconomus, ex eo quia vergat ad inopiam,& ſit morosus in ſoluendis penſionibus, itaut ſtante dicto œconomo ipſe conductor non poſsit vti re locata? & negatiuè deciſum fuiſſe dicit *Surd.deciſ.*94.*maxima contentione,per tot.& ſignantèr num.*5. vbi reddit rationem, quia hoc impedimentum eſt cauſatum ab ipſo cõductore moroſo in ſoluendo, ideo ſibi imputare debet damnum, *c. damnum, de reg. iur.in* 6. ſicut qui promiſit indemnitatẽ ab omni lite non obligatur pro ea, quæ
55 prouenit culpa ſtipulatoris, *Socin. conſ.* 70.*vol.*3.*Bald.Anchar.Rom.Alex.Areti. & alij adducti ab ipſo Surd.d.deciſ.nu.*7. *&* 8.

Imò ſi conductor vectigalis non ſol-
56 uat penſiones debitis temporibus, & in terminis conuentis, quòd poſsit expelli, & reuocari locatio ſibi facta, ſcribit *Redoan.de reb.Eccl.non alien.quæſt.*24.*de caducitate,§.ſed colonus.num.*17.

At ſi publicano auferatur gabella ex
57 cauſa proximè dicta, vel alia, & vltra penſionem promiſſam promiſerit etiam ſoluere aliquid vltra pro regali, puta craterem argenteum, vt multis in Ciuitatibus fieri ſolet, numquid poſt ablatam gabellã teneatur nihilominus præſtare craterem, vel quid ſimile? & *Caſtren.in l.cum mulier,num.*3.*&* 4.*ff.ſol. matrim.* affirmatiuè reſpondet contra *Guliel. de Cuneo*, qui vult, huiuſmodi publicanum conueniendum eſſe, in quantum habuit de emolumento gabellæ: videndi ſunt *Addentes ad ipſum Caſtr.ibi in lit.a.*

Si verò ſuper vectigali iam impoſito,
58 & locato,ſeu vendito fiat augumentum, puta Titius conduxit gabellam carnis, vel ſalis,ſuper qua additur quadrans pro qualibet libra, ex quo quidem augumẽto minor quantitas ſalis,vel carnis venditur, numquid facienda ſit conductori remiſsio? & affirmatiuè reſpondit *Eugen.in cõſ.*50.*n* 6.*& per tot.lib.*1 quẽ refert,& ſequitur *Caro.de loca.tit.de remiſ. merced.q.*8. *n.*83. *concl.*21.Et amplia hoc
59 verum, etiamſi tale augumentum fieret de licentia Principis,vt in ſimili conſuluit *Eugen.in d.conſ.* 50. contra Ciuitatem Spoleti, quæ locauerat venditionem carnis minutatim faciendam per [illegible] nium, & intra hoc tempus ex [illegible] ſione Papæ volebat augere qu[illegible] ſuper vnaquaque libra, quod fi[illegible] poſſe dicit Eugenius in pr[illegible] conductorum; & ſi fieret, dan[illegible] eſſe remiſsionem, rationibus per e[illegible] ibi adductis.

Si verò tale augumentum fiat ab ipſo
60 Principe ob publicam totius ſui Status neceſsitatem, prout factum fuiſſe a ſel. rec. Vrbano VIII. ſuper gabella carnis conſtat ex eius Chirographo die 16 Iulij 1642. vtrum facienda ſit remiſsio? & nullam faciendam eſſe cenſuit Camera Apoſtolica;fortaſſe quia factum Principis inter caſus fortuitos numeratur, vel etiam quia hoc actum eſt per viam legis generalis ad totum Statum Eccleſiaſticum, quo caſu nulla fit remiſsio, vt diximus alias: & cum hoc augumentũ fuiſset etiã factum ſuper tale anno 1643 nulla etiam fuit facta remiſsio conductoribus huius gabellæ,*vt infra latius in caſu ſeq.* in quo Camera Apoſtolica locauit Theſaurariam Prouinciæ Vmbriæ, & Mar-

61 & Marchiæ, & inter alios redditus dictæ Theſaurariæ adeſt vnitum vectigal quatreni carnis, quod vectigal Summus Pötifex ſeparauit, & diſiunxit ab ipſa Theſauraria, & Communitatibus Status Eccleſiaſtici conceſſit, vt in eius Pontificis Motu proprio die prima Iunij 1641. ſignato apparet, & in actis Rufini Plebani eiuſdem Cameræ Apoſtolicę notarij exhibito: Ex qua ſeparatione conductores d. Theſaurariæ reclamarunt, & remiſſionem mercedis poſtularunt; & ideo quæſitum eſt, an ſit facienda dicta remiſſio?

62 Et pro affirmatiua ad fauorem Theſaurariorum dicebatur primò, quòd etiā Princeps tenetur ad obſeruantiam contractus, itaut nec etiam de plenitudine poteſtatis poſsit illos reſcindere; *Lud. Rodolph. de ſuprema, & abſol. Princip. poteſt. cap. 6. num. 170. & ſeq. vbi alios multos adducit: Menoch. conſ. 27. num. 25. & 26.* Sed ſi concedatur Communitatibus exactio ſubſidij quatreni carnis, cum hęc ſit vnita, vt diximus, cum alijs redditibus Theſaurariæ, neceſſariò erit reſcindendus contractus, quia cum ſit indiuiduus, non poteſt pro vna parte ſuſtineri, pro alia non, ſed vno ſublato, alter extinguitur; *l. cum emptor, ff. de reſcin. vendit. l. vlt. ff. de acceptil. Menoch. & alij ab eo relati conſ. 92. num. 41. & 42. lib. 1.* & hæc fortius procedunt, quia cum hic prouentus quatreni carnis ſit lucroſus, alij verò damnoſi, ceſſaret æqualitas cōtractus, quod eſſe non debet; *l. Iulianus. §. ſi a pupillo, ff. de action. Anchar. conſ. 120. Crauett. conſ. 239. num. 6.* & ſine iſto prouentu DD. Theſaurarij non contraxiſſent.

63 Secundò, quia contractus licèt ab initio ſint voluntatis, ex poſt facto tamen ſunt neceſsitatis, *l. ſicut, C. de action. & oblig.* & quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet, *c. quod ſemel, de reg. iur. in 6.* Eoque magis in caſu noſtro, in quo contractus eſt iam perfectus, & DD. Theſaurarij ſunt in poſſeſſione, vel quaſi exercendi contenta in inſtrumento, & ſoluerunt, & ſoluunt penſionem conuentam, & ſic dicitur ius illę quæſitum; quod quidem ius quæſitum cum proueniat ex contractu celebrato cum Principe, & in vim Chirographi ſpecialis Papæ, tolli non poteſt; quia hoc eſſet venire contra factum proprium; *Cagnol. in proœm. digeſtorum ſub num. 45.* vbi quòd Princeps non poteſt tollere ius quæſitum ex contractu, etiam cū clauſula, *de plenitudine poteſtatis*; & ſecundū veriorem opinionem non poteſt reuocare contractum per eum factum, ſeu tollere ius ex ſuo contractu quæſitum, etiam ſubdito, cum quibuſcumque clauſulis, etiam ex cauſa neceſsitatis; *Borgn. deciſ. 41. alias 12. de contract. part. 1. ſub num. 53. & deciſ. 14. alias 4. de iud. nu. 9. & alij relati a Rodolph. de poteſt. Princ. abſol. num. 171. & 172.*

Pro validitate verò dictę ſeparationis ad fauorem Vniuerſitatum Status Eccleſiaſtici dicebatur.

Primò, quia in conceſsionibus, & gratijs a Principe factis inſpicienda eſt intētio, & ratio, quibus ipſe Princeps mouetur, & cum in caſu noſtro, mens, & ratio Papæ fuerit occurrere fraudibus, cōſulere ſubditorum indemnitatibus, &

64 tollere grauamina, quarum curam magis habere debet Princeps, quàm Fiſci, & Cameræ, *l. 1 C. de ſecund. nupt. Boniſ. Vital. in quæſt. proœm. Clemen. num. 18. & 19.* quia theſaurus Principis non eſt Fiſcus, ſed ſubditi benè ſe habentes; *Maſtrill. de magiſtr. lib. 3. cap. 1. num. 66.* & hanc fuiſſe intentionem, mentem, & rationem, quibus Papa motus fuit ad hanc ſeparationem faciendam; ex proœmio Motus proprij colligitur; ſiquidem proœmium cauſam finalem, & intentio-

65 nem agentis oſtendit; *Auth. de conſang. & fratr. vter. in princip. Abb. in c. aduerſus, ſub num. 11. verſ. tum quia, de immu. Eccleſ. & alij relati a Caballin. in proœm. Conſt. Aegidian. lib. 1. gloſſ. 1.* & legitur *expreſſis verbis in ipſo Motu proprio, ibi, Nos qui ab ipſius Pontificatus noſtri initio in id præcipuè aciem noſtræ conſiderationis direximus, vt ſubditos noſtros ab indebitis oppreſſionibus liberos redderemus, &c.*

66 Secundò dicebatur, quòd vtilitas publica præfertur priuatæ, & Princeps pro bono publico poteſt auferre dominium rerum priuatarum; *l. Lucius, ff. de euict. Affl. & alij per eum adducti deciſ. 361 nu. 4.* Et ſi Princeps hoc faciat per viam legis generalis, non tenetur ad refectionem damni, ſeu pretij; *Boſſ. tractat. de Principe, num. 201. Alex. conſ. 190. nu. 16 verſ. ad tertium argumentum, lib. 2. Rola. conſ. 69. num. 44. lib. 2. Peregr. de iur. fiſci, lib. 5. tit. 2. num. 52.* quem refert, & ſequitur *Mangil. de euict. quæſt. 167. bannitus num. 16. Surd. conſ. 313. num. 99. & 100.*

67 Tertiò fuit dictum, ſubrogationem Cōmunitatum in exactione huius ſubſidij eſſe factam Motu proprio, ex certa ſcien-

ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, quæ clauſulæ tollunt ſubreptionem, *Gabr.concluſ.2.de clauſ.* & Motum proprium confirmare actum nullum, etiam in præiudicium tertij, *Alex.conſ.1.n.35. & 37.lib.5.latè Gabr. de clauſul. concl.1. ex certa ſcientia, Lud.Rodolfin.tract. de ſuprema Principis poteſt cap.5.num.1. & per tot.* vbi quòd clauſula, *de plenitudine poteſtatis* operatur, vt nihil opponi poſſit, quod annullet gratiam, ſeu conceſſionem Principis: & quòd hæc clauſula ſi iuncta ſit cum alijs, *ex certa ſcientia; & Motu proprio*, vt eſt in caſu noſtrò, ſupplet omnes ſolemnitates iuris poſitiui; *Curt.ſen.conſ.48.num.26. Anchar. Regien. quæſt 57.num.4. & 5.* vbi quòd gratia, ſeu conceſſio Principis per iſtas clauſulas latè ſit interpretanda, & ſimul iunctę plus operantur, & maiorem producunt effectum; *Iacob.Gall.conſ.89 num.12.Pariſ.conſ.46.nu.43. & ſeq.lib.3* vbi quòd habeat etiam vim clauſulæ derogatoriæ ad omnem legem contrariā, etiam habentem clauſulam derogatoriam.

Quod fortius procedit in caſu noſtro, vbi præter vim virtualem, & tacitam inſitam in dictis clauſulis, habemus etiam expreſſas clauſulas derogatorias derogatoriarum, & iuris alteri quæſiti; *Abb. in c.1.num.7. de confirm. vtil. vel inutil. Fed.de Sen.conſ.47.num.2.circa fin.* dum ait, cōmunitèr teneri, quòd literæ conceſſæ Legatis de latere, ſuper exigendis, & leuandis procurationibus ſuis habentes ſufficientia derogatoriā derogāt omnibus priuilegijs Religionum, quantumcumque ſpeciales clauſulas derogatorias habentibus, aliàs oporteret Papā infinitorum priuilegiorum per Orbem conceſſorum, per ſe, & ſuos prædeceſſores tenores inſerere, quod eſt abſurdum dicere: *hæc Federicus*, cuius verba magis conferunt caſui noſtro, in quo Summus Pontifex ſpecificè derogauit, & annullauit inſtrumenta celebrata cum ſubappaltatoribus, propter bonum publicum, & per modum legis generalis, vt diximus.

Quartò additur, quòd Summus Pontifex non annullat, nec tollit vires contractibus initis cum Camera, imò illos cōfirmat, & vim maiorem illis attribuit, *vt in §.4. ibi, firmis, & in ſuo robore permanentibus, &c.* ergo fruſtra conqueruntur Theſaurarij.

Sed tota difficultas conſiſtit circa modum ſubrogandi Communitates in locū ſubappaltatorum, *vt in §.6. & 7.* & præcipuè quoad illa verba. [*Itaut* vnaquæque ex dictis Ciuitatibus, Oppidis, Caſtris, Villis, & locis in toto Eccleſiaſtico Statu ſitis, & comprehenſis illammet annuam reſponſionem, modis, formis, temporibus, pactis, capitulis, & conuentionibus, inter conductores, & appaltatores generales, & eorum ſubappaltatores conuentis, & ſtipulatis, eiſdem conductoribus, & appaltatoribus generalibus, nunc, & quouſque durauerint locationes, & conductiones reſpectiuè, inter Cameram, & principales, ſeu generales appaltatores, & conductores initæ, & celebratæ perſoluant, *&c.*] Cum autem DD.Io.Baptiſta, & Alexander de Siris principales conductores, & appaltatores ſublocauerint hoc ſubſidium quatreni carnis, vnà cum alijs membris, & exactionibus contentis in toto negocio Theſaurariæ Prouincię Vmbriæ, DD. Ciccis, & Ondedeis; ſequitur, quòd Cōmunitates aut ſubintrare debent in toto dicto negocio Theſaurariæ in locum ipſorū de Ciccis, & Ondedeis, aut ſubintrare in locum illorum, qui tertio conduxerunt, & quibus ipſi Cicci, & Ondedei ſublocarunt tantùm exactionē huius ſubſidij quatreni carnis, quod non legitur diſpoſitum in Motu proprio, & Cōmunitatibus non expedit.

Sed hæc quoque difficultas tollitur, quia hoc ſubſidium quatreni carnis non eſt adeò vnitum, & incorporatum cum alijs redditibus, & exactionibus Theſaurariæ, quin poſſit commodè diuidi, & ſeparari ab alijs.

68 Primò, quia ad probandam diuiſionem, & ſeparationem rei, ſeu corporum, admittuntur præſumptiones, & coniecturæ; *gloſſ.in l.penult.C.comm.de legat. Menoch. de præſumpt.60.nu.2.& 5.lib.3 Rota coram Caualer. deciſ.651.num.2.& deciſ.127.num.17.& ſeq.tom.7.recent.* vbi dicitur, notulas ſimplices partium, iunctis adminiculis, ſatis probare diuiſionem; in caſu autem noſtro adſunt huiuſmodi notulæ nedum ſimplices, ſed etiā publicæ *in inſtrumento inter Cameram, & Dominos de Siris celebrato, vt in cap. 25.& 26.* in quibus particularitèr, & ſpecificè agitur de prouentu quatreni carnis tanquam de membro ab alijs diſtincto, & ſeparato; aſſignandò certum modum procedendi in exactione, & ſolutione illius, *vt in ſumm.num.1.*

Secundò colligi etiam poteſt diuiſio, & ſeparatio huius ſubſidij ex libris antecesso-

ceſſorum, videlicet Dominorum Lancę, & ſociorum, qui hanc Theſaurariam Prouinciæ Vmbriæ pariter vnitam conduxerunt a R. Camera; eum autem hæc deſumatur ex libris mercatorum, & Theſaurarij publici plenè probat; *Maſcard. de prob. concl. 976. nu. 41. quem ſequitur Nicol. Genua de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de libris ration. gabell. num. 16.*

Tertiò hæc ſeparatio, & diuiſio apparet ex publico inſtrumento inito inter d. Cameram, & Fabium Borgianum de anno 1596. ſub die 25. Septembris, in actis nunc Bartholomæi Brunori, eiuſdem Cameræ notarij, in quo ſpecificatur ſumma huius ſubſidij in ſcutis quindecim millibus, & ducentis, *ſum. nu. 2.* & hæc dicitur probatio probata, itaut
69 non admittat aliam probationem in contrarium; *Dec. conſ. 36. num. 2. Rota coram Penia poſt tract. Zacch. de obligat. Cam. deciſ. 59. num. 1.*

Stante igitur diuiſione, & ſeparatione aliàs facta de huiuſmodi ſubſidio carnis ab alijs, poterit nunc etiam ſeparari, & diuidi ab ipſa Theſauraria.

Nec dicatur, quòd poſtquam de anno 1605. hoc ſubſidium carnis fuit vnitum, & incorporatum Theſaurariæ Vmbriæ, nec poſtea repetitur ſeparatum, & diuiſum, ſed in ipſa vnione nulla fuit facta ſpecificatio, ſeu expreſſio certæ ſummę, *& in cap. 26.* ſolùm dicatur, [*Che* la R. Camera, durante il preſente appalto. nõ poſſa moderare, nè diminuire il numero delle Terre ſottopoſte à queſta gabella, nè ridurre à minor taſſa, che ſin' hora hanno pagata, & facendo, *&c.*] Quia cum non appareat facta aliqua reductio, ſeu mutatio, attendenda erit taxa tempore vnionis factæ; nam quod non eſt
70 correctum ſtare non prohibetur, *l. præcipimus, C. de appellat.* & priori Statuto nunquam cenſetur derogatum, niſi quatenus reperiatur expreſſum; *Dec. conſ. 358. num. 3. verſ. & in hoc,* qui loquitur in materia gabellarum; *Surd. deciſ. 195. num. 6.*

Neque videtur facienda vis in verbis d. capituli, ibi, *ridurre à minor taſſa, che ſin' hora hanno pagato*, itaut dictio, *ſin' hora*, deſignet conditionem præcedentem, & importet tempus præteritũ vſque ad illum diem noui contractus, vt de dictione *hactenus*, quæ idem latinè ſignificat, probat *l. 1. in princ. & ibi Doct. ff. de oper. nou. nunc. §. hactenus, Inſt. de grad. cognat. Rota coram Caualerio deciſ. 380. num. 1. & coram Seraph. deciſ. 454. num. 5.* Atque ita quantitas huius prouentus quatreni carnis reducenda ſit, & intelligenda de tempore, quo fuerunt Theſaurarij DD. Lancæ, & ſocij, qui immediatè ante Dominos de Siris hanc eandem Theſaurariam, & prouentum carnis exercuerunt: & ſuadent etiam hoc illa verba capituli 25. *Mantenere detti appaltatori in pacifico poſſeſſo dell' eſigenza di queſta gabella, & augumento;* ponderando hoc verbum, *augumento*, & in eo facienda eſt animaduerſio, videlicet; aut hoc augumentum prouenit ex facto Theſaurariorum, & in hoc caſu nullo modo poteſt ſubſiſtere, quia augere vectigalia eſt prohibitum de iure
71 ciuili, *l. vectigalia, & toto tit. C. vectig. noua inſtit. non poſſ.* & de iure canonico, *c. prohibemus, de cenſib.* adeſt etiam pœna excommunicationis in Bulla Cęnę Domini. Aut hoc augumentum prouenit de licentia Principis habentis poteſtatem, & cum ſit quid facti, probandum
72 erit; quia facta non præſumuntur, *l. denique, ff. ex quib. cauſ. maior. l. qui a quolibet, ff. de contrahen. empt. Menoch. conſ. 1 n. 177.* quod fortius procedit in odioſis, vt ſunt gabellæ.

Quibus ſic ſtantibus, ad ea, quæ in contrarium adducta ſunt reſpondetur. Ad primum, quòd Princeps teneatur ad obſeruantiam contractus, hoc non negatur, quia in caſu noſtro legitur obſeruantia in illis verbis, *firmis, & in ſuo robore permanſuris, &c.* Quòd autem prouentus quatreni carnis ſit lucratiuus, iam diximus, aut huiuſmodi lucrum prouenit ex facto appaltatorum, qui auxerunt gabellam, & cum ſit prohibitum, non eſt attendendum; aut prouenit ex conceſſione Principis, & erit probandum.

Ad ſecundum, quòd ex contractu iam perfecto, & in ſuo eſſe deducto, ſit ius quæſitum Dominis Theſaurarijs, itaut non poſſit infringi, & inualidari, etiam de plenitudine poteſtatis: Reſpondetur, multos ex Doctoribus contrarium dicere, quos non refero, quia ad rem noſtrã non faciunt: ſed repeto, non eſſe ſublatum contractum, nec ius quæſitum aduerſ. vt diximus. Ideo, &c.

Nec etiam obſtabit, ſi dicatur, vulneratum eſſe inſtrumentum initum inter Cameram, & principales conductores contra formam Motus proprij; quia ibi permittuntur ſublocationes, & nominationes in appaltibus, & in toto negocio: ergo ſi reſcindantur ſubappaltus, & ſublocationes, receditur a conuentis in in-

ſtrumento. Reſpondetur enim, quòd licèt hoc admittatur, nullum tamen ex hoc infertur præiudicium principalibus conductoribus; imò illis prodeſt, quia agnoſcendo Communitates debitrices, magis cauti redduntur in reſponſionibus, effugiendo periculum decoctionis, & quòd efficiantur non ſoluendo, prout quotidie videmus contingere in debitoribus ſingularibus.

Nec etiam poteſt dari caſus, in quo ipſi principales appaltatores moleſtentur, & cogantur ad obſeruantiam ſubappaltuum, & ſublocationum, ab ipſis cum priuatis perſonis factorum; quia cum huiuſmodi ſubappaltus reſcindantur ex reſcripto Principis propter bonum publicum, & per viam legis generalis, nulla oritur actio contra ipſos principales appaltatores; neque in hoc moleſtari poſſunt, *l. Lucius, ff. de euict. l. 38. ſi fundus, in fin. ff. locat. Bald. conſ. 395. pro D. Dinaldo, num. 3. lib. 2.* vbi quòd promiſſio, ſeu obligatio facta contra edictum,
73 ſeu legem Principis quàmuis iurata, nō valet, *l. quemadmodum, §. malæ fidei, C. de agric. & cenſ. lib. 11. l. ſi quis inquilinus, 115. §. fin. ff. de legat. 1.* tale enim iuramentum tranſgreſsionis notam, non vinculum religionis continet; *Authen. quod eis, in princ. C. de nupt. Caroc. de locat. part. 4. rub. de caſib. quæſt. 12. num. 1. & ſeq. Surd. deciſ. 326. num. 15. Menoch. conſ. 27. num. 29. & 30. lib. 1. Afflict. dec. 54. num. 2. Purpur. conſ. 443. num. 5.* vbi,
74 quòd conditio debet haberi pro impleta, quando impedimentum prouenit facto Principis; *Coſta de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 38. factum Principis, nu. 3. & 4.*

Et in hac controuerſia, nulla habita ratione defalcationis, ſeu remiſsionis faciendæ appaltatoribus generalibus, fuit deciſum, Communitates eſſe præferendas ſubappaltatoribus, ſoluendo ſcilicet appaltatoribus generalibus, qui cum Camera Apoſtolica contraxerunt ſc. 20960. monetæ, quæ deciſio fuit poſtea confirmata per Chirographum ſan. me. Vrbani VIII. ſub die 11. Aprilis 1643

S V M M A R I V M.

1 *Quæ ſit differentia inter depoſitarium, & ſequeſtrem.*
2 *Depoſitarius, qui rem depoſitam ſtatim reddere negat, dicitur eſſe in dolo, & fur, niſi iuſta cauſa ſubſit.*
3 *Depoſitum habet executionem paratam, & contra depoſitarium iuratur in litem.*
4 *Depoſitarius non poteſt opponere compenſationem, iuſta cauſa ceſſante.*
5 *Depoſitarius quibus ex cauſis excuſetur a reſtitutione depoſiti.*
6 *Deponente defuncto relictis pluribus hæredibus, an ſit reſtituendum depoſitum omnibus, ſeu maiori illorum parti.*
7 *Depoſitum rei furtiuæ an ſit reſtituendū furi, vel vero domino.*
8 *Depoſitum factum a capitalitèr condemnato cui ſit reſtituendum.*
9 *Punitio delictorum neceſſaria eſt, & quare.*
10 *Depoſitarius pecuniarum publicarum, & rei frumentariæ, & alimentorum non poteſt opponere compenſationem.*
11 *Compenſatio de æquitate admittitur in quocumque iudicio, & contractu etiā iurato.*
12 *Depoſitarius Vniuerſitatum habere debet ſalarium ex erumena publica, & quare.*
13 *Depoſitarij Vniuerſitatū obligantur ſoluere onera Cameralia, exactis, vel non exactis aſſignationibus.*
Amplia, nedum teneri pro non exactis in tempore, ſed etiam pro expenſis vltra deſcripta in tabellis, etiamſi hoc egerint de mandato Magiſtratuum. num. 14.
15 *Depoſitarius, qui in principio ſui officij dedit idoneum fideiuſſorem, qui pendente officio eſt effectus non ſoluendo, an teneatur alium fideiuſſorem dare.*
16 *Obligatio, quæ fuit ſemel adimpleta, non eſt iterum adimplenda.*
17 *Quando per actum primum non eſt ſatiſfactum menti diſponentis, tunc actus eſt iterandus.*
18 *Compromiſſum factum inter conſanguineos vigore ſtatuti, ſi ante latum laudum expirauit, renouandum eſt.*
19 *Differunt fideiuſſores dati vigore contractus, & obligationis, ab ijs, qui dantur officio iudicis, & quomodo.*
20 *Prætoriæ ſtipulationes ſæpius interponūtur, quando ſine culpa ſtipulantis deſinit eſſe cautum.*
21 *Depoſitarius an dicatur idoneè cauiſſe, ſi dedit pignora, ſeu argentum, vel aurū depoſuit loco cautionis.*
22 *Obligans ſe ipſum cum hypotheca omnium bonorum, an dicatur idoneè cauiſſe.*
23 *Arbitrio iudicis relictum eſt, quādo quis dicatur idoneè cauiſſe.*

Depo-

24 *Depoſitarius quas debeat primo loco ſolutiones facere de pecunijs exactis.*
25 *Solutio facienda eſt in durtorem cauſam; & ſolutio onerum cameralium dicitur durior.*
26 *Onera cameralia impoſita ſunt ſubditis, non autem* Communitatibus.
27 *Depoſitarius, qui pecunias Vniuerſitatum in proprium, vel alium vſum conuertit, an incidat in crimen peculatus.*
28 *Peculatus iudicium in eos datur, qui pecuniam publicā interuertunt, & fraudem faciunt ærario.*
29 *Peculatus a pecunia dicitur, & qui pecuniam publicam in aliquem vſum acceptam retinet, & non erogat, hac lege tenetur.*
30 *Peculatus crimen non incurrit ille, cuius periculo pecunia perire poteſt.*
31 *Lex Iulia peculatus habet locum in eo tantùm, qui pecunias Vrbis Romæ ſubtraxit, non autem aliarum Ciuitatum recognoſcentium ſuperiorem. Limita in illis Ciuitatibus, quæ habent in hoc particulare ſtatutum. num. 32. Declara hoc verum, quando interueniat dolus, nam hoc ceſſante, excuſatur. num. 33.*
34 *Depoſitarius Vniuerſitatis tenetur ciuilitèr de cuſtodia pecuniæ ſibi creditæ, non autem criminalitèr.*
35 *Lege Iulia de reſiduis tenetur ille, qui publicam pecuniam delegatam in vſum aliquem retinuit, neque in eum conſumpſit.*
36 *Pœna legis Iuliæ de reſiduis eſt quadrupli.*
37 *Depoſitum penes campſorem, vel alium factum in pecunia numerata ſapit naturam mutui.*
38 *Depoſitarius, qui pecuniam numeratam penes ipſum depoſitam negociatur, an reſtituere teneatur lucrum inde perceptum.*
39 *Tutor tenetur dare pecunias pupilli ad honeſtum lucrum, nec illas in abſcondito retinere.*
40 *Tutor poteſt cum pecunijs pupillaribus contrahere ſocietates officij, ſub periculo tamen vitæ ipſius pupilli.*
41 *Tutor de iure canonico quid agere debeat in pecunijs pupillaribus, & ad quid teneatur, ſi otioſas retineat.*
42 *Adminiſtratoribus rerum publicarum omni iure prohibitum eſt conuertere in vſum proprium pecunias publicas, & ideo puniendi, quia ſemper dicuntur in dolo.*
43 *Adminiſtrator conuertens pecuniam domini in ſuum vſum, tenetur in duplum; & qua actione conueniendus ſit; & quid in adminiſtratoribus Vniuerſitatum.*
44 *Depoſitarius, qui vſus eſt pecunijs ſibi creditis, non tenetur ad vſuras de iure canonico.*
45 *Pœna quadrupli nedum contra depoſitarium conuertentem pecuniam publicam in vſum proprium danda eſt, ſed etiam contra ſuos fideiuſſores, & hæredes.*
46 *Bulla Pauli III. contra fraudantes, & non reddentes fidele computum Cameræ Apoſtolicæ, eſt in vſu, & in vim illius lata fuit ſententia in ipſa Camera.*
47 *Maior fraus eſt in duplicatione, quàm in omiſſione partitarum.*
48 Clauſula, ſublata, *operatur, vt iudices inferiores non poſſint a ſe ipſis tollere legem ſuperioris.*
49 *Depoſitarius Vniuerſitatum debet conficere librum ſuæ adminiſtrationis, & quomodo, ad hoc vt fides illi adhibeatur.*
50 *Depoſitarij Vniuerſitatum tenentur in fine anni oſtendere quietantias ſibi factas a Theſaurarijs prouincialibus vigore legis a ſacra Congregatione Boni Regiminis præſcriptæ.*
51 *Depoſitarij delinquunt, quando ſciunt ſe eſſe debitores in adminiſtrationibus præcedentibus, & ne remoueantur, nouos præſtant fideiuſſores.*
52 *Baro an poſſit cogere Vniuerſitatem ſibi ſubditam ad conſtituendum depoſitarium, ſeu Camerarium pro rebus ſuis.*

§. XVIII.

Gloſſ. 1.

Depoſitarios.

CAP. XXXXIX.

QVAMVIS
in iure no-
ſtro nõ ra-
rò depoſi-
tarius di-
catur etiã
ſequeſter,
l. ſequeſter,
109. *ff. de
verb.ſigni.
l. propriè*,
ff. depoſiti;
1 differunt tamen inter ſe, quia ſequeſter
plurium partium ſe medius gerit; de-
poſitarius verò etiam ab vno eligi po-
teſt, vt obſeruat *Alciat.in d. l.ſequeſter,
verſ. in hoc autem*; alia etiam aſsignari
poteſt differentia inter depoſitarium,&
ſequeſtrem, vt hic non poſsit, niſi de
voluntate eorum, qui depoſuerunt, &
præuio iudicis ordine conueniri ad rem
depoſitam tradendam, *l. licet deponere,
ff.depoſiti*; depoſitarius verò ab vno ele-
ctus ſtatim poteſt conueniri actione de-
poſiti, *l.1.§.eſt autem apud Iulianum.ff.*
2 *eod.* Imò depoſitarius, qui rem depoſi-
tam tradere recuſat, illamque celeritèr
non reſtituit, in dolo dicitur eſſe, & vt
fur habetur, *c.1.de depoſit. Munnoz de
Eſcob.tract.de ratioc.cap.35. num.18. &
in num. ſeq.ſequutus Plot. de in lit. iu-
rand.n.* 394.hæc ait. Depoſitarius, qui
non vult reddere depoſitum (iuſta cau-
ſa non interueniente) vel litigare, quo-
minus reſtituat, dicitur eſſe in dolo, &
fidem non ſeruare, & ſi patiatur, ſe con-
demnari, efficitur infamis; *l.1.ff de his,
qui not.infam.* eò quia depoſitum habet
3 executionem paratam; *l.penult. & ibi
Doct.C.depoſiti,*& contra huiuſmodi de-
poſitarios in litem iurari poteſt, *l.in a-
ctionibus,ff.de in lit.iur.gloſſ.in l.ei,apud
quem, in verb.non iuratur, ff depoſiti.*
Imò nec compenſationem opponere
poteſt depoſitarius, quominus (iuſta
4 cauſa ceſſante) depoſitum reddat, *c.2.§.
ſanè, extra de depoſit.* quæ autem dici
poſsit iuſta cauſa denegandi reſtitutio-
nem rei depoſitæ, docet *Vlpianus in l.1
§ eſt autem, verſ. quid enim, ff. depoſiti*;
veluti ſi in Prouincia res ſit, vel in hor-
reis,quorum aperiendorum condemna-
tionis tempore non ſit facultas,vel con-
ditio depoſitionis non extiterit, *l. ſi in
Aſia,ff.eod.& in l.ſeq.§.competit.* Excu-
ſatur etiã depoſitarius, ſi ſine dolo ma-
5 lo rem depoſitam amiſit, *l.ſi ſine dolo,ff.
eod.* Item ſi res depoſita eo modo perit,
quo eſſet peritura apud deponentem,
depoſitarius liberatur, *l. ſi plures,§.ſicut
autem,eodem tit.* Excuſabitur etiam de-
poſitarius, cui gladius commodatus ſit
cum obligatione reſtituendi,&c. ſi ille,
qui depoſuit, efficiatur furioſus, vel ma-
nifeſtum ſit,poſſe cum illo vel ſe ipſum,
vel alium occidere, *c.ne quis arbitretur,
§.illud verò,22.quæſt.2. Guttier. canon.
quæſt.lib.1.cap.39.num.11.*
Quid autem ſi deponens moriatur,
6 relictis pluribus hæredibus, vtrum re-
ſtitutio facienda ſit omnibus ſimul, ſeu
maiori illorum parti?& maiori parti re-
ſpondit *Caius d.l. ſi plures,* ita tamen, vt
maior pars nõ ex numero perſonarum,
ſed ex magnitudine portionum hære-
ditariarum intelligenda ſit. Verùm ſi
hæredes inter ſe contendant, nec ſint
concordes ad recipiendum depoſitum;
tunc conſilium datur depoſitario, vt
penes ſe retineat, donec iudex mandet,
cui, vel quibus ſit facienda conſignatio,
per ea, quæ ſcribit *Coſta de port. rata,
quæſt.190.quem refert Hoder. ad Surd.
deciſ.155.ad hanc, num.1. & per tot. &
vide etiam Surd.ibi.*
Si verò deponatur res furto ſubtracta,
7 vtrum depoſitarius teneatur illam reſti-
tuere vero domino, an verò prædoni,&
furi?dicas prædoni.vt *in l.1.§. ſi prædo,
ff.depoſ.vbi gloſſ.in verbo depoſuit,* oppo-
nit, & durum putat ex improbitate dari
actionem; ſed ſtatim ſoluit, non ex im-
probitate ſua,ideſt ex furto, quod fecit,
ſed ex contractu, quem iniuit, agit de-
poſiti, &c. & hoc etiam vult *gloſſ.in d.c.
2.in verb.contra quod,ibi, quia prædoni
reſtitui debet depoſitum*: verùm ſi domi-
nus ſimul cum fure petat, domino de-
bet de æquitate reſtitui. *l bona fides, ff.*
8 *eod.* vbi Triſonius quærit, ſi reus capita-
lis iudicij rem depoſuit, qui poſtea de-
portatus eſt,& bona eius publicata ſunt,
cuinam reſtituendum erit depoſitum?
& reſpondit, ſi ius naturale, & gentium
inſpiciatur,ei, qui depoſuit; ſi ciuile ius,
& legum ordo, fiſco debetur; nam ma-
lemeritus publicè, vt alijs exemplo ſit,
etiam ægeſtate laborare debet, ita *Tri-
ſonius, ibi; & concordat Aul. Gell.lib.6.
noct.acticar cap.14.dum ait. Tertia ra-*
9 *tio vindictæ eſt,cum punitio propter ex-
plum eſt neceſſaria, vt cæteri a ſimilibus
peccatis, quæ prohiberi publicitùs inter-
eſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur*; vi-
*deantur Nauar.conſ.5.num.2. lib.5. de
iniur.& damno dat.Caball.reſol. crimin.
caſu 99.num.60 & alibi centur. 1.*
Sed magis ad rem noſtram acceden-

tes in eo, quòd diximus, depoſitarium
non poſſe opponere compenſationem,
l. ſi quis vel pecunias, C. *depoſiti*, ſciendũ
eſt, hanc concluſionem potiſsimùm ve-
ram eſſe in depoſitarijs rerum, & pecu-
10 niarum ad Vniuerſitates ſpectantium;&
in depoſitario rei frumentariæ, quòd nõ
poſsit opponere compenſationem; *text.
eſt in l. 2. §. ad frumentum, ff. de adminiſt.
rerum ad Ciuit. pertin. Ripa in tract. de
peſte, tit. de remed. ad conſer. vbert. num. 33
& 34.* quem refert, & ſequitur *Munnoz.
de Eſcob. tract. de ratiocin. cap. 36. num. 5.
& diximus ſupra in verb. annona, nu. 28.*
neque poſſunt depoſitarij Vniuerſitatũ
retardare ſolutiones onerum cameralium,
& ſtipendia officialium in tabella
deſcripta, ſub prętextu compenſationis,
*l. 46. aufertur, §. vt debitoribus, ff. de iure
fiſci; & notat Eſcobar. loco cit. & legitur
apertè in l. in ea, C. de compenſat. ibi. ſi
neque ex vectigalibus, neque frumenti,
vel olei, publicę pecuniæ, neque tributariam,
neque alimentorum, neque eius, quę
ſtatutis ſumptibus ſeruit, neque fideicõmiſſi
Ciuitatis ſit; & hoc etiam obſeruat
Peregrin. de iure fiſci lib. 6. tit. 7. num. 15.
verſ. ceſſat etiam.*

Cum autem depoſitarijs Vniuerſitatũ
denegata ſit oppoſitio compenſationis,
11 quæ de æquitate ſaltem admittitur in
quocumque iudicio, & contractu etiam
inrato, vt pluribus probat *Zacch. ad Galleſ.
de oblig. Camer. quaſt. 18. à n. 13. vſque
ad 18.* quæritur, an ex eo quòd in hoc
grauentur, debeant in alio releuari, vt
habeant annuum ſtipendium, ſeu ſalariũ,
12 a iure, vel a conſilijs Vniuerſitatum cõ-
ſtitutum? & affirmatiuè reſpondet *Aud-
dag. de exeq. mand. part. 2. cap. 10. num. 17
argumento eorum, quæ leguntur in Clement.
1. de ſequeſt. poſſ. & prop. notat Angel.
in l. intereſſe, ff. de acquir. poſs.* & ita
etiam ſeruat Congregatio Boni Regi-
minis cõfirmando quolibet anno huiuſ-
modi ſalaria in tabellis Vniuerſitatum;
imò ſi in aliquo loco non adeſt talis
conſuetudo ſoluẽdi ſalaria depoſitarijs,
eadem ſacra Congregatio conſiderando,
quòd omnis labor optat præmium,
aſsignare ſolet, prout ab Octauiano Im-
peratore ſuadente Mecenate, factum
fuiſſe ſcribit *Dio Caſſius lib. 52.* aſſerens,
primùm eo Imperatore Magiſtratus ſti-
pendia recepiſſe, cum antea proprijs ſtĩ-
pẽdiis Reipub. munera obirent; *Tholoſ.
in ſyntag. iur. Vniuer. lib. 27. cap. 2. n. 7.*
vbi plura de mercede laborum. Et ego
hoc habui in contingentia facti pro Cõ-
munitate Ciuitatis Caſtellanæ, cuius de-
poſitarius erat antea vnus ex Conſerua-
toribus ad tres menſes tantùm ſine ſala-
rio, itavt non benè redditus Communi-
tatis adminiſtrarentur, neque exactio-
nes, & ſolutiones debito tempore fie-
bant, quia nulla aderat retributio; ideo
ſacra Congregatio Boni Regiminis de-
creuit, in futurum eligendos eſſe depo-
ſitarios ad annũ cum annuo ſalario ſc.
ſeptuaginta, facta tamen obligatione de
13 ſoluendis oneribus cameralibus, alijſque
contentis in tabella debitis temporibus,
etiam non exactis aſsignationibus, vt in
literis, cuius tenor talis eſt. [*Affinche*
coteſta Communità poſſa con maggior
commodo pagare li peſi camerali, com-
mandano queſti Eminentiſsimi Signori,
che la Depoſitaria non ſia più eſercitata
à trimeſtre da vno de' Conſeruatori pro
tempore, come ſi è fatto per l'addietro,
ma ſi appoggi per vn'anno ad vna per-
ſona idonea, con obligarla à pagare i
peſi camerali, etiam non eſatti, con la
ſigurtà da approuarſi dal Conſeglio: pe-
rò voi ordinarete, che coſi ſi eſeguiſca.
Roma li 31. Luglio 1630.

Il Card. Barberino.

Fuluio Benigni Segretario.

Et hæ literæ fuerunt confirmatę ab eadẽ
Congregatione Boni Regiminis pro ea-
dem Communitate die 11. Septembris
1638. cum iuris aſsiſtentiam habeant *in
l. 1. in princ. ff de muner. & honor. ibi, ab
iſtis enim periculo ipſorum exactiones ſo-
lemnium celebrantur*; & hoc expreſſe
docet *Io. de Pla. in l. miſſi opinatores, in 4
notab. in verb. qui ſi vltra, num. 6. C. de
exact. tribut. lib. 10* dum ita ſcribit. [*Qui*
tenetur facere exactionem intra certum
tempus, ſi non facit, cogitur ſoluere de
ſuo, quod nota contra Syndicos Com-
munitatum, & Maſſarios Villarum, qui
tenentur exigere collectam impoſitam,
quam ſi infra tempus nõ exegerint, poſ-
ſunt capi, & compelli de ſuo ſoluere pro
non exactis, ius tamen exigendi ab his,
qui non ſoluerunt, *reſeruatur*.] *Hæc
Plateanus*.

Nec ſolùm in ijs, quæ non exegerunt
14 in tempore, tenentur depoſitarij, ſed
etiam ad ea, quæ vltra deſcripta in ta-
bella impenderunt, licèt hoc egerint de
mãdato Decurionum, ſeu Maſſariorum,
& Priorum illius loci, in quo ſunt depo-
ſitarij: ita enim ſacra Congregatio Boni
Regiminis decreuit die 4. Octobris 1614
in hæc verba. [*Denique* ſacra Congrega-
tio prohibuit, ne sũma in tabella cuiuſ-
libet

libet Communitatis, pro occurrentijs
extraordinarijs aſſignata expendatur,
abſque vrgenti neceſſitate, per genera-
le Conſilium, & per Gubernaturem,
ſeu officialem loci *approbanda*.] prout
etiam retulimus ſupra *cap. 20. de expenſis*
num. 14. vbi totum hoc decretum ha-
betur extenſum.

Tenentur etiam depoſitarij ad idoneã
cautionem præſtandam, priuſquam ad
officium exercendum admittantur; ne-
dum quia ita ſancitum eſt in hac Bulla;
ſed etiam quia hoc idem docent *Docto-*
res in l.69. fideiuſſores magiſtratuum, ff.
de fideiuſſ. in l. vnic. C. de perſic. eorum, qui
pro magiſ. interu. lib. 11. & ſcribit Nicol.
Loſa. de iur. vniuerſ. part. 3. cap. vlt n. 24.
& 25.

Oritur hic pulchra quæſtio. Depoſi-
tarius ab initio idoneè cauit, dando fi-
15 deiuſſorem, qui tractu temporis effectus
eſt non ſoluendo; quæritur, an teneatur
alium fideiuſſorem idoneum dare? &
pro negatiua facit, quia periculum ino-
piæ ſubſequutæ pertinet ad creditorem;
l. 96. pupilli, §. ſoror, ff de ſolut. facit Aſ-
flict. deciſ. 172 num 2. Felin. c. innouamus
16 *num. 5. de tregua, & pace*, dum ait, ſatis
eſſe, ſi ſemel fuit adimpleta obligatio,
nec eſſe iteratò implendam.

Pro affirmatiua, quæ mihi magis pla-
cet, eſt doctrina *Baldi in l. fideicommiſ-*
ſa, §. ſi quis decem, ff. de leg. 3. dum ait,
quando per actum primum non eſt ſa-
17 tisfactum menti diſponentis, tunc dan-
da eſt iteratio actus; ponit exemplum
in compromiſſo vigore ſtatuti facto in-
ter conſanguineos, ſi antequam feratur
laudum, expirat tempus, iterum erit cõ-
18 promittendum, quia adhuc vindicat ſi-
bi locum ſtatuti ratio; *Roman. conſ. 504.*
num. 1. 2. & 3. Felin. loco proximè citato,
verſ. fallit quintò Iaſ. in l. qui per ſalutem
ff. de iureiuran. Tiraq. in l. boues, §. hoc
ſermone, lim. 6. in princ. & alij relati a
Mandoſ. in addit. ad Rom. dicto conſ. 504.
lit. A.

Secundò valdè fauet huic opinioni
19 diſtinctio *Bart. in l. 3. num. fi. ff. de fide-*
iuſſ. & in l. perſonæ, ff. de prætor. ſtipul.
dum ait; aut loquimur de fideiuſſione
præſtita vigore obligationis, & promiſ-
ſionis per aliquem factæ, & procedit ne-
gatiua opinio, itaut non teneatur quis
iterum dare alium fideiuſſorem; aut lo-
quimur de fideiuſſione, quæ datur offi-
cio iudicis, & tunc ſi primus fideiuſſor
deficit, dandus eſt alius, quia deſinit eſ-
ſe cautum Vniuerſitatibus, & ſuperuenit
æquitas, ex qua oritur officium iudicis;
ita Bart loco cit. & eſt textus in d. l. 4. ff.
20 *de prætor. ſtipul. vbi Paulus I.C. ait. Præ-*
toriæ ſtipulationes ſæpius interponuntur,
cum ſine culpa ſtipulantis cautum eſſe
deſijt.

Inſuper cum in Bulla noſtra dicatur,
præſtandam eſſe idoneam cautionem,
&c. quæſitum eſt, an dicatur idoneè cau-
tum, ſi depoſitarius dederit pignora, ar-
gentum, vel aurum depoſuerit loco cau-
21 tionis? & negatiuè videtur responden-
dum, per ea, quæ leguntur *in l. prætoriæ*
ſatisdationes, ff. de prætor. ſtipulation. ibi.
prætoriæ ſatisdationes perſonas deſiderãt
pro ſe interuenientium, neque pignoribus
quis, neque pecunia, vel auri, vel argen-
ti depoſitione in vicem ſatisdationis fun-
gitur; cuius deciſionis rationem aſſi-
gnat *ibi Bart. num 1. verſ. & qui tenet*
hoc, quia prætoriæ ſtipulationes ſunt ita
limitatæ, & ita certa forma eis data eſt,
a qua non eſt recedendum; & alia ratio
poſſet adduci, quia pignora, argentum
ſcilicet, & aurum poſſunt eſſe alteri an-
tea obligata, & ita a primo creditore
euinci in præiudicium Vniuerſitatum:
Verùm ſatis eſſe, ſi dentur pignora, dicit
idem Bart. ibi. verſ. hæc opinio non eſt ve-
ra, per textum expreſſum in l. 1. §. iubet
autem prætor, ff. de collat. bonor. l. fin. §.
quod ait, verſ. idem dicendum, ff. vuorum
legat. quæ leges, *vt notat Bart.* expreſsè
loquuntur in prætorijs ſtipulationibus.

22 An autẽ dicatur quis cauiſſe idoneè,
ſi ſeipſum obliget cum hypotheca om-
nium bonorum? *Bart. in d. l. prætoriæ*
ſatiſdationes, num. 4. verſ. ſed non puto,
negatiuè reſpondet quia promiſsio cum
hypotheca dicitur nuda promiſsio, &
qui tenetur ad nudam promiſsionem,
tenetur ad hypothecariam; debet ergo
verbum *idoneè* aliquid operari: verùm
an, & quando quis dicatur idoneè ca-
uiſſe, iudicis arbitrio relictum eſſe dicit
Bart. loco citato, & pluribus exornat
Menoch. de arbitr. caſu 142 *lege munici-*
pali num. 1. & per tot. & num. 5. & 6. ait
ita declarari poſſe ſtatutum Brixiæ 80. in
23 ciuilibus, ſub rub. quòd miniſtrales de-
beant idoneè cauere, itaut intelligatur
hæc dictio, *idoneè*, arbitrio iudicis; & ita
etiam intelligendæ ſunt nouæ Conſti-
tutiones Mediolanenſes de officio, &
iuriſdictione diuerſ. iudic. in princip.
vbi ſancitum eſt, ad Magiſtratus aſſump-
tos idoneè ſatiſdare debere, ſe rectè Ma-
giſtratum adminiſtraturos, itaut idonea
ſatiſdatio arbitrio iudicis ſit declaranda,

hæc

ba: Menoch.& ita etiam legitur in Bulla noſtra §.18.*ibi, idoneam arbitrio Gubernatoris, Præſidis, aut Poteſtatis cautionem præſtet.*

Cum autem in capitulis cum depoſitarijs faciendis apponi debeat, vt ipſi depoſitarij teneantur exigere, & ſoluere reſpectiuè redditus, & prouentus Vniuerſitatum, quæſitum eſt, quas debeat primo loco ſolutiones facere? & dicas
24 onera cameralia, prout ſæpe ſæpius ſacra Cõgregatio Boni Regiminis decreuit, & ſignantèr die 4. Octobris 1614. Prouincia Marchiæ inſtante, in hæc verba. [*Collectæ*, & gabellæ quæcumque debita cum licentia impoſitæ primo loco oneribus cameralibus, & deinde pro alijs neceſſitatibus publicis cuiuſque loci applicatæ cenſeantur: itaut ad eas teneantur concurrere pro rata onerum cameralium quicumque priuilegiati, & exempti, *&c.*] Et hæc deciſio iuridica eſt, quia ſolutio ſemper facienda eſt in
25 duriorem cauſam, *l. ſi quid ex famoſa ff. de ſolution.* duriſſima verò eſt cauſa onerum cameralium, cum pro illis relaxentur repræſaliæ, in quibus ſæpiſſimè innocentes pro nocentibus grauantur, vt dictum eſt ſupra §.3.*gloſſ.*1. *verb.*Cõ*munitatum,cap.*12.*num.*47.
26 Secundò, quia onera cameralia impoſita ſunt ſubditis, non autem Communitatibus, vt dictum eſt ſæpius, ſed ipſæ Communitates conueniũtur ab exactoribus tanquam expromiſſores, & fideiuſſores ſingulorum, & ex hoc etiam dicitur cauſa durior, in quam cedere debet primo loco ſolutio; C*orn. conſ.*295. *num... tom.*3.*Caſtren. conſ.*332. *num.*4. *lib.*1.*Rota poſt tract.Cenc.de cenſib.deciſ.* 83.*num.*1. *eadem Rota diuerſ. deciſ.* 113. *num.*5.*par.*1.

Tertiò, debet depoſitarius ſoluere primo loco onera cameralia, vt magis ſuę indemnitati cõſulat; ſiquidem in acceptatione officij obligatur ſoluere, ſiue exegerit, ſiue non, & aſſumit in ſe periculum, & damnum, quod ex repræſalijs reſultare poteſt; & ideo ſi in officio ſibi commiſſo negligens erit, ſibimet imputandum eſt; *Afflict.deciſ.*13. *num.*16. *& dictum eſt ſupra §.*3.*gloſſ.*1.*in verb.*Cõ*munitatum,num.*47.*& alibi,Fran.Mar. quæſt.*440.*quæritur an hæres,n.*2. *Guid. Pap.quæſt.*87.*num.*3.*&* 4.
27 An autem depoſitarius, qui pecunias exactas, & aſſignatas pro ſolutione onerum cameralium, & aliarum indigentiarum Vniuerſitatis, in alium, ſeu proprium vſum conuertit in pęnam l. Iuliæ peculatus incidat? pro affirmatiua faciunt, quæ ſcribit *Iſidor.lib.*5.*ethimolog. cap. de criminibus in lege conſtitutis, in verb. peculatus*, dum ait; *peculatus*
28 *iudicium in eos datur, qui fraudem ærario faciunt, pecuniamque publicam interuertunt, nam a pecunia peculatus eſt*
29 *dictus;& Martianus I.C.in l.*4.*§.ſed & qui, ff.ad l.iul.pecul.ait, qui pecuniam publicam in vſum aliquem acceptam retinuerit, nec erogauerit, hac lege tenetur.* Contraria tamen opinio videtur verior, ponderando *text. in l.*9. *ſacrilegij capite,§ labeo, ff.eod.* vbi Paulus I.C. refert, Labeonem lib.38. definiuiſſe peculatum pecuniæ publicæ, aut ſacræ furtum, non
30 ab eo factum, cuius periculo fuit; cum autem pecuniæ, quæ ſunt penes depoſitarios, ſint eorum periculo, ideo hac lege non tenentur; C*aball.reſol.crim. caſu* 99.*num.*30.*cent.*1.*videndus*, quia multa ad rem cumulat; quibus adde, pœnam in ea lege indictam habere locum in eo tantùm, qui pecunias Vrbis Romæ ſub-
31 traxit, vt eſt hodie Camera Apoſtolica, in alijs autem Ciuitatibus recognoſcentibus ſuperiorem non extenditur; *Paul. de Caſtr.conſ.*141,*viſa quadam, num.*4. *in princip. Cæpol. conſ.*39. *num.*35.*& alij relati a Decian.lib.*8.*cap.*28. *num.* 11. qui tamen limitat, ſi in aliqua Ciuitate
32 etiam recognoſcente ſuperiorem adſit particulare ſtatutum huiuſmodi pœnam imponens, quia tunc ſeruandum eſt ſtatutum, & erit interprætandum, habere locum nedum in tota pecunia publica, ſed etiam in reſiduis, vt ipſe *Decian.ſcribit d.lib.*8.*cap.*31. *per tot.*

Dicas tamen, ad hoc vt prædictis lo-
33 cus ſit, neceſſarium eſſe, vt adſit dolus, nam ceſſante dolo excuſabitur depoſitarius, *l.*1.*in fin. ff.ad l.iul. pecul.ibi, faciat ſciens dolo malo,latè Decian.loco cit. cap.* 32. vbi alios affert caſus, ex quibus excuſatio deſumi poteſt; *& num.* 4. in termino caſus noſtri de depoſitario, quẽ ipſe Quæſtorem, & Theſaurarium vocat, teneri ciuilitèr tantùm de cuſtodia, non
34 autem criminalitèr de peculatu, *per tex. in d.l.*9.*§.labeo, ff.ad l.iul.pecul.vbi gloſ. in verb. non committit*, vult, non teneri quidem peculatu, ſed lege de reſiduis,
35 *vt in l.*2.*&* 4.*§.lege iulia de reſiduis, ff. eod.* vbi expreſsè ſancitum habes, lege iulia de reſiduis teneri, qui publicam pecuniam delegatã in vſum aliquem retinuit, neq; in eum conſumpſit; & quãuis *Decian.ibi num.*5.*ſentiat contra d. gloſſ.* atta-

attamen ipſe quoq; fatetur ,hac lege de reſiduis teneri eos,quibus data erat cura expendendi pecuniā publicam in aliquos vſus, & tamen in ſuos conuertit; & vide *Bellon.conſ.32.reſoluendo,nu.13.&14.* vbi concludit teneri de reſiduis,
36 & in hoc crimine adeſſe pœnam quadrupli; *Caball.loco cit.n.32.& ſeq.*

Quid ſi depoſitarius cum pecunia publica negocietur, an hoc ſibi permiſſum videatur? & affirmatiuè reſpondendum videtur, quando pecuniæ non ſacculis clauſis, & obſignatis, ſed apertis, & pecunia fuit illi numerata; *vt in l.die,* §.1. *l.ſi ſacculum, ff. depoſit.gloſſ. in l. ſi depoſiti, in verb.obnoxium,C.eodem,* quia hoc caſu videtur conceſſa licentia vtendi, & tale depoſitum ſapit naturam mu-
37 tui; *Nauar.conſ.2. num.1. verſ. & quod ſit gratia.tit.de depoſit.lib.3. Cyn.in l. incendium,nu.2. verſ. vltimo quaritur, C. ſi certum petatur.*

38 An autem iſte depoſitarius teneatur reſtituere lucrum, & intereſſe perceptū ex negociatione? affirmatiuè reſpondēdum videtur; quia quod ex re mea prouenit meum eſt; *l.ſolum,ff de rei vendic.* & ſi tutor dederit ad honeſtum lucrum pecuniam pupillarem, quod facere poteſt, *Auth. nouiſſimè, C de admin. tut.* quicquid ex ipſa pecunia lucratur, non tutoris, ſed pupilli erit, *l. ſi negocia, ff. de negoc.geſt.gloſſ.in d. Auth.nouiſſimè, in verb.periculo;Franc.Marc.quæſt.443 quæritur an lucrum,nu.4.& alibi; Borgnin.de tutor.num.113.* vbi addit, tene-
39 ri inquam tutorem dare ad honeſtum lucrum pecunias pupilli, & non illas teneri in abſcondito, maximè in locis, vbi mercatura exercetur, vt eſt Florentiæ, Lucæ, Ianuæ, & Lugduni; aliàs tenetur reddere tantundem; *Roman.ſingul.179. iure hodierno,* qui ait, ita ſe habuiſſe de facto Florentiæ; & ita etiam conſultum reſpondiſſe, vt videre eſt in ſuo *conſ.139 propoſitæ quaſtionis*, vbi magiſtraliter hanc rem pertractat:ſed poſſe etiam tutorem cum pecunijs pupillaribus con-
40 trahere ſocietates officij, probat *Felic. de ſociet.cap.4.num.30.& num.48.* ſubdit poſſe contrahi ſocietates tam ſuper vita pupilli, quàm alterius;ſed hoc nō placet *Zacchia de ſociet.off. num.185.* dicenti, cum negari non poſſit, vtilius eſſe currere periculum propriæ vitæ, quàm alterius, vt in propoſito dixit *Rota in Foroliuien.ſocietatis,13.Ianuarij 1612. coram Damaſceno;* vbi quòd ob maiorem negociantium commoditatem, quos magis intereſt currere periculum propriæ vitæ,quā alterius,&c.putat propterea *Zacch.* quòd pecuniæ debeant poni ſuper periculo vitæ ipſius pupilli;& adducit *Caſtracan.hoc idē ſcribentem ca.12 num.10.de ſociet.offic.*

41 Sed iſta procedere de iure ciuili,non autē de iure ciuili canonico,quo prohibentur vſuræ etiam ex cauſa pietatis, *c. ſuper eo,de vſur.ſcripſerunt,Couar:var. reſol.lib.3.cap.2.nu.1.Io.Bapt.Lup.comm. 3.ſuper c.nauiganti,nu.40. de vſur.* qui volunt, tutorem teneri ad erogandum
42 pecunias pupillares in emptionem rerum ſtabilium, vt ſunt loca montium in Vrbe, & alibi prædia fructifera; & ſi illas otioſas retinuerit, vel in proprios vſus conuerterit, teneri inquam in id, quod pupilli interſit & ad intereſſe lucri ceſsantis, & damni emergentis, cuius quidem taxationem arbitrio boni viri relinquendam eſſe dicit *Couar. loco cit.* & ſucceſsiſse loco vſurarum ciuilium, de quibus dictum eſt ſupra, *Lup.d.num.40. in fin. facit Rota deciſ.285. num.4.poſt tract. de ſalu.interd.ſtatil. Pacif.*

Sed magis ſtrictè (relictis tutoribus) videndum eſt de adminiſtratoribus,qui-
43 bus magis aſsimilantur depoſitarij, ſeu camerarij Vniuerſitatum,& omni iure prohibitum eſſe adminiſtratoribus conuertere in eorum vſum pecunias dominorum, & ideo puniendos, quia neceſſariò ſunt in dolo, aut culpā, ſcripſerunt *Angel.& Socin.relati a Crauet.conſ.286. Ludouicus,nu.1.verſ.tradit Angel.Deci. conſ.191.in caſu propoſito,num.5.verſ.& applicando;* & adminiſtratorem conuertētem pecunias domini ſui in vſus proprios,teneri in duplū actione de rationibus diſtrahendis,*Corn conſ.1.n.4.verſ. quod & iuuatur,lib.1.Crauet. dict conſ. 228.num.1.verſ.imò talis adminiſtrator, Io.de Plat.in* §. *item lex Iulia peculatus, num.121.& in* §. *ſunt præterea,nu.168. Inſt.de pub.iud.* qui loquitur in officialibus, & adminiſtratoribus Vniuerſitatū, qui ſuo periculo exigunt pecunias publicas, in certos vſus erogandas,eas tamen in vtilitatem propriam conuertūt, hos inquam teneri dicit *l. iulia de reſiduis,* in reſtitutionem ſcilicet ſimpli, & tertiæ partis pluris, quod eſt quadruplum, vt explicat *Bellon.d.conſ.32.reſoluendo plura dubia,num.13.& 14.Loſæus de iur.Vniuerſ.part.3.cap.vlt.num.36.& ſeq.* qui vltra pœnam quadrupli, ad vſuras vſurarum, & ad vſuras centeſimas teneri ſcribit; & ad hoc probandum adducit

ducit *Caſtren. in l. 40. num. 1. & 2. ff. de neg. geſt. Borgnin. deciſ. 26. num. 64. viden.*

44 Verùm quoad vſuras hæc opinio locũ fortè habet de iure ciuili, non autem canonico, vt diximus *ex Couar. Io. Bapt. Lupo, & alijs, quibus adde Rotam coram Caualerio deciſ. 331. Domini noluerunt, num. 7:* vbi deciſum habes, depoſitariũ, qui vſus eſt pecunia ſibi credita, non teneri ad vſuras de iure canonico, quod ſeruandum eſt in materia vſurarum.

45 Quo verò ad pœnam quadrupli puto non eſſe recedendum ab ijs, quæ dicta ſunt; cum etiam in Bullis Summorum Pontificum videamus irrogatas eſſe ſimiles, & maiores pœnas contra vſurpãtes, & retinentes, nec fidele computum reddentes in rebus ad Cameram Apoſtolicam pertinentibus, vt ſignantèr habetur *in Bulla 40. Pauli III. §. 2. & per tot. Bullar. nouò tom. 1. pag. 679.* & huiuſmodi actionem nedum contra ipſos adminiſtratores, & depoſitarios, ſed etiam contra eorum fideiuſſores dandam eſſe dicit *Nicol. Loſæus loco cit. num. 38. verſ. ſi igitur adminiſtratores;* ſed etiam contra hæredes, quia in eos tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ; *Marc. quæſt. 440. in princ. par. 1.* Hæres enim obligatur ex conductione defuncti, ſiue perpetua, ſiue temporali, *l. viã veritatis, & ibi gloſſ. in figuratione caſus*, C. *de locat. & conduct.*

46 Et prædictam Bullam Pauli III. eſſe vſu receptam, & iuxta illius diſpoſitionẽ fuiſſe latam ſententiam in Camera Apoſtolica die 5. Ianuarij 1606. contra D. Tiberium Ceulum eiuſdem Cameræ depoſitarium, affirmat *Cherub. iun. in cõpend. d. Bullæ ſchol. 1.* vbi firmat, dictam Bullã procedere nedum in partitis omiſſis, ſed etiam, & multò magis in duplicatis, quia
47 maior eſt fraus duplicare, quàm omittere; nec potuit dicti Tiberio ſuffragari probatio contrarij vſus d. Cameræ contra duplicationem partitarum, quia debebat etiam probare, Papam de contrario vſu ſcientiam habuiſſe; nam ſtante clauſula, *ſublata*, non potuerunt inferio-
48 res a ſe ipſis tollere legem ſupremi Principis; *Rota coram Puteo deciſ. 1. part. 1. in nouis, & coram Caualerio deciſ. 77. nu. 5. & deciſ. 85. num. 2.*

49 Debet etiam Depoſitarius, ſeu Camerarius Vniuerſitatum, conficere librum, in quo ſint deſcripta credita; & è contra annotare debita, ideſt nomina, & ſummas eorum, qui ſoluunt; qua in re ſi quid difficultatis aliquando occurrat vel circa exhibitionem illorum, & quomodo ſint conficiendi, vt illis fides adhibeatur, & de parcellis in illis deſcriptis, recurre ad ea, quæ liberalitèr, nec minori diligentia, & eruditione ſcripſit *Munnoz. de Eſcob. tract. de ratioc. cap. 10. per tot.* & alia quoque cognoſcere poteris *a Nicolao Loſæo de iur. vniuerſ. par. 3. cap. vltimo.*

50 Apocas quoque liberationis, & ſolutionis ab ipſis depoſitarijs factas theſaurarijs, & exactoribus prouincialibus, ac etiam Magiſtratibus Ciuitatum, eorum officio durante, quolibet anno in fine illius exhibendas eſſe, ſacra Congregatio Boni Regiminis decreuit, vt in ſequentibus literis Gubernatori Marchiæ miſſis. [*Non può* ſentirſi ſenza marauiglia in Congregatione, che con tutti gli ordini dati, e replicati più volte à gl'offitiali, e Magiſtrati di ciaſcun luogo, di procurare, che li Camerlenghi, Depoſitarij, e Teſorieri delle Communità moſtrino le riceuute de' pagamenti camerali, maturati nel Magiſtrato loro, e la quietanza finale ogn'anno, per aſſicurarſi da Caualcanti, e ripreſaglie, ſi laſsi totalmente queſta diligenza, che oltre la confuſione, con la quale ſi tengano queſti conti, in molti luoghi ſi ſentano rumori, che li Caualcanti andãdo attorno per non eſſer pagata la Camera in tempo, habbiano traſgredito anch'eſsi la forma preſcrittagli nell'vltimo editto, ſtampato li 27. Agoſto 1606. al che tutto volendoſi rimediare, ſi è riſoluto di rinouarſi per tutto la regola ſudetta: Che ogni Magiſtrato faccia con effetto produrre in Cancellaria il riceuuto delli termini decorſi fino, e per tutto il tempo loro: e quel Magiſtrato, che ſi trouarà di Marzo, e d'Aprile la quietanza finale di tutto l'anno precedente, con ordine alli Sindicatori di condennarli nel ſindicato loro à pagare di proprio per pena quanto doueua pagarſi à tempo loro, ſenza liberare detti Depoſitarij, in caſo che non moſtrino d'hauer fatte almeno le loro diligenze, fino alla carceratione; e ſotto pena al Cancelliero, che non lo ricordarà, & al fiſcale, e Sindicatori, che mancaranno di procederui, di ſcudi cento per ciaſcuno, e per ogni volta, e d'altre pene ancora corporali ad arbitrio della medeſima Cõgregatione. Sarà però contenta V. S. per quello che tocca à lei, di fare eſeguire tutto ciò, e far conſegnare copia della pre-

preſente al Cãcelliero per rogito di notaro, con farlo obligare di conſegnarla al ſucceſſore, in caſo che egli partiſſe, e di mandar quà fede della conſegna, & dell'obligo: e quando queſte diligenze non baſtino à diuertire la traſmiſſione de'Caualcanti, ſarà oſſeruat da tutti la norma preſcrittali nell'editto, che ſe li mandà. Et io me li offero. Di Roma li 27. Nouembre 1610.

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Borgheſe.

51 Delinquere etiam depoſitarij dicuntur, quando ſcientes ſe remanere debitores Vniuerſitatum in adminiſtrationibus præcedentibus, itaut eorum facultates non ſufficiant ad ſatisfaciendum, nihilominus, ne ab ipſa adminiſtratione remoueantur, præſtant nouos fideiuſſores in ſolidum obligatos; per ea, quæ ſcribit *Petrus Cabal. reſolut. crim caſu* 99 *num.* 86. *&* 87. *centur.* 1. videndus, qui multa cumulat contra tales depoſitarios pecuniæ publicæ, & malè, ac doloſè ſe gerentes in illius adminiſtratione; & latè agit, quando, qualitèr, & qua pœna ſint puniendi per totum d. caſum.

Numquid autem Baro poſſit cogere Vniuerſitatem ſibi ſubditam ad conſti-
52 tuendum depoſitarium, ſeu camerariũ, qui exigat ſuos redditus? vide *Capyc. deciſ.* 118. *per tot.* qui concludit, de iure non poſſe, ſed ſi adſit conſuetudo probata, tunc poterit; ſequitur *Carauit. ſuper ritib. mag. Curiæ, ritu* 45. *n* 6. Verùm etiam de iure poſſe Barones cogere ſubditos ad huiuſmodi ſeruitium, pluribus probat *Capiblan. de baronib. pag.* 16. *num.* 15. *& ſeq. Vinc. de Fran. deciſ.* 128. *quotidie videmus, per tot.* Hoc autem intellige, ſoluto per Baronem ſalario, ita *Capiblan. & alij loco cit. ſub num.* 20. addeas, huiuſmodi ſalarium taxandum eſſe iuxta quantitatem, & qualitatem laboris.

S V M M A R I V M.

1 *Immunitas quid ſit; & regularitèr eam non eſſe concedendam; notarius fraudolentèr, ſeu ambitioſè illam ſcribens qua pœna puniatur.*

2 *Aequalitas ſeruanda eſt in ſolutione tributorum, & reſcriptum in contrarium obtentum non vales.*

3 *Conuentiones, & pacta Ciuitatum, per quæ conceduntur immunitates in totũ, vel in partem, non valent, & quare.*

4 *Reſcripta ſuperioris concedentia immunitatem, etiam de conſenſu Ciuitatum, vel Curiæ non valent.*

5 *Decuriones quando, & quomodo concedere poſſint immunitates medicis, & profeſſoribus.*

6 *Immunitas conceſſa Magiſtro non extenditur ad eius repetitorem, licèt eiuſdẽ profeſſionis, & quare.*

7 *Imperium potius ampliandum eſt hominibus, quàm pecunia.*

8 *Princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt concedere immunitatem ex cauſa.*

9 *Immunitas ad hoc vt ſuſtineatur, tria requiruntur, & quæ ſint.*

10 *Immunitas non cenſetur conceſſa in perpetuum, niſi Princeps apponat clauſulam, non obſtante, de certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, & quid importent hæc verba.*

11 *Principes qui nullum habent ſuperiorem in terra, vt Papa, & Imperator, habent tamen in aliquibus limitatam poteſtatem, de qua licitum eſt diſputare.*

12 *Princeps in quibus caſibus nequeat, nec præſumatur velle vti plenitudine poteſtatis, 20. concluſionibus explicatur.*

13 *Princeps quando poſſit priuare vaſallum feudo.*

14 *Princeps quando præſumatur aliquid iuſtis de cauſis conceſſiſſe.*

15 *Immunitate conceſſa a Principe non recognoſcente ſuperiorem, onus, quod ferre debebat impetrans, accreſcit alijs non habentibus immunitatem.*

16 *Reguli, & Barones non habentes iura imperij non poſſunt talem immunitatem concedere, ex qua onus accreſcat alijs.*

17 *Onus impoſitum Vniuerſitati, ſi vni ex Vniuerſitate concedatur immunitas, accreſcit alijs.*

18 *Statutum imponens onus comitatenſibus ſoluendi ſalarium Poteſtati, ſi vna Villa poſtea eximatur, cæteri ſoluunt integrum ſalarium*

19 *Onera fiscalia in Ditione Eccleſiaſtica impoſita ſunt ſubditis, vti ſingulis, & ideo immunitas vni conceſſa non debet alijs accreſcere.*

Hæc tamen concluſio declaratur rationibus, & exemplis. num. 20.

21 *Iulius Cartharius, & Petrus Paulus Phœbeus II.CC. & patritij Vrbeuetani, quia ambo ſub Vrbano VIII. Pont. Max. tanquam fiſci procuratores generales locum in Camera Apoſtolica habuerunt, immunitatem ab oneribus came-*

cameralibus impetrarunt, & annus eo- cum vita durante, additum eſt alijs; licèt Cartharius Senatoria Vrbis Dignitate (in qua faio ceſſit) potitus, & Phœbeus Balneoregij Epiſcopus poſtea creatus ab eodem Pontifice.

22 Princeps ſupremus, vt eſt Papa, poteſt concedere immunitatem in præiudiciũ aliorum.

23 Immunitatis priuilegium conceſſum ab inferiore non præiudicat Vniuerſitati, ſed concedenti.

24 Principes ſupremi quinam dicantur.

25 Iura imperij, & Sedis Apoſtolicæ obtinẽt in Italia Dux Sabaudiæ, Magnus Aetruriæ Dux, Dux Parmæ, & Placentiæ, Dux Mutinæ, Reſpublica Veneta, Ianuenſis, & Lucenſis, Dux Mantuæ, annis retroactis Dux Ferrariæ, & Dux Vrbini, qui Ducatus hodie ſunt ſub immediata poteſtate Sedis Apoſtolicæ; Rex quoque Hiſpaniæ tanquam feudatarius Papæ, ob Regnum Neapolitanum; Ducatum verò Mediolanenſem ab Imperatore obtinet.

26 Immunitas etiam a ſupremo Principe conceſſa non habet locum, ſi publica neceſſitas premat.

Amplia, ſi priuilegium tranſeat in contractum. ibid.

27 Immunis ab onere cuſtodiæ tenetur tamen ad collectam impoſitam pro cuſtodia, ne ſcumentum extrahatur.

28 Immunitas quocumque titulo conceſſa nihil prodeſt, ſi imponatur collecta ob ſuperueniens bellum.

29 Neceſſitas ab omni lege ſoluta eſt, & propter neceſſitatem iuris diſpoſitio ad tempus ſuſpenditur, licèt non in totum relaxetur.

30 Macellarij, piſcium venditores, piſtores, & alij huiuſcemodi, licèt habeant præſcriptam quantitatem victualium exponendorum pro vſu corporis humani; creſcente tamen populo, & neceſſitate ſuperueniente cogi poſſunt augere quantitatem conuentam.

31 Propter belli, peſtis, & famis neceſſitatem vrgentem omnes in vrbe, quantumuis priuilegiati, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & intimi Summi Pontificis familiares, voluntariam, & ſpontaneam contributionem fecerunt ſub Vrbano Papa Octauo.

32 Immunitate digni ſunt, quos Papa, & Imperatoris latus illuſtrat.

33 Immunitas conceſſa a Principe bello vrgente, non eſt reuocanda, quia videtur cogitatum de tali cauſa.

34 Commodans equum eunti ad bellum, ſi equus moriatur in bello, non poteſt agere ad pretium, & quare.

35 Immunitas conceſſa a lege, qualis eſt ob numerum 12. filiorum, non reuocatur ob neceſſitatem belli.

Amplia, etiamſi conceſſa ſit ab homine, dummodo fuerit cogitatum de bello; quæ tamen ampliatio declaratur. num. 36.

37 Clerici, & Eccleſiaſtici licèt de iure Diuino, & humano ſint immunes, quando teneantur tempore belli, & quomodo.

38 Princeps poteſt ex cauſa a contractu, & conuentione recedere.

39 Papa, qui fecit pacem cum Ciuitate ſibi ſubiecta ſub certis promiſſionibus, an poſſit ab illis recedere.

40 Princeps non poteſt ſibi imponere legem, a qua non poſſit recedere, præſertim ſi adſit publica vtilitas, quæ regulariter præſumitur.

41 Promittens, ſeu dans pecuniam alicui, vt rem ſuam recuperet, ea recuperata, poteſt pecuniam repetere.

42 Princeps an teneatur obſeruare promiſſionẽ Ciuit. ſubiectæ cũ qua bellũ habebat.

43 Fidem datam in ſaluo conductu an, & quando liceat rumpere.

44 Dictio, dolus, licèt regulariter ſonet in malũ, quãdoq; tamen datur dolus bonus

45 Dicens Saracenis, volo ſequi veſtram legem, vt eam cognoſcat, & poſtea impugnet, an peccet.

46 Immunitas conceſſa intelligitur ab oneribus extraordinarijs, non ordinarijs.

47 Onera patrimonialia dicuntur ordinaria.

48 Collecta impoſita a lege municipali, & a toto populo dicitur onus ordinarium.

Amplia, ſi fuerit impoſita a Papa, vel ab Imperatore, ſecus ſi a minori Magiſtratu. num. 49.

50 Priuilegiũ conceſſum de non ſoluendis decimis, intelligitur de extraordinarijs.

51 Immunitas, quæ competit Eccleſiæ, vel fiſco, non extenditur ad ementes ab illis.

52 Emens ſal ab Eccleſia in ſuis ſalinis, ſi exportet ad alia loca, non gaudet immunitate.

53 Priuilegium cohærens rei tranſit ad emptorem, ſecus ſi cohæreat perſonæ.

54 Immunitas non datur pro vectigali ordinario, ſed pro extraordinario.

55 Prædia ad fiſcum pertinentia non habent immunitatem ab oneribus ordinarijs.

56 *Immunitas conceſſa conductori rerum fiscalium non extenditur ad ſubconductorem.*
57 *Subconductor rerum fiſcalium remanet obligatus ad fauorem fiſci, & quare.*
58 *Exemptio quædam competit cedenti, quæ non competit ceſſionario.*
59 *Immunitas clericorum non extenditur, quominus ſoluant paſcua pro ſuis animalibus; cum declaratione vt ibi. & quare num.56. Vide num.66. in fin.*
60 *Ciues præferendi ſunt forenſibus, in emptione paſcuorum; & quid agere debeant Vniuerſitates in his caſibus ex charitate.*
61 *Frumenti extractiones, quas vocant tractas, non ſunt concedendæ, quando ciues, & ſubditi egent.*
62 *Pater licèt regularitèr teneatur alere filiũ, ſoluitur ob obligatione, ſi ipſe egeat.*
63 *Ciues ſi velint præferri in emptione paſcuorum, quid agere ſoleant Vniuerſitates.*
64 *Pretium rei emptæ quilibet tenetur ſoluere.*
65 *Augumẽtum ſequitur naturam rei principalis, cui augetur.*
66 *Vendita vacca, venit etiam vitulus, qui eſt in ventre, imò etiam natus, dummodo non paſcat herbas.*
67 *Immunitas conceſſa patri ob numerum filiorum, prouenit ex diſpoſitione iuris.*
68 *Pater quot filios habere debet, ad hoc vt gaudeat immunitate, variæ ſunt opiniones, quæ referuntur.*
69 *Immunitas ob numerum filiorum debetur, ſiue filij ſint maſculi, ſiue fœminæ.*
Amplia 2. etiamſi filia ſit nupta, & maneat extra domum patris. num.70.
Amplia 3. ſiue filij ſint in poteſtate patris, ſiue emancipati. num.71.
Amplia 4. in filijs datis in adoptionem; ſed declara hanc ampliationem. num. 72.
Amplia 5. nomine filiorum venire etiã nepotes ex filio. num.73.
Amplia 6. in filijs legitimatis tam ex matrimonio ſubſequuto, quàm ex reſcripto Principis. nu.74.
Amplia 7. etiamſi filij moriantur, poſtquam pater conſequutus eſt immunitatem, & ſi moriatur in bello, vel fiat religioſus. num.75.
Amplia 8. etiamſi pater, eiuſque filij eſſent diuites; quæ tamen ampliatio declaratur. num.76.
77 *Leges non ſunt ad iniquitatem, & duritiem reducendæ.*
78 *Immunitas 12. filiorum eſt adeo priuilegiata, vt a Communitatibus tolli nequeat, nec etiam per ſtatutum.*
79 *Princeps nõ cenſetur derogaſſe immunitati ob num.12. filiorum, niſi faciat expreſſam mentionem, l. ſi quis decurio, C. de decurionib.*
80 *Immunitas ob num. 12. filiorum excuſat etiam a collectis bellicis, & quare. Vide num.101.*
81 *Superindictum quid ſit.*
82 *Immunitas ob num. 12. filiorum non habet locum in oneribus, & penſitationibus feudorum, vel emphyteuſis; & quare.*
Limitatur 2. in filijs legitimis tantum & naturalibus tantùm, & quare. num.83.
Limitatur 3. in filio exiſtente in ventre, & quare, ſecus eſt de proximo naſcituro. num.84.
Limita 4. ſecundùm aliquos expirare immunitatem mortuo patre. Contraria tamen ſententia magis placet. num.85. & 92.
86 *Immunitas ob num.12. filiorum non ſolùm conceditur patri, vt melius poſſit vacare educationi illorum, ſed etiam fauore Reipublicæ, vt liberis hominibus repleatur.*
87 *Procreationi filiorum multa conceſſa ſunt priuilegia.*
88 *Pater habens filios præfertur in prærogatiuis non habenti, & qui plures habet, paucis habenti præfertur.*
89 *Celibes in Republica Romana eſſe prohibebãtur ex lege Romuli, & vtilis fuit.*
90 *Secundo bello punico poſt multas legiones occidioni datas, tamen ſupra centum millia ciuium Romanorum in armis fuit Romana Reſpublica.*
91 *Legatum factum vxori, ne nubat, relictæ conditione debetur legatum, & quare.*
92 *Lex vtilis Reipublicæ ſobolis procreandæ cauſa, adiuuanda eſt interpretatione.*
93 *Immunitas conceſſa medicis, & profeſſoribus contemplatione ſcientiæ, vel doctrinæ, expirat per mortem ipſorum.*
94 *Immunitas ob num.12. filiorum non extenditur ad onera ordinaria, ſed extraordinaria tantùm.*
Hæc concluſ. licèt habeat ſuos cõtradictores, attamen in Eccleſiaſtica Ditione nullã habet difficultatem propter Bullã Pij IV. & declarationes ſacræ Cõgregationis Boni Regiminis. nu.95. & 96.
96 *Onera cameralia dicuntur propriè onera ordinaria.*

Immu-

97 *Immunitas prædicta non habet locum quoad ſolutionem dohanarum, pedagiorum, &c. Declara tamen hanc concluſionem vt hic.*

98 *Immunitas prædict. nõ ſuffragatur quoad ſolutionem pœnarum, damnorum datorum, & paſcuorum.*

99 *Animalia paſcētia in paſcuis Vniuerſitatum ſunt tacitè obligata pro ſolutione paſcuorum cũ priuilegio prælationis.*

100 *Immunitas prædicta non ſuffragatur, niſi exhibeantur publicanis literæ, & bona deferantur in dohanam, vel aliũ locum ad hoc deputatum, & ita ſeruatur in Vrbe.*

101 *Immunitas prædicta non excuſat ab oneribus, quæ belli cauſa, & publicæ vtilitatis imponuntur.*

102 *Immunitas prædicta ceſſat, ſi filius ingrediatur Religionẽ; quæ tamen concluſio ſuos habet contradictores.*

103 *Filius per ingreſſum Religionis eximitur a patria poteſtate.*

104 *Filius per ingreſſum Religionis efficitur incapax ad ſubeunda munera publica in locum patris, & ideo ceſſat immunitas conceſſa patri, ex iſta cauſa.*

105 *Filij gaudent immunitate conceſſa patri ob num. 12. filiorum, quouſque in communione viuunt.*
Quid in filijs viuente patre, qui ſit adhuc ſub patria poteſtate, itaut viuat adhuc auus filiorum ſuorum. ibid.

106 *Immunitas ob num. 12. filiorum extenditur etiam ad matrem, quæ tot filios habeat.*

107 *Mater maiora ſuſtinet onera in educandis filijs, ſaltem vſque ad triennium, quàm pater.*

108 *Mater ante partum eſt oneroſa, in partu doloroſa, poſt partum laborioſa.*

109 *Immunitas conceſſa ciuibus habitantibus in aliqua* Ciuitate *eouſque durat, quouſque ipſam* Ciuitatem *inhabitent, & ceſſante habitatione, ceſſat immunitas.*
Declara num. ſeqq.

110 *Piſcis extra aquam, Monachus extra clauſtrum, colonus extra glebem, curialis extra Ciuitatem vita carent.*

111 *Remittendi ſunt ad ſuas prouincias, & Ciuitates, qui nullo negocio extra eas otioſi manent.*

112 *Immunitas conceſſa ab Vniuerſitate ſuis ciuibus, licèt aliqui dicant ſuſtineri poſſe in præiudiciũ ipſius Vniuerſitat. alij tamen contrariũ volũt, & verius,*

113 *Vniuerſitates Eccleſiaſticæ Ditionis non poſſunt concedere immunitates, nec conſtituere ſalaria medicis, & profeſſoribus ſine licentia Congregationis Boni Regiminis. & num. 115.*

114 *Vniuerſitas, quæ non poteſt concedere immunitatem ſuis ciuibus, poterit tamen concedere illam venientibus ad habitandum in ea.*

116 *Immunitas conceſſa patri non extenditur ad filios, niſi ſit ob remunerationẽ meritorum. & num. 117.*

118 *Immunitas conceſſa ciui non habet locũ, ſi talis ciuis negocietur.*
Extende, etiam ſi imponatur taxa pro refectione viarum, pontium, & ſimilium, maximè ſi cum calce, & lapidibus refectio fiat. num. 119.

120 *Immunitas, quam prætendunt Barones, & Domicelli, non extenditur ab bona quæſita poſt impoſitionem collectarum, & onerum.*

121 *Domini prædiorum tenentur ad tributa, non autem coloni.*

122 *Dominicus Cobellius, & Petrus Iacobus Tanus Agentes prouinciales fuerunt deputati ad proſequendam litem, & cauſam in* Camera *Apoſtolica contra Barones; & ponitur informatio.*

123 *Paulus III. impoſuit ſubſidiũ triennale ſc. 300. m. anno 1543. & miſit per Ciuitates, & loca ſuæ Ditionis Cõmiſſarios ad concordandum cum Communitatibus ſuper ſolutione.*

124 *Communitates in concordia inita cum miniſtris cameralibus obtinuerũt collectare ſuos ciues, & incolas pro bonis poſſeſſis, per æs, & libram.*

125 *Paulus III. voluit, omnes, & quaſcũque perſonas priuilegiatas teneri ad ſolutionem onerũ cameraliũ, cum derogatione quorumcumque priuilegiorum.*

126 *Bulla Pauli III. ſuper ſolutione ſubſidij triennalis fuit ab ipſo, & alijs Succeſſoribus prorogata, & confirmata.*

127 *Onera cameralia, quæ poſt ſubſidium triennale fuerunt impoſita, eodem modo ſoluenda, & exigenda ſunt, & quare.*

128 *Decretum irritans appoſitum in Bullis impoſitionis, & prorogationis ſubſidij triennalis, quid operetur.*

129 *Sublata poſſeſſione rei præſcriptibilis, nõ datur præſcriptio.*

130 *Decretum irritans tollit præſcriptionẽ.*

131 *Præſcriptio ſuper ſolutione collectarum quatuor copulatiuè requirit, & quæ ſint.*

132 *Decretum irritans tollit conſuetudinem tam*

tam in præteritum, quàm in futurũ.

133 *Decretum irritans iunctum clauſula, ſublata, quid operatur.*

134 *Allegantes immunitatem a ſolutione onerum cameralium, non ſunt audiendi neque in petitorio, neque in poſſeſſorio.*

135 *Onera cameralia non ſunt impoſita Cõmunitatibus, ſed ſubditis, vti ſubditi, & quare Camera hodie exigat a Cõmunitatibus.*

136 *Camera Apoſtolica tenetur defendere, & manutenere Cõmunitates in exactione onerum cameralium ex iure ceſſo.*

137 *Aequalitas ſeruãda eſt in omnibus, præſertim in collectis.*

138 *Communitates non poſſunt diſponere de rebus ſingulorum, neque concedere immunitates a ſolutione collectarum, præſertim in Statu Eccleſiaſtico.*

139 *Barones, & Domicelli poſſidentes Caſtra, & habentes iuriſdictionem in Territorio, & Comitatu Vrbis veteris, recenſentur.*

140 *Regiſtrantur literæ S. Caroli Borromæi in cauſa, & lite vertente inter Ciuitatem Vrbis veteris, & Dominos Caſtri Triuinani, ſuper confectione cataſti.*

141 *Barones impedientes ſubditos ſuos recurrere ad ſupremum Principem quã pœnam incurrant.*

142 *Immunitas conceſſa oblatis quomodo ſit intelligenda iuxta Decretum ſacræ Congregationis Concilij Tridentini.*

143 *Oblati alieni Religioni an ſint verè Monachi, & Religioſi.*

144 *Tertiarij quam immunitatem habeant ex Concilio Lateranenſi, & decretis ſacræ Congregationis Concilij.*

145. *De Tertiarijs Sancti Dominici, & Sancti Franciſci quis loquatur, & quæ priuilegia habeant.*

146 *Facultas permiſſa Eccleſiaſticis aperiẽdi furnos quomodo intelligatur.*

147 *Clerici negociatores, aſſumentes habitũ clericalem ſine intentione clericandi, coniugati recipientes donationes in frandem collectarum videntur non gaudere immunitate.*

148 *Alienans bona in clericum, vel alium priuilegiatum ad effugiendum collectas quas pœnas incurrat.*

149 *Fraus in huiuſmodi donationibus, & alienationibus quomodo præſumatur, & excludatur.*

150 *Immunitas non habet locum in vectigali impoſito pro vtilitate communi, & in qua omnes recipiunt commodum.*

151 *Lis orta inter publicanum, & eum, qui ſe clericum dicit, & neget negociari, quomodo ſit decidenda.*

152 *Clericus conducens prædia aliena ad colendum, an gaudeat immunitate.*

153 *Clericus poteſt exercere agriculturam in terris, & bonis proprijs.*

154 *Clericus emens equos, boues, iuuencos, oues, vt agros alienos colat, non habet immunitatem.*

155 *Clericus actualitèr depoſitus perdit omnia priuilegia.*

156 *Clericus ioculator, goliardus, & buffonem faciens per annum, perdit priuilegium.*

157 *Clericus exercens carnificium, vel tabernam publicè, & perſonalitèr, ſi tertiò monitus non deſiſtit, perdit priuilegium. Declaratur, & ampliatur concluſio. ibid.*

158 *Sententia lata contra clericum ſuper correctione morum non ſuſpenditur per appellationem.*

159 *Immunitas conceſſa Eminentiſſimis, & Reu. Dominis S.R.E. Cardinalibus a ſolutione collectarum quomodo ſit intelligenda, & num. 162.*

160 *Cardinales S.R.E. ſunt partes corporis Papæ, & ideo multa debent habere priuilegia.*

161 *Offendens Cardinalem incidit in pœnã læſæ maieſtatis.*

163 *Legatum factum a teſtatore, de re præſẽti, & non futura intelligitur, quia verba præſentis temporis non porriguntur ad futura.*

164 *Verba contractus ad tempus ipſius contractus ſunt referenda, nõ ad futurũ.*

165 *Immunitas conceſſa ab oneribus extenditur etiam ad futura, quando verba hoc indicant.*

166 *Verbum, hæres, non eſt aptum comprehendere ſucceſſorem ſingularem.*

167 *Immunitas conceſſa contẽplatione dignitatis, ceſſante dignitate, ceſſat immunitas.*

168 *Immunitas conceſſa Cardinalib. nõ extẽditur ad eorum familiares; & multò minus ad alios inferioris dignitatis. Limita de generali conſuetudine, nam emens pro ſuo, & ſuæ familiæ vſu eſt immunis. num. 169.*

Declara hanc limitationem, dũmodo ceſſet fraus, vt in caſu propoſito. n. 170

171 *Immunitas conceſſa affidatis a ſolutione pœnæ in tranſitu per aliena territoria durat per tres dies tantum.*

Aſſeſ-

172 *Aſſeſſor Dohaneriorum Patrimonij tenetur obſeruare taxas Card. Farneſij olim Legati.*

173 *Immunitas conceſſa a publicis muneribus non extenditur, ne quis fiat de Magiſtratu, & quare.*
Amplia nec etiam excuſare a muneribus perſonalibus extraordinarijs cohærentibus honoribus, & Magiſtratibus. num. 174.

175 *Milites nihil commune habent cum curialibus, & curijs, & declaratur concluſio.*

176 *Milites propter anguſtiam loci, & paucitatem hominum coguntur acceptare Magiſtratus.*

177 *Milites cohortales habent multa priuilegia, & immunitates, quæ limitantur, & declarantur.*

178 *Milites noſtri temporis nõ gaudent priuilegijs conceſſis militibus antiquis.*

179 *Milites tenentur ad mercedem artificũ, & emptionem materiæ pro reparatione viarum; vide alias limitationes. num. ſeqq.*

180 *Militis priuilegium non extenditur ad ſuos fratres, & alios habitantes in eadem familia.*

181 *Immunitas conceſſa Doctoribus extenditur ad fratres viuentes in communione, & quid in clerico.*

182 *Clericus deferens res alienas tenetur ad gabellas.*

183 *Milites tenentur ad taxas pro ſalario medici, ludimagiſtri, concionatoris, & ſimilium.*

184 *Milites licèt eximãtur a muneribus publicis etiam annonæ, fallit tamen, vbi neceſſitas viget.*

185 *Miles ignominioſè dimiſſus a militia perdit priuilegia, ſicut & clericus depoſitus.*

186 *Milites cohortales qui ſint, quid ſit cohors, quot cohortes in vna legione ſint.*

187 *Priuilegium militare ne pro delictis ſoluatur, niſi dimidium pœnæ, quomodo intelligatur.*

188 *Miles appellans patrem, & matrem maleficos perdit priuilegium, & quare.*

189 *Miles, qui cauſa litis fugiendæ nomen militiæ dedit perdit priuilegium.*
Extende ad militem equeſtris militiæ debitorem cauſa mercedis, alimentorum, Montis pietatis, annonæ, viduarum, & pupillorum. nu 190.

191 *Miles negociator, & miniſterijs vilibus ſe immiſcens quibus militiæ dignitas deturpatur, perdit priuilegium.*

192 *Miles, qui miſſionem a militia petit, & obtinet ante impletum tempus, non gaudet priuilegijs.*

193 *Miles equeſtris militiæ non habens equũ proprium, & literas teſtimoniales D. Generalis non eſt immunis.*

194 *Deſcribuntur priuilegia militaria conceſſa a fel. rec. Gregorio XIII. quæ ab alijs Pontificibus confirmata, & ampliata fuerunt.*

195 *Summus Pontifex in Ditione Eccleſiaſtica habet in matricula deſcriptos octuaginta millia pedites, & tria millia, & quingentos equites.*

196 *Quælibet res regulariter præſumitur libera.*

197 *Coloni non poſſunt in præiudiciũ dominorũ mutare modũ colendi agros, vel vti prædijs ad vſum non deſtinatum.*

198 *Ciues, & incolæ poſſidentes bona, in quibus earum Vniuerſitates habent ius paſcendi, non poſſunt impedire tale ius mutando modum colendi prædia.*

199 *Statutum, ne ciues retineant vltra certum numerum ouium, bobum, porcorum, caprarum, & ſimilium, valet, & ligat etiam forenſes tanquã æquiſſimum.*

200 *Barones, & domini non poſſunt retinere in paſcuis tantam animalium quantitatem, vt alijs non ſufficiant.*

201 *Statutum, vt paſcua certo anni tempore reſeruentur, eſt validum; & ligat etiam priuilegiatos.*

202 *Prædia deſtinata ad ius paſcendi non poſſunt claudi, vt in illis plantentur vineæ, oliueta, & ſimilia; & ſi fiant propria auctoritate tolli poſſunt. & num. 207.*

203 *Conuentio inter duas Vniuerſitates, vt paſcua ſint communia, ab ea recedere licet, quando paſcua non ſufficiunt proprijs ciuibus.*

204 *Filius ratione paternæ originis dicitur ciuis illius loci, in quo natus eſt pater, licèt ipſe filius alibi moretur.*

205 *Religioſi veniunt appellatione populi illius loci, in quo morantur, & poſſunt mittere eorum animalia in paſcua communia.*

206 *Homines de Vniuerſitate an, & quando poſſint eſſe teſtes pro Vniuerſitate in cauſis paſcuorum.*

208 *Conceſſio iuris paſcendi in vno fundo non extenditur ad vineas.*

209 *Dominus prædij ſeruientis ſi illud reducat ad culturã, an ſit conueniẽdus ad intereſſe, ſeu ad tollendũ impedimẽta.*

Vendi-

210 Venditio iuris paſcendi conceſſa Communitatibus ſuper bonis ciuium non extenditur ad glandes.

211 Priuilegium conficiendi nundinas liberas perditur per decennium.
Amplia ad priuilegium ſtudij. n.212
Limita, quando per priuilegiatum non ſtetit, quominus non fuerit vſus priuilegio. num.213.

214 Seruitus deducendi aquam in fundum non perditur, quando fons exiccatur, & quare.

215 Priuilegium nõ perditur per non vſum etiam per mille annos, quando non adfuit occaſio illo vtendi; & datur exemplum.

216 Priuilegium facilius perditur cõtrauenniendo, quàm non vtendo.

217 Sciens ſe deſcriptum in libro collectarũ, & non appellans intra decem dies perdit priuilegium immunitatis.

218 Soluens ſpontè collectam ſine proteſtatione, ſibi præiudicat in futurum; ſecus in eo, qui habet priuilegium generale.

219 Acceptans decurionatum aſſumitur etiam ad alia officia Ciuitatis, & quare.

220 Decurio ſi eodem tempore eligatur officialis in loco originis, & in loco domicilij, potior erit cauſa domicilij.

221 Immunitas conceſſa a Principe regulariter non porrigitur ad munera ordinaria, & hoc priuilegium magis extortum, quàm conceſſum præſumẽdum eſt.

222 Nulla immunitas excuſat a publicis muneribus realibus, etiam in ijs, qui ſunt de domo Principis.

223 Immunitas nihil valet, niſi in conceſſione tria concurrant, vt hic.
Amplia, quòd etiã alia quatuor ſunt exprimenda in ipſa conceſſione ad ſui validitatem, quæ vide nu.224.

225 Conceſſio Principis potius præſumitur ad petitionem partis, quàm motu proprio.

226 Immunitas conceſſa ab Vniuerſitate an, & quando valeat.

227 Caſtra, Villæ, prædia licèt per aliquod tempus non ſoluerint collectas, & decimas, nihilominus cogi poſſunt ad ſoluendum, & quare.

228 Regula, res inter alios acta tertio nocere non debet, declaratur.

229 Exactio collectarum facta ab aliquibus acquirit, & conſeruat exactionem in alios, & quare.

230 Immunitas obſeruata per 40. annos tribuit ius in futurum; ſed declara, vt hic.

231 Conſuetudo in quo differat a præſcriptione, & quæ requirantur ad inducendam conſuetudinem.

232 Immunitas cauſa remunerationis conceſſa valet, & quare.

233 Immunitas conceſſa Vniuerſitati non extenditur ad fœminas nuptas extra illam Vniuerſitatem.

234 Immunitas conceſſa pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis quanto tempore duret quoad fœminas.

235 Mulier, quæ non ſpontè, ſed ex voluntate parentum nupſit extra territorium, vtrum perdat priuilegium originis.

236 Maritus, qui habet dotem vxoris in loco originis ipſius vxoris, an gaudeat immunitate a gabellis.

237 Maritus tenetur ad tributa pro bonis dotalibus ſuæ vxoris.

238 Immunitatis priuilegium an ſit reale, vel perſonale, vide remiſſiuè.

239 Mulier nupta extra locum originis, cui relicta ſint bona in ipſo loco originis, non gaudet immunitate.
In contrarium videtur deciſ. Rotæ Romanæ hic adducta. num.240.

241 Iniuria facta filiæ etiam nuptæ vendicanda eſt a patre, & quare.

242 Puellæ ob ſexus imbecillitatem, & ætatis infirmitatem, ac paternam reuerentiam facilè inducuntur ad ea, quæ neſciunt, & ignorant.

243 Domicilij mutatio requiritur animum mutandi.

244 Domicilij mutãdi animus quando præſumatur in muliere nupta extra locũ originis.

245 Mulier in dubio præſumitur nupta a patre.

246 Maritus quando teneatur ſoluere duas gabellas pro fructibus dotis.

247 Immunitas conceſſa domino prædij non extenditur ad colonos, & quare.
Declara vt num. 249. in fin.

248 Conductores decimarum eccleſiaſticarũ tenentur ad gabellas.

249 Immunitas conceſſa fundis, quæ dicitur realis, extenditur ad colonos.

250 Vſufructuarius licèt non ſit dominus, tenetur ad collectas.

251 Colonus, qui nummis colit, tenetur ad collectas, & quare.

252 Conſuetudo ſeruanda eſt in exigendis collectis.

253 Coloni priuilegiatorum damnum dantes in bonis alienis tenentur ad pœnas.

Colo-

254 *Colonus, qui colligit omnes fructus, & ſoluit penſionem in pecunia, non gaudet immunitate, hæc tamen coclusio declaratur.*
255 *Emphyteuta, & feudatarius tenentur ad collectas, cum declaratione, vt ibi; & quare. Vide num. 258. in fin.*
256 *Bona emphyteutica quando deſcribuntur in libro æſtimi, minus æſtimantur, propter onus cenſus, quod ſoluitur domino directo.*
257 *Differentia inter emphyteutam, & conductorem ad longum tempus.*
258 *Contractus an ſit emphyteuticus, vel conductionis ad longum tempus, quomodo cognoſcatur.*
259 *Mutatio exactionis collectarum non tribuit immunitatem, & quare.*
260 *Onera eadem eſſe dicuntur, in quibus nõ mutatur res, perſona, vel cauſa.*
261 *Decima, quæ ſoluebatur pro domo, ſi domus deſtruatur, adhuc ſoluenda eſt.*
262 *In gabellis non ſit extenſio de vno ad alium locum, nec de perſona ad perſonam; & redditur ratio.*
263 *Ciuitas vna non poteſt imponere legem rebus alterius* Ciuitatis.
264 *Statutum prohibens extractionem animalium intelligitur de animalibus loci ſtatuti, non autem forenſium.*
265 Gabella non eſt ſoluenda ab eo, qui propter ſiccitatem fuit coactus ire ad molendum in loco gabellæ.
266 *Immunitas præſcripta ab aliquibus ciuibus non prodeſt alijs, qui non præſcripſerunt.*
267 *Ad inducendam conſuetudinem nõ ſoluendi collectas quæ requirantur.*
268 *Ad præſcribendam libertatem, & immunitatem non ſoluendi collectas plura requiruntur, quæ referuntur.*
269 Conſuetudo in quo differat a præſcriptione.
270 *Vniuerſitas habens occaſionem collectandi ſuos ciues, ſi non collectat, ſibi præiudicat; ſecus verò ſi non habet occaſionem.*
271 *Immunitas non ſoluendi collectam ſuper vno fundo, non extenditur ad alios fundos poſtea quæſitos.*
272 *Præſcriptio eſt odioſa, ideo non extenditur, ſed tantum dicitur præſcriptum, quantum poſſeſſum.*
273 *Immunitas a ſolutione collectarum habet reſiſtentiam iuris.*
274 *Præſcribens decimas antiquas in aliqua parochia, non dicitur preſcripſiſſe nouales.*
275 *Epiſcopus præſcribens aliquem actum Epiſcpalem in aliquo hoſpitali, quod conſtat non eſſe religioſum, non dicitur præſcripſiſſe exercitium aliorum iurium.*
276 *Prælatus præſcribens viſitationem in vno loco, non præſcribit in alio, & quare.*
277 *Archidiaconus, qui iuriſdictionẽ exercuit in omnibus monaſterijs, non tamen hanc exercere poterit in monaſterijs denuò ædificatis.*
278 *Taxa impoſita ſuper caſtro, ſi hoc veniat ad manus priuilegiati, taxa nihilominus ſoluenda erit.*
279 *Mutatio perſonæ quando inducat mutationem rei, itaut reſultet immunitas a ſolutione collectarum.*
280 *Immunitas conceſſa venientibus ad habitandum in aliquo loco non tranſit ad hæredes, & filios.*
281 *Immunitas conceſſa ab Vniuerſitate recognoſcente ſuperiorem, non liberat impetrantem, etiamſi per 70. annos fuerit in poſſeſſione:*
Amplia, etiamſi ab impetrante fuerit aliquid ſolutum, quia hoc amittitur vnà cum immunitate. num. 282.
Limita, ſi talis impetrans fuerit requiſitus ad ſoluendum, & recuſauerit, & poſt recuſationem non ſoluit. num. 283.
284 *Immunitas conceſſa a ſolutione taxarum (licèt a ſupremo Principe) niſi adſit derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo, non impedit exactionem.*
285 *Immunitas* Conclauiſtarum *quomodo ſit intelligenda.*
286 Conclauiſtæ *veniunt ſub generali derogatione, nec opus eſt ſpeciali expreſſione.*
287 Conclauiſtarum *immunitas eſt gratioſa ex Principis liberalitate.*
288 *Priuilegij verba, a quocumque ſubſidij onere, &c. quomodo ſint intelligenda.*
289 Conclauiſtæ *quando teneantur ad onera commuunitatiua; & quid requiratur.*
290 *Immunitas conceſſa deſcriptis in aliqua matricula, ad hoc vt valeat, quæ requirantur.*
291 *Sola matricula ſine exercitio, & exercitium ſine matricula non prodeſt.*
292 *Immunis, vel exemptus ſi ob longam infirmitatem, vel imbecillitatem reddatur inhabilis ad ſeruiendum, perdit priuilegium immunitatis.*

293 *Affidati, qui non habent animalia, vel pauca, licèt deſcripti in matricula, non gaudent priuilegijs.*

294 *Priuilegium extrahendi annonam, vel graſciam de loco ad locum, quomodo ſit intelligendum.*

Priuilegia huiuſmodi ſemper habent in ventre, dummodo ſubditi non egeant. num. 295.

296 *Priuilegium alicui conceſſum non extenditur ad ea, quæ publicam vtilitatem lædere poſſunt.*

Amplia, etiamſi priuilegium ſit conceſſum Motu proprio, &c. n. 297.

Amplia 2. etiamſi conceſſio Principis ſit iurata. nu. 298.

Amplia 3. nec etiam ligare ſucceſsorē in Principatu, quin poſſit illam reuocare. nu. 299.

300 *Tractæ victualium ſunt de regalibus Principis.*

301 *Princeps ad ſui libitum poteſt reuocare, & cōcedere, quæ sūt iuriſdictionalia.*

Amplia, in Principe, ſeu Rege ſucceſſore in Regno, & Principatu. n. 302.

303 *Priuilegia conceſſa ſubditis in quo differant a conceſſis non ſubditis.*

304 *Immunitas cum ſit ſtricti iuris, propter publicam vtilitatem reuocari poteſt.*

305 *Clauſula, ex certa ſcientia, &c. & non obſtantibus, &c. quid importent.*

306 *Immunitas conceſſa pecunia interueniēte, ſi reuocetur, reſtituenda eſt pecunia; declara tamen vt hic.*

307 *Reuocationes tractarum a S.mis Pontificibus factæ ſeruādæ ſunt, & quare.*

308 *Reuocationes, & prohibitiones, ne frumentum, & alia victualia extrahantur de Statu Eccleſiaſtico, cōprehendunt omnes indiſtinctè, Duces, Marchiones, Comites, &c.*

309 *Pœna rebellionis, amiſſionis feudorum, & excōmunicationis mulctandi ſunt qui extra Statum Eccleſiaſticum extrahunt annonam, & graſciam.*

Limita, ſi adſit cauſa verè oneroſa, videlicet congruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, & appaltuū Cameræ: ipſa tamen cauſa oneroſa iuſtificanda eſt in plena Camera. num. 310.

311 *Probibentes, ne graſcia, vel annona cōducantur ad Vrbem, an incidant in pœnam Bullæ Cœnæ Domini; negatiuè reſpondet Nauarrus, quando huiuſmodi prohibitio fiat propter neceſſitatem loci, a quo facienda eſt extractio.*

§. XIX.

Gloſſ. 1.

Exemptiones, & Immunitates.

C A P. I.

IMMVNITAS
eſt priuile-
1 gium, ſeu re-
miſſio facta
a iure, vel a
Principe, de
non ſoluen-
do onera,
ſeu munera
publica, vt
legitur *in*
rub. & nig. ff. de iur. immunit. quæ ta-
men regularitèr concedi non debet, *l. 1.*
C. de immunit. nem. conced. lib. 10. & no-
tarius ſcribens inſtrumenta ſuper immu-
nitate alicui fraudolentèr, vel ambitio-
ſè, flamma comburendus eſt, vt legitur
2 *ibi in text.* & ratio eſt, quia in ſolutione
tributorum eſt ſeruanda æqualitas, & æ-
qua debet eſſe omnium cōditio; & ideo
reſcriptum in contrarium obtentum nō
valet, *l. in fraudem*, C. *de annon. & trib.*
lib. 10. *vbi And. de Barul. num.* 3. *& Luc.*
de Penn. num. 2. dicunt, non valere pa-
cta, quæ faciunt Ciuitates concedentes
alicui immunitatem, vel vt certum quid
3 ſoluant; *l. vacuatis*, C. *de decur.* redden-
tes rationem; quia alij onerarentur ex
hac immunitate, quod lex abhorret; *l. 1.*
C. *de cenſ. lib.* 11. *l. actores*, C. *de exactor.*
tribut. lib. 10. *vbi Bart.* notat, officiales
teneri ad ſolutionem tributorum, ne
ipſis ceſſantibus, cęteri onerentur; *Oſaſc.*
deciſ. 95. *num.* 18. *&* 19. addens, reſcripta
4 ſuperioris concedentia immunitates e-
tiam de conſenſu ciuium, ſiue curiæ nō
valere, *per tex in d. l. vacuatis*, *C de decu-*
rion. lib. 10. *vbi gloſs. in verb. conſenſu*,
dicit, textum facere contra ruſticos cō-
cedentes quandoque immunitates ali-
cui fabro, vel alijs ſimilibus perſonis, pro
eis ſoluentes, non eſſe validas; quam
gloſs. ſequuti ſunt ibi Bart. Angel. in 2.
notab. & Lucas de Penna, & probat text.
in l. 1. C. de decret. decur. lib. 10. vbi a Dio-
cletiano, & Maximiano Impp. ſancitum
5 habes, exceptis, qui liberalium ſtudio-

rum antiſtites ſunt, & qui medendi cura funguntur, decurionum decreto immunitatem nemini tribui poſſe: & hanc legem declarat *Io.de Plat.* habere locum, quando medici, & alij profeſſores ſunt intra numerum deſignatum, non autem ſupernumerarij; *l.1. & l.medicos*, C.*de profeſſ.& med.eod.lib* 10. & priuilegium
6 conceſſum magiſtro non extenditur ad eius repetitorem, quamuis eiuſdem facultatis, quia repetitores non continentur appellatione magiſtrorum, vt ibi per eum.

Venientibus etiam de nouo ad habitandum in aliquo loco concedi poteſt immunitas a ciuibus; *Oſaſch. d. deciſ.95. num.19.verſ. exceptis perſonis; & voluit etiam Bart.relatus a Luca de Penn. in l.vacuatis,num.2.verſ. ſed ei qui vult,C. de decurion. lib.*10. reddens rationem, vt ſic Reſpublica huiuſmodi adiectione potius quàm pecunia amplietur, *ad tex. in l.fin.§.ſi plures,ibi; cum ampliori im-*
7 *perium hominum adiectione potius,quàm pecuniarum copia malim, ff.de bon.damnat.Alex.conſ.*101.*num.3.lib.*1.qui hanc concluſionem declarat videndus; hanc autem conceſsionem immunitatis non fiſco, ſed ipſis ciuibus præiudicare dicit *Lucas de Penn.l.in fraudem,num.1. C.de annon.& trib.lib.*10.

Imò nec in præiudicium Vniuerſitatũ Ditionis Eccleſiaſticæ has immunitates reſultare poſſe cautum eſt in *Bulla hoc* §.19. *& ſeq.* vbi illarum conceſsio nedũ in futurum prohibetur, ſed ſi conceſſæ ſint, reuocantur, vt dicemus infra latius; & vide quæ congerit *Oſaſch.deciſ.95.n.21 & ſeq.Anch.conſ.260. per tot.*

8 Principem verò non recognoſcentem ſuperiorem poſſe ex cauſa has immunitates concedere, nemo eſt qui dubitet; *l.immunitates, & ibi gloſſ. in verb.factæ, quam ſequitur Bart.Io.de Plat.& alij,C. de agric.& cenſ.lib.11.& legitur in l.vn.* C.*de his qui a Princip.vacation. acceper. vbi gloſſ.*tria neceſſaria eſſe dicit, ad hoc
9 vt immunitas conceſſa ſuſtineatur. Prima eſt, vt a Principe fiat, quia alius a Principe id concedere nequit, *l.a muneribus,& l.nemo*,C.*de decurion.lib.*10.Secunda, vt conceſsio ſit temporanea; nam etiam gratia temporanea a Principe expetenda eſt, *d.l.nemo.in fin.* neque cen-
10 ſetur perpetuam immunitatem conceſſiſſe, niſi apponat clauſulam, *non obſtan. de certa ſcientia, & plenitudine poteſtatis*, ex quibus verbis colligitur, Principem voluiſſe etiam in præiudiciũ tertij concedere, prout notantèr ſcribit *Alex.conſ.*101.*num.5. & 9.lib.*1. *Io. de Plat.d.l.vnic.num.2. verſ. niſi dicat, C.de his, qui a Prin. vacat. accep.lib.*10. Tertiò requiritur, vt conceſſio fiat ex iuſta, cauſa, & rationabili, ex qua Princeps fuerit motus; nam omnis excuſatio, & immunitas nititur æquitati mitiganti rigorẽ vocantem omnes paritèr ad munera; *l.1.ff.de vacat muner.& ibi Bart. & alij;Io.de Plat.loc.prox.cit.n.1.verſ.ſecũ-*
11 *dò quòd aſſignetur,Oſaſch.deciſ.95.nu.*21 Et Principes quoque nullum habentes ſuperiorem in terris, vt Papa, & Imperator, habent nihilominus in aliquibus limitatam poteſtatem, de qua licitum eſt diſputare; *Alex.conſ.*216.*nec arguendi, in princ.lib.*2. & magis latè hanc rem proſequitur *Lud. Rodulph.in tract. de ſuprema ſeu abſol. Princip. poteſt. cap.6. qui a num.*24.*vſque ad num.*151. *& per tot.*decem & octo concluſ.cum ſuis am-
12 pliat.& limitat. ponit, & examinat diligentèr, in quibus Princeps non preſumitur velle, nec poſſe vti plenitudine poteſtatis ad tollendum ius commune, vel alteri quæſitum, ſeu læſiuum.

Prima concluſio eſt, Principem non poſſe ſtatuere, vt vni teſti credatur, quia de iure Diuino in ore duorum, vel triũ ſtat omne verbum; Quam tamen concluſionem crederem intelligendam ſecundùm notata *a Panormit. & alijs c.licèt, de teſtib.*

Secunda, non poſſe ſtatuere, vt teſtamentum valeat cum minori numero duorum teſtium, propter eandem rationem. Quod intellige cum immediata declaratione.

Tertia, non poteſt facere ſtatutum, vel decretum, quo credatur ipſi Principi, dicenti aliquem eſſe rebellem, quia agitur de intereſse ipſius propter bonorum confiſcationem.

Quartò, non poſſe diſponere etiam de plenitudine poteſtatis, vt teſti non iurato credatur, quia iuramentum eſt de iure Diuino. De qua concluſione cogita.

Quintò, non poſſe actum facere in præiudicium non citati, ſub pęna nullitatis, quia etiã citatio eſt de iure Diuino

Sexta, non poſſe facere gratiam de homicidio facto animo deliberato, quia hoc eſt contra ius Diuinum, *Geneſ.ca.9. num.6.* dicente Domino, *Quicumque effuderit humanum ſanguinem, fundetur ſanguis illius*. Quod crederem intelligendum, niſi cõſtet de correctione.

Septima, non poſse remittere, quin officialis ſtet ad ſyndicatum, quia etiam de iure Diuino eſt, vt vnuſquiſque reddat rationem villicationis ſuæ.

Octauò, non poſſe gratiam facere blaſphemantibus Deum, aut SS. Virginẽ Mariam, vel Sanctos; nam ius Diuinum vult, blaſphematores acritèr puniri; dixit enim Deus Moyſi: *Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus ſit. Leuit.cap.24.num.16.*

Nonò, non poſſe Principem de plenitudine poteſtatis tollere actiones naturali æquitati nitentes, quia tam ex parte imperantis, quàm concedentis induceretur peccatum; *Bald.in l.reſcripta, n.13 verſ.item poteſt, C.de precib.imper.offer.*

Decimò, non poſſe condere ſtatutum, vt quis puniatur pro delicto alterius, quia hæc eſt diſpoſitio odioſa, irrationabilis, iniuſta, dura, & contra ius naturale, ac Diuinum, & æquitati reſiſtens; ait enim Deus; *Filius non portabit iniquitatem patris, Cacher. deciſ.88. num.2. & 4.* Quę tamen concluſio multas habet limitationes, quas refert *D.Mutius Carthar.Vrbeuetanus tract. de puniendo innocentem pro delicto nocentis*, nunc primùm in lucem edito a Domino Carolo Carthario Sacrę Conſiſtorialis Aulę Aduocato, & Decano, Archiui Apoſtolici Arcis S.Angeli Præfecto, ipſius Mutij ex Iuliuo germano fratre nepote, & Ciuitatis Vrbis veteris patritio.

Vndecimò, non poſſe ſtatuere pęnam contra comedentes vuas in vineis alienis, dummodo abſtineant ab aſportatione: quod tamen verum opinor tempore neceſſitatis pro alimentis; quia *Deuter. cap.14.num.29. & cap.23.num.24. & 25*, habetur: *Ingreſſus vineam vicini tui comede vuas, quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum; ſi intraueris ſegetem amici tui, franges ſpicas, & manu conteres, falce autem non metes*; & ſic Chriſtus Dominus patiebatur Diſcipulos ingredi fundum alienum, & in eo comedere ſpicas, nec eos increpabat, quia non aſportabant foras; *Matth.cap.12.in princ. Marc. cap.2. num.23. & ſeq. Lucas cap.6. in princ.* & eſt concluſio recepta tam iure Diuino, quàm humano, *Rodulph.loco citato concl.11.num.82.83.84* licèt in practica malè ſeruetur.

Duodecimò, non poſſe Principem in criminalibus tollere defenſionem reis, etiam de plenitudine poteſtatis; *Clar. in §.fin.quæſt.39.verſ.& hoc adeo verum eſt, Farin.lib.2.quæſt.& com.opin.quæſt. 39.num.18.verſ.amplia 7.* qui teſtatur de communi; licèt aliquando Principes nõ recognoſcẽtes ſuperiorem iuſtis de cauſis, & iuxta delictorum qualitates, mandent iudicibus, vt denegatis defenſionibus procedant, quod etiam admittit *Rodulph.in loco cit.num.90.91.& 92.* quando ſcilicet delicta ſunt atrociſſima, & concludentèr probata.

Decimotertiò, non poſſe Principem diſponere, quòd vxor non ſequatur virum ſuum; nam ex vtraque lege tam Moſayca, quàm Euangelica prohibita eſt ſeparatio vxoris a marito; legitur enim *Geneſi cap.2. num.24 Erunt duo in carne vna, & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet*. Conceditur tamen ex iuſta cauſa diuortium quoad thorum tãtùm, *Theſaur.fori eccleſ.part.2.de ſponſal.& matrim.cap.24.num.121.*

Decimoquartò, non poſſe Principem ſine rationabili cauſa expellere iudæos pacificè viuentes, de terris ſuis, & a domibus ad habitandum conceſsis, quia ex præcepto charitatis tenemur facere eleemoſynas etiam iudæis in neceſsitate poſitis; *c.non ſatis, diſt.86.* ſed fuſius hanc concluſionem vide apud *Marquard. tract.de iudæis, cap.7.* poteſt tamen Princeps illis aſsignare certas Ciuitates, & certum locum in ipſis Ciuitatibus, vt fecit fel.record. Pius V. Summus Pontifex, *in ſua Conſtitut. 80. Bullar. nou.tom.2. pag.278.*

Decimoquintò, non poſſe Principem præcipere ſubditis originarijs alibi habitantibus, vt redeant ad patriam, vel ab initio prohibere, ne vadant ad habitandum alibi extra iuriſdictionem ſine eius licentia, quia agitur de coarctatiua hominis voluntate, & libertas eſt de iure naturali: Contrarium tamen ſeruatum videtur contra ſubditos Eccleſiaſticę Ditionis, publica hoc ſuadente vtilitate, vt legitur *in Conſtit.fel.rec.Vrbani VIII. edita die 3.Nouembris 1637.incipit, olim fel.rec.Sixtus V.* & ad hoc etiam videndi ſunt *Roman.conſ.59.ad diſcutiendum, per totum, Iacob.Gall.conſ.2.num.95. & alibi.*

Decimoſextò, non poſſe Principem prohibere ſubditis venationem, quia venatio eſt de iure naturali, & gentium; & deducitur etiam a iure Diuino; *Gen. cap.1.num.26. ibi, Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, volatilibus Cœli, & be-*

& beſtijs vniuerſis terræ: & paulò infra num.28. Dominamini piſcibus maris, & volatilibus Cœli, & vniuerſis animãtibus, quæ mouentur ſuper terram: Verùm ex iuſta cauſa poſſe Principẽ prohibere venationem, *idem Rodulph.* admittit, qui etiam aſsignat, quæ ſit iuſta cauſa, *loco citato a num.* 126. *vſque ad num.* 134.

Decimoſeptimò, nõ poſſe Principem tollere teſtamentum, nec voluntati teſtatoris derogare, quia teſtamentorum inuentio eſt de iure gentium, ſolemnitates verò in eo requiſitæ ſunt de iure ciuili, & prætorio; *Clar. in §. teſtamentum, quæſt.2. Didac. Couar. lib.3. var. reſol. cap.6. num.8. verſ. primum ex his, & num.9. verſ. ſecundò infertur,* Surd. conſ. 202. *dona omnia, num.*25. *& alibi lib.*2. Contrarium tamen videmus quotidie ſeruari de facto, & ideo concludunt Doctores noſtri, poſſe Principem de plenitudine poteſtatis iuſta cauſa ſubſiſtente derogare teſtamentis; *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.*11. *tit.*12. *num.*32. *& alij relati ab ipſo Rodulph. num.* 145. *& in num. ſeqq.* aſsignat quæ ſint iuſtæ cauſæ.

Decimo octauò, non poſſe Principem de plenitudine poteſtatis auferre ius quæſitum de iure gentium, vt ſunt dominia, poſſeſsio, contractus, pacta, promiſsiones, obligationes, & alia huiuſmodi; *Pereg. de fideicom. art.*52. *nu.*127. Verùm ex iuſta cauſa poſſe auferre dominium, tam de iure ciuili, quàm de iure gentium acquiſitum; *idem Peregr. ſcribit loco cit. num.*128. *& alij multi relati a Rodulph. nu.*160. *& num. ſeqq.* vbi ſatis clarè hanc concluſionem examinat.

Decimononò, non poſſe Principem de plenitudine poteſtatis reuocare, ſeu reſcindere, & annullare proprium contractum, nedũ quia Princeps contrahendo conſideratur vt priuatus, & vtitur iure communi; *Zabar. in conſ.*147. *num.*2. *verſ. hoc tamen procedit; Pereg. de iure fiſci lib.6. tit.1. num.11. & ferè per tot. Rota coram Iuſto in Romana appaltus, die* 15. *Ianuarij* 1596. *quæ habetur impreſſa poſt tract. Pacif. de ſalu. interd. deciſ.*285. *num.*1. *Surd. deciſ.*2. *num.*20. *&* 21. ſed etiam, quia de iure gentium, & Diuino pacta ſeruanda ſunt; *vt in lib. Prouerb. cap.5. in princ.* & concluſio illa communis, *pacta ſeruabo*, proceſsit de ore Dei, *Bald. in l.1. ff. de pact. & ibi Iaſ. num.*1. *Peregr. de iure fiſci loco citato num.9. & alij relati a Rodulphin. loco citato, a num.*176. *vſque ad num.* 187.

13 Vigeſimò, non poſſe Principem de plenitudine poteſtatis contrauenire primæ inueſtituræ, nec priuare vaſallum feudo ſine iuſta cauſa; *Clar.* §. *feudum, quæſt.*59. *in princ. Peregrin. de fideicomm. artic.*52. *num.*131. qui diſtinguendo ſic ait; aut enim conceſsio feudi facta eſt ex cauſa cõtractus viciſsim obligatorij, & procedit concluſio, aut eſt conceſsio gratioſa ex benignitate Principis, quæ non tranſiuit in contractum, & tunc poteſt etiam de poteſtate ordinaria auocare feudum, vt ibi per eum latius; ſed ex iuſta cauſa poſſe Principem priuare vaſallum feudo, dicit *Clar.* §. *feudum, a quæſt.*48. *vſque ad quæſt.* 59. vbi ponit duodecim cauſas, ex quibus vaſallus priuari poteſt feudo.

14 Quando autem præſumatur princeps aliquid feciſſe, vel conceſsiſse iuſtis de cauſis; *Menoch. de præſump. lib.* 2. *præſump.*10. *per tot.* vbi diligentiſsimè hanc rem pertractat, & multa etiam congerit *Roduldbin. loco cit. num.*202. *verſ. cæterũ cum ſuperius, & plurib. etiam num. vſq; ad fin. tractatus.*

Ex his igitur ſatis conſtare putamus, principes poſse, ſi iuſta cauſa ſubſit, concedere, vel auferre immunitates, & ex-
15 emptiones: vbi verò conceſsa eſt immunitas a principe non recognoſcente ſuperiorem, onus, quod ferre debebat impetrans immunitatem, accreſcit alijs nõ habentibus immunitatem; *Abb. in c. accedentes, num.8. verſ. tertio caſu, de præſcript.* vbi ait, ſolum Imperatorem, & Pa-
16 pam poſse eximere aliquem, itaut onus accreſcat alijs: cæteri verò Reguli, & Barones non habentes iura imperij id agere nequeunt; ſequitur *Felin. ibi n.7. verſ. ſi enim conceditur, Caſtr. conſ.*187. *notandum eſt, num.*10. *verſ. ſed & tertiò, lib.2. Natta conſ.160. in cauſa, quæ agitur Vercellis, num.37. & conſ.397. perſpectis, num.12. verſ. attamen quando, & alij relati a Surdo conſ.* 278. *recepta, num.* 13. *lib.2. qui ſupra num.* 10. huius conclu-
17 ſionis reddere rationem videtur, dum ait, quia onera a principe imponuntur non ſingulis, ſed Vniuerſitati, ideo ſi vnus eximitur, ab alijs integrè ſoluitur, quia vno dempto, non deſinit eſse Vniuerſitas; & ait hanc eſse doctrinã *Bald. in c. ſecundò requiris, in fin. de appellat.* Zabar. *in Clem. præſenti, num.*15. *de cenſib.* qui loquitur de Vniuerſitate Tiburtina obligata Romanis quolibet anno ſoluere certam quantitatem pecuniæ; ſi aliqui

aliqui Tiburtini eximantur, tenetur ta-
men Vniuerſitas integrum ſoluere, quã-
do onus eſt impoſitum Vniuerſitati; *Fe-
lin. in c. accedentes, num. 8 verſ. ſecunda
concluſio, de præſcript.* qui ait, quando
onus imponitur ſimplicitèr, quod vnus
non ſoluit, cæteri ſoluunt, ſecus ſi im-
ponatur cuilibet, & ſingulis: & hæc eſt
doctrina *Bart. in l. 2. num. 3. verſ. primo
caſu,* C. *de apoc. publ. lib. 10. & ſequitur
ibi Io. de Plat. num. 4. verſ ſecundo caſu;
& repetit Bart. in l. ab omnibus, 107. nu. 2*
18 *ff. de legat.* 1. qui ait, ſtatutum imponens
onus Communitatibus ſoluẽdi ſalarium
Poteſtati, ſi poſtea aliqua Villa exima-
tur, cęteri tenentur ad ſalarium integrũ,
*Marc. quæſt. 457. nu. 26. verſ. & paritèr,
Alex. conſ. 178. num. 19 lib. 2.*

Ex quibus ſatis dubia redditur ſupra-
dicta concluſio in Statu Eccleſiaſtico, o-
nus ſcilicet illius, qui cõſequitur immu-
nitatem a Principe, ſoluendum eſſe ab
ijs, qui immunitatem non habent, quia
19 onera cameralia; præcipuè ſubſidium
triennale non eſt impoſitum Vniuerſita-
tibus, ſed ſubditis, & vnicuique ipſorum
vti ſingulis, *vt dictum eſt ſupra §. 3. gloſ.
1. Communitatum, cap. 12. num. 19. &
alibi.*

Sed videtur, quòd tolli poſſit hæc dif-
20 ficultas, ſi dicamus ex noua conuentio-
ne inita inter Cameram Apoſtolicam, &
Vniuerſitates onus eſſe impoſitum Vni-
uerſitatibus, quia ipſæ hodie conueniũ-
tur, non autem ſingulares perſonæ, niſi
in quantum ſunt homines illius Vniuer-
ſitatis, & contra quos ceſſa fuit actio ab
ipſa Camera Apoſtolica.

Secundò tollitur difficultas, quia illa
procedit in Principe habente ſuperiorẽ,
non autem in Papa, & Imperatore, qui
poſſunt de plenitudine poteſtatis, con-
dendo vni immunitatem, alios grauare,
vt diximus, & hoc fortius procedit, quã-
do cum poteſtate apparet coniunctam
eſſe voluntatem ipſius Papæ, vel Impe-
ratoris, vt notat *Surd. d. conſ. 278. num.
fin. verſ. ſublata autem, & in deciſ. 2.
num. 18.*

Et ita etiam ſeruat conſuetudo opti-
ma rerum interpres, ſiquidem cum Fa-
britius Verallus Domicellus Vrbeueta-
nus a fel. rec. Paulo V. die 24. Nouembris
1608. inter Vaticanos Senatores, & pur-
puratos Patres aſſumptus fuiſſet, & ex
hoc capite, quia ſcilicet S.R.E. Cardina-
les eximuntur a ſolutione collectarum;
onus, quod ante Cardinalatum ſoluebat
pro bonis ab ipſo poſſeſſis in agro Vrbe-
uetano, quoad ipſe vixit, inter alios ci-
ues diuiſum fuit, ita ſacra Congregatio-
ne Boni Regiminis mandante die 14.
Octobris 1609.

21 Inſuper cum Excellentiſſimi II. VV.
DD. Domini Iulius Cartharius, & Pe-
trus Paulus Phœbeus, ambo ciues, & pa-
tritij Vrbeuetani a fel rec. Vrbano VIII.
procuratoris fiſci decorati eſſent digni-
tate, poſtea ille Senator Vrbis, in quo
munere diem obijt, Phœbeus verò ſacræ
Inquiſitionis Aſſeſſor, & poſtea Epiſco-
pus Balneoregienſis creati, cum ratione
fiſcalatus officij in Camera Apoſtolica
ſediſſent, immunitatem a collectis con-
ſequuti fuerunt, & onus ad illos tangens
ad alios ciues translatum fuit; quia, vt
22 diximus, ſupremus princeps, vt eſt Papa
& Imperator, poſſunt cõcedere immu-
nitates in præiudicium aliorum, vt mul-
tis probat *Mar. Antonin var. reſol. lib. 2.
reſol. fin. caſu 27. per tot. Pariſ. conſ. 68.
num. 17. & alibi lib. 1.*

Licèt contrariũ ſentire videatur *Hoſt.
in c. peruenit, prope fin. verſ. dicendum
eſt, de immun. Eccleſ. Lucas de Penna in
l. actores, num. 1 verſ. in contrarium, cum
num. ſeq. vſque ad fin. C. de exact. tribut.
lib.* 10. horum tamen opinionem mili-
tare in Comite, Barone, & ſimilibus re-
cognoſcẽtibus ſuperiorem, ſcribit *Boer.
quæſt. 213. num. 4. verſ. ſecus ſi ab alio,
Abb. in c. peruenit, num. 9. & 13. verſ. pri-
mò quòd ſolus, & in num. 16. & 17. de
23 immun. Eccleſ. & num.* 18 ait, priuilegiũ
immunitatis conceſſum ab inferiore nõ
præiudicare Vniuerſitati, ſed ipſi conce-
denti; ſecus autem ſi fuerit conceſſum a
ſupremo principe; & ſe remittit ad ea,
quæ latius ſcribit *in c. accedentes, num. 8.
de præſcript.*

24 Supremi autem Principes dicuntur e-
tiam illi, qui licèt habeant inueſtituram,
& recognoſcant in ſuperiorem Papam,
& Imperatorem, tamen habent iura im-
perij, & poſſunt ea facere in ſuis domi-
nijs, & feudis, quæ poſſunt Imperator, &
25 Papa in toto Imperio, & iuriſdictione;
vt ſunt Dux Sabaudiæ; *Cacher. deciſ. 154.
num. 1.* Magnus Dux Florentiæ, *Menoch.
conſ. 2. num. 65. & 66. & alibi, Aſin. tract.
de execut. cap. 4. nu. 4.* reddens rationem,
quia præeſt Reipub. Florentinæ, quæ an-
no 1373. ſuam libertatem emit a Rodul-
pho Imperatore; Reſpublicæ quoque
Veneta, Ianuenſis, & Lucenſis in Italia
habent huiuſmodi iura imperij; *idem
Menoch. d. conſ. 2. num. 64. 68. & 69.* De
Duce autem Mantuæ, & Montisferrati
loqui-

loquitur *Surd.conſ.*278.*n.*14.*& in dec.*1 *num.* 1. & de Duce Ferrariæ *idem Surd. deciſ.*288.*num.*1.*Menoch.conſ.*92. *nu.*32. qui loquitur etiam de Duce Vrbini, qui duo Ducatus hodie deuoluti ſunt ad Apoſtolicam Sedem, hic Vrbano VIII. ille Clemente VIII. regnantibus. Parmæ verò, & Placentiæ Ducem recenſet *Odd. de reſtit.in integr.part.* 2. *quæſt.*92. *artic.*9. *num.* 95. & hi omnes poſsunt ſuos ſubditos ad famam reſtituere, quia iſti ſubditi non Imperium, aut Papam immediatè recognoſcunt, ſed ipſos Duces, & principes, qui immediatè exercent iura regalia, & merum, & mixtum imperium, cum omnimoda gladij poteſtate. Alij verò, qui in ſuis Caſtris, Oppidis, aut Ciuitatibus talia iura regalia exercere nequeunt, ſine licentia ſupremi principis, immunitates concedere non poſſunt, & ſi concedant, onus non accreſcit alijs, vt ſupra firmatum eſt.

Sed etiam in ſupremo principe non recognoſcente ſuperiorem poſita con-
26 cluſio multas habet declarationes. Primò declaratur, non habere locum in ijs, quæ reſpiciunt publicam vtilitatem, vel neceſſitatem; *Alex.conſ.*101.*num.*7.*lib.*1 vbi ampliat, quàmuis priuilegium immunitatis tranſierit in contractum; exemplum erit in emptione, & venditione frumenti publica vrgente neceſſitate, quo caſu immunitas conceſsa à ſupremo principe nihil prodeſt; *textus in l.*1.*C.vt nem liceat ab empt ſpec.ſe lib. lib.*10.*& ibi Bart.Io.de Plat.& alij relati a Surd deciſ.*275.*tanta fuit*, vbi deciſũ
27 habes, immunem ab onere cuſtodiæ, teneri tamen ad collectam impoſitam pro cuſtodia, ne frumentum extrahatur de loco ad locum; & hæc fuit doctrina *Dini in l. ſi ex toto, in princ. ff. de legat.* 1. *quem refert Angel.in addit.ad Bart.in d.l.vnic. lit.A.* C. *vt nemin. liceat in emp. ſpec.* de qua re etiam diximus *ſupra §.*8. *gloſſ.*2.*cap.*21.*de annona*, & videri poteſt *Iaſ.in l. ſi ex toto,num.*9. *ff.de leg.*1. Sicuti in alijs quoque Reipublicæ indigentijs non ſuffragari immunitates, apertè ſcribit *Alex.conſ.*217.*aliàs eſt in meo lib.*216
28 *num.*27.*&* 28.*lib.*2. qui loquitur in bello ſuperueniente, propter quod imponenda ſit collecta, vel aliud onus, quo caſu non prodeſt immunitas, quouis titulo conceſsa, quia vtilitas publica cuilibet priuilegio præferenda eſt; *Petr. Gerard. ſing.*100.*neceſſitas non habet legem,n.*15 *&* 22. vbi ait, neceſſitatem ſolutam eſſe
29 ab omni lege; & propter neceſſitatem iuris diſpoſitio ad tempus ſuſpenditur, licèt ex toto non relaxetur; *bonus text. iuncta gloſſ.in l.quoad præſens, C.de muvileg.lib.*11. vbi Imperator ſtatuit, pro re-
30 paratione inſtantis neceſſitatis addendũ eſſe baſtagiarijs quintũ animal, *vbi gloſ* addit, pro reparatione corporis humani dandum eſſe macellarijs animalia vltra numerum præfinitum; & eam ſequitur *Bart.in repetit. huius l.num.* 3.*verſ. ſecundo modo, & num.* 4. inducit huius textus deciſionem ad ſtatutum Peruſinum, quo ſancitum eſt, vt illi, qui tenent lacum Peruſinum, debeant certam quãtitatem piſcium omni die portare in platea, ſi ex caſu multitudo gentium ſuperueniat, poſsunt cogi ad portandum plus tantum, quod ſufficiat pro reparatione corporis humani; ſequitur *Io. de Platea ibi num.*2.*verſ.& ex hoc*, qui addit, quòd ſtatuta, & conuentiones macellariorum, vt teneantur dietim macellare ſolummodò tantam quantitatem carnium, poſsunt violari, nec ſunt ſeruanda, ſuperueniente publica neceſsitate in populo, & indigentia maioris quantitatis, ad quam tunc cogi poteſt; *Alex. d. conſ.*217.*num.*29. & poteſt hæc concluſio extendi ad piſtores, & alios quoſcumque artifices, qui victualia vendunt, propter identitatem rationis; *Roman. ſing.*198.*tu legis,num.*6. *Abb. in c. peruenit,num.*6.7.*&* 8.*de immun. eccleſ. Myſing.cent.*4. *obſer.*70.*per tot.* qui de magis communi teſtatur.

31 Et ita ſeruatum vidimus in Eccleſiaſtica Ditione, & in ipſamet Vrbe annis proximè elapſis, quibus Italia bellorum incendijs, & peſtis debaccatione acritèr vexata fuit; ſiquidem S.R.E. Cardinales, Cameræ Apoſtolicæ Clerici præſidentes, ipſiuſmet Summi pontificis intimi familiares, qui aliàs ab omni onere reali, perſonali, & mixto ſolent eſſe immunes, *l.*1.*C.de præpoſit.labor.lib.*12. *ibi, nã immunitate digni ſunt, quos noſtri late-*
32 *ris comitatus illuſtrat*; ſpõtaneam tamen contributionem pro modo facultatum, & dignitatum ſubierunt; qua in re vidẽdus eſt *Marc.quæſt*457. *quæritur an officiarij, nu.*28. vbi caſum valdè ſimilem adducit, & ait, hos priuilegiatos ſoluiſſe cum decreto facto per modum prouiſionis, & citra præiudicium iuris partium, & cum promiſsione de reddendo in caſu ſuccumbentiæ, vt ibi per eum latius: ſed in caſu huius quæſtionis officiarij fuerunt coacti ad contributionem faciendam, & ideo proteſtati fuerunt; ſed

ſed in caſu noſtro, quia contributio fuit
voluntaria, nulla interceſſit proteſtatio,
quia volenti non fit iniuria: videndus
eſt etiam *Bald.in conſ.405.lata fuit ſen-
tentia, per tot. lib.5.* qui benè examinat
intellectum *legis vnicæ,* C. *vt nemini li-
ceat in emp.ſpeci.& num.5.*habes,quan-
do dicatur bellum vrgere, & quando
Princeps, & Ciuitas vrgeantur bellis;li-
cèt *Roland.a Vall.conſ.52.nu.27.& 28.
lib.2.*videatur limitare poſitam conclu-
ſionem, quando immunitas fuiſſet con-
33 ceſſa ab Imperatore, & Papa tempore
belli,quia tunc præſumitur fuiſſe cogita-
tum de huiuſmodi neceſſitate; & nihi-
lominus voluiſſe concedere immunita-
tem, quam non intelligit eſſe reuocan-
dam, etiam belli neceſſitate inſtante; &
affert exemplum in eo, qui conducit rē,
quæ tempore conductionis erat ſterilis,
ſeu tempore belli,vt hic non debeat ha-
bere remiſſionem,quia ſibi imputari de-
bet, nam talis conductio non poteſt in-
telligi, niſi de eo loco ſterili, & de tem-
pore belli;neque bellum,& ſterilitas hoc
caſu poteſt numerari inter caſus fortui-
tos; *Alex.conſ.112.num.4.lib.1. Afflict.
deciſ.365.per inſtrumentum,nu.8. Mar-
ſil.in l.1. §.ſi ſeruus, num.14.ff.de quæ-
ſtion.& nu.18.*ait;ſi commodaſti equum
tuum, vt irem ad bellum, ſi equus mo-
34 riatur in bello,non teneor ad reſtitutio-
nem equi, neque ad pretium,quia ſcie-
bas, vel ſcire debebas alitèr non poſſe
regularitèr euenire, quia communitèr
equi interficiuntur in bello,*vt eſt textus
in l.5.ſi vt certo, §.planè ſi ſit, ff. cōmod.
& alios concordantes adducit ibi Marſil
pag.apud me 18.a tergo; Oſaſcb. deciſ.39.
num.21.*

Limitat ſecūdò *Rolan.d.conſ.52.n.30.*
35 quando immunitas eſt conceſſa per pri-
uilegium hominis, ſecus autem ſi con-
cedatur a lege,vt eſt caſus illius conſilij;
de immunitate cōceſſa patri ob nume-
rum 12.filiorum, quæ eſt in corpore iu-
ris, vt dicemus infra latius, vt hæc ex-
tendatur etiam, vt ipſe ait, ad onera
bellica; quia ceſſat ratio Dini, & aliorū,
non fuiſſe ſcilicet cogitatum de tali ge-
nere; abſurdum eſt enim dicere, legem,
quæ immunitatem conceſſit ob numerū
12.filiorum, non cogitaſſe de futuris
bellis, cum lex ſit dogma commune
prudentum virorum,*l.1.ff.de legib.*cuius
proprium eſt dare formam futuris ne-
gocijs, *l.leges,C.de legib.l.vn.in fin.C.de
caduc.toll. facit Oſaſcb deciſ.91. num.18.*
36 qui hanc limitationem extendit ad cō-
ceſſionem hominis, quando ex verbis
ipſius conceſſionis, & priuilegij apparet
fuiſſe cogitatum etiam de bello,*vt d.de-
ciſ.91.nu.12.& 13. quèm ſequitur My-
ſing.d.obſer.70.num.9. verſ.ſed & tunc,
cent.4.*

Verùm ſi daretur caſus veræ neceſſi-
tatis, & indigentiæ publicæ,puto huiuſ-
modi limitationes malè ſeruandas eſſe,
quia,vt notantèr Dicit *Iaſ.*ſequendo o-
pinionem dini, & reſpondendo ad ea,
quæ in contrarium adducuntur *in dicta
l.ſi ex certo,num.12.verſ. ego teneo,* vbi
etiam affert iura, & exempla probantia
tam in priuilegio hominis, quàm legis,
& num.18. concludit, quòd neceſſitas
non ſubiacet legibus, & facit licitū,quod
aliàs erat illicitum, *c.quod non eſt licitū,
37 de reg.iur.*& clerici,qui priuilegium im-
munitatis habent tam iure Diuino, quā
humano, tempore belli tenentur ad o-
nera Reipublicæ iuxta diſpoſitionem *c.
peruenit,& ibi Canon.de immun.Eccleſ.
Fran.Marc.quæſt 457.quæritur, an offi-
ciarij,num.18. verſ.ſed contrariam par-
tem; & proſequitur num ſeqq. vſque ad
fin. part.1.*

38 Et principem poſſe a conuentione,&
contractu inito cum ſubditis ex iuſta
cauſa recedere, dicit *gloſſ.in l.1.eotem
ferro, §.1. ver. non poſſunt. ff.de publi-
can.Felin.in c.1.num.6.de probat. Andr.
ab Exea de pact. num.456. verſ.ſecundò
ſublimitatur, & alij multi relati a Ro-
dulph. de ſuprema Princip. poteſt. cap.6.
num.199.* vide tamen *Peregr. de iure fi-
ſci lib.1.tit.3.num. 67.* qui iura pro vtra-
que parte, & Doctorum auctoritates
39 adducit; vide etiam *Gomeſ.in repet. c.1.
num.141.de conſtit.*qui fingit caſum in
Papa, qui fecit pacem cum Ciuitate ſibi
ſubiecta ſub certis promiſſionibus, quas
tenetur obſeruare,nec poteſt ab illis re-
cedere etiam de plenitudine poteſtatis;
& poſt allatam diſtinctionem, quam af-
fert etiam *Pereg. verſ. pro concordia,
ſequutus Campeg. & Alberic. locis ab eo
40 relatis,* tenet principem poſſe a contra-
ctu, & conuentione recedere, nec ad
immunitatem ſeruandam teneri; quia
non poteſt ſibi imponere legem, a qua
recedere non liceat, *l.Princeps, ff. de le-
gib.* & affert textum, quem notandum
putat *in l.vacuatis,C.de decurion. lib.10.
& l.qui fundos,C.de omn.agr.deſert.lib.11*
& hoc ſine difficultate, vt ipſe ait,locum
habet, ſi princeps id pro publica vtili-
tate faciat, quæ in dubio præſumitur;
*Bart.in l. quicumque, in fin. C.de fid. in-
ſtrum.*

ſtrum. & iur. haſt. fisc. lib 10. *l. certa forma*, C. *de iur. fiſci, eodem lib.* 10. *& ad*
textum in l. digna vox, C. *de legib. reſpon-*
det Gomes cum alio textu in l. fin. ff. de
41 *condict. ob turp. cauſ.* vbi ſi promitto, vel
do pecuniam, vt rem meam, quam tibi
commodaui, recuperem, ea recuperata,
42 poſſum nihilominus pecuniam repete-
re: pari ratione ſi Princeps facit promiſ-
ſiones Ciuitati ſubiectæ, cum qua bellũ
habebat, ex quo illud facit, vt eam ad
ſuam obedientiam reducat, facta redu-
ctione, poterit promiſſiones infringere,
& ab illis recedere; *per d. l. fin. & ſub nu.*
143. affert notabile dictum *Archid. in*
c. vtilem, 22. *quæſt.* 2. *num.* 2. & hanc *Ar-*
chid. relationem refert etiam *Felin. in c.*
afferte, in princ. de præſumpt. verſ. poſt
Vgonem, & Archid. & in c. accedens, il 2.
num. 3. *verſ. ſed ad hoc vltimum, vt lite*
non conteſt. vbi repetit formalia verba
43 Archidiac. & ponit quæſtionem, an li-
ceat aliquo caſu rumpere fidem datam
in ſaluo conductu; & pro faciliori intel-
ligentia huius materiæ ſecuritatis, po-
nit decem cõcluſiones, quas vide apud
ipſum, & fuſius apud *Gregorium Maga-*
lottum, quem nonnulli Vrbeuetanum
dicunt, *tractat. de ſecurit. & ſaluo cond.*
part. 2. *& alibi, Iaſ. in l. ſi mora, nu.* 4. *ff.*
ſolut. matrim. vbi ait; licèt dictio, *dolus*,
regularitèr ſonet in malum, quandoque
44 tamen datur dolus bonus; & affert exẽ-
plum Alexandri Pontif. IIII. qui fuit lau-
datus de dolo adhibito cõtra ſimonia-
cum: ſicut etiam non peccat, ſed merce-
tur ille, qui diceret ſaracenis, volo ſequi
45 veſtram ſectam, vt eam ſcilicet cogno-
ſcat, & poſtea cognitam confunderet; &
alia multa adducit *Gomes loco citato, qui*
tandem ſub num. 145. ait; vtramque opi-
nionem magno ſe iudice tueri, & ideo
cogitandum putat: vide *Eugen. in conſ.*
50. *in cauſa vertente, n.* 21. *& ſeq. lib.* 1.

Declara ſecundò, immunitatem ge-
neralitèr conceſſam a muneribus intel-
46 ligendam eſſe de extraordinarijs, non
autem de ordinarijs, vt probat *text. iun-*
cta gloſſ. in l. vnic. C. *de vacat pub. mun.*
lib. 10. vbi Gordianus Imperator ita ſan-
ciuit. [*Muneris* publici vacationem ea
continere, quæ non lege, non Senatus
conſult. non Conſtitutionibus principũ
iniunguntur.] *& gloſſ.* 1. *hoc verb iniun-*
guntur, verſ. cum ergo, explicat, [*extrao-*
rdinarias dumtaxat euitat collationes,
ideſt ex improuiſo a Magiſtratibus indi-
ctas: ordinarias verò, ideſt quæ a legi-
bus, vel Senatusconſulto, vel Conſtitu-
tionibus, vel aliqua lege imponuntur,
recuſare non poteſt, qualia ſunt omnia
47 patrimonialia *ordinaria*.] concordat
textus in l. hi qui, & l. ſeq. §. qui mune-
ris, ff. de vacat. muner. idem confirmant
Bart. & Io. de Plat. in d. l. vnic. & in l. va-
cuatis, num. 1. *verſ. item iſta immunitas*,
C. *de decur. eodem lib.* 10. *& Bart. in l.* 2.
num. 5. *ff. de iure immunit.* vbi ait, colle-
48 ctam impoſitam a lege municipali lata
in Ciuitate a toto populo, eſſe munus
ordinarium, & idem dicendum putat, ſi
49 imponatur a Papa clericis, vel ab Impe-
ratore laicis: at ſi imponatur ab aliqui-
bus Magiſtratibus, vt a Prioribus, vel a
Maioribus gabellarijs, qui habeant ſuper
hoc auctoritatem, dicitur munus ex-
50 traordinarium; & priuilegium conceſ-
ſum de non ſoluendis decimis, intelli-
gendum eſſe de extraordinarijs, non
autem de ordinarijs, dixit etiam *Rota*
coram Puteo deciſ. 93. *num.* 5. *lib.* 3. *in no-*
uis; vide Roman. conſ. 198. *in prin. Natt.*
conſ. 139. *num.* 11. *&* 13. *Dec. conſ.* 48. *poſt*
princ. Ferrett. de gabell. num. 22. *Cæpoll.*
caut. 63. *Gall. conſ.* 89. *num.* 22.

Declara tertiò, immunitatem, quæ
competit Eccleſiæ, & fiſco, non eſſe
51 extendendam ad eos, qui ab Eccleſia,
& fiſco rem aliquam emunt, *Boer. quæſt.*
213. *n.* 19. qui ponit exemplum in Ec-
cleſia Romana habente ſalinas in Ro-
mandiola, itaut ementes ſal ab ipſa Ec-
52 cleſia ſi illud per alia loca vendendi gra-
tia exportent, non gaudeant immuni-
tate, ſed tenentur ad ſolutionem gabel-
læ, vt ibi per eum latius; & ita deciſum
habes *in textu l. licitatio, aliàs locatio, §.*
fiſcus, ff. de publican. vbi Paulus I.C. ita
reſpondet. [*Fiſcus* ab omnium vecti-
galium pręſtationibus immunis eſt: mer-
catores autem, qui de fundis fiſcalibus
mercati conſueuerunt, nullam immuni-
tatem ſoluendi publici vectigalis vſur-
pare *poſſunt.*] vbi *Bart. in verb. merca-*
tores, affert exemplum a nobis proximè
relatum de ſale empto ab Eccleſia apud
ſalinas Romandiolæ, & ait, opinionem
Dini in hoc fuiſse; ſi priuilegium cohę-
ret rei, tranſire etiam ad emptorem, ſi
53 verò ſit perſonale, non tranſire: ipſe verò
Bart. alitèr diſtinguendum putat, dicens,
aut eſt vectigal ordinarium, & nõ datur
54 immunitas, vt diximus ſupra in ſecun-
da declaratione, aut eſt extraordi-
narium, & tranſit immunitas in empto-
rem; & adducit textum, qui hanc ſecun-
dam partem benè probat, *in l.* 1. C. *de*
priuileg. domus Auguſ. lib. 11. vbi Con-

ſtantinus Imper. mandat, poſseſſiones
55 domus Auguſtæ eſſe immunes, neque eorum conductores, neque colonos ad extraordinaria munera, vel ſuperIndictiones aliquas conueniri; vbi *gloſſ.* poſtquam nonnulla iura concordantia adduxit, opponit *textum in l. fin. C. de collat. fund. fiscal. eodem lib.* quæ lex determinat (vt notat ibi *Bart.*) prædia ex quacumque cauſa ad fiſcum pertinentia, immunitatem a tranſuectione publicarũ ſpecierum non habere; ſed hic agitur de oneribus ordinarijs, non autẽ extraordinarijs: Verùm quod attinet ad emptores rerum eccleſiaſticarũ, & clericorum, vide quæ diximus ſup. *ca.47. de vectig. & adde Pereg. de iure fisci, lib.6. tit.5. n.25. in fin.*

Sed poſito, quòd principalis condu-
56 ctor vectigalium a fiſco habeat immunitatem, vt innuit *text. in l. vnic. C. quib. muner. excuſent. ij, qui poſt impl. milit. lib.* 10. quæritur, numquid ſubconductores eadem immunitate gaudeant? & negatiuè deciſum habes *in eodem text. verſ. quare eos, ibi, qui a principalibus cõductoribus quadam exercenda accipiunt nullis priuilegijs eſſe munitos; vbi Io. de Platea num.*2. notat, licèt ſubconductor remaneat obligatus ad fauorem fiſci,
57 quia tacita obligatio, qua tenetur principalis conductor, tranſit ad ſecundum conductorem, itaut teneatur vſque ad quantitatem ſuæ conductionis, *l. ſolutum, §. ſolutam, ff. de pignor. actio.* priuilegium tamen immunitatis competens primo conductori vectigalium, no tranſit ad conductorem conductoris, & ſic, *vt Plateanus* ait, aliquod priuilegium,
58 & aliqua exemptio competit cedenti, quæ non competit ceſſionario. Quod eſt notandum in ſublocationibus, quę quotidie fiunt a cõductoribus prouentuum, ſeu vectigalium cameralium, vt eſt gabella macinatus, vini, quatreni carnis, & ſimilium in Ditione Eccleſiaſtica; hi enim ſubconductores non habent immunitatem; *Boer. d. quæſt.* 213. *dominus de ſaſſato, num.19. Pereg. de iur. fisci, lib.6. tit.4. num.45. & tit.5. num.25. &* 26. qui tamen concludit, formulam priuilegiorum intuendam eſſe; *Rolan. conſ.61. n.16 & ferè per tot. lib.4.* qui ſequitur diſtinctionem *Bart. in d. l. licitatio, §. fiscus, & §. mercatores, ff. de public.* ſupra a nobis relatam; *And. de Barulo in d. l. vnic. C. quib. muner. excuſ. hij qui, lib.* 10. Nõnulla etiam ad rem facientia ego congeſſi *in Auximana prætenſa immunitatis pro Communitate Appignani contra Capitulum, & Canonicos Lateranenſ. s, & illis adhæren.*

Declara quartò, immunitatem, quam
59 habent clerici, & perſonæ eccleſiaſticæ ex diſpoſitione iuris Diuini, & humani, *c. quamquam, de cenſib. in 6. & ibi gloſſ. in verb. diuino*, & pluriès dictum eſt ſupra, non eſſe extendendam, quominus ſoluant diuiſiones, ſeu partitiones, quas faciunt Vniuerſitates ſuper animalibus depaſcentibus in eorum territorijs detracta tamen rata, de qua *ſup. cap.35. n.* 27. habent enim multę Vniuerſitates ius vendendi paſcua per totum, ſeu partem Territorij, *ex Crauetta conſ.* 154. *num.* 1 *M. Anton. var. reſol. lib.3. reſolut.42. &*
60 *dictum eſt ſupra cap.35. de collectis*; ſed quando ciues volunt præferri forenſibus in emptione paſcuorum, non debet, nec poteſt illis denegari; *Afflict. dec.* 290 *quidam baro, num.*8. quæ deciſio fundatur in charitate benè ordinata; incipit enim charitas a ſe ipſo, & poſtea deſcendit ad proximum, *Matth. cap.25. ne fortè non ſufficiant vobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis*: ex quo
61 infert etiam *Afflict. ibi num.*9. non eſſe vendendas, neque concedendas frumẽtorum extractiones extra ſtatum, ſeu territorium, quando incolæ indigere poſſunt; & vide *infra fuſius declarat 30.*
62 *num.294. & ſeqq.* ſicut etiam pater, qui tenetur alere filium, ſi tamen ipſe pater egeat, ſolutus eſt ab obligatione; *Surd. de alimen. tit.7. quæſt* 8. *nu.6. & deciſ.*236 *num.20. verſ. confirmatur.*
63 Quando ergo ciues gaudere volunt hoc priuilegio prælationis in paſcuis, aſſolent Vniuerſitates habere numeratores animalium, & facta numeratione, ſingula eorum capita taxare, itaut magna, vt boues, equi, & ſimilia ſoluant iulios tres in ſingula animalia; parua autem, vt oues, capræ, ſues, & alia huiuſmodi iulium vnum. At ſi inter hæc animalia magna, aut parua deſcribantur etiam, vt taxentur ea, quæ ſunt clericorum, & regularium, non videntur ipſi clerici, & regulares immunes a ſolutione partitionis, & taxæ; quia hæc non dicitur gabella, ſeu taxa impoſita cleri-
64 cis, & perſonis eccleſiaſticis, ſed eſt pretium paſcuorum, & herbarum; pretium verò rei emptę quilibet tenetur ſoluere, *l. empti fides, C. de contrah. empt. l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de action. empt.* benè *Caſtrenſ. conſ.423. ex puncto tranſmiſſo, num.1. verſ. ipſa verò Communitas, lib.2.* & ita ſacra Congregatio Boni Regiminis

nis reſcripſit die 11. Iulij 1635. pro Cō-
munitate Viterbij R.P. Domino Vicario
generali illius Eminentiſſimi D Card. E-
piſcopi, quarum literarum copiam ha-
bes *ſupra cap.35.de collectis*.

Et ex his literis collige, non ſolùm
clericos teneri pro certo pretio, pura ſi
Vniuerſitas vno āno taxet in iulios tres,
quia iſti ſufficiunt pro ſolutione onerum
cameralium illius anni, ſed etiam ſi pre-
65 tium, ſeu taxam augeat pro indigentijs
ipſius Vniuerſitatis, quia augumentum
ſequitur naturam principalis velut ac-
ceſſorium; *Menoch. conſ.*201. *num.*143.
& ſeq. Marſil. in l.1.§. diuus, num.8. ff. de
66 *quæſtion.* qui ait, ſi vendatur vacca, ve-
nit vitulus, qui eſt in ventre, imò etiam
ſi ſit natus, dummodo non paſcat her-
bas; & facit *Marcab ab Anguill. conſ.*40.
*num.*44. *viden.* & ita etiam ad fauorem
eiuſdem Ciuitatis Viterbij inhærendo
prædictis literis ſacræ Congregationis
decreuit fel. rec. Card. Alexander Cæſa-
rinus Epiſcopus illius Ciuitatis anno
1636. quæ tamen declaratio intelligen-
da eſt, niſi tale augumentum fiat ex ma-
la laicorum adminiſtratione, quo caſu
clerici non debent ſuſtinere pęnam alie-
næ culpæ.

Declara quintò, immunitatem con-
67 ceſſam patri habenti duodecim filios,
quæ eſt in corpore iuris, *l. ſi quis decu-
rio,*24. *C. de decurion. lib.*10. cuius verba
ſunt hæc. *Si quis decurio pater ſit duode-
cim liberorum, honeſtiſſima munerum
68 quiete donetur*: licèt ex alijs iuribus col-
ligi poſsit, maiorem numerum libero-
rum requirendum eſſe ad hanc immu-
nitatem conſequendam; ſiquidem *in l.
ſemper, §. demonſtratur, ff. de iure immu-
nit.* legimus, ob numerum ſexdecim
natorum cōceſſam fuiſſe immunitatem;
*& in l. qui pater, SS. in C. Theodoſ. de de-
curion.* Iulianus Imper. hæc ait. *Qui pater
eſt tresdecim liberorum, non modò ad cu-
riam non vocetur, verùm etiamſi ſit de-
curio, honeſtiſſima quiete donetur.* &
Conſtantinus Imp. parentes quinque fi-
liorum numero præcinctos immunes eſ-
ſe voluit, *in l. eos qui, C. de his qui num. li-
ber. ſe excuſ. lib.*10. ex qua iurium diuer-
ſitate circa numerum filiorum variæ etiā
Interpretum, & Doctorum opiniones
exortæ ſunt, vt videre eſt apud *Purpur.
conſ.*371. *nu.*6.8. *& 9.* vbi ait, numerum
quinque filiorum excuſare a muneribus
perſonalibus, numerum duodecim, ſi pa-
ter ſit decurio, nedum a perſonalibus,
ſed etiam patrimonialibus; numerum

verò ſexdecim excuſare omnes, licèt nō
ſint decuriones; ſed *Ang. Aret. in §.1. n.
2. Inſtit. de excuſat. tutor.* poſt relatam
prædictam opinionem concludit *eum
gloſſ. & Bart. in d. l. ſi quis decurio*, ſuffi-
cere numerum duodecim filiorum ad
cōſequendam immunitatem munerum
perſonalium, & patrimonialium; & ſub-
dit, hoc eſſe notandum, & ita etiā fuiſſe
obtentum Bononiæ, & Florentiæ, ipſo
Aretino exiſtente Conſultore: idem
ſcribit *Alex. conſ.*123. *circa primum, nu.*4
*lib.*5. & hanc opinionem tanquàm ma-
gis communem amplexus eſt Senatus
Pedemontanus, teſte *Theſauro dec.*267.
numerum liberorum, *num.*4. *& ſeq.* vbi
69 ampliat concluſionem tam in filijs ma-
ſculis, quàm fœminis, quia in fauorabi-
libus maſculinum concipit fœmininum;
l. filij, 84. *l. iuſta*; 201. *l. liberorum*, 220.
*§. fin. ff. de verb. ſignif. & bonus textus
in l. eos qui, C. de ijs qui num. lib. ſe excuſ.
lib.*10. *ibi, parentibus, qui filios, vel filias
quinque habuerint, promiſſa legibus im-
munitate ſeruanda*; *Rolan. conſ.*52. *nu.*4.
*& 5. & per tot. lib.*2.

Ampliat ſecundò *Rolan. d. conſ.*52. *n.*4.
70 etiamſi filia ſit nupta, & viuat extra do-
mum patris, *Boſſ. de princip. & priuileg.
eius, num.*155.

71 Amplia tertiò, ſiue filij ſint in poteſta-
te patris, ſiue emancipati; *Io. de Plat. in
l. nepotes, num.*1. *verſ. item etiam emanci-
pati*, *C. de his qui num. liber. ſe excuſ.
lib.*10.

72 Amplia quartò, etiamſi filij dati ſint
in adoptionem, qui excuſant patrem
naturalem, non adoptiuum, niſi ſint da-
ti alieni de aſcendentibus, in quo ciui-
lia, & naturalia iura conſeruant, *§.1. verſ.
ſed adoptiui, & ibi gloſſ. in verb. natura-
li, Inſtit. de excuſat. tutor.*

73 Amplia quintò, ſub nomine liberorum
venire etiam nepotes ex filio maſculo,
*l.2. §. remittit, verſ. non ſolùm autem,
ff. de excuſ. tut.* licèt *Io. de Imola conſ.*77.
*num.*3. contrarium ſentiat, dum quærit,
an ſufficiat habere octo filios, & quatuor
nepotes ex filio; & negatiuè reſpondet:
& hoc idem tenet *Franc. deciſ.*259. *n.*14.
vſque ad fin. Verùm *Theſaur. d. dec.*267.
*num.*6. affirmat, Senatum bis iudicaſſe
pro hac ampliatione, & motum fuiſſe
ex æquitate, eò quia militet eadem ratio
educationis, & poteſtatis in auo pater-
no tam circa filios, quàm circa nepotes,
*l.2. & ibi Io. de Plat. in princ. verſ. item
ibi prodeſſe, C. de his qui num. lib. ſe ex-
cuſ. lib.*10.

Rrr 2 Amplia

74 Amplia ſextò, in filijs legitimatis tam per ſubſequens matrimonium, quàm per reſcriptum principis; *Rolan.d.cõſ.52 num.5. per tex.in c.tanta, qui filij ſint legit.* & ita iudicaſſe Senatum Pedemontanum teſtatur *Theſaur. d.deciſ.267.n.7.*

Amplia ſeptimò, etiamſi filij moriantur,
75 poſtquam pater conſequutus eſt libertatem; ſufficit enim ſemel extitiſſe conditionem; *Io.de Plat.d.l.nepotes,n.1. verſ.item debent eſſe filij viui,C.de his qui num.liber.ſe excuſ. Rol.d.conſ.52. nu.47. verſ.ergo idem dicendum, & confirmat num.48.& 49.& alij multi relati a Theſaur.d.deciſ.267.num.8.* qui teſtatur de communi; & addit etiam idem eſſe, ſi filius moriatur in bello pro Republica, & Principe, antequam pater conſequutus ſit libertatem, & immunitatem; adde etiam ſi moriatur ciuiliter per ingreſſum Religionis; *Ripa in l.ex facto, n.19. ff.de vulg.& pupill.*

76 Amplia octauò, etiamſi pater, eiuſque filij eſſent diuites; *Rolan. d.conſ.52. num.38 Natt.conſ.63.num.21.Theſaur. d.deciſ.267.num.9.* qui tamen declarat, hanc ampliationem non procedere, quando adeſſet publica neceſſitas,& Cõmunitas, cum qua contribuere deberet, eſſet exilis, & pauper, *iuxta gloſſ.in l.ſẽper,§.demonſtratur,in verb.ſexdecim, ff. de iur. immunit.* quia leges non ſunt ad iniquitatem, & duritiem reducendæ;
77 & hanc diſtinctionem amplexus eſt Senatus Pedem. anno 1589. menſe Iunij, referente *D.Theſaur.d.deciſ.num.9.*

78 Amplia nonò,immunitatem ob num. duodecim filiorum adeo eſſe priuilegiatam,vt Communitates illam tollere nequeant;*Purpur.conſ.371.num.9.*vbi ampliat, neque per ſtatutum municipale
79 tanquam prouenient a iure communi, neque Princeps cenſetur illi derogaſſe, niſi in reſcripto faciat expreſſam mentionem,*l.ſi quis decurio, C.de decurion.* adde, nec poſſe Communitates hanc immunitatem concedere,quia *obſt.Bull. hoc eod.§.ibi, ob numerum duodecim filiorum, &c.*

80 Amplia decimò, huiuſmodi immunitatem excuſare etiam a muneribus, & collectis bellicis, quia num. duodecim filiorum excuſat patrem a ſuperindicto;
81 eſt autem ſuperindictum, quando ſupra munera ordinaria tam realia,quàm mixta additur aliquid ſoluendum ſecundùm emergentes neceſſitates, & propriè eſt quando Princeps ex aliquo bello imminenti imponit ſubſidium: ita argumentatur *Rol.d.conſ.52. num.35.& 36.* contrarium ſcribit *Theſaur.d.deciſ.267.n.15. & dicemus infra latius limit.9.*

Verùm quia veritas diſputando magis eluceſcit, poſt allatas ſupradictas ampliationes, non ab re duxi quaſdam etiam limitationes afferre.

82 Limitatur igitur primò concluſio poſita, vt non procedat immunitas ob nu. duodecim filiorum in oneribus, & præſtationibus feudorum, vel emphyteuſis, quia hæc non ſunt munera publica, ſed priuata; ita *Alex.conſ.123.circa primum per tot.lib. 5. ſequitur Natta conſ.508. num.15.Menoch.conſ.297.num.19. lib.3.*

Limita ſecundò in filijs legitimis tãtùm,
83 & naturalibus tantùm, *l.2.§.adoptiui, ff.de vacat.mun.Rol.d.conſ.52.nu.3. Clementin.de patria poteſt.cap.5.num.27 Tiraq.in l.ſi vnquam,in verb.ſuſceperit liberos, num.61.* & redditur ratio, quia ad immunitatem conſequendam requiritur, vt filij ſint in poteſtate patris, naturales verò, & ſpurij non ſunt in poteſtate,*§.1.Inſt.de patr.poteſt.§.ſi aduerſus,Inſt. de nupt.Paleot.de notis,& ſpur. cap.32.num.4.& alij relati a Cherub.iun. in compend.Bullar.ad Bull.11. Pauli V. ſchol.1.*

Limita tertiò, filium in ventre exiſtẽtem
84 non tribuere immunitatem patri; *Io.de Plat.in d.l.nepotes,num.2 verſ.item debent eſſe nati;* & reddit rationem,quia omnes excuſationes a muneribus ciuilibus ſunt odioſæ, ideo reſtringendæ; ſequitur *Rolan.d.conſ.52.num.6.Boſſius tamen tract. de princip. num 155. in fin.* contrarium ſentit, quando filius ſit prope natiuitatem; nam quæ de proximo ſunt accingenda habentur pro accinctis.

85 Limita quartò, ſecundùm aliquos nõ habere locum, ſed expirare immunitatem hanc mortuo patre, etiamſi remaneant duodecim filij; *Theſaur.dicta dec. 267.num.11.poſt Socin.conſ.84. in prin. verſ.& vltra,Feſtaſ.de æſtimo,& collect. part.4.cap.3.num.74.* reddentes rationẽ, quia tale priuilegium conceſſum eſt parentibus tantùm propter educationem liberorum.

Sed hęc limitatio impugnatur a multis; *Guidop.q.389.n.2.verſ.multò magis,* vbi firmat, priuilegium immunitatis cõceſſum patri tranſire ad filium; & in terminis de immunitate ob numerum duodecim filiorum durare eam in filios,etiã mortuo patre; eſt *Surdi deciſ.123. ex priuilegio, per tot.* qui reſpondet ad cõtraria;

traria; & hanc immunitatem habere iuris aſſiſtentiam dicit *Gabr.conſ.161.nu.2 lib.2.* & dicitur beneficium, non priuilegium; *Io.de Anan.conſ.105.in princ.Barbat.conſ.44.num.13.lib.2.probat Menoch. conſ.486. num.2. & 3.* beneficium verò latè debet interpretari, *l. fin. ff. de con-*
86 *ſtit. Princip.* neque ſola ratione, vt patres vacare poſſint educationi liberorum conceſſa eſt hæc immunitas, vt *Thaſaur. & alij ab eo relati d. deciſ. 267. num. 11.* ſed etiam fauore Reipublicæ, vt liberis hominibus repleatur, *ex Vlpiano dicunt in l fin.§.ſed & diuus, ff.de bonis damnat. ibi, fauorabilem apud me cauſam liberorum Alboni filiorum numerus facit, cum ampliari imperium hominum adiectione potius quàm pecuniarum copia malim; hæc Vlpianus.* & procreatio-
87 ni quoque filiorum conceſſa fuiſſe multa priuilegia reſpondit *Iuſtin. Imp. in l.fin.§.quis enim, C.qui potior. in pign. habean.ibi; Propter partus periculum, & ipſam liberorum procreationem, pro qua multa noſtris legibus inuenta ſunt priuilegia, &c.* & adeo lex deſiderat Imperio
88 adiectionem hominum, vt patri habenti filios tribuat prærogatiuam in honoribus præcedendi non habenti filium, *l.albo, C. de decurion. lib.10. vbi Io. de Plat.Lucas de Penna, & alij hoc notant.* Et quòd pater habens plures filios præferatur habenti paucos, probat *text.in l. ſpurij,§.fin.ff. de decurion.* alia congerit *Rolan.d.conſ.52.num.9.10.11.12.lib.2* & huc reſpexiſſe videtur lex Romuli, dũ
89 prohibet celibes in ſua Ciuitate, ideſt in Vrbe eſſe; quam licèt ſeueram appellet *Paulus Manutius in lib.de legib. pag. apud me 78.a tergo, verſ.legem etiam*, vtiliſſimam tamen dicit ad augendam viribus Ciuitatem, vt quicumque per ætatẽ vxorem ducere poſſet, omnes ducerent, quæ genita eſſent, educarent, qua lege factum eſt, vt maximis cladibus Ciuitas
90 affecta, præſertim ſecundo Punico bello, nunquam tamen penitus exhauriretur, ſed nouos ſemper exercitus ſummitteret, adeout extremis illius belli temporibus poſt multas legiones occidione cæſas, tamen ſupra centum millia ciuium Romanorum in armis fuerit: *hæc Manutius.*

Leges enim adeo fauent procreationi
91 liberorum, vt ſi fiat legatum vxori, ne poſt mortem viri legantis nubat, neglecta conditione nubere poteſt, & legatũ habebit, *l.61.§.fin.ff.de cond.& demon-*
92 *ſtrat.* & legem vtilem Reipublicæ ſobolis ſcilicet procreandæ cauſæ latam, adiuuandam eſſe interpretatione reſpondet *Terentius I.C.in l.63.hoc modo, in fin. ff.eod.tit.de condit.& demonſtr.* & hãc commendat *Balduin.ſuper Inſtit.lib.3. tit.19.Inſt.de inutilib. ſtipulat. §. non dubitamus, in verb. conditiones iuriſiurandi, verſ.non ordina.& Anton.de Auguſt.in l.Iulia, de matrim. ordinan. verſ. eodem pacto*; conferunt etiam quæ cecinit *Horatius in carmine ſeculari ad deos pro Imperio Romano*;

Diua producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper iugandis
Fœminis, proliſque nouæ feraci
Lege marita.

Sed omnium latiſſimè hanc rem proſequutus eſt *Alex.ab Alex.dierum genial. lib.4. cap.8. & ibi Tiraquel. in annotat. videndi.*

Sed hæc quæſtio in Eccleſiaſtica Ditione nullã habet dubitationem, ſi verba *Pij IV.in ſua Conſt. 72.* perpendantur, quæ eſt *in Bullar. nouo tom. 2. pag. 103. §.2.ibi; Subſcripta per patremfamilias, ſi viuat, aut illo defuncto, per illum ex ipſis duodecim filijs, qui erit maior natu, aut qui domus regimen habebit, &c.* ſiquidem ex iſtis verbis clarè conſtat, immunitatem hanc habere locum, tam viuente patre, quàm ipſo defuncto, dum vult, admittendam eſſe fidem ſubſcriptam a filio, ſi pater ſit mortuus.

Neque obſtantia contrarium adducta
93 quia loquuntur de immunitate conceſſa medicis, & profeſſoribus contemplatione ſcientiæ, & doctrinæ, quæ illis morientibus expirat, *Io. de Plat. l.in filijs, num.5.C.de decurion.lib.10.*
94 Limita quintò, hanc immunitatem non habere locum quoad onera ordinaria, ſed extraordinaria tantùm; *Alber. in rubr.ff.de muner.& honor.num.88.& in l.2.ff.de vacat.muner.Rolan.d.conſ.52. num. 15. lib. 2. & alij relati a Theſauro d.deciſ.267.num.13.* licèt ipſe dicat, mul-
95 tum dubitare de huiuſmodi limitatione propter generalitatem iurium, *vt in l. ſi quis decurio, & in d.§.demonſtratur*: & ſi eſset conſtituenda differentia, magis dicendum eſset ab ordinarijs, quàm ab extraordinarijs, & contra hanc limitationem ſe vidiſse ſemper iudicatum, & obſeruatum ait.

Sed in Eccleſiaſtica Ditione limitatio procedit abſque vlla difficultate in vim Conſtitutionum Summ. Pontific.nempe *Pauli III.Conſt.45.Bullæ.veter.pag.449 Pij IV. conſtit. 72. Bullar. nou. tom.2.*

*pag.*103.*Pauli V.Conſt.*11.*aliàs* 9. §. 13.
*d.Bullar.tom.*3.*pag.* 189. quibus conſti-
tutionibus inhærens ſacra Congregatio
Boni Regiminis declarauit, hanc immu-
96 nitatem non eſse extendendam ad o-
nera cameralia, quæ propriè dicuntur
ordinaria, vt obſeruat *Marcab. ab An-
guil.conſ.*40.*num.*184.*& ſeq. & ferè per
tot*

Sed quoniã *Conſtitutiones Pauli III.
& Pij IV.* videntur reſtrictæ ad doha-
nam Vrbis, examinanda igitur erit *Con-
ſtitutio Pauli V.* quæ propriè loquitur
de reuocatione exemptionum a ſolu-
tione onerum cameralium, cuius verba
ſunt hæc. [*Ac demum* illas ob numerũ
duodecim filiorum conceſsas, quas ta-
men ad terminos Conſtitutionum Pauli
III. & Pij IV. & aliorum Romanorum
Pontificum prædeceſsorum noſtrorum
ſuper ſimilium exemptionum declara-
tione editarum, & ad illas tantùm, & pro
eo tempore, & perſonis, ac eo modo,
& formis, quibus de iure communi illis
competit, ac aliàs iuxta ipſius iuris cõ-
munis, ac ſupradictarum, & aliarum A-
poſtolicarum Conſtitutionum diſpoſi-
tionem reducimus, neque alitèr, quàm
vt præſertur illis, ſiue in petitorio, ſiue
in poſseſsorio ſuffragari volumus, &
decernimus.]

Ex quibus quidem verbis colligimus,
Paulum V. nihil addidiſse de nouo, niſi
extenſionem Conſtitutionum ſuorum
prædeceſsorum (quæ tantùm in Vrbe
vigebant) ad totam Eccleſiaſticam Di-
tionem; in reliquis verò præſeruaſse
ius commune, & quæ ſancita erant a
prædeceſsoribus ſuis. De iure autem
communi res non caret difficultate, vt
vidimus *ex Theſauro, & alijs*: ideo exi-
ſtimo, recurrendum eſse ad reſolutio-
nes, & reſcripta ſacræ Congregationis
Boni Regiminis, & primo loco ſe offe-
runt literæ Gubernatori Ciuitatis Aeſi-
næ in hæc verba exaratæ.

A Monſig. Gouernatore di Ieſi.

LA Conſtitutione di N.S. ſopra la re-
uocatine dell' eſentioni è tanto
chiara, anco quanto all'intereſſe delle
Communità per le impoſitioni, e col-
lette, che ſi mettano da loro per ſup-
plire alli peſi camerali, che ſenza altro
ſprone ſe ne douerà in ciaſcun luogo
hauer l'effetto, e farſi pagare da ogn'v-
no *indifferentemente.*] omiſſis alijs, quæ
ad rem præſentem non faciunt, additur
in ijſdem literis. [*E pretendendo* alcuno
eſentione ò per il numero di dodici fi-
gli, ò per titolo oneroſo, che ſono dui
caſi eccettuati in detta Bolla, ſi debba
quanto al primo oſseruar la forma pre-
ſcritta vltimamente dalla Congregatio-
ne de'Sgrauij, cioè di laſsarli eſenti (mẽ-
tre viuano in commune) de gl'altri peſi,
fuorche da' Camerali, *&c.* omiſſis alijs.
Di Roma il 1. di Decembre 1610.

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Borghese.

Et melius hoc idem declaratur in alijs
literis Ratiocinatori Prouinciæ Marchię
ſcriptis, videlicet,

Al Computiſta Cima.

OLtre la dichiaratione ſignificata à
coteſta Prouincia con lettere di
Monſignor mio Illuſtriſſimo Aldobran-
dino ſotto li 20. Decembre *1596.* in ma-
teria degli eſenti per il numero di dodi-
ci figli, della quale ſe ne manda copia,
hauendo N.S. ridotto queſto priuilegio
al termine della ragion commune con
la ſua Bolla reuocatoria dell'eſentioni; è
ſtato dichiarato in Congregatione, che
detti eſenti debbano cõcorrere non ſo-
lo al ſuſſidio triennale, come canta la
lor patente, ma ancora à gl'altri peſi ca-
merali, e così vi ſi dice, che voi eſeguia-
te, non ſolo in Recanati, ma altroue
ancora. Roma li 22. Decembre 1610.

Voſtro

Il Card. Borgheſe.

Et quoniam in præmiſſis literis enun-
ciatur reſolutio capta in Congregatione
leuaminum in hac materia immunitatis
ob numerum duodecim filiorum, pla-
cuit etiam hic addere prædictam reſo-
lutionem, & eſt, quæ ſequitur.

[*Hà riſoluto* la Congregatione de'
Sgrauij, che li eſenti per il numero di
dodici figli paghino tutti le impoſitioni
camerali, e nelle altre, che ſi ripartiſca-
no per eſtintione de'debiti, concorrano
ſolo per la metà; eſsendoſi hauuto ri-
guardo, che parte di detti debiti è fatta
per ſeruitio della Camera. Nel reſto
così de'peſi reali, come perſonali, e del-
le gabelle, per quello, che concerne
l'vſo loro, e della fameglia ſolo, vuole,
che ſi mantenghino eſenti, *&c. Roma li
11. Nouembre 1606.*]

97 Limita ſextò, *ex eod. Theſau. d. dec.* 267
num. 14. hanc immunitatem non habe-
re locum quoad ſolutionem vectigaliũ,
peda-

pedagiorum, & gabellarum, quæ à ſupremo Principe imponuntur, & teſtatur *Theſaur.* de ſimili obſeruantia in Camera Ducali, itaut quando præſentantur huiuſmodi literæ immunitatis, admittantur cum clauſula, *exceptis tamen datijs, & gabellis ad Principem ſpectantibus:* licèt ipſe Theſaur. dicat, huiuſmodi obſeruantiam ſib minimè placere, cum reducere poſſit hanc immunitatem fruſtratoriam.

Ideo apud nos, præſertim in Vrbe hæc limitatio quaſdam recipit declarationes contentas in *d.Conſtit.Pij IV.* §.1.& 2. ſunt autem, quæ ſequuntur: [*Quouſque* duodecim filij ſuperſtites in communi viuent, in ipſaque Vrbe cum eorum familijs continuò degent, & pro rebus dumtaxat, quas aliunde (excepto vino, quod pro eorum vſu in Ripa almæ Vrbis noſtræ in barca exiſtente) cõparauerint, in Vrbem ipſimet ſuo ſumptu conuehi facerent, pro ſuo proprio vſu tantùm, non autem pro mercimonijs, & alijs rebus, quæ ad Vrbem, vt vendantur, per eos, ſeu per alios conuehentur, ſeu quas ipſi alitèr quàm pro vſu proprio conuehi, & portari facient: in cœteris autem rebus, & pro alijs perſonis, nullis prorſus exceptis, præſentium tenore caſſamus, & annullamus, &c. *hæc* §.1.

In §.autem 2. Inſuper ſuper eo quod res, & bona præfata, etiam victualia, quas, & quæ immunitates præfatas habentes pro vſu velle, & eſſe dicent, debeant fieri mandata in ſcriptis ſubſcripta per patremfamilias, ſi viuet, aut illo defuncto, per illum ex ipſis duodecim filijs, qui erit maior natu, aut qui domus regimen habebit; etiam cum iuramento atteſtari, res, bona, & victualia huiuſmodi eſſe pro eorum vſu proprio, & ad eorum inſtantiam eſſe aducta. Et quòd etiam facchini, geſtatores, & barilarij, quorum opera in illis deferendis vſi fuerint, fiat ſolita fides, quomodo res, bona, & victualia præfata, in ipſorum immunitatem habentium domum delata, & recondita fuerint: aliàs dohanerij non debeant immunitates ipſas admittere, ſed conſuetam ab alijs nõ immunibus ſolutionem exigant. Et inſuper quòd ſi contingat, aliquem ex ipſis filijs ob prælaturam fortaſſe adeptam, vel ob aliam quamcumque cauſam propriæ ſuæ familiæ, & ſibi inſeruientium numerum augere, non debeat immunitas præfata ſuffragari pro numero perſonarum, vt præfertur, ſeu aliàs quomodolibet accreſcentium, ſed ſuffragetur, admittaturque dumtaxat pro numero, & habita ratione perſonarum, quæ erant tempore impetratæ immunitatis, *&c.*] *Hac Pius IV.*

Et quoad hanc vltimam partem, immunitatem ſcilicet non ſuffragari pro familia aucta, vide *Boer.quaſt.*213.*n.*9. 11.12.*&* 17. qui loquitur de immunitate, ſeu potius conuentione inita inter patremfamilias, & molendinarium, ſeu furnarium, & concludit, reſtringẽdam eſſe officio iudicis ad tempus, & perſonas, quæ erant tempore conuentionis, ſeu conceſſionis; *& ſupra nu.*5. 6.7.*&* 8. quærit, an immunitas conceſſa domino extendatur ad familiam; ſed nos aliàs de hoc dicemus.

Limita ſeptimò, immunitatem hanc
98 non ſuffragari quoad ſolutionem pœnarum damnorum datorum, & pretij paſcuorum; ita enim ſacra Congregatio Boni Regiminis reſcripſit.

A Monſig. Gouernatore della Marca.

SOpra l'incluſo memoriale dato per parte di Ciano de Micone, e fratelli, baſtarà di replicare à V. S. che il priuilegio conceſſo per il numero de dodici figli non è ſtato riuocato, ma moderato per la Bolla di N. S. reuocatoria delle eſentioni; e ſi come hà da ſuffragare à chi l'hà per tutti li peſi, e grauezze, che s'impongano dalle Cõmunità: coſi le pene de' danni dati, & il prezzo de' paſcoli è ſtato dichiarato, che non ſiano peſi, ò gabelle, e che conſeguentemente ciaſcuno li debba pagare, non oſtante qualſiuoglia priuilegio, ò eſentione; e di tanto ſarà V.S. contenta di dar'ordine: e Dio la contenti. Roma li 16. Ottobre 1613.

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Borgheſe.

Pro hac limitatione faciunt, quæ diximus *ſupra declarat.*4. in clericis, qui tenentur ad partitiones, quas faciunt Communitates per capita animalium depaſcentium in agris ipſarum Communitatum, quæ ex venditione paſcuorum ſoluunt onera cameralia, &
99 communitatiua; & quòd hæc animalia ſint tacitè hipothecata, cum priuilegio prælationis aduerſus anteriores creditores, ſcribit *Giurb. in dec.*40.*n.*1.5.*&* 6

Limita

Limita octauò, immunitatem non
100 ſuffragari, niſi exhibeantur publicanis,
& officialibus literæ, ſeu priuilegium,
& res deferatur in dohanam, vel in
alium locum deſtinatum ab ipſis pu-
blicanis; *l. fin. §. diuus quoque, & ibi*
Scriben. ff. de public. Zabar. in Clem. 3.
num. 8. de cenſib. Sed contrarium dicit
Cherub. iun. in Conſt. 11. Pauli V. ſchol.
2. & allegat Amat. in deciſ. 35. num. 4. &
10. teſtantem de communi.

Ferret. verò tract. de gabell. num. 172
refert ſe ad conſuetudinem, & affert
exemplum in dohana Neapolitana, in
qua omnes res, quãuis immunes præ-
ſentantur, licèt poſtea docto de immu-
nitate, fiat bulletta gratis, &c. & ita e-
tiam ſeruatur in dohana Vrbis, vt no-
tum eſt: Imò ne hoc euitari poſſit, res,
& bona quæcumque denunciantur in
ingreſſu portarum ipſius Vrbis, & re-
linquitur pignus ianitoribus, ſub pro-
miſſione eundi recto tramite in doha-
nam, vbi miniſtri facta exhibitione re-
rum, faciunt bullettam pro reſtitutione
pignoris, & hoc videtur voluiſſe *Pius*
IV. in d. eius Conſtitut. §. 2. ibi, debeant
fieri mandata in ſcriptis, &c. aliàs do-
hanerij non debeant, &c.

101 Limita nonò in oneribus, quæ belli
cauſa imponuntur, *vt diximus ſupra*
hoc eodem cap. vide Theſaur. d. dec. 267.
num. 15. qui Doctorum auctoritates,
& iura pro vtraque parte cumulat; &
tandem concludit in hæc verba. *Ego*
tamen non recederem a priori opinione
(ideſt ab hac limitatione) pro qua con-
ſului, & cum illa opinione, quòd in tali
caſu numerus liberorum non excuſet iu-
dicauit Senatus, &c. & in omnibus a-
lijs neceſſitatibus publicis, nempe pe-
ſtis, & famis, quas Deus auertat, pro-
cedere hanc limitationem exiſtimo, ob
paritatem rationis, ex ijs, quæ dixi-
mus in præcitata declaratione prima,
& videatur *Afflict. ſuper feud. quæ ſint*
regalia, verb. vectigalia, num. 118.

102 Limita decimò, ſi aliquis ex filijs
mortuo patre Monaſterium ingredia-
tur; *Aegid. Thom. de collect. §. medici, nu.*
19. verſ. in contrarium facit, qui loqui-
tur in fortioribus terminis, viuente
ſcilicet patre, quod nos ſupra re proba-
uimus ampl. 7. mouetur *Thom.* 1. quia
filius per ingreſſum Religionis eximi-
103 tur a patria poteſtate, ergo patri non
prodeſt. Secundò, quia licèt pater ob
numerum duodecim filiorum incolu-
mum a muneribus ciuilibus excuſetur,
filij tamen eius, quæ ſuo nomine com-
petunt munera agnoſcere debent. Ter-
tiò, immunitas conceſſa patri propter
liberos eſt reſpectu perſonæ; ſi ergo
datum eſt, vt filij ipſa munera ſubeant,
104 filius ingreſſus Monaſterium non po-
teſt dici capax ad ſubeunda munera in
locum patris, cum a Religione diſce-
dere non poſſit, niſi ea violata, *l. 13.*
Prætor. ff. de vacat. mun. l. 37. non diſtin-
guimus, §. ſacerdotio, ff. de recept. arbit.
& licèt filius adoptiuus proſit patri, vt
dictum eſt ampliat. 4. illud eſt, quia eſt
capax munerum in locum patris, quod
ſecus eſt in filio ingreſſo Religionem,
quia eſt incapax; *hæc Thomat.* cui ad-
uerſantur nedum ea, quæ diximus am-
pliat. 7. ſed etiam quæ ſcribit *Ripa in*
l. ex facto, num. 13. verſ. contrarium te-
nent, & ſeq. ſignantèr num. 19. ff. de
vulg. & pupil. Franc. a Ponte conſ. 16. n.
21. Cherub. iun. ad Pij IV. Conſtit. 72.
ſchol. 2. ponderans illa verba, *quouſque*
105 *in communi viuant*, quæ quidem verba
adaptari nõ poſſunt filio Monaſterium
ingreſſo.

Limita vndecimò in filijs viuente
patre, qui ſit adhuc ſub patria poteſta-
te, itàut viuat adhuc auus filiorum ſuo-
rum; nam iſti non tribuunt immunita-
tem auo; quia hoc caſu non cenſentur
plures filij, ſed vnus tantùm reſpectu
patris, & viuentibus filijs nepotes non
proſunt auo; *Salycet. in l. ſi pater, in fin.*
C. quando procur. non eſt neceſ. Franc.
deciſ. Neapol. 259. num. 14. & 15. licèt
Senatus Pedemontanus contrarium ſẽ-
ſiſſe videatur, vt dictum eſt *ſupra am-*
pliat. 5. verſ. verùm Theſaurus.

106 Numquid autem hæc immunitas ob
numerum duodecim filiorum proſit e-
tiam matri, itaut ipſa quoque habeat
immunitatem pro bonis, quæ poſſidet,
vti propria, & patrimonialia vltra do-
tem aſſignatam viro, fuit hæc quæſtio
diſcuſſa in Senatu Neapolitano, & ad
fauorem matris capta reſolutio, vt te-
ſtatur *Vincent. de Franch. deciſ. 259. pa-*
ter duodecim liberorum, num. 5. & ſeq.
vſque ad num. 14. & multis rationibus
probat, nullam in hoc conſtituendam
eſſe differentiam inter patrem, & ma-
trem, cum ſint correlariui; & maiora
107 ſuſtinet onera mulier in educandis fi-
lijs, ſaltem vſque ad triennium, quàm
pater, ex quo dicitur, matrem ante
108 partum eſſe oneroſam, cum partus ſit
pars viſcerum, *l. 1. §. ex hoc, ff. de ventre*
inſpicien. in partu doloroſam, nam ex

ore

ore Dei prolata fuit ſententia; *in dolore pariês filios,Geneſ.cap.3.*& aliquando ex ſecto ventre editur partus, *l.quod dicitur, ff. de lib. & poſth. l. poſthumus,verſ.ſimili modo,ff.de inoff teſtam.* poſt partum laborioſam, & faticoſam, cum triennio filium nutrire teneatur, *l.nec filium,C.de patria poteſt. iuncta gloſſ.in verb.trime.hac Franch. d. deciſ. 259.num.9.*

109 Declara ſextò, immunitatem cōceſſam ciuibus habitantibus in aliqua Ciuitate, de qua loquitur *Oſaſch.deciſ.95. num.12.& 19. Natta conſ.160.ferè per tot.* qui loquitur in ciuibus Aſtenſibus habentibus immunitatem ſoluēdi collectas pro bonis poſſeſſis in Caſtris, & Villis exiſtentibus in territorio Ciuitatis, quam etiam immunitatem habent Ciues Vrbeuetani vigore *Statuti Ciuitatis lib.1.rub.58.* & hanc extendendã eſſe ad futuros ciues dicit idem *Natta d.conſ.160 num.26.Alex.conſ.178.n.14. & alibi lib.2. Pariſ.conſ.71.conſultatio, per tot.lib.1.Rimin.ſen.conſ.307.num.1. & per tot.lib.2.*

Declara inquam, immunitatem hanc habere locum, & durare, quatenus ciues habitent in Ciuitate, a qua conceditur immunitas, itaut ceſſante habitatione ceſſet immunitas; ita enim ſacra Congregatio Boni Regiminis decreuit his verbis. [*Sacra* Congregatio ſuper grauaminibus tollendis Vniuerſitatibus Status Eccleſiaſtici reſpondit. Ciues tã originarios, quàm Ciuitate aliqua donatos eatenus gaudere poſſe priuilegijs dictæ Ciuitatis (quæ tamen per Conſtitutionem ſuper Bono Regimine, & per aliã Conſt. ſuper reuocatione exemptionum a S.D.N. nuper editam non ſint reuocata) quatenus loca illa, in quibus talia priuilegia prætendunt, inhabitēt, itaut ceſſante eorundem habitatione, ceſſet etiam vſus talium priuilegiorũ, & ita ſeruari mandauit: in quotum fidem, &c. Dat hac die 26. Aprilis 1608.

Scipio Card.Burgheſius.

Et hoc decretum iuridicum eſſe patet ex eo, quod *Conſtantinus Imperat.* ſanciuit in *l.vnic.C.ſi curialis relicta*

110 *Ciuitat.rus babit.mal.lib.10.vbi Io de Plat.n.1.verſ.ſimilitèr, ait, ſicut piſcis extra aquã, Monachus extra Clauſtrũ, colonus extra glebam, ſic & Curialis extra Ciuitatem vita carebit, in qua Ciuitate debet munera ſcribere, &c.*faciunt etiam ſancita *a Iuſtiniano Imp.*

111 *in Auth. de quæſtore*; cui quidem quæſtori præter alia multa iniunctum eſt ad ſuas Prouincias, & Ciuitates remittere eos, qui nullo negocio detenti in Ciuitate Conſtantinopolitana otioſi manebant; & vide *Natt.in conſ.139. n. 14.Ioſeph.Lud.deciſ.Peruſ.3.num.18.*

112 Hæc tamen immunitas conceſſa ab Vniuerſitatibus ſuis ciuibus quàmuis multi Scribentes velint ſuſtineri poſſe, ſaltem in præiudiciũ Vniuerſitatis concedentis; *Aufrer.in addit. Cap. Tholoſ. quæſt.348.circa fin. verſ. an autem Ciuitas,Luc.de Penn.l.in fraudem.C. de annon.& trib.lib.10.Oſaſch.deciſ.95.nu. 25. & 26.*Et de muneribus perſonalibus cōceſſis a Ciuitate Spoleti quibuſdam ruſticis de Villa Egij, loquitur *Ioſeph Lud.deciſ.Peruſ.3.magnifica Communitas, par.1. Bellon.conſ.37. num.4. Surd.conſ.278.num.16. lib.2. Feſtaſ. de collect. part.4. cap.4. num.54. & 58. & fuit opinio gloſſ.magnæ in l.vacuatis,in fin.C.de decurion. lib.10.*

113 Multi verò contrariũ ſentiunt, *Ruin. conſ.105.nu.1. & alibi lib.5.* qui loquitur de quadam conceſſione facta ab Vniuerſitate emendi ſal, vbicumque reperiatur; & de ſimili conceſſione facta ab Vniuerſitate Ciuitatis Plebis conductori, ſeu appaltatori ſalariæ ipſius Vniuerſitatis emendi, & vendendi ſal exterum, ſcribit *Eugen.in conſ.86.per tot. lib.1.* ex quo colligitur, prædictam Vniuerſitatem non ſolùm non potuiſſe id concedere, & hoc priuilegium appaltatori dare, ſed incidiſſe in pœnam, cum ſit in fraudem fiſci, & Cameræ Apoſtolicæ; vide *Decium conſ.138.Communitas Spediæ,num.10.*

Et in Eccleſiaſtica Ditione concluſio hæc ſine difficultate procedit, ob plures, & iteratas Conſtitutiones Summorum Pontificum, reuocantes omnes, & quaſcumque immunitates; quæ quidē Conſtitutiones in aliqua illarum parte auctæ ſunt *a Paulo V.Conſtit.11. aliàs 9. Bullar.nou. tom.3.pag.188. & 189.* quam etiam reaſſumpſit, & innouauit *Vrbanus VIII.* & magis præcisè ad Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici audiamus *Clementem VIII.in hac Bulla ſuper Bono Regimine hoc eod.§.19. & 20* [*Præterea* auctoritate Apoſtolica tenore earundem præſentiũ reuocamus, irritamus, & annullamus omnes, & quaſcumque exemptiones, immunitates, remiſſiones, condonationes iuriũ, atque onerum realium, & perſonalium, aut mixtorum Cameræ Apoſtolicæ, ſeu

Sff eorum

eorum communi ærario debitorum, aut vectigalium, gabellarum, datiorũ, portoriorum, dohanarum, collectarũ, ſubſidiorum, contributionum, cuiuis particulari perſonæ, pro rata illos quomodolibet tangenti, ſiue prædijs, aut bonis per eas poſſeſſis, per quaſcumque Communitates, ſeu Vniuerſitates, ex quauis cauſa, etiam legitima, & de iure debita, ſeu permiſſa, qualis eſt ob numerum duodecim filiorum, & quacumque occaſione, etiam ſub prætextu tituli oneroſi, & contractus vltro, citroque obligatorij; etiam publico conſilio, & communi omnium conſenſu perpetuò, vel ad tempus conceſſas, etiamſi id ſine vllo Cameræ Apoſtolicæ damno, aut præiudicio factum fuerit, ratamque ipſam eædem Communitates, & Vniuerſitates in ſe ſuſceperint: Diſtrictius inhibentes, ne quid tale in poſterum concedere, aut attentare præſumant, ac reuocantes ex nunc in irritum quicquid circa omnia, & ſingula præmiſſa præter, aut contra hæc noſtra interdicta, prohibitiones, ſtatuta, ordinationes, iuſſa, voluntates, decreta, mandata, aut præcepta, ſcientèr, vel ignorantèr cõtigerit *attentari, &c.*

Ex quibus verbis ſatis apertè cõſtat, immunitates ab Vniuerſitatibus conceſſas, inutiles, & inualidas eſſe, nedum quoad fiſcum, & Principem, ſed etiam quoad ipſas Vniuerſitates concedentes; & adde, multos ex præcitatis Do-
114 ctoribus, volentes, quòd Vniuerſitates poſſint concedere immunitates, afferre diſtinctionem, videlicet; aut Ciuitas, vel Decuriones concedunt immunitates ciuibus, ſeu incolis ſuis, & hæc nõ valet, etiam in ſui præiudicium; aut cõtendunt alicui venienti de nouo ad habitandum, & tunc valet conceſſio; ita *Bart. in l. 19. vacuatis, num. 6. verſ. venio ad ſecundum, C. de decurion. lib.* 10. quem ſequuti ſunt alij ſcribentes vtriuſque claſsis, tam Cæſarei, quàm Pontificij iuris, vt videre eſt apud *Oſaſcb. deciſ. 95. num.* 25. *& 26. Aufrer. ad Cap. Tholoſ. quæſt.* 348. *circa fin. verſ. an autem ciuitas; Roman. conſ.* 252. *nu.* 1 *Alex. conſ.* 101. *num.* 3. *lib.* 1. *Felin. c. accedentes, num.* 8. *verſ. octaua concluſio, de præſcript. Ferrett. de gabell. num* 30. qui de immunitate conceſſa ruſtico loquitur, & ait; ſi eſt oriundus in Villa Ciuitati ſubiecta, concesſio non valet; ſi verò eſt forenſis, ſuſtinetur, & eſt ſeruanda fides; *l. 2. ff. de iur. immu. Abb. in c. peruenit, num.* 24. *de immanit. Eccleſ.* qui ait, hoc priuilegium immunitatis tranſire in cõtractum, & ideo ſeruandum; & melius ad rem noſtram hoc dixit *ſupra num* 21. *videatur etiam Alban. ad Bart. in l. omnes populi, nu.* 50. *ff. de iuſt. & iur. & alij ab eo relati.*

Addunt etiam præfati Doctores, poſſe Vniuerſitates concedere aliquam immunitatem Profeſſoribus, Medicis, Aduocatis, & ſimilibus, quemadmodũ poſſunt; ijſdem conſtituere ſtipendia, vt dictum eſt ſupra.

115 Verùm in Eccleſiaſtica Ditione neque hoc permisſum eſse Vniuerſitatibus ſine licentia, & confirmatione Congregationis ſuper Bono Regimine notisſimum eſt; & legitur *in Bulla hoc eodem §.* 19. & quatenus adſit licentia, & confirmatio dictæ Congregationis, quomodo intelligenda, & ſeruanda ſit talis immunitas, vide *Eugen. conſil.* 92. *ſupponitur in facti ſpecie, per tot. lib.* 1. *& conſ.* 24. *quæ ſupra, num.* 12. *& fere per tot. lib.* 2. *Pariſ. conſ.* 68. *quæritur primò, conſ.* 69. *poteſt concedi, per tot. lib.* 1. *& conſ.* 70. *inhærendo, per tot. eod. lib.* 1. *Guid. pap. quæſt.* 387. 388. *&* 389. *Marc.*
116 *quæſt.* 102. *part.* 2. Et ſi conceſſa ſit patri, non eſse extendendam ad filium, præter multos iam relatos ſcribit *Petr. de Auend. tractat. de exeq. mand. cap.* 14. *num.* 26. *verſ. item, part.* 2. Verùm ſi cõ-
117 ceſsa ſit immunitas patri ob remunerationem meritorum, hanc eſse extendendam ad filios, cõſuluit *Eugen. dicto*
118 *conſ.* 24. *num.* 16. *lib.* 2. ſecus autem dicendum ſi conceſsa ſit ciuibus, qui negocientur; hoc enim caſu non valet immunitas; *Natta conſ.* 139. *Andreas num.* 5. *& alibi*, qui benè hoc explicat, & declarat, quid ſit negociatio, videndus.

119 Nec etiam extendendam, quominus teneantur ciues, & incolæ ad refectionem viarum, & pontium, præcipuè ſi refectio fiat ex calce, & lapidibus, quæ requirit magnas impenſas, vel ſi ſint cuſtodienda mœnia Ciuitatis ab hoſtibus; *Marc. quæſt.* 101. *quæritur, an nobiles, per tot. part.* 2. *& nos diximus ſupra fuſius cap.* 28. *num.* 38. *& pluribus ſeqq.*

Quod autem diximus ſupra *nu.* 109. ciues, qui deſerunt Ciuitatem, amittere priuilegia illius Ciuitatis, hanc concluſionem limitatam inuenies *a Capiblan. de baron. lib.* 2. *prag.* 8. *cap.* 48. *inter caſus, num.* 4. *& ferè per tot.* qui in cauſa propria dicit, nobilitatem quæſitam in

vna

vna Ciuitate non amitti, ſi nobilis in alio loco habitauerit, quia nobilis de vna familia præſens in Ciuitate cenſetur quaſi poſsidere pro abſentibus eiuſdem familiæ: tu vide plura apud ipſum benè diſcutientem hanc materiam, & articulum; & vide etiam *Afflict. deciſ.* 384. *non ponam, per tot.* vbi agit de priuilegijs, & immunitatibus ciuilitatis, & originis,

120 Declara ſeptimò, immunitatem, quã prætendunt Barones, & Domicelli a ſolutione collectarum pro bonis emptis ab eorum ſubditis, & de qua immunitate loquitur *Guid. pap. deciſ.* 384. *num.* 1. dicens, quòd ex mutatione perſonæ mutatur conditio rei; *& ſupra deciſ.* 382. *num.* 1. *Curt. iun. conſ.* 42. *nu.* 3. *& ſeq. lib.* 1. *poſt Bart. in l. Paulus, aliàs eſt, per procuratorem, num.* 3. *ff. de acquir. hæred.* qui ait, ſi res Eccleſiæ, vel Reipublicæ tranſit ad priuatum, perdit priuilegium, quia per mutationem perſonæ, mutatur conditio rei. Declara, inquam, immunitatem hanc non habere locum in bonis per ipſos Barones, & Domicellos quæſitis poſt indictionem, & impoſitionem collectarum factam à Principe, & quando bona facta ſunt tributaria, & deſcripta in æſtimo, ſeu cataſtro, quia bona tranſeunt cum onere in quemcumque poſſeſſorem, etiam priuilegiatum, & ita deciſum habes à ſacra Congregatione Boni Regiminis.

[*Sacra* Congregatio ſuper grauaminibus tollendis, &c. in cauſa vertente inter Vniuerſitates ſubiectas Domicellis, & Baronibus ſuper ſolutione onerũ cameralium, cenſuit diſcutiendum eſſe in plena Camera, an dicti Domicelli, & Barones teneantur concurrere ad onera prædicta pro bonis, quæ poſsidebãt tempore, quo dicta onera fuerunt impoſita: & quòd interim ſoluant pro bonis per eos quomodocũque acquiſitis poſt dictas impoſitiones, eò quia bona tranſeunt cum omnibus oneribus quibuſ ante tranſlationem erant affecta. In quorum fidem, &c. Datum hac die 13. Ianuarij 1607.

Odoardus Sanctarellus Secretarius.

Et hanc deciſionem quoad ſecundã partem, quòd bona tranſeunt cum ſuo onere, &c. præter ea, quæ pluriès dicta ſunt ſupra, adduntur *Mareab. ab Anguil. conſ.* 40. *num.* 29. *verſ. his tamen non obſtan. Petr. de Auendag. de exeq. mand. cap.* 14. *num.* 30. *verſ. item alij volunt ſe eximere, part.* 2. *& mihi videtur bonus textus in l. hi penes quos, C. de agric. &*
121 *cenſit. lib.* 10. *vbi Io. de Plat. & alij* notant, dominos prædiorum tributariorum, in quibus ſunt coloni aſcriptitij originarij, vel cenſiti, teneri ad ſolutionem tributorum pro ipſis prædiis, nõ autem teneri colonos, niſi habeant alia prædia propria deſcripta in libris exactorum; & idem ſcribit *And. de Barul. ibi in princ.*

Et hoc fortius procedit in decimis prædialibus, quia decima ſequitur quẽlibet poſſeſſorem, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum; vt latè probat, & declarat *Moneta de decim, cap.* 4. *de quibus reb. ſoluat decima, quæſt.* 2. *num.* 39. *&* 40. *& fuſius cap.* 5. *quæſt.* 1. *quinam teneantur ad ſolutionem decimarum, & num.* 26. *in* 8. *concluſ.* firmat, nedum Barones, & Domicellos teneri, ſed etiam Reges, & Principes teneri ad decimarum ſolutionem prædialium illi Eccleſiæ, in qua prædia ſita ſunt; vt ibi latius.

Quo verò ad primam partem deciſ. ſacræ Congregationis, videndum ſcilicet eſſe in plena Camera, an Domicelli, & Barones teneantur pro bonis, quæ poſsidebãt tempore impoſitionis collectarum, & ſubſidiorum; ſciendum eſt, huiuſmodi cauſam iam fuiſſe commiſſam R.P.D. Maluaſiæ eiuſdem Ca-
122 meræ Clerico Præſidenti, a quo inſtantibus Petro Iacobo Tano, & Dominico Cohellio fratre meo germano (cui tanquam patri me debere fateor) Agentibus Prouincialibus, & Communitatum Status Eccleſiaſtici, & ab ipſo Collegio Dominorum Agentium electis, & deputatis, infraſcriptum dubium ſubſcriptum fuit, aduerſarijſque tranſmiſſum.

[*Stantibus* hinc inde deductis, &c. An domini Barones Status Eccleſiaſtici, & præſertim Io. Paulus Baleonus, & Marcus Antonius, & filij de Mareſcortis teneantur ad contributionem ſubſidij triennalis; & aliorum onerum Cameralium pro bonis allodialibus per eos, ſeu eorum auctores de tempore impoſitionis ſubſidij, & aliorum onerum poſſeſſis, in caſu, & ad effectum, de quo *agitur.*] Ipſi verò Petrus Iacobus, & Dominicus vt ſupra deputati, pro Communitatibus Status Eccleſiaſtici contra dictos Barones ita ſcripſerunt.

[*Illuſtriſſime Domine* Sacra Congregatio ſuper grauaminibus tollendis

cenſuit ſub die 13.Ianuarij 1607. Domicellos, ſeu Barones Status Eccleſiaſtici teneri ad contributionem onerum cameralium pro bonis per eos acquiſitis poſt illorum impoſitionē: Sed quia remanſit dubium reſpectu bonorum allodialium per dictos Domicellos, ſeu eorum auctores poſſeſſorum de tempore dictarum impoſitionum, eadem Congregatio voluit hoc diſcuti in plena Camera, vt in decreto, cuius copia datur *ſumm.num.*1.& ideo citatis Dominis Io.Paulo Bagliono,& Marco Antonio Mareſcotto emanauit ab Illuſtriſſimo Domino Decano ſupraſcriptū dubium affirmatiuè reſoluendum.

323 Pro cuius dubij facili reſolutione ſciendum eſt primò,quòd impoſito per Paulum III. ſubſidio triennali ſcutor. 300.m. anno 1543. fuerunt ab eodem Pontifice tranſmiſſi per totam Ditionem Eccleſiaſticam nonnulli Commiſſarij cum facultate concordandi cum Communitatibus etiam mediatè ſubiectis ſuper ſolutione dicti ſubſidij: ad Prouinciam Vmbriæ fuit tranſmiſſus Reuerendiſs.D.Saulus Archiepiſcopus Barenſis, & Cam.Apoſtolicæ Clericus, qui cum Communitatibus dictæ Prouinciæ, & Ciuitate Vrbeuetana cōcordauit, & conuenit pro certa ſumma,& quantitate pecuniarum quolibet anno ipſi Cameræ, vel eius Miniſtris ſoluenda, *ſumm.num.*2.

324 Secundò ſciendum eſt, poſt factas has conuentiones inter Cameram, & Communitates, fuit ipſis Communitatibus conceſſum, & data facultas diuidendi, & partiendi onus conuentum in ſuos ciues, & incolas modis, & formis magis ſibi benè viſis, *ſumm.num.*2

Tertiò, Cōmunitates prædictæ partitæ fuerunt,& diuiſerunt onus ſoluendi hoc ſubſidium ſuper fundis, & bonis ſtabilibus, & vt dicitur per æs, & libram.

325 His ita præmiſſis, ſciendum quoque eſt, præfatum Pontificem Paulum III. voluiſſe, & mandaſſe, omnes, & ſingulos quantumuis priuilegiatos, & immunes teneri, & obligatos eſſe ad ſolutionem, & cōtributionem dicti ſubſidij, cum derogatione quorumcumque priuilegiorum, etiam in corpore iuris clauſorum, motu proprio, certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis, decreto irritāti, clauſula ſublata, quorum tenores, & alijs ampliſſimis clauſulis, *vt latius in ſua Conſtit.* 39. *in Bullar. nouo tom.*1. *pag.*678. *vbi §.*2. expreſsè legitur, ad huius ſubſidij ſolutionem teneri Barones, Feudatarios, perſonas, officiales, & quoſcumque alios, quacumque dignitate, & excellentia præditos, & quantumuis exemptos,& priuilegiatos.

326 Hæc autem Conſtitutio vnà cum alia ab eodem Pontifice edita anno ſequēti 1544.quæ paritèr in eodem loco citato legitur, cum omnibus in illis contentis fuerūt ab eodem Paulo bis prorogatæ,& ad triennium ſemper,ex quo nomen triennale deducitur; & quia ſecunda prorogatio durabat etiam tempore ſui obitus, ne de validitate huius prorogationis dubitari contingeret, Iulius Papa III. eius ſucceſſor illam cōfirmauit, & ad aliud triennium anno 1551. extendit *in Bullar. veteri Conſt.* 22.*pag.*521. *& hoc idem feciſſe Marcellum Papam II.eius Conſtitutio* 1. *in eodem Bullar. veteri pag.* 567. demōſtrat: Quorum exemplo inhærens Paulus IV.non amplius ad triennium, ſed ad beneplacitum Sedis Apoſtolicę hoc ſubſidium exigendum indixit *in ſua Conſtitut.*20. *Bullar. nouo tom.*1. *pag.* 741.

Et cum iſte Pontifex cognouiſſet, ob varias,& diuerſas exemptiones a ſolutione dictæ impoſitionis conceſſas, d. ſubſidium vix ad dimidium dictę ſummæ ſcut.300.m.aſcendere,vnde Camera exinde onera ſibi incumbentia ſufferre nequibat, omnes, & quaſcumque exemptiones,immunitates, & priuilegia reuocauit, ſubſidium ab omnibus ſoluendum, & ab exactoribus exigendum eſſe iuſſit, quibuſcumq;contrarijs non obſtantibus: & hanc quoque reuocationem immunitatum renouaſſe Pium V. *ex ipſius Conſtit.*9. *Bullar.veter.fol.*932. cum expreſſa declaratione quoad Barones, non ſolum pro præteritis collectis, & oneribus, ſed etiam futuris, apparet.

Quo fit, vt Conſtitutiones prædictæ cum ſint claræ tam reſpectu temporis præteriti, quàm futuri, nullus ſit dubitandi locus, præſertim quia in executionem literarum Pauli III. Executores,& Commiſſarij in prouincias miſsi, vt dictum eſt ſupra, dederunt facultatem Cōmunitatibus imponendi quodcuis onus, ad quod omnes,quantumuis priuilegiati,& exempti concurrere deberent, & ne dubitari poſset de validitate conceſsionum factarum a dictis

Com-

Cômiſſarijs,fuerunt omnes cõfirmatæ
ab eodem Paulo III. *per aliam ſuam*
Conſtitut. 55. *dicto Bullar. veter. pag.*
466.& hæc quoad ſubſidium triennale.
127 Quo verò ad alia onera poſtea indi-
cta, vt ſunt taxa equorum, portus An-
chonæ,triremium,& extinctionis qua-
trenorum veterum,quæ pariter per æs,
& libram exiguntur, & a Communita-
tibus tam immediatè, quàm mediate
ſubiectis Cameræ Apoſtolicæ ſoluun-
tur;idem quoque dicendum putamus,
quod de ſubſidio triẽnali diximus,quia
a Summis Pontificibus ſucceſſoribus,&
eandem poteſtatem habentibus indi-
cta, & impoſita fuerunt, cum ijſdem
clauſulis ampliſsimis, quæ in ſubſidio
triennali leguntur;vt de taxa equorum
adeſt Bulla Pauli IV. quam in Bullario
nouo, & veteri inuenire nõ potuimus,
ſed enunciatur a ſuo ſucceſſore Pio IV.
Conſt.9.Bullar.veter. fol 653. *edita die*
15.*Maij* 1560. *Pontif. ſui anno primo:*
& nedum pro iſta taxa equorum, ſed
etiam pro alijs vſque tunc impoſitis
habemus *in codẽ Bullario veter. Pij V.*
Conſt 9. *fol.*932.*ſub die* 8. *Iunij* 1566.
incipit, *Et ſi ea*, in qua expreſsè ſanci-
tum eſt, ad huiuſmodi taxas ſoluendas
teneri Barones,Marchiones, Duces,&
alios quauis dignitate fulgentes.

De triremium verò, & extinctionis
quatrenorum taxis, hac a Clem. VIII.
illa a Sixto V. impoſitis, habemus etiã
horum pontificum Bullas, non diſsi-
mili modo prærogatiuis, exemptioni-
bus, & priuilegijs quibuſcumque de-
rogantes, vt eas legentibus innoteſce-
re poteſt.

Quibus ita poſitis, cum de poteſtate
Papæ, qui hæc onera impoſuit,nedum
temerarium, ſed fatuum ſit dubitare;
de voluntate autem,voluiſſe ſcilicet ad
illorum ſolutionem comprehendere
etiam Barones, & Domicellos, ex le-
ctura Bullarum appareat, nihil prop-
terea videtur obſtare, quominus du-
bium ſupraſcriptum affirmatiuè ſit re-
ſoluendum ad fauorem Vniuerſitatum
Status Eccleſiaſtici.

Nec dicatur, dominos, barones, &
domicellos nunquam hucuſque ſoluiſ-
ſe huiuſmodi onera: Quia, aut volunt
ex hoc inducere præſcriptionem iuris
non ſoluendi, & non poſſunt, quia de-
cretum irritans appoſitũ in dictis Bul-
lis duos operatur effectus, alter ſcili-
128 licet, vt tam Barones nunc viuentes,
quàm etiam eorum auctores conſtituti
fuerint in mala fide;ſiquidem decretum
irritans ligat ignorantes, ac ſi eſſent
ſcientes; *Put.deciſ.*94.*nu.*4.*lib.*1. *& latè*
*Ant.Gabr.lib.*6.*de clauſ.*3.*num.*1.*& ali-*
bi, alter effectus huius decreti eſt, vt
inficiat titulum, & poſſeſsionem, itaut
nemo poſsit in eis ſe fundare; *Prob.in*
*c.tibi qui,nu.*18.*de reſcript.lib.*6. *Gabr.*
129 *d.concl.*3.*num.*50.*effectu* 7.ſublata verò
poſſeſsione, nulla datur præſcriptio, *c.*
ſine poſſeſſione,de regul.iur.in 6.*Balb.de*
præſcript.in 2. *par.*3.*prin.quæſt.*6.*nu.*2
imò ſolum decretum irritans ſufficere
130 ad tollendam præſcriptionem, dixe-
runt *Felin.in c.cum acceſſiſſent,num.*30
verſ.quartò limita,de conſtit.& alij re-
*lati a Gabr. d.concl.*3. *num.*44. *quartus*
effectus.

131 Præterea ad inducendam præſcrip-
tionem ſuper ſolutione collectarum
requiruntur quatuor copulatiuè: pri-
mò,quòd volens præſcribere fuerit re-
quiſitus ſoluere, & recuſauerit. Secun-
dò, quòd habeat, & alleget bonam fi-
dem. Tertiò, debet allegare titulum:
Quartò, probanda eſt ſcientia, & pa-
tientia Communitatum, contra quas
allegatur præſcriptio,& hæc debet eſſe
40.annorum; *Alex. conſ.*136. *num.* 19.
lib. 2. quem ſequuntur alii relati a
*Bertaz.de clauſ. clauſ.*22. *num.*5. *Balb.*
de præſcription, 2. *part.*5.*part. prin.*
*quæſt.*5.*&* 7.*& ferè per tot.& ſignantèr*
*nu.*4. qui licèt velint, hanc opinionem
Alex. intelligendã eſſe cum diſtinctio-
ne; aut interuenit titulus coloratus, &
ſufficiunt 40.anni abſque dictis quatuor
requiſitis; aut non adeſt titulus colo-
ratus, & tunc neceſſaria ſunt,quæ dicit
Alex. tamen quia in caſu noſtro nullus
aſsignatur titulus, neque talis diſtin-
ctio Communitatibus nocet,

Aut volunt domini barones ex ipſa
non ſolutione elicere contrariam con-
132 ſuetudinem, & inobſeruantiam Bulla-
rum, & neque hoc poſſunt, quia præ-
dictum decretum irritans tollit con-
ſuetudinem, nedum in præteritum,
ſed etiam in futurum; *Archid. in c.cum*
*de beneficio, num.*2. *verſ.ſed pone quòd*
Papa,de præben.in 6.*Felin. d. c.cum ac-*
*ceſſiſſent,num.*30.*verſ. quartò limita,*
*de conſtit.Gabr.de clauſ.d.concluſ.*3.*n.*40
verſ.tertius principalis effect. Rota co-
ram Caualerio deciſ. 126. *num.* 2. Et
hæc fortius procedunt, quando cum
decreto irritanti adeſt clauſula,
133 *ſublata*, &c. prout in caſu noſtro, quia
tunc iudex non poteſt alitèr iudicare;
Put.

Put.deciſ.48.num.6.lib. 1.*in nouis*, *Caualer. deciſ.*404. *num.*2. nec etiam in ſummariſſimo poſſeſſorio manutentionis, niſi prius diſcuſſo, an ſit locus diſpoſitioni, in qua eſt appoſitum tale decretum irritans; *Seraph. deciſ.* 1278. *nu.*4. quem refert, & ſequitur *Beltram. ad Gregor. XV. deciſ.*283.*num.*8. & habemus legem claram, & expreſſam in *Conſtit.*11.*aliàs* 9.*§*.13. *Pauli V. Bullar.nouo tom.*3. *pag.* 188. qua ſancitum
134 eſt, neque in petitorio, neque in poſſeſſorio audiendos eſſe allegantes immunitatem à ſolutione onerum cameralium.

135 Nec obſtat, ſi dicatur, hoc decretum fuiſſe appoſitum ad fauorem Cameræ, quæ nihil petit; quia reſpondetur primò, quòd licèt hodie Camera non petat a ſubditis prout ſingulis, quibus eſt impoſitum onus ſoluendi collectas, vt notat *Cherub.iun. ad Bullam* 20.*Pauli IV. ſchol.* 3. hoc prouenit ex conuentione inita inter ipſam Cameram, & Cõmunitates, quæ nomine ipſius Cameræ exigunt, & ipſam Camerã quoad hoc repræſentant, prout *idem Cherub. i[illegible] bſeruat loco cit. ſchol.* 2. *& patet ex le[illegible] ra dictarum conuentionum ſumm. nu[illegible]*, 2. & ſubrogatus aſſumit in ſe naturam, & qualitatem ſubrogantis, *c. is*
136 *qui in ius, de reg.iur.in* 6. & Camera Apoſtolica tenetur defendere, & manutenere Communitates in iuribus ceſſis exigendi collectas eo modo, & forma, quibus ipſa exigere poterat. Accedit etiam, quia dum Pontifex dicit, barones teneri ad huiuſmodi onera, ne ſcilicet alter alterius onera ſubire cogatur, quod æquum non eſt, vt præcipuè legitur in dicta Bulla *Pij* V. dicendum eſt, prædictum decretum irritans, &
137 clauſulam *ſublata*, &c. fuiſſe appoſitam nedum ad fauorem Cameræ, ſed etiam ſubditorum, vt ſeruetur æqualitas, quæ potiſſimùm in collectis ſeruanda eſt, *l.*11. *omnes prouinciarum*, C. *de operib. pub.* & ne inferiores a potentioribus grauentur, & impreſſiones tollantur, *l.*1 *in prin.C.de apoch. publ.lib.*10.

Aut demum volunt ex hoc inferre conſenſum Communitatum ſaltem tacitum, quia ipſæ ſoluunt integrã ſummam conuentam Cameræ, abſque eo, quòd ſoluant barones, & neque hoc illis ſuffragatur.

primò, quia Communitates non poſſunt diſponere de rebus ſingulorum,
138 ex vulgata regula, quod Vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur, & è contra, *l.*1. *& toto tit. ff quod cuiuſque vniu nom. Ant.Gabr. lib.*6. *de cuiuſque vniuerſ.nom.concl.*1.*num.*1.*& per tot.*

Secundò, Communitates non poſſunt concedere immunitates a ſolutione collectarum, etiam in præiudicium ipſarum; *Oſaſch deciſ.*95.*num.*25.*&* 26. *Aufrer.ad Capel.Tholoſ.quæſt.*348.*circa fin.verſ.an autem* Ciuitas; *Alex.conſ.* 101.*num.*3.*lib.*1.*Ferrett.de gabel.n.*30.

Et in Eccleſiaſtica Ditione res caret omni difficultate, ſtante Bulla Clem. VIII. ſuper Bono Regimine *§*. 19. vbi declaratur irritum, & inane, ac nullius roboris, vel momenti quicquid in contrarium fuerit attentatum ſcientèr, vel ignorantèr, etiamſi ſine vllo Cameræ Apoſtolicæ præiudicio, vel damno factum ſit, tatamque ipſæ Communitates in ſe ſuſcepiſſent, vt eſt caſus a dominis Aduerſarijs allegatus; & cum ſit in præiudicium aliorum, nihil operatur, quia dicitur decretum ambitioſum, nec ſubſtinetur, *l. ambitioſa, & ibi Bart. & alij, ff.de decret.ab ord.facien.*

Quare, &c.

Dominicus Cobellius) Agentes.
Petrus Iacobus Tanus)

Sed quoniam in Eccleſiaſtica Ditio-
139 ne non eſt forſiran alia Ciuitas, quæ in ſuo Comitatu habeat maiorem quantitatem, & numerum Baronum, Comitum, ac Regulorum, quàm Ciuitas Vrbeuetana, & plures etiam habuit retroactis temporibus, vt ex Annalibus, ſcripturiſque in Archiuio ſecreto exiſtentibus conſtat, eos referam; ſunt enim modò fermè triginta, videlicet,

Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus Card.Fauſtus Polus, vti Epiſcopus, eſt Dominus, & Baro Caſtri Georgij, & Meanæ.

Eminentiſs.& Reuerendiſs. D.Card. Antonius Barberinus, vti Abbas Sanctorum Martirij, & Seueri, eſt Dominus, & Baro Caſtri Turris S. Seueri, & Villæ Canalis,

Sereniſs.Dux Parmæ, & Placentiæ, eſt Baro Caſtri Caſtiglionis in Tiberina.

Illuſtriſs.pro tempore Gubernatores ipſius Ciuitatis præſunt decem Caſtris, in Comitatu eiuſdem Ciuitatis exiſtentibus,

Illuſtriſs.DD.Confalonerius, & Conſeruatores Pacis, ſunt Barones, & Domicelli decem Caſtrorum cum mero, & mixto imperio, & omnimoda gladij poteſtate.

Reue-

Ren. Fabrica Sanctæ Mariæ, ſub cuius inuocatione eſt Eccleſia Cathedralis, Prodi, & Salæ Caſtris dominatur, & ius reddit.

Illuſtriſs. D. Marchio Bonellus eſt Dominus, & Baro Caſtri Salicis.

Illuſtriſs. D. Marchio Gregorius Spada Eminentiſs. Card. Spadæ nepos, eſt Dominus Caſtri Viſcardi.

Illuſtriſs. D. Carolus Maria Lancia Marchio Caſtri Fabri.

Præterea adſunt

Comites de Marſciano poſſidentes, & iuriſdictionem exercentes in

Caſtro Floris.

Caſtro Parrani, vna cum Familia de Mareſcottis.

Montis Iouis.

Ciuitellæ Comitum.

Carnaiolæ.

Cerreti.

Comites de Monte Martis poſſident

Caſtrum Titignani.

Caſtrum Corbariæ.

Caſtrum Ripæ; ſed hoc menſibus elapſis vendiderunt Illuſtriſs. D. Andreæ Maidalchino Viterbienſi.

Sunt præterea

Comites Caſtri Perij è familia Simōcella.

Comites Baſchij è familia de Baſchis.

Comites Purnelli è familia Pollidora.

Barones, & Domicelli.

Caſtri Triuinani è familia Simoncella.

Veceni, quod nouiſsimè emit Eminentiſs. & Reuerendiſs. Card. Bernardinus Spada.

Turris Alfinæ.

Montis Rubiagli.

Caſtri Rubelli è familia Auueduta, ſeu de Valentibus.

Caſtri Botti.

Contra quos Barones, & Domicellos nedum ab initio impoſitionis ſubſidij triennalis, & aliorum onerum Ciuitas Vrbeuetana lites, & controuerſias habuit, ſed ſucceſſiuis quoque temporibus, vt patet ex literis Apoſtolicis, quas Breuia appellant, necnon DD. Cardinalium a Sūmmis Pontificibus in præmiſſis deputatorum, quæ quidem literæ in Archiuio ſecreto Ciuitatis aſſeruantur; inter quas ampliſsimum Pij IV. legitur Breue, quo cōmiſſum eſt Gubernatori Vrbeuetano, vt librum æſtimi, ſeu cataſtri cōficiendum omni cum diligentia curet; cum autem in executionem d. Breuis deſcribere vellet pleberium Caſtri Triuinani, illius Domini recuſarunt, & recurſum ad Eminentiſſimum tunc S.R.E. Card. nunc in albo Sanctorum relatum Carolum Borromæum præfati Pij IV. nepotem habuerunt, a quo infraſcriptæ literæ emanarunt, quarum tenorem in memoriam huius Sancti viri reſcribendum duxi.

Al Gouernatore d'Oruieto.

LI Signori del Caſtel di Triuinano ſi grauano, che V.S. voglia far mi-
140 ſurare il territorio di quel luogo, come territorio, & iuriſditione d'Oruieto, allegando, che il detto luogo di Triuinano non è nè territorio, nè iuridiſditione di quella Città: E perche N.S. non hà inteſo per il Breue fatto ſopra l'eſtimo di detta Città, e ſuo territorio, far pregiuditio à queſti Gentilhuomini, e dall'altra banda non vuole anco pregiudicare alla Città; per nuouo ordine vi commettiamo, acciò in tanto non s'impediſca il miſurare opera sì neceſſaria, & vtile in quel paeſe, che voi come Commiſſario particolare di N. S. facciate miſurare il territorio di Triuinano, ſenza pregiuditio delle parti: e così vi gouernarete nelle altre controuerſie. Di Roma li 17. Decembre 1561.

Il Card. Borromeo.

Adſunt & aliæ literę Dominorū Card. Farneſij, Sfortiæ, & aliorum S.R.E. Cardinalium Ditioni Eccleſiaſticæ præſidentium, quibus apertè declaratur, eā fuiſſe, & eſſe Summorum Pontificum voluntatem, vt omnes Barones, Domicelli, & alia quauis dignitate, & preeminentia præfulgentes onera Cameralia ſoluant, non ſolùm pro bonis acquiſitis poſt impoſitionem dictorum onerum, ſed etiam pro bonis poſſeſsis tempore ipſiuſmet impoſitionis, prout neceſsitas Cameræ Apoſtolicæ poſtulauerit; cum hoc etiam in iure cōmuni fundamentū habeat, *ex Luca de Penna in l. fin. num 27. verſ. decimononò quæritur, C. de quib. muner. nem. liceat ſe excuſ. lib. 10.* vbi etiam ſentit, hoc idem dicendum eſſe quoad refectionem murorum, pontium, fontium, & viarum.

Sed quoniam audiui, nonnullos ex dictis Baronibus, vt ſe ipſos eximant à

ſolus

ſolutione collectarum, nõ minus iniu-ſtè, quàm indebitè ſubditos, & vaſallos
141 cogere ad illas ſoluendas, & ne ad ſupremum Principem recurrant, vt ab huiuſmodi grauaminibus liberentur, de facto prohibent, ſilere cogunt, & minis terrent, ſciant iſti barones, qui talia perpetrãt,ſe in crimen læſæ maieſtatis incurrere, *arg. textus in l.4. ibi, cuiuſue dolo malo opera factum eſt, quo Rex exteræ nationis Populo Romano minus obtẽperet, &c. ff. ad l.Iul.maieſt. Lucas de Penna in l.1.num.38.& 39.C. vt nemo ad ſuum patroc.recip. lib.11. Ferrett.de milit.iuſt.num.69.*

Declara VIII. immunitatem competentem oblatis alicui Religioni, eſſe intelligendam iuxta decretum Cõgregationis ſacri Cõcilij Tridentini,cuius decreti tenor talis eſt.

Dubium. An oblati alicuius Religio-
142 *nis iudicandi ſint perſonæ eccleſiaſticæ, adeout fori priuilegio, & immunitate a vectigalibus gaudeant.*

[*Reſolutio*. Sacra Congregatio ſemel, atque iterum propoſito, & examinato hoc dubio, cenſuit, huiuſmodi oblatos priuilegio, & exemptione ita demum debere potiri,ſi in forma iuris valida perpetuò,& irreuocabilitèr,plenè,& cũ effectu ſeipſos,& bona ſua omnia præſentia, & futura, nulla prorſus quauis minima eorum portione,neque in proprietatem, neque in vſumfructũ ſibi reſeruata, Religioni obtulerint, & habitum aliqualitèr mutauerint. Quòd ſi omnia prædicta ſimul non concurrãt neque frui priuilegio, nec immunitate a ſecularibus exactionibus frui poſſe, vt in ſequentibus caſibus.

Primò, cum qui obtulit perſonam, cum reſeruatione bonorum.

Secundò, cum obtulit perſonam, nulla bonorum facta mentione, quippeque non includuntur perſonæ in ſimplici oblatione.

Tertiò cum obtulit perſonam,& aliquam tantùm partem bonorum, quãuis maiorem.

Quartò cum obtulit bona omnia præſentia, & perſonam, reſeruato vſufructu.

Quintò cum obtulit perſonam, & bona omnia præſentia tantùm.

Sextò cum obtulit perſonam, & bona omnia præsẽtia,& futura,ſed poſtea a ſuperiore Religionis aliquam eorum partem quàmuis minimam in emphyteuſim recepit,

Septimò cum obtulit bona, vel omnia,vel partem eorum,abſque perſona, quo caſu perſonam offerentis fori priuilegio non gaudere, ſed bona in Religionem cum effectu translata eſſe immunia a vectigalibus,dummodo offerens vſufructum eorum ſibi non reſeruauerit, eo namque caſu bona immunia non eſſe etiam quoad proprietatem.

His tamen omnibus caſibus, quibus 143
oblati a priuilegio, & exemptione ex iure communi excluduntur,ſeruandam eſſe cuiuſcumque Religionis conſuetudinem,cuius vigore ipſi tale ius priuilegij, vel exemptionis acquiſiuerunt.

His poſitis, propoſitæ deinde fuerunt aliæ difficultates.

Primò, an oblati,qui omnia ſupradicta adimpleuerint, fori priuilegio, & ſupradicta exemptione gaudeant,quãuis matrimonio copulati ſint, ſiue ante, ſiue poſt oblationem contraxerint.

Secundò, an tales oblati fori priuilegio gaudeant,etiam quoad delictum
ante huiuſmodi oblationem commiſ- 144
ſum, cuius ratione a iudice laico erant puniendi.

Tertiò, an iuriſdictio, quæ vigore Concilij Tridentini *ſeſſ.24.cap.11.* competit Ordinario in oblatos carentes qualitatibus expreſsis ibid.in verſ. exceptis, intelligatur tributa Ordinario in oblatos cumulatiuè,vel priuatiuè ad ſuperiores regulares.

Quartò, an iuriſdictio ex eodem Concilij decreto tributa fuerit Ordinario in criminalibus tantùm, an verò in ciuilibus.

Ad has poſteriores dubitationes ſacra Cõgregatio ſigillatim in hunc modum reſpondit.

Ad primam gaudere, ſiue ante, ſiue poſt de licentia ſuperioris Religionis matrimonium contraxerint.

Ad ſecundam gaudere priuilegio fori, & iuriſdictione iudicis laici liberatos eſſe, puniríque debere a iudice eccleſiaſtico; ſi modo abſque fraude, ideſt non animo effugiendi ſecularis iudicis punitionem, ſe, & ſua obtulerit; quòd ſi fraus ſubſit, poſsit a iudice laico puniri pœna confiſcationis bonorũ, & alia pecuniaria, ſed non corporali, illique remanere ſubiectos quoad cauſam,& bona,ſed non quoad perſonam: debere tamen iudicem eccleſiaſticum, ſi delicti qualitas id expoſcat, tradere tales in fraudem oblatos iudici ſecu-

lari

culari corporalitèr puniendos.

Ad tertiam reſpondit,in oblatos carentes qualitatibus expreſsis *in verſ. exceptis,&c* tributam eſſe Ordinario iuriſdictionem cumulatiuè, non priuatiuè ad Superiores Regulares.

Ad quartam huiuſmodi iuriſdictionem Ordinario tributam eſſe in criminalibus tantùm, non autem in ciuilibus.

Hieronimus Card. Pamphilius.

143 An autem iſti Oblati ſint verè Monachi, & Religioſi, negatiuè reſpondit *Nauarr.* cõſultus pro Monialibus Turris ſpeculorum de Vrbe, vt *in eius conſil. 6. num. 10. & per tot. lib. 3. de ſtatu Monach. viden.* nam alia ad hanc rem enumerat.

Declara nonò, immunitatem competentem Tertiarijs intelligendam eſſe iuxta decretum ſacræ Congregationis Concilij Tridentini, cuius tenor eſt, qui ſequitur.

Sacra Congregatio Cardinalium Cõcilij Tridentini Interpretum conſulta
144 *reſpondit, fratres tertiarios, mantellatos, corrigiatos, alioſque ſimiles, ita demum ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum aſſumpſerunt, priuilegijs potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi verè collegialitèr viuant, ſeu cum clauſtralibus habitent, & mulieres virginalem, ſeu cœlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodũ cauetur Conſtitutione Concilij Lateranenſis ſub Leone X. quæ habetur ſeſſ. 11. in fine.*

Hoc autem voto mulierum, alia duo ſcilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi: Quinimò huiuſmodi mulieres, ſi vitam virginalem, aut cœlibem ſimplicitèr, expreſſèque vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut proprijs domibus, velſeorſum habitantes, ſupradictis priuilegijs ordinis, cuius tertiæ regulæ habitum deferunt, exemptione, ab Ordinarij iuriſdictione frui debere: quemadmodum idem Leo X. poſtea declarauit, Conſtitutione edita die 1. Martij 1518. Quòd ſi Fratres, Sororeſue tertij ordinis quid amplius prætendunt vigore conſuetudinis, poſſe ius ſuum proſequi in iudicio ordinario.

Hieronymus Card. Pamphilius.
Io. Franciſcus Pagnanus ſacræ Congregationis Concilij Secretarius.

145 De Tertiarijs ordinis Sancti Dominici, quos vocant Fratres de pœnitentia, eorumque regulæ approbatione, habes *Conſtit. primam Innocentij Papæ VII. quæ eſt in Bullar. nouo tom. 1. pag. 237. vbi Cherub. iun. ſchol. 1.* notat, hunc Ordinem fuiſſe a Sancto Dominico inſtitutum ad imitationem Sancti Franciſci.

Et huiuſmodi Tertiarios viuentes ſecundum modum approbatum a Sede Apoſtolica, etiamſi ſint coniugati, gaudere priuilegio, *can. ſi quis ſuadente diabolo, 17. quæſt. 4. notant collect. priuileg. mendicant. in §. Tertiarij, & ſequitur Roderiq. in quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 55. art. 14.*

Quoad Tertiarios S. Franciſci, videnda eſt *Conſtit. 2. Nicolai IV. Bullar. nou. to. 1. pag. 126.* ſed huiuſmodi Tertiarios in proprijs domibus degentes vti laicos reputandos eſſe, Confeſſariũ tamen, & ſepulturam eligere poſſe, ſancitum eſt *in Bulla 22. §. 19. Leonis X.* Nec eſſe inter Religioſos computandos, *Roderiq. quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 72. art. 1. verſ. prima concluſio; Nauarr. conſ. 6. num. 10. & alibi lib. 3. de ſtat. Monach.* ſecus autẽ eſt in iijs, qui viuunt in Congregatione approbata, in qua tria vota emittuntur; *Nauarr. conſ. 54. an religioſus tertiæ regulæ, num. 1 lib. 3. de regularib. & colligitur ex Conſtit. 42 Leonis X. Bullar. nou. tom. 1. pag. 541.* & ad hos etiam extendenda eſſe priuilegia Fratrum mendicantium, colligitur *ex ſupra poſito Decreto ſacræ Congregationis Concilij, & notat Cherub. iun. ad Bull. 22. Leonij X. ſchol. 2.* vbi habes etiam Decretum.

Et cum aliquando dubitatum eſſet, an huiuſmodi Tertiarij ſint immunes a ſolutione onerum cameralium Congregatio Boni Regiminis, & leuaminum ita Gubernatori Prouinciæ Marchiæ reſpondit

[*Ha riſoluto* la Congregatione de ſgrauij ſopra l'incluſo memoriale della Communità di Tolentino, che ſi faccia oſſeruare per tutto il decreto della Congregatione del Concilio in materia delli Tertiarij; doue però gl'Eccleſiaſtici non pagano impoſitioni camerali: ma doue ſia ſolito, che la Bolla di Paolo Terzo, e di Pio Quinto ſopra l'eſentione, e reuocatione del pagamento de' peſi camerali, ſiano in viridi oſſeruanza, douerà oſſeruarſi il

 ſolito,

ſolito, e di tanto darà V. S. ordine. E Dio la feliciti. Roma li 7. Settembre 1613.

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Borgheſe.

Et has literas intelligendas eſſe puto de Tertiarijs viuentibus in Congregationibus, non autem de ijs, qui viuunt in proprijs domibus, qui ſunt merè laici, vt dictum eſt.

146 Declara decimò, facultatem, ſeu priuilegium, quod habent eccleſiaſtici ſeculares, & regulares aperiendi furnos, & vendendi panem, ſeu tabernas, vt vinum vendant, ex vua, ex frumento in eorum prædijs recollecto, ad tradita *per Scribentes in c. quanquam, de cenſib. in 6. Gemin. & Franc. in c. vnic. de vita, & honeſt. cleric. in 6. Lambert. de iure patron. lib. 2. par. 1. quæſt. 6. art. 62. n. 4. Durand. in c. quicumque, num. 20. de*
147 *ſenten. excomm. in 6.* non habere locum, quando hoc negociãdi cauſa facerent; tunc enim tenerentur ad ſolutionem gabellæ in concernentibus negociationem, *Fed. de Sen. conſ. 111. nu. 10. verſ. imo ſi clericus, Archid. in c. decet, num. 6. de immun. Eccleſ. lib. 6.* vbi ait, clericos talia exercentes eijciendos eſſe ab Eccleſia, *1. quæſt. 3. c. ex multis, & c. eijciens, diſt. 88. Zabarel. in Clem. præſenti, num. 9. & Vitalin. ſuper ead. Clem. nu. 8* dicentes, perſonas eccleſiaſticas teneri ad pedagia, & ed alia onera pro rebus, quas emunt, & vendunt, ſeu alitèr cum eis negocientur; nec obſtare *c. fin. de vit. & honeſt. cler.* vbi non perditur priuilegium immunitatis, niſi poſt trinam monitionem, quia ibi agitur de amiſſione priuilegij quoad omnes res ſuas, hic autem perditur ſolùm priuilegium pro iſtis rebus negociationis; *hac Vitalinus; & diximus ſupra latius cap. 21 de annona, num. 62. 68. & ſeq.* videndus eſt *Quaranta in ſumma Bullar. in verb. vectigal, verſ. limita, Graſſus effect. 3. num. 177. & ſeqq.* denique qui benè, diligentèrque dilucidat, quando clericus dicatur negociator, quibus in rebus dicatur conſiſtere negocium; & quinam clerici dici poſſint negociatores, nempe qui ſunt iu ordine ſacro conſtituti, & qui beneficia poſſident, alij verò in minoribus conſtituti quoad hoc habẽtur vt laici; vt ibi per eum latius; & vide *Petr. Auguſt. Morla in empor. iuris, part. 1. tit. 9. de contrab. empt. cap. 10. vbi num. 5.* tenet, nõ eſſe dicendum clericum negociatorem per vnius, vel alterius rei venditionem, ſeu emptionem, & mercator dicitur, qui quæſtuariam negociationem exercet; & alia videnda ſunt apud *Bellet. in diſquiſ. clericalib. de exempt. cleric. & eorum bon. §. 4. part. 1.*

Secundò, nec etiam habebit locum, ſi in fraudem collectarum, & gabellarũ aſſumerent habitum clericalem, ſine vlla intentione clericandi; *argum. text. in l. qui ſub prætextu, C. de ſacroſan. Eccleſ. & facit tex. in c. ex parte, de cleric. coniugat.* ſed hoc puto intelligendum quoad forum internum, ſeu conſcientiæ, non autem externum, ſi clerici huiuſmodi conueniantur in foro fori.

Tertiò, non habebit locum in clerico latino coniugato, quia hic tenetur ad gabellas; *gloſſ. notab. in c. vnic. verbo in cœteris, de cler. coniug. in 6. quam ſequitur Guid. pap. deciſ. 383. ſed quid de clericis, num. 2. Abb. in c. ex parte, num. 2. de cleric. coniugat. Couar. pract. quæſt. cap. 31. num. 9. verſ. præſertim clericis,* qui teſtatur de communi; *Rota in antiq. de ſponſal. deciſ. 1. nu. 1.* quæ ampliat dictum, etiamſi matrimonium non ſit corporalitèr conſumatum, quia conſenſus facit matrimonium, non concubitus; probat concluſionem & reſpondet ad contraria: Dixi autem in clerico latino, quia clerici græci quàmuis coniugati gaudent immunitate, quia ſunt verè, & quoad omnia perſonæ eccleſiaſticæ; *Steph. Quarant. in ſum. Bullar. in verb. vectigal, verſ. ſecundò amplia;* benè facit *Abb. in c. cum olim, nu. 3. & ferè per tot. de cler. coniug. qui num. 5* quærit, an Papa poſſit diſpenſare cum clerico latino, vt ducat vxorem, & affirmatiuam tenet. Quod autem dixi de clerico coniugato latino teneri ſcilicet ad gabellas, declara non teneri ad onera perſonalia, neque ad capitationem.

Quartò non habebit locum, quando clericis eſſet aliquid fraudolentèr donatum a patre, fratre, vel quouis alio ad gabellas obligato, ad effectum fraudandi gabellam; *Bart. conſ. 180. num. 3. & 4 lib. 1. Lucas de Penna in l. fin. nu. 8 verſ. & ſic patet, & num. 9. C. de ann. & trib. lib. 10.* vbi ait, clericum non poſſe defendere bona fratrum, quæ vna poſſidet diuiſa, vel indiuiſa prætextu ſui
148 priuilegij, & ſi quis fraudolentèr alienet

net bona ſua in clericum, vel alium immunem, vt propterea poſſit collectas, & gabellas, aliaque ciuilia munera euitare, perdit bona, quæ alienauit fiſco applicanda, & tãtundem is, qui huiuſmodi rei miniſter fuit, ſoluere debet ex bonis ſuis; *hæc Lucas per tex. in l. ordine, §. in fraudem, ff. ad municip.* Fraus
149 autem in iſtis alienationibus, & donationibus quomodo præſumatur, & probetur, & qualitèr etiam excludatur, docet *Marius Antonin var. reſol. lib. 1. reſol. 88. faciunt a Scipione, nu. 9. vſque ad 13. & fuſius Cæſar de Graſſ. de effect. cleric. 3. num. 188. & ſeq. verſ. limitatur quartò, Squill. de priuileg. cler. cap. 8. nu. 47.* Et hæc probatio quoad clericum facienda eſt coram iudice eccleſiaſtico.

Quintò non haberet locum immu-
150 nitas, quando vectigal, ſeu gabella ſoluenda eſſet pro communi damno, ſeu periculo euitando, vt puta cum agitur de reparandis ageribus iuxta mare, & flumina ad euitandas inundationes, quæ facilè prædia abſorbere poſſent, itẽ ad euitandas rapinas, incendia, captiuitates, & huiuſmodi alia pericula, quę non minus clericis, quàm laicis eſſe poſſunt nocumento; *Anchar. conſ. 96. ſuper dicto dubio, num. 4. & per totum*, qui ita reſpondet pro Communitate Senenſi coacta ſoluere pecuniæ quantitatem militibus Ciuitatem inuadentibus, & cuncta incendijs, & rapinis diripientibus, & deuaſtantibus; Communitas verò poſt ſolutionem factam voluit diuidere onus in Ciues, vt vnuſquiſque pro rata grauaretur; quæſitum eſt, an ſub ipſo onere venirent etiam eccleſiaſtici, & affirmatiuè reſpondit rationibus per eũ adductis, quas reaſſumit *Anaſtaſ. Germon. de ſacror. immũ. lib. 3. cap. 17. num. 28. & ſeq. & nos diximus ſupra cap. 28. de taxa facienda, num. 64. & ſeq. & ſæpe alibi*, vbi magis latè hanc quæſtionem inuenies pertractatam; & vide *Barbat. conſ. 29. num. 16 & ſeq. lib. 4. Craſſ. de effect. cleric. effect. 3. num. 200. & ſeq. verſ. limitatur ab aliquibus.* Et hæc quoque concluſio intelligenda eſt, vt prius conſtare debeat Summo Pontifici facultates laicorum non ſufficere.

151 At ſi oriatur quæſtio inter leuatorẽ pedagij, & delatorem rei, quia publicanus negat eſſe clericum, & dicit rem deferre negociandi cauſa, vel ipſam rem ad clericum non pertinere, vel quid ſimile, quomodo decidenda erit iſta quæſtio? *gloſſ. in d. c. præſenti, in verb. non negociandi, verſ. ſi autem, Clem. de cenſib.* dicit, quoad res, & bona committendum eſſe iuramẽto perſonæ eccleſiaſticæ a iudice eccleſiaſtico deferendo, vel ſuorum nunciorum, ſi perſonarum qualitas non diſſuadeat, vel niſi de contrario fides habeatur in promptu; quo verò ad perſonam ſufficere, ſi ſit in habitu, & tonſura clericali; & hanc *gloſſ.* ſequitur, eiuſque verba reſcribit *Card. Zabar. d. c. præſenti, nu. 9 verſ. quartò quæro, Nauar. conſ. 4. nu. 4. de immun. Eccleſ. lib. 3.*

Sextò, non habet locum immuni-
152 tas, ſi clericus conducat aliena prædia ad colendum cum alienis animalibus, non autem proprijs; nam ex venditione fructuum in dictis prædijs cõductis collectorum modo prædicto tenetur ad gabellas; *Molin. de contract. diſp. 342 ſub num. 7. quem refert Steph. Quaran. in ſumm. Bull. in verb. vectigal. verſ. quæritur an inter negociationes*; qui tamen hanc concluſionem duobus modis li-
153 mitat, vt ibi per eum, & nos addimus tertiam, ſi clericus agriculturam exerceat in terris proprijs; hoc enim permiſſum eſt illi, nedum a iure communi, *vt poſt Canoniſtas ſcribit Tiraquel. de nobilit. cap. 32. num. 3. ſed etiam per Conſt. 72. Clem. VIII. in Bullar. nou. tom. 3. pag. 102. vbi Cherub. iun. ſchol. 1* notat, per hanc Conſtitutionem innouatum eſſe iuris communis priuilegiũ, ne ſpolia ob eam rem prætendi poſſint ex capite illicitæ negociationis; *Franc. Leo in theſ. fori eccleſ. part. 3. cap. 4. de prohib. & pœn. num. 20. verſ. cum autẽ*: ita tamen vt iudicium fiat, & intentetur coram iudice eccleſiaſtico, & non laico.

154 Septimò non habet locum immunitas, ſi clericus emat equos, boues, iuuencos, oues, &c. vt agros alienos colat, vel ad vſum paſcuorum pro dictis animalibus vtatur, vt ibi pingueſcant, & carius vendat, vel vt eadem animalia locet, vel ad incrementum concedat, *Molin. d. diſp. 342. ſub nu. 14 ab eodem Quaran. relatus loco cit. verſ. ſimilitèr ad illicitæ.* Qui tamen vult, hęc non procedere, ſi talia animalia retineantur in proprijs prædijs, ibique alãtur, vt poſtea illarum fœtus, & fructus, dum creuerit, & ſuo labore, & induſtria meliorata fuerint, carius vendat; & faciunt tradita *per Vitali. in Clem. præſenti, num. 58. & ſeq. de cenſib. poſt Ar-*

chid.in c.quamquam, eodem tit.in 6.

Octauò non habet locum in clerico actualitèr depoſito; quia hic perdit
155 omnia priuilegia; *c.degradatio, de pœn. in 6.Stephan.Aufrer.de poteſt.iud ſecul. ſuper eccl.perſ.reg.1.nu.12.fall.4. Abb. in c.ex parte, num.3.de cler. coniug.* qui tamen limitat in clerico, qui verbalitèr tantùm fuerit depoſitus, & ſit corrigibilis; nam incorrigibilis etiam verbalitèr depoſitus ſtatim perdit priuilegiū; *c.cum non ab homine, de iudic. Aufrer. loco cit. c. degradatio, de pœnis in 6.* & fruſtra legis implorat auxilium, qui peccat in legem, *Gambacurt.de immun. Eccleſ.lib.5.cap.16.num.7.verſ. tertia ratio.*

156 Nonò non habet locum in clerico, qui ſe ioculatorem, goliardum, & buffonem fecerit, & hanc artem per annū exercuerit; nam ipſo iure perdit priuilegium, ſicut etiam breuiori tempore, ſi tertiò monitus non reſipuerit; *textus apertus in c.vnico, de vita, & honeſtate cler.lib.6.Aufrer. loco cit. num.14. Archid.in d.c.vnico, qui num.6.in verſ.clericali,* dicit, ſi quis verberet talem clericum poſt annum, ſiue ſit in ſacris, ſiue non, canonem non incurrit; *gloſ.tamen ibi in verb. ioculatores*, declarat hoc procedere in ijs, qui publicè ioculantur, & ſui corporis ſpectaculum faciunt, ſecus in occulto, vel infirmitatis, vel alterius honeſtæ rei cauſæ; & ſequitur *Archid.ibi in princ.vide Diaz in ſua pract.canon.crim.cap.62.Graſſ.de effect. cler.effect.3.num.278.limitatur 18.*

Decimò non habet locum in clerico
157 exercente carnificium, ſeu macellariorum, aut tabernariorum officium publicè, & perſonalitèr, qui tertiò monitus non deſierit, vel ſi deſierit, iterum reaſſumpſerit, ſiue iſte clericus ſit coniugatus, ſiue non, *vt in Clem.1. de vita, & honeſt.cler. Diaz in pract. crim. canon.cap.63.qui num.1.*ampliat etiam in clerico, qui talia exerceret pro vtilitate domini, cui ſeruiret; quia in hoc non habetur reſpectus ad eum, cuius intereſt, ſed ſolùm ad eum, qui talia officia exercet per ſe publicè; *Bonif. Vitalin.in d.Clem.1.num.67.qui num. praced.66* ampliat 2. etiamſi talia non exerceat continuè, ſed per interualla; dum tamen quando deſiſtit, ex alia cauſa, quàm honeſtatis deſiſtat, quia ex tali deſiſtentia nō colligitur animus abijciendi viliſſimum hoc officium; *Diaz loco citato, Aufrer de poteſt. iud. ſecul.reg.1.fall 9.num.17.* optimè facit *Concilium Trident.ſeſſ.22.de reformat.*
158 *cap.1.* vbi ſententia lata contra clericū ſuper correctione morum, non ſuſpenditur per appellationem; *vide Fran. Leon.in theſau for.Eccleſ.part.3.cap.4. de probib.& pœn.nu.18. & n.22.* enumerat officia, & commercia, a quibus clerici abſtinere debent, ne pœnas a ſacris Canonibus indictas incurrāt. Alia quædam ad hanc rem facientia congerit *Auguſt.Barboſ.de off.& poteſtate Epiſ alleg.12.& 13.ferè per totas* apud ipſum videnda, *Graſſ.de effect.cleric.effect.3.num.256 ſimiliter* 8.

159 Declara vndecimò, immunitatem conceſſam Eminentiſs.ac Reuerendiſs. Dominis S.R.E.Cardinalibus a ſolutione collectarum, & onerum fiſcalium, prout ſæpè deciſum eſt, & reſcriptum fuiſſe ſcimus a ſacra Congregatione Boni Regiminis ſignantèr anno 1611. in hæc verba. [*Sacra Congregatio* ſuper grauaminibus tollendis, &c. In cauſa exemptionum Illuſtriſſimorum, ac Reuerendiſſimorum S.R.E.Cardinalium poſſidētium bona quibuſcumque oneribus publicis obnoxia, & affecta, declarauit; eoſdem Illuſtriſſimos, ac Reuerēdiſſimos Dominos Cardinales, & bona, tam ratione patrimonij, quàm Eccleſiarum, beneficiorum quorumcūque per eos poſſeſſa, fuiſſe, & eſſe exemptos, & exempta, immunes, & immunia a quibuſcumque publicis grauaminibus, datijs, & gabellis: nec poſſe quamcumque Vniuerſitatem, ſeu illius Officiales, & Miniſtros ad aliquid ex d. cauſa ſoluendum Dominos Cardinales cogere, ſeu moleſtare, aut moleſtiam aliquam inferre: prout nos vigore quarumcumque noſtrarum facultatum ſub indignationis noſtræ, alijſque grauiſſimis pœnis ſecus fieri prohibemus. In quorum fidem, &c. Datum hac die prima Octobris 1611.

S.Card. Burgheſius.

Loco ✠ ſigilli.

Odoardus Sanctarellus Secret.

Quæ quidem deciſio ſatis iuridica videtur, ſiquidem S.R.E. Card. ſunt pars
160 corporis Summi Pontifici; *Abb. in c. ex geſtis, num.3. verſ.ſunt enim.de cler. non reſiden.Martin.Lauden.de Cardin. il ſecondo, num.5.Roman.in ſermone, ſeu conſ.vlt.num.15.16.& 17.*& ideo ſi
161 quis offendat perſonam Cardinalis, incidit in pœnam læſæ maieſtatis, ac ſi offendiſſet perſonam Papæ, *c.felicis, de pœn.*

pæn.in 6.Menoch.de arbitr.lib.2.cent.6.
*caſu 550.per tot.*quia Cardinales,& Pa-
pa vnum corpus conſtituunt; *Caſſan.*
in cathal. glor. mund. conſid. 10. *&* 11.
part. 4. *Eugenius Papa in Conſtit.*15.
*Bullar.nou.tom.*1. *pag.*282. qui addit,
tantò ampliorem cenſeri Dignitatem,
quantò plures, ſeueriores que illam of-
fendētibus infliguntur pœnæ;& faciunt
quæ ibi cumulat *Cherub.iun.in ſchol.*2.
dum refert verba Henrici VII. ab eo
prolata in laudem huius ſacri Collegij
pro gratiarum actione poſt acceptam
Imperij coronam a Clemente V. Pont.
anno 1313. & nos quoque alia retuli-
mus *in* 1. *par.notitiæ Cardinalatus,ca.*8
162 *& priuil.*23. Declara, inquam, immu-
nitatem hanc durare; quoad ipſi Car-
dinales vixerint,& non vltra; ita deci-
ſum reperio ab eadem ſacra Congre-
gatione his verbis: [*Sacra* Congrega-
tio Boni Regiminis habita die 3. Sep-
tembris 1613. viſa declaratione facta
per bon.mem. Martinum Pallo ctam Il-
luſtriſſimi Domini Cardin. huius co-
gnominis fratrem germanum, quòd
terræ,& poſſeſſiones per eum emptæ in
territorio dictæ Ciuitatis ſpectabant ad
ipſum Illuſtriſſimum D. Cardinalē, qui
pretium illarum expoſuerat, & quòd
propterea recognoſcēdo illius bonam
fidē, dictas terras, & poſſeſſiones om-
nes eidem D.Cardinali retroceſſit: Viſa
etiam relatione Prætoris dicti loci, &
quòd Communitas nullam controuer-
ſiam intendit facere, prout ex memo-
riale, ſigillo d. Communitatis firmato,
apparet, & citato Domino Archigenio
Riccio Agente ipſius Communitatis
Tolentini, referente R. P. D. Corneo,
cenſuit dicta bona,& poſſeſſiones a die
prædictæ emptionis factæ per D. Mar-
tinum, durante vita ipſius D. Cardina-
lis,immunia, & exempta eſſe ab omni-
bus collectis, & grauaminibus impoſi-
tis, & imponendis, prout ſunt, & de-
clarātur immunia omnia alia bona ſpe-
ctantia ad dictum D.Cardinalem. Nec
vllo vnquam tempore prædict.D. Car-
dinalem, ſeu illius hæredis moleſtari
debere pro collectis decurſis in vita
ipſius D.Cardinalis tantùm. Et ita nos
vigore quarumcumque noſtrarum fa-
cultatū tenore præſentium mandamus.
Dat.Romæ 10.Decembris 1613

S.Card.Burghēſius.

Loco ✝ ſigilli

Odoardus Sanctarellus Secret.

Et in hoc decreto notanda ſunt pri-
mò illa verba,quæ important immuni-
tatem ab omnibus nedum impoſitis,
ſed etiam imponendis, quæ videntur
contra *textum in l. ſi ita legatum,ff.de*
aur.& argen.legat. vbi legatum factum
163 a teſtatore de re præſenti, non autem
futura intelligitur, *l. ſi ſtipulatus,76.§.*
cum ſtipulamur, ff. de verb. oblig. vbi
Bart, notat, verba præſentis temporis
non porrigi ad futura; & hoc etiam
notat *Caſtren. in l.89. ſi a colono, ff. eod.*
& in l 19. *Rutilia Polla, ff. de contrah.*
empt.vbi Bart.& alij notant, verba cō-
tractus ad tempus ipſius contractus eſ-
164 ſe referenda, non ad futura.

Sed prædicta verba, *pro oneribus im-*
ponendis, reſpicientia etiam futura, eſſe
iuridicè appoſita, patet; quia immuni-
tas conceſſa pro oneribus extenditur
165 etiam ad futura, vt dicunt *Alex. conſ.*
193.*ex themate, nu.*8. *lib.*2. *Natta conſ.*
160.*num.*27.*lib.*1. qui loquitur in for-
tioribus terminis; quando ſcilicet im-
munitatis verba indiffinitè fuerūt pro-
lata, prout in caſu noſtro.

Neque obſtant text. in contrarium
adducti,quia ſi benè conſiderentur, ad-
iuuant hanc partem; nam ibi dicitur, ſi
ex verbis colligatur intentio porrigē-
di ad futura, vtique facienda eſt ex-
tenſio.

Secundò nota verbum, *hæredes,* quod
166 non eſt aptum comprehendere ſucceſ-
ſorem ſingularem, vt notat *Alex. d.cōſ.*
193. *num.*1. *verſ. nam poſito;* in caſibus
enim dubiis a proprietate verborum
non eſt recedendum, *l.*67. *non aliter, ff.*
*de legat.*3. *Alciat. in l.*219. *in conuentio-*
nibus,verſ.quid ergo, ff.de verb. ſignific.
licèt contrarium dicat *Alex.d.conſ.*193
*num.*2. *verſ. & quod veniat; & in conſ.*
22.*viſo titulo,num.*6.*lib.*5. *& benè pro-*
*bat textus in l.*219.*de verb. ſignif. & in*
*l.*112. *ſi quando,§.*1.*ff.de legat.*1.

167 Tertiò nota illa verba, *in vita ipſius*
D.Cardinalis tantùm, quia immunitas
hæc conceſſa eſt contemplatione Di-
gnitatis, qua extincta, extinguitur im-
munitas, & priuilegium conceſſum re-
bus propter perſonas, mutatione per-
ſonæ extinguitur priuilegium, *l.licita-*
*tio,§.fin.ff.de public.l.ætatem,§.*1.*ff.de*
cenſib.c.priuilegium, de reg. iur. in 6.
*Natt.conſ.*218.*licèt de iure, num.*7. *qui*
*num.*9. addit, priuilegium immunitatis
in dubio præſumi perſonale; *Petrus de*
*Auendag.de exeq.mand.part.*2. *cap.*14.
*num.*26 *verſ.item nonnulli,* qui ait, im-
munitatem conceſſam Officialibus a-

ſolue

ſolutione collectarũ durare quoad vixerint ipſi Officiales, & non vltra; & ita ſeruatum vidi in Patria mea ſuper immunitate, quam habuerunt Emin. Card. Fabritius Verallus, D. Iuliuus Cartharius,& D.Petr. Paulus Phębeus, ex eo quia hi duo in Camera Apoſtolica tanquam Procuratores fiſcales ipſius Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ locũ habuerunt,vt dictum eſt aliàs, quorum morte ſequuta, ceſſauit immunitas.

168 Sed quæritur, an viuente D. Cardinali eius immunitas extẽdatur ad eius familiares? & negatiuè reſpondet *Alberic. de Ro.in tract.ſtat.lib.2.quæſt* 210 *quid ſi ſtatuto,&c.Natta conſ.*139.*n.*10. qui ait, Statutum diſponens, Poteſtatẽ non teneri ſoluere datium de his, quæ pertinent ad vſum ſuum, teneri tamen de his, quæ pertinent ad vſum familiæ.

Verùm *gloſſ. in l. vniuerſi, in verb. proprium,C.de vectig. & in l. ſi publicanus,§.1.in verb.munificum,verſ.item ad vſum,ff.de publ.& vect.*contrarium

169 dicit; & iuxta hanc opinionem gloſſæ iudicatum fuiſſe ad fauorem Cardinalis de Alibretto,tanquam magis æquũ, vt ſcilicet emens pro vſu ſuo, & totius familiæ ſit immunis, ſcribit *Boer.quæſt.*

170 213 *num.*6.7.8.*& ſeq.* affirmans ita ſeruari de generali conſuetudine; neque diſſentire videtur *Alberic.* ab hac ſententia, quoties ceſſet fraus eorum, qui Dominorum Cardinalium negocia gerunt; ipſe enim loco citato ait; *Cardinales mittunt familiares ſuos ad faciendum prouiſiones, & emendum bladum, vinum, & alia neceſſaria pro eorum vſu, & ob eorum reuerentiam communitèr nullus dominus exigit de talibus vectigal;vnde familiares volentes lucrari, non ſolùm neceſſaria pro vſu Cardinalium,& eorum familiæ,ſed multò plus emunt,& exportãt: quòd ſi de tali fraude appareat, locus erit pœnæ d.l. vniuerſi, quæ capitalis eſt, ibi capitali pœna propoſita ſtationarijs, & vrbanis militibus, & cæteris perſonis, quarum auaritia id tentari firmatur.* & ideo *idem Alberic.* ſubdit, honorificum fore, Dominos Cardinales ſcribere epiſtolas, in quibus quantitas ſibi neceſſaria exprimatur;quod & *Paulus I.C.in d.l. ſi publicanus*,§.1. *ff.de publican.*dixit in hęc verba:*De rebus, quas in vſus ad vehendos ſibi mandant Præſides,D. Hadrianus Præſidibus reſcripſit, vt quoties quis in vſus,aut eorum,qui Prouincijs, exercitibuſque præſunt,aut procuratorum ſuorum vſui cauſa mittet quendã emptorem, ſignificet libello manu ſua ſubſcripto,eumque ad publicanum mittat, vt ſi quid amplius, quàm mandatũ eſt, transferat, id munificium ſit. Hæc Paulus I.C.*

Declara duodecimò, immunitates, & priuilegia conceſſa dohanerijs Prouincię Patrimonij,& cõducentibus animalia ad paſcendum in paſcuis Cameræ Apoſtolicæ, quos vocant affidatos, vt videre eſt in Conſtitutionibus Summorum Pontif.præcipuè *Gregor. XIII. die* 18. *Februarij* 1577. & a ſucceſſoribus confirmatis,nouiſſimè *a fel.rec.Vrbano VIII.* quarum Conſtitutionum vigore multa iam emanarunt, & quotidie emanant,& promulgantur bannimenta ſuper eorundem priuilegiorum

171 obſeruantia;declara,inquam,huiuſmodi priuilegia, & immunitates non ſuffragari, niſi per tres dies, in tranſitu ſcilicet de loco ad locum paſcuorum, prout a ſacra Congregatione Boni Regiminis deciſum habes in hæc verba.

[*E ſtato* più volte riſoluto in Cõgregatione de' ſgrauij,che il priuilegio degl'Affidati non ſuffraghi à chi ſi ferma più di tre giorni nelle caſe proprie cõ il beſtiame, douendo ſeruir loro per l'andare, e tornare à i paſcoli delle doane: e però ſopra l'inſtanza, che fa coteſta Communità di poterli aſtringere indiſtintamente per le pene ſtatutarie, ſarà contenta V.S.di prouedere, che ſi eſeguiſca detta riſolutione,e che paſſato detto termine ſiano aſtretti a pagare le pene come gl'altri,non oſtãte qualſiuoglia priuilegio, ò inhibitione: e me li offero. Di Roma li 28.Ottobre 1606.

Di V.S.

Come fratello

Il Card.Borgheſe.

Et hoc idem ſcriptum fuit ab Eminentiſs.D. Card. Camerario pro Ciuitate Viterbij.

A Monſig.Gouernatore di Viterbo.

MI è ſtato dato memoriale in nome di coteſta Città,e dell'arte del campo in materia de' danni dati dagl'affidati,nella quale V.S.potrà eſeguire l'ordine dato dalla b.m. del Signor Card. Gaetano all'hora Camerlẽgo, & altre volte da me replicato,cioè che le fide nõ ſuffraghino à quelli, che ſtanno fermi nelle loro caſe, oltre tre

gior-

giorni; eſſendoſi riſoluto, che ciò ſia
ragioneuole, e più eſpediente per ou-
uiare à molti inconuenienti. Onde a
queſti tali, paſſati li tre giorni, ſi doue-
ranno far pagare le pene de' danni da-
ti, non oſtante qualſiuoglia preteſa
inhibitione. Con che à V. S. m'offero
con tutto l'animo, e prego da Dio o-
gni contento. Di Roma li 24. Luglio
1610.

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Aldobrandino.

Inſuper quia ijdem dohanerij ha-
bent iudicem proprium, quem Aſ-
ſeſſorem vocant, cum facultatibus co-
gnoſcendi cauſas affidationum priuati-
uè quoad omnes alios iudices; qui
quidem Aſſeſſor in Ciuitate Viterbij
172 reſidens cum aliquando prætenderet,
non eſſe obligatum ad obſeruantiam
taxarum, quæ iam matura deliberatio-
ne a Card. Farneſio, dum erat d. Ciui-
tatis, & Prouinciæ Patrimonij Legatus
a latere, editæ fuerant, ideo ſacra Con-
ſulta mandauit, huiuſmodi taxas etiam
ab ipſo Aſſeſſore ſeruandas eſſe; ita re-
ſcribendo.

[*V. S. ſi compiaccia* d'ordinare alli
eſecutori, e miniſtri di coteſte doane,
che oſſeruino le taſſe generali della
Città fatte già dal Sig. Card. Farneſe,
non oſtante l'abuſo, che hanno poi in-
trodotto, tanto circa le propine, quan-
to circa l'eſecutioni: e Dio la feliciti.
Roma li 13. Ottobre 1619.

Di V.S.

Come fratello

Il Card. Barberino.

Gio. Battiſta Spada Segretario.

Quas autẽ facultates habeat prędictus
Aſſeſſor, vide *cap.* 16. inter alia conceſſa
in inſtrumento inito inter Cameram
Apoſtolicam, & ipſos Dohanerios die
prima Iunij 1617.

De affidatis, & affidatione in paſcuis
loquuntur *Afflict. in deciſ.* 290. iuxta
conſuetudinem Regni Neapolitani;
Capiblanc. de Baronib. pragm. 8. *part.* 2.
num. 167. vbi firmat, priuilegium fidæ
non ſuffragari pro paruo numero ani-
malium.

Declara decimotertiò, immunitatẽ
173 conceſſam alicui a publicis muneribus
non referri ad hoc ne fiat de Magiſtra-
tu; id enim magis ad honorem, quàm
ad munera pertinet; *Abb. in c. aduerſus*
num. 10. *de immun. Eccleſ. Io. de Plat. in*
l. vacuatis, num. 2. *verſ. item hæc immu-*
nitas, C. de decurio. lib. 10. *per textum*
in l. cui munus, ff. de muner. & honor.
reddens rationem, quia adeſt differen-
tia inter munus, & honorem; hic enim
cum dignitate eſt, illud autem ſine;
l. honor, in princ. & §. ſeq. ff. de muner.
& honor.

174 Amplia, nec etiam huiuſmodi im-
munitatem excuſare a muneribus per-
ſonalibus extraordinarijs, cohærenti-
bus honoribus, & Magiſtratibus, *ad tex.*
in l. 2. *§. numerus, ff. de vacat. muner. ibi,*
ab honoribus, vel muneribus his coha-
rentibus excuſationem non præſtat. Et
notanda eſt hæc declaratio pro militi-
bus armatæ militiæ, quibus a Summis
Pontificibus conceſſa ſunt multa priui-
legia, & inter cætera a muneribus pu-
blicis, vt videre eſt *in eorum priuilegijs*
cap. 1. 2. *&* 3. *& melius cap.* 13. *cui fauet*
textus in l. 42. *C. de decurion. lib.* 10. vbi
175 Imper. ſanxerunt, milites nihil cõmu-
ne habere cum curialibus, & curijs; ſed
iſte textus intelligendus eſt de mune-
ribus, quæ nullam dignitatem, ſeu ho-
norem adiunctum habent, hoc autem
non procedit, in Magiſtratu gerendo;
vt diximus, qui honorem annexum
habet; videatur *text. in l.* 46. *ad ſubeun-*
da, iuncta gloſſ. C. *de decurion. lib.* 10.
176 Qua ratione, iuncta etiam anguſtia lo-
ci, & paucitate hominum, qui rebus
publicis vacare poſſint, ſacra Conſulta
decreuit, in Caſtris exiſtentibus in ter-
ritorio Vrbeuetano cogendos eſſe mi-
lites ad acceptandos Prioratus locorũ,
in quibus nati ſunt; & ita ſcriptum Gu-
bernatori Vrbis veteris die 21. Martij
1626. & hoc idem antea ſcriptum Car-
dinali Legato Prouinciæ Marchiæ, in-
ſtante Communitate Sancti Iuſti, his
verbis.

[*In Conſulta*, doue è ſtata letta l'in-
ſtanza fatta dalla Communità di San
Giuſto nel particolare di coloro, che
per eſſer arrolati nelle militie, ricuſano
d'accettar gl'offitij publici, ſi è preſo
eſpediente, per il danno, che ne ſegue
a quella Communità, che ſi debbano
ſenz'altro aſtringere à pigliare, & eſer-
citare tali carichi, quãdo rieſcano nel-
le perſone loro: Coſi però reſtarà V.S.
Illuſtriſs. ſeruita di procedere, che ven-
ga eſeguito, e li bacio humilmente le
mani. Roma alli 9. di Giugno 1607.

Di V.S. Illuſtriſs. e Reuerendiſs.

Humiliſſimo ſeruitore

Il Card. Borgheſe.

Videndus eſt bonus *textus ad rem pro-*
poſi-

poſitam in l.vt gradatim,§.quoties,ff.de muner. & honor. vbi Modeſtinus hæc ait. *Quoties penuria eſt eorum, qui Magiſtratum ſuſcipiant, immunitas ad aliquid infringitur; vbi gloſſ in verb. infringitur*;alia ad rem adducit videnda; & facit *Claud.Coter.de iure milit lib.1. cap.8.ad fin.* ibi, nihil agant milites,niſi in publicam vtilitatem.

Declara decimoquartò, immunitatẽ
177 conceſſam dictis militibus, quos vocãt cohortales, ſeu del battaglione, ne teneantur ad onera communitatiua, ſiue perſonalia, ſiue realia, ſeu mixta, vt legitur *in eorum priuilegijs cap.1. 2.& 3.* & iuris communis aſſiſtentiam habere videatur *in l.omnibus, C. de vectig. & comm.Ferrett.de gabell.nu.187.*& conferunt tradita per Doctores de militibus cœleſtis militiæ,& certam regulam profitentibus, vt Hieroſolymitanis,Sãcti Stephani, SS.Mauritij, & Lazari, de quibus dictum eſt ſupra, gaudere immunitate a collectis, & vectigalibus; & dixit etiam *Rota in Leodien. collectæ, 19.Martij 1604.coram Attrebaten.confirmata die 19.Aprilis 1619.coram Buratto, & die 10. Aprilis 1628. coram Decano, & in alia Meliten. collectæ, 7. Maij 1627.coram deinde Eminentiſſ. Card Vbaldo*, quas deciſ.& alias etiam auctoritates adducit *Franciſcus Corona in quodam eius voto impreſſo poſt caſus militares Tullij Criſpolti, verſ.attamen in caſu noſtro*. Declara, inquam, immunitatem non habere locum, quin teneantur ad collectas impoſitas pro ſolutione ſubſidij triennalis, carnis ſuinæ cum ſuo augumento, triremium,& aliorum onerum Cameralium impoſitorum, & imponendorum, & quæ ab exactoribus tributorum Cameræ Apoſtolicæ, ſiue a Communitatibus Status Eccleſiaſtici cauſa dictorum onerum Cameralium exiguntur, *vt in d. cap.3. verſ.eccetto però; & bonus textus in l.11.ſunt munera, ff.de vacat.& excuſ. mun.Ferrett.de gabell.num.188.Feſtaſ. de collect.lib.2.cap.4.num.36. & 37.* di-
178 cens,quòd milites noſtri temporis non gaudent priuilegijs conceſſis militibus antiquis, reddens rationem, quia milites antiqui gratis militabant, noſtri verò temporis ſtipẽdia recipiunt;*Bart. in l.miles,ff.ex quibus cauſ.maior.Curt. iun.conſ.60.n.6.& alibi,Caſſan.conſ.64 num.5.*

179 Secundò non habet locum, quominus teneantur ad mercedem artificum, & emptionem materiæ pro reparatione viarum, *vt in d.cap.1.in fin.& bonus text.in l. viæ, ff.de priuileg.veteran.l.ad inſtructiones,C.de ſacroſan Eccleſ.*

Tertiò non extenditur ad immunitatem pro rebus, quas itinerando deferunt; ita *Tull.Criſpolt.in annotat. ad priu.milit.poſt ſuos caſus militares,priuileg.1.verſ.non ſunt exempti, per text. in l.3.C.de vectig.& com.l.ex præſtatione,in fin.C.eodem tit. Ruitus ad pragm. Regni,tit.de militib. pragm 1. nu.8. M. Lauden.de milit. num.16. Ferrett. de gabell.num.188.& ſeq.* licèt hæc deciſio dura ſit pro rebus, quæ ad vſum proprium deferuntur, vt diximus aliàs; & videatur *gloſſ in Clem.3. verb.proprijs de cenſib.*

180 Quartò,non extenditur priuilegium militare, ſi ex pluribus habitantibus in vna familia in communione, etiamſi ſint fratres, & vnus tantùm ſit miles,vt huius militis priuilegium comprehendat etiam alios de familia; quia ſola pars ipſius militis gaudebit priuilegio, *vt cap.2.Ferrett.de gabell.num.436. & vide text.l.3.§.bis qui caſtris,ff.de muner. & honor.* vbi immunitas conceſſa militibus, qui in caſtris militant, non extenditur ad eorum conſanguineos: & licèt contrarium dicat *Natta conſ.1. nu.10.& conſ.65.num.2 Sur.deciſ.301. num 8.* vbi ait, immunitatem conceſsã
181 Doctoribus, extendendam eſſe ad eorum fratres viuentes in communione, non puto tamen recedendum eſſe ab opinione *Ferrett.d.n.436.*qui loquitur in fortioribus terminis, nempe de clerico habente bona communia cum fratre laico, qui non poteſt prætextu ſuæ immunitatis a iure Diuino, & humano conceſſæ, *c.quamquam de cenſib. in 6.* eximere bona fratris laici; *Felin. in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 106. verſ.ſecundus, de conſuet.* vbi ait, clericum teneri ad gabellas, ſi deferat res
182 alienas, *per text.a contrario ſenſu in Clem. præſenti, de cenſib.* ponderando verbum, *proprijs: facit Petrus Bellus de re milit. cap.8. quando miles vtatur iure communi cum cœteris, num.5. & 6. part.7.*

183 Quintò,non extenditur priuilegium militare, quin ipſi milites teneantur ad onera impoſita ab Vniuerſitatibus pro ſoluenda mercede medico, & ludimagiſtro, & ſimilibus, per publicum decretum conductis;quia horum conductio, nedum publicam, & communem

nem vtilitatem reſpicit, ſed etiam pri-
uatam, & diſtinctam cuiuſuis perſonæ,
vt in fortioribus terminis ponit exem-
plum *Bero.conſ.152.num.13.lib.3. rela-
tus a Franc.Corona in d. voto verſ. in
propoſito*, vbi ſatis luculentèr examinat
hanc concluſionem, videndus; nam
reſpondet etiam ad contraria, & affert
deciſionem ſacræ Conſultæ pro Com-
munitate Cæſarum, dicens; [*Mentre*
foſſe ſolito auanti la publicatione de'
priuilegij militari, che fu l'anno 1607.
di pagare il medico per colletta, fare-
te, che à quella concorrano ancora i
ſoldati, non ne venendo in tal caſo e-
ſenti dalli ſudetti priuilegij. E ſtate ſa-
no. Di Roma li 24. Gennaro 1634.
Voſtro amoreuole.

Il Card. Barberino.

Quod etiam legitur *in Motu proprio
Gregorij XIII.* Iacobo Boncompagno
militum cohortalium Capitaneo ge-
nerali directo, impreſſo Romæ anno
1575. §. 1. quem Motum proprium
memini me aliàs legiſſe inter Bullas
huius Pontif. in Bullario antiquo, ſed
in nouo anno 1617. iterum impreſſo nõ
inuenire potui; prout etiam aliæ multæ
Bullæ, & Conſtitutiones deſunt.

Sextò, licèt milites eximãtur a mu-
184 neribus publicis, etiam ex cauſa anno-
næ, *vt in cap.13. & correſpondet textui
l.fin.§.fin. ff. de muner. & hon. Claud.
Cother.de iure milit.lib.1.cap.8. verſ.ne-
gociatores quoque, Thomat.de collect.§.
ne ſcienter, num. fin. verſ. non intelligi-
tur*; Hoc tamen priuilegium ceſſabit,
vbi adſit neceſſitas annonæ; ita *Criſpol.
in annot. ad priuileg. 13. motus ex deciſ.
275. D.Surdi, & faciunt, quæ diximus
ſupra cap.21. de annona.*

185 Septimò ceſſat priuilegium militare,
ſi a militia quis fuerit ignominioſe
miſſus, vt in clerico depoſito diximus,
quia tunc ad munera cogentur, & ho-
nores habere non valent, *l.1. C. de his
qui non implet ſtipen. lib.10.* vbi Impe-
rator ita reſcripſit. *Ignominiæ cauſa
ſacramento liberati honoribus abſtinere
debent, a muneribus autem ciuilibus ex-
cludendi non ſunt. & Modeſtinus in l.
ſed & milites, §. qui verò, ff. de excuſ. tu-
tor.* ſic ait. *Qui verò ignominiosè miſſi
ſunt, ſimiles ijs, qui nunquam milita-
uerunt, exiſtimantur, & propter hoc
neque ipſi habent priuilegium, neque
filij eorum; Mart.Lauden.tract. de mi-
lite num.38. Claud Coter.de iur. & pri-
uil.milit.lib.1.cap.26. ſacramento ſoluti
verſ. ignominioſa cauſa ſolutionis.*

Octauò, licèt milites, qui in legio-
186 ne, & vexillatione militauerunt, & iu-
ſta cauſa abſuerunt, habeant nihilomi-
nus immunitatem; hęc tamen ceſſat in
militibus cohortalibus, quibus noſtri
magis aſſimilantur; *text.in l. fin. iuncta
gloſſ.in verb. cohorte, C. de his qui non
imple. ſtipend. lib.10. vbi Lucas de Pen.
n.1. & per tot. & num.2. verſ. ſed certè,*
ait ſuper hac materia multas veritates,
& diuerſitates inueniſſe; *& num.3.* ex-
ponens verbum, *cohorte*, id eſt particu-
lari militia, & adducit *text. in l. 2. §.
exercitum, ff. de his qui not infam.* vbi
Vlpianus ait; *Exercitum non vnam
cohortem, neque vnam aliam dicimus,
ſed numeros multos militum.* Quot mi-
lites verò eſſent in vna cohorte, quot
cohortes in vna legione, docet *Veget.
de re milit.lib.2.cap.1. & 6. & poſt eum
gloſſ.in d.l.2.in verb.cohortes*, affirmans
legionem conſtare ex decem cohorti-
bus: videndus eſt *Lipſius de milit.Rom.
lib.2.dialog.4.* vbi cohortes alias ad le-
giones explendas, alias ad cuſtodiam
Prætoris, & Principis fuiſſe docet: ſed
*Petr.Bell.tract.de re milit. part.2.tit.10
num.45.* ſcribit, cohortales omni alia
militia arcebantur, & ideo cohortales
dicti, quia magis ſunt coharctati, quàm
curiales, & cohortales non ſoluuntur a
militia, niſi poſt emerita 30. ſtipendia,
& eorum filij eiuſdem fortunæ erant,
vnde parùm ab aſcriptitijs differebant.

Nonò, quàmuis militibus indultum
187 ſit, vt pœnarum occaſione ſoluant di-
midium eius, quod ſoluitur ab alijs nõ
militibus, *vt in cap.14.* hoc tamen pri-
uilegium nõ habet locum, ſi adſit prę-
iudicium Cãcellariarum Status Eccle-
ſiaſtici, a Camera Apoſtolica locari ſo-
litarum, & quarum prouentus aſſigna-
ti ſunt pro dote Montis delle Cancel-
larie nuncupati; ita petente D. Paulo
Spada tunc conductore dictarum Cã-
cellariarum ſacra Conſulta ſcripſit.

[*Il Signor* Paolo Spada, che ha cõ-
dotte ſin dall'anno 1604. dalla R. Ca-
mera Apoſtolica le Cancellarie dello
Stato Eccleſiaſtico con gl'emolumenti
ſoliti, e conſueti, ſublocandoli à diuerſi
particolari, ha hauuto ricorſo à N. S.
facendo ſapere, che li ſudetti allegano
non potere eſigere da' ſoldati delle
militie di eſſo Stato nelle cauſe loro, ſe
non la metà di quello, che erano ſoli-
ti di pagare, per cauſa de' priuilegij con-
ceſſi alli detti ſoldati, li quali ſe bene

non s'intendano delle Cancellarie di detta Camera, e loro frutti già appaltati, & applicati alli montiſti delle Cãcellarie; nè detti priuilegii quanto a quello, che ſpetta alli detti notari, parlano d'altro emolumento, che delle note, decreti, e caſſature, ſportole, & eſecutioni, riguardando li giudici, & eſecutori, in modo che poco potria importare la metà di detto emolumento: Nondimeno hauendo fatto inſtanza a Sua Santità, che in queſto ſi compiaccia far dichiaratione per leuar le occaſioni delle liti, che ne potriano ſuccedere; ſua Beatitudine ſi è contentata ordinare, che ſi ſcriua à V. S. Illuſtriſs. & à gl'altri Illuſtriſs. Legati, e Gouernatori dello Stato Eccleſiaſtico, che per il pagamento delle note, decreti, e caſſature de'proceſſi, e querele nelle cauſe de'ſoldati, così a piedi, come à cauallo, faccia far pagare quello, che è ſtato ſolito per il paſſato; e quanto alle caſſature de'proceſſi, e querele, che non eſſendo coſa, per la quale ſi poſſino aſtringere le parti à farlo contro lor volontà, che non debbano i notari coſtringerli à far le dette caſſature. In tal conformità dunque ſi degnarà V. S. Illuſtriſſima prouedere, che venga eſeguito, e le bacio riuerente le mani. Di Roma li 7. Aprile 1607.

Di V.S.Illuſtriſs.e Reuerendiſs.

Humiliſs.Seruitore

Il Card.Borgheſe.

Hæ autem literæ videntur contra id, quod diſponitur in *Motu proprio Gregorij XIII.* §.10. inferius regiſtrandi, quo milites abſoluuntur a pœnis maleficiorum Cameræ Apoſtolicæ debibitis: ſed ſciendum eſt, licèt Pius IV. has pęnas Cameræ applicauerit, eius tamen applicatio turbida erat, vt colligitur *ex Conſtit.93.*§.8.*Sixti V.tom.2.pag.655.* & ideo Gregorius, quod dubium erat, donauit.

188 Decimò, ceſſat priuilegium militare, & indignus militia iudicatur, qui patrem, & matrem, a quibus educatus fuit, maleficos appellauerit, nam etiam in militibus pietatis ratio in parentes conſtare debet, vt eſt *Vlpiani reſponsũ in l.1.ff.de obſeq.a liber.& libert.præſt.parent. Petrus Bell. de re milit. part.*8. *num.*74. *Mart.Laud.de milite,num.*21. *& gloſſ.in d.l.*1.*in verb. indignus militia*, exponit, ideſt priuilegio militiæ, & eſt degradandus: & Præfectus Vrbi delictum ad publicam pietatem pertinẽs pro modo eius vindicabit; *l.*1. §. *cum patronus, ff. de off. præfect. Vrbi*; *& l. nec quicquam*, §. *de plano*, *ff. de offic. Proconſul.*

189 Vndecimò ceſſat militare priuilegiũ in eo, qui efficitur miles cauſa litis fugiendæ, & non ſoluendi æs alienum; hic enim inſtante creditore, a ſacramento militiæ ſoluendus eſt. *l.*1.*& ibi gloſſ.& Bart.*C. *qui milit.poſſunt, vel non,lib.*12.*& in l.*4.*qui cum vno,§.non omnis,ff. de re milit.* vbi declaratur in eo, qui ſub obtemptu militiæ pretioſiorem ſe aduerſario facere voluerit; *Mart.Lauden.de milite,num.9.*

190 Amplia, etiam ceſſare priuilegium, ſi miles equeſtri militię ſit debitor cauſa mercedis alimentorum, montis pietatis, Vniuerſitatũ, ãnonæ, viduarum, & pupillorũ, vel ſit de fuga ſuſpectus, vt legitur in *priuil militia equeſtri cap.*11

191 Duodecimò militare priuilegium amittunt milites negociando, mercãdo, vſuras committendo, placitando, luxuriando, procurando, & ſe ingerendo, miſcendoque viliſſimis miniſterijs, quibus militiæ dignitas deturpatur, & gloria; *c.ius militare,diſt.*1.*l.militem,*C. *de procurat.l.filius,* §.*veterani,ff.eodem tit.c.bonæ,iuncta gloſſ.de poſt.Prælat.* & ſemper excedunt milites, quando non vtuntur militia ad id, ad quod eſt inſtituta; *Ferrett.de milit.iuſtit. num.*74. *Petrus Bell.de re milit.part.*7.*tit.*7.*quæ ſint militibus a iure prohibita.*

192 Decimotertiò ceſſat immunitas militaris, ſi miles ante tempus completæ militiæ, quod eſt viginti annorum de iure communi, vigore autem priuilegiorum hodie peditis vigintiquatuor annos ſeruire debent, niſi ſint in quinquageſimoquinto ſuæ ætatis anno cõſtituti, quo caſu quindecim ſufficiunt ad impetrandam miſſionem, & ſacramenti ſolutionem cum immunitate perpetua, perinde ac ſi eſſet miles: ſi inquam ante hoc tempus miſsionem, & ſolutionem conſequatur, nullam habebit immunitatem; præſertim ſi intra quintum annum militia ſoluatur, ſi verò quintum annum impleuerit, vnius anni immunitatem conſequitur, qui octauum annum biennij, qui duodecimum triennij, qui quintumdecimum quadriennij; qui vero vigeſimum perpetuam de iure communi; ita *Claud. Coter. de iur. milit. cap.*26.*ſacramento ſoluti,in princ. & eſt ſancitũ in l.*2. *&* 3. C. *de*

*C.de his qui nō impl.ſtip.lib.*10. Sed hodie milites noſtri tẽporis,*delle militie,ò battaglione,*nuncupati, ſi ante 24. annũ miſſionem impetrauerint (vulgò dicitur il benſeruito) nihil illis prodeſt, nec priuilegijs gaudent.

193 Decimoquartò, miles equeſtris militiæ priuilegium, & immunitatem amittit, niſi proprium equum, & literas teſtimoniales D.Generalis, eiuſque ſigillo munitas habeat, prout *in priuileg. milit. cap.* 16. vbi etiam conceditur licentia Gubernatoribus, alijſque locorum officialibus cogẽdi huiuſmodi milites ad emendum equos, ſi in matricula militum reperiantur deſcripti; *arg. textus in l.3.§.miles qui in bello, ff.de re milit. & facit etiam prædictus Gregorij XIII. Motus proprius,* §.4. dum in eo diſponitur, eatenus milites gaudere priuilegijs, & immunitatibus, quatenus cum thorace militent, eumque domi proprium habeant; & quoniam diximus, huiuſmodi Motum proprium non reperiri in Bullario nouo, & de illo mentionem fecimus, quia ad id, de quo agitur, valdè confert, placuit hic illum reſcribere, ex Bullario veteri deſumptum anno 1579. in Camerali Typographia impreſſum.

Gregorius Papa XIII. dilecto filio nobili viro Iacobo Boncompagno totius noſtræ, & S.R.E. militiæ tam equeſtris, quàm pedeſtris Gubernatori generali.

194 DIlecte fili nobilis vir ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Volentes dilectos filios milites legionarios battaliarum, ſeu ordinantiarum nuncupatos ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia milites præfatos, qui pro tempore deſcripti, & matriculati reperiuntur, ab omnibus, & ſingulis oneribus, & exactionibus, tam realibus, quàm perſonalibus, & mixtis, qualeſcumque ſint, & quocumque nomine nuncupentur, per Nos, & Sedem Apoſtolicam, & eius Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, & alios Officiales in poſterum quomodolibet imponendos, exceptis dumtaxat ſubſidijs 300. m. ſc. quatreni pro libra carnis, etiam porcinæ, & datijs, quæ per Communitates Ciuitatum, ac Vniuerſitates Terrarum pro ſoluendis eorum debiti antiquis, ſalario medici, & magiſtri ſcholarum pro tempore impoſitis pro portione perſonas ipſorum militum tantùm, & non eorum familiam contingente; eos videlicet, qui cum torace, corſaletto nuncupato, militabunt, aut ipſarum battalliarum, & ordinantiarum officiales erunt in totum; cæteros verò pro medietate tantùm penitus, & omnino Apoſtolica auctoritate per præſentes eximimus, & liberamus, immunes, & exemptos fore, & eſſe volumus, & decernimus.

§.2. Ac inſuper quibuſuis Status Eccleſiaſtici incolis, & habitatoribus cuiuſcumque ſortis exiſtãt, ſub pœna 200. ſcutorum auri Cameræ Apoſtolicæ eò ipſo applicandorum, nec etiã prætextu quorumuis priuilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis quouis tempore, & ex quacũque cauſa in genere, vel in ſpecie cõceſſorum, quibus quoad hoc ſpecialitèr, & expreſsè derogamus, aliquod genus armorum tam offenſiuorum, quàm defenſiuorum geſtare præſumant.

§.3. Diſtrictius inhibentes eiſdem militibus, quòd eorum Colonnelli, Centuriones, & alij Officiales, qui matriculati fuerint, dummodo (niſi ſint ſeruientes, aut Cancellarij, vel Depoſitarij, vel pulſatores timpanorum, aliàs tamburorum, aut piferorum) cum torace prædicto militent; & eum domi proprium habeant.

§.4. Nec non quicumque alij milites, vt præfertur deſcripti, & matriculati, qui toracem habebunt, & cum eo militabunt per Terras, & loca eorum domiciliorum, ac totum Statum Eccleſiaſticum enſem, cum verò iter facient, quodlibet genus armorum prælio aptorum, archibuſium videlicet, alabardam, lanceam pedeſtrem, piccam nuncupatam, & toracem geſtare poſſint.

§.5. Cæteri verò non Officiales, aut toracem non habentes, aliquod genus armorum in loco eorũ domicilij, præterquam in die eorum luſtrationis, reſignæ, aliàs monſtræ nuncupatæ geſtare nequeant.

§.6. Poſſint tamen in quibuſuis Status Eccleſiaſtici Terris, etiam ſi in tali bannimenta in contrarium emanauerint, enſem ſolum deferre, & extra Terras eorum domicilij tam ad eorum recreationem, & voluptatem, quàm pro eorum ſecuritate quoduis genus armorum, prælio, vt præfertur, aptorum deferre (archibuſettis a rota, qui ſub

pœna quingentorum ſcutorum ſimilium, & exilij a toto Statu Eccleſiaſtico geſtari, aut domi haberi, ſeu teneri non poſſint, dumtaxat exceptis.)

§.7. Et quòd cōtra eos ſuper armis, ſeu inſtrumentis, aut veſtibus militaribus pro quouis debito executio fieri, aut tempore, quo in noſtris, & dictę Sedis ſeruitijs extra Terras eorum domicilij extiterint, & per quindecim dies poſt, in quauis tam ciuili, quàm (dummodo non ſit criminis læſæ maieſtatis) criminali cauſa procedi nequeat.

§.8. Quodque omnes rixæ inter ipſos milites etiam tam sāguinis effuſione pro tempore factæ (dummodo mors, aut membri mutilatio ſequuta non ſit) infra tres dies per Capitaneum eorundem militum componi, & decidi poſſit.

§.9. Nec interim iudices maleficiorum, aut alij Officiales in præmiſſis aliās quàm in cogendis eorum conſanguineis, & affinibus ad prǣſtādam cautionem de ſe non offendendo, intromittere valeant.

§.10. Et ſi rixæ huiuſmodi infra dictum triduum cōpoſitæ, & deciſæ fuerint, illi, qui eas commiſerint, ab omni eo, quod ratione maleficij ad d. Cameram ſpectaret, non autem a pœnis Cōmunitatibus, ſeu Vniuerſitatibus prædictis debitis, quas eis omnino perſolui volumus, liberi penitus ſint, & exempti.

§.11. Si verò eædem rixæ infra dictum triduum non compoſitæ, & deciſæ, aut inter militem non matriculatum factæ fuerint, iudices ordinarij cōtra eos, qui rixas commiſerint, inquirere, & procedere poſſint in omnibus, & per omnia, proinde ac ſi alter ipſorū rixantium miles legionarius matriculatus non eſſet.

§.12. Et quòd durante dicta militia milites legionarij matriculati prædicti in Terris, & Ciuitatibus eorum domicilij quoſcumque Magiſtratus, honores, munera, officia, quæ eorum anteceſſores habere conſueuerint, aſſequi, & tempore ſolito gerere, & exercere valeant.

§.13. Et eo tempore, quo Magiſtratum geſſerint, a munere militiæ ſint immunes, & exempti.

§.14. Et ſi contingat, Officiales battaliarum, ſeu ordinantiarum huiuſmodi aliquos milites legionarios pro eo quòd eorum ordinationes militares non adimpleant, caſtigare, iudices ordinarijnon contra eoſdem ſolum, ſed etiam eorum affines, & conſanguineos ſuper prǣſtatione cautionum de ſe non offendendo procedere poſſint.

§.15. Tuque, vel a te pro tempore deputatus eos omnes punire, corrigere, & abſoluere, & ordines, & capitula pœnalia per eos inuiolabilitèr obſeruanda eis aſſignare, & contra eorum tranſgreſſores pœnas in eis contentas aggrauare, minuere, & annullare, ac in quos volueris vſus pro ipſius militiæ conſeruatione, prout tibi melius viſum fuerit, conuertere liberè, & licitè valeas, dicta auctoritate per præſentes concedimus, & indulgemus.

§.16. Mandantes omnibus, & ſingulis Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, ac Locorum prædictæ Legatis, etiamſi eiuſdem S. R. E. Cardinales fuerint, & Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Bariſellis, & Capitaneis pro tempore *exiſtentibus*, & alijs, ad quos quomodolibet ſpectabit, quatenus ipſi, & eorum ſinguli, ſub noſtræ indignationis, & eorum amotionis ab officijs ſuis per eos, & eorum quemlibet eo ipſo irremiſſibilitèr incurrendis pœnis, præmiſſis omnibus intendant, & ea firmitèr, & inuiolabilitèr obſeruent, & ab omnibus aliis obſeruari mandent, & faciant: Nec præmiſſis contrauenire, aut contra præſentium tenorem condemnare, aut abſoluere præſumant.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarius quibuſcumque. Datū apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. Martij 1575. Pontif ann. 3.

Cæſar Glorerius.

Et has Gregorii Pontificis literas ab alijs quoque in Apoſtolica Sede ſibi Succeſſoribus, nedum ſeruatas, ſed etiā auctas eſſe conſtat; illarumque executiones proximis, & conſanguineis, ſub annuo ſtipendio ſcutorum mille quolibet menſe tempore pacis, ſi verò bellū ſuperueniat, & premat, trium millium, demandari, & committi ſolent; & præſtito in manibus ipſius Pontificis fidelitatis iuramento Capitanei generalis nuncupati, maximam, & amplam iuriſdictionem exercent: ſiquidem quingentos officiales ad militaria munera explenda eligunt, & creant, quorum pars menſtruum habet ſtipendium, alij verò

verò gratis militant, priuilegiis tantùm, de quibus dictum eſt, decorati.

Milites in matricula deſcripti octua-
195 ginta millia pedites, & tria millia, & quingenti equites numerantur in Ditione Eccleſiaſtica.

Qua ratione autem fuerint introductæ militum cohortes, del battaglione, ò delle militie nuncupatæ, ſcribit *Capiblanc. tract. de baron. ſuper pragm.* 14. *cap.* 89. *num.* 13. qui licèt ad vſum Regni Neapolitani loquatur, multa tamen Ditioni Eccleſiaſticæ adaptantur.

Declara decimoquintò, exemptio-
196 nem, ſeu libertatem, quam habent omnes vti frui re ſua, *l. in re mandati, C. mandat.* cum regularitèr quælibet res præſumatur libera, *l. altius, C. de ſeruit. & aqua, l. cum eo, ff. de ſeruit. vrb. præd.* nec ſeruitus ſine certa lege imponi poſſit, *l. 4. ſeruitutes, ff. de ſeruitut. l. de pupillo, §. impoſititiam, ff. oper. nou. nū-*
197 *ciat.* Declara, inquam, libertatem hanc non habere locum in colonis, qui vellent in præiudiciũ domini directi mutare modum colendi, vel vti prædijs ad vſum non deſtinatum; puta prędium eſt deſtinatum ad vſum grani, non poteſt colonus in eo plantare vineam; ita deciſum habes *in Rota coram Mantica in cauſa verten. inter Communitatem Cluſij, & Ciuitatem Peruſij deciſ. 97. incip. concluſum fuit, num. 1. & per tot.*

Et hanc deciſionem notandam puto pro illis Communitatibus, quæ habent ius paſcendi in prædijs ſuorum ciuiũ, ex cuius iuris paſcendi venditione ſoluunt onera cameralia pro ipſis ciuibus; de qua re videri poterit *Vincen. de Franch. deciſ.* 197. *Vniuerſitas, num.* 2.
198 *& ferè per tot.* qui non poſſunt mutare culturam prædiorum, claudendo ſcilicet illa, plantãdo vites, oliuas, vel quid ſimile, ex quo prohibeatur, & impediatur tale ius paſcendi, *v in d. Cluſina coram Mantica deciſ. 97. per tot. Surd. conſ. 65. num. 13. lib. 1. Petrus de Auend. tract. de exeq. mandat. part. 1. cap. 13. nu. 9. & alibi, qui num. ſeq.* ampliat, poſſe
199 etiam fieri ſtatutum, ne quis vltra certum numerum ouium, bobum, porcorum, & ſimilium habeat intra territorium, ne ipſe ſolus conſumet, & deuaſtet paſturam, quæ debet ſingulorum commodis deſeruire, & cum hoc ſit æquiſſimum ſtatutum, ligabit nõ ſolùm ciues, & ſubditos, ſed etiam forenſes ius habẽtes paſcendi in illo territorio: *Hieronym. de Monte tractat. de finib. cap. 6. num. 13.* qui etiam

Ampliat ſecundò in domino, vt non
200 poſſit tantam animalium quantitatem tenere in paſcuis, vt aliis non ſufficiant; quia licèt territorium ſit dominorum quoad iuriſdictionem, quoad paſcua tamen, & onera eſt ciuium, & ideo non debet dominus locare paſcua extraneis, quando ciuibus non ſufficiunt; *Afflict. deciſ. 290. num. 8. Surd. deciſ. 236 num. 20. & 21. & conſ. 65. num. 5.*

Amplia tertiò, poſſe etiam ſtatuto caueri, vt paſcua certo anni tempore
201 ſint reſeruata, & prohibita; *Marc. quæſt. 223. num. 4. par. 1.* Quod fieri quotidie videmus ab Vniuerſitatibus, ad hoc, vt melius, & facilius vendant; & huiuſmodi ſtatutum ligare tam laicos, quàm clericos, & religioſos propter conſeruationem boni publici, ſcribit, ſed malè *Auendag. d. cap. 13. num. 7.* licèt contrarium, & benè ſentire videatur *Surd. d. conſ. 65. nu. 11. verſ. ſecundò d. ſtatutum, & alibi lib. 1.*

202 Amplia quartò, ſi quis vltra tempus a ſtatuto præfinitum, vellet impedire ius paſcendi per clauſuram, eò quia vellet reddere ad culturam paſcua; tũc, & eo caſu licitũ eſſe propria auctoritate tollere talia impedimenta; ita conſuluit *Crauetta pro Vniuerſitate Gonſellini conſ. 4. per tot. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 16. num. 11. verſ. ſed & quoties Surd. d. conſ. 65. n. 13. verſ. dicit Cra.*

Amplia quintò, ſi inter duas, vel
203 plures Vniuerſitates adſit communicatio paſcuorum, & contingat, vt paſcua vnius Vniuerſitatis non ſufficiant ſuis ciuibus; tunc non obſtante quacũque præſcriptione, poterunt homines aliarum Vniuerſitatum excludi; *Surd. conſ. 236 num. 21. Couar. loco proxime cit. verſ. bis verò quæ de iure, Pariſ. cõſ. 27. num. 134 lib. 1. Afflict. d. deciſ. 290. num. 7. & ſeq.* Ceſſante verò neceſſitate ciuium continuò inhabitantium, tunc
204 poſſe filium ciuis etiam alibi morantẽ paſcuis publicis vti, quia ratione paternæ originis iſte filius dicitur ciuis illius loci, in quo natus eſt pater, *l. ciues, C. de municip. & orig. lib. 10. Bertrand. conſ. 293. per tot. relat. a Surdo d. conſ. 65. num. 6.* vbi extendit etiam ad reli-
205 gioſos degentes in aliquo loco, quia incolæ ſunt, & appellatione populi veniunt, & poſſunt eorum animalia mittere in paſcua communia, vt in monachis Carthuſianis reſpondit *Bertran. conſ. 92. per tot. lib. 3. Surd. d. conſ. 65. n. 6*

qui

qui concludit, paſcua non ſolùm pertinere ad incolas ratione incolatus, ſed etiã ad ciues ratione ciuilitatis quoad vſum, licèt quoad proprietatem, & dominium ſint Vniuerſitatum; ex quo colligunt Doctores, & communem opinionem eſſe affirmat ibi *Surd.num.7* homines de Vniuerſitate non poſſe
206 eſſe teſtes pro ipſa Vniuerſitate, quãdo tractatur de paſcuis; quia tunc dicuntur teſtimoniũ dicere in propria cauſa, ex quo vtilitas paſcuorum ad eos ſingularitèr ſpectat vti ſingulos, & non vti vniuerſos, ideo ſicut in cauſa propria nõ recipiuntur, ita nec in cauſa Vniuerſitatis, cuius cõmodum eſt ipſorum teſtium proprium; *Salicet.in l.parentes, num.7.C.de teſtib.Alex.conſ.68. nu.13. lib.2.Rom.conſ.508.in fin.verſ.& breuis concluſio eſt, & ibi Mandoſ.lit. C.late Farinac.de teſtib.quæſt.60. n.8. & ſeq.* qui conſtituit regulam affirmatiuam, cum ampliat, & limitat.

Licèt *Rota coram Ludouiſio dec.340 nu.12.* diſtinguendo in hac concluſione procedat: Quando ſcilicet ius paſcendi ab Vniuerſitatibus venditur, ceſſare intereſſe ſingulorum, & hoc caſu teſtes de Vniuerſitate etiam in iure paſcendi probare, & eorum dictum valere; *Iacob.de S.Georg.in l.nullus, num.8. verſ. deinde ſi eſſet quæſtio, ff. de teſtib. Bald. in c.tertio loco, num.4. Felin. num.3. in fin. verſ. & idẽ ſi eſſet quæſtio, de probat. Capoll.de ſeruit. ruſt. præd. cap.9. de ſeruit. iur. paſcen. num. 28. verſ. ſed ſi ſinguli non ſentiunt*; Quàmuis *Beltram. in d. deciſ. 340. num. 14. in fin.* dicat, huiuſmodi teſtes de Vniuerſitate, etiãſi non agatur de intereſſe ſingulorum, vti ſingulorũ, nihilominus propter prę ſumptã affectionem, quam erga patriã habere præſumuntur, ſunt aliquantulũ diminutæ fidei, & ideo in cõcurſu cum alijs teſtibus hanc exceptionem non patientibus ſuccumbere debent, vt fuit dictum *in Sabinen.Villettarũ 18. Maij 1607. coram R. P. D. Coccino Decano, Senogallien.iuris paſcendi, 17. Nouemb. 1619. coram Remboldo Honded.conſ.17 num.88.lib.1.*

Quod autem diximus, non poſſe
207 dominum fundi mutare formam prædii ſeruientis in præiudicium iuris paſcendi, & poſſe de facto tolli impedimenta, declara, hoc non habere locum, quando ſcientibus, & patientibus illis, qui tale ius paſcendi prætendunt, eſſet mutata forma prædii, itaut ex inculto, & zerbido redactum ſit ad vineas; hac enim rei mutatione ſublatum eſſet ius paſcendi; *l.Labeo ait, cum l.ſeq.ff.de aqua pluu. arcen. per quas ll.ita determinat Capoll.in rub.de iure paſcen.aliàs eſt cap.9. de ſeruit. iur. paſcen. num.44. verſ. ſi verò eo ſciente, de ſer.ruſt. præd.*
208 quem refert, & ſequitur *Ripa reſp. 18. num.18.de interdict.* addens, ſi conceſſum fuit ius paſcendi in aliquo fundo, talis conceſſio ciuilitèr intelligenda eſt, vt ſcilicet non intelligatur etiam in vineis; *l.ſi tui, 9. ff. de ſeruitut. ibi, non tamen per medias vineas.* Et idem dicendum erit, quando in aliquo loco adeſſet conſuetudo reducẽdi ad culturam prædia, & fundos, vt ſcilicet non ſit attendenda ſeruitus iuris paſcendi, *ex Corneo conſ.188.quia petitio, num.9. & 10.lib.4.*

Quid autem dicendum, ſi dominus
209 prædii ſeruiẽtis reduxit paſcua ad culturam, puta ad ſegetes, vites, & ſimilia, ex quo impediatur ius paſcendi, an iſte dominus cogi poſſit ad reſtituendum, & reddendum prædium in priſtinum ſtatum, ſicut erat antea, an verò agendum ſit ad intereſſe tantùm? Hanc quæſtionem ponit, & benè examinat diſtinguendo *Capol.de ſeruit.ruſt.præd. cap.9.de ſeruit.iuris paſcen. num.42. & ſeq.verſ.tertio caſu, & n.44.* quem vide; & dixit etiam *ſupra ſub num. 28. verſ. communis tamen opinio.*

Et cum ſimilis quæſtio orta eſſet inter Communitatem Terræ Vetrallæ, eiuſque homines ex vna, & D.Petrum Broſciottum ex altera, qui ſuum prædium muro cinxit, & paſcua aliis interdixit, ſacra Congregatio Boni Regiminis cenſuit, agi poſſe ad intereſſe, & cauſam commiſit Eminentiſſimo D. Cardinali Alexandro Cæſarino Epiſcopo Viterbienſi, qui deputauit peritos pro liquidatione talis intereſſe, qua liquidatione ſequuta, eundem D.Petrũ Broſciottum condemnauit in ſcutis duobus millibus, erogandis in erectionem, & fundationem cuiuſdam Monaſterii Puellarum Chriſto Domino tanquã eorum ſponſo inſeruire volentium

Sciendum quoque eſt, quòd licèt aliqua Vniuerſitas habeat facultatem vendẽdi ius paſcendi in bonis ſuorum ciuium, vt ex tali pretio ſoluat onera cameralia, per ea, quæ ſcribit *Franch. deciſ. 197. Vniuerſitas Lapigij, num.2. & ferè per tot. quem ſequitur Regens à Ponte de poteſt. Proregis, tit.10. de di-*

uerſ.

210 *verſ.prouiſ.§.6.item per collateralem in*
*num.4. & 5.*iſta tamen facultas non
extenditur, vt Communitas vendere
poſſit ius paſcendi glandes, quæ ſunt in
fructu ciuium; ita *Capoblan. de baron.*
*pragmat.*11.*nu.*121. & 122. & ita etiã
ſeruatum vidi in Ciuitate, & Territo-
rio Nepeſino inter ipſam Communi-
tatem, habentem ius paſcendi in ſuo
territorio, & dominos de Celſis habẽ-
tes ſyluas, & quercus producentes
glandes.

Declara decimoſextò, priuilegium
211 immunitatis conficiendi nundinas li-
beras abſque ſolutione vectigalium, &
gabellarum conceſſum alicui Vniuerſi-
tati, ſi per decennium hæc Vniuerſitas
hoc priuilegio vſa non fuerit, priuile-
gium amiſit, *l.*1.*& ibi Bart. ff. de nun-*
din. vbi extendit etiam ad priuilegium
212 Studii, quo niſi Ciuitas vſa fuerit per
decennium, illud amittit, prout con-
tingit Ciuitati Vrbeuetanæ, quæ cum
haberet hoc priuilegium Studii con-
ceſſum a Benedicto VIII. Pont. Max. &
ab Honor. I. Imper. anno 1014. vt ſcri-
bit *Cyprianus Manentes in ſuis annal.*
lib.2. anno 1193. & lib.3. anno 1362. Mo
nald. Monalden. in comment. hiſtor. lib.5
& colligitur ex ſtatuto antiquo eiuſdẽ
Ciuitatis lib.2. rub.53. vbi conceditur
immunitas a ſolutione gabellarum Do-
ctoribus venientibus ad legendum, &
ſcholaribus venientibus ad ſtudendum
in ipſa Ciuitate; ſed melius, & clarius
hæc apparent ex lectura *Bulla Vrbani*
VI. in fine operis forſitan regiſtran-
da; quia tali priuilegio vſa non fuit, il-
lud amiſit; & *præd. Bart.* ſententiam ſe-
quuti ſunt *Ab. conſ.61. num 8. lib.2. Fe-*
lin. c. cum acceſſiſſet, num.25. de conſtit.
213 qui multas affert limitationes: & pri-
mò, quando per priuilegiatum non
ſtetit, quominus non fuerit vſus, quia
non potuit, *l. vnus ex ſocijs, §. fin. cum*
l. ſeq. ff. de ſeruit. ruſt. præd. vbi non
214 perditur ſeruitus mihi debita deducẽ-
di aquam in fundum meum, ſi ideo nõ
vtor, quia fons exaruit; non enim di-
citur quis in culpa, vel mora, qui ne-
quit vti; & non vſus voluntarius priui-
legii hic tollit priuilegium, ſecus autẽ
in non vſu neceſſario; *Abb. in c. abbate,*
*num.*18. *& illi adden. in lit. c. de verbor.*
215 *ſignif.* Sicut etiam non tollitur priuile-
gium per non vſum, quando etiam per
mille annos non venit occaſio vtendi;
Bart. in l. in filijs, num. 2. C. *de decur.*
lib. 10. vbi notat; ſi aliqua Ciuitas te-
netur facere exercitum, quando Prin-
ceps vult bellum gerere, ſi per centum
annos ſtetit, quia non adfuit occaſio,
nec fuit neceſſarium, non tamen Prin-
ceps perdit priuilegium; refert, & ſe-
quitur *Felin. in d. c. cum acceſſiſſet, n.26*
verſ. ad idem, de conſtit. Abb. conſ. 61. n.
216 8. *lib.2.* vbi ampliat, hoc fortius proce-
dere, ſi quis fecerit actum contra pri-
uilegium, nam fortius perditur con-
traueniendo, quàm non vtendo; & ſe
remittit ad notata per ipſum *in dicto c.*
cum acceſſiſſet, de conſtit. vbi *num.6.* hãc
concluſionem magiſtralitèr diſtinguen-
do benè declarat: tu vide apud ipſum
& Decium conſ.638. n.11. & 13. Alex.
conſ.193. num.11. lib.2. Iaſ. in l. falſò aſ-
ſeritur, ferè per tot. C. *de diuerſ. reſcrip.*
Guid. pap. quæſt.406. num.2. Boer. deciſ.
*386. circa fin. Rot. apud Seraph. dec.*1410
*num.*27. *& deciſ.*1043. *num.*3.
217 Declara decimoſeptimò, immunitatẽ
cõceſsã alicui, ne ſubeat munera publi
ca, & quòd nõ teneatur ad ſolutionem
collectarũ, ceſſare, quando ſciret ſe de-
ſcriptum in libro vectigalium, vel in
æſtimo, & intra decem dies non appel-
lauit; *Angel. in l. 1. §. ſi quis tutor, ff.*
quand. appell. ſit, Iaſ. in l. falſò, num.3. C.
de diuerſ. reſcrip. Alban. ad Bart. in l.
omnes populi, num.54. ff. de iuſt. & iur.
Alex. conſ. 101. *num.*10. *lib.*1. *Gozad.*
conſ.23. Dec. conſ.638. Communitas, n.9.
verſ. non obſtat, Abb. in c. cum acceſſiſ-
218 *ſet, num.7. & ſeq. de conſtitut.* qui lo-
quitur in eo, qui ſpontè ſoluit collectã
abſque proteſtatione, vt ſibi præiudicet
in futurum. In eo verò, qui habeat
priuilegium generale, ne ſubeat aliqua
munera publica, licèt ſpontè vnum ac-
ceptauit, non præiudicat ſibi in alijs,
nec etiam in illo, ſi denuò ad illud eli-
gatur; *per text. in l. voluntariæ, vbi etiã*
hoc notant Bart. & Salycet. C. *de excuſ.*
219 *tutor. Grattan. in addit. ad ſuas deciſ.*
Marchiæ, deciſ.146. num.3. Quæ tamen
concluſio fallit in acceptante Decurio-
natum, quia ex tali acceptatione pro-
uenit, vt quis aſſumatur ad alia officia,
arg. textus in c. translato, de conſtit. vbi
quod de vno connexorum ſtatuitur, ad
alium connexum extenditur, & qui
vult antecedens, cenſetur etiam velle
omne neceſſarium conſequens, & id,
quod ex eo ſequitur, *l.2. ff. de iuriſd.*
omn. iud. Cacot. in c. cum quid, in prima
par. in prin. n.1. de reg. iur. in 6. quẽ citat
Surd. deciſ.215. n.5. & deciſ.239. nu.12.
& deciſ.278. num.17.

Et

Et quod attinet ad id, quod diximus
de eo, qui non appellat, vbi ſciuerit, ſe
deſcriptum] in libro æſtimi; vide quæ
cumulat *Anton. Gabr. in ſuis concluſ. lib.*
6. de iure immunit. concl. 1. per tot. vbi
verò decurio cogendus ſit acceptare
220 munera publica in aliquo loco, & eodẽ
tempore vocetur in loco originis, &
in loco domicilij; potior erit cauſa do-
micilij, quàm originis; *Io. de Plat. in*
l. exemplo, num. 4. poſt gloſſ. ibi, C. de de-
curion. lib. 10.
221 Declara decimooctauo, immunita-
tem conceſſam a Principe regularitèr
non eſſe porrigendam ad munera or-
dinaria; *l. vnic. & ibi Bart. & Scriben-*
tes, C. de vacat. publ. mun. lib. 10.
Amplia, hanc immunitatem potius
præſumendam eſſe extortam ob petẽ-
tis importunitatem, quàm ex mera
ipſius Principis voluntate; *l. vacuatis,*
C. de decur. lib. 10. Anchar. conſ. 389. vi-
ſis diligentèr, num. 3. verſ. de iure nam-
que communi, quem refert, & ſequitur
Alban. in annot. ad Bart. in l. omnes po-
puli, num. 52. ff. de iuſt. & iur.
Amplia ſecundò, nullam immunita-
222 tẽ excuſare a publicis muneribus reali-
bus, etiamſi quis ſit de domo Princi-
pis; notat *Io. de Plat. in l. nullus, & in l.*
curiales qui ſeſe, C. de decurion. lib. 10.
Amplia tertiò, immunitatem non
223 valere, niſi tria in ſua conceſſione con-
currant; primum eſt, vt conceſſio fiat a
Principe, nam alius quàm Princeps nõ
poteſt concedere immunitatẽ gratio-
ſam; *l. a muneribus, l. nemo, C. de decur.*
lib. 10. Secundum eſt, vt aſſignetur ali-
qua iuſta, & rationabilis cauſa, quę Prin-
cipem moueat ad concedendum; om-
nis enim excuſatio, ſeu immunitas ni-
titur æquitati mitiganti rigorem, quo
vocantur omnes ad munera, *l. 1. ff. de*
vacat. muner. & ibi Bart. l. qui æquita-
te, ff. de dol. except. Tertium requiſitum
eſt, vt conceſſio ſit temporanea; nam
etiam hæc ſi ſit gratioſa, a ſolo Princi-
pe conceditur, *d. l. nemo, in fin. Io. de*
Plat. poſt gloſſ. in l. 1. num. 1. & 2. C. de
his qui a princip. vacat. impetr. lib. 10.
224 Amplia quartò, neceſſarium eſſe in
conceſſione immunitatis a Principe
facta, vt dicatur primò, Princeps con-
cedit immunitatem ab omnibus mu-
neribus, & oneribus etiam perſonali-
bus; Secundò ab ordinarijs, & extra ex-
traordinarijs, aliàs ſolùm extraordina-
ria cenſentur remiſſa; *Cæpoll. in cautel.*
63. quia priuilegium, num. 1. Tertiò re-
quiritur, vt fiat motu proprio, quia
iſta clauſula regula   non præſumi-
tur, niſi exprimatur, imò potius præ-
ſumitur contrarium, nempe conceſſio-
nem eſſe factam ob importunitatem
partis petentis; *Bart in l. 1. num. 10. &*
11. C. de petit. bon. ſubl. lib. 10. & habe-
mus *textum in c. motu proprio, de præ-*
ben. in 6. & ibi Canoniſtæ, qui alia cu-
mulãt de virtute huius clauſulæ. Quar-
tò requiritur, vt in reſcripto Principis
apponatur clauſula, *non obſtante, l. va-*
cuatis, C. de decur. lib. 10. vel alia lege;
ita Bart. loco cit. Capoll. cautel. 116. non-
nulli, num. 2. & ferè per tot. quem ſe-
quitur *Alban. ad Bart. in l. omnes popu-*
li, num. 52. ff. de iuſt. & iur. Io. de Plat.
in d. l. 1. n. 7. verſ. & ſic patet, C. de petit.
bon. ſublat. lib. 10. vbi ſatis benè differit
225 de his clauſulis, *non obſtan. & motu*
proprio; & quærit, an conceſſio Princi-
pis præſumatur potius ad petitionem
partis, ſeu motu proprio, & ait, præſu-
mendam potius ad petitionem partis,
vt ibi per eum, *verſ. ſed quæro*, & ſi
maior notitia huius clauſulæ, *motu pro-*
prio, quæratur, videndus eſt *Ant. Gabr.*
de clauſ. concl. 2.
Amplia quintò, multò magis inua-
226 lidam eſſe immunitatem conceſſam ab
aliqua Vniuerſitate, *vt. diximus ſupra*
hoc eodem cap. declarat. 6. & quando V-
niuerſitas concedere poſsit immuni-
tatem, vide *Ioſeph. Ludouic. dec. Peruſ.*
3. num. 8.
Amplia ſextò, quòd licèt aliquod
227 Caſtrum, Villa, ſeu prædium exiſtens
intra territorium, comitatum, ſeu pa-
rochiam alicuius Ciuitatis, vel paro-
chiæ, quæ per aliquod tempus non
ſoluerunt collectas, ſeu decimas, quòd
nihilominus Ciuitas, ſeu parochus ha-
bent intentionem fundatam in iure, vt
poſsint cogere d. Caſtra, Villas, & do-
minos prædiorum ad ſoluendum deci-
mas, collectas, & tributa: *Rota coram*
Seraphin. deciſ. 1047 nu. 1. & 2. vbi red-
ditur ratio, quia magis attenditur cau-
ſa poſſeſsionis, quàm exercitium; *&*
coram Ludouiſ. deciſ. 449. nu. 2. Beltram.
in addit. ad eundem Ludouiſ. deciſ. 312.
num. 4. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap.
12. num. 13. qui loquuntur in decimis.
De collectis autem, & tributis, *Oldrad.*
conſ. 254. num. 17. verſ. ſed ad iſtud re-
ſpondetur; quẽ refert, & ſequitur *Surd.*
conſ. 429. num. 41. & 42. vbi declarat
228 regulam, res inter alios acta tertio
nocere non debet, vt non habeat lo-
cum

cum in exactione tributorum, & collectarum, quia eò ipſo quod hæc ſint exacta, probant exactionem, & quòd res ſic eſt acta, etiam quoad tertios: & per
229 exactionem, quæ fit ab aliquibus, acquiritur, & conſeruatur poſſeſſio exigendi ab omnibus; quia iuriſdictio eſt vnum totum, ad cuius poſſeſſionem acquirendam non eſt neceſſe ſingulos actus iuriſdictionis exercere contra ſingulas perſonas, ſed ſufficit aliquos actus exerceri in aliquas perſonas, & per eos ius acquiritur in omnes alios; ſicuti ad vnius prædij poſſeſſionem acquirendam nõ eſt neceſſe ſingulas glebas circumambulare, vt ait ibi Surd. qui alia quoque ad rem facientia adducit.
230 Limita primò poſitas ampliationes, quando quis ſpatio quadraginta annorum gauiſus fuit immunitate; tũc enim perpetuò ſeruanda erit, nec reuocabitur; M.Soccin.iun.conſ.76.nu.58. quem refert, & ſequitur Alb.in ad Bart. in l.omnes populi, num.53.ff.de iuſt.& iur. quæ tamen limitatio procedit, quando quis requiſitus ſoluere recuſauit, & deinde per triginta annos onera non ſubijt; Ioſeph Ludou deciſ.Peruſ.3. n.3. part.1. ſed non eſſe neceſſariam requiſitionem, ſeu interpellationem, ſed ſufficere ceſſationem a ſolutione per quadraginta annos concludit Eugen. conſ. 92. ſupponitur in facti ſpecie, num.31. & alibi lib.1. qui tamen loquitur in collectis perſonalibus; ſicut etiam hoc voluit in decimis perſonalibus Rebuff. de decim.quæſt.13.num.44. & quòd immunitas a ſolutione decimarum conſuetudine, quæ per quadraginta annos obſeruata fuerit, induci poſſit, idem Rebuff. ſcribit d. quæſt.13. num.46. & alibi, & latius Moneta eod.tract.de decim.cap.5 quæſt.4. vbi quærit, an conſuetudo aliquam vim habeat in eximẽdo aliquos a decimarum ſolutione, quem vide; nam eius verba reſcribere longum eſſet; non omittam tamen differentiam, quam ipſe num.85. aſſignat
231 inter conſuetudinem, & præſcriptionem, itaut per conſuetudinem ius quodammodo acquiratur in communi, & publico: per præſcriptionem verò acquiritur ius priuato, & particulari; itaut ad præſcribendum ius decimandi, ſeu non ſoluendi decimas, acquiratur tempus immemorabile, ad inducendã verò conſuetudinem ſufficiant quadraginta anni, vt ibi num. 104. Rebuff. d. quæſt.13.num.53. vbi declarat, tunc eſſe neceſſarium tempus quadraginta annorum, quando conſuetudo eſt cõtra ius; c.fin.de conſuet.in 6. ſed quando eſt præter ius, decem anni ſufficiũt, per textum in c.ad Apoſtolica, de decim. ponderando verba, diu obtenta; nam, diu, dicitur tempus decem annorum, ſeu diuturna conſuetudo; l.de quibus, & l.diuturna, ff.de legib.
Limita ſecundò, in conceſsione im-
232 munitatis facta cauſa remunerationis; Eugen.conſ.24.num.11.& alibi, & n.16 ait immunitatem cauſa remunerationis conceſſam potius contractum, quàm gratiam cenſeri, lib.2. Natta conſ.242. ſub num.3.verſ. quia ex hoc, & alij ab eodem Eugen.relat., qui num.18.extendit, immunitatem conceſſam per viam contractus, ſine dubio trãſire ad filios; & faciunt, quæ idem Eugen. ſcribit in præcit.conſ.92.lib.1.
233 Declara decimononò, immunitatẽ, ſeu exemptionem conceſſam alicui Vniuerſitati non extendi ad fœminas nuptas extra illam Vniuerſitatem, quæ proprio foro, & domicilio relicto, ſequuntur forum, & domicilium viri; l.origine, C.de municip.& origin. lib.10. l.exigere, ff. de iudic. l.cum quædam puella, ff.de iuriſd. omnium iud. l.fin. C. de bon. mater. quæ iura ad hanc concluſionẽ probandam adducit Natta conſ. 139 num.fin.& vide Bart.in l.quoties, num.2. Io.de Plat. num.1. C.de priuileg.
234 ſcholar.lib.12. qui ſcribunt, immunitatem conceſſam alicui pro ſe, & deſcendentibus ſuis maſculis, & fœminis, tũc, & eo caſu extendendam eſſe ad deſcẽdentes per lineam fœmininam, quouſque fœminæ ſunt viduæ, & innuptæ, vbi verò copulatæ ſunt marito, amiſſam eſſe immunitatem, & priuilegium, quia, vt dictum eſt, mulieres tranſeunt in familiã viri, eiuſque forum ſortiuntur, & ſtatutum, vt eſt textus in l. mulieres, C.de dignit. lib.12. & vide Felin. in c.nouit ille, num 2.de iudic.
Quid autem, ſi mulier non ſponte,
235 ſed ex voluntate parentum nubat extra territorium, vtrum perdat priuilegia originis, & beneficia ſtatutorum? vide Rotam apud Seraph. deciſ.806. fuit dubitatum, num.4. quæ negatiuè reſpondit. Et quid, ſi mulier excludatur, an talis excluſio porrigatur etiam ad eius filios natos extra territorium? negatiuam tenuit etiam Rota coram eodem Seraphino deciſ. 822. num.1.& per tot.

quæ loquitur in terminis ſtatuti Par-
menſis excludentis fęminas nuptas ex-
tra illius territorium, a ſucceſsione
ſibi delata intra territorium; & vide e-
tiam *aliam dec.ſ.coram eod. Seraph.*843.
in eadem cauſa factam.

An verò vir, qui duxit vxorem forē-
236 ſem, & habuit dotem in bonis exiſten-
tibus intra fines loci originis ſuæ vxo-
ris, gaudeat immunitate a vectigalibus,
& gabellis in extractione fructuum
dotalium, prout gaudent originarij?
hanc quæſtionem poſuit *Natta conſil.*
139.*num.*17.*verſ.circa tertium, & in
num.ſeqq.* & negatiuè reſpondet, præ-
cipuè quando verba exemptionis in
perſonam diriguntur, itaut priuilegium
ſit perſonale, & ad alienigenas non
extendatur, *c.ſanè, de priuileg. l.licita-
tio, §.fin.ff.de public.*fructus enim do-
talium prędiorum ſunt mariti forenſis;
& ſic perſonæ non priuilegiatæ; *l.pro
oneribus, C.de iur dot. l.dotis fructus,
ff.eod.* imo maritus dicitur poſsidere
prædia dotalia, *l.Pomponius, §. in
dotem, vbi gloſſ. & Bart. ff. de acquir.
poſſeſſ.l.vnica,C. de vſucap.pro dote*;
237 adde fortius tributorum prçſtationem
pro fundis dotalibus ad maritos, non
ad vxores ſpectare, *l.neque, ff. de im-
penſ.in reb.dot.factis, Natta d.conſ.*139
*num.*19. & 20. ſi verò dubitetur, an
priuilegium immunitatis ſit perſona-
238 le, vel reale, vide pulchrum *conſ. An-
char.*327.*per tot. Abb. in c.quoniam*,
*n.*8.*verſ. ſed conclude, de off. & poteſt,
iud.deleg.*

Quid autem ſi mulier nupta extra
239 locum originis habeat alia bona vltra
dotem ex aliqua ſucceſsione ſibi dela-
ta in loco originis, numquid pro iſtis
bonis gaudere debeat immunitate? ne-
gatiuam partem videtur defendere
*Natta d.conſ.*139. *num.*21. In contra-
240 rium facit, quod dixit *Rota coram Se-
raphino deciſ.*843.*fuit dubitatum, n.*3.
vbi quòd decretum excludens forenſes
a ſucceſsione non comprehendit ſuc-
ceſsionem in bonis paternis, vel ma-
ternis, maximè ſi decretum non con-
tineat dictionem aliquam vniuerſalem
negatiuam; & licèt mulier ratione ori-
ginis ſit habenda ſubdita ſtatuto loci,
a quo trahit originem, nec propterea
dicatur propriè forenſis, attamen nec
propriè dicitur ſubdita ſtatuto, quia
non ſuſtinet onera perſonalia, *vt dicta
241 deciſ. num.*2. Faciunt etiam tradita per
*Felin.in c.ſuper eo, nu.*2.*de teſtib.* dum

ait, iniuriam illatam filiæ etiam nuptæ,
vindicandam eſſe per eius patrem, &
illi dandam actionem iniuriarum, quia
adhuc dicitur eſſe in poteſtate patris,
& retinere domicilium originis; ſed
hæc opinio Felini, filiam ſcilicet nuptā
non amittere domicilium originis, vi-
detur intelligenda iuxta diſtinctionem
*Rota apud Seraph. in deciſ.*806. *num.*4.
242 quando filia nupta eſt a patre extra
territorium, nam plerumque puellæ
ob ætatis infirmitatem, tum ſexus im-
becillitatem ignorant quid agant pa-
rentes, vnde non eſt æquum eis præ-
iudicium inferre, cum ob paternam
reuerentiam facilè inducantur ad id,
quod neſciunt, & ignorant, *Rimin.Sen.
conſ.*427 *nu.*24.*verſ.ſecundum funda-
243 mentum, & num.*25. nec poſſunt dici
mutaſſe domicilium originis, quia ad
hoc requiritur animus perpetuò habi-
tandi in loco, & iſte animus debet eſſe
firmus, & non vagus; *Rota coram Lu-
douiſ.deciſ.*279. *num.*11.12. & 26. vbi
habetur adeo neceſſarium eſſe animum
permanendi in loco, vt etiamſi per cē-
tum annos, quis habitet cum animo
recedendi, non cōtrahat domicilium;
244 *Rolan.conſ.*79. *num.*51. *lib.*3. in puellis
autem a parentibus extra territorium
nuptis non poteſt conſiderari talis ani-
mus firmus, & non vagus; & ideo in
iſto caſu videtur procedere dicta opi-
nio Felini, non autem quando mulier
ſpontè ſe ipſam nubat extra territoriū,
vt obſeruat *Rimin.Sen.d.conſ.*427.*n.*25
*Rota coram Seraph.d.deciſ.*806, *loco cit.*
ſiquidem in iſta muliere benè colligi-
tur animus contrahendi domicilium
in loco viri, quia ſpontè nupſit, & for-
tius procedit, ſi per decennium conti-
nuò in domo viri forenſis habitauerit;
*Rol.d.conſ.*79.*nu.*51. & 52. *lib.*3 *Surd.
conſ.*371. *num.*47. *& alibi, quos refert
Beltram.ad d.deciſ.*279.*num.*26. *Ludo-
uiſij*.

Verùm ſi non appareat, a quo nup-
245 ta fuerit mulier, a patre nuptam fuiſſe
præſumendum, & alleganti cōtrarium
probandum eſſe, dixit *Rota coram Se-
raph. deciſ.*811. *fuit iterum propoſita*,
num.fin.

246 Quod autem diximus, maritum fo-
renſem teneri ad vectigalia, & gabellas
pro bonis, quæ poſsidet ratione dotis
in loco originis ſuæ vxoris, an ſi iſte
maritus deferat fructus dictorum
bonorum ad locum ſui domicilij, te-
neatur etiam ibi ſoluere gabellas? &
licèt

licèt regularitèr dicatur, gabellam ſe-
mel ſolutam non eſſe amplius ſoluen-
dam, attamen *Lucas de Penn.in l. fin.
num.27.verſ.vigeſimo quaritur,C.de
quib.mun.nemin.liceat ſe excuſ. lib.*10.
dicit, ſoluendam eſſe in vtroque loco;
in Ciuitate quidem,vbi bona ſita ſunt,
& fructus fuerunt percepti ratione
poſſeſſionis,in alia verò, in quam dela-
ti ſunt fructus ratione quæſtus, & ne-
gociationis,ſi quid ex illis lucratus eſt:
ita *Lucas* reddens rationem, quia fru-
ctus in alium locum iam translati de-
ſinunt eſſe prioris Ciuitatis,in qua na-
ti ſunt,21.*quæſt.2.c ſi quis iam transla-
tus; & dixit etiam ſupra idem Lucas
num.25.verſ. decimoſextò quaritur.*

247 Declara vigeſimò, immunitatem
conceſſam domino predij nõ eſſe por-
rigendam ad colonos; *Federic. de Sen.
conſ.*111.*num.*10.*verſ. item quaritur*,
vbi concludit, colonos partiarios co-
lentes prædia Eccleſiarum teneri ad
partem onerum impoſitorum per do-
minum temporalem,quàmuis Eccleſia
non teneatur; *l.2.C.de Epiſ.& cleric.c.
quantum,de cenſib.* hæc tamen immu-
nitas non extenditur ad colonos, quo-
rum ſeparata eſt conditio,& ratio;*Eu-
gen.conſ.96.nu.1.& 2.lib.1. Bald. conſ.
31. Statuto Ciuitatis Aſtenſis, ad fin.
lib.1.Parpal.in l.placet,num.73. C.de
ſacroſ.Eccleſ.& alij relati a Feſtaſ. de
collect. part.4. cap 2. num.50. Gutierez
de gabell.quaſt.44.num.3.& ſeq.* qui fir-
248 mat, conductores decimarum Eccle-
ſiarum teneri ad gabellas; & vide *Luc.
de Penna in l. fin.num 26.verſ. decimo
ſeptimò quaritur,C.de quib.mun. nem.
liceat ſe excuſ. lib.*10. præmiſſa tamen
procedunt, quando immunitas fuit
249 conceſſa contemplatione perſonæ, nõ
autem fundi, quæ dicitur realis, & ex-
tenditur ad colonos; *Rota deciſ.4.n.1.
& 2.de priuil.in antiquis*. Sed quoniã
hæc cõcluſio de Colonis Eccleſiarum,
& perſonarum diſſeritur *a Carolo de
Graſſ.de effect.clericat.effect.3.num.50.
ampliatur octauò, & pluribus ſequent.*
hic te lectorem reijcio, meque ſubſcri-
bo, cum ſit magis conſona libertati
Eccleſiaſticæ, & reſolutionibus in ſacra
Congregatione Immunitatis pruden-
tèr factis;& vide etiam *eundem Graſſ.
loco cit.num.146.ampliat.30.& in num.
ſequentibus vſque ad num.152.ampl.31*
vbi quatuor affert limitationes viden-
das.

Secundò, procedere poſſunt in da-
tijs, & gabellis, quæ ſoluuntur ratione
bonorum, & fructuum, non autem in
collectis, quæ indicuntur per æs,& li-
bram, ſeu per cataſtum ratione bono-
rum immobilium,quę domino prædij,
non colonis ſunt deſcripta;& ita intel-
ligendam eſſe opinionem *Fed. de Sen.
in d.conſ.111.num.10.dicit Feſtaſ. de
collect.d. part.4. cap.2. num. 56. Eugen.
d.conſ.96. num.13.* hæc tamen ratio nõ
omnino placet *Oſaſch.dec.83.refricatur
in dubium, num.3. verſ.ſed hac ratio;*
250 ſiquidem vſufructuarius (vt ipſe ait)
licèt non ſit dominus, tenetur tamen
ad collectas; *l. ſi pendentes, §. ſi quid
cloacarij, ff.de vſufr.leg. ſub num. aut
6.ſequutus Alex.conſ.35.num.1. vol.4.*
air, munus collectarum imponendum
eſſe illis, qui poſſident pro ſuo, & iure
ſuo faciunt fructus ſuos; *Bellon.conſ.27
num.9.verſ.eſt tamen,& num.ſeq.* re-
ſpondet, ſeu potius declarat *Bart. in
l.1.C.de annon.& tribut. lib.*10. dicen-
rem, colonum, qui nummis colit, te-
251 neri ad collectas, cum percipiat om-
nes fructus,& collecta ſequitur fructus;
ſiquidem *Bart.* hic loquitur de tribu-
tis, & oneribus realibus, ſecus autem
in collectis, quæ imponuntur perſonæ
pro rebus, vnde concludit, colonum
non teneri ad collectas,& ſi ſoluat pro
domino, poteſt illas repetere; *Iaſ.in l.
1.num 30.C. de iur.emphit. hac Bellon.
d.conſ.27. num.*10. & de iure, & æqui-
tate tenuiſſe *Senatum Pedem. ſcribit
Oſaſch.deciſ.83.num 9. Leon.in theſ. fo-
ri Eccleſ. par.1.de immunit.Eccleſ.ca.14
num. 6. verſ. & quod attinet*; Verùm
quia in agro Vercellẽſi aderat vniuer-
ſalis conſuetudo collectandi colonos
pro parte colonica; ideo idem Senatus
cenſuit, non eſſe ab ipſa conſuetudine
recedendum, motus ex communi cõ-
cluſione, qua diſponitur in collectis
252 exigendis ſeruandam eſſe conſuetudi-
nem; *Iaſ. d.l.1. num.32. C. de iur. em-
phit. Pariſ. conſ.25. num.54. 97. & 98.
lib.1.*

Tertiò procedit declaratio in colo-
253 nis, & miniſtris priuilegiatorum, qui
cum animalibus damnum dederint in
prædijs alienis, itaut teneantur non
ſolum ad emendationem damni,ſed e-
tiam ad pœnas ſtatutarias; ita deciſum
inuenio a ſacra Congregatione Boni
Regiminis in hæc verba. [*A Monſig.
Gouernatore della Marca*. Hà eſpoſto
quà l'Agente di coteſta Prouincia, che
li lauoratori,miniſtri,e garzoni di per-

ſone priuilegiate pretendano poter dannificare con il beſtiame loro le poſſeſſioni, ſenza eſſere obligati ad altro, che all'emenda del danno, e la Congregatione hà riſoluto, che ſi aſtringano à pagare non ſolo il danno, ma anche la pena, come lei vedrà, che ſegua. Roma li 10. Febraro 1596.

Come fratello

Il Card. Aldobrandino.

Verùm ſi pro perſonis priuilegiatis intelligantur etiam perſonæ eccleſiaſticæ? recurrendum erit ad ea, quæ diximus ſupra *cap.42. de ſumptib. & expenſis*, vbi poſuimus decretum ſacræ Congregationis ſuper controuerſijs iuriſdictionalibus die 6. Decembris 1627 editum, iura, & allegationes quaſdam pro Vniuerſitatibus Status Eccleſiaſtici.

254 Quartò procedit declaratio in colono, qui conduxit fundum ſub reſponſione facienda in pecunia, itaut omnes fructus ex re conducta colligendi remaneant penes ipſum colonum, ita ſingularitèr notandum ſcribit *Iaſ. in l.1. num.32. C. de iur. emphit.* dicens, hoc etiam adnotaſſe *Bart. in l.1 C. de annon. & trib. lib.10.* reddens rationem, quia onus collectarū reſpicit ipſos fructus, & conſequentèr ad eum, ad quem ſpectant ipſi fructus.

Hæc tamen Iaſonis opinio non eſt omnino tuta, vt notat *Bellon. in conſ. 17. n.10.* quia non benè percipit *Bart. qui in d l.1. C. de annon. & trib.* loquitur in tributis, quæ ex diſpoſitione legis ſoluebantur in frumento nato in agro, non autem in collectis, quæ imponuntur perſonis pro rebus; & ita declarat *Alex. in conſ.4. videretur ſtantibus, num.4. lib.5*, quem refert, & ſequitur *Bellon. d. conſ.27. num.10. Oſaſch. deciſ.83. num.9. Adden. ad d. conſ.4. Alex. in verb realibus, verſ. cœterū multū errant, Luc. de Penn. in d. l.1. verſ. quod intellige, C. de annon. & tribut.* qui licèt videatur velle, hoc eſſe verum in locationibus ad breue tempus; tamen idem dicendum volunt alij in locatione ad longum tempus, quando apud ipſum remanet nedum directum dominium, ſed etiam percipit penſionem correſpondentem fructibus; *gloſſ. in l. bi penes, in verb. recipi, C. de agric. & cenſ. lib.11. & ibi Andr. de Barul. in princ. Io. de Plat. num.2. verſ. eſt etiam argumentum*, & *alij relati a Feſtaſ. de collect. part.4. cap.2. num.52. & 54.* vbi ait, hanc concluſionem eſſe veram indifferentèr, ſiue ſint coloni Eccleſiæ, ſiue priuatorum; *& ſupra part.2. cap. fin. num.38.*

255 Nec obſtat, quòd emphyteuta, & feudatarius, qui etiam dicuntur conductores ad longum tempus, teneantur ad collectas; eo tamen modo, quo diximus ſupra *ex Graſſ. de effect. cleric. cap.3. num.78. & ſeq.* & ſcribit *Luc. de Penna in d. l.1 C. de annon. & trib. lib. 10. Bald. conſ.31. num.2. vol.1. Alex. conſ.101. num.11. lib.1. Iul. Ferrett. de gabell. num.372. Bart. in l. placet, nu.41. C. de ſacroſ. Eccleſ. Feſtaſ. de collect. par. 4. cap.2. num.43.* qui ait, licèt directum dominium ſit Eccleſiæ, quæ eſt immunis a collectis, tamen quia emphyteuta facit fructus ſuos, hac ratione tenetur ad collectas; & *num.47.* reſponden-

256 do ad contraria dicit, quando bona emphyteutica allibrantur in æſtimo, minus eſtimantur propter onus cenſuum, quod ſoluunt domino directo, & hoc conſiderant peræquatores, quia minus fructus percipiunt ob cenſum, quàm ſi libera eſſent; *l. pro locis, & ibi Bart. notat*, qui plus fructus colligit, plus ſoluit, qui minus, minus; *C. de annon. & tribut. lib.10.* Non obſtat, inquam, ſi dicatur, quòd ſicut emphyteuta, & feudatarius tenentur ad col-

257 lectas, ita etiam teneantur conductores ad longum tempus, quia hic etiam faciat fructus ſuos, maximè quando ſoluit penſionem in pecunia, & tam in emphyteuta, quàm in conductore ad longum tempus tranſit vtile dominiū, vt dicit *Alex. conſ.112. videtur in præſenti, num.3. lib.1.* Nam ipſe declarat concluſionem dicens; licèt in conductore ad longum tempus tranſeat vtile dominium, ſicut in emphyteuta, differunt tamen inter ſe; quia emphyteuta ſoluit canonem in recognitionem directi dominij; conductor verò ad longum tempus ſoluit pro vſu rei, & emphyteuta ſoluit quid modicum, vt declarat *Graſſus de effect. cler. effect.3. num.81. & ſeq.* conductor verò pēſionem correſpondentem fructibus, aliàs eſſet contractus læſiuus, & deberet reſcindi; & hoc etiam ſcripſerunt alij multi relati a *Theſaur. deciſ.20. num.5.* & tam conductorem, quàm emphyteutam habere ius in re dicit *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt.24. de caducit. §. ſed colonus, num.15. & 16.* addens, differre tamen in multis; nam

colo-

colonus ex natura contractus non tenetur meliorare, quemadmodum tenetur emphyteuta; colonus repetit, quòd neceſſariò, & vtilitèr in re conducta impendit; *vt idem Redoan. ſcribit eodem tract. quaſt. 17. de melioramentorum refectione, §. colonus, & in.*
258 *quilinus, num. 2. & 3.* Et ſi dubitetur, an contractus ſit emphyteuticus, ſeu locationis, habendam eſſe reſponſionis annuæ rationem, & an ſit correſpondens fructibus, qui in fundo colliguntur, *Rol. a Vall. conſ. 96. nu. 43. 44 lib. 1 Lud. Bologn. conſ. 54. num. 4. And. Barbat. conſ. 14. num. 35. & ſeq. lib. 2. verſ. itē probo ſubtilius, Alex. conſ. 112. videtur in præſenti, num. 3. lib. 1. Magon. deciſ. Lucen. 12. num. 20. & illi adden. in lit. F.*

Et hanc quæſtionem, an contractus ſit cenſendus emphyteuticus, ſiue locationis ad longum tempus, quando in ipſo contractu ſit appoſita conditio meliorandi fundum, habui aliàs in facto inter Illuſtriſs. D. Philibertū a Burdeſia Dominum, & Baronem Caſtri Filacciani ex vna, & homines eiuſdem Caſtri partibus ex altera; & ex hac quæſtione inſurrexit alia, quiſnam ex ipſis colligitantibus teneatur ad collectas, & onera Cameralia, an inquam Dominus, & Baro, an verò ſubditi, & vaſalli? quæ tamen quæſtio vel dexteritate Domini, vel timore ſubditorum nondum decìſa fuit, vt mihi relatum eſt.

Verùm ne aliqua amaritudo remaneat in hac quæſtione, an poſſint, vel ne collectari emphyteutæ Eccleſiarum, ſubijcio me ad ea, quæ ſancita ſunt in ſacra Congregatione Immunitatis.

Declara vigeſimoprimò. Mutatio
259 facta ab Vniuerſitate ſuper modo exigendi collectas a ſuis ciuibus, puta ſi antea exigebatur per capita, & fumantes, poſtea confecto libro æſtimi, ſeu cataſtri, exigitur per æs, & libram, ſeu ex venditione herbarum, & paſcuorū ſuper prædijs ciuium, qui tale ius vendendi paſcua ceſſerunt Vniuerſitatibus; hæc inquam mutatio non eximit, ſeu immunitatem tribuit ipſis ciuibus ab onere collectarum. Primò, quia ille, qui rei pretio vtitur, re ipſa vti videtur, cuius loco pretium ſubrogatur; *l. 45. quia qui pretio, ff. de vſufruct. Roman.*
260 *conſ. 198. non eſt dubium, num. 3.* Secundò, quia eadem onera dicuntur, in quibus non mutatur res, perſona, vel cauſa, licèt aliqua qualitas, vel accidentia alterentur; *l. proponebatur, ff. de iudic. l. cum quæritur, l. cum de hoc, l. an eadem, §. idem corpus, ff. de re iudic. Roman. d. conſ. 198. num. 1.* qui ponit exēplum in gabella, quæ prius ſoluebatur in farina, poſtea fuit indicta, vt ſolueretur in frumento, vt nihilominus ſit eadem gabella, quia eadem eſt res, & quod appellatur onus gabellæ farinæ, & grani, eadē eſt perſona, quia eædem perſonæ ſoluunt, ergo licèt varietur qualitas, aut alteretur circa modum ſoluendi, nihilominus eadem onera cenſentur; ita *Roman.* qui pluribus hanc concluſionem exornat; vide etiam quę diximus *ſupra cap. 35. de collectis, num.*
261 *164. & ſeq.* & quæ tradit *Rebuff. de decim. quaſt. 6. num. 34. & 35.* dum firmat, decimā ſolitam ſolui pro domo, ſi hæc deſtruatur, & fiat vinea, adhuc eodem modo ſoluendam eſſe; & idem iuris erit, ſi ex vinea fiat ager arabilis, & è contra, vt ſemper eadem decima ſoluatur, quia mutatio qualitatis non alterat obligationem, nec perdit ſuam decimam ille, qui eam habebat antea.

Declara vigeſimoſecundò, immuni-
262 tatem conceſſam vni Vniuerſitati, ſeu illius hominibus non ſoluendi gabellā vnius iulij pro quolibet rubro frumēti molēdo, quam quidem immunitatem habebat Vniuerſitas Centumcellarum, non eſſe extendendam ad aliam Vniuerſitatem vicinam, in qua iſta gabella ſoluitur, etiamſi homines illius portēt frumentum ad molendum in loco immuni; nam tenetur ſoluere gabellam, vbi comeditur panis ex farina, quæ fuit confecta in loco immuni. Primò, quia attenditur locus, ex quo extrahitur frumentum, quod remanet eodem onere grauatum; ſecundò, quia publicanus dicere poſset, hoc factum eſſe in fraudem gabellæ, & ſui præiudiciū, quod eſſe non debet; tertiò, quia res non dicitur eſſe in loco medio, per quem tranſit, etiamſi per plures dies ibi quieſcat, quia non eſt ea deſtinatione animi ibi locata, vt maneat, ſed vt perueniat ad terminum motus; *l. ex facto proponebatur, 35. ibi, res italicarū ſignificatione eas contineri, quas perpetuò qui ibi habuit, atque ita diſpoſuit, vt perpetuò haberet, ff. de hæred. inſtit. l. debitor, 32. in fin. ibi, vt ibi perpetuò eſſent, non temporis cauſa, ff. de pignor. & hipothec. l. quæſitum, 76. ff. de legat. 3.*

Et iſta declaratio aptari poterit, vt pro-

procedat etiam a contrario; nempe ſi ex loco immuni portetur frumentum molendum ad locum, in quo ſoluitur gabella, vt nihilominus gaudeat immunitate, quia onus nõ eſt impoſitum huic frumento, prout eſt illud, de quo ſupra dictum eſt; & hæc quæſtio agitata fuit inter Vniuerſitatem Centumcellarum, vt diximus, immunem, & Communitatem, ſeu publicanum Corneti, vbi ſoluitur gabella, & pro immunitate cõtra publicanum deciſum fuit.

263 Primò, quia vna Ciuitas non poteſt imponere legem rebus alterius Ciuitatis, *Alberic. de ſtatut. lib. 2. quæſt. 3. quidam Reginus*, qui dat exemplum in Regienſe, qui volebat portare merces, vel arma ad Ciuitatem Cremonę, & tranſire debebat per Ciuitatem Parmæ, vbi adeſt ſtatutum prohibens harũ rerum aſportationem; & ideo quæſitũ fuit, an Regienſis incidiſſet in pœnam ſtatuti, & negatiuè reſpondet *per text. in l. ſi quis poſt hanc, C. de ædific. priuat.*

Secundò, quia ſtatutum vnius Ciui-
264 tatis diſponens ſoluendam eſſe gabellã pro extractione animalis ex ipſa Ciuitate facienda, hoc ſtatutum intelligendum erit de animalibus ipſius Ciuitatis, & Territorij, non autem de forenſibus, quæ per tranſitum extrahuntur, ita *Ferrett. de gabell. num. 43. per tex. in l. Cæſar, ff. de public. & in l. ſi quis poſt hanc, vbi gloſſ. in verb. ſolũmodo, Natta conſ. 139. Andreas Siculus, nu. 8. & ſeq.* qui ait, ſtatutum prohibens extrahi frumentum, vel victualia de aliquo loco, niſi ſoluatur gabella, habebit locum in frumento, & victualibus natis in loco ſtatuti.

265 Tertiò magis præciſè ad rem, de qua loquimur; gabella non eſt ſoluenda ab eo, qui propter ſiccitatem fuit coactus ire ad molendum in loco gabellæ obnoxio, ita *Io. de Plat. in l. 1. ad fin. verſ. facit etiam, C. de naufrag. lib. 11. Ripa de priuileg. contract. tempore peſtis, nu. 161. & diximus ſupra cap. 47. de vectigal. num. 98.*

266 Declara vigeſimotertiò, immunitatem præſcriptam ab aliquibus ciuibus non ſoluendi collectas, a ſua Ciuitate impoſitas, non eſſe intelligendam, vt
267 propterea dicatur ſublata conſuetudo, & ius collectandi, quia per non vſum non tollitur lex, ſeu conſuetudo, *Cyn. in l. 11. C. quæ ſit long. conſuet. Bart. in procem. digeſtorũ, §. & antea notant, Canon. in c. Ioannes, de cler. coniug.* ſiquidem ex non actibus non inducitur cõſuetudo; *Petr. Rauen. in tit. de conſuet. ſection. 4. ex ſententijs, num. 40.* qui ſubdit; oportet igitur, vt probetur de cõtemptu legis, vel iuris; v.g. ſi probetur ciues fuiſſe per longum tempus requiſitos, & grauatos ad ſoluendum collectas; ipſi verò per idem tempus ſemper contradixerint, & præcepta contempſerint, aliàs non dicetur inducta conſuetudo non ſoluendi, neque immunitas; & refert *Baldum ita ſcribentem in l. de quibus, verſ. ſed numquid ex actibus, ff. de legib.* Et hanc declarationem pluribus exornat *Aegid. Thomat. de collect. §. exactis eccleſiaſticis, nu. 26. 27. & 28.* vbi concludit, nobiles nõ poſſe vti aliqua præſcriptione, vt effugiant ſolutionem munerum, cum ſit contra ius publicum, & reſpondet ad ea, quæ in contrarium adducuntur. *Alex. verò in conſ. 136. in cauſa, & lite, col. pen. num. 19. verſ. item ad hoc vol. 2. quem ſequitur Balb. de præſcript. 2. par. 4 principalis, quæſt. 7. num. 4. pag. apud*
268 *me* 424. non negant abſolutè præſcriptionem, ſed dicunt, ad hoc vt præſcribatur libertas, & immunitas ab onere collectarum, plura requiruntur, quæ in proceſſu probanda ſunt; & hoc quoque vult *Purpurat. conſ. 489. num. 13. & ferè per tot.*

Primò, vt prætendens huiuſmodi præſcriptionem probet ſe fuiſſe aliquo tempore requiſitum ad ſoluendum collectas, aliàs nunquam præſcribit libertatem, ſeu immunitatem non ſoluendi, *l. cum ſcimus, cum ibi notatis per Bart. C. de agric. & cenſ. lib. 11.*

Secundò requiritur aliquod factum ipſius præſcribere volentis, ideſt contradictio, & recuſatio ſoluendi, *l. hæc autem iura, ff. de ſeruit. vrb. præd. & faciunt notata per gloſſ. & Doctor. in l. qui luminibus, ff. eodem, & l. 1. C. de ſeruit. & aqua*, dicentes, in præſcribendis iuribus negatiuis nunquam currit præſcriptio, niſi a tempore contradictionis.

Tertiò requiritur, ad hoc vt præſcribatur talis libertas, & immunitas, vt adſit bona fides; *Bart. in l. eos, ff. de ſeruit. vrb. præd. & in l. qui fundum, nu. 2. ff. quib. mod. ſer. amitt. quem refert Alex. d. conſ. 136. num. 19. verſ. item ad hoc, vt præſcriberetur, & num. 20.* addit, huiuſmodi bonam fidem allegandam eſſe.

Quartò requiritur probatio ſcientię, & pa-

& patientiæ Vniuerſitatis, contra quam allegatur præſcriptio; *idem Alex. dicto conſ. 136. num. 20. verſ. item requirebatur allegari*; & hanc concluſionem declarat *Balb. loco cit.* diſtinguendo ſic; aut interuenit titulus coloratus conceſſionis immunitatis licèt inualidæ, & ſufficit tempus quadraginta annorum, cõcurrente eo, quòd dicto tempore fuerit aliquando collecta generalitèr impoſita, & nunquam ſoluta, licèt requiſitio, ſeu interpellatio non interuenerit; *Purpur. dicto conſil. 489. num. 12. & ſeq.* aut non interuenit aliquis titulus coloratus, & tunc ad præſcribendam libertatem, ſeu immunitatem non ſoluendi collectas requiruntur prædicta quatuor *ab Alex. adducta dict. conſ. 136. Purpur. d. conſ. 489 num. 13.* vbi de-
269 clarat *Alex.* loquentem de conſuetudine, non autẽ de præſcriptione, dicens, quòd conſuetudo propriè dicitur, per quam acquiritur vniuerſis de populo; præſcriptio autem tribuit ius particularibus perſonis; *Rebuff. de decim. quaſt. 13. num. 45. & addit Alex. d. conſ. 136. num. 20.* huiuſmodi conſuetudinem non ſoluendi probandam eſſe quòd fuerit obtenta in iudicio contradictorio, *l. cum de conſuetudine, ff. de legib. ſi mat gloſſ. in § ex non ſcripto, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. & in rub. C. quæ ſit long. conſuet.*

Aliud quoque notandum ſcribit *Iaſ. in l. falſo, num 2. verſ. quintò facit, C. de*
270 *diuc. ſ. reſcrip.* Si Ciuitas, vel Vniuerſitas habuit occaſionem collectandi ciues, & diſtulit, nec illis tale onus impoſuit, tunc videtur renunciaſſe priuilegio. Secus verò ſi Vniuerſitas non habuit occaſionem collectandi; nam hoc caſu etiamſi per centum annos ſteriſſet, non tamen amittit priuilegium, & facultatem collectandi; ita *Iaſ. loco cit. poſt Bart. in l. in filijs, num. 2. in fin. C. de decur. lib. 10.*

Declara vigeſimoquartò, immuni-
271 tatem præſcriptam non ſoluendi collectas ſuper vno fundo, non eſſe extendendam ad alios fundos poſtea quaſitos, & pro quibus antea ſoluebatur collecta; quia, vt pluriès dictum eſt, bona tranſeunt cum onere ſuo in quemcumque poſſeſſorem, præſertim quando onus eſt certum, inuariabile, & perpetuũ ſuper re; *Barthol. Capoll. conſ. ciuil. 3. num. 38. & ſeq. & ferè per tot.*
272 Secundò, quia præſcriptio, vt multis placet, eſt odioſa, & ideo non extenditur; ſed tantùm dicitur præſcriptum, quantum poſſeſſum, ex latè deductis *per Anto Gabriel. concluſ. 2. de præſcrip. Put. deciſ. 102. num. 2. lib. 1. in nouis; & magis ad rem Rom. conſ. 368. num. 8. & ſeq* vbi quærit, an ex eo quòd frater ſenior ſolus quęſiuit ius pręſentandi in aliquibus Eccleſijs ex præſcriptione cenſeatur etiam præſcripſiſſe in alia Eccleſia hoc idem ius præſentandi, & negatiuè reſpondet, probatque dictum ex pluribus.

Ea primò mouetur ratione, quia præſcriptio velut odioſa ad ſuos terminos reſtringitur; itaut non extendatur vltra quàm quis reperiatur poſſidere animo præſcribendi; *l. 1. §. ſi quis, ff. de itin. actuque priuat.* & ideo pręſcriptio non extenditur de re ad rem, neque de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum; *Rota coram Seraph. deciſ. 908. num. 1. & 2. & deciſ. 802.* & ratio eſſe poteſt, quia immunitas a ſolutione collectarum habet reſiſtentiam iuris, *l. 1. C. de imm. nem. conced. lib. 10. et diximus ſupra latius in princip. huius gl. ff.* vbi etiam retulimus Bullas Sum. Pontif. reuocantes omnes exemptiones, & quaſcumque immunitates; vbi verò ius reſiſtit, non fit extenſio præſcriptionis. *c. dilectus, de cappel. monach.*

Secundò præſcribens decimas anti-
274 quas in aliqua parochia non intelligitur præſcripſiſſe nouales, *c. cum contingat, 29. de decim. latè Moneta cap. 5 q. 5. ferè per tot. de decim.* & qui præſcripſit decimas vnius prædij, non dicitur pręſcripſiſſe alterius prædij, *c. cum in tua, 30. eodem tit. Innoc. c. tua, & infra verſ. verbi gratia ſi præſcripſit, eodem tit.* ait præſcriptionem adeo eſſe ſtricti iuris, vt licèt quis præſcripſerit ius decimãdi per totam parochiam vno prædio excepto, in hoc nõ intelligitur præſcripſiſſe, & ſi præſcripta ſit decima vini, ſi vinea mutetur in fundum, debetur etiam decima frumenti, quemadmodũ ſi deſtruatur domus, & fiat vinea, integra tamen decima ſoluenda erit, *Rebuff. de decim. quaſt. 6, num. 34. & 35.*

275 Tertiò, Epiſcopus præſcribens aliquem actum Epiſcopalem in aliquo hoſpitali, quod conſtat non eſſe religioſum, non intelligitur præſcripſiſſe exercitium aliorum iurium Epiſcopalium; *Feder. de Sen. conſ. 125 aliàs 130. factum eſt tale quadam domus, num. 2. verſ. illud habet locum, relatus a Rom. conſ. 368. num. 11. a Felin. in c. auditis,*

ſub

ſub num.19.verſ.Pederic. pulchrè, de præſcrip. quem vide, multa enim ad rem congerit *num.10.vſque ad nu.23.*

Quartò, Prælatus præſcribens viſitationem in vno loco, non tamen præ-
276 ſcripſit procurationem, quàmuis regulariter ſibi annexa ſit; cum hæc præſcriptio ſit ſtricti iuris, & viſitatio ſine procuratione poſſit acquiri. *gloſſ. in c.odia,de reg.iur. in 6.Hoſtien. in c.cum officij.de præſcrip.*

277 Quintò, Archidiaconus,qui iuriſdictionem exercuit in omnibus Monaſterijs, non poterit tamen hanc exercere in Monaſterijs denuò ædificatis; *Innoc in c. dilecto filio, num.8. de offic. Archid.*

Sextò, præſcriptio iuriſdictionis per ſuperiorem completa ſuper vna perſona,non extenditur ad aliam perſonam, eò quia ſtrictiſſimi iuris ſit, & odioſa, *Innoc.c.dilectus,num.3.verſ. & hoc eſt verum,de capell monach.* quem refert, & ſequitur *Rom.d.conſ.368.num.14. & in ſeq.* reſpondet ad contraria.

Et hæc declaratio, cum ſupra relatis concluſionibus,& illationibus notanda erit pro deciſione caſuum,qui frequẽtèr accidunt inter Communitates, & perſonas priuilegiatas, allegantes præſcripſiſſe conſuetudinem non ſoluendi onera cameralia, & prætendentes extendere hanc conſuetudinem ad bona etiam poſtea quæſita, quæ vt dictum eſt, tranſeunt cum onere ſuo; & facit *deciſ Rotæ coram Seraph. 705. num. 2.* dum firmat,taxam impoſitam a Clem.
278 VII. ad fauorem Secretariorum Apoſtolicorum dominis, & poſſeſſoribus Oppidorum,& Caſtrorum, ſoluendam eſſe, quàmuis Oppida, & Caſtra veniãt ad perſonas priuilegiatas, non ſolùm quia res tranſit cum onere ſuo;ſed etiam quia eſt ius quæſitum dominis Secretarijs ſuper illis Oppidis,& Caſtris,cui non cenſetur derogatum, niſi expreſsè ſit dictum, vt ibi ſuſius.

Nec videntur ſuffragari, quæ ſcribunt *Menoch conſ.160.n.15.& conſ.119.nu. 11. Surd. conſ. 262. num. 30. & alibi*
279 volentes,ob mutationem perſonæ mutari conditionem rei; quia Doctores iſti, & alij ab ipſis relati loquuntur, quando onera sũt perſonalia,vel mixta, incerta, & variabilia, non autem quando ſunt realia, certa & inuariabilia, vt *idem Surd.fatetur d. conſ. 262. num. 31. & ſeq. verſ. Alciat. in conſ. & dixit Rota in Brunduſina gabellæ,corã Penia 13.Februarij 1604. & in Alben. gabellæ,ſeu onerum,28. Iunij 1630. coram Merlino, impreſſa tom. 6. recent. deciſ.339.Theſaur.fori eccleſ.de immunit.eccleſ.cap.14.num.28.*

280 Declara vigeſimoquintò, immunitatem conceſſam venientibus ad habitandum in aliquo loco, non tranſire ad hæredes, & filios, *Ripa reſp.3. n.14. de iur emphit* reddens rationem, quia filij, & hæredes nati in loco, vbi venerunt eorum auctores, dicuntur originarij illius loci, in quo nati ſunt, *l.1. l. aſſumptio, ff.ad municip.*& priuilegium conceſſum foren ſibus venientibus ad habitandum non extenditur ad originarios, vt ipſe ait poſt *Bald.& Panorm. locis ab eo relatis.*

Declara vigeſimoſextò, immunitatē
281 conceſſam ab Vniuerſitate, quæ recognoſcit ſuperiorem, non liberare impetrantem, etiamſi per ſeptuaginta annos fuerit in poſſeſſione, vel quaſi, nemine contradicente, aut requirente; *Ioſeph.Lud deciſ. Peruſin.3. num.5. & ſeq.* qui loquitur de quadam immuni-
282 tate conceſſa a Ciuitate Spoleti quibuſdam ruſticis de comitatu; & ampliat dictum, etiamſi pro impetratione talis immunitatis fuerit aliquid ſolutũ; quia hoc amittitur vnà cum immunitate, *vt ibi per eum; num.7. poſt Bart. in l.in priuatis.§.1. ff.de pollicit.Oſaſch. deciſ.Pedem.95.num 18.verſ.in contrarium facit.*

283 Limita, ſi talis impetrans fuerit requiſitus ad ſoluendum. & recuſauerit, & contradixerit,& poſt huiuſmodi cõtradictionem, & recuſationem gauiſus fuerit immunitate per triginta,vel quadraginta annos; *Pariſ.conſ.25.nu.109. lib.1.& diximus ſup. declarat.23.verſ.2 requiritur.*

284 Declara vigeſimoſeptimò, immunitatem conceſſam a ſolutione taxarum, licèt a ſupremo Principe, niſi in ea adſit derogatio de iure quæſito non tollendo, non impedire eum, qui eſt in quaſi poſſeſſione exigendi, quin poſſit continuare etiam lite pendente; *Rota coram Seraph.deciſ.705.nu.2.& 4.* quæ loquitur de ſolutione taxæ dominorũ Secretariorum Apoſtolicorum, & de quadam immunitate conceſſa a Paulo III. Excellentiſs.Dominis Docibus Caſtri.

285 Declara vigeſimo octauò, Immunitatem, quam prætendunt Conclauiſtę in vim quorundam priuilegiorum a Summis

mis Pontificibus ſtatim atque ad apicē
Sanctæ Sedis ſunt euecti, ſibi conceſ-
ſorum, non ſoluendi gabellas, & colle.
ctas, immunitatem hanc non eſſe ex-
tendendam, quominus teneantur ad
taxas, & collectas, quas imponunt V-
niuerſitates pro ſoluendis oneribus ca.
meralibus, ſeu fiſcalibus; quia cum
huiuſmodi onera ſint ſpecialiter addi-
cta, & applicata fiſco, etiamſi oſtenda-
tur immunitas, vel priuilegium, potius
præſumitur extortum ob importunita-
tem petentium, quàm ex liberalitate
concedentis. *l. vectigalia, 10. l. quidquid,
52. C. de vectig. & commiſſ. l. vacuatis, &
ibi Io. de Plat. C. de decurion. lib. 10. Pe-
trus de Anchar. conſ. 389. viſis diligen-
tèr, n. 3. verſ. bis nō obſtant. & in n. ſeqq.
vſq; ad fin.* quē refert, & ſequitur *Card.
Alban. ad Bart. in l. omnes populi, nu. 52
ff. de iuſt. & iur.* & habemus Conſtitu-
tiones Summorum Pontificum reuo-
catorias quarumcumque cōceſſionum
immunitatis, & exemptionis a mune-
tibus cameralibus, nedum ab ipſo fiſco,
& Camera impoſitis, ſed etiam ab Vni-
uerſitatibus, vt fiſco, & Cameræ ſatiſ-
faciant; & derogationes in his Conſti-
tutionibus contentas ſufficere ad in-
ualidanda priuilegia Conclauiſtarum,
quoad hanc ſcilicet partem prætenſæ
immunitatis ab oneribus cameralibus,
286 optimè facit *deciſ. 87. num. 9. coram
Gregor. XV.* dum firmat, Conclauiſtas
venire ſub generali derogatione, nec
287 opus eſſe ſpeciali expreſſione. Adde
immunitates Conclauiſtarum eſſe gra-
tioſas, & ex Principis liberalitate con-
ceſſas, & ideo expreſsè derogatum le-
gimus In Conſtitutionibus Pauli V. &
Vrbani VIII. dum volunt, attendendas
eſſe tantummodò immunitates, quæ
titulo verè oneroſo, & præuia pecu-
288 niarum ſolutione fuerint conceſſę Nec
faciunt illa verba Priuilegij, *a quocum-
que ſubſidij onere, &c.* quia hæc refe-
runtur ad illa ſubſidia, ſeu onera, quæ
imponuntur ab Ordinarijs locorum, &
inferioribus a Papa, vt in ſimili ob-
ſeruat *Cherub. iun. ad conſt. 77. Pij V.
289 ſchol. 2.* Imò teneri etiam ad onera
Communitatiua impoſita ab Vniuerſi-
tatibus pro ſoluendis ſalarijs medicis,
ludimagiſtris, concionatoribus, & ſi-
milibus, quando ipſi Conclauiſtæ horū
opera vtuntur, commodum, & vtilita-
tem ex illis profeſſoribus percipiunt,
ſicut dictum eſt ſupra de alijs priuile-
giatis, & militibus, *Caſtren. conſ. 423.
num. 2. verſ. breuitèr aduertendum, &
verſ. ſi volunt vti, lib. 2.* quem refert, &
ſequitur *Peſtaſ. de collect. part. 4. cap. 2.
num. 37. verſ. quod aduerte.* Ex quorum
tamen dictis, præcipuè *Caſtren. dicto
verſ. ſi volunt vti,* colligitur, neceſſariā
eſſe interpellationem faciendam iſtis
priuilegiatis, an velint vti opera dicto-
rum profeſſorum, ſicut etiam prouiſio-
ne ab Vniuerſitatibus facta de carni-
bus, piſcibus, & ſimilibus, vt ſoluant
gabellam ſuper huiuſmodi victualibus
impoſitam, & conuertendam in cauſas
communes tam ipſis priuilegiatis, quā
alijs, & ex quibus omnes vtilitatem
capiunt.

290 Declara vigeſimononò, immunitatē
conceſſam aliquibus deſcriptis in ali-
qua matricula, vt fieri ſolet de affida-
tis, & quibuſdam alijs miniſtris came-
ralibus, qui deſcribūtur in libris doha-
narum aluminum, pulueris, & ſalnitri,
& ſimilium, ad effectum conſequendi
priuilegia, immunitates, quas habent
conductores horum prouentuum ab
ipſa Camera: declara, inquam, huiuſ-
modi immunitates, & priuilegia non
ſuffragari, niſi actu exerceant officium,
& exequantur qualitates illius officij,
ſeu artis; *Vinc. de Franch. deciſ. 175. per
tot. & deciſ. 481. in hac Ciuitate,* vbi fir-
291 mat, non ſuffragari ſolam matriculam
ſine exercitio, neque ſolum exercitiū
ſine matricula, ſed vtrumque requirī;
*Capiblan. de baronib. pragm. 8. part. 2.
num. 165. & ſeq.* qui ait, literas familia-
292 ritatis non ſuffragari, niſi actu ſeruien-
tibus: & ſi quis ob longam infirmitatē,
& imbecillitatem reddatur inhabilis,
ceſſabit etiam priuilegium, nec ſeruire
poterit per ſubſtitutum; *Franc. a Pon-
te de poteſt. Proreg. tit. 10. de diuerſ. pro-
uiſ. §. 1. de portu, num. 10. 11. 12. & ſeq.
& num* 14. ad caſum noſtrum contra
fidatos dohanæ, qui in fraudem ſe ad-
293 ſcribunt inter affidatos, qui tamen non
habent animalia, vel pauca, & in paruo
numero, & ideo gaudere non debent
priuilegijs, & immunitatibus; quem
ſequitur *Capiblanc. d. prag. 8. part. 2. n.
166. & 167.* & quod attinet ad priui-
legia affidatorum, videri poterunt de-
clarationes factæ ab Eminentiſs. Card.
Antonio Barberino Camerario editæ
in plena Camera die 30. Septemb. 1638
in actis D. Bartholomæi Brunori nota-
rij cameralis regiſtratæ; ac etiā impreſ-
ſæ apud Impreſſores Camerales.

Declara trigeſimò, facultatem, ſeu

294 priuilegium côceſſum alicui Commu-
nitati, ſeu priuatæ perſonæ extrahendi
frumentum,vinum,oleum,& quæcum-
que alia ab vno territorio ad aliud, &
vulgò dicuntur, *le tratte*, ita intelligen-
dum eſſe hoc priuilegium, vt habeat
locum tantummodo, ſi frumentum, vi-
num, oleũ, & alia huiuſmodi ſuperſint
Ciuitati, & hominibus illius Commu-
nitatis, & loci, è cuius territorio talis
extractio facienda eſt; *Afflict. dec.*290.
*num.*9.*Bart.in l. ſi quis, num.*5. *C.de*
*aquad.lib.*10.*& ibi quoque Luc.de Pen.*
295 *num.*3.*verſ.& nota*, qui ait, huiuſmodi
conceſſiones, priuilegia, ſeu facultates
habere ſemper in ventre clauſulam,
dummodo ſubditi, & inhabitantes non
egeant, Ripa de præſer.contra peſtem, nu.
29.vbi ait, tractas conceſſas a Rege Hi-
ſpaniarum Ianuenſibus extrahendi a
territorio Mediolanenſi certam quan-
titatem frumenti, intelligendam eſſe
de frumento, quod ſupereſt habitanti-
296 bus, & ſic recipit conditionem, ſi Reſ-
publica non indigeat; & meritò, quia
priuilegium alicui conceſſum non ex-
tenditur ad ea, per quę publica læditur
vtilitas; *l. fin. C.de offic.mag.milit.l.hu-*
*milioribus, C.de ſuſcept.& archa.lib.*10.
*l.*3.*C.de priuileg.ſchol.lib.*12. Nam pri-
uilegia publicæ vtilitati damnoſa non
ſunt recipienda; *l. nec damnoſa, C. de*
precib. Imper. offer. & idem Ripa in l.
*quâmuis publico, num.*12. *ff. de flum.*
297 vbi ampliat concluſionem, licèt priui-
legium ſit conceſſum motu proprio
Principis, quem ſequitur *Maſtrill.de*
*magiſt.lib.*5.*cap.*9. *num.*60. *vſque ad* 65.
*Franc.a Ponte de poteſt.Proreg.tit.*5.*de*
298 *tractis, num.*30.41.*& alibi*, qui ampliat
2.etiamſi conceſſio Principis ſit iurata,
quia nihilominus licet ab ea recedere
ex diſpoſitis *in c. intellecto, de iureiur.*
& ibi Canoniſ. Bart. in l. prohibere, §.
*planè, num.*4.*&* 5.*ff.quod vi, aut clam.*
vbi Alc.in addit.in verb.Ciuitas Came-
rini, refert Baldum in extrauag.de pa-
299 *ce conſtant.in gloſſ.in verb.amplius*, di-
centem, ſucceſſorem in Principatu nõ
teneri ſtare conceſſioni factæ a præde-
ceſſore; quia cum hic nõ poſſit ſubuer-
tere iura dominii, ita etiam non poteſt
300 minuere, præſertim ea, quæ ſunt de re-
galibus Principis, vt ſunt tractæ; per ea,
quæ ſcribit *Franc. a Ponte loco ſupra*
cit.& per alios multos adductos a Pere-
301 *grin.de iure fiſci, lib.*1.*tit.*3. *n.*2. vbi fir-
mat, Principem ad ſui libitum conce-
dere, & reuocare, quæ ſunt iuriſdictio-
nalia, tam ſingularibus perſonis, quàm
Vniuerſitatibus conceſſa; & *n.*4. reddit
rationem, quia iuriſdictionalia fluunt a
Rege, & refluunt ad Regem; & *num.*5
302 ampliat, hoc fortius procedere in Re-
ge, ſeu Principe ſucceſſore in Regno;
qui ad ſui libitum reuocat priuilegium
gratiæ factum a prædeceſſore Rege;
c.ſi cui, de praben.in 6. *Bald. in d.tit. de*
*pace Conſt in verb.amplius, nu.*2. *verſ.*
*nec alio modo, & Gram.d.deciſ.*46 *nu.*6.
vult, quòd non ſolùm ſucceſſor poteſt
reuocare gratiam, & priuilegium præ-
deceſſoris, ſed etiam cõceſſionem pro-
priam, auferendo id, quod conceſſe-
rat, & alteri conferendo, & conceden-
do, etiam ſine cauſa; *arg. textus in l. qui*
*fundo, C.de omn.agro.deſer.lib.*11. *quem*
citat Bald.in l. nupta, in princ. ff. de ſe-
*nator. Abb.in c.nouit, num.*23. *verſ. &*
nota ſingulariter, & in num. ſeqq. de
303 *iudic.* vbi diſtinguit, in priuilegijs con-
ceſſis ſubditis, vt hæc reuocari poſſint;
ſi verò fuerint conceſſa non ſubditis,
reuocari non poſſunt, vt ibi per eum
latius. *Sed Alex.in conſ.*101.*viſis inſtru-*
*mentis, num.*7.*lib.*1. dicit, immunitatẽ,
& priuilegium conceſſum etiam non
non ſubdito poſſe ex cauſa propter vti-
litatem publicam reuocari; *& in conſ.*
125.*viſo titulo, num.*10.*&* 11 *lib.*2. ait,
304 immunitatem eſſe ſtricti iuris, tanquã
contra vtilitatem publicam: & quòd
iuſta cauſa reuocationis immunitatis
præſumenda ſit in Principe reuocante,
*Gramm.d.deciſ.*46.*num.*8.*&* 9. *Alex.d.*
conſ. 101. *num.*8. *verſ. quinimò*; & hoc
305 fortius procedere, quando in reuoca-
tione fuit apposita clauſula, *ex certa*
ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, ex
quibus verbis colligitur, Principem vo-
luiſſe etiam auferre ius tertij quoquo
modo quæſitum, ſicut etiam ſi appo-
natur clauſula, *non obſtantibus, &c.* vt
notant *Doctores in c. ſtatutũ, vbi gloſſ.*
in verb. literarum, de reſcrip.in 6. *Alex.*
*d.conſ.*101.*nu.*9.*Pariſ.tamen in conſ.*11.
*num.*116.*& ſeq.lib.*1. vult, quòd ſi con-
306 ceſſio immunitatis ſit facta pecunia in-
teruenìente, ſi Princeps voluerit illam
de plenitudine poteſtatis reuocare, te-
neatur ad reſtitutionem pecuniæ re-
ceptæ, ſeu pretium rei, quæ aufertur;
ad tradita per Archid. 9. *quaſt.*3. *c. per*
principalem, in prin. Deci.in c. quæ in
*Eccleſiarum, num.*90. *& ſeq. de conſtit.*
vbi pluribus modis hanc cõcluſionem
limitat, non eſſe ſcilicet faciendam re-
ſtitutionem pretij; primò ſi res aufera-
tur

tur per delictum poſſidentis; ſecundò, ſi auferatur per legem generalem tangentem omnes; tertiò, ſi ceſſault cauſa conceſſionis, vt ibi per eum latius; & vide quæ diximus ſupra *hoc eodem cap. num. 16. & ſeq.*

Ex quibus omnibus ad rem noſtram
307 redeundo concluditur, reuocationes tractarum frumenti,& aliorum victualium, factas a Summis Pontificibus, videlicet Pio IV. Pio V. Gregorio XIII. Sixto V. Clem. VIII. quas omnes reaſſumpſerant, & innouarunt *Paulus V. Conſt. 10. ſeu 12. Bullar. nou. tom. 3. fol. 190. & Vrbanus VIII. Bulla 28. §. 16. Bullar. nou. tom. 4. fol. 280.* tanquam editas propter publicam vtilitatem,& bonum publicum ad conſeruandam vbertatem in Statu Eccleſiaſtico, eſſe
308 validas, & omnino ſeruandas, & comprehendere omnes indiſtinctè, ex quocumque titulo habêtes priuilegia immunitatis, & conceſſiones extrahendi extra Statum Eccleſiaſticum frumentum, & alia victualia, quàmuis Duces, Marchiones, Comites, Barones, Domicellos, & feudatarios quoſcumque, etiam Ducem Caſtri, vt habetur in edicto Eminentiſs. & Reuerêdiſs. Card. Antonij Barberini Camerarij die 20. Martij 1641. Tantò magis, quia in dictis Conſtitutionibus appoſitæ ſunt clauſulæ, *ex certa ſcientia, motu proprio, de plenitudine poteſtatis, quibuſcumque non obſtantibus*, de quarum clauſularum efficacia, & validitate dictum eſt ſupra. & videri poterunt *Bertazol. Anton. Gabr. & Marta in tractat. de clauſul.*

309 Et ſi quis auſus fuerit cõtrafacere, pœnis rebellionis, amiſſionis feudorum, excommunicationis, aliiſque pœnis mulctatur, vt in *§. 3. & 6.* adeſt etiam clauſula, ſublata, & decretum irritans, in §. 11. de quibus etiã dictum eſt ſup. Excipitur tamen cauſa verè oneroſa
310 videlicet congruæ ſolutionis,& exburſationis pecuniarum, aut ratione appaltuum, & locationum, introituum, & bonorum Sedis,& Cameræ Apoſtolicæ, ita tamen, vt hæc cauſa oneroſa iuſtificetur in plena Camera, citato eius Commiſſario generali, *vt in §. 7. d. Bulla Pauli V.*

311 An autem prohibentes, ne conducatur ad Vrbem annona, vel graſcia, incidant *in Bullam Cœnæ Domini*, ſi talis prohibitio fiat ob neceſſitatem annonæ,& graſciæ illius loci, a quo extrahenda ſit annona, vel graſcia, vt ad Vrbem conducatur? negatiuè reſpondet *Nauarrus relatus a Franciſco de Ponte de poteſt. Proregis, tit. 5. de tractis, num. 8. & ſeq.*

Laus Deo, ac Deiparæ ſemper Virgini Mariæ.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
IN HISCE COMMENTARIIS
CONTENTARVM.

Primus numerus caput; ſecundus autem numerũ marginalẽ indicat: Capitis verò trigeſimi quarti in Articulos ſubdiuiſi, addita litera a. expreſſio habetur.

A

Abſtemius.

Abſtemius omnis auus, ideſt veſanus; & Athenienſium lex in conuiuijs erat, aut bibe, aut abi. 14. 103.

Abundanzerij.

Abundanzerij tenentur ad refectionem damni, ſi frumentum corrumpatur in horreis. 21.10.

Accuſatio.

Accuſatus pendente cauſa criminali, non poteſt ad honores vocari, licet antiquos retineat. 31.59.

Actio.

Actiones perſonales, quæ dicuntur perpetuæ, vltra 30. annos non protrahuntur. 6. 2.

Actiones, quæ ex legibus, ſenatusconſultis, ſacriſque Conſtitutionibus proficiſcuntur, ſunt perpetuæ. 6.17.

Actiones hodie non porriguntur vltra triginta, vel quadraginta annos, & quare. 6.19.

Actio mandati ad damna, & intereſſe datur contra procuratorem negligentem. 34.21.a.2.

Ampliatur concluſio, & redditur ratio. num, 22.

Actor.

Actor debet inſtare coram iudice pro expeditione cauſæ. 19.23.

Actor, & reus non poteſt eſſe vna, eademque perſona. 34.10. a 5.

Actus.

Actus fiendus facilius impeditur, quàm factus. 31. 227.

Quando per actum primum non eſt ſatisfactum menti diſponentis, tunc actus eſt iterãdus. 49.17

Adminiſtratio. Adminiſtratores.

Adminiſtratio rerum, & redditu um Vniuerſitatum, ad ius ciuile, & Principem laicum pertinet. 2.24

Adminiſtrationis rerum publicarum ſi exigenda ſit ratio, quid agatur in Statu eccleſiaſtico. 23.3. vide num. 7. 9. & 10.

Adminiſtrator rei alienæ obligatus ad ratiocinia, exhibere debet Calculatoribus Codicem dati, & accepti, & ſi neget malitioſè occultaſſe præſumitur, & contra eum iuratur in litem. 11.4.

Adminiſtrationis ratio non dicitur reddita, quæ non poteſt intelligi. 23.10.

Adminiſtrator rerum publicarum in ſolutionibus notabilis quantitatis debet oſtendere apocam de recepto: in minutis vero erogationibus ſufficit liber priuatus cum iuramento. 23.11.

Adminiſtrator omittens ſcribere acceptum, & recuſans exhibere librum, afferens amiſiſſe, quando credendum illi ſit, & quando præſumenda ſit potius occultatio, & ſuppreſſio, quàm amiſſio. 23.12

Adminiſtratores conuertendo pecunias in proprios vſus prædones dici poſſunt. 23.16.

Adminiſtratores doloſi rerum publicarum vtrum corporali pœna ſint puniendi, vel alia. 23.28.

Contra adminiſtratores doloſos nedum ex claris probationibus, ſed etiam ex præſumptionibus proceditur. 23.34.

Adminiſtrationis rationes redditæ, & ſubſcriptæ quanto tempore retractari poſſint, tam contra principalem, quàm eius hæredem. 23.39.

Quilibet de populo poteſt petere in iudicio, vt adminiſtratores rerum publicarum reddant rationem, & detur copia calculi. 26.11.

Suſcipiens in ſe onus adminiſtrandi negocia aliena, ſi in adminiſtratione minorem diligentiam adhibet, quàm in re propria, dicitur eſſe in lata culpa, quæ dolo æquiparatur. 34.20. a.2.

Adminiſtrator conuertens pecuniam domini in ſuũ vſum, tenetur in duplũ, & qua actione conueniẽdus ſit, & quid in adminiſtratoribus Vniuerſitatũ. 42.43.

Adminiſtratores rerum Vniuerſitatum tutoribus æquiparantur. 43.4.

Valet argumentum de tutore ad adminiſtratorem Reipublicæ. 43.24.

Adminiſtratores rerum publicarum neceſſariò ſunt eligendi, & quis ordo, & modus in eorum electione ſeruandus. 45.1.

Adminiſtratores vbi electi fuerint, exigenda eſt ab eis cautio, aliàs tenentur electores. 45.2.

Adminiſtrator, qui tempore electionis dedit idoneas cautiones, ſi poſtea appareat non ſoluendo, quis teneatur, & quid agendum. 45.3.

Conſtitutio noſtra in hoc auget diſpoſitionem iuris communis, æquando inter ſe tutores pupillorũ, & adminiſtratores Vniuerſitatum. 45.7.

Adminiſtratores rerum publicarum ſunt in duplici differentia. 45.11.

Adminiſtratores rerum publicarum minus auctoritatis habent in rebus publicis, quàm priuati in rebus priuatorum. 45.12.

Hæc tamen concluſio declaratur, quia nonnullas difficultates habere videtur, vt adnotatur num. 13. & ſeqq.

Adminiſtratores poſſunt expedire ea, quæ requirunt

runt ſpeciale mandatum, quia dicuntur habere poteſtatem generalem cum libera. 45.14.

Adminiſtratores Vniuerſitatum poſſunt tranſigere ſuper re dubia ipſarum Vniuerſitatum, ſi bona fide, non ambitioſè tranſigant. 45.15.

Amplia poſſe etiam remittere debitum vſurarium. num. 16.

Declara in remiſſione tacita, non autem expreſſa. num. 17.

Declara ſecundò, non poſſe remittere, nec donare debitum liquidum, & purum; & quare. n. 18

Declara tertiò, ſi confiteantur ſolutum quid eſſe Vniuerſitati, & hi ſint perſonæ conſtitutæ ad recipiendum, talis confeſſio præiudicat Vniuerſitati. num. 19.

Limita num. 23.

Adminiſtratores plures ſi ſint ab Vniuerſitate conſtituti, quilibet ipſorum habet mandatum in ſolidum, etiam in ijs, quæ requirunt ſpeciale mandatum, licet hoc non fuerit expreſſum. 45.23.

Ordo ſeruandus in conueniendis adminiſtratoribus Vniuerſitatum. 45.24. & nu. ſeq.

Ordo idem an ſeruetur in conueniendis tutoribus, & adminiſtratoribus Ciuitatum. 45.26.

Adminiſtrator Reipublicæ non poteſt per alium gerere negocium ſibi commiſſum. 45.28.

Damnum contingens Vniuerſitati poſt mortem vnius adminiſtratoris, dolo, & culpa alterum non nocet hæredibus defuncti, & quare. 45.32.

Adminiſtratores duo ambo ſoluendo tempore depoſiti officij poſſunt petere diuiſionem obligationis; & ſi vnus ſoluat totum, habet vtilem actionem contra collegam, etiam ſine ceſſione. 45.34

Adminiſtrator, qui habuit pecuniam ad certum vſū Vniuerſitatis, ſi in alium vſum conuertat, an, & quando detur compenſatio. 45.35.

Adminiſtrator, qui pecuniam publicam in proprios vſus conuertit, qua pœna mulctetur. 45.36.

Adminiſtrator, qui ſuo periculo pecuniam publicā accipit, poteſt illa vti, vt in caſibus hic expreſſis, ex doctrina Decij. 45.37.

Adminiſtratores delinquentes ratione officij tenentur etiam poſt finitum officium, & quomodo conueniendi. 45.38.

Adminiſtrator, qui commiſit delictum, vſque ad quantum tempus conueniri poſſit. 45.40.

Adminiſtrator quanto tempore teneatur pro re male locata. 45.41.

Ratio ab adminiſtratoribus Vniuerſitatum quomodo ſit exigenda; vide remiſſiue. 45.43.

Adminiſtratores omnes rerum alienarum tenentur de iure humano, & Diuino reddere rationem. 45.44.

Amplia non ſolum reddere rationem, ſed etiam ſoluere reliquatum, appellatione remota. n. 45.

Actuarij, & familiares Baronum excludendi ſunt ab officijs, & adminiſtrationibus rerum publicarum, & quare. 45.47.

Adminiſtratoribus rerum publicarum omni iure prohibitum eſt conuertere in vſum proprium pecunias publicas, & ideo puniendi, quia ſemper dicuntur in dolo. 49.42.

Aduocatus.

Aduocatus ſi moriatur tranſmittit actionem ſalarij totius anni ad hæredes. 33.65.

Declara, hoc non procedere in Ambaſciatore decedente in itinere. n. 66.

Aduocatorum munus quandoque nobilitati derogat. 34.12. n. 1.

Aduocatorum ſtipendium, honorarium, palmarium, niſi a lege, vel ab homine ſtatutum, & aſſignatum ſit, arbitrio iudicis decernitur 34.34. n. 3.

Priuilegium præcipuum in corpore iuris conceſſum Aduocatis eſt indumentum 34.14. n. 5.

Aduocati dicuntur etiam Sacerdotes, & quare. 34.18. n. 5.

Aduocati, & agentes in habitu ornato accedere debent ad iudicis conſpectum. 34.24. n. 5.

Aduocatis & cauſidicis pro modo laboris ſtatuendū eſt honorarium. 34.2. n. 9.

Aduocati, & medici tres facies præferunt ſuis clientulis, & infirmis, & quænam ſint. 34.7. n. 8.

Doctor recipiens ſalarium a Ciuitate non poteſt eſſe aduocatus contra illam. 34.8. n. 9.

Declaratur concluſio, vt num. 9.

Aduocatus, & agens non tenentur agere, vel patrocinari, ſi ſalarium non ſoluatur. 34.10. n. 9.

Sed numquid poſſint adhærere parti aduerſæ: negatiua magis tuta videtur. n. 11.

Aduocatus fiſci non poteſt deſerere cauſas fiſcales prætextu ſalarij non ſoluti. 34.13. n. 9.

Aduocatus, qui iurauit defendere Eccleſiam, niſi defendat, incidit in periurium. 34.15. n. 9.

Aduocatus quando poſſit defendere cauſam contra patriam ſuam. 34.16. n. 9.

Aduocatus propter imperitiam facit cauſam ſuam. 34.20. n. 9.

Extende etiam ad conſultorem ob malum conſilium ibid.

Aduocati non minus prouident generi humano, quam ſi patriam armis defenderent. 38.8.

Aedificium.

Aedificare volens iuxta muros Ciuitatis, debet dimittere ſpatium quindecim pedum. 8.37.

De ædificijs ad ornatum Vrbis ſi Statuta, & Conſtitutiones loquantur, an habeant locum in Suburbijs. 8.43.

Aedificia omnia, quæ ſunt in continentijs Ciuitatis, videntur eſſe in Ciuitate. 10.2.

Aedificans in loco publico non poteſt cogi ad demoliendum, ne Ciuitas deformetur. 10.19.

Limita, ſi ædificauit aduerſus edictum Prætoris quia tunc compellitur tollere, ne Prætoris imperium reddatur eluſorium, & inane. nu. 20.

Aequalitas.

Aequalitas ſeruanda eſt in diuiſionibus faciendis inter Ciues. 12.12.

Aequalitas ſeruanda eſt in ſolutione tributorum, & reſcriptum in contrarium obtentum non valet. 50. 2.

Aequalitas ſeruanda eſt in omnibus, præſertim in collectis. 50.137.

Aequitas.

Aequitas naturalis in omnibus militare debet. 28. 170.

Aerarium.

Aerarium ab ære dictum eſt, & quare, & quæ ſit differentia inter ærarium, Fiſcum, & Marſupium, quæ tamen ſæpe confunduntur. 18.4. & n. 16.

Aerarium dici poteſt locus, ad quem ex omni loco ſubie-

ſubiecto pecuniæ publicæ deferuntur. 18.5.
Caſtrum S. Angeli dici poteſt ærarium ditionis eccleſiaſticæ, & quare. 18.6.
Aerarium antiquum Romanorum quibus penſitationibus ditaretur. 18.8.
Aerario S.R.Eccleſ.præſunt hodie Eminentiſs.D.Cardin.Camerarius, & Illuſtriſs.D.Theſaurarius generalis, qui repræſentant binos viros ærarios Prætorios. 18.17.
Prætorijs binis viris ſuberant Tribuni ærarij, ſeu Quæſtores prouinciales. 18.18.

Aeſtimum.

Aeſtimum, ſiue cataſtum quid ſit, & quomodo, & qua auctoritate fiat. 35.23.
Communitates non habentes æſtimum quomodo ſoluant onera Cameralia, præſertim in Prouincia Patrimonij. 35.25.

Affidati.

Immunitas conceſſa affidatis a ſolutione pœnæ in tranſitu per aliena territoria durat per tres dies tantùm. 50.171.
Affidati, qui non habent animalia, vel pauca, licet deſcripti in matricula, non gaudent priuilegijs. 50.293.

Agentes.

Agens generalis aſſumitur ex Collegio, ſeu ſchola aliorum agentium. 34.2. a.11.
Agens generalis quis dicatur. 34.3. a.11.
Negocia vniuerſalia ab agente generali promouenda quæ ſint. 34.5. a.11.
Agens generalis ſatagere debet, vt miniſtros Camerales beneuolos habeat; & quare. 34.9. a.11.
Agens generalis quid ſcire, & memoriæ commendare præcipuè debeat. 34.11. a.11.
Agens generalis notitiam habere debet locorum montium, præſertim ad Vniuerſitates ſpectantium. 34.12. a.11.
Agentis nomen multa deſignat, & quæ. 34.1.a.1.
Agentes in rebus ſcholam habebant. 34.2.a.2.
Agentes Vniuerſitatum dicuntur illuſtres, & quare. 34.14.a.1.
Agentium Vniuerſitatum, & Prouinciarum electio non a priuatis viris, ſed ab ipſo Principe fit. 34.15.a.1.
Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarum quinam proprie ſint, & dicantur; examinaturque eorum deſcriptio. 34.1.a.2.
Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarum procuratori Cæſaris aſſimilantur; & quare. 34.8. a.2. & num.15.
In agentibus quatuor requiruntur, videlicet ſciẽtia, diligentia, veritas, iuſtitia. 34.1.a.3.
Agens, ſi propter eius imperitiam negocium deſtituatur, ſeu lis perdatur, abſque vlla exceptione tenetur ad reſtitutionem. 34.2.a 3.
Agentes ad negocia, non ad lites conſtituti ſunt, vt in literis Sacræ Congregationis Boni Regiminis hic inſertis. 34.36.a.3.
Agentium munus, vel officium valde vtile, imò neceſſarium eſt. 34.37.a.3.
Agentes tenentur aſſiſtere procuratoribus conſtitutis ad lites in Vrbe motas, & agitatas. 34.38. a.3.
Agentes tenentur patrocinari lites, & cauſas in Congregat. Boni Regim. introductas. 34.39. a.3.
Agens ex conuenientia debet eſſe iuriſperitus. 34.3.a.4. Nam turpe eſt cauſas oranti, ius, in quo verſatur, ignorare. n.4.
Formula eligendi, & deputandi agentes Vniuerſitatum. 34. 12. a.4.
Mandatum in pleno Conſilio factum an requiratur in agente. 34.13.a.4.
Sola Principis deputatio an ſufficiat in agente, qui cauſas Vniuerſitatum patrocinatur. 34.14.a.4.
Electio agentium Vniuerſitatum, & Prouinciarum quando cœpit, & originem habuit. 34.1. a.5.
Agentes in Curia Romana prima vice electi; & quot eſſent. 34.2.a.5.
Agentium numerus præfinitus, & determinatus fuit, & quare. 34.3.a.5.
Agentium prouincialium numerus auctus ſub Paulo V.Pont.Max.& quare. 34.6.a.5.
Agentium ſuſpicio ex quibus cauſis deducatur. 34.7.a.5.
Qualitates obſeruandæ in electione agentium Vniuerſitatum. 34.11.a.5.
Agentes electi a Paulo V.Pont.Max. quinam fuerint, & qualitates requiſitæ examinantur. 34.12. a.5.
In electione agentium quæ ſint requirenda; & quare. 34.13.a.5.
Agentium veſtis debet eſſe conformis, & conueniens ſtatui, ordini, & officio. 34.16.a.5.
Agentium, & aduocatorum condecens habitus eſt toga, & quare. 34.19.a.5.
Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarum quid agere debeant, poſtquam fuerint tali munere decorati. 34.1.a.7.
Quibus ex cauſis excludatur quis a munere, & officio agentis. 34.1.a.6.
Clerici an poſſint eſſe agentes Vniuerſitatũ. 34.3.a.6
Agens negocia ſibi commiſſa non deſeret, ſed perficiat, quàmuis officiales, qui illa commiſerunt diſcedant ab officio. 34.19.a.7.
Agens non hominibus placere debet, ſed vtilia pro Communitate agere. 34.20.a.7.
Agentium diligentia pro negociorum expeditione quænam eſſe debeat, & quomodo adhibenda. 34.23.a.7.
Agentes ſectare debent iuſtitiam, & ab eo, quod iuſtum eſt nunquam recedere. 34. 23. a. 3. & quare. num.25.
Prælatorum dignitatem ſeruare, & obſeruare debẽt agentes, & quare. 34.9. a.7.
Agentes frequenter accedere debent ad domum R.P.D.Secretarij Congregat.& quare. 34.11.a.7
Agentes omnes certa die cuiuslibet menſis inſimul conueniunt pro negocijs Vniuerſitatis. 34.6.a.11
Agentes non ad ſtipendia percipienda tantùm deputati ſunt, ſed etiam ad negocia perficienda. 34.16.a.12.
Agentes debent eſſe contenti ſtipendijs ſibi in tabellis aſſignatis, nec aliud petere, aut quærere. 34.2.3.n.33.& 35.
Agentes Vniuerſitatum, & Prouinciarum ſtipendia capiunt a Republica. 34.10.a.1.
Agentium Vniuerſitatum munus licèt procuratorum officio proximè accedat, non tamen vile eſt; & quare. 34.11.a.1.
Stipendium agentibus ſoluendum eſt iuxta diſtinctionem Speculatoris. 34.8.a.8.
Exactio ſalarij agentium, quandoque committitur

The

Theſaurarijs prouincialibus; & quomodo. 34. 9. a.8.
Agens ſi moriatur in principio, vel in medio anni, integrum tamen habere debet ſtipendium, & quare. 34.10.a.8.
Agens, qui in vita ſtipendium non exegit, transmittit actionem petendi, & recipiendi illud ad hæredes. 34.11.a.8.
Declara concluſionem in ſalerio illius anni, in quo deceſſit, & non vltra. n.12.
Cautela pro agentibus in exactione ſtipendij. 34. 13.a.8.
Agens recipere debet ſtipendium, ſi per ipſum non ſtetit, quominus negocia non promouerit, nec perfecerit. 34.14.a.8.
Agens remotus, vel ſuſpenſus ab officio culpa Vniuerſitatis, vel ciuium, habebit tamen ſtipendiū, ſi poſtea abſoluatur. 34. 15.a.8.
Agens clericus non poteſt deſerere cauſam iam inceptam, & contrariam patrocinari.34.12.a.6.
Agens poteſt eſſe minor, procurator verò debet eſſe maior 25. annis,& quare.34. 1.a.4.
Agens non aſſumat patrocinium contra Vniuerſitates, niſi præcedat iuſſus Sacræ Congregationis Boni Regiminis.34.18.a 9.
Agens ſi propter imperitiam, negligentiam, vel malitiam, cauſes, vel negocia deſerat, tenetur ad omnia damna, & intereſſe.34.19.a.9.
Agens in quo differat a procuratore.34.3.a.2.
Agens melius faciet, ſi procurandi munus relinquat procuratoribus, quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.34.6.a.9.
Agenti quid cauendum ſit, dum procuratoris munere fungi voluerit. 34.7.a.9.
Agens ſi procuratoris munere fungatur pro Vniuerſitatibus, an habeat duplex ſtipendium. 34. 8.a.9.
Agentes duobus officijs operam ſuam adhibere non poſſunt.34.8.a.9.
Declara vt ibi.
Agens quid agere debeat, quando Communitates pecunias ad Vrbem mittunt.34.24.a.7.
Agentes non transferant in craſtinum, quod hodie expedire poſſunt,& quare.34.25.a.7.
Agens an poſſit ex iuſta cauſa alium ſubſtituere. 34.1.a.10.
Agentes quando ſubſtituunt ex iuſta cauſa abſentię, & infirmitatis, Principe permittente, ideo ſtipēdia non emittunt. 34.15.a.10.
Agentes totis viribus incumbant, vt æs alienum conflatum ex cauſa Annonæ tempore conuento, & aſſignato extinguetur. 34. 17.a.7.
Agentibus inuigilandum eſt, vt Cōmunitates quolibet anno mittant tabellas ad Vrbem.34.13.a.7.
Agentibus inſiſtendum eſt, vt tabellarum reſcripta ſeruentur,& adimpleantur.34.15.a.7.
Agentes reſpondere debent ad omnes literas ſibi a Communitatib. miſſas.34.23.a.7.

Alienatio.

Alienationis verbum quid importet, & quæ dicatur propriè alienatio. 32.1.
Tractantes alienationes, ſeu infeudationes Terrarū S.Sedis Apoſtolicæ qua pœna plectantur, remiſſiuè. 19.43.
Conſtitutionem Sixti V. confirmauit, & approbauit Clemen. VIII. in hac materia alienationis. 32. 6.
Alienationes bonorum Vniuerſitatum in Conſilijs diſcutiendæ, & determinandæ ſunt.32.11.
Solemnitates, quæ requiruntur in alienationibus, eædem quoque ſunt neceſſariæ in conſtitutione ſyndici ad alienandam. 32.12.
Bona alienanda deſcribenda ſunt in mandato ſyndici pro tertio requiſito, quia ſimplex facultas alienandi non ſufficit.32 18.
Iudicis decretum quarto loco requiritur in alienādis bonis Vniuerſitatum; & hoc eſſe debet cauſa cognita. 32.19.
Iudex antequam decretum interponat, quatuor conſiderare debet.32.20.
Probatio verſionis pecuniarum requiritur pro validitate alienationis bonorum Vniuerſitatum pro ſeptimo requiſito.32.44.
Scriptura conficienda eſt de ſolemnitatibus requiſitis in alienationibus; & eſt octauum requiſitū. 32.46.
Solemnitates quatuor in alienationibus rerum Vniuerſitatum referuntur ex Dahumer. 32.48.
Solemnitates aliæ præter iſtas quatuor ſi adhibeantur, quid operentur.32.49.
Alienatione facta cum ſolemnitatibus requiſitis, emptor non eſt turbandus in re empta, quàmuis alius plus offerat. 32.50.
Cenſus impoſitio eſt alienatio.32.70.
Alienans bona ſua in clericum, vel alium immunē, ad effectum euitandi collectas, perdit bona, fiſco applicanda.35.61.
In alienatione rerum fiſcalium, & Eccleſiarum requiruntur viginti dies priuſquàm ſubhaſtentur, ſed hoc tempus in rebus Vniuerſitatum arbitrio iudicis relinquitur. 46.4.
Alienans bona in clericum, vel alium priuilegiatum ad effugiendum collectas, quas pęnas incurrat. 50. 148.
Fraus in huiuſmodi donationibus, & alienationibus quomodo præſumatur,& excludetur.50.149.

Alimenta.

Decurioni, ſeu Conſiliario ſenio confecto, & in paupertatem lapſo, ex redditibus publicis ſubminiſtranda ſunt alimenta.36.38.
Conſuetudo attendenda eſt, quando Vniuerſitates conueniendæ ſunt in ſubminiſtrandis alimentis, & alijs indigentijs Baronibus, & quare.36.40.
Iudex, coram quo conueniuntur Vniuerſitates ad ſubminiſtrandum Baronibus alimenta, & alia neceſſaria, quid conſiderare debeat, cum in hoc habeat arbitrium.36.41.
Natus ex matre morti damnata debet expenſis publicis ali. 39.5.
Bulla Boni Regiminis prohibet alimenta dare pauperibus ex pecunijs Vniuerſitatum.39.1.
Vniuerſitates an teneantur dare alimenta infantibus expoſitis. 39.2.
Bruta animalia filios alunt,& pro illis pugnant vſq; ad mortem.39.12.
Romæ ſub Gentilium imperio aderat columna lactaria, vbi infantes lacte alendi deferebantur. 39.13.
Decurioni, ſeu ciui pauperi an, & quando Cōmunitates alimenta miniſtrent.39.30.

Patro-

patronus, qui ex dotatione Capellæ in paupertatē incidit, alendus eſt ex redditibus eiuſdem Capellæ, conſiderata tamen paupertate.39.31

Ciuitas recipiens domum, vel fundum cum onere alendi donantem, tenetur alere etiam deſtructa domo, vel fundo.39.32.

Iudæo carcerato ad inſtantiam Chriſtiani miniſtrāda ſunt alimenta.39.33.

Reliqua de alimentis, vide in verb.carcerati.

Ambitioſi.

Ambientes, ſeu ambitioſi grauiſſimis pœnis mulctati; & alia de ambitu vide remiſſiuè. 31.68.

Anima.

Animam ſuam quis impendere non debet commodis alienis. 27.22.

Animalia.

Animal antequam naſcatur non dicitur eſſe.44.24.

Statutum prohibens extractionem animalium intelligitur de animalibus loci ſtatuti, non autem forenſium.50.264.

Animus.

Animus requiritur ad acquirendum, & retinendum 13.24.

Annona.

Vbertas, & frumenti copia plurimùm valet ad pacem, & tranquillitatem ciuium conſeruandam. 21. 1.

Theodoſius, & Valent. Imperatores certam auri quantitatem ad perpetuam frumenti coemptionem dedicarunt. 21.3.

Clemens VIII. quod ſupereſt ex redditibus Communitatum, deductis expenſis, in ſubleuationem annonæ erogandum duxit.21.5.

Cautela, nec Vniuerſitates accipientes pecunias ub vſuris pro ſubleuanda annona, patiantur damnum. 21.7.

Cautela hæc habet iuris aſſiſtentiam, & quomodo. num.8.

Valentin. & Valent. Imperatorum de frumento condito in publicis horreis, Sanctio.21.9.

Mixtio frumenti corrupti cum bono facienda, ne annona publica ſit in damno.21.10. & n.9. & 34.

Amplia, quòd poſſunt etiam ciues cogi ad illud emendum.n.11.

Amplia ſecundo, cogendos eſſe tam diuites, quā pauperes, & redditur ratio.n.12.

Rectores Ciuitatum ordinare poſſunt quid expediat circa emptionem, & venditionem frumenti. 21.14.

Frumentum quod ſupereſt, nedum in Ciuitate, ſed etiam in Comitatu diuidi poteſt.21.15.

Iuſtum pretium frumenti quodnam dicatur, quando quis cogitur vendere pro neceſſitate. 21. 17. & 65.

Ad æſtimandum frumentum conditum in publicis horreis quæ perſonæ eligendæ ſint. 21.21.

Damnum reſultans ex mala adminiſtratione annonę ab adminiſtratoribus ſarciendum eſt.21.24.

Anonæ priuilegium eſt, vt cogi poſſint domini animalium, curruum, nauicularum ad mutuandum huiuſmodi inſtrumenta pro euectionibus faciendis: 21.29.

De fraudantibus, & onerantibus annonam, & qua pœna puniantur, vide remiſſiuè.21.30.

Ciuitas, vel Reſpublica poteſt miſcere frumentum corruptum cum bono, ne ſit in damno. 21.34.

Frumenti certa quantitas, vt a quolibet locuplete vendatur, ſi ordinetur, ordinatio eſt valida, etiam ſi cum certo, & viliori pretio vendenda ſit.21.35

Frumentum ſi ſit tranſportandum de vno loco ad alium; primo loco coguntur viciniores.27.36

Incantantes frumentum, vel merces ad hoc, vt carius vendantur, ſtellinatus crimine tenentur 21.39.

Dilatio ad reſtituendum frumentum mutuatum quando ſit concedenda, vel non.21.53.

Annonam coemptam ſupprimentes, vt illam cariùs vendant, qua pœna puniantur.21.60.

Extrahens frumentum extra Statum, poſtea pęnitens, recedat, & in receſſu ſit comprehenſus, an incidat in pœnas.21.74.

Quid ſi extrahat farinam, an incurrat in eandem pęnam.n.75.

Maior pars æris alieni, quo Vniuerſitates præmuntur, ex mala adminiſtratione annonæ prouenit. 34.18.a.7.

Inſtrumenta aratoria quænam ſint; & contra executores volentes exequi ſuper iſtis inſtrumentis reſiſtere licet.35.150.

Commiſſarij, & miniſtri quandoque eliguntur ad occcidendas locuſtas, & *bruchas cum certo* ſalario. 42.86.

Locuſtæ, & bruchus ſi ſint in fundis Vniuerſitatum ſumptibus ipſarum occidendi ſunt, & deficiente pecunia, imponitur collecta.n.87.

Statutum prohibens extractionem frumenti, an comprehendat farinam.47.61.

Extende prædictum ſtatutum ad extractionem panis propter identitatem rationis: ſed hæc opinio habet contradictores quoad panem, nō quoad farinam. n.63.

Sed in Statu Eccleſiaſtico propter Bullas Summorum Pontificum ſub prohibitione extractionis frumenti comprehenditur panis.n.64.

Et ita fuiſſe condemnatum Regem Portugalliæ ad ſolutionem gabellæ pro pane biſcotto. *n.65.*

Dominus frumenti habet prælationem in farina redacta ex eodem frumento.47.62.

Frumenti extractiones, quas vocant tractas, non ſunt concedendæ, quando ciues, & ſubditi egent. 50.61.

Priuilegium extrahendi annonam, vel graſciam de loco ad locum, quomodo ſit intelligendum. 50.294.

Priuilegia huiuſmodi ſemper habent in ventre, dummodo ſubditi non egeant.n.295.

Reuocationes, & prohibitiones, ne frumentum & alia victualia extrahantur de Statu Eccleſiaſtico, comprehendunt omnes indiſtinctè, Duces, Marchiones, Comites, &c.50.308.

Pœna rebellionis, amiſſionis feudorum, & excommunicationis mulctandi ſunt qui extra Statum Eccleſiaſticum extrahunt annonam, & graſciam. 50.309.

Limita, ſi adſit cauſa verè oneroſa, videlicet cōgruæ ſolutionis, & exburſationis pecuniarum, & appaltuum Cameræ: ipſa tamen cauſa oneroſa iuſtificanda eſt in plena Camera.n.310.

Prohibentes, ne graſcia, vel annona conducantur ad Vrbem, an incidant in pœnam Bullæ Cœnæ Domi-

Domini; negatiuè reſpondet Nauarrus, quando huiuſmodi prohibitio fiat propter neceſſitatem loci, a quo facienda eſt extractio.50.311.

Apoca.

Apoca etiam nullo teſte ſuffulta, in Archiuio reperta plenè probat, & quare.17.25.

Declara concluſionem,vt n.26.

Apoſtaſia.

Apoſtaſia quid ſit propriè, vel impropriè loquendo. 14. 14.

Appellatio.

Appellatio non admittitur pro debitis fiſcalibus, ſeu Cameralibus. 12.51.

Arbores.

Arbores iuxta pomerium naſcentes officio iudicis excidendæ ſunt.8.38.

Arbores per quindecim pedes extendunt radices,& vbi ædificijs noxiæ ſunt, euelli debent.8.39.

Archidiaconus.

Archidiaconus, qui iuriſdictionem exercuit in omnibus monaſterijs, non tamen hanc exercere poterit in monaſterijs denuò ædificatis.50.277.

Archiuium.

Archiuium quid ſit, & vnde dicatur.17.1.

Archiuia ſcripturarum ſtare debent in Palatijs Magiſtratuum.17.2.

Archiuiorum claues a Conſulibus Ciuitatum retinendæ ſunt, nec vna tantum,ſed duæ, & diuerſæ, nec ab vno, ſed a duobus cuſtodiendæ. 17.3.4.

Archiuia in qualibet Ciuitate eſſe Iuſtinianus Imperator edixit. 17.6.

In Eccleſiaſtica ditione hoc etiam renouatum, & ſancitum habes a Sixto V.n.7.

Archiuiorum Regens a Sixto V.inſtitutus cum certa iuriſdictione ſublatus eſt a ſucceſſoribus; & quis in eius locum ſucceſſerit.17.8.

Archiuium in Vrbe a quibus inſtitutum,& quomodo gubernetur. 17.9.

Archiuium non dat robur ſcripturæ non authenticæ, & quare.17.11.

Conſuetudine induci poteſt,vt ſcripturis priuatis in Archiuio repertis fides adhibeatur.17.12.

Alleganti talem conſuetudinem incumbit onus probandi. n.13.

Archiuiſta an poſſit extendere inſtrumentum rogatum extra Statum, ſed in Archiuio repertum. 17.17.

Archiuiſtarum priuilegium eſt ſtricte interpretandum. 17.19.

Archiuiſta non poteſt mihi denegare ſcripturam in Archiuio exiſtentem, quàmuis nullum in ea habeam intereſſe. 17.20.

Archiuia in Eccleſiaſtica ditione ſpectant ad Communitates eiuſdem Status ex titulo emptionis, & annuæ præſtationis.17.32.

Archiuiorum venditio plus offerenti ex diſpoſitione Bullæ quomodo in praxim deducenda.17.38.

Argumentum.

Argumentum a matrimonio carnali ad ſpirituale valet. 35.65.

Artifex.

Artifex, qui publicum conſtruxit ædificium quanto tempore teneatur hoc manutenere, & conſeruare.42.28.

Athletæ.

Athletæ ad corporis vires comparandas victu quodam peculiari vtebantur, qui victus a medicis laudatur. 40.32.

Athletis multa priuilegia erant conceſſa.40.33.

Augumentum.

Augumentum ſequitur naturam rei principalis,cui augetur. 50.65.

B

Banniti.

Bannitus a territorio Ciuitatis non cenſetur bānitus a mari diſtincto per illud territorium. 10. 68.

Dominus, ſiue Baro an poſſit cogere vaſallos ad ſe armandos pro capiendo bannitos,&c. 14.82.

Conſanguinei tenentur cauere, ne banniti ingrediantur Statum Eccleſiaſticum: vide remiſſiue. 14. 84.

Contra receptantes bannitos,& facientes caualcatas proceditur ipſo facto, abſque alia iudicis ſententia.29.14.

Amplia eſſe procedendum,ac ſi per lapſum temporis,& lineam finitā feuda eſſent deuoluta.n.15

Conſtitutiones contra facientes caualcatas, & receptantes bannitos ſunt in vſu, & in viridi obſeruantia.29.16.

Banniti noſtri temporis non amittunt ea, quæ ſunt iuris communis, illiuſque beneficia, minuſque iuris gentium, & naturalis, vt eſt defenſio.29.25

De ſtylo Curiæ Romanæ priuſquam reputetur quis bannitus, & rebellis, ſolet præcedere ſententia iudicis declaratoria, & dantur exempla. 29.29.

Bannitus captus licet vigore Conſtitutionum non poſſit dicere de nullitate ſententiæ,nō eſt tamen prohibitus dicere de nullitate euidenti ex ijſdem actis, & proceſſu.29.24.

Bannitum receptans non poteſt condemnari de ipſa receptatione,niſi conſtito de banno receptati. 29.28.

Statuta, edicta, bannimenta, Conſtitutiones permittentes occidi bannitos impune, quomodo ſint intelligenda.29.36.

Banniti,& facinoroſi nontorij poſſunt occidi,abſque eo quod contra eos fuerit lata ſententia; quia notorium æquipollet ſententiæ.29.37.

Bannitus deſinit eſſe ciuis, & ideo non debet eligi in Decurionem. 31.50.

Limita, ſi bannitus remaneat in Ciuitate, permittente Principe, vel habeat ſaluum conductum. num.51.

Amplia limitationem, ſi bannum emanauit in contumaciam.n.52.

Bannitus ad certum tempus, finito tempore, Decurio erit, & quomodo.31.55.

Exul ad tempus ex crimine ignominiam perpetuò irrogante, in perpetuum eſt motum.31.57.

Barbari.

Barbari neminem putant magnarum rerum capacem, niſi a natura ſint eximia ſpecie donati.19.7

Barones.

Barones habentes iuriſdictionem in Caſtro, illam quoque habent in mari ipſi Caſtro adiacente; & quare. Declara tamen,vt ibi.10.53.

Baro non poteſt ædificare portum in ſuo territorio abſque licentia Principis, quia hæc inter regalia

lia computantur. 10. 54.

Barones poſſidentes bona iuriſdictionalia in Eccleſiaſtica ditione, præſumuntur poſſidere iure feudi ab ipſa Eccleſia, vt excludatur titulus vſurpatiuus. 10.88.

Barones etiam poſt venditionem Caſtri retinent priuilegia, & effectus dignitatis.16.69.

Baro poteſt in locis ſibi ſubiectis huiuſmodi rationes exigere.23.4.

Declara, niſi adſit conſuetudo in contrarium.n.5

Conſuetudo hæc non poteſt opponi contra hanc noſtram Congregationem,& quare.n.6.

Baro vendere volens Baroniam debet habere conſenſum omnium ſubditorum.31.261.

Barones ſunt primi ciues illius loci, in quo iuriſdictionem exercent. 36.39.

Barones non poſſunt imponere collectas ſubditis,& vaſallis ſine licentia Principis abſoluti;& quare. 36.42.

Dominicus Cohellius, & Petrus Iacobus Tanus Agentes prouinciales fuerunt deputati ad proſequendam litem, & cauſam in Camera Apoſtolica cõtra Barones; & ponitur informatio.50.122

Barones impedientes ſubditos ſuos recurrere ad ſupremum Principem, quam pœnam incurrant 50.141.

Reliqua de Baronibus vide in verb.Bulla Baronum, Communitas, in verb.Dominus, & in verb. Vniuerſitas.

Bellum.

Ob bellorum inſolitam atrocitatem omnibus notoriam, ceſſant immunitates aliàs conceſſæ. 28.176.

Bellum eſt perditio corporis, & animæ, & homines ad paupertatem perducit.36.21.

Beneficia.

Beneficia Eccleſiaſtica principaliter inſtituta ſunt ad opera pietatis.21.71.

Ad beneficia Eccleſiaſtica, & ad regimen bonorum Vniuerſitatum promoti quid agere debeant ratione iuramenti per eos præſtiti.25.15.

Beneuentum.

Beneuentum olim Maleuentum, propter horribilé, & peſtilentem ventum illuc è Dalmatia,e regione poſita, flantem, dictum fuit.9.20.

Huius nominis mutatio, quomodo, & quando facta.9.21.

Beneuentum a Longobardis Ducatus nomine decoratur. 9.22.

Beneuentum ſubeſt Eccleſiæ Romanæ ex donatione Pipini, & aliorum Principum.9 23.

Varias depopulationes,& excidia ſubſtinuit. n.24

Beneuentum eſt Ciuitas Metropolis apud Samnites, & habet ſub ſe xxiiij. Epiſcopos ſuffraganeos. 9. 25.

Beneuentum ratione Sedis Archiepiſcopalis dicitur conſtituere vnam Prouinciam. 9.27.

Birruarij.

Onus hoſpitandi,& ſubminiſtrandi vtenſilia birruarijs de Campania ſpectat ad Vniuerſitates.42.23

Bononia.

Bononia habet multa priuilegia, & multas prærogatiuas, & interpretatur, quaſi Bona ſuper omnia, Monarchiamque legalis ſtudij obtinet.9.3.

Bononia ſculpſit in numiſmate, Mater ſtudiorum, & quare. 9. 4.

Bononia eſt tutrix,& mater legentium, & penes infinitos Cardinales, & lumina Mundi genuit. 9.9.

Priuilegia ſtudij Bononienſis ſunt inſerta in corpore iuris, & ideo non comprehenduntur ſub generalitate. 9.11.

Bononia eſt Ciuitas Regia, quia fuit ædificata a Theodoſio Imperatore iuſſu B. Ambroſij, & ideo habet excuſationé ab omnibus muneribus. 9.13.

Bononia hodie eſt Ciuitas Papalis, non autem Regia, quia Sedi Apoſtolicæ ſubeſt.9.14.

Bononia ſita eſt in cofinio Prouinciæ Lombardiæ, Romandiolæ, Marchiæ Treuiſanæ, & Aetruriæ. 9.15.

Bononienſes ciues ſunt praferendi ciuibus multarũ Ciuitatum non habentium priuilegia, quæ habet Bononia. 9.16.

Ciues medij Bononienſes ſunt præferendi maximis alicuius paruæ Ciuitatis. 9.19.

Bonitas.

A communi Bono omnibus profuturo nemo debet excuſari, & quare.28.80.

Bonus vir ita iuſtitiam, & æquitatem colat, vt in re aliena id agat, quod in re propria præſtaret. 34. 31. a.3.

Bos.

Boues, & alia inſtrumenta aratoria an pro collectis pignorari poſſint; multi multa dicunt; & quid in Statu Eccleſiaſtico.35.148.

Colonus non poteſt ſponte offerre exactoribus collectarum boues, & inſtrumenta aratoria; & quare. 35.149.

Boues aratorij an teneantur ad pœnas pro damnis datis. 42.33.

Mortuo boue a teſtatore legato, neque caro, neque corium debetur.47.109.

Vendita vacca, venit etiam vitulus, qui eſt in ventre, imò etiam natus,dummodo non paſcat herbas. 59.66.

Brauium.

Brauium cui dandum ſit, quando cognoſci recte nequeat, quis equorum ad metam peruenerit. 40.71.

Nouus curſus dicitur,ſi aliquid addatur,vel minuatur in brauio.40.72.

Locus gratificationi eſſe non poteſt in curſu publico, & quare.40.73.

Brauium debetur illi, qui probat ſe primum perueniſſe ad metam, & ſi nemo hoc probat, nemini debetur.40.75.

Curſus publicus iterandus propter incertitudinem, an omnes debeant iteratò currere, vel tantùm illi, inter quos orta eſt dubitatio, quis eorum fuerit primus. 40.76.

Pluribus currentibus, ſi vnus cadat ex equo, equus tamen perueniat primus ad metam, an habere debeat brauium.40.77.

Qui doloſè præſtat impedimentum curſui publico, puniendus eſt, imò etiam quandoque ſine dolo,ſi contrafecerit bannimentis, & ordinationibus. 40. 78.

Bulla.

Bullæ Clemẽtinæ ſuper Bono Regimine, diuiſio.1.4

Bullæ ſuper Bono Regimine quis fuerit author. 1. 5.

Bulla ſuper Bono Regimine ad laicos dirigitur, & negocia ſecularia continet. 2.17.
Bulla Clementina ſuper Bono Regimine eſt fauorabilis. 7.11
Bulla, & Congregatio Boni Regiminis quare fuerit inſtituta.11.12.
Bulla Boni Regiminis non ligantur Vniuerſitates mediatè ſubiectæ S.Sedi Apoſtolicæ, niſi ſe voluntariè ſubiecerint.11.13.14.& 16.
Bulla Baronum eſt generaliter intelligenda, & quare.16.62.
Bulla baronum comprehendit nedum maiores, ſed etiam minores, pupillos, mulieres, ac etiam S.R.E.Cardinales, Camera Apoſtolica tantùm excepta.16.63.
Bulla baronum dicitur realis, quia principaliter diſponit circa rem, & circa materiam, in qua minores, & alij non ſunt priuilegiati.16.64.
Bulla baronum comprehendit nedum caſus futuros, ſed etiam præteritos, & ante bullam; derogat regulæ de iure quæſito non tollendo.16.65.
Amplia comprehendere etiam ſucceſſores ex quocumque titulo in bonis baronum, & exequitur mandata relaxata nedum in vita debitorum, ſed etiam poſt eorum mortem.n.66.
Amplia ſecundó, comprehendere etiam barones, qui Caſtra, & loca iuriſdictionalia vendiderunt, & quare.n.67.
Bulla baronum licet loquatur de venditione bonorum iuriſdictionalium, non excludit, imò comprehendit etiam alia bona, in quibus nulla cadit iuriſdictio.16.71.
Bulla Pij IV.declaratur ſuper applicatione pœnarũ maleficiorum.14.129.
Bullæ Summorum Pontificum contra bannitos, & facinoroſos, illoſque receptantes, &c. quomodo ſunt intelligendæ.29.13.
Bulla carens inſcriptione, ſeruus ſeruorum Dei, eſt ſuſpecta de falſo.3.8.& 15.
Reliqua de Bulla vide in verb.Conſtitutiones.

Burgus.

Burgus quid ſit.8.28.& 33.
In burgis Romanis adeſt particularis Gubernator, & multas habet facultates, ac priuilegia.8.34.
In burgis habitatores dicuntur habitare in Ciuitate.8.35.
Burgi aliquando appellantur Pomœria, & horum idem eſt iudicium, 8.36.

C

Calabria.

PRouincia Calabriæ anno 1638. quaſſationem, & terræ motus adeo vehementes ſenſit, vt quadraginta, & vltra loca muris circundata euerſa fuerint.42.91.

Calculator.

Calculatores antequam incipiant calculare, indiſtinctè iurare debent; declara tamen vt hic.16.78
Calculator poteſt eſſe quilibet de mundo, etiam minor, & infamis.34.1.2.25.
Calculatores tribus modis eliguntur; & quæ ſit inter hos differentia.34.2.2,25.
Calculator electus a iudice poteſt cogi, & carcerari, ſi recuſet calculare.34.3.2.25,

Camera Apoſtolica.

Camera Apoſtolica hodie exigit onera cameralia a Communitatibus ratione concordiæ initæ anno 1543.ſedente Paulo III.12.22.
Signatura Iuſtitiæ non reſcribit in cauſis cameralibus, & ipſamet Camera cognoſcit, an cauſa ſit cameralis. 15.31.
Cameræ Apoſtolicæ Collegium cur feſtum S. Laurentij colat.16.2.
Eugenius Papa IV. multa de Cameræ Apoſtolicæ Tribunali edidit.16.3.
Iacula Cameralium prius feriunt, quàm præuideri valeant.34.10.2.11.
Reliqua de Camera, & de Clericis Cameræ, vide in verb.Cardinalis Camerarius.

Campana.

Campanæ, vel tubæ ſonus ſi non audiatur, an arctet nihilominus Decuriones ad acceſſum in loco ſolito.31.129.
Campanæ benedictæ in turribus Eccleſiæ exiſtentes an poſſint pulſari pro conſilijs laicorũ.31.130

Cancellariæ.

Conducentes Cancellarias ciuiles, ſeu criminales ab Vniuerſitatibus, quas habere debeant qualitates.46.48.

Canon.

Canon quid ſit, quidue canonica illatio, & qui ad illam teneantur.18.40.
Canon in Eccleſiaſtica ditione dici poſſunt ſubſidiũ triennale, & alia onera cameralia, & quare.18.41

Capitulum

Capitulum quomodo ſit citandũ remiſſiuè.34.10.2.4

Carcer, Carcerati.

A Captura pro debitis publicis, ſeu fiſcalibus poteſt incipi. 18.29.
Carceratis alimenta dare chriſtiana pietas impulit, ſiquidem quia non pauiſti, occidiſti, ex D. Auguſtino.39.22.
Opinio Deciani circa alimenta carceratis danda. 39.23.
Carcerati pauperes pro cauſa ciuili a ſuis creditoribus, ad quorum inſtantiam detinentur, alendi ſunt.39.24.
Amplia, teneri etiam ad medicamenta, & ſi recuſent, relaxandi ſunt a carceribus cum cautione de ſe repræſentando.ibid.
Amplia ſecundo, etiam in carceratis non pauperibus, dummodo ſint infirmi.ibid.
Amplia tertiò, ſi adſit pertinacia creditoris recuſantis dare alimenta.Ibid.
Et quandocumque creditor voluerit dare alimẽta, poterit cogere debitorẽ redire ad carcerẽ.ibid.
Conſideranda tamen eſt in præmiſſis calumnia debitoris, paupertas creditoris, & an aliam dilationem habuerit ipſe debitor, quæ arbitrio iudicis relinquatur. ibid.
Facultates dominorum Viſitatorum carcerum in Vrbe extenduntur etiam ad totum Statum eccleſiaſticum.39.25.
Carcerati, diebus Paſchatis, & Natiuitatis Domini a carceribus ſunt relaxandi.39.26.
Communitates an teneantur ſubminiſtrare alimenta carceratis ad earum inſtantiam; & negatiuè videtur dicendum.39.27.
Alimenta non ſunt præſtanda debitori carcerato,

quando ex delicto, vel alia culpa fuit illi denegata ceſſio bonorum. 39. 28.
Extende etiam ad eos, quibus alimenta ſubminiſtrantur a Confraternitatibus, & locis pijs. n. 29
Captura delinquentium in aliquo territorio, cuius impenſa ſit facienda. 42. 12.

Cardinales.

Sanctus Laurentius anno 257. Sixto Papa II. ſedente Archidiaconus Romanæ Eccleſiæ fuit. 15. 4.
Sanctus Laurentius fuit Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. 15. 5.
Aegidius Cardinalis Albernotius inhærendo facultatibus ſibi a Papa conceſſis, multas leges, & ſanctiones temprale gubernium reſpicientes edidit, quæ hodie ſeruantur. 2. 36.
Guido Biſentius Regulus Vrbeuetanus fuit S. R. E. Cardinalis Archidiaconus, & Honorio III. inſignia Pontificia Peruſiæ contulit. 15. 57.
Eminentiſſimus D. Card. Laurentius Magalottus Florentinus debitis laudibus cumulatur. 21. 19.
Cardinalis expreſsè, vel tacitè rebellans a Papa poteſt impunè occidi. 14. 47.
Cardinalatus dignitatem obtinere non poteſt, qui clericali charactere inſignitus non eſt, & per annum ſaltem habitum, & tonſuram Eccleſiaſticam non geſtauit. 16. 37.
Cardinales cum ſint partes corporis Papæ non ligantur Conſtitutionibus papalibus. 16. 81.
Cardinales repræſentant Magiſtratum illum, qui ante oculos poſitus, veram reuerentiam, liberalemque pudorem gignit. 34. 7. a. 7.
Immunitas conceſſa Eminentiſſimis, & Reu. Dominis S. R. E. Cardinalibus a ſolutione collectarum quomodo ſit intelligenda. 50. 159. & n. 162.
Cardinales S. R. E. ſunt partes corporis Papæ, & ideo multa debent habere priuilegia. 50. 160.
Offendens Cardinalem incidit in pœnam læſæ maieſtatis. 50. 161.

Cardinalis Vicecancellarius.

Cardinalis Vicecancellarius etiam Quæſtor dici poteſt. 16. 12.

Cardinalis Camerarius.

Cardinalis Camerarius, & Clerici Cameræ non poſſunt ad cuiuſuis inſtantiam cōcedere repræſalias, etiam pro debitis fiſcalibus, niſi de mandato Papæ. 12. 66.
Camerarij dignitas ſecunda eſt in Vrbe poſt Papam; prima enim penès Vicecancellarium eſt; tertia verò Summi Pœnitentiarij dicitur. 15. 1.
Camerarius vnde, & qua ratione ſic fuerit appellatus. 15. 2.
Camerarius ante Gregorium VII. anno ſalutis 1073 Archidiaconus dicebatur. 15. 3.
Camerarij dignitas Cardinalatui annexa reperitur annis hinc 431. 15. 6.
Camerarij munus, & officium quale fuerit, & cur etiam mortuo Papa non expiret. 15. 7.
Camerarius hodie non habet amplius curam eleemoſynarum, & quare. 15. 9.
Camerarius totius Vrbis gubernium olim habebat. 15. 10.
Camerarius hodie recipit iuramenta a Prælatis ad gubernia miſſis. 15. 13.
Camerarius eſt caput ſupremi Tribunalis Cameræ Apoſt. eiuſque nomine reſolutiones fiunt. 15. 14.
Camerarius in vigilia SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli in plena Camera reſidet feudatarios requirit, & cenſus, ac feuda recipit. 15. 15.
Contra piratas, & nous pedagia imponentes procedit, & arma ad Saracenos deferentes punit; & hanc facultatem cumulatiue habet cum Auditore Cameræ. n. 16.
Omnes cauſas intereſſe Cameræ concernentes ſummarie cognoſcit. n. 17.
Ad ornandam Vrbem, eiuſque deformitatem tollendam cum magiſtris viarum procedit. n. 18.
Camerarius cognoſcit cauſas dohanarum, gabellarum, & illarum conductorum. 15. 22.
Camerarij, & Clericorum Cameræ facultates, & priuilegia confirmauit Leo Papa X. 15. 23.
Camerarius compellere poteſt Officiales Vrbis, & Eccleſiaſticæ ditionis ad obediendum mandatis ſuis in concernentibus tamen officium ipſius Camerarij. 15. 25.
Camerarius, & Clerici auocant cauſas concernentes intereſſe Cameræ a quibuſcumque Iudicibus & Tribunalibus, etiā S. R. E. Cardinalibus, abſque alio Papæ mandato cum facultate inhibendi. 15. 29.
Limita, ſi adſit Commiſſio Papę cum derogatione Conſtitutionis *Pij IV.* n. 30.
Camerarius eſt executor priuilegij *conceſſi a Clemente* VIII. Vniuerſitati hebræorum circa penſiones domorum. 15. 32.
Camerarius cognoſcit venditiones pignorum hebræorum, & fructuum priuatiuè quoad omnes. 15. 33.
Licentias tamen fœnerandi, medendi, duas vxores habendi, nummulariam exercendi hebræis concedere non poteſt. n. 34.
Monetas reprobatas ad Vrbem deferri, non cōcedit. n. 35.
A conceſſione moratoriarum, ſiue dilationum contra prohibitiones Summorum Pontificum abſtinere debet. n. 36.
Saluos conductos ad impediendas executiones mandatorum aliorum iudicum non concedit; & quid ſi Nautis concedatur. n. 37.
Tractas annonam, vel graſciam reſpicientes, niſi ſub certa lege concedere non poteſt. n. 38.
Licentias emendi frumenta, illaque in ſolutum recipiendi non concedit Camerarius. 15. 40.
Indulta, ne quis teneatur in ſolidum ſoluta rata ſibi tangente, niſi ad fauorem cōducentium graſciam ad Vrbem, concedere non debet. n. 41.
Pœnas ſtatutarias ad fauorem certarum perſonarum alterare non poteſt. n. 42.
Licentias vendendi ſtabilia, ſiue accipiendi pecunias ad cenſum, faciendi nundinas, & mercata Vniuerſitatibus ne concedat. n. 43.
Camerarij officium, & iuriſdictio, Sede vacante circa quæ verſetur. 15. 46.
Camerarius cum alijs tribus Cardinalibus, quos Ordinum Capita dicunt, alios Cardinales conuocandi facultatem habent. 15. 48.
Camerarius ordinariam iuriſdictionem, quam habet viuente Papa, retinet etiam Sede vacante. 15. 49.
Camerarius quid agat cum alijs Clericis in adminiſtratione rerum, & bonorum cameralium. 15. 50.

Cardi-

Cardinales ingerere ſe in officio Camerarij non debent, etiam vacante Sede, nec tenetur illis obedire, præterquam in certis caſibus.15.51.
Camerarius erogando pecunias Cameræ de mandato Cardinalium tenetur ad reſtitutionem arbitrio Pontificis futuri.15.52.
Cardinales non poſſunt aliquem Camerario adiungere, niſi manifeſta neceſſitas exigat.15.53.
Camerarius eſt iudex ordinarius, eiuſque Tribunal eſt maius Auditorio Rotæ.15.54.
Inhibitiones tamen huius Tribunalis ad impediendam exactionem creditorum Vniuerſitatum non attenduntur.n.55.
Cencius Sabelius fuit Camerarius inſignis, & celeberrimus, poſtea S.R.E.Cardinalis, demum B.Petri Succeſſor Honorij, III.nomine.15.56.
Camerarius Cardinalis, & Theſaurarius generalis videntur ſubrogati in locum Duumuirum publico Aerario ab Octauiano Cæſare inſtitutorum. 16.73.
Camerarius Cardinalis quia maioribus detinetur negocijs, aſſiſtendo Summo Pontifici in adminiſtratione vniuerſalis Eccleſiæ, ideo multa Theſaurario generali in rebus cameralibus permittit.16.74.
Camerarius Cardinalis eximitur a prohibitione, & pœna, de qua cap. 16.n.80.
Cardinalis Camerarij aſſertioni quando ſit ſtandum. poſt.n.77.42.

Caſtrum.

Caſtrum ad hoc vt fiat Ciuitas, requiritur auctoritas Principis.8.7.
Caſtrum Plebis in Aetruria creatum fuit Ciuitas a Clemente Octauo.8.8.
Caſtrum quid ſit, & an vendito Caſtro, cenſeatur vendita eius iuriſdictio.8.28.& 30.
Caſtra, ſeu Oppida plura ſi ſimul vniantur, quid ſeruandum erit in iuribus cuiuſque ipſorũ. 8.61.
Caſtra, & Comitatus ſubijciuntur ſtatutis Ciuitatis dominantis, ſed non è contra.10.43.& n.46.
Decisra tamen concluſionem.n.44.
Caſtro diruto, non debetur amplius cenſus, licèt remaneat territorium ipſius Caſtri.48.33.
Reliqua de Caſtris vide in verbo Ciuitas, in verbo Villa.

Caſus fortuitus.

Dominus non tenetur ad refectionem damni caſu fortuito occurſi.33.78.
Naufragium, & ſpoliatio a latronibus inter caſus fortuitos numerantur.33.79.
Caſus fortuiti quinam ſint, vide remiſſiuè.42.29.
Factum Principis dicitur caſus fortuitus.48.18.
Caſus fortuitus nunquam cadit damno conductoris, niſi expreſsè ſit dictum, nec ſufficit, ſi facta ſit illius mentio.48.19.
Suſcipiens in ſe caſus fortuitos non tenetur, quando ſunt valde inſoliti.48.20.
Amplia, etiamſi in inſtrumento interueniat iuramentum.n.21.

Cavalcatæ.

Cavalcatæ prohibentur, nedum ex diſpoſitione iuris communis, ſed etiam ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum, & bannimentis generalibus. 24.73.
Cavalcatæ, & adunantiæ neque etiam ad bonum finem hodie ſunt faciendæ, ne tumultus commoueantur.24.75.
Declara, vt n.78.
Reliqua de Caualcatis, vide in verb. banniti.

Cauſa finalis.

Cauſa finalis ex proœmio regulariter deſumitur. 4.20.

Cautio.

Coactus ad acceptandum officium publicum, non tamen liberatur a præſtandis ſolitis cautionibus in fauorem Reipublicæ.24.8.
Prætoriæ ſtipulationes ſæpius interponuntur, quando ſine culpa ſtipulantis deſinit eſſe cautum. 49.20.
Depoſitarius an dicatur idoneè cauiſſe, ſi dedit pignora, ſeu argentum, vel aurum depoſuit loco cautionis.49.21.
Obligans ſe ipſum cum hipotheca omnium bonorum, an dicatur idonee cauiſſe.49.22.
Arbitrio iudicis relictum eſt, quando quis dicatur idoneè cauiſſe.49.23.

Cenſus.

Fructus cenſuum non taxantur in Bulla Pij V. ſed pro Communitatibus taxantur a Clem. Octauo ad rationem 7.pro centenario; & datur interpretatio huius Bullæ circa cenſus ante ipſam creatos.28.6.
Fructus annui cenſus non reperiuntur in iure taxati.32.71.
Fallit in Vniuerſitatibus Ditionis Eccleſiaſticę, ad quarum fauorem fructus cenſus ſunt taxati ad ſeptem pro centenario per Bullam Clemet. VIII.
Hæc Bulla diſponit etiam quoad cenſus in futurũ imponendos.n.72.
Cenſus iuxta formam Bullæ Pij V. quomodo ſint imponendi.35.101.
Emptor cenſus an, & quando teneatur ad collectas. 35.102.
Poſſidentes annuos cenſus dicuntur poſſidere bona immobilia.35.103.
Cenſus impoſiti ſuper bonis in agro Vrbeuetano ſitis, ſi contractus ſint celebrati Romæ, & ibi conuenta ſolutio facienda, iudicandi ſunt vti de bonis Romæ exiſtentibus.35.100.
Cenſus impoſitus ſuper duobus fundis exiſtentibus diuerſis in locis, an pro tali impoſitione ſoluenda ſit gabella vni tantùm, vel duobus gabellarijs. 47.89.
Quid ſi talis impoſitio ſuper duobus fundis, & alter illorum ſit immunis, vtrum talis immunitas extendatur ad totum cenſum.n.90.
Cenſus non poteſt conſtitui ſuper Vniuerſitate bonorum, ſed eſt conſtituendus ſuper re certa, & determinata.48.39.
Remiſſio facienda eſt venditori cenſus, non obſtante pacto de illa non petenda.48.40.
Fundo cenſuato reddito infrugifero, ſi poſtea redeat frugiferus, non tamen reuiuiſcit cenſus.48.41.
Cenſus impoſitus ſuper molendino, quod pereat, ſi reædificetur, non reuiuiſcit.48.42.
Fundus cenſus ſi pro parte reddatur infrugiferus, pro parte etiam ſit remiſſio.48.43.
Declara, niſi pars, quæ remanet, ſit capax impoſiti oneris.n.44.
Declara ſecundò, ſi cenſus ſit impoſitus ſuper

duobus

duobus fundis,quorũ alter pereat, ſed qui remanet,ſit capax,vt non fiat remiſſio.n.45.

Ceſsio.

Cedens bonis non tenetur amplius ad collectas, & quare,& quomodo procedat hæc concluſio.35.2

Caſus contingens nomini ceſſo non pertinet ad cedentem, quando ceſſionarius ſciebat qualitatem ipſius nominis.48.27.

Exemptio quædam competit cedenti, quæ non competit ceſſionario.50.58.

Charitas.

Ex charitate velut ex arbore multæ virtutes generantur, multique boni producuntur effectus. 45.8.

CHRISTVS. Chriſtiani.

Chriſtus Dominus vbi non eſt, nullum ibi boni operis fundamentum eſt.1.21

Chriſtiani in primitiua Eccleſia dicebantur iudæi, & quare.31.34.

Cibaria.& Epulæ.

Bulla Boni Regiminis prohibet cibaria,& commeſſationes:non tamen ordinarias Magiſtratibus aſſignatas,ſed extraordinarias.37.1.

Commeſſationes neceſſario ſunt aſſignandæ Magiſtratibus,& quare,& quo loco.37.2.

Commeſſationes Collegijs artificum in Gallia prohibitæ,& quare.37.3.

Amplia hoc magis prohibẽdum in Collegijs, ſeu Congregationibus pro Religione inſtitutis, ſi tamen modum excedant.n.4.

Vniuerſitatibus non eſt permiſſum cibaria miniſtrare pauperibus in proceſſionibus anno iubilęi, vel ſimilibus caſibus.37.5.

Limita,quando adeſſet longa conſuetudo in cõtrarium approbata.n.6.

Expenſæ,quæ cibariorum cauſa fiunt, taxandæ sũt, & in Tabella adnotandæ.37.6.

Ex nimia ingurgitatione fetet os.37.9.

Sobrietas quis ſit ex Cicerone,& Ariſtotele.37.12

Legatum factum Vniuerſitati pro epulo miniſtrando,vtrum valeat, & quando applicetur Fabricæ S.Petri.37.23.

Citatio.

Citatio, Edictum, & Conſtitutio in quo differant. 11.22.

Citatio non requiritur in extractione ſcripturæ ex Archiuio facienda.17.29.

Declara concluſionem vt n.30.

Citatio contra Syndicum an ſufficiat agere volenti contra Vniuerſitatem.24.21.

Citatio requiritur in vnoquoque actu præiudiciali. 29.23.

Quæ requirantur in citatione, ad hoc vt per eam dicatur introducta litis pendentia.43.13.

Citatio incerta ratione loci eſt nulla.43.14.

Citatus non tenetur accedere ad locum non tutum neque in diem feriatam.43.15.

Citatio exequuta die feriata de iure canonico trãſfertur in diem non feriatam.43.16.

Præſides Vniuerſitatum quomodo citentur, & quid ſi ciues claudant portas.34.22.2.4.

Citatio per proclama vbi permittitur,multò magis permittenda eſt per edictum.34.23.2.4.

Solemnitates in citandis Vniuerſitatibus quoad vſq; ſint neceſſariæ.34.27.2.4.

Citatio prima exequenda eſt contra principalem, deinde contra procuratorem.34.28.2.4.

Quilibet citatus in partibus tenetur conſtituere procuratorem in curia, aliàs proceditur in contumacia.34.29.2.4.

Citationes in partibus quomodo exequantur de ſtylo Auditoris Cameræ.34.30.2.4.

Citatio, ſeu monitorium exequendum eſt contra Vniuerſitates,ad hoc vt iudicium contra eas motum ſuſtineatur.34.35.2.4.

Citatio licet nulliter exequuta,& inualida per comparitionem citati validatur.43.17

Limita,quando citatus ex alia cauſa eſſet in iudicio. nu.18.

Actor non reportans citationem in actis tempore debito,cenſetur renunciare inſtantiæ.43.19.

Ciuitas. Ciuis.

Ciuitas quid ſit.8.1.

Ciuitas hodie proprie dicitur, quæ habet Epiſcopũ. 8.2.

Ciuitas in tres partes diuiditur; & quid ſub eius appellatione contineatur.8.3.

Ciuitatum tria ſunt genera,minores,maiores,& maximæ.8.10.

Ciuitas,Vrbs,Municipium idem important.8.17.

Ciuitates poſſunt præſcribere merum, & mixtum imperium,& multò fortius acquirere,precio interueniente.8.13.& n.68.

Ciuitates magnæ quæ dicantur.8.15.

Ciuitatis magnæ,& paruæ qualitas non mutat prærogatiuam Regis.8.16.

Ciuitates habentes Archiepiſcopum dicuntur Metropolitanæ.8.20.

Ciuitates minores quæ dicantur.8.21.

Ciuitates minores differunt inter ſe, quia nonnullæ habent iuriſdictionem.8.22.

Ciuitates regulariter non poſſunt confiſcare bona; cum hoc ſit meri imperij.8.23.

Ciuitas inſignis dicitur arbitrio Iudicis. 8.24.

Ciuitatum diſtinctio in maximas, magnas, & paruas antiquitus etiam aderat, & ante aſſignationẽ Epiſcoporum,ſeu Archiepiſcoporum.8.35.

Ciuitas denuò cõſtruenda quas habere debeat qualitates.8.26.

Ciuitatum continentiæ, & ſuburbia dicuntur arbitrio iudicis.8.42.

Ciuitas quomodo, & quibus circumſtantijs conſtruenda ſit.8.59.62.

Ciuitas, ſeu Caſtrum diminutum quomodo reparãdum,& farciendum.8.60.

Ciuitates, & Caſtra ædificari non poſſunt ad æmulationem.8.63.

Ciuitatis,& Caſtri nomine non comprehenduntur Vniuerſitates.8.64.

Ciuitas,& Oppidum non poteſt vendi,ſeu alienari a domino,inuitis ſubditis & vaſallis.8.65.

Ciuitas,vel Oppidum nõ poteſt in præiudicium ſui Superioris alium ſibi ſuperiorem eligere.8.66.

Ciuitas ſubiecta an,quomodo, & quanto tempore poſſit acquirere,& præſcribere libertatem,& merum,ac mixtum imperium contra ſuperiorem. 8.68.

Ciuitatis appellatione an comprehendatur eius territorium.10.1.

Ciuitatis appellatione veniunt ſuburbia,& comitatus

tus in gratioſis, & fauorabilibus, ſecus autem in pœnalibus,& in contractibus. 10.4.
Ciuitas propriè loquendo eſt illa, quæ muris cingitur. 10.5.
Declara hoc verum,quando ciuitas ponitur pro loco.ibid.
Ciuitas ſi ponatur pro populo,non ſolū comprehendit ciues intra muros exiſtentes, ſed etiam comitatiuos. 10.6.
Ciuitas ſi patiatur incommoda,& ſumptus, debet etiam concurrere comitatus. 10.11.
Ciuitas non excommunicatur, ſed interdicitur. 10.29.
Ciuitate interdicta,miſſæ, & diuina officia celebrātur in Eccleſijs ianuis clauſis, & hoc extenditur ad Suburbia. 10.30.
Ciuitate condemnata, intelligitur condemnatus comitatus,ſed non è contra. 10.40.
Ciuitatis appellatione comprehenſum eſt mare, & portus illi adiacens. 10.51.
Ciuitates etiam priuilegiatæ non habent ius confiſcandi. 10.66.
Ciuitates, & Oppida multa antiquis temporibus florentia hodie depreſſa iacent,& quare. 12.13.
Ciuitates habentes poteſtatem legis condendæ tenent locum Principis, & tantum poſſunt in ſua Republica,quantum Imperator in Imperio. 12.25
Ciuitas negligens, ſeu recuſans iuſtitiam facere,efficitur debitrix illius, qui iuſtitiam poſtulat, & ideo homines illius capi poſſunt. 12.45.
Ciuitas tenetur defendere ſuum ciuem; intereſt enim ciuitati ſuos ciues eſſe locupletes. 12.84.
Ciuitas in neceſſitate poſita ad euitandas repræſſalias poteſt cogere ſuos ciues ad mutuandum ſibi pecuniam quouſque exigatur collecta. 12.92
Ciuitates poſſunt tollere ius alteri quæſitum per ſtatutum generale,non autem per ſtatutum particulare, ſeu ſpeciale committendo cauſam ad arbitrium alterius. 13.38.
Ciuitas, ſiue Vniuerſitas quando dicatur in hæreſim lapſa. 14.28.
Ciuitas in hæreſim lapſa nedum ipſa punitur deuaſtatione,& igne,ſed etiam ipſius ciues, & ſingulares perſonæ. 14.29.
Ciuitas rebellis poterit deprædari, & deuaſtari ab omnibus, prius quàm illi inferatur aratrum. 14.34.
Ciuitas ſi aratrum paſſa eſt,deſinit eſſe ciuitas. 14.36
Amplia,vt ſemel amiſſa iura ciuitatis, illa non recuperet in præiudicium tertij.n.37.
In ſimilibus pęnis Principes mitius agere ſolent, & quare.n.38.
Ciuitas,ſiue Vniuerſitas,quæ curauit,vel conſilium, vel auxilium dedit, vt Cardinalis interficiatur, crimen læſæ maieſtatis incurrit. 14.41.
Et quibus puniatur pœnis ob huiuſmodi delictū. vide n.42.
Ciuitas occidens Cardinalem,ſiue ſuum Epiſcopum præter alias pęnas priuatur in perpetuum Epiſcopo,etiam Interdicitur. 14.43.
Ciuitas, quæ auſa fuit impedire electionem Romani Pontificis,non longè eſt a crimine læſæ maieſtatis,& qua pœna puniantur, tam ipſa, quā eius Rectores,& Officiales. 14.48.
Ciuitas, ſiue Vniuerſitas læſæ maieſtatis crimen admittens poteſt a Principe condemnari ſine citatione. 14.49.
Ciuitas, vel Vniuerſitas reſiſtens Officialibus Principis negando illi obedire, poterit illi bellum indici,vti rebelli. 14.52.
Declara hanc concluſionem,vt n.53.
Ciuitas,ſiue Vniuerſitas an poſſit pœnas remittere, & quibus caſibus. 14.125.
Ciuitas, ſeu caſtrum non eſt adeo munitum, quod expugnari non valeat, ſi ingredi poſſit aſellus auro onuſtus. 18.3.
Ciuitates,& loca recognoſcentes ſuperiorem regularitèr non habent fiſcum, nec ſuccedunt in bonis vacantibus. 18.10.
Ciuitas non dicitur perfecta ſine pauperibus. 21.13.
Ciuitates non habentes, nec inuenientes pecunias pro ſubleuanda annona, quid agere debeant, & poſſint. 21.16.
Ciuitas cogere poteſt ſuos ciues ad vendendum frumentum ſoluto iuſto pretio; & quodnam dicatur iuſtum pretium. 21.17.
Quid actum ſit anno 1621. in Statu Eccleſiaſtico ad ſubleuandam annonam.n.18.
Ciuitas tenetur indemnes conſeruare particulares perſonas,quæ pro ipſa ſoluerunt, vel ex publico ærario,ſi extet,vel per collectam imponendam 24.31.
Læditur ciuitas, dum a ſuis ciuibus deſeritur. 31.104.
Ciuitas non poteſt mittere Legatos, & Oratores ad Principes exteros ſine licentia Principis naturalis. 33.76.
Ciuitas an, & quando teneatur ſarcire damnum paſſum Legatis,ſi in itinere ſpoliati fuerint. 33.77
Literæ continentes publicam lætitiam non ſunt dirigendæ ciuitatibus per homines cupidos, & voraces,& quare. 36.20.
Homines non fiunt illuſtres ex ciuitatibus,ſed è cōtra per viros bonos,& artibus præſtantes horum Patriæ nobilitantur. 36.26.
Ciuitates,& Vniuerſitates ſub tutela Dei, & Angelorum exiſtunt, quod veritatem ethnici quoque cognouerunt. 41.6.
Pro ſalute ciuitatum,& Vniuerſitatum orandum eſt, & dandæ ſunt eleemoſynæ. 41.7.
Ciuitas vna non poteſt imponere legem rebus alterius ciuitatis. 50.263.
Reliqua de ciuitate vide in verbo Vniuerſitas.
Ciuium malorum petulantia legibus, & edictis Principum retundi debet. 4.17.
Ciuis non deſinit eſſe,qui naſcitur in vico. 8.5.
Ciuitas quomodo efficiatur. 8.6.
Ciuem mediocrē vnius nobilis ciuitatis melius eſt eſſe, quàm maiorem vnius mediocris ciuitatis. 9.17.
Ciuium appellatione veniunt non ſolùm illi de comitatu,ſed etiam qui ſunt de territorio. 10.7.
Ciuibus condemnatis,cenſentur condemnati etiam comitatenſes, niſi aliud appareat ex verborum diſpoſitione. 10.12.
Natus in Villa propriè ciuis non eſt. 10.13.
Ciuis morboſus,& ſcandaloſus poteſt expelli a ciuitate, & a Suburbio propter identitatem rationis. 10.23.
Ciues non veniunt appellatione comitatiuorū. 10.36

Ciues, qui ſunt in ciuitate, non comprehenduntur appellatione eorum, qui ſunt in Diœceſi. 10.37.
Ciues non dicuntur, niſi illi, qui ſunt de ciuitate, nó autem de caſtris. 10.38.
Ciues quando ſub pœna repræſaliarum obligari poſſint. 12.65.
Ciues, & incolæ occupando poſſeſſionem alterius ſub nomine Vniuerſitatis grauitèr delinquunt. 14.70.
Amplia, ſi violentèr, & armati hoc egerint, & vt dicitur, per caualcatam. n.72.
Ciues conuocati ad conſilium ſub certa pœna, an illi, qui non venerint excuſentur, ſi ad conſilium venerit maior pars, a qua publica negocia expleri potuerunt. 14.126.
Ciues cupiditates ſuas explere ſatagentes, Aerariũ publicum exhauriunt, & multa inferunt Reipub. damna. 19.26.
Ciues boni quandoque recuſant munera publica adminiſtrare, ne perditorum rete illaqueantur. 19.27.
Ciues boni cogendi ſunt ad acceptandum munera publica, & de facto contra eos in hoc proceditur. 19.28.
Amplia, etiamſi quis data opera debitum contraxit cum Vniuerſitate. n.20.
Amplia ſecundò, cogi etiam poſſe ad exercendum officium Depoſitarij, vel Exactoris. n.30.
Admiſſi ad munera publica, nempe prioratus, gaudere debent priuilegijs aliorum ciuium tam ipſi, quàm ſucceſſores. 19.35.
Priuilegium ciuilitatis tranſit ad filios, etiam nulla facta de eis mentione. 19.36.
Ciuis, qui habita notitia de taxa, ante illius publicationem cariùs vendidit frumentum, venditio reſcinditur tãquam facta in fraudem taxæ. 21.59
Ciues coacti mutuare pecunias Montibus pietatis poſſunt aliquod honeſtum lucrum petere, licèt aliqui contrarium dicant. 22.41.
Conciliantur inter ſe contrariæ opiniones ope diſtinctionis perſonarum mutuantium. n.42.
Ciuis ſuſcipiens defenſionem iurium ſuæ Vniuerſitatis pater patriæ appellandus eſt. 26.21.
Amplia, eſſe tam ipſum, quàm ſucceſſores eius perpetuæ ciuium memoriæ commendandos. n.22
Amplia ſecundò, eſſe in honoribus, & prærogatiuis præferendos. n.23.
Ciues infideles, & qui contra publica commoda laborant, & machinantur, perpetua nota ſignandi, & ab honoribus vnà cum ſucceſſoribus arcendi ſunt. 26.24.
Ciuis, qui aſſumit munus defendendi patriam, cogere poteſt Vniuerſitatem ad ſubminiſtrandum litis expenſas; & redditur ratio. 26.25.
Ciues poſſunt aliquando ſeipſos conuocare ad bonũ finem. 28.28.
Ciues in platea aliquid ſtatuentes, non dicitur hoc factum in conſilio, & quare. 31.118
Limita tempore belli, pęſtis, vel alterius legitimi impedimenti. n.119.
Conſilium an poſſit conuocari in Eccleſia. 31.120.
Ciues quando, & quomodo cogi poſſint accedere ad molendina publica. 31.219.
Ciuium numerus magis ex nobilibus, quàm ignobilibus conſtare debet. 31.279.
Ciuis an repetat damnum paſſum culpa ſuæ Vniuerſitatis ab ipſa Vniuerſitate. 33 82.
Ciues poſſunt ſtatuere, vt eorum bona ſint ſemper hypothecata pro collectis. 35.26.
Ciuis emens prædia ruſticorum non tenetur ad collectas iuxta æſtimum ruſticorum. 35.36.
Declara poſitam concluſionem procedere in oneribus communitatiuis. n.37.
Ciuis nouiter creatus non tenetur ad collectas antiquas. 35.131.
Ciues cogi poſſunt ad colendum agros, plantandum vineas & olíueta, & quare. 42.31.
Mali ciues bona Vniuerſitatum appetunt. 43.2.
Filius ratione paternæ originis dicitur ciuis illius loci, in quo natus eſt pater, licèt ipſe filius alibi moretur. 50.204.

Clauſula.

Clauſula generalis appoſita in priuilegio, non ſufficit ad tollendum aliud priuilegium. 9.12.
Clauſula, motu proprio, & ex certa ſcientia, &c. in reſcripto Papæ non requirit aliquam derogationem. 42.55.
Clauſula, Quorum tenores, &c. virtualitèr continet omnia exprimenda, & illis derogat. 42.56.
Clauſulæ, quorum tenores, &c. effectus. 42. poſt num. 77.
Clauſulæ, ex certa ſcientia, &c. & *non obſtantibus*, &c. quid importent. 50.305.
Clauſulę, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, tollunt ſubreptionem. 48.67.
Clauſula, ſublata, quid operetur. 48.9.
Clauſula, ſublata, operatur, vt iudices inferiores non poſſint a ſe ipſis tollere legem ſuperioris. 49.48.
Clauſulæ, ex certa ſcientia, motu proprio, de plenitudine poteſtatis & quibuſcumque non obſtantibus, ſimul iunctæ operantur etiam in præiudiciũ cuiuſuis tertij. 28.85.
Iuriſdictio data cum clauſula, vt ſolus cognoſcat illa cęteris videtur adempta, & redditur ratio, cum exemplis. 42.63.
Clauſula, cuiuſcumque ſtatus, gradus, &c. comprehẽdit etiam Cardinales. 42.44.
Clauſula, di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione, comprehendit etiam Cardinales. 42.65.
Clauſula, ipſo facto, idem importat ac clauſula, ipſo iure. 29.1.
Clauſula ipſo iure, & ipſo facto, in contractibus quid operetur. 29.10. & 11.
Clauſula, non obſtantibus Statutis, non tollit ius cõmune, nec appellatione Statuti comprehenditur conſtitutio. 7.4.
Clauſula, non obſtantibus quibuſcumque exceptionibus, &c. non excludit caſus valde inſolitos, & inopinatos. 48.22.
Clauſula, ex nunc prout ex tunc, quid operetur. 29.17.
Clauſulæ, ſimplicitèr, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, quid importent. 44.36.
Clauſula, manu Regia, tollit ſolemnia, non autem ſubſtantialia iudicij. 44.37.
Clauſula, ſi, & in quantum poſſunt, poſita a Decurionibus in decretis Vniuerſitatum quid importet. 45.22.

Clericus.

Clerici ſæcularibus negocijs immiſcere ſe non debent.

debent.2.25.& cap.31.124.
Clerici an ſint eligendi ad Magiſtratus ſeculares,vide remiſſiuè.2.28.
Soluuntur obiecta.n.29.
Clerici non tenentur ad munera ſordida,nec ad hoſpites recipiendos,puta birruarios,vel alios Curię executores miſſos ad inquirendos, & capiendos exules,& bannitos.8.57.
Clerici vendentes frumentum pluſquàm laici, an peccent mortaliter, & ad reſtitutionem teneantur.21.69.
Clerici magis, quàm laici tenentur ad opera charitatis.21.70.
Vbicumque tractatur de generali vtilitate clericorum,& laicorum ſimul,& mixtim,clerici tenentur contribuere cum laicis,& hæc concluſio quomodo procedat.28.102.
A Iure Diuino deducunt aliqui clericos teneri ad reparationem murorum Ciuitatis tempore belli. 28.107.
Clerici,& Eccleſiaſtici non excuſantur a vigilijs, & cuſtodia murorum Ciuitatis; & hoc factum fuiſſe demonſtrant Hiſtorici.28.108.
Ad euitandas rapinas,incendia,captiuitates,& alia huiuſmodi, quæ non minus clericis,quàm laicis eſſe poſſunt nocumento, clerici tenentur contribuere.28.109.
Clericis imponi non poteſt tributum, & onus a laica poteſtate, niſi ſimul Pontificis conſenſus accedat;nec ſufficit ſolus cōſenſus Epiſcopi;& adducitur exemplum.28.113.
Quæ requirantur ad hoc, vt clerici taxari poſſint. 28.114.
Quando laicorum facultates non ſuppetunt, tunc collectantur clerici in ſubſidium, & vice verſa; declara tamen vt hic.28.115.
Neceſſitas reparationis requiritur,antequam taxentur clerici.28.118.
Clerici quibus in caſibus magis ratione mercedis,& contributionis,vt operarijs ſatisfiat, quàm titulo onerum collectentur.28.124.
Clerici tenentur ad taxam pro ſalario medici, & ſimilium impoſitam, quando illius opera vtantur. 28.125.
Declara,vt n.132.
Clerici coguntur ad ſolutionem taxæ ex vi directiua,non coactiua;& quare.28.126.
Clericorum immunitas in rebus politicis, ſaltem quoad bona iure humano introducta eſt ex Theologorum ſententia contra Canoniſtas.28.127.
Cauſa quælibet,licèt iuſta nunquam dat auctoritatem,& iuriſdictionem Principi ſeculari ſupra clericos.28.128.
Clerici non ſunt tradendi exactoribus laicis, ſed arbitrio Ordinarij.28.129.
Taxæ imponuntur pro manutentione Triremium, & in Statu Eccleſiaſtico ſoluuntur a clericis. 28. 131.
Auctoritas,& licentia Papæ in impoſitione taxarum clericis,firmat regulam, hoc non licere principibus ſecularibus. 28.132.
Clerici non tenentur concurrere in communi, ſeu publica tantùm vtilitate,vbi laicorum facultates ſuppetunt.28.140.
Clerici tenentur concurrere cum laicis in vtilitate particulari,& priuata Eccleſiarum, & laicorum ſimul,& mixta.28.141.
Clerici,& laici ſimul concurrere debent in expenſis quæ fiunt pro reparatione aggerum, fluminum, & maris,ob particularem,& priuatam vtilitatem 28.142.
Amplia in ſalario Saltuarij, ſeu Cuſtode agrorū. n.143.
Amplia 2.in expenſis pro capiendis vermibus,locuſtis,& bruchis.n.144.
Clerici non tenentur, nec cogi poſſunt ad hoſpitandum milites.28.171.
Clerici debent incedere ornatis veſtibus,non tamen ad iactantiam; ſæpe enim inter ignotos veſtis eſt cauſa honoris,quod Romæ pręſertim accidit.34. 28.a.5.
Clerici non debent eſſe miniſtri,& procuratores laicorum.34.4.a.6.
Clericus poteſt pro laico patrocinari in curia Eccleſiæ.34.5.a 6.
Clerici in Romana Curia patrocinantur in quocumque Tribunali,& quare.34.6.a.6.
Clericis permiſſum eſt patrocinari coram iudice laico pro Eccleſia,pupillis,miſerabilibus perſonis, & pro conſanguineis.34.8.a.6.
Clerici poſſunt patrocinari pro Vniuerſitatibus, quando hæ foueant bonum ius; ſi ſecus,debent dimittere patrocinium.34.11.a.6.
Clericus licet pro ſuis conſanguineis poſſit contra Eccleſiam poſtulare,honeſtè tamen faciet, ſi abſtineat.34.22.a.9.
Clericus infirmus, quàmuis Eccleſiæ ſeruiat per ſubſtitutum, non tamen amittit redditus ſui beneficij.34.14.a.10.
Clerici,& perſonæ Eccleſiaſticę quando,& quomodo teneantur ad collectas impoſitas ab Vniuerſitatibus laicorum.35.12.
Clerici tunc collectandi ſunt, quando laicorum facultates non ſuppetunt.
Declara vt ibi.35.13.
Clerici ad quas collectas,& quomodo teneantur ex deciſis in ſacra Congregatione Immunitatis. 35. 44.& n.45.& poſt n.52.
Clerici non tenentur ad onera impoſita a laicis, poſtquam bona peruenerunt ad manus clericorū. 35.47.
Clerici tenentur pro aliqua honeſta portione ad ſubſidium triennale, & quomodo intelligenda eſt hæc concluſio.35.51.
Clerici an teneantur ad collectas pro bonis aſſignatis ad titulum patrimonij,& quomodo. 35.53.
Ad Epiſcopos ſpectat declarare, an clerici habeant beneficia, ſeu penſiones ſufficientes abſque alijs bonis patrimonialibus.35.55.
Clericus non poteſt permutare bona ſibi aſſignata ad titulum patrimonij ſine licentia Epiſcopi, & quare.35.56.
Clericus faciens ſibi fictè aſſignari patrimonium, vt poſſit ad ſacros Ordines promoueri, ſuſpenditur, nec poteſt ad ſuperiores Ordines aſcēdere.35.57.
Clericus alienans patrimonium, cuius vigore ad ſacros Ordines eſt promotus, peccat mortaliter. 35.58.
Declara veram eſſe poſitam concluſionem in clerico promoto ad ſacros Ordines, non autem ſi mino-

minores tantùm habeat. num.59.
Clerico in minoribus non eſt neceſſe aſſignare patrimonium, & ſi aſſignetur, an præſumatur in fraudem collectarum.35.60.
Aſſignatio patrimonij clerico videtur facta ſub conditione, quatenus promoueatur.35.62.
Ordinatus ad titulum patrimonij gaudet priuilegio clericali in perſona, & in rebus.35.68.
Amplia etiam in clericis primæ tonſuræ. n.69.
Prima tonſura quibus ſit conferenda.35.70.
Qui fraudolentèr initiatur ad clericatum mortalitèr peccat.35.71.
Percutiens clericum primæ tonſuræ ſcientèr incidit in excommunicationem.35.72.
Priuilegium clerico conceſſum per mortem ipſius extinguitur, vt in fundo dotali.35.73.
Clericus primæ tonſuræ poteſt recedere a clericatu quoad priuilegia, non quoad characterem. 35.74.
Prima tonſura eſt ordo, & clericalis character indelebilis.35.75.
Iura loquentia de clericis extenduntur etiam ad regulares cuiuſcumque Ordinis etiam militaris. 35.76.
Bona clericorum dicuntur quædam ſpiritualis merces, vt præmium pro ſeruitijs eccleſiaſticis exhibendis ab ipſis clericis.35.81.
Clerici, qui in ſcœnis luſiſſe noſcuntur, ad ſacros Ordines promoueri non debent.40.3.
Clericus habens plura beneficia diuerſis in locis, ſi vocetur in omnibus, quò prius accedere debeat. 47.91.
Clerici, & Eccleſiaſtici licèt de iure Diuino, & humano ſint immunes, quando teneantur tempore belli, & quomodo.50.37.
Clerici negociatores, aſſumentes habitum clericalē ſine intentione clericandi, coniugati, recipientes donationes in fraudem collectarum videntur non gaudere immunitate.50.147.
Lis orta inter publicanum, & eum, qui ſe clericum dicit, & neget negociari, quomodo ſit decidenda. 50.151.
Clericus conducens prædia aliena ad colendum, an gaudeat immunitate.50.152.
Clericus poteſt exercere agriculturam in terris, & bonis proprijs.50.153.
Clericus emens equos, boues, iuuēcos, oues, vt agros alienos colat, non habet immunitatem. 50.154.
Clericus actualiter depoſitus perdit omnia priuilegia.50.155.
Clericus ioculator, goliardus, & buffonem faciens per annum, perdit priuilegium.50.156.
Clericus exercens carnificium, vel tabernam publice, & perſonaliter, ſi tertiò monitus non deſiſtat, perdit priuilegium. 50.157. Declaratur, & ampliatur concluſio.ibid.
Clericus deferens res alienas tenetur ad gabellas. 50.182.
Reliqua de clericis vide in verb. Eccleſia, in verb. immunitas, in verb. collecta.

Collecta.

Collecta ſi imponatur pro refectione murorum, an poſſit clericus, vel alius ad effugiendam collectā petere, vt aſſignetur ſibi portio operis reficiendi. 8.56.
Collecta particularis in Ditione Eccleſiaſtica eſt pro manutentione triremium.10.77.
Datum, & acceptum proueniens ex collectis an dicatur ordinarium, ſeu extraordinarium.11.8.
Collecta impoſita per æs, & libram, eſt magis æqua, quàm quæuis alia.11.9.
Collecta regulariter non eſt imponenda ciuibus; fallit, ſi neceſſitas vrget.11.27.
Collectarum ſolutio intimanda eſt Communitatibus, antequam veniat tempus exactionis.12.42.
Intimatio ad ſoluendum collectas regulariter fit Communitatibus per quindecim dies ante, tum ex diſpoſitione iuris, tum etiam bannimentorum 12.43.
Cautela tradita per Felinum pro ſoluentibus collectas.17.14.
Collecta imponenda pro neceſſitatibus Vniuerſitatum debet eſſe æqualis inter ciues, & ab omnibus ſoluenda. 18.50.
Decuriones detrectantes imponere collectas pro neceſſitatibus publicis cogendi ſunt a iudice. 18.51.
Collectas a Principe impoſitas recuſans ſoluere per contemptum, & ab illarum ſolutione alios attrahere attentans, reus eſt læſæ maieſtatis.18.56
Collectas nouas imponere ſolus Princeps poteſt. 20.16.
Collecta impoſita a non habente poteſtatem ſolui non debet, & ſoluta repeti poteſt 20.17.
Collectas imponens abſque licentia incidit in excommunicationem, & abſolutione indiget; & affertur exemplum.20.18.
Collectarum ſpecies tres, virium corporum, animi, facultatum, & harum ſpecierum conſideratio quomodo facienda.28.14.
In collectarum impoſitione inſpicienda eſt cauſa, propter quam imponuntur; & quæ ratio habenda ſit.28.17.
Cauſa imponendæ collectæ ſi non appareat, per æs, & libram exigenda erit; & quare.28.18.
Collecta quid ſit, & quomodo diuidatur.35.1.
Dominus fundi perempti caſmate, vel alia cauſa, releuandus eſt ab onere cenſus, & collectæ.35.4
Collectæ partiendæ ſunt iuxta deſcriptionem bonorum factam in publicis tabulis, quas nos æſtimum, ſeu cataſtum dicimus.35.5.
Collectæ quo ordine, & modo ſint exigendæ, & imponendæ.35.6.
Collectas imponentes ſine licentia Papæ incidunt in cenſuras Bullæ Cœnæ Domini.35.8.
Limita concluſionem, & declara, vt n.9.
Collecta pro certa cauſa impoſita non poteſt in aliam cauſam, vel vſum conuerti & contrarium agentes qua pœna puniantur. 35.10.
Collecta impoſita per capita quomodo exigenda erit.35.16.
Habitantes in Vrbe effugiebant capitationem, quemadmodum etiam virgines, viduæ, & pupilli vſque ad vigeſimum annum.35.18.
In impoſitione collectarum tria ſunt inſpicienda. 35.19.
Collecta imponenda per ſolidum, & libram quid requirat.35.29.
Collecta ſoluenda eſt, vbi bona ſita ſunt; & hæc concluſio in Eccleſiaſtica Ditione clara eſt.35.30.

For-

Forenſes an, & quando collectari poſſint pro bonis ſitis in alieno territorio.35.31.
Collecta qua ratione dicatur munus patrimoniale. 35.32.
Onus reale qua ratione fiat perſonale,& pro collectis conueniatur cohæres 35.33.
Collecta impoſita pro ſubſtentanda lite Vniuerſitatis,a quo ſit ſoluenda.35.42.
Collecta impoſita pro vtilitate,& neceſſitate publica ab omnibus ſoluenda eſt.35.43.
Laici an poſſint præſcribere conſuetudinem collectandi clericos.35.46.
Conſtitutiones Summorum Pontificum in materia collectarum aliæ ſunt vniuerſales ad totum Statum Eccleſiaſticum, aliæ ad ciuitates, & loca particularia reſtrictæ.35.48.
Libertas non ſoluendi collectas quanto tempore præſcribatur.45.49.
Collecta, ſeu gabella non eſt ſoluenda de fructibus perceptis ex conceſſione nulla facta etiam ab Eccleſia,& quare.35.89.
Collectæ,& onera ſoluuntur propter fructus, quos poſſeſſor ex prædijs capit.35.100.
Poſſidentes annuos redditus tenẽtur ad collectas,& quare.35 104.
Collecta pro cenſibus quo loci ſoluenda ſit.35.105.
Solutio cenſus,& collectarum deſignat ſubiectionẽ. 35.108.
Collectarum ſolutio pro cenſibus facienda illi Cõmunitati,vbi bona cenſuata ſita ſunt, ex mente ſacræ Congregationis Boni Regiminis; & hæc opinio amplectanda videtur; & reſpondetur ad contraria.35.109.
Collecta non eſt ſoluenda pro penſionibus domorum,& quare.35.112.
Collecta an ſit ſoluenda de ſocietatibus officiorum; ponuntur argumenta pro vtraque parte.35.113.
Collecta, ſeu gabella debetur pro cenſibus vitalitijs, licet differant a ſocietatibus officiorum. 35.120.
Obligatus ad reſtitutionem fundi an teneatur ad collectas impoſitas per æs,& libram,& habes diſtinctionem.35.121.
Grauatus ſoluere collectas poteſt petere ab exactore,vt oſtendat librum;& quare.35.123.
Non deſcriptus in libro exactoris habet intentionẽ fundatam non ſoluendi collectam.35.124.
Negatiua pro non ſolutione collectæ quomodo probetur;& è contra.35.125.
Qui ſoluit collectas pro alio habet repetitionem, etiamſi ſolutio fiat inuito debitore.35.130.
Collectarum exactio minuenda eſt,ſi minuatur territorium Vniuerſitatis.35.133.
Collecta non debetur ab emptore,qui emit prædia a nobili,vel alio habente immunitatem. 35.135.
Limita concluſ.duobus modis.n.136.
Vniuerſitates poſſunt variare modum collectandi ſuos ciues.35.137.
Famuli non ſunt grauandi functionibus,& collectis, licet ſeorſim a domino habitent,quando domino ſeruiunt pacta mercede,& ſalario.35.144.
Laici recipientes collectas ſpontè a clericis ſolutas, an incidant in cenſuras.35.155.
Conſanguinei clericorum ſi conueniant cum Vniuerſitatibus ſuper ſolutione collectarum pro ipſis clericis, vtrum ex hac conuentione lædatur immunitas eccleſiaſtica.35.156.
Collectarum exactio negligenda non eſt,ne Princeps negocia publica remorari cogatur. 35.161.
Collectæ,& tributa pertinent ad Principem. 42.12.
Non ſunt onerandi, qui non conſentiunt ambitioſis Decurionum decretis.43.23.
Collecta impoſita a lege municipali,& a toto populo dicitur onus ordinarium.50.48.
Amplia,ſi fuerit impoſita a Papa, vel ab Imperatore,ſecus ſi a minori Magiſtratu.n.49.
Sciens ſe deſcriptum in libro collectarum, & non appellans intra decem dies perdit priuilegium immunitatis.50.217.
Soluens ſponte collectam ſine proteſtatione, ſibi præiudicat in futurum; ſecus in eo, qui habet priuilegium generale.50.218.
Caſtra,Villæ,prædia licet per aliquod tempus non ſoluerint collectas & decimas, nihilominus cogi poſſunt ad ſoluendum,& quare.50.227.
Exactio collectarum facta ab aliquibus acquirit, & conſeruat exactionem in alios, & quare. 50.229.
Mutatio exactionis collectarum non tribuit immunitatem,& quare.50.259.
Ad inducendam conſuetudinem non ſoluendi collectas quæ requirantur.50.267.
Ad præſcribendam libertatem, & immunitatem nõ ſoluendi collectas plura requiruntur, quæ referuntur.50.268.
Vniuerſitas habens occaſionem collectandi ſuos ciues,ſi non collectat,ſibi præiudicat; ſecus verò ſi non habet occaſionem.50.270.
Immunitas non ſoluendi collectam ſuper vno fundo,non extenditur ad alios fundos poſtea quæſitos.50.271.
Immunitas a ſolutione collectarum habet reſiſtentiam iuris.50.273.
Mutatio perſonæ quando inducat mutationem rei, itaut reſultet immunitas a ſolutione collectarũ. 50.279.
Reliqua de collectis vide in verb. gabella, in verb, exactor.

Collegium.

Collegium tres faciunt.13.3.
Collegij ius etiam in vno retinetur, ideò vno tantũ Cardinali ſuperſtite, in eo remanent iura ſacri Collegij,& poteſt eligere Papam. 13.4.
De collegio omnes poſſunt excommunicari vti ſinguli, & quomodo.14.21.
Inter Collegia,& Vniuerſitates diuerſitas. 14.22.
Collegia, Societates, Monaſteria, Vniuerſitates habentes corpus,poſſunt habere Arcam,ſeu Burſam communem,& Syndicum.18. 1.
Collega quando, & quomodo conueniri poſſit pro alio collega.45.25.

Colonus.

Colonus faciens colere arbores,vel vites, ſeu arare terram a ruſticis imperitis,ſi prædia ex hoc fiãt deteriora,tenetur ad damna.34.7.a.23.
Extende, hoc etiam procedere in notarijs imperitis.n.8.
Coloni Eccleſiarum an, & quando teneantur ad collectas.35.90.

Coloni ſunt in triplici differentia,vt hic. 35.91.
Colonorum fraudibus ad euitandas collectas qualiter ſit occurrendum,& quomodo illæ probentur. 35.92.
Coloni,qui more ſolito aliquid pendebant,ipſi in pristina conſuetudine maneant.36.33.
Domini prædiorum tenentur ad tributa, non autẽ coloni.50.121.
Coloni non poſſunt in præiudicium dominorum mutare modum colendi agros,vel vti prædijs ad vſum non deſtinatum.50.197.
Colonus,qui nummis colit, tenetur ad collectas, & quare.50.251.
Coloni priuilegiatorum damnum dantes in bonis alienis tenentur ad pœnas.50.253.
Colonos,qui colligit omnes fructus, & ſoluit penſionem in pecunia,non gaudet immunitate, hæc tamen concluſio declaratur.50.254.

Comitatiui.

Comitatiui coguntur deferre victualia ad Vrbem. 10.41.

Comitia.

Comitia in Templis celebrare, ab ethnicis etiam improbatum.31.126.
Differentia quæ ſit inter comitia, & conſilia; vide remiſſiuè.31.131.

Commiſſarij.

Commiſſarij,qui ab hac ſac.Congregatione mittũtur ad exigendum credita Vniuerſitatum, de verè exactis tantummodo decimas conſequi debent.16.56.
Commiſſarij tranſmittendi ad prædicta negocia peragenda quas habere debeant qualitates.16.57
Reuerendiſſimi Dom.Lælius Falconerius, & Carolus Perbenedictus ab ipſa Congregatione tranſmiſſi Commiſſarij per Prouincias, & ſumptibus proprijs militarunt:ijque laudantur.23.25.
Quandoque mittuntur Commiſſarij inferioris ordinis,nempe viri priuati, quibus licet aſſignetur certa merces,& ſtipendium,ſunt tamen vt plurimum damnoſi; & ideo ad illis cauendum. n.26.
Commiſſarij prædicti non debent habere mercedẽ, niſi de effectualiter exactis.n.27.

Commodum.

Qui ſentit commodum par eſt, vt incommoda ſubeat.28.123.& cap.42.95.
Commoda qui ſentit, ad incommoda quoque ex eadem cauſa prouenientia tenetur.28.145.
Commoditas vtenda eſt cum ſuis qualitatibus, 28.246.

Communio.

Communio rerum diſcordias excitat.12.3.
Communio rerum perpetua a iure non probatur, 12.4.
Communio habet rerum gerendarum difficultatẽ, 12.5.
Communiter poſſeſſum negligi, naturale vitium eſt.12.6.& quare.n.7.& cap.19.25.
Communio facta inter duas Vniuerſitates,quàmuis per tempus immemorabile durauerit, reſcindi tamen poteſt,& quare.12.9.

Communitates.

Communitas quid ſit,& vnde dicatur.12.1.
Communitates Romanæ Eccleſiæ ſubiectæ non habent pœnas maleficiorũ,nec confiſcationes.18,11
Amplia poſitam concluſionem procedere etiam de iure communi.n.12.
Communitates habere debent proprium peculium pro conſtructione, & manutentione rerum publicarum.12.13.
Communitatibus quod debetur, ſingulis non debetur.12.14.
Communitas non tenetur ſoluere collectas,& onera pro particularibus debitoribus,qui illa ſoluere poſſunt.12.15.
Et declaratur iſta concluſio.n.16.
Communitates an vigore dictæ concordiæ potuerint obligare ſuos ciues ad repræſalias.12.24.
Communitates potuerunt obligare ciues ſuos ſub repræſalijs pro collectis ad fauorem Principis. 12.50.
Communitates an poſſint obligare ciues ſub repræſalijs ad fauorem priuatæ perſonæ;& affirmatiuè deciditur.12.52.
Communitates habent iuriſdictionem, & poſſunt ſtatuere ſuper prædijs ſitis in ſuo territorio, & quod importet hoc Statutum.12.57.
Communitates licet non habeant neque velle, neque nolle,tamen negligentia eorum,qui illas regunt,imputatur ipſis ciuitatibus.12 59.
Communitatibus tolerantibus *bannitos in eorum* territorijs imponitur præter alias pœna confiſcationis quorumcumque bonorum,nõ obſtantibus inueſtituris,& fideicommiſſis.14.76.
Communitates, & Barones tenentur ad refectionẽ damnorum,& alias pœnas pro furtis, & criminibus in eorum territorijs commiſſis. 14.77.
Communitates an incidant in prædictas pœnas, ſi non capiunt homicidas,latrones,&c.14.80.
Communitates tenentur ad ſarciendum damna, & intereſſe damnum paſſo,ſi malefactores euaſerint impunes.14.83.
Communitates tenentur ad emendam damni inciſionis vinearum, etiamſi fiat de nocte. 14. 100.
Communitas, quæ vendidit Archiuium, ſi velit ex ipſo Archiuio ſcripturam publicam ad ſui commoditatem, non tenetur ſoluere mercedem Archiuiſtæ.17.34.
Communitates, & municipia debent habere Aerarium,& Arcam communem, ad quam in publicis neceſſitatibus recurrant; quia pecuniæ obediunt omnia.18.2.
Communitates volentes facere oblationes, & ex hac cauſa partienda ſit collecta inter ciues, neceſſaria eſt Principis licentia.18.45.
Communitates animo,& capite carent,ideo delinquere non poſſunt.29.30.
Communitates tam mediatè, quàm immediatè ſubiectæ S. Sedi Apoſtolicæ liberandæ ſunt ab obligationibus contemplatione alterius factis. 32.7.
Communitates non poſſunt renunciare diſpoſitioni l.vlt.C.de vend.reb.ciuit.lib.11.32.9.
Communitates ſunt certum, & tutum patrimoniũ Principis.34.9.a.2.
Communitates gaudent priuilegio pupillorum, viduarum,& orphanorum.34.10.a.6.
Redditus Communitatum,qui in Tabella ſuperſunt quomodo ſint erogandi.34.16.a.7.

Reli-

Reliqua dem Communitatibus vide in verb. Vniuerſitates.

Compenſatio.

Compenſatio de æquitate admittitur in quocumque judicio,& contractu etiam jurato.49.13.

Compromiſſum.

Compromiſſum factum inter conſanguineos vigore ſtatuti,ſi ante latum laudum expirauit, renouandum eſt.49.18.

Computa.

Datum,& acceptum in ordinarium,& extraordinarium diuiditur,& declaratur quid ſit.55.5.& 7.

Computa iam ſolidata reuidere, contractus cameram lædentes reſcindere, detentores ad dimittendum compellere manu regia, & appellatione remota procedere poteſt Camerarius.15.26.

Computorum redditio in rebus cameralibus quomodo facienda, & qua pœna mulctentur integra computa non reddentes.16.75.

Computorum noua ratio cuius ſumptibus ſit reddenda.23.22.

Bulla Pauli III.contra fraudantes, & non reddentes fidele computum Cameræ Apoſtolicę,eſt in vſu, & in vim illius lata fuit ſententia in ipſa Camera.49.46.

Maior fraus eſt in duplicatione, quàm in omiſſione partitarum.n.47.

Concionatores.

Concionatoribus a quibus præſtanda ſint alimenta, vel eleemoſynæ, ex decreto ſacræ Congregationis Concilij.41.31.

Concilium Tridentinum in hac re non ſubſtulit cõſuetudinem immemorabilem,& ideo illi valde tribuendum.n.32.

Conclaue, Conclauiſtæ.

Conclauis conſtructio, & ornatus ad Cameram pertinet.15.47.

Immunitas conclauiſtarum quomodo ſit intelligẽda.50.285.

Conclauiſtæ veniunt ſub generali derogatione, nec opus eſt ſpeciali expreſſione.50.286.

Conclauiſtarũ immunitas eſt gratioſa ex Principis liberalitate.50.287.

Conclauiſtæ quando teneantur ad onera communicatiua;& quid requiratur.50.289.

Conditio.

Conditio nihil ponit in eſſe ante conditionis euentum.35.63.

Differentia inter conditionem,& modum: & verba, quæ ſe habere poſſint ad modum,& cõditionem, potius ad modum ſunt referenda.35.66.

Conditio debet haberi pro impleta, quando impedimentum prouenit facto Principis.48.74.

Conductor.

Conductores furnorum ſi non inueniantur, & qui furnariam exerceant,quid agere debeant decuriones ciuitatum. 21.23.

Vectigalium conductores ſunt viles perſonæ, & audaces.44.31.

Reliqua de conductore vide in verbo gabella. locatio.

Confeſſio.

Confeſſio introitus nunquam præiudicat,niſi acceptetur expenſum.23.8.

Confeſſio de recepto facta a Syndico, quando, & quomodo præiudicet Vniuerſitati.24.17.

Confeſſio non admittitur, quando eſt prohibita alienatio. 24.19.

Confeſſio Prælati non præiudicat Eccleſiæ, neque procuratoris præiudicat domino. 24.20.

Confiſcatio.

Confiſcationes, pœnæ, mulctæ quibus veniant applicandæ, Principi ſcilicet, vel alteri, pendet ex priuilegijs.14.127.

Confiſcationes ſunt de regalibus Principis, & ſine eius iuſſu non fiunt.18.54.

Reliqua de confiſcatione vide in verb.fiſcus.

Confraternitates.

Confraternitates eligentes ſepulturas pro ſuis confratribus non præiudicant Eccleſijs parochialibus,& quare.13.62.vide 64.& 65.

Congregationes.

Congregatio Boni Regiminis quare fuerit inſtituta.11.12.

Congregatio Boni Regiminis in locum Cameræ, & Præfectus in locum Camerarij ſucceſſerũt quoad executionem huius Bullæ.11.29.

Licentias alienandi hodie concedit Congregatio Boni Regiminis abſque vlla impenſa.15.44.

Congregatio ſola Boni Regiminis erogare poteſt pecunias Communitatum, vel erogandi licentiã concedere,& quare.20.15.

Congregatio Boni Regiminis corrigit, & punit malos adminiſtratores Montium pietatis. 22.16.

Congregatio Boni Regiminis quandoque mittit ratiocinatores per Prouincias pro ſolidatione computorum.23.24.

Congregatio Boni Regiminis pœnas criminales imponit contra malos adminiſtratores rerum Vniuerſitatum.23.32.

Congregatio Boni Regiminis, & aliæ Congregationes illuſtrantur per aſſiſtentiam Cardinalium. 34.6.2.7.

Congregationis Secretarius habet votum deciſiuum ſicut alij Prælati.34.13.2.7.

Congregatio quoque computorum coram Theſaurario generali celebratur.16.72.

Congregationem duo faciunt, tres faciunt collegiũ. 13.3.

Congregatio in bonam partem, conuenticula verò in malam regulariter accipitur.13.12.

Conſenſus.

Conſenſus maioris partis decurionũ non ſufficit in donatione Principi facienda, ſed requiritur ſingulorum.21.262.

Singulorum conſenſus ſemper eſt requirendus, quando agitur de intereſſe ſingulorum,nec ſufficit maioris partis.31.264.

Declara vt ibi,& lege exemplum.n.265.

Conſilium. Conſiliarij.

Decreta, & reſolutiones factæ ab Vniuerſitate conuocato conſilio, & cum conſenſu duarum partiũ ex tribus firmæ ſunt.13.59.

Conſilium triplex eſt, neceſſitatis, perfectionis, & vtilitatis.31.4.

Conſilium in caſu noſtro quid importet, & vnde dicatur.31.5.

Silentium,& taciturnitas maximè requiritur in cõſiliarijs,& probatur exẽplis.31.6.Nã nõ ſolũ oculos caſtos ſeruare,ſed linguã quoq;debemus.n.7.

Conſi-

Conſiliarij digni, & meritis, facultatibuſque idonei ſunt eligendi.31.9.

Conſiliarij diuites, & non pauperes ſunt eligendi. 31.12.

In electione conſiliariorum media via tenenda eſt, ne ſcilicet nimiùm diuites, ne nimium pauperes ſint.31.15.

Conſiliarij, qui pœnam ſoluerunt, an debeant in illius diuiſione partem habere.31.107.

Conſilia conuocari non poſſunt ſine auctoritate, & licentia ſuperiorum, & quare.31.109.

Superioris licentia in conſilijs conuocandis non ſufficit, ſed neceſſaria eſt etiam præſentia, & aſſiſtentia.31.111.

Declara, vt n.112.

Ex cauſa licita an, & quando poſſit conuocari conſilium.31.113.

Ciues, & conſiliarij in Statu Eccleſiaſtico quam iuriſdictionem habeant in conuocandis conſilijs, & qualiter illa vti poſſint.31.114.

Sacra Conſulta quomodo concedat licentias conuocandi conſilia ſine officialibus.31.115.

Conſilium debet fieri in loco ſolito, & conſueto. 31.116.

Conſilium conuocari debet per ſonum tubæ, ſeu campanæ, vocem præconis, vel quid ſimile. 31.127.

Amplia, quòd conſtare debet de commiſſione facta præconi a ſuperioribus.n.128.

Conuocatio conſilij modo præmiſſo non eſt neceſſaria, quando conſiliarij ſunt præſentes, & quare. 31.132.

Conſiliariorum numerus præfinitus neceſſarius eſt, ad hoc vt actus valeant.31.133.

Conſiliarius, qui debuit intereſſe, ſi non fuit vocatus poteſt agere ad inualidandum actum, & quare. 31.134.

Conſiliariorum numerus in vnaquaque ciuitate ſolet eſſe præfinitus.31.135.

Conſenſus maioris partis requiritur ad validandos actus conſiliariorum.31.136.

Conſenſus maioris partis conſiliariorum quando ſufficiat, & quando non.31.137.

Numerus conſiliariorum quomodo debeat interuenire in conſilijs.31.138.

Conſiliarij vocati non accedentes ad conſilium de iure canonico non inualidant actum, & quare: ſecus eſt de iure ciuili.31.139.

Paria ſunt non venire, & non expectare vſque ad finem conſilij.31.143.

Diſceſſus conſiliariorum quando impediat validitatem actus.31.144.

Abbatis diſtinctio in conuocatione conſiliariorum abſentium, & recuſantium.31.142.

Suffragia quomodo dabantur in conſilijs Italiæ anno 1106.Henrico IV.Imperatore.31.146.

Conuocato conſilio cum ſolemnitatibus ſupra narratis, quid in eo agatur.31.147.

Propoſitiones in conſilijs a quibus ſint faciendæ, ad hoc vt valeant.31.148.

Suffragia quomodo danda, & quis ordo ſeruandus. 31.149.

Negocia quænam in conſilijs proponenda. 31.165.

Conſiliarij tenentur expreſsè contradicere, quando aliquid damnoſum proponitur.31.167.

Conſilium generale an requiratur in alienandis bonis Vniuerſitatum, vel ſufficiat conſilium ordinarium.32.13.

Conſilium ordinarium non poteſt decernere in rebus magni momenti, ſed requiritur conſilium generale.32.14.

Amplia hoc magis verum in villis, & locis inferioribus ciuitate.n.15.

Declara tamen poſitas concluſiones.n.16.

Conſtantia.

Conſtantia in omni re gerenda, conſilioque capiendo ſeruanda eſt.33.40.

Conſtitutiones.

Conſtitutio eſt, quam Rex, vel Imperator conſtituit, vel edicit.7.1.

Inter conſtitutionem, & ſtatutum quæ ſit differentia.7.3.

Conſtitutio, ſeu lex ad ſui validitatem non requirit ſcripturam, quia poteſt probari per teſtes. 7.5.

Conſtitutio priuilegiatiua, & habens decretum irritans ligat ante publicationem.7.8.

Futura, & non præterita reſpicit, nec ſe extendit ad ea, ſuper quibus lis pendet.n.9.

Conſtitutio quando dicatur fauorabilis.7.10.

Conſtitutio quomodo publicanda, ad hoc vt omnes teneantur ad ſui obſeruantiam.7.12.

Conſtitutio ad hoc vt ſeruetur, duo requiruntur. 7.13.

Conſtitutiones an, & quando reuocari poſſint. 7.14.

Conſtitutio, edictum, & citatio in quo differant. 11.22.

Conſtitutio Sixti Quinti contra coadunantes homines armatos quare promulgata, & cur ſeruanda.13.7.& 10.

Qui coadunauerit ſex homines ad malum finem, incidit in pœnam dictæ Conſtitutionis Sixti Quinti.13.8.

Conſtitutio impreſſa in volumine aliarum conſtitutionum ligat, licet non appareat de eius publicatione.19.49.

Reliqua de Conſtitutionibus, vide in verb.Bulla.

Conſuetudo.

Conſuetudo habens annexam publicam vtilitatem firma debet eſſe.12.69.

Conſuetudo fauorabilis eſt, vt inſtrumenta habeant executionem paratam, & quare.12.73.

Limita reſpectu cenſurarum, & quare. n.74.

Conſuetudo inhumana ſequeſtrandi cadauera debitorum reijcienda eſt tanquam barbara.13.47. vide 51.

Conſuetudo non ligat eos, qui non ſunt ſubditi loco, in quo viget ipſa conſuetudo.17.15.

Conſuetudo reijcitur non ſolum quando eſt aduerſus obligationem, ſed etiam quando abſorbet ius alterius.18.70.

Conſuetudo multum obtinet in reuiſione, & redditione computorum.23.40.

Conſuetudo in vſuris non excuſat a peccato: & quomodo Summus Pontifex circa illam diſpenſet.28.4.

Conſuetudo locorum ſeruanda eſt in electione decurionum.31.13.

Conſuetudo locorum ſeruanda in materia præcedentiarum.31.161.

Extende

Extende etiam ad ſuffragia danda. num.162.

Conſuetudo eſt altera lex, & tribuit etiam iuriſdictionem. 34.15.2.4.

Conſuetudo locorum multùm operatur in impoſitione collectarum; & refertur diuerſitas quorũdam locorum.35.24.

Conſuetudo collectandi ciues ab Vniuerſitate inducta, licet in vna tantùm ſpecie obſeruata, habebit etiam locum in alijs cauſis occurrentibus. 35.145.

Hæc tamen concluſio habet contradictores, ſed concordantur opiniones.n.146.

Nemo præſumitur velle, niſi quod conſuetum eſt. 46.60.

Quod a iure reprobatur, nõ poteſt fieri licitum per conſuetudinem.47.7.

Conſuetudo inducta contra ius diuinum, & naturale, etiam longiſſima non eſt ſeruanda. 47.9.

Conſuetudo induci non poteſt, niſi vbi deficit ius. 47.10.

Conſuetudo in quo differat a præſcriptione, & quæ requirantur ad inducendam conſuetudinem. 50.231.

Conſuetudo ſeruanda eſt in exigendis collectis. 50.252.

Conſultatio.

Conſultatio non cadit in caſibus inopinatis, quia prudentia humana præuideri non poſſunt.11.25

Contemptus.

Contemptus vnius plus obeſt, quàm contradictio multorum, quando quis eſt vocandus ad explendum actum, & non fuit vocatus.11.17.

Contractus.

Contractus celebrati, ſeu delicti commiſſi in mari inter duas ciuitates punctualitèr diſtantes cognitio ad quem pertineat: & reo ab vno punito, an is poſſit etiam ab alio puniri.10.64.

Contractus perfecti non reuocantur ab Vniuerſitate etiam reſpectu lucri.13.58.

In contractibus etiam conſideratur dolus.14.111.

Contractus præſumitur læſiuus, ſi fuit omiſſa forma tradita in Conſtitutionibus Apoſtolicis.15.27

Contrahi poteſt etiam cum incertis, vt inter caupones, & diuertentes ad eorum hoſpitia.21.51.

Pro validitate contractus requiritur conſenſus partium, & ad hos conſenſus probandos adhibetur ſcriptura.34.4.2.23.

In contractu perfecto inter offerentem, & ſubhaſtantem non eſt locus pœnitentiæ.46.53.

Contractus cum ſit indiuiduus, non poteſt pro vna parte ſuſtineri, pro alia non.48.62.

Contractus licèt ab initio ſint voluntatis, ex poſt facto tamen ſunt neceſſitatis.48.63.

Contraria.

Contrariorum eadem eſt diſciplina.31.90.& cap.34 3.2.14.

Contrariorum eſt eadem diſciplina, & exceptio firmat regulam in contrarium.34.2.2.6. & n.7.

Contributiones.

Sacra Congregatio aliquando concedit contributiones inter Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici. 42.26.

Correctio.

Correctum quod non eſt, ſtare non prohibetur. 48.70.

Creditor. Creditum.

Creditor impediens ſepeliri cadauer ſui debitoris amittit creditum, hæredibus defuncti tantundem rependit, & infamia notatur.13.52.

Creditores ruſticorum, qui ſtudioſe differunt petere frumentum mutuatum, tempore fertilitatis repelluntur, ſi petant tempore ſterilitatis. 21.54.

Creditor, qui pro ſuo iure obtinet ſubbaſtari, & deliberari pignus, regulariter nõ tenetur de euictione, ſed tantùm docere ſe eſſe creditorem.27.40.

Limita hanc concluſionem duobus modis.n.41.

Creditum contentum in duabus ſcripturis, quarum vna ſit in Archiuio, alia verò extra, præualet exiſtens in Archiuio, licet maiorem ſummam contineat.17.21.

Crimen.

Crimen non ſolùm vitandum eſt, ſed etiam ſuſpicio criminis.34.12.2.9.

Culpa.

Culpa lata æquiparatur dolo quoad pœnam pecuniariam.11.11.

Curatores Ciuitatum.

Curatores ciuitatum quid potiſſimùm ſeruare debeant.19.1.

Curatores ciuitatum dicuntur Abundantiarij, & Graſcerij.19.2.

Curiales.

Curiales dicti ſunt a curia, quæ vox Senatum indicat.30.8.

Curiales quando peſſimæ conditionis eſſe cœperſit, & quando reſtituti.30.11.

Differentia inter Curiales, & Collegiatos quæ ſit. 30.12.

Curiales quinam erant, & quid illis agendum in Republica.30 13.

Curialibus interdicta erat prædiorum ſuorum alienatio, & quare.30.14.

Curiales a quibuſdam dicti ſunt ſerui publici, & quare.30.15.

Curiales ſunt nerui, & viſcera Reipublicæ.30.16.

Contra deſerentes Curiam, & Patriam multæ ſunt leges promulgatæ, & è contra aliæ multæ ad fauorem incolentium.30.17.

Curia Seminarium honorum, & munerum quandoque appellata.30.18.

De curialibus multa ſcitu digna ſcribit Aegidius Columna.30.20.

Cuſtodia.

Cuſtodia Ciuitatum, bello inſtante, an communis ſit clericis, & laicis, & nemo excuſetur. 8.52.

Cuſtodire quando quis tenetur rem non ſufficit iuramentum, ſed debet probare illam amiſiſſe. 23.13.

D

Damnum datum.

Damna prouenientia ex repræſalijs iniuſtè exequutis ſarcienda ſunt per Exactores, & Theſaurarios prouinciales.12.49.

Damnum datum in confinibus duarum Vniuerſitatum, a qua erit ſarciendum, declara non eſſe idem ius in homicidio.14.86.

Damnum paſſus in Statu Eccleſiaſtico eligit quam Vniuerſitatem voluerit conuenire.14.87.

Damnum paſſi contra iuramentum admittitur probatio in contrarium.14.89.

Qui

Qui damnum patitur in territorio ſuæ patriæ, tenetur ad collectam imponendam pro reſectione ſui damni.14.90.

Decretum ſacræ Congregationis Immunitatis in materia damnorum datorum; & quomodo cognoſcendæ ſunt huiuſmodi cauſæ.42.34.

Informatio facti in materia damnorum datorum pro Communitatibus Status Eccleſiaſtici, D.Camilli Pompilij Agentis prouincialis.42.35.

Pœnæ damnorum datorum priuatiuè quoad omnes Sixtus V. conceſſit Commiſſario ſuper hoc erecto.42.36.

Horatius Borgius Maceratenſis emit a Camera Apoſtolica Commiſſariatum damnorum datorum.42.37.& poſt n.79.

Capitula, & pacta, cum quibus venditum fuit prædictum officium Commiſſariatus damnorum datorum.42.38.

Clemens VIII.in locum Burgij Commiſſarij, ſoluto pretio, ſubrogauit Communitates Status Eccleſiaſtici.42.39.

Cõmunitates Status Eccleſiaſtici fuerunt per multos annos in pacifica quaſi poſſeſſione damnorum datorum officium exercendo, pœnas exigendo, &c.42.40.

Epiſcopus Terracinenſis non citatis Communitatibus, obtinuit a ſacra Congregat.Immunitatis ſupra regiſtratum Decretum circa damna data.n.4 Communitatibus ab ipſo decreto reclamãtibus, ſacra Congregatio reſcripſit, exhibeatur Bulla Sixti V.n.42.

Pœnas damnorum datorum hodie ſpectare ad Cõmunitates priuatiuè quoad omnes, ex capitulis apparet.42.43.

Communitates exigere poſſunt pœnas damnorum datorum eo modo, quo exigebat Camera Apòſtolica.42.45.

Pœnas damnorum datorum etiam in pios vſus deſtinatas Commiſſario ab ipſo erecto conceſſit Sixtus V.42.47.

Statuta laicorum ſuper damnis datis ligant etiam animalia clericorum.42.48.

Officiales laicorum poſſunt detinere animalia clericorum damnum dantia.42.49.

Ex verbis Bullæ Clem VIII.apparet eſſe comprehẽſas perſonas eccleſiaſticas, & eorum bona circa damna data.42.53.

Decretum Card.Camerarij in cauſa damnorum datorum inter canonicos, & Communitatem S.Seuerini.42.54.

Deciſio Rotæ in cauſa Tudertina damnorum datorum declaratur.42.58.

Informatio Iuris D. Petri Franciſci de Rubeis tunc Aduocati Conſiſtorialis, nunc vtriuſque Signaturæ Referendarij, necnon eiuſdem ſacri Conſiſtorij, & fiſci Pontificij Aduocati celeberrimi, in cauſa damnorum datorum pro Communitatibus. 42.61.

Ponderantur verba Bulla Sixti V. in materia damnorum datorum.42.64.

Clemens VIII. conceſſit Communitatibus Status eccleſiaſtici officium damnorum datorum cũ onere ſoluendi Cameræ Apoſtolicæ quolibet anno ſc.26.m.42.66.

Clem. VIII.conceſſit officium damnorum datorum etiam priuatiuè quoad Epiſc.42.67.

Laici etiam in terminis iuris communis poſſunt exigere pęnas damnorum datorum cõtra animalia clericorum, eorumque colonorum. 42.68.

Cuſtos animalium Epiſcopi tenetur ſoluere pœnas damnorum datorum Communitati.42.69.

Conſules agriculturæ in Vrbe priuatiue ad Card. Vicariũ, & cęteros iudices eccleſiaſticos ex Apoſtolica permiſſione cognoſcunt cauſas damnorũ datorum contra animalia clericorum.42.70.

Reſpondetur ad deciſ.R.P.D. Lancellotti in cauſa Tudertina damnorum datorum.42.73.

Informatio Iuris D. Hipolyti Merendæ Aduocati eximij in cauſa damnorum datorum pro Communitatibus. 42.74.

Prohibitio locandi iuriſdictiones eccleſiaſticas cõprehendit etiam iuriſdictiones damnorum datorum.42.75.

Informatio iuris D.Antonij Sperelli pro Epiſcopis in cauſa damnorum datorum. 42.poſt n.77.

Cauſa hæc damnorum datorum cum Epiſcopis adhuc indeciſa pendet, & defendenda eſt ſumptibus Vniuerſitatum.42.78.

Dataria.

Datariæ Stylus in concedendis ſumptibus Breuium, & ſcripturarum qualis ſit ad occurrendum fraudibus.11.2.

Debitor. Debitum.

Debitores Ciuitatum non poſſunt eſſe officiales; quinam ſint iſti debitores, & pro qua ſumma. 59.52.

Debitum magnum, vel paruum quomodo iudicetur.19.54.

Contra debitores fiſcales proceditur ad capturam perſonæ, & ad tenutam bonorum pro eorum debito liquido.23.19.

Debitor Ciuitatis ſoluens ei, qui communitèr putabatur Exactor ipſius Ciuitatis, benè ſoluit.24.58

Debitor onerum Cameralium an gaudeat immunitate Eccleſiæ.28.534.

Debitores Vniuerſitatum a decurionatu ſunt arcendi, niſi in caſibus expreſſis.31.71.

Debitores Ciuitatum non prius honores, & dignitates in Ciuitatibus obtinent, quàm debitum ſoluant. 34.11.n.2.& cap.44.1.

Debitores Vniuerſitatum non prius ad honores inuitari poſſunt, quàm Reipublicæ ſatisfaciant. 44.3.

Debitor Reipublicæ legatione fungi nequit. 44.4.

Sancita in Bulla Boni Regiminis contra debitores Vniuerſitatum, a reſponſis prudentum, & Imperatorum Sanctionibus deſumpta ſunt.44.5.

Pœna contra debitores electos, electores, & officiales a Bulla Boni Regiminis impoſita.44.6.

Debitor eſt quodammodo ſeruus ſui creditoris, & ſeruitus mortalitati comparatur. 44.8.

Debitores ex quacumque cauſa etiam ex contractu arcentur a muneribus publicis.44.9.

Debitor non eſt admittendus ad honores publicos, licet pignora, vel fideiuſſores offerat.44.10.

Vniuerſitates recuſare debent pignora, & fideiuſſores a debitoribus oblatos, imo & bona ſtabilia: & n.19.vbi redditur ratio.44.15.

Conſanguinei, & affines cogendi ſunt ad emendum bona debitorum Vniuerſitatum.44.12.

Modus,

Modus, & ordo ſeruandus in coactione conſanguineorum in emptione bonorum.n.13.
Modicum debitum non excludit a muneribus publicis, quid autem dicatur modicum.44.21.
Fallit in Eccleſiaſtica Ditione, ex deciſis in ſacra Congregatione.n.22.
Debitores Vniuerſitatum non prohibentur imbuſſulari, dummodo tempore extractionis debitum ſit ſolutum.44.23.
Redditur ratio.n.28.
Limita.n.29.
Debitores ex cauſa vectigalium an excludantur a muneribus publicis.44.30.
Debitores Vniuerſitatum non poſſunt eſſe Legati, ſeu Ambaſciatores.44.34.
Debita fiſcalia nullam admittunt moram, appellationem ſuſpenſiuam non admittunt, & contra recuſantes ſoluere poteſt incipi ab executione, & captura, quæcumque inhibitione non obſtante.44.35.
Communitates quomodo procedant contra ſuos debitores de fuga ſuſpectos.44.38.
Communitates pro eorum credito poſſunt agere contra tertios poſſeſſores actione perſonali, & quomodo.44.39.
Debitor Vniuerſitatis ſoluens, quomodo, & quando liberationem conſequatur, & quando teneatur docere de verſione.44.40.
Debitores Vniuerſitatum an capi poſſint de nocte, & in proprijs domibus.44.41.
Debitor nominatus ad aliquod officium publicum quando ſit admittendus, ſi in illo conſideretur affectatio, & ambitio ad illud exercendum.44.44.

Decimæ.

Decima ex quibus rebus, & cauſis debeatur.20.10.
Priuilegium conceſſum de non ſoluendis decimis, intelligitur de extraordinarijs.50.50.
Conductores decimarum eccleſiaſticarum tenentur ad gabellas.50.248.
Decima, quæ ſoluebatur pro domo, ſi domus deſtruatur, adhuc ſoluenda eſt.50.261.
Præſcribens decimas antiquas in aliqua parochia, non dicitur præſcripſiſſe nouales.50.274.

Decreta.

Decreta ambitioſa Decurionum, an, & quando ſint ipſo iure nulla, vel ope exceptionis reſcindantur 45.20.

Decretum irritans.

Decretum irritans in Bulla Papali operatur, vt nemo inferior a Papa poſſit illã interpretari.32.58
Amplia, nec eſſe ſub diſpoſitione partium illi renunciare n.59.
Decretum irritans appoſitum in Bullis impoſitionis, & prorogationis ſubſidij triennalis, quid operetur.50.128.
Decretum irritans tollit præſcriptionem.50.130.
Decretum irritans tollit conſuetudinem tã in præteritum, quàm in futurum.50.131.
Decretum irritans iunctum clauſulæ, ſublata, quid operatur.50.133.

Decuriones.

Decreta ambitioſa Decurionum non debent onerare non conſentientes.18.49.
Decurio prohibetur cõducere redditus ſuæ Ciuitatis, ſi tamen conduxit, non prohibetur retinere. 19.10.
Decuriones Ciuitatum ex dignioribus, & ditioribus ſunt eligendi, nec electi recuſare poſſunt ſine pœna.19.20.
Decuriones Ciuitatum habent generale mandatũ ad agendum, vel ſecundùm alios Poteſtas ipſius Vniuerſitatis.24.24.
Curiales, & Decuriones dicebantur, quos hodie Cõſiliarios appellamus.31.10.
Relegatus ad tempus Decurio eſſe deſinit, nec reuerſus locum ſuum obtinet.31.49.
Inquiſiti, & criminoſi decuriones eſſe nequeũt.31.58
Ambitioſi affectantes decurionatum repellendi ſũt præſertim ſuffragia pecunijs comparantes; & quare.31.67.
Plures de ead. familia poſsũt eſſe decuriones.31.85
Limita in quibuſdam locis.ibid.
Flagellis obnoxij a decurionatu repellũtur.31.86.
Declara, & limita, vt ibi.
Omnes promoueri poſſunt ad munera publica, & decurionatus dignitatem, qui a iure non repeퟁriantur prohibiti.31.91.
Quid conſiderandum in electione decurionũ.31.92
In electione decurionum eadem obſeruanda, quæ in electione iudicis, & quare.31.96.
Decuriones electi non poſſunt ſeruire per ſubſtitutos, niſi habeant ſpeciale priuilegium; & ſubſtitutus debet eſſe eiuſdem profeſſionis.31.97.
Electio decurionum a ſuperiore eſt confirmanda ſub pœna 25.librarum.31.99.
Decuriones electi, & approbati, coguntur ſubire munera Ciuitatum.31.100.
Decuriones non poſſunt a Ciuitate diſcedere ſine licentia ſuperioris.31.101.
Et multò fortius patriam relinquere, vt rus, ſeu villam inhabitent. n.102.
Decurio fugiens a Ciuitate poterit nedum a Magiſtratu, ſed a quocumque de populo propria auctoritate capi.31.103.
Decuriones a Magiſtratibus in curiam vocandi; & qui ſint hi Magiſtratus.31.108.
Decuriones quid obſeruare debent in ſuffragijs dandis iuxta doctrinam Baldi.31.166.
Decuriones non poſſunt concedere immunitates, & exemptiones.31.194.
Limita, ſi concedatur medicis; & perturbantes illam, qua pœna puniantur.n.195.
Decuriones cogere poſſunt viles perſonas ad mundandum latrinas, &c.31.215.
Decuriones an ſtatuere poſſint, quòd ciues relictis molendinis, & furnis priuatorum, vadant ad molendina publica.31.217.
Decurionum nomina in decreto alienationis deſcribenda ſunt, & quædam alia peragenda pro ſecundo requiſito.32.17.
Decuriones cogere poſſunt ruſticos ad conducendum victualia intra Ciuitatem, vel locum certa die.31.235.
Decuriones non poſſunt ſtatuere nundinas immunes a vectigalibus.31.236.
Decurionum electio ſpectat ad conſiliarios, quæ ſi fiat de perſona indigna, poteſt illam ſuperior annullare.44.29.
Acceptans decurionatum aſſumitur etiam ad alia officia ciuitatis, & quare.50.219.
Decurio ſi eodem tempore eligatur officialis in lo-

co originis,& in loco domicilij,potior erit cauſa domicilij.50.220.

Defenſio . Defenſor .

Defenſor magnæ Ciuitatis, ac defenſor paruæ eandem dignitatem habet.8.17.

Paria ſunt non defendere, & minus legitimè defendere.34.18.a.2.

Nocens , nefarius, & impius aliquando defendendi ſūt,etiā apud nos chriſtianos,& quarè.34.29.a.3

Declara hoc verum,dummodo bonis non inferatur damnum.n.30.

Delatores .

Delatores,qui curioſi etiam dicuntur,neceſſarij ſunt pro recta Reipublicæ adminiſtratione.26.12.

Delatores quartam partem bonorum præſcriptorū habebant, & ideo dicti ſunt Quadruplatores ; & ex lege Papia præmia recipiebant.26.13.

Delatorum audacia ,& præſumptio compreſſa ; & quare,& quomodo.26.14.

Delationibus hodie præpoſiti ſunt Rationales,& fiſci procurator.26.15.

Delatores eſſe qui non poſſunt; & execrabiles dicuntur.26.16.

Delationes fiſco faciendæ ad 16.capita reducuntur. 26.17.

Delatorum pœnis quinam ſubiecti non ſunt. 26.18

Delictum .

Delicti cōmiſſi in mari inter duas Ciuitates punctualiter diſtantes cognitio ad quem pertineat ; & reo ab vno punito , an is poſſit etiam ab alio puniri.10.64.

Delicta quatuor modis committuntur,facto, dicto, conſilio,ſcriptura.14.3.

In delictis requiritur verus dolus,voluntas, & ſenſus delinquentis.14.7.

Delictorum genera tria ſunt,grauiſſima, grauia, & leuia;& hæc declarantur.14.12.

Delictum grauiſſimum eſt velut genus habens ſub ſe tres ſpecies vt hic.14.13.

Delicta grauia dicuntur,pro quibus imponitur pœna mortis naturalis, vel ciuilis , aut membri abſciſſio.14.64.

In delictis nocturnis præſumitur ignorantia.14.97

Delicta leuia continent dolum, metum, & alia crimina,quibus imponitur pœna relegationis , & infra.14.109.

Delicta leuia quomodo conſiderentur in Communitatibus.14.110.

Delicta leuia dicuntur,quando iudicis arbitrio coërcitio relinquitur.14.123.

In delictis notorijs proceditur de facto, nullo iuris ordine ſeruato,& incipi poteſt ab executione. 29.18.

In delictis requiritur verus dolus, voluntas,& conſenſus delinquentis.29.31.

Delinquentes ſi transportandi ſunt , vel puniendi , cuius expenſis fiat.42.11.

Denunciator .

Denunciatores maleficiorū in villis,& caſtris deputati,quid agere debeant ratione officij ; vide remiſſiuè.26.20.

Depoſitarius . Depoſitum .

Depoſitarius rei frumentariæ a Cōmunitatibus deputatus pecuniam ad hoc ſibi conſignatam in alium vſum conuertere non poteſt.16.54.

Depoſitarius rei frumentariæ ſi vertat pecunias in alium vſum,grauiter puniendus.21.27.

Amplia , quòd neque ſit audiendus , ſi opponat compenſationem.n.28.

Depoſitarius Montis nō tenetur reſtituere pecunias ei,a quo nō accepit,licet ſit verus dominus.22.27

Depoſiti pecuniæ facti in ſacculo obſignato dominium remanet penès deponentem.22.29.

Depoſitum factum in pecunia numerata transfert dominium in recipientē,qui vti poteſt pecunijs, & aſſumit periculum in ſe,ſicut in mutuo.22.30

Depoſitum factum in pecunia numerata non dicitur propriè depoſitum,ſed mutuum.22.32.

Depoſitarius quid agere debeat,antequam ad officium exercendum admittatur.34.2.a.26.

Depoſitarius condemnatus de depoſito efficitur infamis.34.3.a 26.

Quæ ſit differentia inter depoſitarium , & ſequeſtrem.49.1.

Depoſitarius,qui rem depoſitā ſtatim reddere negat dicitur eſſe in dolo,& fur, niſi iuſta cauſa ſubſit. 49.2.

Depoſitum habet executionem paratam, & contra depoſitarium iuratur in litem.49.3.

Depoſitarius non poteſt opponere compenſationē, iuſta cauſa ceſſante.49.4.

Depoſitarius quibus ex cauſis excuſetur a reſtitutione depoſiti.49.5.

Depoſitum rei furtiuæ an ſit reſtituendum furi, vel vero domino.49.7.

Depoſitum factum a capitaliter condemnato cui ſit reſtituendum.49.8.

Depoſitarius pecuniarum publicarum,& rei frumētariæ , & alimentorum non poteſt opponere cōpenſationem.49.10.

Depoſitarius Vniuerſitatum habere debet ſalarium ex crumena publica,& quare.49.12.

Depoſitarij Vniuerſitatum obligantur ſoluere onera cameralia, exactis, vel non exactis aſſignationibus.49.13.

Amplia , nedum teneri pro non exactis in tempore, ſed etiam pro expenſis vltra deſcripta in tabellis , etiamſi hoc egerint de mandato Magiſtratuum.n.14.

Depoſitarius , qui in principio ſui officij dedit idoneum fideiuſſorem,qui pendente officio eſt effectus non ſoluendo,an teneatur alium fideiuſſorē dare.49.15.

Depoſitarius quas debeat primo loco ſolutiones facere de pecunijs exactis.49.24.

Depoſitarius , qui pecunias Vniuerſitatum in proprium,vel alium vſum conuertit,an incidat in crimen peculatus.49.27.

Depoſitarius Vniuerſitatis tenetur ciuiliter de cuſtodia pecuniæ ſibi creditæ,non autem criminaliter.49.34.

Depoſitum penes campſorem,vel alium factum in pecunia numerata ſapit naturam mutui.49.37.

Depoſitarius,qui pecuniam numeratam penes ipſū depoſitam negociatur, an reſtituere teneatur lucrum inde perceptum.49.38.

Depoſitarius,qui vſus eſt pecunijs ſibi creditis, non tenetur ad vſuras de iure canonico.49.44.

Pœna quadrupli nedum contra depoſitarium conuertentem pecuniam publicam in vſum propriū danda

danda eſt, ſed etiam contra ſuos fideiuſſores, & hæredes.49.45.
Depoſitarius Vniuerſitatum debet conficere librũ ſuæ adminiſtrationis,& quomodo,ad hoc vt fides illi adhibeatur.49.49.
Depoſitarij Vniuerſitatum tenentur in fine anni oſtendere quietantias ſibi factas a Theſaurarijs prouincialibus vigore legis a ſacra Congregatione Boni Regiminis præſcriptæ.49.50.
Depoſitarij delinquunt, quando ſciunt ſe eſſe debitores in adminiſtrationibus præcedentibus, & ne remoueantur,nouos præſtant fideiuſſores. 49.51.
Baro an poſſit cogere Vniuerſitatem ſibi ſubditam ad conſtituendum Depoſitarium, ſeu Camerariũ pro rebus ſuis.49.52.
Reliqua de Depoſitarijs,vide in verb.loca Montiũ.

Deſultores.

Deſultores,& Equi deſultorij quinam eſſent, etiam Iuriſperiti docent.40.35.

Dictiones.

Dictio,perpetuò,multis modis accipitur.6.1.
Dictiones,quandocumque,perpetuò,in infinitum, ſine præfixione termini, & ſimiles appoſitæ in venditione cum pacto redimendi, non extendũtur vltra 30.annos.6.3.
Dictio,perpetuum,intelligenda,quamdiu quis viuat. 6.4.
Dictio,perpetuò,in contractu locationis,intelligitur quamdiù penſio ſoluatur.6.5.
Dictio, perpetuò, interpretatur aliquando vſque ad decem annos.6.6.
Dictio, perpetuum, dicitur eſſe vſque ad tertiam generationem.6.8.
Dictio,perpetuum,quandoque exponitur, id eſt generale,quandoque ſine interuallo, & continue. 6.9.
Dictio, perpetuò, in Bulla Clementina ſuper Bono Regimine nullam temporis determinationem ſignificat.6.10.
Dictio, perpetuum, ſæpe accommodatur ſubiectæ materiæ.6.14.
Dictio,quælibet, eſt vniuerſalis includens caſus, qui aliàs non includerentur.9.1.
Dictio,ipſis,perſonalitatem denotat. 12. 20. & cap. 18.62.
Dictiones, quorumcumque, & quoſcumque, ſunt vniuerſales, & effrenatæ, comprehendentes omnem ſignificationem verbi,cui adijciuntur etiam impropriam.16.68.
Dictio,ſeu verbum,Conſilium,quid ſignificet. 31.1.
Dictio,maximè,explicat caſum minus dubitabilem, & implicat magis dubitabilem. 34.40.a.3.
Dictio, verò, eſt repetitiua qualitatum præcedentium.35.52.
Dictio,liberè,totalitatem importat.42.46.
Dictio, nullus, tanquam vniuerſalis negatiua nihil excludit,& dictio,præter, magis firmat vniuerſalem negatiuam. 42.62.
Dictio,dolus,licet regulariter ſonet in malum,quandoque tamen datur dolus bonus.50.44.

Diœceſis.

Diœceſis non comprehenditur appellatione Ciuitatis in literis impetratis ad beneficia.10. 16.
Diœceſis tota dicitur territorium Epiſcopi,& Eccleſia ibi ædificata erit ſub iuriſdictione ipſius Epiſcopi. 10. 63.

Dies.

Dies certa ad aliquid faciendum aſſignata non currit,niſi petatur.12.41.

Diffinitio.

Diffinitio omnis in iure periculoſa eſt. 34.4. a.11.

Dignitas.

Dignitas formæ plurimùm auget auctoritatis,& deformitas minuit.19.6.
Dignitas eſt, quæ Principe iubente ſubſtinetur. 34.16.a.1.
Maior eſt exhibendus honor ijs,qui ſunt a Principe electi ad aliquam dignitatem, quàm electis ab alijs.34.18.a.1.

Diligentia.

Diligentia, & inſtantia ſicut in ſuo quoque opere artium mater inuenitur, ita nouerca eruditionis eſt negligentia.25.3.
Diligentia eſt mater omnium artium in opere ſuo, & reliquæ virtutes diligentia continentur. 34.6. a.3.
Diligentia nedum laudanda, ſed etiam præmijs cumulanda eſt.34.7.a.3.
Diligentia illa laudanda eſt, quæ domino, non quæ ſeruo vtilis fuit.34.8.a.3.

Diſcretio.

Diſcretio quid ſit,& quid operetur.33.23.

Diſtinctio.

Ex diſtinctione,& diuiſione quæſtionum res clarior efficitur.1.2.
Diſtinctio,& partitio tria operantur,animum legẽtis incitant,mentem intelligentis præparant,memoriam artificioſè reformant.1.3.
Diuiſio gentium a Deo proceſſit.12.8.

Diſtrictus.

Diſtrictus,ac territorium in quo differant.10.69.

Diues.

Diues,qui habet pecunias otioſas,ſi cogatur mutuare Regi,ſiue Ciuitati, non poteſt aliquid petere pro vſuris.22.43.
Declara hoc verum,ſi principaliter petatur,ſecus ſi aliquid remunerationis cauſa donetur.n.44.

Diuiſio.

Diuiſio facta eſt,vt iurgia tollantur.12.10.
Ad probandam diuiſionem,& ſeparationem rei, ſeu corporum,admittuntur præſumptiones,& coniecturæ.48.68.

Doctor.Doctores diuerſi.

Allegationes,Reſponſa,ſeu vota Doctorum dicuntur Conſilia,& quid importet hoc caſu.31.2.
Non dicitur errare,qui cum conſilio ſapientis errat ibid.3.
Doctor expulſus a Collegio,ſi reſtituatur, quem locum obtinere debeat.31.56.
Doctor prius doctoratus an ſit præferendus Doctori prius in Collegium recepto.31.150.
Doctor expulſus a Collegio,& poſtea reſtitutus, an reſtituatur etiam ad locum.31.152.
Doctor,vel Scholaſticus quando poſſit expellere fabrum ſtudia impedientem.38.2.
Iuriſperiti, & milites æquiparantur in priuilegio peculij; quod magis procedit in Agentibus. 34. 9.a.1.
Doctor propter infirmitatem poteſt legere per ſubſtitutum,& quare.34.5.a.10.

Iuriſperiti quoque militant. 34.7.a.1.
Gratianus fuit Monachus,natione Tuſcus, patria Cluſinus.9.6.
Vlpianus gentilis erat, & ideo noſtram Fidem ſuperſtitionem iudaicam appellat.31.33.
Vlpianus fuit ſupremus Conſiliarius Alexandri Imperatoris.44.2.
Bartolus deſenſus ab inculpatione Baldi. 31.44.
Bartolus annis ſeptem iuriſprudentiæ operam dedit.38.32.
Bartolus in decimoquarto ſuæ ætatis anno iura ciuilia ſub Cyno Piſtorienſi audire incœpit. In vigeſimo ætatis anno Bononiæ publicè in iure reſpondit,repetendo, & diſputando. In anno vigeſimo primo Doctoratus gradum obtinuit. 38.33.
Lapi error.8.67.
Andreas de Iſernia dum in Conſiſtorio Regio militabat, fuit occiſus a quodam Gallo, & hic fuit reus læſæ maieſtatis.14.54.
Ariſtoteles per annos viginti ſtuduit apud Platonem.38.31.

Dohana.

Aſſeſſor dohaneriorum Patrimonij tenetur obſeruare taxas Card.Farneſij olim Legati.50.172.

Dolus.

Dolus eſt machinatio quædam alterius decipiendi cauſa,cũ aliud agitur,& aliud ſimulatur.14.112.
Dolus duplex eſt, alius verus, alius præſumptus; hic in omittendo, ille verò in faciendo conſiſtit. 14.113.
Dolus verus eſt,qui ſolùm in malam partem interpetrari poteſt.14.114.
Dolus præſumptus eſt, quando coniecturæ extant, ſed non adeo vehementes,quæ iudicem in certã credulitatem inducant.14.115.
Dolus verus non videtur conſiderari poſſe in Vniuerſitatibus,& quare.14.116.
A dolo quælibet cauſa etiam iniuſta excuſat. 14.118.
Dolus præſumptus mitius punitur, quàm verus. 14.121.
Dolus nihil aliud eſt, quàm falſa aſſeueratio cum animo fallendi.23.14.

Domicilium.

Domicilium quanto tempore contrahatur in aliquo loco.38.21.
Domicilij mutatio requirit animũ mutãdi.50.243

Dominia. Dominus

Dominium Maris,Portus,& Regalium acquiri poteſt præſcriptione.10.82.
Dominia diſtincta fuerunt iure gentium, & Regna diuiſa,nã a principio omnia erant cõmunia.12.2
Dominus alicuius loci ſi ſit negligens in adminiſtranda iuſtitia, poteſt indici bellum contra totã Terram,& omnes ſubditos illius.12.46.
In dominij mutatione, vel domini loci requiritur conſenſus omnium, & vno reluctante non valet actus.31.141.
Mutatio domini requirit generaliſſimum Cõſilium, & conſenſum omnium.31.256.
Domicilij mutandi animus quando præſumatur in muliere nupta extra locum originis.50.244.

Domus.

Domus priuatorum poſſunt dirimi ratione publicæ vtilitatis, 31.118.

Dona. Munera.

Poculenta, & eſculenta, quæ triduo prodiguntur, propriè donum,vel munus non dicuntur,ſed xenium.27.9.
Acceptio Munerũ præuaricatio veritatis eſt. 27.18
Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitat.27.19.
Dantes,& promittentes pro gratia, vel iuſtitia impetranda, ſunt excommunicati.31.69.
Amplia etiam in rebus ad Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici ſpectantibus.n.70.
Donatio ante nuptias habet in ſe tacitam conditionem,quatenus matrimoniũ ſequatur.35.64.
Liberti ex antiqua conſuetudine donabant patronis,dum nuptias contrahebant, & filij naſcebantur: quod hodie retinetur etiam a multis Baronibus,& Domicellis cum eorum vaſallis. 36.7.
Bulla Boni Regiminis prohibet dona,& munera, aliaſque quaſcumque largitiones.36.8.
Decuriones licet imponere poſſint collectas pro Vniuerſitatum neceſſitatibus, non tamen hoc permiſſum eſt illis,vt largiãtur,& donent etiam Imperatori; ſed contrariam opinionem nonnulli defendunt, dummodo ciues inter ſe concordent,nec collectentur renuentes. 36.9.
Donare aliquando vtile eſt: ſed in Eccleſiaſtica Ditione prohibitum eſt, nedum Vniuerſitatibus, ſed etiam priuatis viris, pro iuſtitia, vel gratia impetranda.36.10.
Dona multos malos pariunt effectus, quorum ex ſacra Pagina, & alijs locis afferuntur exempla. 36.11.
Dona recipere an ſit prohibitum Conſiliarijs & Ambaſciatoribus Principum,& Vniuerſitatum; & an teneantur reſtituere.36.12.
Iudex, ſeu Officialis recipiens dona, & munera an peccet mortaliter cum obligatione reſtituendi. 36.13.
Communitatibus nedum a iure communi,ſed etiã a Summorum Pontificum Conſtitutionibus denegatum eſt donare.36.14.
Bulla Boni Regiminis reſtringit diſpoſitionem iuris communis circa donationes a Communitatibus faciendas; tamen ſatis rationabilis eſt, vt hic annotatur.36.15.
In donationibus ab Vniuerſitatibus faciendis maior pars ciuium repugnaret, niſi timor, vel erubeſcentia reprimeret eorum voluntates.36.16.
Nuncijs bona nunciantibus vtrum poſſit ab Vniuerſitatibus donari,ponderatis verbis Bullæ,quæ ius commune corrigere videntur.36.18.
Vniuerſitates Baronibus,& Domicellis ſubiectę an poſſint aliquid donare tempore nuptiarum, quando naſcuntur filij, quando prima vice accedunt ad ipſas Vniuerſitates, vel quid ſimile.36.27.
Vniuerſitates ex diſpoſitione iuris communis poſſunt aliquid donare Baronibus in caſibus ſupra expreſſis: licet contrarium videatur diſpoſitum in Bulla Boni Regiminis.36.28.
Vniuerſitates quid reſpondere debeant Nuncijs, & Officialibus tranſeuntibus, & aliquod petentibus.36.32.
Bulla Boni Regiminis annullat omnes conſuetudines,

nes, & ſtatuta circa donationes, & munera, & corruptelas appellat.36.34.
Vniuerſitates poſſunt aliquid donare ex cauſa remunerationis,& quare.36.35.
Hæc tamen concluſio non eſt ſemper vera, & declaranda,ne fraudibus aperiatur via.n.36.
Comites, & Barones vtrum poſſint cogere ſubditos,& vaſallos ad illis ſubueniendum in neceſſitatibus,dotandi ſcilicet filias,& ſorores. 36.37.

Duellum.

Duellum eſt prohibitum nedum ex iure ciuili, & canonico,ſed etiam Diuino.14.106.
Amplia, quòd quæcumque conſuetudo in contrarium introducta dicitur corruptela.n.107.
Duellum,ſeu Monomachiam,diabolo fabricante,in locum Gladiatorum, & venationis ferarum ſucceſſerunt.40.49.
Duellum a ſacris Concilijs,& Summorum Pontificum Conſtitutionibus prohibitum, ſub pœna excommunicationis.40.50.
Duellantes ad hoc, vt pœnas contra eos editas incurrant, quæ requirantur, nedum ex Concilio Tridentino,ſed Gregorij XIII.& Clemẽtis VIII. Conſtitutionibus.40.51.

E

Eccleſia. Eccleſiaſtici.

SOl quemadmodum eſt ſplendidior Luna,ita Eccleſiaſtica iuriſdictio temporalij præfulget.2.30
Eccleſia, vel eccleſiaſticæ perſonæ an concurrere debeant in conſtructione, & reparatione murorum;& quo pacto.8.50.
Eccleſia conſtructa ex eleemoſynis ſingulorum de Vniuerſitate non efficitur de iurepatronatus Vniuerſitatis,ſed eſt libera.13.43.
Spiritualia diù eſſe non poſſunt ſine redditibus eccleſiaſticis.15.8.
Eccleſiaſticos, qui Diuino Miniſterio ſunt adſcripti, indecens eſt,nimiùm eſſe implicitos in ſæcularibus negocijs,& quæſtuoſas artes exercere.5.272
Eccleſiæ & eccleſiaſticæ perſonæ an ſint immunes a reparatione viarum,&c.28.55.
Allegationes D.Matthiæ Nardini.poſt n.55.
Eccleſiaſtici ſunt membra,& ciues Reipublicæ, & ideo ſentire debent commoda,& incommoda ipſius Reipub.28.63.
Eccleſiaſtici licèt ſint ciues,& membra Reipublicæ, ſunt tamen alijs ſpectabiliores, & màgis priuilegiati;& quare.28.64.
Eccleſiaſtici quando, & quomodo concurrere debẽt pro bono communi Reipublicæ.28.65.
Eccleſiæ, & eccleſiaſtici non tenentur ad fabricaturam viarum, & pontium, cum ſit munus ſordidum,ſed ad ſolutionem taxæ ratione bonorum, quæ poſſident.28.94.
Bartoli diſtinctio circa ſolutionem taxæ pro reparatione viarum,& pontium,ad hoc,vt ad illam conueniant eccleſiaſtici.28.98.
Regula generalis, quando eccleſiaſtici tenentur ad ſoluendum taxas pro vijs,& pontibus; & adducitur conſideratio Barbatiæ.28.99.
Barbatiæ reſponſio ad conſ.Abbatis pro Monaſterio Montis Olliueti; & quòd contra hoc conſilium ſit communis opinio Canoniſtarum, & Iuriſtarum. 28. 101.
Eccleſia tempore belli poteſt incaſtellari,ſeu ad formam Caſtri reduci.28.104.
Eccleſia, & clerici magis quam laici tenentur ad exercendum opera pietatis. 28.106. & quare. & n.139.
Eccleſia tenetur conferre oneribus bellicis, vel a bello dependentibus; & ita cenſuit Sacra Congregatio Boni Regiminis ſub die 29.Nouembr. 1642.facto prius verbo cum Papa.28.110.
Eccleſiaſtici licet non pareant exhortationi iudicis laici, non tamen poſſunt ab eo cogi; ſed conueniendi ſunt coram iudice competenti.28.112.
Conſenſus Epiſcopi, & Cleri, non ſolum Eccleſiæ Cathedralis,ſed etiam Collegiatarum ſuæ Ciuitatis, & ex Diœceſi ſaltem Vicariorum Foraneorum requiritur in taxandis eccleſiaſticis.28.117
Quando ſufficiat ſola licentia Epiſcopi in taxandis eccleſiaſticis.28.122.
Cæſarum ſanctiones Iuri canonico aduerſantes nõ ſunt ſeruandæ.28.135.
D.Nicolai Lætì Agentis Prouinciarum allegationes circa eccleſiaſticos.28.137.
Eccleſia ſignificat fidelium collectionem.31.125
Eccleſia domus Dei eſt,& domus orationis,non autem negociationis dicitur.35,122.
Collectio fidelium dicitur Eccleſia, ad effectum orandi,& laudandi Deum.35.125.
Vniuerſitates quando teneantur ad eleemoſynas pro conſtruendis, vel reparandis Eccleſijs Parochialibus.41.37.
Ius publicum conſiſtit etiam in ſacris, & Sacerdotibus.41.38.
Vniuerſitates tenentur concurrere cum eleemoſynis in reparatione Eccleſiarum,quando ipſius Eccleſiæ redditus ſunt valde tenues.41.39.
Declaratio ſacræ Congregationis Concilij ſuper cõcurſu Vniuerſitatis in reparatione Eccleſiæ. 41.40.
Reparatio Eccleſiæ pertinet ad eos,qui redditus ipſius Eccleſiæ capiunt.41.41.
Vniuerſitates tenentur ad reparationes Eccleſiarũ, quando in hoc ſit introducta conſuetudo.41.42.
Collecta imponenda ab Vniuerſitate pro conſtruẽda Eccleſia,Hoſpitale, ſeu loco pio, debet imponi de conſenſu omnium de Vniuerſitate.41.43.
Eccleſia, & eccleſiaſtici ſemper conueniendi ſunt coram iudice eccleſiaſtico; & quomodo intelligenda eſt hæc concluſio.42.50.
Appellatione eccleſiaſticorum non comprehendũtur Cardinales,neque Epiſcopi; & quomodo intelligenda ſit hæc concluſio.42.57.
Tribunalia eccleſiaſtica nunquam veniunt in generali diſpoſitione facta laico: & quare. 42. poſt num.77.
Res empta ab Eccleſia ſi tranſportetur ſumptibus ipſius Eccleſiæ,eſt immunis.47.19.
Declara tamen vt ibi.
Facultas permiſſa eccleſiaſticis aperiẽdi furnos quomodo intelligatur.50.146.
Reliqua de Eccleſia, vide in verbo Clerici.

Edicta.

Edicta ad hoc vt afficiant, ſufficit in publico proponi, nec requiritur perſonalis intimatio. 11.21.

Edi-

Edictum, citatio, & Conſtitutio in quo differant. 11.22.
Edictum quanto tempore debeat ſtare affixum in loco publico.34.24.a.4.
Forma citandi per edictum quænam ſit. 34.25.a.4.
Edicta præconis voce æquipollent,& vox preconis paucis innoteſcit.46.6.

Eleemoſyna.

Eleemoſyna danda eſt,vt omnia nobis ſint munda, & ſicut aqua extinguit ignem,ita eleemoſyna peccatum.41.2.
Eleemoſyna melior eſt ieiunio,& oratione,& nemo ab ea excuſatur.41.3.
Bulla Boni Regiminis prohibet eleemoſynas; quod neque Imperatores chriſtiani, nec ethnici fecerunt.41.4.
Declara. n. 11.
Eleemoſynas facere Dei præceptum eſt.41.5.
Ciuitas ſolita dare eleemoſynas Religioſis,ſi faciat ſtatutum, per quod tollatur, vel minuatur eleemoſyna non valet;& ſeruanda eſt conſuetudo. 41.9.
Amplia,ſi Vniuerſitas vno anno dedit vinum,alio anno frumentum;hac tamen variatione non obſtante,tenetur.n.10.
Bulla Boni Regiminis non prohibet eleemoſynas, ſed ambitioſas largitiones.41.11.
Debitores debent potius ſatisfacere creditoribus, quam facere eleemoſynas: hoc enim eſt facere eleemoſynam de alieno.41.12.
Vxor non poteſt facere eleemoſynam de bonis viri, etiamſi bona ſint dotalia.41.13.
Bulla Boni Regiminis quas eleemoſynas permittat,& quibus in caſibus.41.14.
Eleemoſyna vt recte fiat, quænam ſint attendenda. 41.15.
Mendicantibus validis, qui ex cupiditate habendi diuitias eleemoſynas petunt, deneganda eſt, & quare.41.16.
Quæſtuarij, ſeu biantes ſunt, qui alicuius eccleſiæ, vel Sancti nomine eleemoſynas extorquent. 41.20.
Vniuerſitates habentes miniſtros deputatos ad erogandas eleemoſynas quid illis iniungendum ſit;videlicet quod
1 Ciuis pauper præferendus eſt forenſi.
2 Nobiles pauperes præferendi ignobilibus.
3 Seni potius, quàm iuueni.
4 Ei,qui ſine culpa in paupertatem incidit.
Alia vide 41.21.& ſeqq.
Eleemoſyna non eſt facienda conciliandi amoris gratia,ſed menſura tenenda, vt abundet in pluribus.41.24.
Eleemoſyna danda eſt illis,qui ſine cauſa anguſtiātur in carceribus,vel alibi.41.26.
Eleemoſyna ſi danda eſt extraneis, multo magis parentibus, & conſanguineis, etiam iniuſtis. 41.27.
Melius eſt ſubuenire ſuis,quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, vel ſubſidium neceſſitati poſtulare.41.28.
Sacerdotibus,& Religioſis facienda eſt eleemoſyna; dignum eſt enim,vt temporalia metat,qui ſpiritualia ſeminat.41.29.
De eleemoſyna quædam ſcitu digna vide remiſſiuè ad D.Thomam.41.30.
Puellis,& virginibus eleemoſyna danda eſt, ſiue temporale, ſiue ſpirituale matrimonium contrahentibus.41.33.
Vniuerſitas pro eleemoſynis antiquis faciendis non tenetur petere licentiam a Superioribus, ſicut tenetur in nouis eleemoſynis.41.44.

Electio.

Electio procuratoris,aduocati,medici, & aliorum officialium huius generis ſpectat ad Communitates,quæ ſtipendia ſoluunt;& afferuntur exempla.38.16.
Si in generali Conſilio ſit ſtatutus certus modus in eligendis prioribus, & officialibus, qui tamen modus ſi ſeruetur, Ciuitas carebit officialibus, quid agendum.31.266.
Ponitur quæſtio ſuper electione officialis; & an filij adoptiui ſuccedant in locum patris.31.267.
Electio Decurionum ſpectat ad Cōſiliarios.31.287
Electio facta a Conſiliarijs ſi ſit indignæ perſonæ, & incapacis,Superior poteſt illam improbare,& inquirere,an electus ſit idoneus.31.288.

Eloquentia.

Eloquentia ſine ſapientia magis obeſt,quam profit Vniuerſitatibus.33.19.
Eloquentia ad ſalutem hominum a natura conceſſa non eſt conuertenda ad bonorum perniciē. 34.28.a.3.

Emphyteuſis.

Emphyteuticarij poſſeſſores tenentur ad reparationem pontium,fontium;& quare.28.51.
Emphyteuta, & feudatarius quando dicantur cecidiſſe in commiſſum.29.7.
Cognitio cauſæ emphyteuticæ Eccleſiæ ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum priuatiuè quoad iudicem laicum.35.84.
Emphyteuta an teneatur ad collectas,& quomodo. 35.85.vide n.87.
Emphyteuta debet habere bona deſcripta in æſtimo ſub ipſius nomine.35.36.
Limita,ſi emphyteuſis ſit nulliter, & inualide conceſſa,& quare.n.88.
Emphyteutæ regulariter non ſit remiſſio, aliquando tamen fallit 48.5.
Incrementum factum fundo emphyteutico per alluuionem non auget penſionem.48.6.
Emphyteuta,qui non poteſt vti molendino, non habet remiſſionem,& quare.48.32.
Emphyteuta, & feudatarius tenentur ad collectas, cum declaratione,vt ibi;& quare. 50.255.
Vide n 258.in fin.
Bona emphyteutica quando deſcribuntur in libro æſtimi,minus æſtimantur, propter onus cenſus, quod ſoluitur domino directo.50.256.
Differentia inter emphyteutam, & conductorem ad longum tempus.50.257.
Contractus an ſit emphyteuticus, vel conductionis ad longum tempus, quomodo cognoſcatur. 50.258.

Emptio.

Emptore bonorum deficiente,ſuper quibus ſit facta exequutio ad fauorem Vniuerſitatum, coguntur conſanguinei debitoris ad emendum, nec poſſunt Vniuerſitates recipere bona ſtabilia in ſolutum.27.33.

Emptio annui redditus, ſeu reſponſionis, eſt licita; & ſoluuntur argumenta in contrarium adducta.34.20.a.12.

Vniuerſitates coguntur emere bona damnatorum in eccleſiaſtica ditione.44.14.

Vicini, & conſanguinei ſunt præferendi in emptione bonorum conſanguineorum,& vicinorum. 44.15.

Officiales compellentes emere bona damnatorum quem debeant ordinem ſeruare.44.16.

Item in tranſportanda annona de vno loco ad alium.n.17.

Nemo cogitur inuitus emere,vel vendere.44.18.

Factum emptoris non differt a facto venditoris exempti,& quare.47.20.

Emere animo negociandi quando quis præſumatur.47.53.

Vendens vinum,oleum,bladum,recollecta in bonis ſuis non dicitur negociari;& quis propriè negociari dicatur.47.57.& n.ſeqq.

Periculum, & damnum in re empta pertinet ad emptorem.48.37.

Amplia hoc verum,etiam ſtante hipotheca omnium bonorum,& obligatione perſonali.n.38.

Pretium rei emptæ quilibet tenetur ſoluere.50.64

Epiſcopus.

Epiſcopi nomen ſollicitudinis,& curæ eſt.2.1.

Epiſcopi nomen apud nos Chriſtianos primam ſignificat in Eccleſia dignitatem a Chriſto Domino inſtitutam,& Apoſtolis conceſſam. 2.2.

Epiſcopi nomen ethnicis quoque innotuit.2.3.

Epiſcopus ſupremam in Eccleſia Dei dignitatem ſignificat.2.4.

Epiſcoporum,& Presbyterorum duplex ordo ſacerdotij antiquitùs fuit.2.5.

Epiſcoporum ordo non mutatur,licet aliqui dicantur Primates,alij Archiepiſcopi,alij verò Patriarchæ,quia hæc eſt Apoſtolica diuiſio.2.6.

Epiſcopi ordinati ſunt ad abolendam idolorum memoriam,& priſcas ſuperſtitiones.2.7.

Epiſcopi antiquis temporibus putabant dignitatem minui,ſi ad Cardinalatus dignitatem eſſent promoti.2.9.

Epiſcopus non debet eſſe ſubiectus Principibus ſecularibus,nec imperium præeſſe ſacerdotio.Nec aurum tam precioſius eſt plumbo, quàm Regia poteſtate altior eſt dignitas ſacerdotalis. 2.31.

Epiſcopi non poſſunt in ſuis literis apponere verba ſeruus ſeruorum Dei.3.16.

Epiſcopus, qui reſignauit Epiſcopatum, retinet nomen, & dignitatem, & ea,quæ ſunt ordinis Epiſcopalis.16.70.

Epiſcopi an dicantur habere fiſcum in eorum diœceſibus; & quomodo applicare debeant pœnas maleficiorum,vide remiſſiuè.18,13.

Epiſcopis demandata fuit aliquando cura, ne merces,vel annona cariùs venderentur.21.36.

Epiſcopus quando poſſit reformare loca pia, ob negligentiam,vel dilapidationem bonorum.22.15.

Epiſcopus quo caſu nullam habeat iuriſdictionem ſuper huiuſmodi montibus.22.17.

Epiſcopus poteſt concedere licentiam celebrandi in aliquo loco, qui tamen non remaneat ſacer, nec religioſus;neque in illo Epiſcopus vllam habeat iuriſdictionem.22.18.

Epiſcopi hodie regulariter non ſe ingerunt in negocijs ſecularibus,& quare.23.2.

Epiſcopalis dignitas eſt excelſior dignitate Cardinalatus; Cardinales tamen illis præferuntur, & quare 34.4.a.7.

Epiſcopi vbi primùm ad hanc dignitatem promoti ſunt,debent viſitare Cardinales in Romana Curia exiſtentes.34.5.a.7.

Epiſcopis in primo ingreſſu Ciuitatum ſuæ curæ commiſſarum ex diſpoſitione Bullæ nihil donari poteſt:ſed malè hoc ſeruatur de conſuetudine, & quare.36.25.

Epiſcopi, & alij Viſitatores grauare non debent Vniuerſitates,& Curatos nimio ſumptu.37.10.

Parcitas pulcherrima virtus eſt,& in Epiſcopis præciſe laudanda.37.11.

Conſuetudini multùm defertur in ſubminiſtrando cibaria Epiſcopis,viſitantibus Diœceſes.37.13.

Cibaria debentur Epiſcopis viſitantibus etiam de iure Diuino, niſi adſit conſuetudo contraria, & paupertas Parochi.37.14.

Limita etiam quando Viſitatores velint cibaria in pecunia,& Vniuerſitas negaret.n.15.

Quod ex identitate rationis applicatur Viſitatoribus laicis,vt ſunt Collaterales militiarum,& ſimiles.n.16.

Epiſcopi,& parochi tenentur docere pueros doctrinam chriſtianam.38.13.

Epiſcopus vendens frumentum ſuæ menſæ, quod eſt exemptum, an poſſit etiam vendere exemptionem a gabella,& quomodo hæc concluſio intelligatur.47.22.

Epiſcopus præſcribens aliquem actum epiſcopalem in aliquo hoſpitali, quod conſtat non eſſe religioſum,non dicitur præſcripſiſſe exercitium aliorum iurium.50.275.

Equites.

Templariorum ordo deſtructus a Bonifacio Octauo, ſiue Clemente Quinto, eò quia in hæreſim lapſus erat.14.27.

Bona equitum Hieroſolymitanorum non ſunt collectanda.35.77.& n ſeq.

Equus.

Equum ad vecturam conducens ſi malè vtatur, ad quid teneatur.31.203.

Equus malè paſturatus,malè ambulat. 34.3.a.8.

Commodans equum eunti ad bellum,ſi equus moriatur in bello, non poteſt agere ad pretium, & quare.50.34.

Error.

Error communis non facit ius.31.269.

Declara. vt n.284.

Error cõmunis non fuit in probatione honoris, & quando requiratur habilitas ſpecialis.31.284.

Euictio.

Euictio in emptione, & venditione venit ex natura contractus,etiamſi non ſit promiſſa. 27.38.

Amplia habere locũ,& in datione in ſolutũ.n.39

Exactor.

Exactiones annonæ,& graſciæ intra quadrageſimũ lapidem concedunt Præfecti annonæ, & graſciæ ſub nomine,& ſigillo Camerarij.15.39.

Exactiones tributorum vbi completæ erant ad Quęſtorem, ſeu Theſaurarium mittebantur, & quomodo conſignabantur.16.15.

Exactores noui tenentur ad exactionem tributorũ

non

non ſolùm intra annum officij debitorum, ſed etiam ad reliqua præteritorum.16.21.
Exactor recuſans recipere a ſoluere volente, debitorem liberat, & ſe ipſum in duplum fiſco adſtringit.16.22.
Exactores onerum Cameralium quem ordinem, & modum in exactionibus ſeruare debeant. 16.23.
Exactores onerum Cameralium etiam Agentes in rebus dicti ſunt.16.24.
Exactores tenentur facere quietantias de receptis. 18.20.
Exactores recuſantes recipere pecunias fiſcales ſibi oblatas, liberant debitorem, & ipſi tenentur in duplum.18.21.
Amplia concluſionem, ſufficere oblationem pecuniæ in odium exactorum.n.22.
Amplia ſecundò, in exactoribus gabellarum. num.23.
Exactio tributorum hodierna differt ab ea, quæ antiquitùs fiebat, & quomodo.18.26.
Exigendi pecunias publicas in Gallia ſtylus correſpondet noſtræ conſuetudini.18.28.
Exactores malas artes adhibere ſolent, & in ſacra Pagina eorum miniſterium deteſtatur.18.29.
Exactores ad annum tantùm, & ad ſummum ad biennium durabant; & quare.18.30.
Exactores exigentes vltra debitum tenentur ad duplum, & ad alias pęnas.18.31.
Exactorum opera eſt Principibus neceſſaria, qui tamen occurrere debent eorum rapacitatibus. 18.32.
Exactori exigenti vltra modum præſcriptum poteſt licitè reſiſti, & probato crimine puniendus eſt. 18.33.
Poſt indictum quid agendum, quomodo facienda exactio, & quanto tempore durabit; remiſſiuè. 18.47.
Exactor non reddens bonam rationem, vel occultans pecunias exactas pœna amputationis manus eſt puniendus.23.29.
Exactores collectarum quomodo incipere poſſint exactiones.35.126.
Exactoribus, qui non oſtendunt literas, ſeu patentes, poteſt impunè reſiſti.35.127.
Exactorum collectarum, & vectigalium temeritas quanta ſit, nemo ignorat.35.157.
Exactores per annum, vel ad ſummum per bienniū retinendi ſunt; & quare.35.158.
Exactores ſi negligant recipere a ſoluere volentibus, debitores liberantur, & exactor in duplum condemnatur.35.159.
Exactorum caſtigatio non eò dirigenda eſt, vt contumacibus debitoribus ſecuritas præparetur. 35.160.
Contra exactores concedentes dilationes ad ſoluēdum collectas loquitur Caſſiodorus, cuius verba referuntur.35.162.
Ad reprimendam exactorum audaciam adſunt Bādimenta Eminentiſſimi Card. Camerarij, quæ maiori parte deſumpta ſunt è corpore iuris. 35. 163.
Referuntur ea, quæ in Auth. de collat. in materia exactionum fiſcalium ſancita ſunt ab Imperatore.35.164.
Praxis exigendi onera fiſcalia deſumenda eſt ex l.1 & l.apparitores, C.de exactor.trib.lib.10.35.165.
Exactores collectarum tenentur ſcribere nomen ſoluentis, menſem, diem, quantum, & ex qua cauſa ſoluitur.35.166.
Exactores concedentes dilationem Vniuerſitati, nō agunt via executiua, & cum repræſalijs pro ipſorum ſtipendijs ex decreto ſacræ Congregationis.35.168.
Exactores non exigentes integrum debitum, vel nō capientes pignora æquiualentia, non debent habere ſtipendia ex decreto ſacræ Congregationis. 35.169.
Grauamina illata ab exactoribus collectarum, & onerum Cameralium corrigenda ſunt, nedum ab Eminentiſs. Card. Camerario, ſed etiam a Gubernatoribus Locorum, ex decreto ſacræ Cōgregationis, quod iuri communi concordat.35.170.
Exactor, vel executor contra legem, & præceptum exercens officium poteſt a Præſide Prouinciæ capi, & corrigi; & ſi delicti grauitas requirat, ad Pręfectum Prætorio dirigi.35.171.
Exactoribus prohibitum eſt, antequam ſuſceptam exactionem impleuerint, aliā ſuſcipere. 35.172.
Exactor, qui minus diligentèr exegit, tenetur ſarcire damnum Vniuerſitati.45.4.
Declara concluſionem vt n.5.

Excommunicatio.

Excommunicatio dicitur perpetua, quouſque quis pœniteat. 6.7.
Excommunicatus, aut hæreticus non dicitur quis ante denunciationem.29.4.
In canonem latæ ſententiæ quibus in caſibus quis incidat, vide remiſſiuè.29.40.

Executio.

Exequutio fieri poteſt contra bona mobilia, & immobilia Vniuerſitatum.27.31.
Exequutio facta in bonis debitoris Vniuerſitatis, an, & quando ſuſpendatur per inhibitionem obtentam ab vxore ipſius debitoris.27.45.
Calices, & alia vaſa, & ornamenta diuino cultui dicata, non ſunt in executionem capienda.28.130.
Executio pœnarum etiam ipſo iure incurſarum requirit iudicis declarationem, parte citata. 29.35.
Prædia in exequutionem capta ob non ſolutionem collectarum quomodo diſtrahantur, & quæ requirantur.35.152.

Exemptio.

Reuocatio exemptionum ſan. me. Vrbani VIII. & aliorum Pontificum quomodo intelligenda ſit. 28.75.
Exemptio conceſſa Eccleſiæ, & eccleſiaſticis perſonis numquid extendatur ad earum colonos, & familiares.47.29.& n.30.

Expenſæ.

Expenſæ nomen latinum, & antiquum eſt a permutatione rerum deriuatum.20.1.
Expenſæ nomine pecunia, quæ conſumpta eſt, ſignificatur. 20.2.
Expenſæ, & impenſæ idem deſignant; magis forenſe eſt expenſæ.20.3.
Expenſæ ſunt in quadruplici differentia, neceſſariæ, vtiles, voluptuariæ, & quæ fiunt fructuum colligendorum gratia.20.4.

Expenſæ neceſſariæ, vtiles, voluptuariæ quæ ſint. 40.5.
Pro recuperandis expenſis datur retentio.20.7.
Expenſæ factæ gratia colligendorum fructuum in quibus caſibus non detrahantur.20.9.
Expenſæ factæ vltra ſummam in Tabella contentam in calculo recipiendæ non ſunt.20.13.
Expenſæ litium quomodo, & quando a iudice taxentur.28.7.
Signatura iuſtitiæ quomodo reſcribat circa taxationem expenſarum.28.8.
Meſſium cuſtodia, & fructuum recollectio facienda eſt expenſis eorum, quorum ſunt fructus. 42.25.

Expreſſio.

Expreſſio eius, quod tacite ineſt, nihil operatur. 9.26.

Extenſio.

Extenſio in pœnalibus fit, ne per indirectum eludatur ſententia ſuperioris.10.18.
Extenſio pœnalis ſicut fit pro ſalute animarum, ita etiam pro ſalute corporum, quando viget eadem ratio.10.25.
Extenſio pœnalis fit ad Suburbia, quàmuis de facto detineantur ab aliqua Ciuitate, ne diſpoſitio reddatur eluſoria, & vt verba aliquid operentur. 10.27.
Caſus ſpecialis extenditur, quando adeſt eadem ratio.33.72.

F

Facta.

FActa non præſumuntur.48.72.

Falſitas.

Falſa negatio tollit priuilegium, quod aliàs quis haberet in eodem negocio; & vide quid in hoc ſéſerit M.Tullius Cicero.34.22.23.

Fames.

Famis effectus quamplurimi referuntur, videndi. 21.62.

Familia.

Omnes habitantes in vna familia habentur pro vno.35.17.

Feſtum.

Feſtus dies, in quo nundinæ exerceri non poſſunt, an computetur in termino aſſignato; & an ſub die feſto exigi poſſint pedagia.31.244.
Operi ſeruili incumbere poſſumus etiã die feriato, quando res tempore peritura eſt.31.246.

Feudum.

Dominus non poteſt alienare feudum in inferiorem dignitatem ſine voluntate vaſalli, quia non tenetur vaſallus iurare fidelitatem minori, vel minus nobili.10.50.
Feudatarius non poteſt abſque priuilegio exigere gabellas; & ius pedagij, & quare.10.83.
Limita, ſi hoc ex antiqua poſſeſſione præſcripſit, nam id eſt loco priuilegij.n.84.
Hæc præſcriptio requirit ſpatium centum annorum, & cuius hominum memoria non ſit in contrarium.n.85.
Dux, Marchio, Comes, Baro poſſidentes Caſtra, & bona iuriſdictionalia in Eccleſiaſtica Ditione, præſumuntur poſſidere iure feudi ab ipſa Eccleſia, vt excludatur titulus vſurpatiuus.10.88.
Feuda, bona feudalia, & demania Baronum tenetur ad refectionem pontium, & viarum; quia nec domus Auguſta ab hoc munere excuſatur.28.53
In feudis eccleſiaſticis ob non ſolutionem canonis, ſeu cenſus, incurritur caducitas ipſo facto, abſque alia declaratione.29.21.
Contra feudatarium, qui cecidit in commiſſum, antequam procedi poſſit, acceptatio deuolutionis requiritur.29.39.

Fictio.

Fictio non habet locum in Statutis.31.277.

Fideiuſſor.

Fideiuſſio etiam dicitur alienatio, & ideo Vniuerſitates ſine licentia Superioris fideiubere non poſſunt.32.3.
Fideiuſſores debitorum Vniuerſitatum an repellantur ab honoribus, & muneribus publicis, ſicut & ipſi debitores.44.42.
Fideiuſſorum obligatio quando ſuſtineatur, etiam annullata obligatione principali; & vide limitationes aliquas ad regulam contra debitores ſupra relatam.44.43.
Fideiuſſor adminiſtratoris rerum Vniuerſitatum nõ tenetur ad vſuras de iure communi; ſecus ex Bulla Boni Regiminis.45.8.
Declara concluſionem, vt n.9.
Differentia inter fideiuſſores contractus, & officij, in quo conſiſtat.45.10.
Fideiuſſor adminiſtratoris ad certum tempus, an, & quando conueniri poſſit poſt tempus.45.45.
Officialis negligens in recipiendo fideiuſſores, & cautiones ad fauorem Vniuerſitatum, tenetur de proprio.46.18.
Licitator, qui fideiuſſores, & cautiones non inuenit, an ſit liberatus.46.19.
Differunt fideiuſſores dati vigore contractus, & obligationis, ab ijs, qui dantur officio iudicis, & quomodo.49.19.

Fides Catholica.

Chriſtiana Fides tempore Vlpiani nondum recepta erat.31.32.
Summa eſt ratio, quæ pro Religione facit.35.67.
Dicens Saracenis, volo ſequi veſtram legem, vt eam cognoſcat, & poſtea impugnet, an peccet. 50.45.

Filius.

Filij familias maiores 25. annis poſſunt eſſe Decuriones de conſenſu patris; & quando pater dicatur conſentire.31.83.
Filius expoſitus ſi patrem occidat, non incidit in pœnam parricidij, & quare.39.11.
Filij familias an ſint admittendi ad licitandũ.46.45
Filius familias conducens vectigalia, ſi in dicta conductione lucretur, vtrum tale lucrũ ſit filij fam. vel patris.46.47.
Filius adoptiuus gaudet priuilegio patris adoptantis, ac ſi eſſet filius legitimus, & naturalis. 31. 268.
Declara tamen infra, vt n.283.
Filius ex matrimonio minus legitimo natus, ſi matrimonium reputabatur legitimum, etiam filius reputandus eſt legitimus.31.270.
Declara infra.n.285.
Filius adoptiuus eſt filius imaginarius, & non verus. 31.274.

Filius adoptiuus non comprehenditur in priuilegijs neque in ſtatutis loquentibus de filijs.31.275.

Filij adoptiui ſunt filij ficti.31.276.

Filij adoptiui ſi admittantur ad officia patris adoptantis, quænam ſequantur abſurda.31.278.

Procreationi filiorum multa conceſſa ſunt priuilegia.50.87.

Filius per ingreſſum religionis eximitur a patria poteſtate.50.103.

Filius per ingreſſum religionis efficitur incapax ad ſubeunda munera publica in locum patris, & ideo ceſſat immunitas conceſſa patri, ex iſta cauſa.50.104.

De filijs expoſitis, vide in verb. Infans expoſitus.

Fiſcus.

Collegium omne, cui Apoſtolici fiſci incumbit cura, quibus perſonis conſtituatur.16.5.

Fiſcus, ſeu Arca fiſcalis quænam dici poſſit hodie apud nos, & quid Marſupium.18.9.

Fiſcus an, & quando teneatur de euictione.27.42.

Debitor fiſci quando bonis cedere poſſit. 35.3.

Fiſcus non ligatur ſtatutis Ciuitatum. 46.46.

Onera fiſcalia in Ditione Eccleſiaſtica impoſita ſunt ſubditis, vti ſingulis, & ideo immunitas vni conceſſa non debet alijs accreſcere.50.19.

Hæc tamen concluſio declaratur rationibus, & exemplis.n.20.

Prædia ad fiſcum pertinentia non habent immunitatem ab oneribus ordinarijs.50.55.

Subconductor rerum fiſcalium remanet obligatus ad fauorem fiſci, & quare.50.57.

Florentia.

Florentina Ciuitas redemit ſuam libertatem a Rodulpho Primo Imperatore precio ſcutorum ſex mille.8.14.

Flumina.

Flumina appellantur perennia, quando nunquam fluere deſinunt. 6.12.

Forenſis.

Forenſis non tenetur ad collectam impoſitam ab Vniuerſitate pro ſoluenda pœna commiſſa ab ipſa Vniuerſitate, etiamſi collecta imponatur per æs, & libram.35.41.

Fortalitia.

Fortalitia vt magis tuta reddantur, arbores incidi, domuſque demoliri debent, & efferuntur exempla.8.41.

Fortalitia licèt fiant ad tutelam Ciuitatum, tamen quia cedunt vſibus proprijs dominorum, ab ipſis dominis ſunt cuſtodienda, & reparanda tempore pacis, & belli.42.17.

Fratres.

Fratres S.Mariæ Seruorum non ſunt propriè mendicantes, & quare.28.151.

Fratres Prædicatores non ſunt propriè mendicãtes, & quare. 28.157.

Fratres Minores, qui nihil poſſident, non tenentur ad refectionem viarum, & idem, ſi bona eſſent ſterilia.28.95.

Reliqua vide in verb. Mendicantes, in verb. Religioſi.

Fraus.

Fraudibus ſemper eſt occurrendum.11.3.

Fraudum cognitio, quæ fiunt in venditione rerum victualium cumulatiuè pertinet ad Rectores Ciuitatum, & ad iudices ordinarios.21.55.

Fraus nemini patrocinatur & ſi committatur, qualiter puniatur; & quomodo præſumatur in contractibus.35.93.

Ad detegendam fraudem defertur iuramentum, & quare.35.94.

Fructus.

Fructus intelliguntur, deductis impenſis. 20.6.

Fructuum quota fiſco ſoluenda, nulla habita ratione expenſarum, ſoluitur.20.11.

Declaratur tamen concluſio. n.12.

Fructus ſocietatum officiorum quomodo, & ad quã rationem taxentur, & quando licitè percipiantur. 28.3.

G

Gabella.

GRatia facta a Clemente VIII. Ciuitatibus de vectigale Archiuij, & foglittæ extenditur ad Comitatenſes.10.10.

Ius non ſoluendi vectigalia qualiter, & quando præſcribatur ab vna Vniuerſitate contra aliam Vniuerſitatem. 13.34.

Stipendia illa, & tributa dolere debent, quæ ſtudio cupiditatis videntur impoſita, nam quæ pro rerum neceſſitate percipiuntur, *inde prudentium* animus non grauatur.34.16.a.15.

Emens carnem extra Ciuitatem ab Eccleſia tenetur ad gabellam in introductione.35.97.

Gabellam, & collectam iuſte impoſitam a Principe fraudare, peccatum eſt mortale. 35.98.

Offerens in appaltu gabellæ pro perſona nominanda, vtrum facta nominatione ſit liberatus. 46.54.

Pactum per Officiales cum emptoribus gabellarum initum contra ſolitum vendendi modum, eſt nullum, & quare. 46.59.

Ciuitas agnoſcens ſuperiorem ſi gabellam imponat, ſoluenda non eſt.47.4.

Sed hanc concluſionem declara pluribus modis, vt num.5.

Gabella non eſt ſoluenda pro equo, ſuper quo quis equitat.47.8.

Gabella non eſt ſoluenda pro rebus, quæ ſui vſus cauſa deferuntur.47.11.

Communitates Status Eccleſiaſtici non poſſunt acquirere ius exigendi gabellas a conducentibus graſciam ad Vrbem etiam per longam conſuetudinem.47.12.

Diuturnitas temporis non tollit peccatum. 47.14.

Limitatur poſita concluſio, vt Communitates exigere poſſint gabellam a conducentibus graſciam ad Vrbem, quando habent titulum ex conceſſione Papæ. num.15.

Declaratur hæc concluſio, vt non procedat in rebus pro vſu Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum: Sed hoc etiam declaratur. num.16.

Gabella ſoluenda eſt, quando bona exeunt de manu priuilegiati. 47.18.

Vendens equum cum pacto conducendi illum ad domum emptoris, quis eorum teneatur ad ſolutionem gabellæ.47.23.

Mulie

Muſio tenetur ſoluere gabellam pro mulo,pro ſarcina verò tenetur dominus ſarcinæ , & quare. 47.24.
Gabellam non ſoluit ille, qui coactus eſt portare rem gabellæ onuſtam,& quare.47.25.
Gabella nō eſt ſoluenda pro naui,quæ vi ventorum vel piratarum appulſa eſt in portum. 47.26.
Emens rem a clericis, & alijs priuilegiatis extra Ciuitatem,an ſoluat gabellam in ingreſſu Ciuitatis.47.27.
Exemptus a ſolutione gabellæ alios excuſare non poteſt,aliàs perdit priuilegium. 47.28.
Habens immunitatē a Principe,ſi ſoluat gabellam, vtrum amittat priuilegium. 47.32.
Gabella ſoluenda in tranſitu pontis,an ſit ſoluenda ſi quis tranſeat per vadum.47.33.
Vniuerſitates habentes priuilegium exigendi gabellas a tranſeuntibus tenentur conſeruare iter tutum a latronibus,manutenere pontes, & vias. 47.35.
Gabella an ſit exigenda cum augumento, quando moneta eſt aucta.47.36.
Gabella vendita ſub certa quantitate, & forma, ſi poſtea augeatur,cuius ſit augumentum. 47.37.
Communitas an poſſit poſt venditam exactionem gabellæ illam augere.47.38.
Conductori gabellæ facienda eſt remiſſio, licèt promiſerit non petere,quando res non manet in ſtatu,in quo erat tempore contractus.47.39.
Gabellarius non ſoluens in tempore conuento,an poſſit expelli,& alteri locari vectigal.47.42.
Immunis a ſolutione gabellæ an teneatur denunciare gabellario; & concordantur opiniones inter ſe contrariæ.47.43.
Nemo debet ſibi ius dicere, & inſtruendus eſt gabellarius,ne fiat fraus gabellæ.47.44.
Tranſiens per locum,in quo ſoluenda eſt gabella, ſed non adeſt qui illam recipiat, an cadat in cōmiſſum,ſi non ſoluit.47.45.
Gabellarij non poſſunt cogere viatores ad ſoluendū faſciculos,ſeu fardellos : redditur ratio, & declaratur concluſio.47.46.
Gabellam fraudare voluiſſe,quomodo probetur, & quanto tempore præſcribatur hæc actio ; vide remiſſiuè.47.47.
Bona forenſium,ſi ignorant,vbi ſoluatur gabella,nō cadunt in commiſſum.47.49.
Bona,quæ cadunt in commiſſum , an ſint applicanda gabellario,vel Vniuerſitati vendēti gabellam. 47.50.
Gabellarius agens pro recuperatione rerum , quæ ceciderunt in commiſſum,quid probare debeat, & quanto tempore duret hæc actio.47.51.
Hoſpites, & cauponæ præſumuntur emere vinum animo negociandi,& ideo tenentur ad gabellam. 47.54.
Gabellam vini ſoluūt Vniuerſitates Status eccleſiaſtici ex conuentione inita cum Camera Apoſtolica,& in qua ſumma;quam ſummam recuperare debent ab hoſpitibus , & cauponis , & etiam ab ijs,qui minutatim vendunt in domibus proprijs. 47.55.
Hæc tamen concluſio maximas habet difficultates in puncto iuris, præſertim quoad clericos. num.56.
Gabella impoſita ſuper extractione frumenti, non comprehendit hordeum,ſpeltam, auenam, & legumina.47.69.
Declara, niſi Statutum vtatur verbo triticum, & quare.n.70.
Vniuerſitas emens frumentum in loco certo , an in tranſitu per aliud territorium teneatur ad gabellam,de iure nō teneri;ſed de facto ſoluitur.47.71
Gabella ſoluta pro frumento molendo an ſit denuò ſoluenda pro illo frumento,quod molendinarius percipit pro mercede,ſeu molitura.47.72.
Gabella ſemel ſoluta non debet iteratò ſolui, & aſſignatur ratio.47.73.
Cauſa,quæ minuit gabellam attendenda eſt.47.74
Immunis a gabella macinatus ratione loci,ſi neceſſitate coactus vadat ad molendum in loco , vbi ſoluitur gabella,an teneatur ad illius ſolutionem 47.75.
Gabellam pro contractibus qui ſoluere teneantur, venditor,ſeu emptor,vel vterque.47.76.
Contractus præſumitur fœneratitius,ſi Statutum diſponat, ſoluendam eſſe gabellam ab vtroque contrahente,ſi conuentum ſit,quòd ab vno tantū ſoluatur.47.77.
Contractus ſuſtinetur,licèt vnus tantùm contrahētium ſoluat gabellam , ſicut etiam ſoluens pro parte ſua canonem,euitat caducitatem. 47.78.
Venditione facta in loco immuni,ſi traditio rei vēditæ fiat in loco ſubiecto gabellæ,an ſit ſoluenda.47.79.
Gabella pro dote ſoluenda eſt in loco,vbi celebratę ſunt ſolemnitates nuptiarum,& conſumatum fuit matrimonium,non autem in loco,ad quem conducitur vxor.47.80.
Gabella ſoluta in contractu cum pacto retrouendēdi,an ſit iterum ſoluenda, quando fit retrouenditio.47.81.
Gabella ſoluta in promiſſione de vendendo , non ſoluitur amplius in ipſa venditione.47.82.
Gabella non eſt ſoluenda, quando contractus factus cum minore reſcinditur.47.83.
Quid ſi vendatur equus,habita fide de pretio , & emptor efficiatur non ſoluendo, vtrum ſit ſoluēda gabella.n.84.
Gabella non eſt ſoluenda de refutatione filiorum in bonis maternis,ſeu paternis, propter ingreſsū Religionis,& quare.47.85.
Gabella an ſit ſoluenda in venditione ; ſeu redemptione annui cenſus.47.88.
Satutum imponens gabellam exercentibus artem an comprehendat coquinam. 47.92.
Caligola impoſuit gabellam ſuper rebus edendis in Vrbe, quæ gabella an ſit laudanda, vel ne, vide hic.47.93.
Vniuerſitas vendens gabellam extractionis frumenti,vel quid ſimile,vtrum ſi ipſa extrahat teneatur ad gabellam.47.94.
Gabella impoſita ſuper extractione frumenti, non comprehendit,quod extrahitur cauſa ſeminandi. 47.96.
Gabellam fraudare vtrum liceat, itaut fraudans ſit tutus in conſcientia.47.97.
Gabella impoſita a Principe habente poteſtatem fauore publico,dicitur fauorabilis.47.98.
Recuſans ſoluere gabellam legitimè impoſitam incidit

cidit in crimen læſæ maieſtatis.47.99.
Quot modis quis dicatur fraudare gabellam, itaut incidat in commiſſum.47.100.
Probatio exactionis gabellæ an fieri poſſit ex libris publicanorum.47.101.
Solutum gabellarijs potius præſumitur extortum, quàm legitime ſolutum,& exactum. 47.103.
Gabellarius requiſitus ad exhibendum ſuos libros, niſi exhibeat,qua pœna teneatur.47.104.
Gabella ſoluenda pro inſtrumento, vtrum ſoluenda ſit pro ſcriptura priuata.47.105.
Artiſex obligatus ſoluere gabellam quolibet anno, ſi vno anno non ſoluat,ſed in ſecundo,in quo nõ faciat mentionem de debito primi anni,an incidat in pœnam.47.106.
Gabella impoſita ſuper animalibus non extenditur ad aues,& piſces.47.107.
Statutum diſponens gabellam eſſe ſoluendam in vendītione beſtiarum, non comprehendit macellarios,& quare.47.108.
Gabella ſoluta pro animali vendito, ſi redhibeatur, reſtituenda eſt gabella.47.110.
Gabella non eſt pro lardo, quia lardum non eſt caro,nec è contra.47.111.
Gabella ſoluenda eſt de auibus,quando aues ſunt in fructu.47.112.
Gabella ſuper animali naſcenti,ſi animal prægnans ducatur in loco immuni, donec pariat,nihilominus debetur gabella.47.113.
Mercator non excuſatur a ſolutione gabellæ, ſi faciat emere merces a ciue immuni.47.114.
Mulio introducens rem meam intra Ciuitatem, & non ſoluat gabellam, vtrum res mea cadat in commiſſum.47.115.
Statutum diſponens mercatorem panni teneri ad ſolutionem decimi,mercator verò lanæ ad quinque,ſi mercator panni efficiatur mercator lanæ, an teneatur ad decem,vel quinque. 47.116.
Gabella impoſita ſuper lana vtrum extendatur ad pelles lanatas,& quid in pellibus bouum, & porcorum.47.117.
Gabella ſoluenda de pomis an extendatur ad glandes, neque ſtatutum imponens pœnam ſuper damno pomorum,extenditur ad glandes.47.118
Statutum, quòd coloni ſoluant gabellam pro dominis,tanquam iniquum non valet.47.119.
Gabellæ ſolutio præſcribi poteſt, & induci poteſt liberatio.47.120.
Limita non habere locum quoad Vniuerſitates, quando gabellarius fuit negligens, quia eius negligentia non nocet Vniuerſitati.n.121.
Gabellæ ſemper conceduntur cum pactis, & capitulis præcedentibus.48.13.
Datium cenciariorum a quo inſtitutum, & a quo poſtea ſublatum.48.16.
In gabellis non fit extenſio de vno ad alium locum, nec de perſona ad perſonam, & redditur ratio. 50.262.
Gabella non eſt ſoluenda ab eo, qui propter ſiccitatem fuit coactus ire ad molendum in loco gabellæ.50.265.
Reliqua de gabella,vide in verb.vectigal.

Genus.

Genus perire non poteſt.22.31.

Gladiatores.

Gladiatorum origo, & munus,& horum magiſtros, & inſtructores fuiſſe.40.37.
Gladiatorum munus magna fiebat impenſa,& ideo a diuitibus dabatur.40.38.
Gladiatorum deſcriptio ex Tertulliano.40.39.
Gladiatorum munus quolibet anno Queſtorum impenſa Romæ dabatur.40.40.
Gladiatorum genera quinque ex Budæo, qui erant infames,& quare.40.41.
Gladiatorum munus exercere etiam viros nobiles inſania docuit.40.42.
Nero crudeliſſimus Imperator 400. Senatores, & 600. Equites ad gladiatorum munus exercendũ exhibuit.40.43.
Gladiatoris munus quinam primi in Vrbe dederint,& quare.40.44.
Gladiatorum, aliorumque ſpectaculorum ſæuitia ſub Conſtantino Imper.Chriſtiano ceſſauit; vel ſaltem prohibita.40.45.
Gladiatorum munus, & Circi venationes immanitatem habebant.
Ab hoc immani ſpectaculo nedum Chriſtiani, ſed ethnici quoque abhorruerunt.40.46.

Graſcia.

Macellarij,piſcium venditores, piſtores, & alij huiuſcemodi,licet habeant præſcriptam quantitatem victualium exponendorum pro vſu corporis humani;creſcente tamen populo, & neceſſitate ſuperueniente cogi poſſunt augere quantitatem conuentam.50.30.
Reliqua de Graſcia, vide in verb.Annona.

Gubernator.

Gubernator Vrbis licet inſignia, & ornamenta eccleſiaſtica deferat,laicus tamen eſſe poteſt.16.33
Gubernator Vrbis non vti gubernator,ſed tanquam Vicecamerarius præcedit Theſaurario, & alijs. 16.34.
Gubernatores Vrbium,& publicani multi petierunt abſolutionem a Cenſuris anno Iubilæi 1575. 28.66.
Hieronymus Grimaldus Patritius Ianuenſis gubernator Vrbis.15.12.

H

Hæres.

HAeres quando teneatur de dolo defuncti.45.32
Hæres,qui non confecit inuentarium,tenetur etiam de iure canonico pro delictis, & contractibus defuncti.45.33.

Hæretici.

Hæretici ex diſpoſitione iuris canonici quadruplici pœna puniuntur.14.31.
Hæretici grauius, horribilius, & deteſtabilius delinquunt,quàm alij;& quomodo contra eos procedatur.29.3.
Hæretici eum ſint infames,ab omnibus vitandi; excluduntur a Decurionatu, & ab omnibus muneribus publicis, imo expellendi ſunt a Ciuitatibus. 31.45.
Amplia etiam quoad filios hæreticorum etiam reconciliatorum,& quare,
Filij hæreticorũ priuandi ſunt hæreditate,& ſucceſſione nedum paterna, ſed etiam auita, & legitima.31.47.

Intereſt Reipublicæ Chriſtianæ, vt filij hæreticorum perpetua egeſtate laborent, & quare. 31.48.

Hæretici expellendi ſunt a Ciuitatibus, ne boni ciues inficiantur. 42.82.

Hetruria

Hetruriæ magnus Dux quare non recognoſcit Superiorem. 10.71.

Hetruriæ magni Ducis prærogatiuæ. 10.73.

Haſta ſalutis.

Haſta ſalutis apud Romanos hodie in aliquibus Ciuitatibus Status Eccleſiaſtici reperitur, & quid ſit. 21.52.

Homo.

Homo ſi eſt virtutibus præditus, eſt optimus animaliũ, ſi ſit a legibus, & iuſtitia alienus, peſſimus erit. 4.14.

Homo pronus eſt ad malum ab adoleſcentia ſua. 4.16.

Homines ſi ſine legibus viuerent, nihil a feris diſcreparent. 4.18.

Ad reprimendam malorum hominum rabiem milites Corſi, & birruarij detinentur. 31.200.

Ius Pontificium, & Cæſareum ſanciuit, vt alter alteri præſit, & alter alteri ſubſit. 34.8.a.7.

Homo debet eſſe velox in percipiendo, ſed tardus in deliberando. 34 7.a.11.

Quod inconſultò, aut temerè dictum, factumue eſt, id pulchrum eſſe nequit. Qui verò libenter conſilium audiuerit, & fecerit, maiorem eſſequetur gloriam. ibid.

Vita hominis vapor, & ad modicum apparens eſt; & nemo mortalium eſt, qui craſtinum ſibi audeat polliceri. 35.115.

Perſona dignior eſt quacumque re, quia Deus cũcta creauit propter hominem. 35.119.

Homines decem faciunt populum, & plures quàm decem, aut quindecim faciunt turbam. 13.5.

Homo ad militiam ſemel deditus, quid non inueniat, vt minorum res proprias faciat. 43.1.

Homo ad malitiam ſemel deditus, quid eſt, quod non adinueniat. 44.7.

Imperium potius ampliandum eſt hominibus, quã pecunia. 50.7.

Hoſpes.

Hoſpes, & caupo non poteſt ſine iuſta cauſa aliquẽ expellere ab hoſpitio. 33.84.

Limita, ſi ſuperueniant Legati, & Oratores, qui commodè hoſpitari nequeant. n.85.

I

Ianuenſis Ciuitas.

IAnuenſis Ciuitas a Carolo V. anno 1529. libertatem conſequuta eſt. 8.12.

Ignorantia, Imperitia.

Ignorans nec contemnere, nec pati, nec conſentire dicitur. 14.98.

Ignorantia, & imperitia ſolemnitatum requiſitarũ, potius quàm dolus in contractibus Vniuerſitatũ præſumitur. 14.119.

Per ignorantiam, aut imperitiam delinquentibus parcendum eſt. 14.120.

Imperitia dicitur culpa in eo, qui aliquid agendum aſſumit, cuius rei imperitus exiſtat. 34.4.a.3.

Amplia idem ius ſtatuendũ eſſe de imprudẽtia. n.5.

Ignorans quod ſcire potuit, non excuſatur, & habes exempla. 48.12.

Imbuſſulatio.

Imbuſſulatio ad officium an tribuat ius imbuſſulato ad tale officium. 31.271. & Infra n, 286.

Imbuſſulatio ſola non tribuit ius ad officium, ſed requiritur extractio. 31.286.

Immemor.

Immemor ſalutis æternæ nemo pręſumitur. 14.117

Immunitas.

Immunitas clericorum eſt a iure Diuino, ideo a nemine violanda, ſub pœna excommunicationis. 28.56.

Immunitas competit Eccleſiaſticis ex communi Legiſtarum, & Theologorum voto. 28.57.

Immunitas Eccleſiæ non læditur, vbi interuenit licentia, & auctoritas Papæ. 28.121.

Immunitas ſacrarum ædium apud omnes gentes obſeruata fuit. 28.136.

Immunitas conceſſa per modum contractus ſeruanda eſt etiam a Principe. 35.40.

Generalis conceſſio immunitatis comprehẽdit munera perſonalia, non autem realia. 35.79.

Immunitas realis conceſſa clericis ratione perſonæ conceſſa dicitur. 35.80.

Immunitas conceſſa clericis non tranſit in arrendatarios. 35.95.

Emens ſal a Camera, ſeu fiſco non gaudet immunitate, quam habet Camera, & fiſcus, quia mutata perſona, mutatur rei ſtatus. 35.96.

Eccleſia, & perſonæ eccleſiaſticæ poſſunt in contractibus cum emptoribus initis concedere immunitatem. 35.99.

Immunitas quid ſit; & regulariter eam non eſſe concedendam; notarius fraudolenter, ſeu ambitiosè illam ſcribens qua pœna puniatur. 50.1.

Conuentiones, & pacta Ciuitatum, per quæ conceduntur immunitates in totum, vel in partem, non valent, & quare. 50.3.

Reſcripta ſuperioris concedentia immunitatem, etiã de conſenſu Ciuitatũ, vel Curiæ non valent. 50.4

Decuriones quando, & quomodo concedere poſſint immunitates medicis, & profeſſoribus. 50.5.

Immunitas conceſſa magiſtro non extenditur ad eius repetitor, licet eiuſdem profeſſionis, & quare. 50.6.

Immunitas ad hoc vt ſuſtineatur, tria requiruntur, & quæ ſint. 50.9.

Immunitas non cenſetur conceſſa in perpetuum, niſi Princeps apponat clauſulam, non obſtante, de certa ſciẽtia, & de plenitudine poteſtatis, & quid importent hæc verba, 50.10.

Immunitate conceſſa a Principe non recognoſcente ſuperiorem, onus, quod ferre debebat impetrans, accreſcit alijs non habentibus immunitatem. 50.15.

Reguli, & Barones non habentes iura imperij non poſſunt talem immunitatem concedere, ex qua onus accreſcat alijs. 50.16.

Iulius Garzarius, & Petrus Paulus Phœbeus II. CC. & patritij Vrbeuetani, quia ambo ſub Vrbano VIII. Pont. Max. tãquam fiſci procuratores generales locum in Camera Apoſtolica habuerunt, immunitatem ab oneribus cameralibus impetrarunt, & unus eorum vita durante, additum eſt

alijs,

alijs, licèt Cartbarius Senatoria Vrbis Dignitate (in qua fato ceſſit) potitus, & Phœbeus Balneoregij Epiſcopus poſtea creatus ab eodem Pontifice.50.21.

Immunitatis priuilegium conceſſum ab inferiore non præiudicat Vniuerſitati, ſed cõcedenti.50.23

Immunitas etiam a ſupremo Principe conceſſa non habet locum, ſi publica neceſſitas præmat.50.26

Amplia, ſi priuilegium tranſeat in contractum. ibid.

Immuni. ab onere cuſtodiæ tenetur tamen ad collectam impoſitam pro cuſtodia, ne frumentum extrahatur.50.27.

Immunis quocumque titulo conceſſa nihil prodeſt, ſi imponatur collecta ob ſuperueniens bellum.50.28.

Propter belli, peſtis, & famis neceſſitatem vrgentem omnes in vrbe, quantumuis priuilegiati, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & intimi Summi Pontificis familiares, voluntariam, & ſpõtaneam contributionem fecerunt ſub Vrbano Papa Octauo.50.31.

Immunitate digni ſunt, quos Papæ, & Imperatoris latus illuſtrat.50.32.

Immunitas conceſſa a Principe bello vrgente, non eſt reuocanda, quia videtur cogitatum de tali cauſa.50.33.

Immunitas conceſſa a lege, qualis eſt ob numerum duodecim filiorum, non reuocatur ob neceſſitatem belli.50.35.

Amplia, etiamſi conceſſa ſit ab homine, dummodo fuerit cogitatum de bello; quę tamen ampliatio declaratur.n.36.

Immunitas conceſſa intelligitur ab oneribus extraordinarijs, non ordinarijs.50.46.

Immunitas, quæ competit Eccleſiæ, vel fiſco, non extenditur ad ementes ab illis.50.51.

Emens ſal ab Eccleſia in ſuis ſalinis, ſi exportet ad alia loca, non gaudet immunitate.50.52.

Immunitas non datur pro vectigali ordinario, ſed pro extraordinario.50.54.

Immunitas conceſſa conductori rerum fiſcalium non extenditur ad ſubconductorem.50.56.

Immunitas conceſſa patri ob numerum filiorum, prouenit ex diſpoſitione iuris.50.67.

Pater quot filios habere debet, ad hoc vt gaudeat immunitate: variæ ſunt opiniones, quæ referuntur.50.68.

Immunitas ob numerum filiorum debetur ſiue filij ſint maſculi, ſiue fœminæ.50.69.

Amplia 2. etiamſi filia ſit nupta, & maneat extra domum patris.n.70.

Amplia 3. ſiue filij ſint in poteſtate patris, ſiue emancipati.n.71.

Amplia 4. in filijs datis in adoptionem; ſed declara hanc ampliationem.n.72.

Amplia 5. nomine filiorum venire etiam nepotes ex filio.n.73.

Amplia 6. in filijs legitimatis tam ex matrimonio ſubſequuto, quã ex reſcripto Principis.n.74.

Amplia 7. etiamſi filij moriantur, poſtquam pater conſequutus eſt immunitatem, & ſi moriatur in bello, vel fiat religioſus.n.75.

Amplia 8. etiamſi pater, eiuſque filij eſſent diuites; quæ tamen ampliatio declaratur.n.76.

Immunitas duodecim filiorum eſt adeo priuilegiata, vt a Communitatibus tolli nequeat, nec etiam per ſtatutum.50.78.

Princeps non cenſetur derogaſſe immunitati ob n. duodecim filiorum, niſi faciat expreſſam mentionem, l. ſi quis decurio, C. de decurionib.50.79.

Immunitas ob num duodecim filiorum excuſat etiam a collectis bellicis, & quare.50.80.

Vide n.101.

Immunitas ob num. duodecim filiorum non habet locum in oneribus, & penſitationibus feudorum, vel emphyteuſis; & quare.50.82.

Limitatur 2. in filijs legitimis tantùm, & naturalibus tantùm, & quare.n.83.

Limitatur 3. in filio exiſtente in ventre, & quare, ſecus eſt de proximo naſcituro.n.84.

Limita 4. ſecundùm aliquos expirare immunitatem mortuo patre. Contraria tamen ſententia magis placet.n.85.& 92.

Immunitas ob num. duodecim filiorum non ſolùm conceditur patri, vt melius poſſit vacare educationi illorum, ſed etiam fauore Reipublicæ, vt liberis hominibus repleatur.50.86.

Immunitas conceſſa medicis, & profeſſoribus contemplatione ſcientiæ, vel doctrinæ, expirat per mortem ipſorum.50.93.

Immunitas ob num. duodecim filiorum non extenditur ad onera ordinaria, ſed extraordinaria tantùm.50.94.

Hæc concluſ. licèt habeat ſuos contradictores, attamen in Eccleſiaſtica Ditione nullam habet difficultatem propter Bullam Pij IV. & declarationes ſacræ Congregationis Boni Regiminis. n.95.& 96.

Immunitas prædicta non habet locum quoad ſolutionem dohanarum, pedagiorum, &c. Declara tamen hanc concluſionem.50.97.

Immunitas prædicta non ſuffragatur quoad ſolutionem pœnarum, damnorum datorum, & paſcuorum.50.98.

Animalia paſcentia in paſcuis Vniuerſitatum ſunt tacitè obligata pro ſolutione paſcuorum cum priuilegio prælationis.50.99.

Immunitas prædicta non ſuffragatur, niſi exhibeãtur publicanis literæ, & bona deferantur in dohanam, vel alium locum ad hoc deputatum, & ita ſeruatur in Vrbe.50.100.

Immunitas prædicta non excuſat ab oneribus, quæ belli cauſa, & publicæ vtilitatis imponuntur. 50.101.

Immunitas prædicta ceſſat, ſi filius ingrediatur Religionem; quæ tamen concluſio ſuos habet contradictores.50.102.

Filij gaudent immunitate conceſſa patri ob num. duodecim filiorum, quouſque in communione viuunt.50.105.

Quid in filijs viuente patre, qui ſit adhuc ſub patria poteſtate, itaut viuat adhuc auus filiorum ſuorum. ibid.

Immunitas ob num. duodecim filiorum extenditur etiam ad matrem, quæ tot filios habeat. 50.106.

Immunitas conceſſa ciuibus habitantibus in aliqua Ciuitate eouſque durat, quouſque ipſam Ciuitatem inhabitent, & ceſſante habitatione, ceſſat immunitas.50.109.

Declara num. ſeqq.
Immunitas conceſſa ab Vniuerſitate ſuis ciuibus, licet aliqui dicant ſuſtineri poſſe in præiudicium ipſius Vniuerſitatis, alij tamen contrarium volũt, & verius. 50.112.
Vniuerſitates Eccleſiaſticæ Ditionis non poſſunt cõcedere immunitates, nec conſtituere ſalaria medicis, & profeſſoribus ſine licentia Congregationis Boni Regiminis. 50.113. & n.115.
Vniuerſitas, quæ non poteſt cõcedere immunitatem ſuis ciuibus, poterit tamen concedere illam venientibus ad habitandum in ea. 50.114.
Immunitas conceſſa patri non extenditur ad filios, niſi ſit ob remunerationem meritorum. 50. 116. & n.117.
Immunitas conceſſa ciui non habet locum, ſi talis ciuis negocietur. 50.118.
Extende, etiam ſi imponatur taxa pro refectione viarum, pontium, & ſimilium, maximè ſi cum calce, & lapidibus refectio fiat. n.119.
Immunitas, quam prætendunt Barones, & Domicelli, non extenditur ad bona quæſita poſt impoſitionem collectarum, & onerum. 50. 120.
Allegantes immunitatem a ſolutione onerum cameralium, non ſunt audiendi, neque in petitorio, neque in poſſeſſorio. 50.134.
Communitates non poſſunt diſponere de rebus ſingulorum, neque concedere immunitates a ſolutione collectarum, præſertim in Statu Eccleſiaſtico. 50.138.
Immunitas conceſſa oblatis quomodo ſit intelligenda iuxta Decretum ſacræ Congregationis Concilij Tridentini. 50.142.
Immunitas non habet locum in vectigali impoſito pro vtilitate communi, & in qua omnes recipiunt commodum. 50.150.
Immunitas conceſſa ab oneribus extenditur etiam ad futura, quando verba hoc indicant. 50.165.
Immunitas conceſſa contemplatione dignitatis, ceſſante dignitate, ceſſat immunitas. 50.167.
Immunitas conceſſa Cardinalibus non extenditur ad eorum familiares; & multò minus ad alios inferiores dignitatis. 50.168.
Limita de generali conſuetudine, nam emens pro ſuo, & ſuæ familiæ vſu eſt immunis n.169.
Declara hanc limitationem, dummodo ceſſet fraus, vt in caſu propoſito. n.170.
Immunitas conceſſa a publicis muneribus non extenditur, ne quis fiat de Magiſtratu, & quare. 50.173.
Amplia nec etiam excuſare a muneribus perſonalibus extraordinarijs cohærentibus honoribus, & Magiſtratibus. n.174.
Immunitas conceſſa Doctoribus extenditur ad fratres viuentes in communione, & quid in clerico. 50.181.
Immunitas conceſſa a Principe regularitèr non porrigitur ad munera ordinaria, & hoc priuilegium magis extortum, quàm conceſſum præſumendum eſt. 50.221.
Nulla immunitas excuſat a publicis muneribus realibus, etiam in ijs, qui ſunt de domo Principis. 50.222.
Immunitas nihil valet, niſi in conceſſione tria concurrant, vt hic. 50.223.
Amplia, quòd etiam alia quatuor ſunt exprimenda in ipſa conceſſione ad ſui validitatem, quæ vide n.224.
Immunitas conceſſa ab Vniuerſitate an, & quando valeat. 50.226.
Immunitas obſeruata per quadraginta annos tribuit ius in futurum; ſed declara vt hic. 50.230.
Immunitas cauſa remunerationis conceſſa valet, & quare. 50.232.
Immunitas conceſſa Vniuerſitati non extenditur ad fœminas nuptas extra illam Vniuerſitatem. 50.233.
Immunitas conceſſa pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis quanto tempore duret quoad fœminas. 50.234.
Immunitatis priuilegium an ſit reale, vel perſonale, vide remiſſiuè. 50.238.
Immunitas conceſſa domino prædij non extenditur ad colonos, & quare. 50.247.
Declara vt n.249. in fin.
Immunitas conceſſa fundis, quæ dicitur realis, extenditur ad colonos. 50.249.
Immunitas præſcripta ab aliquibus ciuibus non prodeſt alijs, qui non praſcripſerunt. 50.266.
Immunitas conceſſa venientibus ad habitandum in aliquo loco non tranſit ad hæredes, & filios. 50.280.
Immunitas conceſſa ab Vniuerſitate recognoſcente ſuperiorem, non liberat impetrantem, etiamſi per 70. annos fuerit in poſſeſſione. 50.281.
Amplia, etiamſi ab impetrante fuerit aliquid ſolutum, quia hoc amittitur vnà cum immunitate. num.282.
Limita, ſi talis impetrans fuerit requiſitus ad ſoluendum, & recuſauerit, & poſt recuſationem non ſoluit. n.283.
Immunitas conceſſa a ſolutione taxarum (licèt a ſupremo Principe) niſi adſit derogatio regulę de iure quæſito non tollendo, non impedit exactionem. 50.284.
Immunitas conceſſa deſcriptis in aliqua matricula, ad hoc vt valeat, quæ requirantur. 50.290.
Sola matricula ſine exercitio, & exercitium ſine matricula non prodeſt. n.291.
Immunis, vel exemptus ſi ob longam infirmitatem, vel imbecillitatem reddatur inhabilis ad ſeruiẽdum, perdit priuilegium immunitatis. 50.292.
Immunitas cum ſit ſtricti iuris propter publicam vtilitatem reuocari poteſt. 50.304.
Immunitas conceſſa pecunia interueniente, ſi reuocetur, reſtituenda eſt pecunia; declara tamen. 50.306.
Reliqua de immunitate vide in verb. Clerici, in verb. Eccleſia.

Impenſa.

Impenſæ factæ a marito in reparatione, & manutentione Portus, & Ciuitatis, quas habuit in dotem, dicuntur neceſſariæ. 10.80.
Impenſæ, quæ fiunt in conſtructione, & reparatione domorum ad publicam vtilitatem inſeruientium, a quibus ſint faciendæ. 42.27.
Impenſæ in pulſandis campanis ad obuiãdum tempeſtatibus, ad occidendum locuſtas, & bruchas, & alia huiuſmodi, ad quos ſpectent. 42.81.
In calculo publici ærarij referendum eſt, quod in

vtili-

vtilitatem tam nobilium, quàm plebeiorum apparet impenſum.42.92.
Pondera, & menſuræ adhibendæ in venditione frumenti, olei, & ſimilium ex publica pecunia ſunt comparandæ.42.93.
Licèt aliqui contrarium dicant,nempe ad Principem ſpectare hanc impenſam, quando ipſe ex huiuſmodi inſtrumentis recipit emolumentum, & hæc ratio conſideranda eſt etiàm in Vniuerſitatibus.n.94.

Incantatores.

Incantatores, & Magi nedum expellendi ſunt a Ciuitatibus,ſed etiam capite puniendi.42.84.

Imperator. Imperatores diuerſi.

Imperator,& Papa etiam in Camera, & ſine aliorū conſilio leges condere poſſunt.1.6.
Imperio vacante, ad Papam Imperij poteſtas deuoluitur.4.4.
Imperatorem eligendi poteſtas ab ipſa Eccleſia Dei prouenit.4.5.
Imperatoribus, & Principibus curæ commiſſi ſunt maximi,mediocres,& paruuli.34.13.2.2.
Imperium, & fiſcus abundabit, ſi vtatur ſubiectis locupletibus;& ſingulorum facultates Ciuitatum diuitiæ ſunt.18.35.
A Baronibus, & Domicellis non fit illatio ad Imperatorem,qui eſt omnium dominus,& legibus ſolutus.36.30.
Imperator in tranſitu per Prouincias poteſt recipere dona, & collectare ſubditos pro ſuis indigentijs;quæ tamen ſuo exercitui,ſeu miniſtris non licent.36.31.
Iura imperij, & Sedis Apoſtolicæ obtinent in Italia Dux Sabaudiæ, Magnus Aetruriæ Dux, Dux Parmæ, & Placentiæ,Dux Mutinæ, Reſpublica Veneta,Ianuenſis,& Lucenſis,Dux Mātuæ,annis retroactis Dux Ferrariæ, & Dux Vrbini, qui Ducatus ho die ſunt ſub immediata poteſtate Sedis Apoſtolicæ:Rex quoque Hiſpaniæ tanquā feudatarius Papæ,ob Regnum Neapolitanum, Ducatum verò Mediolanenſem ab Imperatore obtinet. 50.15.
Iuſtinianus Imperator vocauit ſe vltimum Dei ſeruum,& qua occaſione.3.7.
Fridericus cognomento Barbaroſſa damnauit aratro Mediolanum,Placentiam,& Brixiam. 14,39.
Auguſta eum ſit vxor,& pars corporis Imperatoris, non ligatur legibus.16.82.

Inciſio.

Inciſio vitium grauiſſimum,& atrociſſimum eſt facinus,præſertim in agro Vrbeuetano, vbi vina precioſa colliguntur.14.101.

Indictum.

Indictum quid ſit,& in quo differat a muneribus patrimonialibus,& vnde dictum.48.46.

Infans expoſitus.

Infantes expoſiti dicuntur filij illius populi,vbi exponuntur.39.3.
Eccleſia, vel eius Rector tenetur alere infantes expoſitos, niſi in Ciuitate ſit Hoſpitale ad hoc aſſignatum.39.6.
Hoſpitale niſi adſit in Ciuitate, aut loco infantibus expoſitis deſtinatum,dominus loci tenetur alere, & quare.39.7.
Ciuitates non habentes Hoſpitalia pro expoſitis, Thebanorum legem ſeruare debent cum aliquo moderamine.39.9.
Infantes expoſiti apud nos Chriſtianos habentur pro liberis,& ingenuis, & ad ſacros Ordines abſque vlla diſpenſatione promoueri poſſunt.39.10.
Traianus, & Hadrianus Imperatores pueris, & puellis expoſitis alimenta dabant.39.14.
Iudex poteſt cogere ciues diuites ad ſubminiſtrādum alimenta infantibus expoſitis.39.16.
Vniuerſitates debent mutuare pecunias pro alendis expoſitis, dum in hanc piam cauſam quæruntur eleemoſynæ.39.17.
Noua Theſauri opinio in hac materia alendi infantes expoſitos.39.18.
Apud Hiſpanos quid in hac re ſeruetur.n.19.
Vniuerſitas, quæ non conſueuit tranſportare infantes expoſitos,non poteſt ad hanc tranſportationem compelli.39.34.

Infirmus.

Faber debet ceſſare ab exercitio, ſi ex illo vexatur infirmus vicinus.34.6.2.10.

Infortunium.

Inter omnes aduerſitates fortunæ, infeliciſſimum genus infortunij eſt,fuiſſe felicem.41.22.

Initium.

Initijs ſatius eſt mederi,quàm fini.11.26.

Iniuria.

Iniuriarum actio datur contra prohibentem piſcari in mari.10.67.
Iniuriarum actione tenetur, qui facit iniuriam,non ille qui prohibet, ne quis ad honorem promoueatur.31.154.
Ordinem turbans tenetur actione iniuriarum, & poteſt illi de facto, & armata manu reſiſti. 31.155.
Actio iniuriarum datur contra eijcientes, vel frangentes ſtatuas.40.20.
Iniuria facta filiæ etiam nuptæ vendicanda eſt a patre,& quare.50.241.

Inopia.

Inopia eſt delictorum mater. 34.8.2.26.

Inſtrumentum.

Inſtrumenta Camerali obligatione vallata qualiter exequenda contra Communitates.12.61.
Inſtrumenta ex Archiuio deſumenda, vt fidem in iudicio faciant,quid requirant.17.10.
Inſtrumenta Archiuij fidem faciunt inter ſubditos, etiam extra territorium, & inter Ciuitates confœderatas.17.16.
Inſtrumentum rogatum extra Statum a notario,& in Archiuio Status Eccleſiaſtici reconditum, non poteſt extendi, niſi ab illo notario, qui fuit de illo rogatus, & ſi mortuus fuerit,a iudice loci, in quo inſtrumentum fuit rogatum,& quare.17.18
Inſtrumentum de falſitate ſuſpectum non facit fidem,licet in Archiuio repertum.17.27.
Inſtrumenta nondum perfecta a notario morte præuento,an,& quando poſſint extendi,& perfici ab Archiuiſta,itaut fidem faciant.17.39.
Reliqua de inſtrumentis vide in verb. Scriptura.

Inſula.

Inſulæ in mari natæ, vel conſtructæ quoad iuriſdictionem ſunt Ciuitatum propinquiorum per 100 milliaria, ſi vero ſint in alto mari, erunt imperij.10.68.

Inten-

Intentio.

Intentio diſponentis circa ſubſequentia ex præcedentibus interpretationem ſumit.2.17.

Intentio, & mens diſponentis ex verbis colligitur. 2.19.

Intentio agentis conſideratur iuxta naturam ſubiectæ materiæ,de qua agitur.2.22.

Intentio diſponẽtis ex proœmio cognoſcitur.43.8

Interdictum.

Interdictum ſepelliendi excommunicatos in loco ſacro comprehendit nedum clericos, ſed alios facientes foueas & comitantes funus.10.34.

Interdicta Ciuitate,an intelligatur etiam interdicta Diœceſis.14.44.

Interdictum vti poſſidetis, datur etiam in iuriſdictionalibus. 31.156.

Intereſſe.

Ad intereſſe tenetur,qui mandatum ſuſceptum nõ implet,vel intempeſtiuè renunciat.34.17.2.2.

Eligentes malos miniſtros tenentur ad damna, & intereſſe parti læſæ ſarcienda.34.6.2.23.

Dominus prædij ſeruientis ſi illud reducat ad culturam, an ſit conueniendus ad intereſſe, ſeu ad tollendum impedimenta.50.209.

Interpretatio.

Interpretatio ſemper facienda eſt, vt verba diſponentis aliquid operentur.9.2.

Iter.

In itinere faciendo regulariter 20.milliaria aſſignãtur ſingulo die.33.57.

Itinerantes non debent recedere a recta via,& publica, & quare: quæ tamen concluſio declaratur.47.34.

Iudæus.

Iudæi Inter Decuriones recipiendi non ſunt, cum ab omnibus honoribus arceantur.31.31.

Iudæi ſunt infames, & ideo repelluntur ab honoribus,& debent deferre ſignum palàm, & publicè, vt ab alijs dignoſcantur.31.35.& n.37.

In Eccleſiaſtica Ditione, & Dominio Veneto Iudæi deferunt pileum crocei coloris.31.36.

Iudæi repellendi ſunt a tutela Chriſtianorum, & quare.31.38.

Iudæorum natura bene deſcribitur a Iuuenale. 31.39.

Iudæorum genus ſemper auariſſimum fuiſſe conſtat;& vſuras,quamuis prohibitas ijdem exercuerunt,& nunc exercent.31.40.

Iudæi non poſſunt aſſumi ad Doctoratus dignitatem & quare.31.43.

Iudæis quantumuis in arte peritis credendum non eſt,& quare.31.176.

Iudæi non poſſunt conducere gabellas Chriſtianorum,& quare.46.23,

Iudex. Iudicium.

Iudex non impartitur officium niſi petenti, & ſi vltra petita condemnet, dicitur fatuus.19.22.

Iudex etiam irrequiſitus fauore Vniuerſitatis tenetur impartiri officium ſuum.19.24.

Iudex in patria nemo debet eſſe.19.59.

Iuriſdictio Rectorum in taxando pretia, cum ſit inferior, non extinguit iuriſdictionem iudicis ſuperioris.21.57.

Taxæ prædictæ quo tempore ſint faciendæ, & qua puniantur pœna qui illas non ſeruant.n.58.

Iudex habens ſalarium a publico, tenetur viſitare loca ſuæ iuriſdictionis proprijs ſumptibus. 23.23.

Iudex ſubtrahens publicas pecunias tempore adminiſtrationis, capitalem pœnam ſuſtinet, & nihilominus ad reſtitutionem cum intereſſe condemnandus.23.31.

Culpa negligentiæ iudicis eſſe probatur, quoties coguntur homines legum beneficia poſtulare. 25.2.

Contra ſolitum iudiciorum ordinem quomodo procedatur,& quid ſit iudiciorum ordo.27.3.

Iudices ſiue interloquutoriam, ſiue diffinitiuam proferant, in cauſis Communitatum nihil recipiunt. 27.7.

Iudex quando excuſetur recipiendo aliquid pro ſẽtentia,27.8.

Iudices hodie neque munera,neque dona, neque xenia recipere debent,& quare.27.11.

Limita,niſi ob defectum ſalarij, & hoc a ſponte dantibus,aliàs pœnis inuoluuntur.n.12.

Iudices, qui in acceptandis officijs acquieſcunt ſtipendijs,& emolumentis ſolitis,non poſſunt poſtea dilatare fimbrias,& accipere munera ſub prætextu tenuitatis ſalarij.27.14:

Iudex,qui pecuniam ob ſententiam, vel decretum accipit, vel quò magis, aut minus quod ex officio ſuo eſt, non faciat, lege Iulia repetundarum tenetur.27.15.

Amplia,hoc fortius procedere, ſi hæc faciat in cauſis Vniuerſitatum,& pauperum.n.16.

Qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum committit, & quare27.17.

Iudici dans pecuniam vt rectè iudicet, an,& quando peccet:vide remiſſiuè.27.20.

Iudex,qui pro ferenda ſententia aliquid accipit, & hoc in Cameram Vniuerſitatis repoſuit, an dicatur feciſſe contra Bullam.27.21.

Iudex,qui pro ferenda ſententia pecunias extorſit, qualiter excuſetur.27.23.

Iudex recipiens hodie ſportulas dimidiatas pro ſententia ferenda ad fauorem Vniuerſitatis, excuſatur,& quare.27.24.

Iudex quomodo exequatur huiuſmodi reſcripta. 28.9.

Iudex non poteſt exequi ſententiam, in qua quis eſt condemnatus in pœnam, ad quam condemnari non poterat,nec debebat reus.29.26.

Iudex antequam proferat ſententiam contra reum, debet illius defenſiones audire, & conſidera re pœnam,in qua eſt condemnandus.29.27.

Iudicia optima ex ratione, & experientia prodeunt. 30.4.

Viros, qui ſexageſimum annum tranſegiſſent, in iudicando aſſumendos eſſe Licurgus ſtatuit. 30.5.

Nemo iudex debet excedere poteſtatem, & iuriſdictionem ſuam vltra id, quod pertinet ad officiũ ſuum,aliàs punitur.31.62.

Iudex poteſt in defectum carnificis cogere vilem perſonam ad ſuſpendendum condemnatum. 31.214.

Cauſas introducendi in Romana Curia ſtylus. 34.19.2.4.

Iudicium factum cum Agente minore quomodo poſſit ſubſtineri.34.10.a.4.
Iudex an poſſit minuere terminum 30.dierum aſſignatum in edictis.34.26.a.4.
Iudicium factum cum Agente abſque oppoſitione de legitimo eius mandato,ſuſtinetur ad fauorem Vniuerſitatum.34.32.a.4.
Iudicis præſentia facit ceſſare præſumptionem, & ſuſpicionem fraudis.34.4.a.22.
Iterum 34.9.a.24.
Declara vt n.11.
Iudices debent eſſe ſolliciti,nec turpi colludio quæratur ex miſeris pretium gaudiorum. 36.19.
Iudex exercens iuriſdictionem vigore Conſtitutionum Summorum Pont. dicitur exercere vti delegatus ab illis.42.51.

Iuramentum.

Iurari poteſt in litem contra Vniuerſitatem propter culpam incolorum, qui fuerunt negligentes in cuſtodiendo, & purgando territorium a malis hominibus.25.7.
Iuramentum quomodo præſtetur ab Vniuerſitatibus.32.69.

Iuriſdictio.

Iuriſdictio an præſcribi poſſit, & an perdatur per non vſum.35.250.
Iuriſdictioni loci quis ſubijcitur ratione rerum, quas in illo territorio poſſidet.35.38.

Ius.

Ad ius quæ reſcribuntur,perennia eſſe debent.6.11
Ius Canonicum Bononienſi ſtudio commendatum eſt. 9.7.
Iuris Canonici corpus anno 1582. emendatius quã antea impreſſum eſt typis Vaticanis, Gregorio XIII.mandante.9.8.
Ius pignorandorum hominum eſt antiquiſſimum, 12.54.
Ius paſcendi,& lignandi acquiritur tanto tempore, cuius memoria non extet in contrarium.13.27
Declara ſufficere decem, ſeu quadraginta annos, ſi interueniat aliqua præſtatio.n.28.30.& 31.
Ius præſentandi in iurepatronatus Vniuerſitatis ad quem ſpectet,& quomodo ſeruandum.13.44.
Ius eligendi ſepulturam eſt ius ſpeciale contra ius commune.13.61.
Iura canonica ſunt fundata nõ ſolũm ſuper eo,quod licet,ſed etiam ſuper eo,quod decet. 28.100,
Reliqua in verbo Lex.

Iuſtitia. Iuſtus.

Iuſtitiam auro vendi,indigniſſimum eſt. 19.19.
Iuſtitia nulla maior eſt, quàm defendere patriam, infirmos,& debiles a prædonibus,& hoſtibus.28, 105.& n.138.
Iuſtitia ſine prudentia multùm poterit, ſine iuſtitia nihil valebit prudentia.34.24. a. 3.
Iuſtum,non iniuſtum patrocinandum eſt; Iuſtum autem quid ſit.34.26.a.3.
Iuſtum ad hoc vt dici poſſit,tria concurrere debent, & quænam ſint.34.27.a.3.
Iuſtitia non eſt conſequenda ex ornatu veſtimentorum.34.25.a.5.
Iuſti etiam aliquando, Deo permittente, vexantur.41.25,

L

Labor.

LAbores,& ſeruitia ex omni iure,vel pretio, vel præmio compenſanda ſunt.34.1.a.8.

Læſa Maieſtas.

Læſæ maieſtatis crimen quot modis committatur. 54.63.

Læſio.

Læſio nulla remouetur, cuius origo non tollitur, 8.40.
Præſumptio læſionis ceſſat, ſi hæc a futuro euentu pendeat, quia læſio inſpicitur ſolùm tempore contractus.15.28.

Laruæ.

Laruæ,vulgò, le Maſchere, a quibus ſic appellatæ. 40.54.
Laruæ,ſeu maſchere, ab ethnicis quoque inſanientibus,vſu receptę in Saturnalibus ludis.40.55
Veſtimentorum mutatio tam viris, quàm fœminis Iure Diuino, & humano prohibita; & redditur ratio.40.56.
Baccanalium ludorum obſcœnitas, quæ apud ethnicos fuit in Fraticellorum hæreſi a diabolo renouata.40.57.
Laruarum ludus apud omnes ferè nationes, præterquam apud Anglos inualuit. 40.58.
Laruæ, ſeu maſcheræ ad vſum ſcœnæ fuerunt inuentæ,& quare.40.59.
Theſpis Poeta primus in ſcœna vſus fuit, fece in facie loco laruæ,ſeu maſchara.40.60.
Aeſchilus Poeta tragicus reiecta fece laruis, ſeu maſcheris in ſcœna vſus fuit.40.61.
Theſpis, & Aeſchilus in plauſtris edebant tragœdias, & comœdias, qui mos hodie quoque quibuſdam in locis retinetur.40.62.

Latrinæ.

Latrinæ,cloacæ, & ſimiles potius de nocte, quàm de die purgandæ,& quare.31.216.

Legatum.

Legatum, ſeu priuilegium factum Ciuitati extenditur ad Comitatenſes.10 9.
Legatum factum ciuibus alicuius Ciuitatis dicitur factum Ciuitati. 27.30.
Legatum non eſt omnino nullum propter eius incertitudinem,ſed impeditur eius præſtatio.40.74
Legatum factum vxori ne nubat,relicta conditione debetur legatum,& quare.50.91.
Legatum factum a teſtatore de re præſenti, & non futura intelligitur,quia verba præſentis temporis non porriguntur ad futura.50.163.

Legatus.

Offendens Legatos eſt reus læſæ Maieſtatis.12.89.
Inter Legatum, & Oratorem quænam ſit differentia.33.1.
Quis dicatur Legatus,& ſit.33.2.
Legatorum origo antiquiſſima, & a iure gentium, ideo Sancti,quaſi intacti dicuntur.33.3.
Legatum Principis offendens incidit in crimen læſæ maieſtatis,& quare.33.4.
Legati, & Oratores ab Vniuerſitatibus miſſi non ſunt proprie Legati,& Oratores, & quare.33.5.
Legati municipales qui dicantur. 33.6.

Leges

Legatorum miſſio ad Principem prohibita eſt nedum a Bullis Sixti V.& Clem.VIII.ſed etiam a iure communi,& politico,& quare.33.7.
Legatorum miſſio etiam proprijs ſumptibus quare ſit prohibita.33.8.
Legati mittendi ab Vniuerſitatibus in generali Cōſilio ſunt eligendi, nec debent iter arripere ante licentiam a Principe obtentam.33.9.& n.14.
Legatorum miſſio quibus ex cauſis denegata ſit Vniuerſitatibus,& quando permittatur. 33.11.
Licentia mittendi Legatos ex iuſta cauſa, ſi denegetur,mitti tamen poſſunt.33.12.
Declara poſitam concluſionem,qomodo ſit intelligenda.num.13.
Legatorum numerus,& qualitas attendenda in illorum electione;& Legatorum numerus qualis eſſe debeat.33.15.
Legati diligi debent ab eo, ad quem mittuntur, & quare.33.16.
Legati debent eſſe fide integri,& munera reſpuere. 33.17.
Legati nedum eloquentes, ſed ſapientes, prudenteſque eſſe debent.33.18.
Iuſtus,& iuſtitiam ſectare debet Legatus, & quare. 33.20.
Veritas in Legatis, & Oratoribus maximè neceſſaria,& quare.33.21.
Diſcreti, doctique ſint Oratores: mater enim cunctorum errorum eſt ignorantia.33.22.
Sobrij debent eſſe Legati; & quid operetur ſobrietas in homine.33.24.
Legati ſunt eligendi ætate prouecti,quia in ſenibus ſolet eſſe maturitas morum, & ideo iuuenibus præferendi.33.25.
Limita,ſi virtus iuuenem extollat.n.26.
In Legatis ab Vniuerſitatibus mittendis videtur ſatis congruum,vt vnus ſit iuuenis.33.27.
Legati non debent eſſe adeo ſenes,vt nequeant itineris, & peregrinationis incommoda ferre. 33.28.
Legati robuſti,& forti corde, animoque debent eſſe.33.29.
Legati nobiles potius, quàm ignobiles eligendi ſunt,& quare.33.30.
In Legatis dignitas requiritur, ideo iuriſperiti, & milites præferendi ſunt alijs; & affertur exemplum Veronæ.33.33.
Legati diuites,& opulenti debent eſſe, & quare. 33.35.
Ciues potius quàm exteri debent eſſe legati.33.37
Cordati, conſtanteſque, non autem imbecilles, & timidi debent eſſe legati,attamen modeſti.33.38
Legati non ſunt eligendi habentes litem in Vrbe, vel Curia,& quare.33.41.
Legatus expediens negocia ſua cum negocijs legationis,non debet habere ſumptus pro tempore, quo diſtulit negocium publicum.33.42.
Legationes affectantes, & aucupantes vota ciuium, ad hoc,vt eligantur Legati,non gaudent priuilegijs,& immunitatibus legatorum.33.43.
Emolumentum aſſignatum legatis quandoque viaticum,quandoque legatiuum, quandoque ſalariũ appellatur.33.50.
Legatus quàmuis ſalarium recipiat,nō tamen amittit priuilegia legationis;licet contrarium ſit in alijs Officialibus.33.52.
Legationis munus eſt perſonale, quia cum labore perſonæ,& ſumptu publico perficitur.33.53.
Legatus reuerſus in patriam hora tertiarum debet habere ſalarium totius diei.33.54.
Amplia,etiamſi vno die fecit 40.milliaria, quòd debeat habere pro duobus diebus,& quare.n.55.
Declara hanc ampliationem,vt n.56.
Legatus malitioſè producens tempus legationis, vt maius cōſequatur ſalarium, fruſtra agit.33.59
Legatus non perficiens legationem,& pecunias hac de cauſa acceptas in alium vſum conuertens, an teneatur de peculatu.33.60.
Legatus tenetur ad refectionem damni, quod Vniuerſitas ſua culpa patitur.33.61.
Legatus ſi in munere infirmetur,ſalarium nihilominus conſequetur.33.63.
Amplia, ſi moriatur abſque eo, quòd acceperit ſalarium, tranſmittit actionem petendi ad hæredes.n.64.
Legatus ſponte deſerens legationem punitur; ſecus ſi ex neceſſitate; probanda tamen eſt neceſſitas deſertionis.33.67.
Legati vltra ſalarium, donaria quoque recipere poſſunt ab eo,cui miſſi ſunt.33.68.
Decuriones legationis cauſa donare poſſunt res Ciuitatis.33.69.
Declara hoc verum iuxta regulas iuris communis;ſecus ex diſpoſitione Bullæ.n.70.
Legati ex ſpeciali iuris diſpoſitione recipiunt ſalarium a Ciuitate,a qua mittuntur; & redditur ratio.33.71.
Legati qualitèr probabunt damnum paſſum in legatione.33.80.
Legatus, ſeu officialis captus a piratis, & ſua pecunia redemptus, an repetat ab Vniuerſitate, quæ illum miſit.33.81.
Legatus legatione durante non poteſt conueniri. 33.86.
An autem teneatur ad ſolutionem gabellæ in itinere;vide remiſſiuè.n.87.
Datum, vel donatum occaſione legationis ad cuius commodum cedere debeat.33.88.
Ciuis finita legatione an gaudeat immunitate per biennium.33.89.
Legatus an poſſit pro bono ſui Principis, & pro ſalute Reipublicæ vti mendacio.34.21.2.3.
Orator, ſeu Legatus, qui ſolus adimpleuit totum negocium commiſſum duobus,habebit legatiuũ tam ſuum,quàm ſocij.34.4.2.9.
Reliqua de Legato vide in verb.Orator,

Leproſi.

Leproſi iuſſi intra octo dies exire Ciuitatem ſub pœna excommunicationis, ſi vnus ex ijs remaneat in Hoſpitali exiſtente in Suburbio, non euadit pœnam.10.24.

Lex.

Lex ab habente poteſtatem lata ſeruanda eſt. 1.14.
Leges factæ ſunt,vt humana coerceatur audacia, & tuta ſit inter improbos innocentia;& in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur nocendi facultas.4.15.
Legum benè docentium præcepta excutientes, & diſſoluentes,ſtulta, indomita, & ferina libertate vtuntur.4.19.

Leges non ſunt promulgandæ, niſi neceſſitas vrgeat.5.1.
Leges in ijs dicendæ ſunt, in quibus conſideratur exceſſus.5.2.
Leges promulgare Princeps non debet ſine matura conſultatione,& quare.5.3.
Ratio ius facit,& diſpoſitionem inducit.5.4.
Gratiani Decretum Bononiæ compilatum eſt anno Chriſti 1151.9.5.
Lex pro vtilitate publica promulganda debet eſſe clara,& manifeſta.9.28.
Cum lege mitius agitur,quàm cum homine.29.38
Legibus dantibus formam non poteſt renunciari. 32.53.
Leges, & arma magnam inter ſe conuenientiam habent.34.8.a.1.
Lex vbi diſponit,temerarium eſt aliud inquirere. 34.2.a.4.
Lex non eſt impoſita verbis, ſed ſenſui, & rebus. 35.143.
Omnes liberales exiſtunt, vbi ſumptus ex publica pecunia fiunt.37.8.
Sanctiones multorum Imperatorum,quas Iuſtinianus collegit,Codicem appellauit.38.27.
Leges non ſunt ad iniquitatem, & duritiem reducendæ.50.77.
Lex vtilis Reipublicæ ſobolis procreandæ cauſa, adiuuanda eſt interpretatione.50.92.
Reliqua in verb.Ius.

Licentia.

Licentia ſola obtenta a Sacra Congregatione alienandi in partibus non ſufficit ſine alijs ſolemnitatibus, & quare.32.25.
Licentia Superioris non requiritur in taxa pro rebus in magna neceſſitate poſitis, & periculo, vt eſt aggerum,pontium,molendinorũ reparatio.28.30

Licitatio.

Licitator primus quando liberetur a ſecundo, vel tertio poſtea offerente,remiſſiuè.32.51.

Licitum.

Licitum id dicimus,quod legibus,quod more maiorum,& inſtitutis conceditur.12.56.

Lis.

Litem habens cum pupillo non poteſt eſſe tutor illius.43.5.
Lis quando intelligatur cœpta, & introducta per ſolam citationem.43.12.
Lis quando dicatur cœpta, ad hoc vt quis arceatur a muneribus publicis.43.20.
Lis quando dicatur conteſtata, ſi citatio ſit tantùm decreta,non autem executa.43.21.
Vniuerſitas ſi ex conſilio aliquorum litem moueat, & ſuccumbat,ex quo veniat imponenda collecta, quis teneatur eam ſoluere.43.22.
Litigans cum Vniuerſitate ſi patiatur ab ea eligi ad aliquod officium, & illud accipiat, puniendus eſt. 43.26.
Litem habens cum Vniuerſitate,admittitur ad officium, ſi liti renunciet, quæ adhuc non eſt finita. 43,27.
Qui promittit indemnitatem ab omni lite, non tenetur pro ea, quæ prouenit culpa ſtipulatoris. 48.55.

Literæ.

Literæ teſtimoniales legationis præſentandæ ſunt cui Legatus mittitur, aliàs non eſt recipiendus, nec illi credendum.33.45.
Amplia hoc procedere etiam in Legatis a Latere S.R.E.Cardinalibus.n.46.
Literæ teſtimoniales ſi perdantur, an probari poſſit legatio per teſtes,vel per aſſertionẽ Legati.33.47
Literas alienas aperiens qua pœna puniatur.33.49

Loca Montium.

Montium reſignatio facta per minorem an ſit ſuſtinenda.34.4.a.19.
Montes deſtruuntur per ſuppreſſionẽ, & interuenire debet Chirographus Principis. 34.1.a.20.
Dictio,Luogo di Monte, quid importet in Romana Curia.34.13.a.12.
Quilibet mons in ſua primæua erectione debet habere certam, & determinatam dotem pro ſolutione fructuum.34.14.a.12.
Emptor locorum montium ſcit quid recipere debeat quolibet bimeſtre,& anno. 34.15.a.12.
Loca montium dicuntur contractus bonæ fidei, & quare.34.16.a.12.
Princeps ſolus inſtituit,& permittit erectiones mõtium ob Reipublicæ neceſſitatem. 34.17.a.12.
Diffinitio locorum montium tradita ab Vgolino, & vnde deſumpta 34.18.a.12.
Contractus locorum montium ſunt liciti,& quare. 34.19.a.12.
Locorum montium contractus, nedum Romæ, ſed alibi quoque celebrantur,licèt diuerſo nomine nuncupentur.34.21.a.12.
Loca montium quare ſic appellentur.34.22.a.12.
Princeps non debet loca montium erigere, niſi magna inſtet neceſſitas.34.23.a.12.
Loca montium Romanæ Curiæ quare diuerſo nomine nuncupentur.34.24.a.12.
Loca montium alia ſunt tẽporalia,& vacabilia; alia verò perpetua.34 25.a.12.
Montes temporales, ſeu vacabiles quinam ſint. 34.1.a.13.
Fructus montium vacabilium licèt pinguiores ſint, licitè tamen percipiuntur.34.2.a.13.
Montes perpetui, & non vacabiles quinam dicantur.34.1.a.14.
Quot modis erigantur, ſeu inſtituantur montes. 34.2.a.14.
Quot modis deſtruantur montes.34. 4.a.14.
Portionarij,ſeu emẽtes loca montium habent multa priuilegia,& faciunt Collegium.34.7.a.15.
Principis auctoritas requiritur in erectione montium.34.1.a.15.
Diploma, ſeu Bulla erectionis locorum montium quid continere ſoleat.34.2.a.15.
Locorum montium numerus, ſeu quantitas determinari ſolet in erectione,& quare. 34.3.a.15.
Fructus locorum montium taxandi ſunt,aliàs contractus eſſet nullus,& vſurarius.34.4.a.15.
Facultas redimendi, ſeu extinguendi montes conceditur venditoribus.34.5.a.15.
Quandoque tamen apponitur conditio, ne fiat extinctio, niſi ſublato debito maioris interuſurij;& quare apponatur hæc conditio.n.6.
Iudex,& Protector mõtium aſſignandus eſt,& quas facultates habeat,vel habere debeat. 34.9.a.15.
Baro niſi obſeruet promiſſa in erectione montium facta, poteſt cogi ad illorum extinctionem ante tempus aſſignatum.34.10.a.15.

Com-

Communitates ſi omnes tanquam vnum corpus admittantur in participationem alicuius montis, quid agere debeant. 34.11.a.15.
Quid ſi admittantur vti ſingulæ, & aſſignatur praxis in hoc ſeruanda. n.12.
Ciuitas admiſſa in locis montium, niſi inueniat horum montium emptores, an poſſit cogere ſuos ciues ad emendum. 34.13.a.15.
Montium ampliatio quomodo fiat, & quid ſit; & multa habes exempla. 34.1.a.16.
Praxis petendi ampliationem montium. 34.2.a.16
Aggregatio montium in quo differat ab ampliatione. 34.1.a.17.
In aggregatione montium requiritur Chirographus Principis. 34.3.a.17.
Subrogatio, ſeu tranſlatio montium ad fauorem Vniuerſitatum quomodo fiat. 34.1.a.18.
Ponitur Chirographus Papæ ad intelligendam materiam ſubrogationis. n.2.
Formula mandati Illuſtriſſimi D. Theſaurarij generalis Depoſitario Communitatum directi. n.3.
Formula alterius mandati Secretario montis. n.4.
Formula mandati Secretarij Ratiocinatori, ſeu Cõputiſtæ. n.5.
Aſſignatur ſpecies ſubrogationis, ex qua mons augetur. 34.6.a.18.
Montis reſignatio quid ſit. 34.1.a.19.
Quomodo facienda. n.2.
Facta per minorem, an ſit ſuſtinenda. n.4.
Montes deſtruuntur per ſuppreſſionem; & interuenire debet Chirographus Principis. 34.1.a.20.
Montes quomodo in totum ſupprimantur, exemplum. 34.2.a.20.
Montium ſuppreſſio in quo differat a ſubrogatione. 34.3.a.20.
Mõtiũ ſuppreſſio particularis eſt aliquãdo valde vtilis Communitatibus; & datur exemplũ. 34.6.a.20.
Montium ſuppreſſio locum habet tam in montibus perpetuis, quàm temporalibus. 34.7.a.20.
Montis ſuppreſſio in particulari non eget Chirographo Principis, ſed ſufficit mandatum D. Theſaurarij generalis, & datur exemplum. 34.4.& 7.a.20 vide ibi n.7. formulam Theſaurarij in ſuppreſſione particulari. n.5.
Reductio montium duobus modis fit, & quomodo in montibus temporalibus. 34.1.a.21.
Reductio montium in perpetuis quomodo, & qua ratione fiat. 34.2.a.21.
Extractio montium quomodo fiat, & in quo differat a ſuppreſſione. 34.1.a.22.
Praxis extinctionis montium, & quid agere debeat Agens pro illius perfectione. 34.3.a.22.
Extractio montium eſt actus publicus, & ideo debet omnibus innoteſcere, præſertim creditoribus; & quid requirat. 34.5.a.22.
Extractio imprimenda, & affigenda eſt in locis publicis cum expreſſione nominum creditorum extractorum, & quare. 34.6.a.22.
Formula extractionis. n.7.
Extractio montium fieri poteſt non ſolùm ad inſtãtiam vnius Vniuerſitatis, ſed etiam multarum inſimul iunctarum. 34.8.a.22.
Extractio montium fieri non ſolet pro minori ſumma, quàm locorum decem, & quare. 34.9.a.22.
Publica fides in omnibus rebus ſeruanda eſt, & maximè in locis montium, & quare. 34.1.a.23.
Principes multa promittunt in ſuis literis ſuper erectione montium, & cum emptoribus illorum contrahunt. 34.2.a.23.
Scriptura ad probandum emptionem locorum mõtium quænam ſit. 34.5.a.23.
Paulus V. vt materia montium Romanæ Curiæ benè adminiſtretur, Congregationem egregiorum virorum inſtituit. 34.9.a.23.
Referuntur contenta in literis Pauli V. ſuper recta adminiſtratione montium. n.10.
Secretariorum montium tabulis, non ſecus ac notariorum, fides adhibetur. 34.1.a.24.
In electione ſecretariorum montium quę ſint conſideranda. 34.2.a.24.
Secretariorum montium munus, & officium quanti ponderis ſit, & quæ reqirat. 34.3.a.24.
Secretarius montium eſt oculus Theſaurarij generalis, & Protectoris eorũdem montiũ. 34.10.a.24
Reſignatio montium non vacabilium quomodo fiat. 34.12.a.24.
Secretarij, & ratiocinatoris officia inter ſe diſtincta ſunt, nec poſſunt ab vna, eademque perſona inſimul exerceri. 34.13.a.24.
Ratiocinatores montium ob publicam vtilitatem inuenti ſunt. 34.4.a.25.
Qualitates requiſitæ in Secretarijs requiruntur etiã in ratiocinatoribus. 34.7.8.a.25.
Secretarij, & Computiſtæ montium an, & quando poſſint alium ſibi ſubſtituere. 34.7.a.25.
Ratiocinatoris montium munus, & officium circa quæ verſetur. 34.9.a.25.
Liſta montiſtarum a ratiocinatoribus danda quid ſit, quid ſignificet, & ad quid ſeruiat. 34.10.a.25.
Depoſitarius non tenetur ſoluere fructus montium, antequam recipiat liſtam, & quare. 34.11.a.25.
Creditor montium reſpectu Depoſitarij non dicitur, qui non eſt deſcriptus in liſta cum alijs montiſtis. 34.12.a.25.
Depoſitarij montium qui ſint, & a quo, ſeu quibus eligantur. 34.1.a.26.
Depoſitarij montium debent habere thelonium, ſeu menſam nummariam, quæ dicitur, Banco, apertam, & publicam. 34.4.a.26.
Depoſitarij montium recuſantes ſoluere, non ſunt audiendi, & quare. 34.6.a.26.
Depoſitarijs montium quidnam prohibitum, & denegatum ſit. 34.9.a.26.
Secretarius poteſt exigere certam mercedem, ſeu taxam in venditione, ſeu reſignatione montium, & quare. 34.15.a.27.
Defenſores montium quomodo eligantur, & quid agere debeant. 34.1.a.28.
Congregationes montiſtarum quando ſunt faciendæ, & quinam in illis interueniant. 34.2.a.28.
Defenſores montium defenſoribus Ciuitatum cõparãtur, & circa quæ eorũ officiũ verſetur. 34.3.a.28
Defenſores montiũ inuigilare debent, vt fructus locorum montiũ ſoluantur in tempore. 34.4.a.28.
Edicta pœnalia contra Depoſitarios montium moroſos in ſoluendo ſæpe promulgantur, ſed malè ſeruantur. 34.5.a.28.
Defenſores mõtium quinam ſint eligendi. 34.6.a.28
Pretia montium iuxta temporum qualitates augentur, & minuuntur. 34.7.a.28.

P.G.

P.G. Tholoſanus reprehenditur, tanquam male loquutus de priuilegijs montis Fidei. 34.8.a.25.

Petrus Gregorius Tholoſanus cautè legendus eſt, in eo, quod ſcribit de locis montium Romanæ Curiæ. 34.8.a.28.

Sed excuſatur. n.13.

Loca montium videntur neceſſaria in Vrbe, & quare. 34.9.a.28.

Loca montium inter bona ſtabilia connumerantur, & fructus promptiores reddunt. 34.12. a.28.

Fructus locorum montium, & officiorum Romanæ Curiæ cadunt ſub hipotheca vigore obligationis omnium bonorum præſentium, & futurorũ, 34.15.a.28.

Loca montium neque mobilia, neque immobilia dici poſſunt, quia tertiam ſpeciem conſtituunt, 35.110.

Loca montium an collectari poſſint. 35.111.

Vniuerſitates ſoluentes fructus locorum montium in Vrbe debitis temporibus, non tenentur ſoluere mercedem, ſeu vt dicitur, porto, & prouiſione, exactoribus. 35.140.

Filius, vel nepos ſuccedens patri, vel auo nihil ſoluit in renouatione literarum patentium locorum montium in Vrbe. 47.86.

Limita in filio, vel nepote emancipatis. n.87.

Locatio.

Locationes vltra decennium ab Vniuerſitatibus fieri non poſſunt ſine licentia Papæ, Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Congregationis Boni Regiminis. 32.5

Conductor rerum publicarum, ſeu illius fideiuſſores ſi minus idonei efficiantur, quid agendum, & quis ordo ſeruandus. 45.6.

Vtilius eſt bona Vniuerſitatum locare, quàm proprijs ſumptibus colere, & aſſignatur ratio. 46.1.

Summus Pontifex in Bulla ſuper Bono Regimine præcipit, bona Vniuerſitatum locari, ſeruatis ſolemnitatibus. 46.2.

Quæ ſolemnitates de iure requirantur in locationibus rerum Vniuerſitatum. 46.3.

Notificatio rerum locandarum quomodo ſit facienda. 46.5.

Pacta cum emptoribus, & conductoribus rerum Vniuerſitatum ſi fiant contra ſolitum modum, ſunt nulla. 46.7.

Locatio rerum Vniuerſitatum legitime facta non debet reuocari, quàmuis adſit maior oblatio. 46.8.

Locationes rerum Vniuerſitatum vt plurimùm ad extinctionem candelæ faciendæ, de mente Congregationis Boni Regiminis. 46.10.

Sed conſuetudo locorum ſeruanda eſt. ibid.

Vniuerſitates cõdere poſſunt ſtatuta ſuper locationibus, & venditionibus rerum ſuarum. 46.11.

Vtilitas, & commodum Vniuerſitatum in locationibus quomodo conſideretur. 46.16.

Locationes rerum Vniuerſitatum non ſunt faciendæ perſonis prohibitis; & quæ ſint hę perſonę. 46.20.

Theſaurarius generalis, alijque Clerici Cameræ Apoſtolicæ non poſſunt habere partem in locationibus rerum Cameralium, ſub pœna excommunicationis. 46.21.

Homines duræ, & difficilis exactionis non admittũtur in conductionibus rerum Vniuerſitatum. 46.24.

Idoneitas perſonarum duplex eſt. & quomodo intelligatur. n.25.

In locationibus Vniuerſitatum non ſemper plus offerenti, ſed iuſtum prętium obſeruandum eſt, ne a iuſtitia diſcedamus. 46.26.

Vtrum liceat allicere oblatores ſub promiſſione certi lucri, prout regulariter fit in locandis rerum Vniuerſitatum. 46.27.

Ex licitatione regulariter deſignatur iuſtum rei retium. 46.28.

Allicere oblatores ſub certa ſpe lucri, licèt in foro conſcientiæ habeat aliquam difficultatem, tamen de conſuetudine Hiſpaniarum, & Italiæ permiſſum eſt. 46.29.

Certum lucrum promiſſum oblatoribus, an debeatur pro vna viçe tantùm, ſeu pro pluribus vicibus; & vitanda eſt fraus. 46.30.

Titius obtulit 600. Seius verò 700. hic verò repertus eſt non ſoluendo, vtrum Titius ſit liberatus. 46.31.

Officialis debet eſſe cautus, ne recipiat oblatores minus idoneos, & non ſoluendo. 46.32.

Penultimus oblator non liberatur ab vltimo oblatore non idoneo. 46.33.

Primus conductor, qui alteri ſublocauit, & fugam arripuit, Vniuerſitas an poſſit agere contra ſubconductorem actione non ceſſa. 46.34.

Clauſula, quorum intereſt, quid importet, in inſtrumento appoſita. 46.35.

Iudex an poſſit vni gratificari, quando duo vltimi oblatores eandem ſummam offerant; & quid in hoc caſu iudex agere debeat. 46.36.

Lis ſi ſit orta ſuper qualitate, & quantitate oblationum, quid agendum ſit, 46.37.

Vniuerſitas, quæ factis diligentijs locandi vectigalia, non inuenit conductorem, an poſſit cogere, qui anno antecedenti cõduxerat, & quomodo. 46.39.

Conductor vectigalium anni pręcedentis an ſit pręferendus in pari gradu. 46.40.

Inquilinus praeferendus eſt in locatione domus, & in quibus caſibus. 46.41.

Conductor prouentus ſalis, vel quid ſimile vtrum poſſit in vltimo anno vendere maiorem quantitatem ſalis in præiudicium ſucceſſoris in appaltu. 46.42.

Vniuerſitas locans ſuos prouentus cum promiſſione mutuandi conductori certam pecuniæ quantitatem, ſi non mutuat in tempore, vtrum conductor poſſit agere ad damna, & an detur Vniuerſitati purgatio moræ. 46.43.

Cedula oblationis ſi concipiatur ſub iſtis verbis, offeriſco venticinque ſcudi più di qualſiuoglia offerta, verũ hæc oblatio dicatur licita. 46.49.

In licitationibus, quæ fiunt ad extinctionem candelæ, cognoſcitur vltimus oblator, ſecus in ijs, quæ fiunt per cedulas. 46.50.

In oblationibus per ſchedulas attenditur tempus apertionis, non exhibitionis. 46.51.

Per declarationem partium vtrum poſſit derogari iuri quæſito maiori oblatori. 46.52.

Locantes prædia publica ſuo periculo locant. 46.57

Locationes gabellarum ſemper fieri ſolent cum ijſdem conditionibus, quibus antea fuerant locatæ. 46.58.

Vitium extrinſecum in locatione per quæ verba, &

per

per quas clanſulas purgetur.48.14.

Vitium intrinſecum, quod conductor veriſimilitèr ignorare potuit,remiſſionem parit.48.15.

Conductor, qui non potuit vti re locata, nedum habet retentionem in penſionibns non ſolutis, ſed agit ad intereſſe.&c.48.17.

Conductor,qui non potuit vti re locata,agit ad intereſſe lucri ceſſantis,& damni emergentis, licèt inſtrumentum declaretur nullum.48.23.

Amplia,ſi fructus ſint pendentes,vel ſeparati à ſolo, dummodo conductor non conduxerit in domum ſuam,& habes aliam ampliationem, & declarationem.n.24.

Conductor molendini cum quatuor rotis, ſub reſponſione pro qualibet rota, vtrum aucta quinta rota,augenda quoque ſit penſio.48.34.

Conductor agrorum,& vinearum ſi nihil frumenti, ſed tantùm vini,& vuæ colligit, quod ſufficit pro medietate penſionis, non habet remiſſionem, 48.47.

Conductor vectigalium ſi non ſoluat penſiones tẽpore conuento,poteſt expelli a locatione.48.56.

Lucenſis Ciuitas.

Lucenſis Ciuitas redemit ſuam libertatem a Rodulpho Primo Imperatore pretio ſcutorum 12. mille.8.14.

Ludi.

Ioci, & ludi neceſſarij aliquandò ſunt ad expellendas malenconicas cogitationes.40.5.

Ludorum genera ſex exerceri poſſunt, quæ ex Imperator.ſanctionibus colliguntur.40.6.

Gimnica ars quænam ſit, vnde traxit originem, & in quod differat a Gimnaſtica.40.7.

Ludi vnde dicti ſint;ab Hetruria Romam delati, & a Regibus editi.40.10.

Ludi Circenſes omnia ludorum genera continebant,& quare.40.11.

Officiales ludis præpoſiti quid agere deberent, & quas obſeruare leges.40.15.

Lex prima de ludis Lucinia fuit appellata apud gẽtes;& aliæ quoque leges poſt Chriſti Domini Aduentum a Romanis inuentæ, & quænam ſint, & euius ſumptu fiant.40.16.

Ludis, & ſpectaculis hodie in Vrbe diebus baccanalibus quinam præſint.40.18.

Decem ludorum Præfecti apud Græcos fuerunt, & quid agerent. 40.19.

Ludorum cura quibus olim Romæ commiſſa, & quorum impenſis.40.23.

Sacerdotibus, Pontificibus,priuatiſque viris ludos edere ethnici permiſerunt. 40.26.

Vmbratilis pugna hodie retinetur ab ijs, qui armis ludunt,vulgò, Maſtri di ſcherma.40.31.

Ludi ſine ſacrificijs, ſacrificia verò pars religionis erat apud ethnicos.40.28.

Deorum, Dearumue ſimulachra in ludis vehebantur,a quibus nomen accipiebant,& quorum etiã nomina multa referuntur.40 29.

Nudorum hominum ludis Athletarum ſcilicet,mulieres adeſſe Auguſtus vetuit. 40.30.

Equi curſores alebantur ad ludos edendos in curuli certamine.40.34.

Ludos nedum in honorem Deorum, Dearumque, ſed etiam funeris cauſa edebant ethnici.40.36.

Ludi a Veſpaſiano editi in Theatro, vt Veſuuij incendium ceſſaret. 40.48.

Ludi voluptuoſi omnino prohibiti,& quare.40.65.

Sacra Boni Regiminis Congregatio quibus conditionibus concedat Vniuerſitatibus ſcœnicos ludos edere.40.66.

Sumptus ludis ſcœnicis aſſignati, in pios vſus conuerſi aliquando fuerunt.40.67.

Veſtes, & ornamenta fabricata ab Vniuerſitatibus in editione ludorum ſcœnicorum cuinam ſint applicanda.40.68.

Signum dabatur ante ludorum initium;& quid hodie ſeruetur Romæ in ludis baccanalibus.40.70.

M

Magiſtratus.

MAgiſtratus ex Decurionibus, & Conſiliarijs eligendi ſunt,qui honorem cum ſumptu gerant. 31.11.

Magiſtratus accepturi quid agere debeant ex Platone.31.98.

Magiſtratibus aſſurgendùm eſſe., illoſque honorandos iura præcipiunt.34.31.a.7.

Debitores Vniuerſitatum,& litem cum illis habentes non poſſunt ad magiſtratus promoueri.43.3.

Malus.

Vbi quis malus eſſe incipit, nullam adhibet diſtinctionem parui,vel magni,ſed in omnibus ſe talem præbet.43.9.

Malitioſus omne malum cogitare poteſt,& maximè officialis.43.10.

Mandatum.

Mandatum videtur neceſſarium etiam in Agente patrocinare volente cauſas Vniuerſitatum; & quare.34.18.a.4.

Manumiſſio.

Manumiſſio permittitur in Eccleſijs,quia inter pias cauſas connumeratur.31.123.

Mare.

Delphini,& Mergi,qui tempeſtates naturalitèr preuident, antequam ſuperueniant, in tuto ſe recipiunt.8.55.

In mari iuriſdictionem habens extendit illam ad centum milliaria.10.56.

Mare comprehenſum eſt ratione contractus, vel quaſi,& ratione delicti, vel quaſi ſub iuriſdictione illius Ciuitatis, cui propinquior eſt.10.52.

In mari tria conſiderantur; proprietas,vſus, & iuriſdictio.Proprietas eſt in nullius bonis.Vſus omniũ communis.Iuriſdictio Imperatoris.10.59.

In mari licitum eſt ædificare,dummodo vſus publicus non impediatur.10.60.

Maritus.

Maritus,qui habet dotem vxoris tantùm, ex qua viuit,an dicatur idoneus ad munera publica; & quando habendus ſit reſpectus ad bona dotalia, 31.17.

Declaratur prædicta concluſio.n.18.

Honor mariti ad vxorem extenditur, & mulier ignobilis nobilitatur ſi nubat viro nobili, & procedit etiam poſt mortem viri.31.119.

Maritus tenetur ad collectas pro fundo dotali, 35.122.

Maritus, qui habet dotem vxoris in loco originis ipſius vxoris, an gaudeat immunitate à gabellis. 50.136.

Maritus tenetur ad tributa pro bonis dotalibus ſuæ vxoris. 50.237.
Maritus quando teneatur ſoluere duas gabellas pro fructibus dotis. 50.246.

Maſſarius.

Maſſarius Communitatis non debet ſoluere debita Vniuerſitatis, niſi de mandato Procerum. 24.14.

Mater.

Mater maiora ſuſtinet onera in educandis filijs, ſaltem vſque ad triennium, quàm pater. 50.107
Mater ante partum eſt oneroſa, in partus doloroſa, poſt partum laborioſa. 50.108.

Medicus.

Medici ad conſilia publica non ſunt vocandi. 31.87. Et quare. n.89.
Medicina non derogat nobilitati. 31.88.
Medicorum electio negocium neceſſarium eſt, & quare. 31.171.
Medicorum electio in Conſilijs quomodo facienda; & debet eſſe numerus præfinitus in vnaquaque Ciuitate. 31.172.
Medici quare duo regularitèr in vnaquaque Ciuitate debeant eſſe. 31.173.
Probitas morum in medicis requirenda; & quid agere debeant, priuſquam ad exercendam artem admittantur. 31.174.
Medici Iudæi ad curandos Chriſtianos non ſunt adhibendi; declara ſecundum aliquos. 31.175.
Medici Chriſtiani an teneantur in qualibet infirmitate ſeruare Bullam Pij V. 31.177.
Medici exercere volentes debent eſſe in arte periti. 31.178.
Literæ commendatitiæ non ſunt attendendæ in medicorum electione, & quare. 31.179.
Medicus quàmuis approbatus in Conſilio, poteſt nihilominus reprobari, & quare. 31.180.
Medicus, qui per imperitiam neſcit mederi, non debet habere ſalarium. 31.181.
Medici conductio omnis etiam iurata, intelligitur ſecundùm naturam contractus. 31.182.
Medicus habens ſalarium conſtitutum a Conſilio, non poteſt ſine licentia recedere a Ciuitate ad effectum medendi vicinos. 31.185.
Medicis debetur ſalarium conſtitutum, etiam ſi ægrotus noluerit medelam, & moriatur. 31.186.
Medicus habens ſalarium ad certum tempus, ſi poſt tempus medetur, quodnam ſalarium habere debeat. 31.187.
Medicus conductus ad annum, qui poſt annum diſceſſit, deinde reuerſus eſt, quod ſalarium habebit. 31.188.
Medicus conductus cum diuerſis ſalarijs, ſi denuò conducatur, quod ſalarium conſequetur. 31.189.
Medicus, vel Chirurgus delinquentes in officio propter imperitiam qua pœna puniantur. 31.190.
Medicus diſcedens ante completum tempus, an conſequatur ſalarium; quid in alijs Profeſſoribus. 31.191.
Quia nihil videtur impletum, cum aliquid notabile reſtat implendum. n.192.
Medicus ſi moriatur intra annum, an hæredes habeant integrum ſalarium. 31.193.
Immunitas conceſſa medicis extenditur ad vxores, & filios, etiam poſt mortem medicorum. 31.196
Extende dicta de medicis ad Grammaticos, & alios profeſſores. num. 197.
Medico non imputatur euentus mortalitatis, ſed quod per imperitiam agit. 34.3.a.3.
Medicis an permiſſum ſit mendacium dicere, vt ægrotantium animos conſolentur. 34.14.a.3.
Dum dolet infirmus, medicus ſit pignore firmus. 34.6.a.8. & n.7.
Medicus conductus ab Vniuerſitatibus non debet recipere dona, nec munera, & quare. 36.17.

Memoria.

Memoria hominum labilis eſt, ideo diligentia eſt reparanda, & affertur exemplum. 34.21.a.7.

Mendacium.

Decipere non licet quempiam, nec artificioſo mendacio, nec ſimplici verbo, & quare. 34.15.a.3.
Mendax furi æquiparatur. 34.20.a.3.

Mendicantes.

Mendicantibus communicata ſunt omnia priuilegia Religioſorum cuiuſcumque Ordinis. 28.59.
Mendicantibus multa, & ampliſſima priuilegia conceſſit Pius V. in Bulla, Dum ad vberes. 28.60.
Mendicantium priuilegia executioni demandata fuerunt a Rota, nec reuocata ſunt a Gregorio XIII. 28.61.
Sed contrarium videtur infra.
Exactores viarum, qui cogunt mendicantes ad ſoluendas taxas, ſunt excommunicati ex aliquorum ſententia; qui ampliant, etiam a ſponte dantibus, & recipientibus. 28.62.
Mendicantes ex eo quód hodie poſſident bona ſtabilia, non deſinunt propterea eſſe tales. 28.74.
Mendicantes ſunt ſpeciali nota digni, & ideo non comprehendũtur ſub generali diſpoſitione. 28.76
Congregatio Immunitatis dixit, priuilegia mendicantium non eſſe reuocata per ſupradictas Bullas. 28.77.
Mendicantes Fratres vt quibuſdam placet, poſſunt acquirere, non vt retineant, ſed vt vendant, & in eorum eleemoſynas conuertant. 28.92.
Mendicantium ſpecialis mentio facienda eſt, quia ſub generali diſpoſitione non comprehenduntur. 28.147.
Ratio præcipua, qua mendicantes non tenentur ad taxas. 28.148.
Mendicantes quinam propriè dicantur. 28.149.
Mendicantes ſunt, quibus victum præbet incerta mendicitas, & qui prohibentur habere redditus, vel poſſeſſiones pro victu, & hæc copulatiuè requiruntur. 28.150.
Mendicantes ſi de facto poſſideant bona, pro illis tenẽtur ſoluere collectas, & redditur ratio. 28.152.
Mendicitas, & diuitiæ non poſſunt ſimul iungi. 28.155.
Immobilia poſſidere repugnat ſtatui mendicantium. 28.156.
Mendicantes tenentur ad collectas, & alia onera pro bonis, quæ contra eorum Regulam poſſident. 28.158.
Mendicantes ex eo quod poſſident bona, non deſinunt eſſe mendicantes, quia in hoc non conſiſtit perfectio Regulæ. 28.160.
Mendicantes licèt ſint habilitati ad poſſeſſiones habendas, ex hoc non ſunt habilitati ad alia, nec liberati ab alijs iuribus loquentibus de mendicantibus. 28.163.

Men-

Mendicantes non videntur habilitari a ſolutione taxæ indictæ pro communi vtilitate;& quomodo : intellige vt ibi. 28.169.
Mendicitas, ſeu neceſſitas duplex, alia licita, alia illicita, hæc a legibus damnata, illa a Chriſto Domino imperata 41.17.
Mendicantes foreſes poſſunt expelli a Ciuitatibus quando eorum pœna damnoſa appareat.41.18.
Mendicantes validi vulgò, vagabondi, vel exilio propellendi, vel ad laborandum cogendi, quandoque ad triremes, vel ad opus publicum damnandi.41.19.

Mercator.

Mercatura quando ſit vtiliſſima.31.238.
Mercatores cauere debent a ſubtilitatibus, & cauillationibus; & datur exemplum. 34.5.a.26.
Inopia,& auaritia in mercatore,æque malum eſt,& ideo vitanda.34.7.a.26.

Merces.

Solutio mercedis habet locum etiam inter fratres. 31.204.
Mercede ſua dignus eſt operarius, nec aliquis tenetur proprijs ſtipendijs militare.34.32.a.3.

Metropolis.

Metropolis dicitur Ciuitas mater, hoc eſt maior cœteris, ſeu ex qua Coloniæ deductæ ſunt. 8.18.
Metropolitanus a menſura Ciuitatum,quibus preeſt dictus eſt, & decem, vel vndecim Ciuitates, & totidem Epiſc.ſub ſe habere debet.8.19.
Metropolitanæ dicuntur Ciuitates habentes Archiepiſcopum.8.20.

Metus.

Metus cuncta componit, ſi reus crimen in iudicante non inueniat.25.1.
Militibus non ſunt ſubminiſtranda omnia alimonia ſine pretio.31.206.
Vendens rem per metum licèt recipiat pretium, non tamen cenſetur approbaſſe contractum, & quare.48.25.
Limita,ſi conductor ſciebat imminere periculum rei conductæ,& quare.n.26.

Milites.

Militum armatæ militiæ nomina etiam ijs, qui ſacris militant,accommodantur. 2.8.
Milites non tenentur præſtare ſeruitia perſonalia in reparatione viarum,&c.ſed tantùm ad mercedem artificum,& emptionem cementorum.8.58
Militibus in neceſſitate poſitis,quàmuis permiſſum ſit deprædari, non poſſunt tamen impones capere boues aratorios,& quare.12.91.
Milites non coguntur acceptare officia publica. 19.32.
Militum priuilegia in corpore iuris clauſa hodie non ſunt in vſu, ſed ſeruantur conceſſa a principibus hodiernis.19.33.
Milites hodierni propter anguſtiam loci,in quo domicilium contraxerunt,& originem habent,coguntur gerere officia publica ex reſcripto principis.19.34.
Stipendijs militare proprijs nemo tenetur. 21.36. & cap.33.51 & cap.34.2.a.8.
Milites armatæ militiæ ſoluunt taxas pro medico, ludimagiſtro, concionatore, & ſimilibus.28.133.
Milites hoſpitandi munus an ſit patrimoniale, & rei annexum; & an ſolis incolis, & municipibus impoſitum;vide remiſſiue.28.178.
Milites nihil commune habent cum Curialibus. 31.60.
Duces, Comites, & alij milites cognoſcunt cauſas ſuorum militum.31.61.
Milites cohortales,ſeu delle cernite, non debent inter Conſiliarios deſcribi inuiti.31.63.
Limita in locis paruis propter anguſtiam loci, & in defectum aliorum; & referuntur literæ Superiorum in hac materia ſcriptæ.n.64.
Magiſtratum gerere debent etiam milites in patria propria,& quare.31.65.
Milites magiſtratum gerentes non debent repræſalias pati, ſicut nec alij.31.66.
Militibus quid ſubminiſtrandum ſit tempore belli, in Statu Eccleſiaſtico habes Tabellam. 31.208.
Milites qualiter ſe gerere debeant in actu militiæ. 31.209.
Militiæ nomen & Sago, & Togę conuenit.34.5.a.1
Amantes quoque militare dicuntur.34.6.a.1.
Arma, & inſtrumenta militaria, animalia, & equi militum capi non poſſunt ab exactoribus collectarum.35.151.
Qui habet fructus caſtri tenetur ſoluere ſtipendia militibus,qui ibi pro cuſtodia tenentur,licet hoc male ſeruetur in praxi.42.18.
Impenſæ in tranſitu, ſeu hoſpitatione militum a quibus ſint faciendæ. 42.20.
Tranſitus, ſeu incurſio militum connumeratur inter caſus fortuitos; hi verò caſus illos grauant, qui patiuntur damnum.42.24.
Milites nihil commune habent cum curialibus, & curijs,& declaratur concluſio.50.175.
Milites propter anguſtiam loci, & paucitatem hominum coguntur acceptare Magiſtratus.50.176
Milites cohortales habent multa priuilegia, & immunitates, quæ limitantur, & declarantur. 50.177.
Milites noſtri temporis non gaudent priuilegijs cōceſſis militibus antiquis.50.176.
Milites tenentur ad mercedem artificum, & emptionem materiæ pro reparatione viarū. 50.179. vide alias limitationes n.ſeqq.
Militis priuilegium non extenditur ad ſuos fratres, & alios habitantes in eadem familia. 50.180.
Milites tenentur ad taxas pro ſalario medici, ludimagiſtri, concionatoris, & ſimilium. 50.183.
Milites licèt eximantur a muneribus publicis etiam annonæ, fallit tamen, vbi neceſſitas vrget. 50.184.
Miles ignominioſe dimiſſus a militia perdit priuilegia, ſicut & clericus depoſitus.50.185.
Milites cohortales qui ſint, quid ſit cohors, quot cohortes in vna legione ſint.50.186.
Priuilegium militare ne pro delictis ſoluatur, niſi dimidium pœnæ, quomodo intelligatur. 50.187.
Miles appellans patrem,& matrem maleficos perdit priuilegium,& quare.50.188.
Miles,qui cauſa litis fugiendæ nomen militiæ dedit perdit priuilegium. 50.189.

Extẽde ad militem equeſtris militiæ debitorem cauſa mercedis, alimentorum, Montis pietatis, annonæ, viduarum, & pupillorum. n.190.

Miles negociator, & miniſterijs vilibus ſe immiſcens quibus militiæ dignitas deturpatur, perdit priuilegium.50.191.

Miles, qui miſſionem a militia petit, & obtinet ante impletum tempus, non gaudet priuilegijs. 50. 192.

Miles equeſtris militiæ non habens equum proprium, & literas teſtimoniales D.Generalis non eſt immunis.50.193.

Deſcribuntur priuilegia militaria conceſſa a fel.rec. Gregorio XIII.quæ ab alijs Pontificibus confirmata, & ampliata fuerunt.50.194.

Minor.

Minores 25.annis excluduntur a Conſilijs, & Decurionatu, & ſi creati fuerint de facto, ſuffragium non habent.31.80.

Limita in duobus caſibus vt hic, cum ſuis declarationibus.n.81.

Annus 25. inceptus habetur pro impleto in fauorabilibus.31.82.

Iudicium factum cum minore non valet, nec ſententia contra ipſum lata ſuſtinetur. 34.5.a.4.

Minor comparens pro alio, niſi ab aduerſario repellatur, & admittatur de facto, valet iudicium, & ſententia mero iure.34.6.a.4.

Minori pro alio litiganti denegatur reſtitutio in integrum.34.7.a.4.

Minor ſi montes reſignauerit, an huiuſmodi reſignatio ſit ſuſtinenda.34.4.a.19.

Minores 55.admittendi non ſunt ad lieitandum, & quare.46.38.

Minor non denuncians res gabellæ ſubiectas, an cadat in commiſſum.47.60.

Miſerabilis.

Miſerabiles perſonæ ſunt pupilli, viduæ, & orphani. 34.9.a.6.

Modeſtia.

De modeſtia laus ſumitur, de elatione odium concitatur.33.39.

Lingua impudica, aut diſſoluta ſicut coercenda eſt, ita verecundia quædam, & modeſtia in cultu corporis, veſtituque laudanda.34.21.a.5.

Monopolium.

Monopolium eſt compellere homines ad molendũ in ſuo molendino.31.220.

Mons Pietatis.

Mons Pietatis quid ſit; 22.1 & 3.

Mons pietatis quibus conditionibus, ac legibus regatur.22.2.

Mons pietatis quibus modis inſtituatur ex Nauarro.22.3.

Hanc inſtitutionem nonnulli tanquam vſurariã improbarunt.n.4.5.& 6.

Caietani, & aliorum opinio reijcitur a Leone X. dũ Montes pietatis licitos declarat.22.5.

Caietanus edidit tractatum de Monte pietatis ante Bullam Leonis X.22.6.

Montem pietatis in Vrbeueteri iam inſtitutum confirmauit Pius II.ſuo diplomate; & hanc Papę confirmationem eſſe neceſſariam, & quare. 22.7.

Ad Montem pietatis tria requiſita ex Toleto deſumpta referuntur. 22.8.

Dominium pecuniæ Montis pietatis eſt penes pauperes, & qua lege.22.9.

Pecunia, vel triticum relictum Vniuerſitati pro erectione Montis pietatis non dicitur relictum Ciuitati, ſed ad commodum pauperum, quorum periculo cedit diminutio, vel amiſſio.22.10.

Montium pietatis adminiſtratio quãmuis ſit penès laicos, ſuperioritas tamen penès Epiſcopos eſt ex Concilio Tridentino.22.11.

Declara qualiter intelligatur huiuſmodi ſuperioritas.n.12. Vide n.15.

Mons pietatis ſi fundatus ſit a Titio in vltima eius voluntate, Epiſcopus non dicitur habere intentionem fundatam ſuper illius viſitatione, & quare. 22.13.

Pecuniæ ad vſum Montis pietatis deſtinatæ non poſſunt ab eorum primæua aſſignatione diuerti. 22.20.

In alijs bonis, ex quibus conſtituitur Mons, non militat eadem ratio.n.21.

Pecunia Montis exuberans vtrum erogari poſſit in alios vſus abſque licentia Papæ.22.23.

Pecuniæ in Monte pietatis depoſitatæ ſi pereant vtrum qui depoſuit teneatur iteratò deponere. 22.25.

Mons pietatis an, & quando obligetur ex facto ſui adminiſtratoris.22.26.

Pecuniæ ſi furto, vel caſu fortuito pereant, an, & quando agi poſſit contra Montem, vel eius Rectorem. 22.28.

Mutuans pecuniam Monti pietati nihil recipere poteſt, licèt Mons aliquid recipiat, & quare. 22.36.

Miniſtri Montium pietatis non poſſunt vti, & negociari pecunias ipſorum montium.22.37.

Montes pietatis habent priuilegium electionis, & variationis fori.22.45.

Morboſi.

Morboſi, a quibus alij poſſunt inficiari, expellendi ſunt a Ciuitatibus.42.85.

Motus proprius.

Motus proprius Principis nõ probatur per teſtes.7.7

Conceſſio Principis potius præſumitur ad petitionẽ partis, quàm motu proprio.50.225.

Mulier.

Mulieres capiuntur in bello, & habent poſtliminium.12.81.

Mulieres non ligantur Statutis, & Conſtitutionibus loquentibus de capiendis, & inſequendis delinquentibus.14.99.

Mulieribus inhoneſtis habitum particularem aſſignarunt Romani.31.37.

Mulieres ſunt incapaces exercitij, & exactionis gabellarum, nec poſſunt ſuccedere parentibus in huiuſmodi muneribus publicis, & quare. 46.55.

Mulier, quæ non ſpontè, ſed ex voluntate parentum nupſit extra territorium, vtrum perdat priuilegium originis.50.235.

Mulier nupta extra locum originis, cui relicta ſint bona in ipſo loco originis, non gaudet immunitate.50.239.

In contrarium videtur deciſ. Rotæ Romanæ hic adductæ.n.240.

Puellæ ob ſexus imbecillitatem,& ætatis infirmitatem ac paternam reuerentiam facile induceuntur ad ea, quæ neſciunt,& ignorant.50.24.
Mulier in dubio præſumitur nupta a patre.50.245.

Multitudo.

Ob multitudinem delinquentium pœna poteſt cõmutari.14.67.
Multitudo contagione inſanit;cauſa autem,& origo omnis furoris penes authores eſt.14.68.
Reliqua de multitudine, vide in verb.populus.

Munera publica.

Iuſta cauſa excuſandi a muneribus publicis quænam ſit.19.31.
Munera ordinaria habent certam, & determinatam præſtationem.28.11.
Munera publica quomodo diuidantur.31.199.
Ad munera publica admittendi non ſunt,qui maturitatem ætatis non habeant.34.4.2.24.
Perſonalia munera quæ dicantur, & qua ratione artifices colligentur.35.21.
Ciues poſſunt ſtatuere, vt nemo a publicis muneribus excuſetur,& quòd pro ipſis ſubeundis omniũ ciuium poſſeſſiones ſint obligatæ.35.153.
Quæ opinio reprobatur. poſt n.154.
Munus quot modis ſumatur:aliquando donum,quãdoque onus ſignificat.36.1.
Munus quando onus importat, tribus modis accipitur.36.2.
Munus propriè eſt, quod neceſſariò ſubimus lege, more, imperio.36.3.
Munus diuiditur in ſordidum, honorificum,& mixtum.36.4.
Munus aliquando officium denotat,vt militare munus.36.5.
Munus differt a dono tanquam genus a ſpecie ; & hæc declarantur.36.6.

Muri Ciuitatum.

Muri Ciuitatum ſunt quaſi Diuini iuris , & delinquentes in eis capitali pœna mulctantur.8.44.
Declara in muris Romanæ Vrbis , nam in alijs Ciuitatibus delinquentes extra ordinem puniuntur.n.45.
Muri Ciuitatum qui propriè dicantur.8.46.
Muros municipales ſine Principis , vel Præſidis auctoritate reficere non licet , nec aliquid eis coniungere,vel ſuperimponere.8.47.
Muri ſi de nouo ſint conſtruendi,ſeu veteres firmius renouandi, Incolæ Ciuitatum eſſerre debẽt pro rata ſui æſtimi.8.48.
De murorum conſtructione , opinio , & doctrina Luc.de Penna 8.49.
In murorum conſtructione , & reparatione an Eccleſia, vel Eccleſiaſticæ perſonæ concurrere debeant;& quo pacto.8.50.
In murorum Ciuitatis Hieruſalem conſtructione quid ſeruatum fuit.8.51.
Murorum conſtructioni melius eſt in ocio , & pace vacare,quàm bellis inſtantibus.8.53.
Et munitio tractanda eſt ſemper in ocio , quia tunc male quæritur , quando neceſſaria iudicatur.n.54.
Murorum reparatio melius fit tempore pacis, quã bello inſtante.28.121.

Mutuum.

Mutuantes pecunias ſi aliquod damnum ex mutuo paſſi ſunt, poſſunt vltra ſortem aliquid accipere; quomodo,& qua occaſione.28.37.
Mutuana pecuniam Vniuerſitati, an,& quando debeat eſſe ſollicitus de verſione.28.41.
Mutuans pecuniam Vniuerſitati,non tamen eximitur a collectis.35.132.

N

Neapolitana Ciuitas.

Neapolitana Ciuitas tanquam rebellis condemnata fuit a D.Petro de Toledo,quia noluit acceptare Officiales S.Inquiſitionis.14.56.

Neceſſitas.

Neceſſitatibus qualitèr conſultum ſit per hanc noſtram Conſtitutionem.51.28.
Neceſſitate impellente nedum quod ſupereſt , ſed etiam pecuniæ ſub vſuris pro annona accipiendæ ſunt.21.6.
In neceſſitate poſito fauendum eſt,dummodo ſe ipſum in illam non ſe poſuerit.28.43.
Neceſſitas dicitur mater criminum.31.14.
Neceſſitas ab omni lege ſoluta eſt , & propter neceſſitatem iuris diſpoſitio ad tempus ſuſpenditur, licet non in totum relaxetur.50.29.

Negligentia.

Ob negligentiam datur ius agendi.25.4.
Negligentia,& contemptus æquiparantur.25.5.
Negligens quandoque punitur pœna fuſtigationis ; interdum tenetur crimine falſi , quandoque vt prævaricator,& contemptor.25.6.
Negligentia correctionis perdit diſciplinam in ſubditos.n.9.
Negligentes colere agros,& vineas ſuas, & equos mundos habere , qua pœna punirentur antiquitùs.25.14.
Ad denunciandum negligentias officialium quilibet de populo admittitur , & quare non requiratur deputatio delatoris.26.10.
Negligentes,& incurioſi reijciendi ſunt ab adminiſtratione Reipublicæ.31.20.
Extende etiam ad eos , qui vile officium exercent.n.21.
Negligentes negocia Vniuerſitatum tenentur ad intereſſe. 34.19.2.1.
Negligentia eſt omiſſio eius , quod fieri debet, vel poteſt,& quæ moram non patitur.34.9.2.3.
Alia multa de negligentia,vide remiſſiuè.n.10.
Negligentia non eſt præciſe probanda , & quando dicatur probata.34 11.2.3.

Negocia.

Damnari quis non poteſt, vt negocietur.31.48.
Negocia in Conſilijs pertractanda ad tria potiſſimũ capita reducuntur;& quæ ſint.31.168.
Negocia neceſſaria quæ ſint.31.169.
Negocia voluntaria quæ ſint.31.255.

Niniuitæ.

Niniuites ob publicas orationes , & ieiunia iram Dei placauerunt,euerſionem Ciuitatis,& ciuium euitarunt, indulgentiamque a Deo obtinuerunt. 42.88.

Nobilis.

Nobiles, & ingenui ſibi rationabiliter honorem arrogant , & nobilitas apud omnes in in honore eſt. 31.93.
Conſuetudini multùm tribuitur in materia nobilitatis.33.31.

Nobiles dicuntur, qui ſunt ex numero Decurionū, & ideo Legati debent eſſe Decuriones in ſua patria. 33.32.

Nominator.

Nominator quando teneatur pro nominato. 45.30.

Notarius.

Claues capſarum, in quibus ſeruantur inſtrumenta notarij mortui, quis debeat cuſtodire. 17.4.

Notarij tenentur dare copias inſtrumentorum conductori Archiuiorum. 17.5.

Notarij non poſſunt conficere inſtrumenta, niſi deſcripti ſint in Archiuio, & matricula ſub pœna falſi. 17.35.

Limita concluſionem tempore peſtilentiæ. n. 36.

Notarius, qui per multos annos non dedit inſtrumenta in Archiuium, an poſſit allegare huiuſmodi non vſum, & illo ſe tueri. 17.37.

Notariatus dicitur officium vile, quia ſunt ſerui publici. 31.22.

Notarius quare dicatur publica perſona. 34.4.2.25.

Nullitas. Nullum.

Quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit. 34.8.2.4.

Nullitas cum Eccleſia, & minore geſta habet locum ipſis volentibus. 34.33.2.4.

Nundinæ.

In nundinis quinam interueniant. 31.237.

Non omnes mercatus nundinę dici poſſunt. 31.239

Nundinarū priuilegia quæ comprehendant. 31.240.

Nundinæ, & mercatus non ſunt exercendi diebus feriatis; & refertur decretum ſacræ Congregationis Concilij Tridentini. 31.241.

Decretum hoc quibus in caſibus locum habeat. 31.242.

Referuntur alia Decreta eiuſdem Congregationis ſuper eadem re. 31.243.

Differentia quæ ſit inter nundinas, & mercatus. 31.234.

Quæſtio ſatis vtilis, & iucunda diſcutitur circa nundinas. 31.247.

Temporis certitudo, locique, & ordo in nundinis multum prodeſt. 31.248.

Nundinæ, & mercatus non ſunt faciendæ eodem die in locis conuicinis ad decem milliaria; & ſi fiant, quid agendum. 31.252.

Licentia conficiendi nundinas quomodo petatur, & qualiter concedatur. 31.253.

Nundinæ, & mercatus ſi per decennium non exerceantur, amittitur priuilegium. 31.254.

Declara vt ibi.

Priuilegium conficiendi nundinas liberas perditur per decennium. 50.211.

Amplia ad priuilegium ſtudij. n. 212.

Limita, quando per priuilegiatum non ſtetit, quominus non fuerit vſus priuilegio. n. 213.

Nuptiæ.

Conditio, vt puella intra certum tempus nubat, an ſit recipienda. 41.34.

Temporis præfinitio ad concludendas nuptias valida eſt. 41.35.

Legatum factum puellæ, ſi nupſerit, implendum eſt intra triennium poſt pubertatem: licèt aliqui contrarium ſentiant. 41.36.

O

Oblatio.

Oblatio eſt ſpecies penſitationis, & eius ſimulachrū apud nos quodnam ſit. 18.42.

Oblatio propriè loquendo quænam ſit, & dicatur. 18.44.

Oblatio in quo differat ab eleemoſyna. 28.34.

Oblationes faciendæ ſunt coram iudice, quando locationes fiunt ad extinctionem candelæ: ſed declara, & vide literas S.C. & alia iura adducta. 46.14.

Vltimus, & plus offerens eſt admittendus, quando idoneos præſtet fideiuſſores. 46.17.

Reliqua de oblatione vide in verb. Locatio.

Obligatio.

Ordinari non poteſt obligatus ratiocinijs. 2.26.

Obligare ſingulas perſonas ciuium non reſpicit vtilitatem publicam, neque Principis. 12.26.

Obligatio ſoluendi collectas ad fauorem Principis radicata eſt in ipſis ciuibus, & ſubditis. 12.37.

Obligatio facta à Communitatibus de conueniendo ſuos ciues in ſolidum, tunc valet, quando Syndicus, ſeu Procurator habet poteſtatem ab Vniuerſitate, penes quam ſit facultas legis condendæ. 12.64.

Ex obligatis in ſolidum, ſi vnus ſoluat ratam ſuam, non tamen liberatur pro rata aliorum. 24.30.

Obligatio naturalis ſemper remanet erga patriam. 34.17.2.9.

Obligatus ratiocinijs ad fauorem Cameræ non eſt tutus in Eccleſia de iure ciuili. Sed hæc opinio non eſt vera. 23.21.

Obligatio Cameralis expirat finito tempore in inſtrumento appoſito. 45.42.

Obligatio non porrigitur ad caſus fortuitos, & parua mora excuſatur. 46.44.

Promiſſio, ſeu obligatio facta contra edictum, ſeu legem Principis, quàmuis iurata non valet. 48.75

Obligatio, quæ fuit ſemel adimpleta, non eſt iterum adimplenda. 49.16.

Obſeruantia.

Obſeruantia procedendi in aliquo iudicio, & contra perſonas etiam exemptas, tollit omnem diſputationem. 42.59.

Obſeruantia Romanæ Curiæ præbet exemplum alijs Curijs, & iudicibus. 42.60.

Officialis.

Poteſtas electus alicuius Ciuitatis intelligitur electus etiam ad Comitatum, & Territorium, ſed non è contra. 10.49.

Officiales, ad quos ſpectat onus exigendi collectas, ſi negligant, & non ſoluant debito tempore, etiā quòd non ſint nominati in inſtrumento ad fauorem priuatæ perſonæ, poterunt tamen pignorari, & repræſaliari. 12.60.

Officialis, cui aſſignata ſit domus ab Vniuerſitate pro iure reddendo, non poteſt aliam domum conducere. 13.70.

Officialis nomen ſatis latè patet, & quid comprehendat. 19.3.

Officialis qui propriè dicatur. 19.4.

Officialis debet eſſe aſpectu grauis, & ſpecioſus. 19.5

In officialibus eligendis conſideranda eſt qualitas, & exercitium, & ideo publicani reijciendi ſunt. 19.8

Officiales Eccleſiaſticæ Ditionis quid agere debent

ex

ex forma noſtræ Bullæ. 19. 11.

Officiales tranſmiſſi ad regendas Vniuerſitates, & populos tenentur inhabitare palatia publica, nec poſſunt conducere domos priuatas; & hoc ſeruatur in prati. 19.37.

Officiales in regendis populis, & Vniuerſitatibus quid agere, quidue prętermittere debeant. 19.38

Officiales durante officio accuſari non poſſunt, eo tamen finito, tenentur ſtare ſyndicatui, & reperti culpabiles, ſunt remouendi. 19.39.

Officiales conſequuntur decem pro centenario ex pęnis maleficiorum. 19.41.

Officiales non poſſunt concedere licentias portandi pugiones, & arma breuiora. 19.44.

Curare debent, ne Monaſteria Monialium moleſtentur in hoſpitandis militibus. n.45.

Quando reos abſoluere, vel habilitare queant, & quid iurare debeant in ingreſſu officij. n.46.

Tabellas Communitatum quolibet anno reuidere, & exequi debent, & munus ſuum negligenter exercentes qua pœna puniantur. n.47.

Non poſſunt cogere ſubditos ad deferendum ſibi paleas, ligna, & ſimilia. n.48.

In officialium confirmatione non ſufficit conſenſus maioris partis, ſed requiritur, vt omnes conſentiant; & eſt notandum. 19.50.

Officiales non poſſunt a ſe ipſis ſua ſalaria exigere; & quare. 19.51.

Officiales multa poſſunt agere, ſi publica vtilitas, ſeu neceſſitas poſtulet. 19.52.

Officialibus Principis credendum non eſt, niſi literas ipſius Principis mittentis oſtendant; & niſi oſtendant, poteſt illis licitè reſiſti. 19.53.

Officiales nõ poſſunt in loco ſibi commiſſo nouum opus inchoare, nec ornamenta ædium de ſuo loco transferre; poſſunt tamen horrea, & ſtabula conſtruere. 19.54.

Officiali quando liceat impune reſiſti, vide remiſſiue. 19.55.

Officialis capiens delinquentem non debet habere præmium promiſſum capientibus delinquentes, & quare. 19.56.

Officialis ducens vxorem, & habens conſanguineos in loco officij remouendus eſt. 19.58.

Officiales durante officio nec agere, nec conueniri poſſunt, etiã in vim obligationis cameralis. 19.60

Officium ſuũ nemini debet eſſe damnoſum. 22.40.

Vulcaſij Gallicani pulchrum dictum contra malos Rectores Prouinciarum, & rerum publ. 23.36.

Officialis publicus non poteſt ſoluere vnum nummum ex æquitate ſui capitis. 24.16.

Officiales, & Gubernatores negligentes puniuntur non ſolum quoad refectionem damni illati, ſed etiam priuationis, & inhabilitatis ad alia officia. 25.11.

Actio, quæ datur contra officiales negligentes, licet ſit ſubſidiaria, extẽditur tamen ad heredes. 25.12.

Rectores Prouinciarum puniendi ſunt, ſi facinora vindicare neglexerint. 25.8.

Officiales negligentes recipere fideiuſſores a conducentibus prouentus Vniuerſitatis qualiter puniantur. 25.13.

Officiales nihil recipere poſſunt pro exequutione literarum ſacræ Congregationis. 27.25.

Officiales locorum compellentes emere bona banitorum primo loco cogunt proximos conſortes. 27.34.

Officialis excedens fines ſuæ iuriſdictionis, & officij, cenſetur priuata perſona. 28.29.

Officialis, qui inuito clerico vult hoſpitari in eius domo, tenetur in ſyndicatu. 28.172.

Hæc concluſio quomodo intelligenda. n.173.

In Officiali cadit pręſũpt. impreſſionis metus. 31.74

Confirmatio Officialis finito tẽpore non fit a maiori parte Conſiliariorum, ſed requiritur conſenſus omnium, nemine reluctante. 31.147.

Declara, hoc procedere in cõfirmatione tantùm, non autem in electione. n.158.

Scientia, & experientia ſimul iunctæ perfectum faciunt officialem, & iudicem. 34.7.2.24.

Impenſa pro ſalario, & menſa officialis, an ſit facienda à Principe, aut ab Vniuerſitate. 42.1.

Camera Apoſtolica recipit pœnas maleficiorum; & ideo ſoluit ſtipendia officialium, qui ab ipſa mittuntur. 42.3.

Officiales Vniuerſitatum varijs nominibus appellãtur, & ab ipſis Vniuerſitatibus alimenta recipiunt. 42.4.

Pro alimentis officialium ſi imponenda ſit collecta, hæc non per ſolidum, & libram, ſed per capita imponenda eſt. 42.5.

Alimenta officialium ab Vniuerſitatibus electorum quandoque minui, & ad tempus tolli poſſunt, ſed cautè in hoc procedendum eſt. 42.6.

Stipendium pro menſa officialium aliquando ex cauſa augetur. 42.7.

Vniuerſitates tenentur ædificare, ſeu reparare domos pro reſidentia officialium. 42.9.

Amplia etiam, vt teneantur ad conſtruendum, & reparandum carceres, licèt cuſtodia cerceratorũ ad Principem ſpectet. ibid.

Officialis tenetur habitare domum, quam Vniuerſitas ædificauit, vel reparauit. 42.10.

Officiales plura mala ſciunt, & committunt, quàm alij, ideo quæ priuatis prohibentur, multò magis officialibus prohibenda ſunt, quia ipſi habilius delinquunt ob velamen officij. 43.11.

Officiales, qui ius dicunt in loco, non poſſunt emere, nec licitare. 46.22.

Officialis, qui non poteſt inducere Vniuerſitatem ad ſarciendum damna, debet deponere officium. 45.39.

Onera.

Onera cameralia non ſunt impoſita Communitatibus, ſed priuatis perſonis. 12.19.

Onus proueniens hinc ad mille annos, ita habet prædia obligata, ſicut ſi hodie eueniſſet, & eſt æs alienum contractum cum Communitate. 12.58.

Prædia omnia pro oneribus fiſcalibus ſubijciuntur Vniuerſitatibus. 18.67.

Onus eueniens hinc ad mille annos ita habet prædia obligata, ſicut ſi hodie eueniſſet, & dicitur æs alienum contractum cum Vniuerſitate. 18.68.

Onere duplici nemo debet prægrauari. 28.42.

Regulares ex ſpeciali Summorum Pontificum reſcripto ſunt immunes ab oneribus laicalibus. 28.58.

Onera impoſita per Papam ſuper bonis Religioſorum habent effectum in illis bonis, quæ aliqui Religioſi poſſident de facto. 28.159.

Onus an ſit perſonale,reale,vel mixtum, quomodo cognoſcatur. 35.15.

Onera fiſcalia quando ſoluenda non ſunt in loco, vbi bona ſita ſunt. 35.35.

Onus in multos partitum minus grauat.& tolerabilius eſt. 39.20.

Minus oneroſum eſt minutatim, quàm vno ictu conferre. 39.21.

Onera cameralia impoſita ſunt ſubditis, non autem Communitatibus. 49.26.

Onus impoſitum Vniuerſitati, ſi vni ex Vniuerſitate concedatur immunitas, accreſcit alijs. 50.17.

Onera patrimonialia dicuntur ordinaria. 50.47.

Onera cameralia dicuntur propriè onera ordinaria. 50.96.

Paulus III. voluit, omnes, & quaſcumque perſonas priuilegiatas teneri ad ſolutionem onerum cameralium, cum derogatione quorumcumque priuilegiorum. 50.125.

Onera cameralia, quæ poſt ſubſidium triennale fuerunt impoſita, eodem modo ſoluenda, & exigenda ſunt, & quare. 50.127.

Onera cameralia non ſunt impoſita Communitatibus, ſed ſubditis, vti ſubditi, & quare Camera hodie exigat a Communitatibus. 50.135.

Camera Apoſtolica tenetur defendere,& manutenere Communitates in exactione onerum cameralium ex iure ceſſo. 50.136.

Onera eadem eſſe dicuntur, in quibus non mutatur res, perſona, vel cauſa. 50.260.

Oppidum.

Oppidum quid ſit. 8.28.& 29.

Ordinarius.

Cauſæ omnes in prima inſtantia cognoſcendæ ſunt in partibus coram Ordinario. 33.10.

Otium.

Remittendi ſunt ad ſuas prouincias, & Ciuitates, qui nullo negocio extra eas otioſi manét. 50.111

P

Parſimonia.

PArſimonia magnum vectigal: quid ſit parſimonia,& in quo differat a frugalitate. 28.48.

Parſimoniæ aduerſantur luxus, & ſuperuacaneæ impenſæ; frugalitati gula,& voracitas. 28.49.

Paſcua.

Paſcua acquiſita in territorio alieno ſi non ſufficiant pro Terrigenis, tunc poſſunt non obſtante quocumque titulo prohiberi forenſibus. 33.39.

Communitates augentes pretium paſcuorum in capita animalium, non videntur imponere nouã collectam etiam ſi tangat clericos. 35.27.

Declara, vt ibi.

Communitates poſſunt cogere ſuos ciues habentes animalia ad emendum paſcua; & hæc coactio, nedum æqua, ſed iuſta eſt. 35.28.

Immunitas clericorum non extenditur, quominus ſoluant paſcua pro ſuis animalibus, cum declaratione vt ibi. 50.59.& quare, n.56. Vide num. 66. in fin.

Ciues præferendi ſunt forenſibus, in emptione paſcuorum; & quid agere debeant Vniuerſitates in his caſibus ex charitate. 50.60.

Ciues ſi velint præferri in emptione paſcuorum, quid agere ſoleant Vniuerſitates. 50.63.

Ciues,& incolæ poſſidentes bona, in quibus earum Vniuerſitates habent ius paſcendi, non poſſunt impedire tale ius mutando modum colendi prędia. 50.198.

Barones,& domini non poſſunt retinere in paſcuis tantam animalium quantitatem, vt alijs non ſufficiant. 50.200.

Statutum, vt paſcua certo anni tempore reſeruentur, eſt validum; & ligat etiam priuilegiatos. 50.201.

Prædia deſtinata ad ius paſcendi non poſſunt claudi, vt in illis plantentur vineæ, olíueta, & ſimilia; & ſi fiant propria auctoritate tolli poſſunt. 50.202.& n.207.

Conuentio inter duas Vniuerſitates, vt paſcua ſint communia, ab ea recedere licet quando paſcua non ſufficiunt proprijs ciuibus. 50.203.

Conceſſio iuris paſcendi in vno fundo non extenditur ad vineas. 50.208.

Venditio iuris paſcendi conceſſa Communitatibus ſuper bonis ciuium non extenditur ad glandes. 50.210.

Paſtor.

Paſtoris boni eſt pecus tondere, non deglubere, vel ad viuum vſque radere. 18.73.

Pater.

Pater non poteſt eligere ſepulturam filio puberi, quia huiuſmodi *electio eſt quid ſpirituale.* 13.55

Patria poteſtas non attenditur in ijs, quæ ſunt iuris publici. 31.84.

Pater aduerſus filium, filius aduerſus patrem pro patria animari debet. 34.9.a.8.

Pater ex dignitate filij nobilitatur. 38.11.

Pater naturali lege tenetur alere filium, & ſi illum exponit, & alimenta negat, amittit patriam poteſtatem. 39.4.

Pater poteſt excludere filium ab hæreditate, ſi ludicras artes exerceat. 40.4

Pater licèt regulariter teneatur alere filium, ſoluitur ab obligatione, ſi ipſe egeat. 50.62.

Pater habens filios præfertur in prærogatiuis non habenti,& qui plures habet, paucis habenti prę fertur. 50.88.

Patria.

Non ſolùm patri, ſed patriæ naſcimur, nec eſt laudandus, qui ſe, vel alios ſubtrahit vtilitatibus patriæ. 24.6.

Non ſolùm patri, ſed patriæ naſcimur, nec eſt laudandus, qui ſe, vel alios ſubtrahit vtilitatibus patriæ. 31.105.

Qua pœna puniantur, qui legitimo ceſſante impedimento, a patria abſunt. 31.106.

Non ſolùm patri, ſed patriæ naſcimur, nec eſt laudandus, qui ſe, vel alios ſubtrahit vtilitatibus patriæ. 34.8.a.5.

Patronus.

Patronus ſiue per negligentiam, ſiue per imprudentiam cauſam perdat, ſemper erga partem tenetur. 34.5.a.3.

Pauper.

Pauperes non ſunt admittendi ad officia publica. 19.15.

Pauperes in officijs ſunt veluti in militia debiles, qui magis officiunt, quàm proſint. 19.16.

Pau-

Pauperem benè principari impoſſibile eſt, & corruptio Ciuitatum eſt dominium pauperũ. 19.17
Pauperibus non eſſe committendum Magiſtratum, Vlpianus docet, & quare. 19.18.
Pauper ita eſt idoneus ad medicum, ſicut diues ad multum. 21.22.
Pauper ſi poſt adminiſtrata bona publica euaſit diues, præſumitur ditatus ex bonis ipſius Vniuerſitatis, & lucrum poteſt illi auferri. 23.35.
Impoſſibile eſt, egenum rectè Magiſtratum gerere. 31.13.
Viri probi quàmuis pauperes non ſunt repellendi ab adminiſtratione Reipublicæ. 31.16.
Pauperum dominium eſt corruptio Ciuitatum; hi namque in officijs ſunt veluti in militia debiles, qui magis obſunt, quàm proſint. 33.36.
Melior eſt pauper ſanus, & fortis viribus, quã diues imbecillis flagellatus malitia. 35.22.
Nobilis dicitur pauper, etiamſi in burſa habeat ſcuta centum, & quare. 41.23.

Pax.

Pax omnino deſideranda, & illam nunciantibus poteſt aliquid donari. 36.22.

Peculatus.

A crimine peculatus quinam excuſentur ex diſpoſitione iuris communis. 22.23.
Peculatus iudicium in eos datur, qui pecuniam publicam interuertunt, & fraudem faciunt ærario. 49.28.
Peculatus a pecunia dicitur, & qui pecuniam publicam in aliquem vſum acceptam retinet, & non erogat, hac lege tenetur. 49.29.
Peculatus crimen non incurrit ille, cuius periculo pecunia perire poteſt. 49.30.
Lex Iulia peculatus habet locum in eo tantùm, qui pecunias Vrbis Romæ ſubtraxit, non autem aliarum Ciuitatum recognoſcentium ſuperiorem. 49.31.
Limita in illis Ciuitatibus, quæ habent in hoc particulare ſtatutum. n.32.
Declara hoc verum, quando interueniat dolus, nam hoc ceſſante, excuſatur. n.33.

Pecunia.

Pecuniæ exactæ diù apud Exactores permanere non debent. 16.19.
Pecuniæ deſtinatæ ad vſum rei frumentariæ non poſſunt in alium vſum conuerti. 22.24.
Pecuniam mercatori ad aliquod honeſtum lucrum licitum eſt dare. 22.34.
Pecunia publica non poteſt mutuo accipi, vel alio titulo in vtilitatem priuatam conuerti. 22.38.
Declaratur concluſio duobus modis. n.39.
Pecunia eſt fideiuſſor in neceſſitatibus, & ideo hac de cauſa ſeruanda, & cuſtodienda. 34.10.2.28.
Sola pecunia ſine peculio fragilis eſt. 34.11.2.28.
Reliqua de pecunia vide in verb. Mons Pietatis.

Pedagium.

Pedagium quid propriè ſit. 31.245.

Permiſſio.

Permittens vti re ſua, quomodo intelligatur permittere. 31.202.

Peruſium.

Paulus III. mitius egit contra Ciuitatem Peruſinam rebellantem, quàm delictum requireret; & quid tunc actum. 14.40.
Peruſini milites abſque vlla difficultate ſunt nobiles ſecundùm Bartolum. 33.34.
Ciues Peruſini non poſſunt collectari a Fulginatẽſibus pro cenſibus, quos Peruſini emunt a Fulginatenſibus, & quare. 35.107.

Pignus.

Tempus ad diſtrahenda pignora capta pro collectis quodnam ſit. 35.147.

Piſcator.

Piſcatores proijcientes in fluminibus taxum, vel alias herbas mortiferas ad capiendos piſces, puniendi ſunt, & quare. 21.44.

Piſtores.

Piſtores Vrbis opera pietatis exercent apud Aedem Lauretanam ipſius Vrbis. 28.35.
Piſcatores lauantes manus cum aceto, & laniones inflantes animalia mortua, ſunt etiam puniendi. 21.45.

Plebs.

Plebeos Romulus a Magiſtratibus excluſit. 31.94.

Pœna.

Maſculinum concipit fœmininum, etiam in pœnalibus, propter identitatem rationis. 10.35.
Pœna coadunantium conuenticulam eſt vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, coadunatorũ verò quæ ſit. 13.9.
Pœna quid ſit, & quare conſtituta, & quotuplex. 14.1.
Pœna præſupponit delictum, & delicta præceſſerũt quaſcumque actiones humanas. 14.2.
Puniri quot modis poſſit quis ob aliorum crimina. 14.16.
Pœna duplex eſt, altera ſpiritualis, altera temporalis. 14.17.
Pœna ſpiritualis, quæ ſalutem animarum reſpicit, non cadit in Vniuerſitatem. 14.18.
Pœna temporalis non ſemper eadem, & eiuſdem generis eſſe debet, ſed iuxta delictorum qualitatem infligenda. 14.24.
Pœna ignis quare datur hæreticis, & quo iure inuenta. 14.30.
Pęna in dubio intelligitur impoſita non ipſo iure, ſed per ſententiam. 14.33.
Pęna quando exequi poſſit ſine citatione; vide remiſſiuè. 14.51.
Pęna pecuniaria ſi ſit ſoluenda ab Vniuerſitate ob delictum publicum, an ſint collectandi etiam immunes, & qui contradixerunt. 14.57.
Pęna quę ſit violantibus Legatos, & Oratores. 14.62
Pęna poteſt commutari ob multitudinem delinquentium. 14.67.
Pęna caualcatæ quando, & quibus caſibus non incurratur. 14.74.
Pœna abſque culpa non irrogatur. 14.96.
Pęna contra prouocantes ad duellum non habet locum, quando prouocatio proceſſit calore iracundiæ. 14.108.
Pęna arbitraria non poteſt excedere relegationem. 14.124.
Pęnæ damnorum datorum in Eccleſiaſtica Ditione ſunt Communitatum ex titulo emptionis. 18.14. & num. 15.
Pęnæ, & mulctæ pertinent ad Cameram, nec poſſunt alijs applicari. 19.42.
Pęna amputationis manus hodie eſt communis,

quoties

quoties amputandum eſt aliquod membrum. 23.30.
Pœna a prædictis delinquentibus exactæ qualitèr, & quomodo diuidendæ.n.37.
Pęnarum applicatio, quæ fit delatoribus, & inueſtigatoribus, eſt antiquiſſima.23.38.
Iura imponentia pęnam ipſo facto intelligenda sūt, vt præcedat ſententia iudicis.29.2.
Iura omnia mundi diſponentia, pro aliquo crimine ipſo iure pęnam imponi, quomodo intelligenda. 29.9.
Pęna an ſit ſoluenda ab illis Conſiliarijs, qui non venerunt vocati, & tamen ſine ipſis expletus eſt actus.31,145.
Pęna indignationis Principis quænam ſit, remiſſiuè. 34.3.a.19.
Pęnarum executio non ſolùm neceſſaria, vt mali puniantur, ſed etiam vt alij a malo terreantur. 34.14.2.27.
Pœna amputationis manus hodie exequitur contra delinquentes, quibus aliquod membrum eſt amputandum.35.167.
Punitio delictorum neceſſaria eſt, & quare.49.9.
Lege Iulia de reſiduis tenetur ille, qui publicam pecuniam delegatam in vſum aliquem retinuit, neque in eum conſumpſit.49.35.
Pęna legis Iuliæ de reſiduis eſt quadrupli.49.36.

Pontifex. Pontifices diuerſi.

Papa, & Imperator etiam in Camera, & ſine aliorū conſilio leges condere poſſunt.1.6.
Papæ magis licet, quàm Imperatori creare Magiſtratus, & contrarium affirmare ſapit hæreſim.1.7.
Papa tenetur vti conſilio Cardinalium in adminiſtratione vniuerſalis Eccleſiæ.1.8.
Declara hanc concluſionem teneri ex quadam honeſtate.n.9.
In Papa verè, & propriè adeſt plenitudo poteſtatis, cum habeat vtrumque gladium.1.10.
In Papa plenitudo poteſtatis dicitur extenſiua.1.11.
Papa ſtatim ſequuta electione, habet plenitudinem poteſtatis, etiamſi non ſit coronatus, & conſecratus. 1.12.
Papa ideo ſe Epiſcopum appellat, quia in Eccleſiaſtica Hierarchia non eſt maior Ordo.1.10.
Papæ nomen ſolo Romano Pontifici debetur, & quare: remiſſiuè.2.13.
Papa in Conſtitutione Boni Regiminis an ius dicat clericis, aut laicis.2.14.
Papa poteſt conſiderari vt Papa, & vt Rex.2.15.
Papæ intentio non præſumitur eſſe de eo, quod verba non important. 2.20.
Papam loqui vti Regem in Conſtitutione Boni Regiminis apparet ex verbis, & rebus in ea pertractatis.2.21.
Papa ſub nomine Dignitatis concedit.2.32.
Papæ mens, & intentio cognoſcitur ex communi ſtylo. 2.33.
Papæ ſtylus antiquus, & communis eſt appellare ſe Epiſcopum, & afferuntur exempla.2.34.
Papa olim ſe Epiſcopum Vrbis Romæ appellauit. 2.37.
Papa hodie non ſe Epiſcopum Vrbis Romæ appellat, & quare. 2.40.
Papa eſt Ordinarius Ordinariorum, & totum Orbē pro ſua Diœceſi habere dicitur. 2.41.
Papa reſpectu aliorum Epiſcoporum, & Eccleſiarum eſt tanquam ſol inter alios planetas. 2.42.
Pontificis nomen vnde deriuetur.3.1.
Pontifex dicitur, quaſi factus, & creatus ad ceremonias rerum diuinarum.3.2.
Pontifex Maximus a Numa Pompilio inſtitutus, & quare. 3.3.
Papa inclinare ſe debet, & ſubmitt re exemplo Chriſti omnibus inferioribus Catholicis Deo ſeruientibus, & eorum infirmitatibus compati.3.4.
Papa Chriſti in Terris Vicarius humilitatem Deo gratiſſimam colere debet.3.5.
Papa non vocat ſe ſimplicitèr ſeruum, ſed ſeruum ſeruorum Dei, & quare.3 6.
Pontificum quis primus vſus fuerit hoc epitheto, ſeruus ſeruorum Dei: & Bulla carens hac inſcriptione, eſt ſuſpecta de falſo.3.8.
Papa ad maiorem humilitatem oſtendendam, vocat ſe aliquando miniſtrum indignum.3.9.
Papa ſolus hodie vtitur hoc epitheto, ſeruus ſeruorum Dei.3.10.
Papa licèt appellet ſe ſeruum, non tamen eſt ſeruilis conditionis; imò in maxima libertate conſtitutus.3.11.
In papa poteſtas omnium maxima collata eſt a Deo, a quo ſolùm poteſtas eſt.4.1.
Papa ſolus eſt Chriſti Domini in terris Vicarius.4.2
Papæ poteſtas non ſolùm ad ſpiritualia, ſed etiam ad temporalia porrigitur.4.3.
Ad papam Imperij poteſtas deuoluitur, Imperio vacante. 4.4.
Papæ poteſtas cum à Deo immediatè proueniat, ideo Summus, & Maximus appellatur.4 8.
Papa, præter cæteros principes voluntarios debet appetere labores, ac ſollicitudinem maximam, & vigilantiam habere pro quiete ſubditorum, & Reipublicæ Chriſtianæ.4.9.
Papæ officium dicitur onus, quia verba a Chriſto Domino dicta, paſce oues meas, laborem, & miniſterium denotant, non faſtum, & ſuperbiā.4.10
Papa quando intendit tollere materias perpetuas, de illis ſpecificam mētionem facere ſolet, & è cōtra quando vult eſſe perpetuas, ita illas appellat.6.13
Papa etiam leges, & conſtitutiones facit. 7.2.
Papa ſolus facit Ciuitates, quia ipſe ſolus creat Epiſcopos.8 9.
Papa imponens onus bonis Religioſorum, extenditur etiam ad bona, quæ ipſi Religioſi tenent de facto. 10.28.
Papa habet intentionem fundatam in iuriſdictionalibus ſuper Vrbe Romana, & toto eius territorio, non ſolúm ex donatione Conſtantini, ſed Ludouici, & aliorum Imperatorum. 10.87.
Papa volens comprehendere Communitates ſolet hoc exprimere.12.21.
Patrimonium Summi pontificis quodnam propriè ſit. 18.53.
Papa poteſt indicare ſucceſſoribus, non autem imponere legem. 28.91.
Papa contra inuadentes bona S.R E. poteſt de facto procedere.29.20.
Papa, & principes non recognoſcentes ſuperiorem poſſunt taxare, & reducere fructus cenſus ad certam quantitatem.32.74.

Summus

Summus Pont.poteſt commitere iuriſdictionem in rebus ſpiritualibus etiam laico.42.52.

Derogatio non requiritur,vbi Papa diſponit ex certa ſcientia in præiudicium tertij.42.71.

Papæ poteſtas eſt indubitata, nec recedendum eſt a verbis, quando ſunt clara. 42.76.

Diſpoſitio papalis per viam legis comprehendit etiam clericos,& perſonas eccleſiaſticas. 42.77.

Papa, qui fecit pacem cum Ciuitate ſibi ſubiecta ſub certis promiſſionibus, an poſſit ab illis recedere.50.39.

Summus Pontifex in Ditione Eccleſiaſtica habet in matricula deſcriptos octuàginta millia pedites, & tria millia, & quingentos equites. 50. 195.

s.Petrus vnà cum alijs Apoſtolis ordinati fuerunt Epiſcopi a Chriſto Domino,& omnes habuerunt eandem iuriſdictionem eſſentialem,vſualis verò maior fuit in Petro.2.11.

Alia vide remiſſiuè.n.15.

s.Damaſus, qui ante s. Gregorium Magnum Chriſti Vicarius in terris fuit,modum ſcribendi ſe ſeruũ ſeruorum Dei,tenuit.3.13.

Amplia, etiam in ipſo Eccleſiæ exordio, & tempore Apoſtolorum fuiſſe in vſu.n.14.

s. Gregorius Magnus primus vſus eſt hoc modo ſcribendi.ſeruus ſeruorum Dei,ſecundùm aliquos; quod tamen non nihil difficultatis habet.3.12.

Diuum Gregorium oraſſe pro anima Traiani Imperatoris ſomnium,& error eſt.39.15.

Ioannes Pontifex huius nominis XXII. fuit diligẽtiſſimus. 34.22.2.7.

Innocentius VI.in legatione totius Italiæ commiſſa Card. Aegidio Albernotio loquitur vt Rex, & quare.2.35.

Gregorius XIII. in Bulla de datis, & promiſſis loquitur vt Papa,non vt Rex. 2.16.

Sixtus V.magnam pecuniæ quantitatem collegit,& in Caſtro s.Angeli certa lege recondidit. 18.7.

Sixtus V.ſcuta ducenta millia ad vſum annonæ deſtinauit.21.4.

Gregorius XIII.multa Collegia puerorum inſtituit, & dotauit in toto Orbe terrarum. 38.10.

Clementis Papæ VIII.elogium.1.5.

Paulus V.ad exornandum ſacellum a ſe conſtructum in honorem B.Mariæ in Cęlum Aſſumptæ, columnas precioſi marmoris ex Eccleſiæ s.Anaſtaſiæ in palatio ſumpſit.2.38.

Paulus V.particularem Congregationem egregiorum virorum inſtituit, vt in ea diſcuteretur de validitate,& iuribus Bullæ Baronum.16.61

Vrbanus VIII. frontem, & porticum s. Anaſtaſiæ vi ventorum deiectos reſtituit,& ponitur inſcriptio in eius laudem.2.39.

Brauium curſui publico additum, Vrbano VIII.ſedente, & Iulio Carthario I. V. D. Vrbeuetano Senatore,aucta ad Metaurum Ditione. 40.17.

Populus.

Popularis vnius nobilis Ciuitatis plus debet honorari, quàm magnus ciuis mediocris Ciuitatis. 9.18.

Populi exiſtentes in Caſtris, quæ ſunt de Comitatu alicuius Ciuitatis, poſſunt dici ciues Ciuitatis dominantis.10.8.

Populus ſi tanquam bellua ſine capite abſque Decurionum ordinatione delinquit, pœnâ pecuniaria per collectam exigenda damnabitur. 14.69.

In huiuſmodi collecta non ſunt taxandi abſentes, infantes,furioſi,& innocentes.n.70.

Populo ſaturo nihil poteſt eſſe lætius.28.2.

Populi facultates quare hodie diminuantur.28.166.

Reliqua de populo,vide in verb.multitudo.

Portus.

Dux Bracchiani quàmuis ſit Dominus Caſtri Pali poſiti ad littus maris,non tamen poteſt ibi ædificare portum.10.55.

Portus ratione ædificiorum ſunt ædificantium, quoad vſum ſunt publici, & omnes poſſunt in illis ſe recipere,vbi tempeſtates vrgent.10.78.

Portus dicitur locus concluſus,vbi rates,& triremes ſe recipiunt,& morantur.10.79.

Poſſeſſio.

Poſſeſſio Vniuerſitatis acquiritur, & retinetur per homines de Vniuerſitate.13.21.& 26.

Hæc tamen concluſio declaratur,vt n.22.

Poſſeſſio Vniuerſitatis quomodo probetur ex actibus ſingulorum;remiſſiuè.13.23.

Præcedentia.

Qui in Cœlo Dei proximior eſt, altius ſedere dicitur;ita etiam in terris magis honoratur,qui propior Principi eſt.16.7.

Ordo ſeruandus in ſeſſionibus qualis ſit.16.8.

In ſeſſionibus qualis ordo ſeruandus. 31.153.

Ordo ſedendi in varijs locis Italiæ.31.154.

Ordo ſedendi, & dandi ſuffragia dupliciter conſideratur.31.158.

Ordo temporis inter quos ſeruandus ſit.31.159.

Præcedentiæ inter regulares, & alios interuenientes proceſſionibus qualitèr, & quomodo decidantur.37.26.

Fratres Ordinis s.Dominici præcedunt alijs Fratribus in proceſſionibus.37.27.

Præcedentia inter ſodalitatem laicorum quomodo decidatur.37.28.

Conſuetudini locorum valde defertur in materia præcedentiarum.37.29.

Præfectus Vrbi, & Prætorius.

Præfectus Vrbis, licèt honorarius præerat Curialibus.30.19.

Præfectus Prætorio primum locum obtinebat poſt Imperatorem.46.15.

Præſcriptio.

Præſcriptio 30.vel 40.annorum non erat cognita de iure digeſtorum.6.20.

Et reſtrictio temporis præfati ab Imperatoribus ſancita fuit,ne dominia vagarentur in incerto. num.21.

Præſcriptio non habet locum aduerſus Vniuerſitatem habentem hypothecata prædia ciuium pro collectis.18.69.

Præſcriptio non acquiritur ex actu violento. 31. 122.

Bulla Cœnæ Domini interrumpit quamcumque præſcriptionem,& quare.47.13.

Sublata poſſeſſione rei præſcriptibilis, non datur præſcriptio.50.129.

Præſcriptio ſuper ſolutione collectarum quatuor copulatiuè requirit,& quæ ſint.50.131.

Conſuetudo in quo differat a præſcriptione. 50. 269.

Præſcriptio eſt odioſa, ideo non extenditur, ſed tantum dicitur præſcriptum,quantum poſſeſſum. 50.272.

Præuaricator.

Præuaricator duobus modis quis dici poteſt,& vide remiſſiuè.34.13.a.6.

Praxis.

Praxis quid ſit.34.8.a.24.

Princeps.

Principem religioſum eſſe, ac Deum vereri ſi putant homines,minus iniuriarum ab eo metuunt, minuſque inſidiantur ei,qui Deum auxiliantem habere videatur.4.6.

Superior debet vt currus onera populorum vehere, & vt auriga viam alijs demonſtrare,non ſibi, ſed alijs natus.4.11.

Principis theſaurus non eſt fiſcus, ſed ſubditi bene ſe habentes.4.12.

Principis opera alia eſſe non debet,quàm inter ſubditos iuſtitiam miniſtrare, vt boni inter malos quietè viuant,& mali coerceantur. Vide alia in principibus requirenda,& hic deſcripta. 4.13.

Princeps dum ſubditorum excutit onera,dum ſcandala remouet,in eorum quiete quieſcit, & fouetur in pace.6.15.

Principum geſta realitèr per ſcripturam probantur; & quare.7.6.

Par in parem non habet imperium, & multò minus inferior in ſuperiorem.10.47.

Plenitudo poteſtatis apud quē ſit.10.74.

Princeps ſicut tenetur purgare loca terreſtria malis hominibus,ita etiam mare a piratis.18.75.

Principi expedit Reipublicæ, & ſubditos in pace quieſcere;& quare.18.34.

Principes ne ſubditos tributis, & vectigalibus onerarent,quid aliquando egerint.18.36.

Priuilegium Principis habentes ſunt immunes a præſtationibus.18.43.

Principis patrimonium ex multis bonis conſtituitur,& quænam ſint iſta bona. 18.52.

Principis,& ærarij publici indigentia poſita varia inueniūtur genera penſitationum.18.55.

Principem voluiſſe imponere collectam Vniuerſitatibus,ſeu ſubditis,quomodo cognoſcatur.18.61

Princeps quibus remedijs vti debeat,ſi maxima annonæ charitas vrgeat.21.37.

Princeps, & Vniuerſitates ordinare poſſunt, ne forenſes, regatterij, dardanarij emant in foro, niſi certa hora iam tranſacta,& quare.21.38.

Princeps quando poſſit ius alteri quæſitum tollere. 28.86.

Princeps in regalibus non poteſt ius ſuum remittere,vel minuere.28.89.

Princeps non valet ſe priuare ſuprema poteſtate Principatus inſeparabili ab eius Corona, & Imperio,etiam ex voluntate præciſa.28.90.

Princeps ex cauſa poteſt ius ſubdito auferre.28.175.

Princeps volens mouere bellum contra ſuum rebellem,non tenetur illum citare.29.19.

Princeps poteſt ex cauſa auferre nundinas Vniuerſitatibus,non obſtante tēporis longitudine.31.249

Princeps prohibere poteſt, ne certa natio accedat ad nundinas.31.251.

Principis licentia requiritur in alienatione bonorū Vniuerſitatum, quæ nunquam præſumitur; & eſt quintum requiſitum.32.21.

Amplia, huiuſmodi licentiam impetrandam eſſe in quacumque Vniuerſitate,etiam Villa.n.22.

Principis licentia,& auctoritas ſufficit ad excludendas fraudis ſuſpiciones.32.23.

Is,quem Princeps honorat, is ab omnibus eſt honorandus; contrafacientes quaſi ſacrilegij pęnam incurrunt.34.17.a.1.

Princeps ſicut priuatos iniuſtitiam paſſos adiuuat, ſic & publicum illæſum manere vult. 34.14.a.2.

Princeps concedens immunitatem alicui in præiudicium Vniuerſitatis, vel alterius, an teneatur ſarcire damnum.47.31.

Principis deputatio pro lege habetur, cum ipſe ſit lex animata.34.16.a.4.

Humani moris eſt illos vereri, quorum iudicio, & voluntate quis nunc erigitur, nunc deprimitur. 34.2.a.7.

Ad Principem pertinet prouidere,& occurrere neceſſitatibus Reipublicæ, & ſubditi tenentur illi præſto eſſe.34.14.a.15.

Princeps tenetur ad obſeruantiam contractus, cum in hoc conſideretur vt priuatus. 34.3.a.23.

Princeps negligens expurgare ſuum principatum a malis hominibus, & latronibus, tenetur ad refectionem damnorum.42.16.

Princeps ſicut tenetur expurgare loca terreſtria a craſſatoribus, ita maritima a prædonibus, & pyratis,ſumptibus proprijs.42.19.

Declara tamen vt ibi.

Princeps procedens per viam legis vniuerſalis derogat ad omnia contraria.42.72.

Princeps tenetur ad obſeruantiam contractus. 48.62.

Princeps ſubditorum curam quantam habere debeat.48.64.

Princeps pro bono publico poteſt auferre dominiū rerum priuatarum.48.66.

Et ſi Princeps hoc faciat per viam legis generalis, non tenetur ad refectionem damni, ſeu pretij. ibid.

Princeps non recognoſcens ſuperiorem poteſt concedere immunitatem ex cauſa.50.8.

Principes, qui nullum habent ſuperiorem in terra,vt Papa,& Imperator,habent tamen in aliquibus limitatam poteſtatem,de qua licitum eſt diſputare.50.11.

Princeps in quibus caſibus nequeat, nec præſumatur velle vti plenitudine poteſtatis, 20.concluſionibus explicatur.50.12.

Princeps quando poſſit priuare vaſallum feudo. 50.13.

Princeps quando præſumatur aliquid iuſtis de cauſis conceſſiſſe.50.14.

Princeps ſupremus, vt eſt Papa, poteſt concedere immunitatem in præiudicium aliorum. 50.22.

Principes ſupremi quinam dicantur.50.24.

Princeps poteſt ex cauſa a contractu, & conuentione recedere.50.58.

Princeps non poteſt ſibi imponere legem, a qua non poſſit recedere, præſertim ſi adſit publica vtilitas,quæ regulariter præſumitur.50.40.

Princeps an teneatur obſeruare promiſſionem Ciuitati ſubiectæ,cum qua bellum habebat.50.42

Princeps ad ſui libitum poteſt reuocare, & concedere, quæ ſunt Iuriſdictionalia.50.301.
Amplia io principe, ſeu Rege ſucceſſore in Regno, & principatu.n.302.

Priuata perſona.

priuatus non ſoluit pro priuato.12.17.
Fallit regula ad fauorem fiſci.n.18.
priuata perſona non poteſt facere locum pium, & religioſum.22.14.
priuata perſooa verum poſſit ex pecunijs proprijs exercere opus pietatis, prout faciuot Montes ad hoc publice ioſtituti.22.23.
priuata perſuna noo poteſt exercere opera, quæ exercet Mons pietatis, & quare.22.35.

Priuilegia.

priuilegia habens multa non comprehenditur ſub generali diſpoſitione, ſed indiget ſpecifica mentiooe.9.10.
priuilegia contra Ius ſtrictam recipiunt interpretationem.10.15.
ptiuilegia tunc debeot ſtrictè interpretari, quando ſuot odioſa contra ius, vel vtilitatem tertij.10.17
priuilegiata materia eſt ſtrictè interpretanda.13.54.
priuilegia principis noo ſunt interpretanda in præiudicium tertij, ſed quod minus quàm fieri poſſit, lædant ius commuoe. 13.63.
priuilegia an, & quando per non vſum amittantur. 28.68.
priuilegio per cõſuetudinem acquiſito per voicum actum noo præiudicatur, oiſi actus contrauentionis ſit collegialiter, & capitulariter factus. 28.70.
priuilegium tanquam bonum quid Religionis non amittitur, niſi per lapſum cẽtum aooorum.28.71
priuilegium Eugenij IV. Monachis conceſſum canonizatum in Rota, non intelligitur amiſſum per negligentiam, ſeu ignorantiam miniſtrorum.28.73.
priuilegium principis, quod reſultat in præiudicium tertij, ſtricte debet intelligi.28.161.
priuilegium, quod ex poſt facto incipit eſſe nociuũ tertio, reuocandum eſt.28.162.
Extende etiam hoc ad Conſtitutiones, quæ incipiunt eſſe nociuæ, & quare.n.163.
Amplia, etiamſi Conſtitutio ſit iurata; & redditur ratio.n.164.
priuilegium non ſoluendi taxas quare ſit nociuum tertio.28.165.
priuilegia diſpenſatiua, qualia ſunt conceſſa mendicantibus, ſtrictè ſunt interpretanda.28.167.
priuilegium cohærens rei tranſit ad emptorem, ſecus ſi cohæreat perſonæ.50.53.
priuilegium noo perditur per non vſum etiam per mille annos, quando oon adfuit occaſio illo vteodi; & datur exemplum.50.215.
priuilegium facilius perditur contraueniendo, quã non vteodo. 50.216.
priuilegium alicui conceſſum non extenditur ad ea, quæ publicam vtilitatem lędere poſſunt.50.296
Amplia, etiamſi priuilegium ſit conceſſum Motu proprio, &c.n.297.
Amplia 2. etiãſi cõceſſio principis ſit iurata.n.298
Amplia 3. nec etiam ligare ſucceſſorem in principatu, quin poſſit illam reuocare.n.299.
priuilegia conceſſa ſubditis in quo differant a conceſſis non ſubditis. 50.303.

Probatio.

probatio ex publico ioſtrumento dicitur probatio probata, itaut non admittat alia probationem in coutrarium.48.69.

Proceſſiones.

Clerici Regulares, & Sodalitates laicorum, an cogi poſſint ab Ordinarijs accedere ad proceſſiones publicas.37.24.
Refertur deciſio ſacræ Coogregationis Epiſcoporum in hac facti ſpecie proceſſionum; & excitantur nooonullæ dubitationes.n.25.
Mater Eccleſ. luſtrationes, ſeu proceſſiones publicas indicit ad iram Dei placandam.42.89.

Procurator.

procurator conſtitutus ab Vniuerſitate non eſt idoneus in cauſis ſingulorum de Vniuerſitate.13.15.
procurator conſtitutus contra omnem perſonam, & ſi quis iurauerit defendere aliquem contra omnem perſonam, non comprehenditur ſub huiuſmodi Conſtitutione, & iuramento Vniuerſitas. 13.16.
procurator quando dicatur conſtitutus pro Vniuerſitate, & pro ſiogulis de Vniuerſitate. 13.20.
procuratoris fiſci petitio qualiter olim, & coram quo inſtitueretur.23.1.
procuratoris munus in Curia Regum, & principum nobilitati non derogat, præcipue in Curia Romana.34.13.a.1.
procuratores Curiæ Romanæ non ſunt comparandi alijs exteris; imò præferendi Aduocatis in partibus.34.19.a.1.
procuratoris nomen tanquam generale ad quemlibet adminiſtratorem referri poteſt.34.5.a.2.
Differentia eſt inter ipſos procuratores, & quæ ſit. 34.6.a.2.
procuratoris officium vile eſt.34.7.a.2.

Prohibitio.

prohibitio facta de non coquendo pane niſi in certis furnis, quando noceat, & acquiratur ius contra Voiuerſitatem.13.33.
prohibentur multa a principio, quæ poſt recepta permittuntur. 19.11.
Multa prohibentur a principio, quæ poſt recepta permittuntur.31.78.
prohibitio, ne aperiatur taberna, furnus, & ſimilia, quando fieri poſſit.31.228.
prohibitio Vniuerſitatis non habet locum in Eccleſia, & quoad eccleſiaſticas perſonas, nec illas comprehendit, & quare.31.229.

Proœmium.

proœmium cauſam finalem, & intentionem agentis oſtendit.48.65.

Prouinciæ.

prouinciæ S. Sedi Apoſtolicæ ſubiectæ ſunt quinque, & quænam ſint.34.4.a.5.
Ciuitates quædam, & loca io iſtis prouincijs exiſtentes ſunt quadam ſpeciali nota dignæ, & gubernia ſeparata dicuntur.n.5.

Proxeneta.

proxenetæ montium habent mercedem qualem licite percipiunt, & debetur, quæ oiſi eſſet determinata, arbitrio iudicis taxanda eſſet. 34.7.a.27.
proxenetæ non conueniuntur actione mandati, ne-

etiam ex locato,& conducto,dolo tamen, & calliditate ceſſante.34.8.a.27.
proxenetę Riparum Vrbis quando teneantur emptoribus vini ex laudatione.34.9.a.27.
proxenetarum libri concordantes cum libris mercatorum plenè probant, & paratam habent executionem. 34.10.a.27.
Fallit concluſio, ſi tales libri falſitatis ſuſpicionem habeant.num.11.
proxenetarum officium exercere non poſſunt Secretarij montium.34.12.a.27.
Nec etiam notarij, ſeu illorum iuuenes, qui inſtrumenta conficiunt ſub prætextu, quod fuerint mediatores.n.13.

Publicani.

publicani dicuntur audaces, & temerarij, & inter viles perſonas reputantur.19.9.
publicani, & gabellarum conductores magiſtratum gerere prohibentur.31.72.
Extende ad omnes conductores rerum, & bonorum Vniuerſitatum.n.73.
publicani, & milites quare prohibeantur magiſtratum gerere.31.75.
publicanorum factiones audaces, & temerariæ ſunt, inter ſordidos, abiectos, & infames ijdem numerantur.31.76.
publicani apud Romanos aliquando in honore habiti: quod etiam hodie ſeruatur in multis Italiæ Ciuitatibus.31.79.
publicani, qui non ſoluunt penſiones conuentas, poſſunt expelli, licèt non ſit finitum tempus conductionis.44.32.
publicani quandoque compelli poſſunt ad iteratò conducendum vectigalia.44.33.
publicanus an cogi poſſit ad ſoluendum reſponſiones anticipatas.47.40.
publicanus non ſoluens reſponſiones tempore conuento,an teneatur ad vſuras,& damna.47.41.
publicano, cui deputatus ſit œconomus ob ſui culpam,an ſit facienda remiſſio.48.54.
publicanus, cui ablatum eſt vectigal, an teneatur præſtare id,quod promiſit,vltra penſionē.48.57.
publicano facienda eſt remiſſio, quando poſt conductum vectigal fiat augumentum, ex quo res vectigali obnoxia,minus vendatur.48.58.
Amplia, etiamſi tale augumentum fiat auctoritate principis.n.59.
Limita, ſi princeps faciat hoc augumentum ratione publicæ vtilitatis,& quare.n.60.

Publicitas.

Locus publicus quis dicatur.31.117.

Pupillus.

pupilli ne remaneant indefenſi, eorum tutela decernitur a iure, ceſſante teſtamentario, ſeu legitimo tutore.34.17.a.4.
pupillorum curam habere non poſſunt neque creditores, neque debitores, neque litem habentes cum illis.43.6.

Q

Quadrageſima.

Diebus quadrageſimalibus quid agendum ex præcepto Eccleſiæ. 41.1.

Quæſtores.

Quæſtorum origo antiquiſſima eſt. 16.10.
Quæſtores viginti a Romanis creati, ſed non omnes inquirendæ pecuniæ cauſa, ſed ad alia peragenda negocia.16.11.
Quæſtores parricidij quinam eſſent. 16.13.
Quæſtores candidati quinam eſſent.16.14.
Quæſtorum prouincialium, quos hodie dicimus Theſaurarios,quodnam eſſet officium.18.19.

Qualitas.

Qualitas excludens debet eſſe tempore actus.44.26

R

Ratificatio.

Ratificatio quando poſſit conualidare actum. 32.18.

Ratiocinatores.

Ratiocinatores, ſeu Computiſtas Pius IV. inſtituit pro intereſſe Cameræ.16.76.
Ratiocinatores antequam ad exercendum officium admittantur,quid agere debeant.16.77.
Reliqua de Ratiocinatoribus, vide in verb. Loca montium.

Rebellis.

Aratrum quando antiquitùs inferebatur Ciuitatibus rebellibus.14.35.
Rebellis non dicitur antequam præcedat declaratio.29.8.

Regalia.

Vectigalia, & redditus ex Portubus prouenientes inter Regalia computantur.10.81.
De Regalibus agitur remiſſiuè.10.86.

Religioſi.

Religioſi etiam exempti fortius ligantur cenſuris, quàm clerici ſæculares:& quomodo.10.31.
Clementina prima de ſententia excommunicat. comprehendit Religioſos cuiuſcumque Ordinis, etiam Mendicantes,& fœminei ſexus. 10.32.
Concil.Trident.ſeſſ.25.cap.12. comprehendit etiam regulares.10.33.
Religioſi quicumque prohibentur exercere artes quæſtuoſas,& præcipuè aromatarias, piſtoriam, lanificium,textinum,& ſimilia: vt in Decreto ſac. Congreg. Apoſtolicæ Viſitationis.21.73.
Oblati alicui Religioni an ſint verè monachi, & religioſi,50.143.
Religioſi veniunt appellatione populi illius loci, in quo morantur,& poſſunt mittere eorum animalia in paſcua communia.50.205.

Remiſſio.

Remiſſio quando facienda ſit tam de iure ciuili, quàm canonico. 48.1. & 10.
Pacta inita cum Vniuerſitatibus ſuper remiſſione ob ſterilitatem ſeruanda ſunt.48.2.
Remiſſio non ſolùm ob ſterilitatem, ſed etiam quādo fundus occupatur ab hoſtibus, vel a flumine. 48.3.
Remiſſio facienda eſt in locationibus, non autem in venditionibus.48.4.
Remiſſio mercedis arbitrio iudicis fit.48.7.
Remiſſio ex diſpoſitione Bullæ Boni Regiminis ex pluribus denegata.48.8.
Remiſſio an ſit facienda in locatione vectigalium, quando continet plura capita.48.11.

Remiſſio

Remiſſio fit conductori, licèt impediatur ab extraneo vti re locata abſque culpa locatoris: & enumerantur alij caſus.48.29.
Remiſſio quando facienda, vel non, in caſibus fortuitis, & colonis certa mercede conductis.48.30
Conductor molendini, qui vti non poteſt re conducta, quia deuaſtatum ſit molendinum, an habeat remiſſionem.48.31.
Remiſſio an ſit facięda publicanis ex eo quòd pauci viatores tranſeant 48.35.
Remiſſio facienda eſt venditori cenſus, quando fundus in totum, vel in parte pereat.48.36.
Remiſſiones faciendas ad tria capita reduxit Redoanus, videnda.48.48.
Remiſſio cur potius fiat conductori, quàm emphyteutæ.48.49.
Sterilitas veniens ex caſu, cui reſiſti non poſſit, remiſſionem parit.48.50.
Specificatio certorum caſuum inter locatorem, & conductorem facit ceſſare remiſſionem in caſibus non ſpecificatis, quia limitatus conſenſus limitatum parit effectum.48.51.
Denunciatio damni ad effectum conſequendi remiſſionem quando proſit, & quando non.48.52.
Quantitas damni ad effectum conſequendi remiſſionem quanta eſſe debeat.48.53.
Refertur lis orta inter Communitates Prouinciæ Vmbriæ, & Theſaurarios eiuſdem Prouinciæ ſuper re propoſita, de remiſſione, quando fiat ſeparatio vnius partis vectigalis ab alia.48.61.

Renunciatio.

Renuncians beneficio aquæductus, & putei, an poſſit pro illarum reparatione taxari.28.31.

Repræſaliæ.

Repræſaliæ conceſſæ contra Ciues extenduntur ad Comitatiuos.10.39.
Repræſaliæ conceſſæ ab aliqua Ciuitate non poſſunt exerceri contra ciues ipſius Ciuitatis concedentis.10.42.
Caſſiodori ſententia de repræſalijs.12.27.
A repræſaliarum commiſſione abſtinendum eſt tāquam a re odioſa, & iniqua.12.28.
Repræſalias exercentes multas impietates committunt nedum apud Germanos, ſed etiam apud nos Italos.12.29.
Repræſaliæ tanquam graues legibus, & æquitati naturali contrariæ ciuili Conſtitutione prohibitæ ſunt. 12.31.
Repræſalias exercentes contra perſonas Eccleſiaſticas excommunicantur.12.32.
Repræſaliæ cur fuerint inuentæ, & a quibus antiquitùs concederentur. 12.33.
Repræſaliæ dicuntur quædam poteſtates in pignorando quemlibet de Terra debitoris data creditori pro iniurijs, & damnis, quæ non videntur verificari poſſe in ſubditis Sedis Apoſt.12.34.
Repræſaliæ concedi non poſſunt contra ſubditos. 12.35.
Contraria ſententia verior, & multis probatur argumentis.n.36.
Repræſaliæ, quæ exercentur in Ditione Eccleſiaſtica, non veniunt ex conuentione inita inter Cōmunitates, & Cameram Apoſtolicam, ſed ex ipſa ſubditorum, & ciuium obligatione. 12.38.
Repræſaliæ iuſtis de cauſis etiam de Iure Diuino permiſſæ ſunt. 12.40.
Repræſaliæ habentes debita requiſita dicuntur licitæ; quæ autem ſint iſta requiſita, hic vide.12.44
Ob repræſalias grauatus debet releuari ab eo, qui cauſam, & culpam admiſit, etiam quoad damna, & intereſſe, imo ad quadruplum.12.47.
Limita concluſionem, vt n.48.
Repræſaliarum vſus antiquiſſimus, & apud Romanos ſub Numa Pompilio extitit, & quomodo. 12.53. 54.& 55.
Repræſaliæ exercentur non ſolùm contra perſonas, ſed etiam contra res, & bona.12.62.
Repræſaliæ exequuntur non ſolùm contra Officiales, ſed in ſolidum contra omnes, ſeu maiorem partem Vniuerſitatis.12.63.
Repræſaliæ exequuntur etiam contra illos, qui nullam partem habent in adminiſtratione rerum publicarum.12.67.
Et cum exequantur etiam in Vrbe contra forenſes pro fructibus Locorum Montium, præſumuntur miſſæ a Principe, & quòd conſuetudo ſit legitimè introducta.n.68.
Repræſaliæ ſi relaxandæ ſint contra populum, non eſt recurrendum ad iudicem populi. 12.70.
Vtilitas publica in repræſalijs quomodo conſideretur. 12.71.
Repræſaliarum conſuetudo extenditur, vt non ſolū capi poſſint in ipſa Ciuitate, ſed etiam alibi habitantes, ſi per ſe, vel alios ſubeant onera in illa Ciuitate, contra quam relaxatæ fuerunt repræſaliæ.12.75.
Declara hanc conſuetudinem non habere locum in clerico, & perſonis eccleſiaſticis ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ ſint repræſaliæ.n.76.
Limitatur hęc declaratio duobus modis, vt n.77
Et declaratur, vt ibi.
Repræſaliæ exerceri non poſſunt contra Magiſtratū, & Officiales durante eorum officio, & magiſtratu. Declara tamen hanc regulam, vt ibi.12.78.
Repræſaliæ exerceri non poſſunt contra milites, tā equites, quàm pedites.12.79.
Repræſaliæ non exercentur contra perſonas mulierum.12.80.
Repræſaliæ licèt videantur introductæ de iure gentium, tamen debent ciuiliter intelligi. 12.82.
Repræſaliæ conceſſæ ab vna Ciuitate non exercentur contra ciues eiuſdem Ciuitatis.12.83.
Amplia vt n.85.
Repræſaliæ conceſſæ alicui Piſano contra Peruſinū non poſſunt exerceri contra Peruſinum habentē incolatum Piſis; & quare.12.85.
Repræſaliæ exerceri non poſſunt tempore nundinarum contra venientes ad locum, vbi ſunt nundinæ; & quare.12.86.
Limita, ſi venientes ad nundinas ſint hoſtes Reipublicæ, & diffidati; & redditur ratio.n.87.
Repræſaliæ non exercentur contra Oratores, ſeu Ambaſciatores.12.88.
Repræſaliæ exerceri non poſſunt in bobus aratorijs, plauſtris, & inſtrumentis fundi inſtructi, & contrafacientes pœna quadrupli, & infamia notantur.12.90.

Reſpublica.

Reſpublica, vt benè regatur, res debent eſſe propriæ ciuium, ſed illarum vſus communis. 12.11.

Reipublicæ intereſt habere plures, qui ſuas cauſas defendant.26.1.
Facinoroſos homines euellere, & extirpare de terra neceſſe eſt,& expedit Reipublicæ.29.12.
Ad Rempublicam regendam quinam ſint eligendi. 31.95.
Reipublicæ intereſt habere ciues idoneos debitores ad ſoluendum tributa 34.r.2.2.

Reſtitutio in integrum.

Reſtitutionis in integrum beneficium quibus Vniuerſitatibus competat.26.7.
Reſtitutio in integrum non datur aduerſus reſcriptum Principis emanatum ob publicam vtilitatem. 28.87.
Reſtitutio in integrum nedum datur Vniuerſitati, ſed etiam Agenti minori, quàmuis ſit Doctor. 34.r.r.2.4.

Retentio.

Retineri non debet regulariter res, quæ pignori data non eſt, quandoque tamen datur retentio rei magni valoris pro paruo credito.20.8.
Retentio facilior eſt,quàm acquiſitio.31.77.

Rex.

Rex eligitur, non vt ſui ipſius curam habeat,ſed vt per ipſum, qui eum elegerunt, in fęlicitate viuant.6.16.

Roma.

Rex Romanorum habet plenitudinem poteſtatis, etiamſi non ſit coronatus Imperator a Papa.r.13
Natus in continentijs Vrbis Romæ dicitur natus Romæ.10.3.
Romanus Populus hodie non poteſt condere leges, quia eius iuriſdictio tranſlata eſt in Romanum Pontificem.10.45.
Romanæ Vrbis, eiuſque territorij dominium ex donatione Conſtantini, Ludouici, aliorumque Imperatorum in Papam proueniens.10.87.
Roma non eſt comprehenſa ſub diſpoſitione c. felicis,de pœn.in 6.& quare.r4.45.
Afferuntur aliæ limitationes ad prædictum c. felicis.
Romæ gubernium exercet hodie vnus ex Prælatis a Summo Pontifice deputatus, qui Vicecamerarius dicitur.15.1r.
Cœlibes in Republica Romana eſſe prohibebantur ex lege Romuli,& vtilis fuit.50.89.
Secundo bello punico poſt multas legiones occidioni datas, tamen ſupra centum millia ciuium Romanorum in armis fuit Romana Reſpublica. 50.90.

Rota Romana.

Rotæ Romanæ Tribunal dat fidem relationi Archiuiſtarum,innixis tamen alijs probationibus de iure requiſitis.17.28.
Rotæ Romanæ ordo in votis pro deciſionibus cauſarum.31.151.

S

Sacerdos.

Sacerdotes non fuerunt excluſi a reparatione muri Hieruſalem.28.120.
Datum, vel aſſignatum pro ſacerdotio aſſumendo, eſt irreuocabile,tam reſpectu clerici, quàm Epiſcopi,& quare.35.54.
Sacerdos conficiens Sanctiſſimum Sacramentum ex vino aceſcente,peccat mortaliter.47.68.

Salarium.

Salaria medicis, & alijs profeſſoribus in Conſilijs ſtatuuntur. 31.163.
Salarium quando debeatur Legato pro rata temporis.33.58.
Salarium non conuentum,nec conſtitutum arbitrio iudicis ſtatuendum eſt.34.4.2.8.
Salarium Agentibus conſtitutum quomodo ſit ſoluendum,in principio ſcilicet, in fine, vel in medio anni.34.5.2.8.
Salarium debet eſſe proportionatum laboribus, & quando duo negocia geruntur, duo debent eſſe ſalaria.34.5.2.9.
Cliens, qui ſoluere non poteſt ſtipendium aduocato,vel procuratori,de publico iuuandus erit. 34.14.2.9.
Salarium ratione perſonæ conſtitutum perſonam egredi non debet.34.3.2.10.
Salarium pro cuſtodia vinearum, paſcuorum, murorum,& ſimilium a quibus ſoluendum.42.30.
Salarium ſoluendum cuſtodibus agrorum,& vinearum, ſoluendum eſt ab Vniuerſitatibus Status Eccleſiaſtici, quia ad eas pertinent emolumenta pœnarum damnum dantium.42.32.
Salarium cuſtodum agrorum, & nemorum a Communitatibus ſoluendum eſt.42.79.
Amplia, hoc magis procedere in illis Communitatibus,quæ habent ius paſcendi in eorum territorijs,etiam in bonis eiuium.n.80.

Saluianum.

Actio Saluiani interdicti an,& quando exerceri poſſit in locis montium, & in fructibus officiorum Romanæ Curiæ.34.14.2.28.

Saluus conductus.

Fidem datam in ſaluoconductu an, & quando liceat rumpere.50.43.

Schola. Scholaris.

Schola quid propriè ſignificet.34.3.2.r.
Scholæ quot eſſent ſub Iuſtiniano Imperatore, & cuius conditionis.34.4.2.1.
Schola nobilior eſt Collegio;& quare.34.2.2.r1.
Scholares in ſtudio morantes percipiunt fructus ſuorum beneficiorum,licèt abſentes.38.3.
Scholaris clericus an, & quando percipiat diſtributiones quotidianas,dum abeſt.38.5.
Scholaris,qui otioſè manet extra ſtudium non gaudet priuilegijs.38.18.
Scholaſticus ſi tempore vacationis aſſumat aliud exercitium, puta mercatoris, vel quid ſimile, amittit priuilegium.38.19.
Scholaſtici quanto tempore conſequi ſtipendium, vel alimenta cauſa ſtudij debeant,non eſt deciſum, quia multiplex eſt.38.20.
Scholaſticus ſi per impoſſibile moraretur in aliquo loco cauſa ſtudij,non tamen contraheret domicilium,& quare.38.22.
Scholaris per decennium permanens in aliquo loco,etiam ſtudiorum cauſa præſumitur contraxiſſe domicilium, & quare.38.23.
Scholaſticis volentibus lauream vtriuſque iuris, canonici ſcilicet, ac ciuilis conſequi, vt regulariter hodie faciunt fere omnes, ſpatium decem annorum aſſignatur.38.29.

Scriptura.
Scriptura, quæ infra 15. dies non fuit in Archiuio exhibita, nullam fidem facit in Statu Eccleſiaſtico. 17.22.
Scripturæ Archiuij publici magis creditur, quàm teſtium depoſitionibus. 17.23.
Declara tamen concluſionem, vt n.24.
Scripturæ extractæ ex Archiuijs particularibus Ciuitatum an probent. 17.31.& n.33.
Reliqua de Scriptura vide in verb. Apoca. Inſtrumenta.
Secreta.
Secreta hoſtibus nuncians pœna capitis mulctandus eſt. 31.8.
Seminarium.
Eccleſiæ Cathedrales pro modo facultatum erigere, & inſtituere debent Seminaria puerorum, vt bonis literis imbuantur. 38.9.
Senatus. Senatores.
Senatus a Senioribus dictus eſt, & a Romulo originem habet. 30.1.
Romulus centum viros elegit ex primoribus ciuibus, quos ob honorem Patres, ob ætatem Senatores appellauit. 30.2.
Senatores eligendi ſunt, qui annum quadrageſimũ expleuerint, & quare. 30.6.
Senatores appellati ſunt etiam Curiales, quos hodie dicimus Conſiliarios. 30.7.
Primus ſenatus fuit Romæ, qui maximus diceba-tur, ſecundus Conſtantinopoli. 30.9.
Romana Eccleſia habet ſenatum a Conſtantino Imperatore reſtitutum. 30.10.
Senatores quinam eſſent, & ex quibus procreati, & qui tranſmittebant ius ſenatoris in ſucceſſores. 30.21.
Senatorum ornamenta quænam eſſent. 30.22.
Senatores in vrbe a cenſoribus eligebantur ex numero ædilium, & quæſtorum, ac etiam ex ordine equeſtri. 30.23.
Senatoris nomen quando extra Vrbem quoque fuerit vſurpatum, & quid agerent. 30.24.
Senatoris nomen hodie apud paucas Ciuitates remanſit. 30.25.
Senatus propriè quid ſit, & quid ſignificet, & quid etiam conſilium. 30.26.
Senatus per quos haberi, & cogi poſſet olim in vrbe. 30.27.
Et per quos hodie extra vrbem. n.28.
Senatus Romanus a quibus conuocabatur. 31.110.
Senectus.
Senes apud Lacedæmones dicebantur, qui ſummũ magiſtratum gerebant. 30.3.
Senectus morbus eſt, nec eſt addenda afflictio afflictis. 35.20.
Sententia.
Sententia lata contra adminiſtratores exequitur appellatione non obſtante, & quare. 23.20.
Sententia lata contra Vniuerſitatem, pupillum, & Eccleſiam indefenſas eſt ipſo iure nulla, etiamſi appareat de citatione, & non habuerit actorem. 26.4.
Declara, vt num ſeq.
Sententiarum ſpecies quot, & quæ ſint. 27.1.
Sententia generaliter ſumpta quid ſit, & vnde dicatur. 27.2.
Sententia diffinitiua quænam ſit, & quæ interlocutoria. 27.4.
Acta declarant ſententiam. 27.5.
Sententia interloquutoria vim diffinitiuæ habens quænam ſit. 27.6.
Sententia lata contra Vniuerſitatem quando ſit valida, & quando detur reſtitutio in integrum. 27.8
Sententia lata contra Vniuerſitatem an poſſit exequi contra Syndicum, & quomodo ſit exequenda. 27.29.
Sententia iudicis, ſeu declaratio requiritur, antequam quis dicatur verus exul, & facinoroſus. 29.22.
Sententia contra Ciuitatem indefenſam lata eſt ipſo iure nulla, quia pupillorum priuilegio gaudet 34.10.2.2.
Sententia lata contra clericum ſuper correctione morum non ſuſpenditur per appellationem. 50.158.
Sepultura.
Sepulturæ ſupremus honor nedum a Chriſtianis, ſed etiam ab ethnicis magnifactus. 13.46.
Sepultura prophana nec etiam publicis vſurarijs deneganda. 13.48.
Sepelire mortuos nedum priuatorum honor, ſed Reipublicæ vtilitas exigit. 13.49.
Sepultura adinuenta eſt non ſolùm propter mortuos, ſed etiam propter viuos, ne horum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fœtoribus inficiantur. 13.50.
Sepulturæ electio eſt actus propriæ voluntatis, qui non cadit in Vniuerſitate. 13.53.
Sepulturæ electio poteſt quandocumque reuocari vſque ad vitæ finem. 13.56.
Sepulturæ electio facta ab Vniuerſitate non poterit reuocari a ſingulis ciuibus. 13.57. vide 66.
Ex ſepulturæ electione infertur præiudicium Eccleſijs parochialibus. 13.60.
De ſepulchrorum materia agitur remiſſiuè. 13.67.
Sermo.
Sermo effuſus, & incertus vitandus eſt. 46.9.
Seruitus. Seruus.
In ſeruitutibus diſcontinuis, vt ius paſcendi, & lignandi, requiritur factum hominis, nempe quòd animalia ducantur, & reducātur ad paſcua. 13.25
Seruitus iuris paſcendi dicitur realis. 13.29.
Seruitutes diſcontinuæ nedum per ſententiam iudicis, ſed etiam per prohibitionem, & acquieſcentiam illorum, quibus prohibetur, ſunt præſcriptibiles. 13.32.
Seruus contra dominum poteſt eſſe teſtis in cauſa annonæ; item mulier. 21.31.
Seruitus deducendi aquam in fundum non perditur, quando fons exiccatur, & quare. 50.214.
Sitocomia.
Sitocomia poteſt merces corruptas de facto proijcere, & perdere. 21.40
Amplia, etiamſi merces ſit tantùm in parte corrupta, vel mixta. n.41.
Amplia ſecundò, ſi mixtio fiat in vino, ſi apponantur in eo medicamenta, ne appareat corruptio. n.42.
Societas officij.
Societatis officiorum contractus ſub Paulo IV. ceperunt. 28.5.

Socie-

Societates officiorum quæ requirant pro ipſarum validitate.35.114.
Societates officiorum quare collectari poſſint, & ad contraria reſpondetur.35.116.
Quæ differentia ſit inter ſocietates officiorum, cenſus,& loca montium.35.117.
Societates officiorum creari poſſunt etiam ſuper officijs exiſtentibus extra Romanam Curiam. 35.118.
Societas contracta ſuper duobus officijs per reſignationem vnius non diſſoluitur, ſi officium remanens ſit capax oneris.48.46.

Sodomia.

Sodomiæ nefandum crimen præter deuaſtationes,& incendia Ciuitatum, reddit etiam homines mutos.14.15.

Solemnitates.

Solemnitates multæ requiruntur in alienatione bonorum,& rerum Vniuerſitatum. 32.8.
Solemnitates omnes non præſumuntur, ſi adſit ſolum decretum iudicis.32.26.
Solemnitates extrinſecæ nunquam præſumuntur, & quare.32.54.
Allegans ſolemnitates interueniſſe in alienationibus rerum Vniuerſitatum debet hoc probare. 32.55.
Limita,ſi in inſtrumento appareat euidens vtilitas, quia tunc non ſunt inquirendæ ſolemnitates.n.56.
Hæc tamen limitatio redditur dubia quoad Vniuerſitates Status Eccleſiaſtici propter Bullam Sixti V.n.57.
Lapſus 30.annorum facit præſumere omnes ſolemnitates a iure requiſitas etiam extrinſecas.32.67

Solutio.

Solutio onerum fiſcalium facienda eſt illis, qui tẽpore ſolutionis exactores erant, non autem illis, qui fuerant, quando facienda erat ſolutio, & ab officio remoti fuerant.16.20.
Solutio facta ab vno de Vniuerſitate non præiudicat Vniuerſitati.28.69.
Solutio contra formam Conſtitutionum,& iurium, ſi præiudicat, id eſt tantùm circa pecuniæ amiſſionem.28.71.
Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio.34.2.&.22.
Solutio facta exactori, qui oſtendit librum, valida eſt, etiamſi ſoluens ſciat exactorem eſſe remouendum.35.128.
Inſtitores qualiter ſint reuocandi,ad hoc vt ſolutiones ſint inualidæ;& affertur exemplum. 35.129.
Soluens pro correo, an, & quando repetat ſolutum; & quid in pluribus fideiuſſoribus.45.29.
Actus vnicus ſolutionis ſufficit ad acquirendam quaſi poſſeſſionem in incorporalibus, quando nõ agitur de nouo iure acquirendo.47.102.
Solutio facienda eſt in duriorem cauſam; & ſolutio onerum cameralium dicitur durior.49.25.

Spectacula.

Spectaculorum ludis intereſſe vitio, & crimini adſcribit Iuſtinianus Imperator,& quare.40.1.
Spectacula fieri etiam pia, & intra Eccleſias Bulla Boni Regiminis prohibet. 40.2.
Spectacula quædam poſſunt in Eccleſiijs quoque exhiberi.40.8.
Pecunia publica fuit olim ſpectaculis aſſignata, & hodie quoque ab aliquibus Ciuitatibus ponitur in Tabellis,& quare.40.9.
Romani adeò ſpectaculorum voluptate capiebantur,vt inſanire viderentur.40.12.
Qui ante alios in ſpectaculis aſſurgebant colaphis cædebantur.40.13.
Tertulliani ſententia de ſpectaculis.40.14.
Vectigal lenonum,& meretricum ludis,& ſpectaculis Alexander Seuerus aſſignauit.40.24.
Ludorum, & ſpectaculorum curam Præfectus Vrbi habebat.40.25.
Legatum pro ſpectaculis, & ludis in teſtamento relictum,ſubſtinetur.40.27.
Aurigæ, qui curulos in certamine agitabant, in quatuor factiones erant diuiſi, & certi coloris veſtes induebant,& hi colores a Tertulliano, & alijs declarantur;qui tamen a prudentibus irridebantur.40.34.

Spoletum.

Spoletini fuerunt condemnati ab Vrbano Pontifice ſine citatione,eò quia occupauerant quandam Terram Eccleſiæ Romanæ.14.50.

Spurij.

Spurij, & ex damnato coitu nati repelluntur a Decurionatu;& quare.31.24.
Amplia,etiamſi fuerint legitimati;quia legitimatio aſſimilatur alchimiæ, quæ facit apparere, quod non eſt.n.25.
In practica tamen hoc malè ſeruatur; & quare. num.26.
Illegitimi, ſi ſint viri probi, prudentes, literati, religioſi,& bonis moribus ornati, poſſunt ad honores,etiam maximos aſſumi.31.27.
Spurius ad Cardinalatum aſſumptus,ante receptionem pilei rubri diem clauſit.31.28.
Spurij ad Pontificiam,Imperialem,Regiam, & alias ſupremas dignitates euecti fuerunt. 31.29.
Spurius reijciendus eſt a dignitate,quando cum eo concurrat legitimus : hic enim præferendus erit. 31.30.

Statuæ.

Copioſiſſimus ſtatuarum populus in Vrbe aderat, & a Tuſcis primùm inuentarum, atque ad illarũ honorem ludi fuerunt inſtituti.40.21.
Ad Imperatorum ſtatuas fugientes immunitatem habebant.40.22.

Statutum.

Statutum prohibens exerceri aliquam artem in Ciuitate extenditur ad Suburbium, ne ſtatutum ſit eluſorium.10.21.
Declara, inſpiciendam eſſe rationem prohibitionis, & an militet eadem ratio in Ciuitate, & in Suburbijs; & afferuntur exempla.n.22.
Statutum, quòd pro debito Vniuerſitatis quilibet de Vniuerſitate capi poſſit,eſt validum.12.72.
Statutum prohibens conuocare populum, vel gentem,verificatur,ſi conuocati erunt decem homines.13.60.
Statuta fauore annonæ non admittunt exceptionẽ ex defectu poteſtatis;& declara vt hic.21.32.
Statutum,ne quis emat in foro, niſi certam quantitatem frumenti,valet,& quare.21.33.
Statutum,ne vindemiæ fiant,niſi tempore certo,eſt validum,& quare.21.43.

Statuta

Statuta Ciuitatum diſponentia, quòd Rectores Ciuitatum taxent pretia rerum, intelliguntur ſine præiudicio iudicis ordinarij.21.56.
Statutum diſponens contumacem haberi pro confeſſo,quomodò intelligendum.29.5.
Statutum mandans, derobantem territorium eſſe ipſo facto rebellem,intelligitur lata ſententia. 29.6.
Declara.num.11.
Statutum diſponens,quòd bannitus poſſit impunè occidi, non habet locum, ſi bannitus toleratur a ſuperiore: & ſi quis illum occidat,homicidij pœnam non euadit 31.53.
Declara,pœnam eſſe extraordinariam.n.54.
Statutum Vniuerſitatis arctans accedere ad ſuum molendinum, non comprehendit Eccleſiam. 31.231.
Declara ſecundùm opinionem Couarruuiæ num.232.
Sed opinio Couarruuiæ reprobatur.ibid.
Conuentio, ſeu ſtatutum conditum inter Caſtrum ſubditum, & ciues Ciuitatis dominantis ſeruandum eſt.35.39.
Statutum laicorum non ligat clericos, nec regulares.35.82.& num.ſeqq.
Statutum concedens immunitatem ciuibus, & famulis,alijſque illis inſeruientibus, an comprehĕdat operarios dietim certa mercede conductos. 35.141.
Statutum cuiuſque Ciuitatis ita ligat ſuos ciues, ſicut lex imperat totum Orbem.42.21.
Statutum de retractu licèt aliquando liget clericos, nunquam tamen ligat Eccleſias.47.17.
Ponitur caſus ſtatuti loquentis de rebus,quę cadunt in commiſſum.47.52.
Statutum prohibens extractionem olei, comprehĕdit ſaponem,& alia huiuſmodi.47.66.
Amplia in extractione vuæ, ſi prohibeatur extractio vini.ibid.
Sed gabella pro vino non ſoluitur pro vua, neque pro aquaticcio,neque pro aceto.n.67.
Statuto nunquam cenſetur derogatum, niſi quatenus reperiatur expreſſum.48.70.
Statutum imponens onus comitatenſibus ſoluendi ſalarium Poteſtati, ſi vna Villa poſtea exiſmatur, cœteri ſoluunt integrum ſalarium. 50.18.
Statutum, ne ciues retineant vltra certum numerum ouium, bobum, porcorum, caprarum, & ſimilium, valet, & ligat etiam forenſes, tanquàm æquiſſimum.50.199.

Studium.

Studiorum cauſa fauorabilis eſt in vtroque Iure Pontificio,& Cæſareo.38.1.
Relictum cauſa ſtudij dicitur pium.38.4.
Legatum factum Ciuitati ad erudiendos pueros valet,& præſtandum eſt,& quare.38.6.
Ad publicam vtilitatem pertinet, homines eruditos,& doctos habere.38.7.
Bulla Boni Regiminis prohibet Vniuerſitatibus aliquid impendere ſtudiorum cauſa.38.12.
Electio Iuuenum, quibus danda ſunt alimenta ſtudiorum cauſa, ſpectat ad eos, qui alimenta miniſtrant,& quare.38.15.
Iuuenes, quibus ſtudiorum cauſa ſunt aſſignata alimenta, an debeant illa habere tempore vacationis, & quando reuertuntur ad proprias ædes 38.17.
Decennium aſſignatum ſtudiorum cauſa nonnulli volunt.38.24.
Canoniſtæ ſeptennium aſſignant, quia tanto tempore diſpenſantur clerici a reſidentia, ſtudiorum cauſa.38.25.
Quinquennium videtur aſſignaſſe Iuſtinianus Imperator ſtudentibus ius ciuile; & redditur ratio. 38.26.
Quinquennium aſſignatum ſtudiorum cauſa, nedum ad ius ciuile, ſed etiam ad ſacram Theologiam addiſcendam a Summ. Pontif. & Imperat. fuit.38.28.
Prorogatio temporis quando facienda ſit ſtudiorum cauſa.38.30.

Subditi.

Subditi recuſantes, vel negligentes ſoluere collectas ſtatuto tempore, ſi patiantur repræſalias, id non prouenit ex conuentione inita inter Cameram, & Communitatem, ſed ex propria culpa. 12.39.
Subditi compelli poſſunt ad conducendum delinquentes ad carceres, ad ſepeliendum cadauera, ratione publicæ vtilitatis, cum declaratione, de qua hic.31.212.
Subditi quando cogi poſſint accedere ad molendina Baronum.31.221.vide 223.& 224.
Subditus recuſans ſoluere tributa, & gabellas a Principe indictas incidit in pœnam læſæ maieſtatis; & quare.34.15.2.15.

Subhaſtatio.

Subhaſtatio pro ſexta ſolemnitate requiritur in alienatione bonorum Vniuerſitatum.32.27.
Inſtrumentum alienationis, in quo fit mentio de ſubhaſtatione,an ſit attendendum.32.28.
Subhaſtatio per viginti dies continuanda, & hoc tempore res venalis retinenda.32.29.
Amplia hoc procedere, etiam in bonis Vniuerſitatum, licèt aliqui contrarium ſentiant, & reſtringant ad Eccleſias.n.30.
Pendente tempore viginti dierum res vni conceſſa poteſt alteri plus offerenti dari.n.31.
Opinio Caroli Ruini, non eſſe neceſſariam ſubhaſtationem in caſu noſtro,reijcitur.n.32.
Qui dicunt non eſſe neceſſariam ſubhaſtationem, loquuntur contra communem, & ratio in contrarium adducta non ſubſiſtit, & quare. n.33.
Solemnitates requiſitas in ſubhaſtationibus, vide remiſſiuè.32.35.
Princeps an poſſit tollere ſolemnitatem ſubhaſtationis.32.36.
Res ſubhaſtata, ſi non inueniatur qui iuſtum illius pretium offerat,quid agendum.32.37.
Paria ſunt non reperiri emptorem, vel iuſtum rei pretium non eſſe oblatum.38.

In ſubhaſtationibus regulariter non poteſt haberi fides de pretio.32.39.

Papienſis diſtinctio in hac materia habendi fidem de pretio.32.40.

Creditor poteſt habere fidem de pretio in ſubhaſtatione,& quare.32.41.

Quomodo procedat hæc concluſio.n.42.

Subhaſtatio ſine pecunia præſente ſubſtinetur de ſtylo,& conſuetudine locorum: quæ tamen conſuetudo probanda eſt.32.43.

Officiales caueant, ne in ſubhaſtationibus rerum ad Vniuerſitates ſpectantium omittant ſolemnitates.46.56.

Subrogatio.

Subrogatus debet eſſe eiuſdem iuris,& conditionis, cuius eſt ille, in cuius locum ſubrogatur.10.72.

Subrogatus non aſſumit naturam ſubrogantis,quando militat diuerſa ratio, & quando non concurrunt eadem qualitates.31.280.

Subrogatus non aſſumit priuilegia perſonalia ſubrogantis.31.281.

Amplia,non ſuccedere in preeminentijs, & honoribus,& non debet honorari ſicut is, in cuius locum ſubrogatur.

Subrogatio concedenda eſt tam cauſa infirmitatis, quàm cauſa abſentiæ.34.7.2.10.

Subrogatio facienda eſt,vt ſubrogatus ſit æquè idoneus,& eiuſdem conditionis.34.8.2.10.

Subrogatus debet habere ſalarium eius, pro quo repetitur ſubrogatus.34.11.2.10.

Declara,vt ibi.

Subrogatus in officio debet habere ſine diminutione, quod præſtabatur ſubroganti, & in cuius locum fuit ſubrogatus.34.12.2.10.

Subſidium triennale.

Hieronymus Saulius Archiepiſcopus Barenſis, & C.A.Clericus inije concordiam cum Communitatibus ſuper ſolutione ſubſidij triennalis. 12.23.

Subſidium triennale a quo impoſitum, a quo prorogatum; & denique effectum æternale, & perpetuum.35.50.

Bulla Pauli III. ſuper ſolutione ſubſidij triennalis fuit ab ipſo, & alijs ſucceſſoribus prorogata, & confirmata.50.126.

Subſidium triennale in ſtatu eccleſiaſtico, qua ratione dici poſſit onus reale.35.34.

Paulus III.impoſuit ſubſidium triennale ſc. 300.m. anno 1543. & miſit per Ciuitates, & loca ſuæ Ditionis Commiſſarios ad concordandum cum Communitatibus ſuper ſolutione.50.123.

Communitates in concordia inita cum miniſtris cameralibus obtinuerunt collectare ſuos ciues, & incolas pro bonis poſſeſſis per æs, & libram. num.124.

Subſtitutio.

Subſtitutio licèt à iure negetur, de conſuetudine tamen permittitur.34.9.2.10.

Subſtitutus debet eſſe moribus præditus,ſcientia,& peritia eruditus.34.9.2.10.

Subſtitutus ſubſtituendus eſt periculo ſubſtituentis. 34.10.2.10.

Succeſſio.

Ciuitates non habentes ſuperiorem, & habentes regalia ſuccedunt in bonis vacantibus.39.8.

Ad ſucceſſionem admittitur ille, qui poſt ventrem proximus eſt, nulla habita ratione eius, qui eſt in vtero.44.25.

Suffragia.

Suffragia varijs modis dantur. 31.163.

Suffragia data viua voce periculoſa ſunt, neque a Congregatione Boni Regiminis probantur. 31. 164.

Superindictum.

Superindictum quid ſit.50.81.

Suſceptores.

Suſceptores per annum tantùm permanebant in officio, vel ad ſummum per biennium, & quare. 26.17.

Suſceptores vltra modum, & tempus exactiones exercentes qua pœna mulctarentur.16.18.

Syndicatus.

In ſyndicatu Officialium quid ſeruandum ſit, vide remiſſiuè; nec retardatur ſententiæ executio contra eos latæ.19.40.

Syndicus.

Syndici, ſeu Rectores Vniuerſitatum quando, & quomodo ferre poſſint ſententiam contra adminiſtratorem.23.18.

Syndicus propriè dicitur ille, qui conſtituitur ab Vniuerſitate,vel Collegio.24.2.

Syndicus dicitur quaſi ſingulorum cauſas dicens. 24.3.

Syndicus electus ab Vniuerſitate non poteſt recuſare officium, præcipuè in Ciuitate parua. 24.5.

Syndicus non excuſatur, quòd in Ciuitate ſint magis idonei.24.7.

In Syndici conſtitutione multa requiruntur, quæ hic referuntur.24.9.

In conſtitutione Syndici facti ad alienandum decretum iudicis neceſſariò requiritur; qua concluſio examinatur.24.10.

Syndicus non præſumitur conſtitutus ad ſoluendũ, quod non debetur, licèt habeat mandatum cum libera.24.15.

In conſtitutione Syndici quando requiratur ſpecificatio nominum eorum,qui interueniunt.24.21

Syndicus ad defendendum iura Vniuerſitatis poteſt ab vno tantùm coſtitui,& quare.24.12.

Syndicus conſtitutus ad ſoluendum, debet inquirere diligenter,an Vniuerſitas ſit debitrix, aliàs di-

citur

citur in lata culpa. 24. 13.
Syndicus mittendus ad aliquem locum pro defenſione iurium Vniuerſitatis, non poteſt petere ſalarium, ſed expenſas tantum. 24.23.
Syndicus poteſt etiam iurare de calumnia. 24.25.
Syndici electi ab Vniuerſitatibus ad ſyndicandum officiales habent iuriſdictionem. 24.28.
Syndicus an, quando, & quomodo poſſit obligare bona, & perſonas ſingulorum ciuium in ſolidum. 24.29.
Syndico non exiſtente, ſeu legitimè impedito, quilibet de populo admittitur pro defenſione Reipublicæ. 26.2.
Syndici Vniuerſitatum quomodo in Conſilijs conſtituendi. 31.170.
Syndici, & Officiales Vniuerſitatum, an teneantur de euictione finito officio. 32.61.
Syndici, & Officiales potius tutoribus, quàm procuratoribus aſſimilantur. 32.62.
Syndici, Procuratores, Oratores, & alij huiuſcemodi viri a Decurionibus in publicis Conſilijs eliguntur. 34.2.2.2.
Quædam communia ſunt ſyndicis, ſeu procuratoribus Ciuitatum, cum Agentibus. 34.4.2.2.

T

Tabella.

Tabella quid ſit, & illius partes examinantur. 11.1.
In Tabella aſſignatum, *per le ſpeſe ſtraordinarie*, quomodo erogandum ſit. 11.6.
Tabella quolibet anno conficienda eſt a qualibet Vniuerſitate S. Sedi Apoſtolicæ ſubiecta. 11.10.
Tabella quotannis renouanda eſt, & ad Vrbem tranſmittenda pro cõfirmatione, neque in ſumptibus augeri poteſt ſine licentia. 11.18.
Tabellæ vbi Romam tranſmiſſæ ſũt, quid agendum pro illarum expeditione. 11.19.
Tabella tanquam lex ab Vniuerſitatibus ſeruanda eſt, & ideo promulganda, & locis publicis retinẽda. 11.20.
Tabella conſignanda eſt Quæſtori, ſeu Depoſitario Vniuerſitatum; & quare. 11.23.
Tabella inuiolabiliter eſt obſeruanda. 11.24.
In Tabella ſumma deſcripta pro expenſis extraordinarijs quomodo ſit eroganda. 10.14.
Tabellarum expeditio quolibet anno quid operetur. 34.14.2.7.
Semel ſtatuta, & in Tabella deſcripta non poſſunt amplius immutari in Ditione Eccleſiaſtica, nec etiam alibi, ex diſpoſitione iuris 31.184.

Taxa.

Taxare ex vi legis qui non poteſt, poteſt aliquando ex vi pacti. 28.25.
Parochiani alicuius parochiæ quando poſſint, & qua occaſione ſe ipſos taxare. 28.33.
Taxarum indictio, & exactio odioſa eſt, & ideo fugienda. 28.46.
Taxam pro reparatione pontium, fontium, viarum, & ſimilium quilibet tenetur ſoluere. 28.50.
In Exactione Taxæ viarum proceditur executiuè, & non datur appellatio. 28.81.
Taxa pro ſecuritate Ciuitatis, & Reipublicæ, pro reparatione pontium, viarum, vel pro ſimili cauſa, ſoluenda eſt ab Eccleſiaſticis in foro conſcientiæ, ac etiam ab Eccleſia. 28.103.
Quando imminet publica neceſſitas, cui Princeps prouidere non poteſt, niſi taxando etiam exemptos, tunc iſti quoque taxandi ſunt, & quare. 28.174.
Taxa impoſita pro cuſtodia Arcis, ſeu Caſtri, licèt ceſſet cuſtodia; ſi tamen durat cauſa, durat etiam exactio taxæ. 28.177.
Taxa impoſita ſuper caſtro, ſi hoc veniat ad manus priuilegiati, taxa nihilominus ſoluenda erit. 50.278.

Tempus.

Temporis qualitas etiam in momento conſideratur. 31.160.

Terminus.

Dies termini non computatur in termino aſſignato ad licitandum. 46.12.
Terminus aſſignatus ad licitandum licèt minui nequeat, prorogari tamen poteſt, & hæc concluſio declaratur. 46.13.

Terra.

Terra quid ſit. 8.28.

Territorium.

Territorium, & diſtrictus in quo differant. 10.69.
Territorij ſignificatio lata eſt comprehendens Vniuerſitatem agrorum intra fines cuiuſque Ciuitatis. 14.92.

Tertiarij.

Tertiarij quam immunitatem habeant ex Concilio Lateranenſi, & decretis ſacræ Congregationis Concilij. 50.144.
De Tertiarijs Sancti Dominici, & Sancti Franciſci quis loquatur, & quæ priuilegia habeant. 50.145.

Tertius.

Regulares inter alios acta tertio nocere non debet, declaratur. 50.228.

Teſtamentum. Teſtator.

Teſtamentum factum coram Principe ſuſtinetur, etiamſi deficiant ſolemnitates. 32.24.
Teſtator ſi mandat Titio, vt opus per ſeipſum faciat, non auditur Titius volens dare pecuniam pro tali opere faciendo. 34.2.2.10.
Teſtator legans prædium Eccleſiæ poteſt imponere onus, vt ipſa quoque ſoluat collectas. Reprobatur hæc opinio. ibid. in fin. 35.154.

Teſtis.

Homines de Vniuerſitate an, & quando poſſint eſſe teſtes pro Vniuerſitate in cauſis paſcuorũ. 50.206

Textuum declarationes.

Tex. declaratur in c. qui generaliter, §. fin. de procurator. in 6. 34.9.2.4.
Textus in c. aduerſus, de immunit. Eccleſ. examinatur iuxta ſenſum Barbatiæ. 28.116.
L. propter litem, correpta eſt per Auth. vt ij, qui oblig. ſe hab. §. hæc omnia. 43.7.
Tex. ad l. fin. C. de præd. decur. lib. 10. intellectus. 31.140.

Textus declaratur in l. 4. C. de Decurion. lib. 10. 31.283.
Intellectus Auth.vt clerici,qui recedunt,&c.iuxta opinionem Angeli.34.13.a.10.
Diſpoſitio l.ad inſtructiones, eſt correcta: & bonus intellectus Bart.ad illam.28.67.
Quem declara,vt *infra*.
Authen.hoc ius porrectum,licèt correcta ſit de iure canonico,valet tamen de iure ciuili, & eſt ſeruanda in prophanis.32.n.34.

Theſaurarius.

Theſaurarij Prouinciales Cardinali Camerario ſubſunt.15.24.
Theſaurarij nomen in exordio Eccleſiæ effulſit in S.Laurentio.16.1.
Theſaurarius locum obtinet poſt Vicecamerarium. 16.4.
Theſaurarij dignitas in Auditorio Cameræ prima eſt poſt Camerarium.16.6.
hesaurarij Officium apud Romanos Quæſtorum erat, qui ab inquirenda, & conſeruanda pecunia nomen habebant.16.9.
Theſaurarios Prouinciales etiam hodie habemus,& Suſceptores olim dicebantur.16.16.
Theſaurarius generalis totius minoris laterculi curã gerit.16.25.
Theſaurarij *prouinciales* dignitatem quandam habere dicuntur.16.26.
Theſaurarius generalis eſt Vir Illuſtris, habet culmen iudicij, & ampliſſimæ ſedis adminiſtrationem.16.27.
Theſaurarius generalis circa bona temporalia S.Sedis Apoſtolicæ verſatur,&.ideo non requiritur,vt ſit clericus,prout multi laici fuerunt.16.28.
Theſaurarij generalis, Præſidentis, & Commiſſarij Cameræ officia quandoque in laicos collata. 16.29.
Theſaurarius generalis hodie debet eſſe Clericus, & quare.16.30.
Eſt verus ipſius Pontificis familiaris, imò familiaribus ipſis præpoſitus.n.31.
Habitum verè clericalem, & Prælatorum S.R.E. cum ſuperpelliceo, & cappa defert, & Epiſcopis, alijſque Prælatis antecedit.
Theſaurarius habet multa priuilegia clericalia, quæ referuntur.16.35.
Theſaurariatus officium, vel per promotionem ad Cardinalatum,vel per mortem expirat.16.36.
Theſaurarij officium a Sixto V.ſupra modum illuſtratum,& vſque ad Cardinalatus dignitatem euectum fuit.16.38.
Alexander Farneſius Theſaurarius fuit ſub Alexandro VI.a quo Sacra Purpura decoratus, B. Petri Succeſſor, & Chriſti vices Pauli III. nomine poſtea geſſit.16.39.
Theſaurarius locum in Camera Apoſtolica, in Capella Pontificis, & in alijs publicis functionibus habet.16.40.
In Signatura Gratiæ coram Pontifice etiam adeſt num.41.
De locationibus, & Cameræ redditibus cum ipſo Pontifice agit.n.42.
Pro penſione domus ſcuta 200. & quotidianum victum pro ſe, & octo familiaribus haber. n.43.
Spoliorum bonorum vacantium, relictorum illegitimis, & aliorum ſimilium cauſas cognoſcit.n.44.
Officiales Cameræ ad reddendam rationem, teſtes ad ſubijciendum ſe examini, & cogendum, occupatores ſpoliorum coercendum, delinquentes puniendum, & componendum in facultatibus habet n.45.
Summariè procedit, a Nunciorum, & Collectorum ſententijs appellationes cognoſcit.n.46.
Ceſſiones, & reſignationes locorum Montium admittit,Officiales ad hæc peragenda neceſſarios ad nutum eligit,& remouet.n.47.
Ciuitatis Terracinæ introitus curat,eiuſque reparationi inuigilat.n.48.
Sortes (quas lottos vocant) certa lege permittit. n.49.
Notarium ſibi bene viſum,ex ijs tamen, qui Camerales ſunt,eligit.n.50.
Habentes inſtrumenta, & iura ad iuriſdictionem ſuam pertinentia compellit ad exhibendũ. n.51.
Si quid ex pecunijs Cameræ acquirit,ipſi Cameræ acquirit, vel ad pretium *rei acquiſitæ* tenetur.n.52.
Theſaurarius generalis de vere exactis tantùm decimas capit.16.55.
Theſaurarius generalis amplas habet facultates circa locationes, & alia iura Cameræ, mandatum tamen Papæ per eius Chirographum adeſſe ſolet. 16.58.
Et quàmuis latas habeat habenas in materia locorum Montium Romanæ Curiæ, Congregationis tamen ad hoc inſtitutæ votum exquirit. num.59.
Congregatio quoque Baronum in eius ædibus, & coram ipſo celebratur; & quæ ſit huius Congregationis iuriſdictio.n.60.
Theſaurario, & alijs Cameræ Apoſtolicæ Miniſtris prohibitum eſt participare in locationibus, & affictibus Cameræ ſub pena excommunicationis.16.79.
Quæſtor, ſeu Theſaurarius prouincialis tenetur pro delictis ſui exactoris.18.24.
Refertur quædam noua cautela ab vno ex Theſaurarijs prouincialibus inuenta, & a ſuperioribus reiecta.18.25.
Reliqua de Theſaurarijs, vide in verbo Quæſtores.

Titulus.

Titulus requiritur, & eſt allegandus in rebus incorporalibus.31.225.

Toga.

Veſtis Romulea, ſiue Romana propriè eſt toga ab ipſo Romulo ordinata.34.20.a.5.
Græci pallium, Romani togam habuerunt. 34. 22.a.5.
Chriſtiani antiqui magis pallio, quàm toga vtebantur;

bantur, & vnde deductum ſit adagium, A toga ad pallium. 34. 23. 2. 5.

Tracta.

Tractæ victualium ſunt de regalibus Principis. 50. 300.

Reuocationes tractarum a Summis Pontificibus factæ ſeruandæ ſunt, & quare. 50. 307.

Transgreſſor.

Tranſgreſſores ſuarum Regularum amittunt priuilegia ſui Ordinis, & tenentur ſubire cum alijs ſimilem legis diſciplinam. 28. 153.
Afferuntur quædam ſententiæ deſumptæ ex Sacra Pagina ad hoc probandum. n. 154.

Triremes.

Triremium conſtructio, & manutentio maiores impenſas requirit, quàm viæ, ac pontes. 10. 76.

Tudertum.

Tudertinam Ciuitatem non eſſe ſubiectam Eccleſię nec potuiſſe illius homines ſe illi ſubijcere, Lapſ fuit error. 8. 67.

Tutor.

Tutor, ſeu Adminiſtrator quod ex pecunijs pupillaribus acquirit, pupillo cedit. 16. 53.

Tutor repellitur a cura pupilli, cuius ſit debitor. 19. 13.

Tutor ne dicatur doloſus, in confectione libri rationum quid agere debeat. 23. 17.

Tutores negligentes qua actione conueniãtur. 25. 16.

Proximiores coguntur ad acceptandum tutelam. 27. 35.

Tutor finita tutela non tenetur de euictione, & quare. 32. 63.
Declara, niſi aliter ex lectura inſtrumenti facti per tutorem appareat, & quare. n. 64.

Tutor teſtamentarius quàmuis debitor, creditor, vel habens litem cum pupillo, ſi teſtator hoc ſciebat, admittitur ad tutelam. 43. 25.

Tutores quàmuis diuidant tutelam inter ſe, nihilominus tenentur in ſolidum, & quare. 45. 27.

Tutor tenetur dare pecunias pupilli ad honeſtum lucrum, nec illas in abſcondito retinere. 49. 39.

Tutor poteſt cum pecunijs pupillaribus contrahere ſocietates officij, ſub periculo tamen vitæ ipſius pupilli. 49. 40.

Tutor de iure canonico quid agere debeat in pecunijs pupillaribus, & ad quid teneatur, ſi otioſas retineat. 49. 41.

V

Valor.

Valor rerum ablatarum exiſtimandus eſt a Clericis Cameræ Apoſtolicæ, conſideratis circumſtantijs, & recepto iuramento ipſius damnum paſſi. 14. 88.

Vaſalli.

Vaſalli ſubditi Vniuerſitatibus, & Collegijs non ſunt vaſalli ſingulorum de Vniuerſitate, ſeu ſingulis ciuibus. 36. 29.

Vectigal.

Vectigal an poſſit exigi a tranſeuntibus per mare, ſicut a tranſeuntibus per terram. 10. 65.

Vectigalia poſſunt imponi tranſeuntibus per mare, & bona confiſcari, ſi cadant in commiſſum; quæ tamen procedunt in Principibus non recognoſcentibus Superiorem; & referuntur quinam ſint iſti Principes. 10. 70.

Vectigal ab initio ex iuſta cauſa iuſtè impoſitum, ceſſante cauſa ſi exigatur redditur iniuſtum. 18. 38.

Vectigalium iniuſta exactio ſubditis incommoda, & Regnis detrimentum affert. 18. 39.

Vectigalium impoſitio, taxæ, & collectæ indictio ſoli Principi tanquam de regalibus reſeruatur. 28. 20.
Vniuerſitates autem, & priuati viri hoc attentantes, nedum temporali, ſed etiam ſpirituali pœna mulctantur. num. 21.

Vectigal quid ſit, & a quibus indici, vel imponi poſſit. 47. 1.

Differentia inter vectigal, gabellam, pedagium, guidagium, tributum, & alia huiuſmodi. 47. 2.
Et onera prædicta ſi in præiudicium Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum imponantur, excommunicationis pœna incurritur. num. 3.

Vectigalia qua de cauſa fuerunt a principio inuenta. 47. 6.

Augere vectigalia eſt prohibitum de iure canonico, & ciuili. 48. 71.

Reliqua de vectigali, vide in verb. gabella.

Venatio.

Venationes ferarum, vt ſunt taurorum, & aliarum ferarum agitationes prohibitæ, illaſque exercentes infamia notantur. 40. 52.

Venatio ferarum duplex, altera prohibita, altera permiſſa. 40. 53.

Clericis venatio omnis ferarũ prohibita eſt. 40. 54.

Venditio.

Venditio domus alteri, quàm vicino facta non eſt nulla ipſo iure, ſed tantùm vicino volente; & quare. 15. 19.
Amplia, quàmuis in Bulla dicatur eò ipſo, & ipſo iure, quia hæc clauſula ſemper intelligitur, ſi ille voluerit, ad cuius fauorem poſita fuit.

Venditor non tenetur requirere vicinum ex Bulla Sixti IV. ſed ex Bulla Gregorij XIII. 15. 21.

Vendens nomen debitoris non obligatur, quòd ſit ſoluendo, ſed quòd ſit debitor, & quid in datione in ſolutum, cum promiſſione generali euictionis, & defenſionis. 48. 28.

Veneti.

Veneta Ciuitas maxima dicitur, quia non habet ſuperiorem. 8.11.

Veneti indebitè vſurpant iuriſdictionem in toto mari Adriatico. 10.57.

Nec poſſunt prohibere Regem Hiſpaniarum, quin liberè vadat, & reuertatur per d. mare. n. 58.

Venetiarum Ciuitas dicitur libera quoad dominiũ, non quoad iuriſdictionem Imperij. 10.61.

Verba.

Verba ſemper intelligenda ſunt cum effectu, & vt aliquid operentur. 10.26.

Verbum, taxare, quid ſignificet, & quid taxatio. 28.1.

Verbum, Taxa, quid ſignificet in textu noſtro. 28.10

Verbum, ſeu dictio, cadere in commiſſum, quid importet. 47.48.

Verba contractus ad tempus ipſius contractus ſunt referenda, non ad futurum. 50.164.

Verbum, hæres, non eſt aptum comprehendere ſucceſſorem ſingularem. 50.166.

Priuilegij verba, a quocumque ſubſidij onere, &c. quomodo ſint intelligenda. 50.288.

Veritas.

Veritatem requirit dominus, & nemini expedit veritatem negare, & mendacium dicere; & multis auctoritatibus comprobatur. 34.12.a.3.

Pueri ad veritatem dicendam aſſuefaciendi ſunt, cum mentiri ſeruile ſit, & turpe vbique gentium. 34.13.a.3.

Veritatis impugnatio aliquando permittitur; & quando. 34.16.a.3.

Veritatem inquirentes ſine dubitatione, ſimiles ſunt neſcientibus, quò ire debeant. 34.17.a.3.

Veritatem tegere, & adumbrare quandoque permittitur ad bonum finem; & bonis artibus. 34.18.a.3.

Veritatem tacere an, & quando liceat. 34.19.a.3.

Verſio pecuniarum.

Verſio pecuniæ ſatis probatur, ſi tempore mutui aderat neceſſitas illius, qui pecun. accepit. 28.44.

Exemplum huius rei affertur. n. 45.

Verſio pecuniarum probari poteſt per coniecturas; & quænam ſint. 45.

Via. Viarum Magiſtri.

Conſtructio, & reparatio viarum, &c. non connumeratur inter munera ſordida, & quare. 28.54.

Viarum, & pontium conſtructio, & reparatio gaudet priuilegio piæ cauſæ. 28.78.

Amplia, quod habens priuilegium a publicis muneribus, non excuſatur ab hac taxa, & quare. n. 79

Viæ publicæ ſunt de regalibus Principis. 28.88.

In refectione murorum Ciuitatis non verſatur publica vtilitas, prout in refectione viarum. 28.96.

Declara hanc concluſionem, vt n. 97.

Neceſſitas maior requiritur, & conſideratur in reparatione viarum, & pontium, quàm murorum Vrbium, & quare. 28.119.

Gregorius XIII. facultates Magiſtrorum viarum cõceſſit Card. Camerario, itaut hic procedat contra eccleſiaſticas perſonas; Magiſtri viarum contra laicas. 28.82.

Idem Gregorius reuocat omnia priuilegia, & exéptiones a ſuperioritate Magiſtrorum viarum, & Card. Camerarij, etiam quoad Eccleſias, eccleſiaſticas perſonas, regulares, &c. 28.83.

Hæc reuocatio videtur comprehendere etiam Mendicantes, & quare. n. 84.

Gregorij XIII. Bulla ſuper facultatibus, & iuriſdictione Magiſtrorum viarum eſt localis quoad Vrbem, & illius Suburbia. 28.93.

Reliqua de via, vide in verb. Exactio.

Vicinus.

Vicinus cogi poteſt ad expurgandam latrinam, ne malus odor noceat vicino. 42.83.

Vicus.

Vicus quid ſit. 8.28. & 32.

Vilis perſona.

Vilis perſona dicitur, quæ dignitate caret; & hoc etiam declaratur. 31.213.

Villa.

Villa, ſeu locus an ſit de territorio Ciuitatis, ſi dubitetur, quid ſit agendum. 8.4.

Villa quid ſit, & an, & quando ſubiaceat Ciuitati viciniori 8.28. & 31.

Villa, ſeu Caſtrum de iure communi nullam habet iuriſdictionem, ſed ſubſunt Ciuitati, in cuius territorio ſunt. 10.48.

Viſitatio.

Viſitatores miſſi ad reformandas Communitates a quo ſincalendi. 37.17.

Prælatus præſcribens viſitationem *in vno loco, non* præſcribit in alio, & quare. 50.276.

Vniuerſitates.

Vniuerſitates mediatè ſubiectæ non ligantur Bulla, niſi ſe voluntariè ſubiecerint. 11.13.14. & 16.

Vniuerſitatis factum non cenſetur factum ſingulorum, nec è contra. 11.15.

Vniuerſitatis nomen generale eſt aptum cõprehendere tam homines, quàm cætera animalia ratione carentia. 13.1.

Vniuerſitas eſt tanquam genus habens ſub ſe ſpecies. 13.2.

Vniuerſitatibus licitũ eſt pro conſeruandis terminis liquidis, & certis in eorũ territorijs, vi, & armata manu reſiſtere volentibus illos amouere. 13.11.

Vniuerſitas nihil aliud eſt, quàm ipſimet homines de Vniuerſitate. 13.13.

Vniuerſitati ſi quid debetur, ſingulis non debetur; quę reg. declaratur, ampliatur, & limitatur. 13.14

Vniuerſitas, & Ciuitas non continetur ſub nomine perſonæ. 13.17.

Limita in appellatione interpoſita a declaratione excommunicationis latæ ob contumaciam Vniuerſitatis. n. 18.

Vniuerſitas ſi ſit negligens in proſequenda appellatione, ſinguli de Vniuerſitate poſſunt illam proſequi. 13.19.

Scientia Vniuerſitatis præſumitur in negocio arduo, & propalato propter multa ſcandala. 13.35.

Vniuerſitas, ſeu illius homines poſſunt propria auctoritate reſiſtere volentibus impedire ſeruitutes iam acquiſitas. 13.36.

Vniuerſitatum Rectores non poſſunt prohibere ſeruitutes iam introductas, vt ſunt paſcua, & alia ſupradicta, nec claudere limitibus agros, & prohibere vſum paſcendi. 13.37.

Vniuerſitas habens ius paſcendi in prædijs, & agris ciuium, an poſſit illis prohibere clauſuras, vt in

eis

eis vinea, & oliueta ſtant. 13.40.
Vniuerſitati mala fides ſingulorum de Vniuerſitate an noceat in præſcribendo,& declaratur concluſio.13.41.
Vniuerſitas eſt capax iuriſpatronatus, & quomodo. 13.42.
Vniuerſitas an poſſit eligere ſepulturam. 13. 45. & num.66.
Vniuerſitas qualiter acquirat ſuperioritatem in Caſtrum, ſeu Villam, & quomodo probetur Caſtrum,ſeu Villam ſubiacere Ciuitati. 13.68.
Vniuerſitates tenentur parare locum, in quo Officialis ius reddere poſſit.13.69.
Vniuerſitas an poſſit delinquere, itaut contra ipſam pœnæ locus ſit.14.4.
Vniuerſitas in quibus delinquere poſſit.14.5.
Vniuerſitas eſt perſona ficta repræſentans aliam perſonam abſtractam a particularibus, & ſingularibus animo,& capite carens,& eſt nomen iuris.14.6.
Vniuerſitas dicitur impropriè delinquere, & pœnis ſubijcitur.14.8.
Vniuerſitas tunc ex delicto obligatur, quando omnes de Ciuitate,vel maior pars,conuocato Conſilio,& præcedente deliberatione progreſſi ſunt ad delinquendum.14.9.
Amplia non eſſe ſemper neceſſariam conuocationem Conſilij, ſed ſufficere alias circumſtantias relatas.n.10.
Vniuerſitas ſi neget tributum Principi, committit delictum rebellionis,& læſæ Maieſtatis.14.11.
Vniuerſitas ſi violauerit iuramentum, non ex hoc ſingulares perſonæ dicuntur periuræ.14.19.
Vniuerſitas non poteſt excommunicari, ſed excōmunicantur ciues, qui fuerunt in culpa.14.20.
Vniuerſitas in hæreſim lapſa qualiter puniatur. 14.25.
Vniuerſitas in hæreſim lapſa antequam puniatur, debet præcedere ſententia ſupremi Principis. 14. 26.
Inter Vniuerſitates,& Collegia diuerſitas. 14.22.
Vniuerſitas poteſt ſubijci eccleſiaſtico interdicto; ſed quando procedi poſſit ad huiuſmodi interdictum.14.23.
Vniuerſitas ſi crimen perduellionis contra ſuum Principem committat,damnatur aratro: requiritur tamen prius ſententia Principis.14.32.
Vniuerſitas,ſiue Ciuitas recuſans recipere Officiales SS.Inquiſitionis,incidit in crimen læſæ maieſtatis.14.55.
Vniuerſitas non tenetur ex delicto commiſſo a Magiſtratu,vel Primatibus Ciuitatis.14.58.
Limita, ſi Vniuerſitas ratum habuerit, ſignanter in delictis continuatis, & habentibus cauſam ſucceſſiuam.n.59.
Amplia limitationem,quando ex prætenſa ratificatione Vniuerſitas fuit condemnata, & punita, vt poſſint etiam ſingulares perſonæ eiuſdem Vniuerſitatis puniri.n.60.
Vniuerſitas incidit in pœnam læſæ maieſtatis, ſi offendat Legatos, & Oratores alicuius Principis. 14.61.
Vniuerſitates verò pro huiuſmodi delictis puniuntur extra ordinem,ideſt arbitrio iudicis.14.65.
Declara & diſtingue, vt hic per D. Luc. de Penn. ex Quintiliani ſententia.n.66.
Vniuerſitates,& Barones nedum ex Conſtitutionibus Summorum Pontificum, ſed etiam de iure communi tenentur purgare ſua territoria malis hominibus.14.78.
Amplia,quòd teneantur ad inſequendum latrones qui rapuerunt res naufragatas ſub pœna refectionis.n.79.
Vniuerſitas an teneatur reſiſtere, & acclamare latronibus.14.81.
Vniuerſitas, in qua non ſint ad minus quinque patres familias, non tenetur ad ſupradictas pœnas. 14.85.
Vniuerſitates an teneantur ad refectionem damnū paſſi in eorum territorio, ſi damnificatus per viam inſolitam tranſierit.14.91.
Vniuerſitatibus ideo permiſſum eſt exigere pedagia a tranſeuntibus per eorum territoria, vt tutum iter præbeant, & aſpera, & difficilia complanent 14.93.
Vniuerſitates ſicut cogere poſſunt tranſeuntes ad ſoluendum gabellas, quàmuis non vadant per viam rectam, ita debent cuſtodire totum territorium.14.94.
Vniuerſitas non tenetur ſarcire damnum illatum a multitudine hominum, cui ipſa Vniuerſitas nō potuit reſiſtere.14.95.
Vniuerſitas, ſeu Villa condemnata ad refectionem damnorum, an habeat regreſſum contra bona fratrum delinquentis.14.104.
Vniuerſitas concedens Campum liberum ad duellandum pœna interdicti, & ſcutorum quatuor millium mulctatur.14.105.
Vniuerſitates mittentes Oratores ad Principem leue delictum committunt.14.122.
Vniuerſitas exigens pœnas a committentibus delicta in pontibus,& vijs,debet illas pœnas erogare in reparationem pontium,& viarum. 14.128.
Vniuerſitates ex quocumque delicto audiuntur per procuratorem.14.130.
Vniuerſitates mediatè ſubiectæ, quæ Bullam Boni Regiminis non agnouerunt, licentias prædictas expediunt in Camera Apoſtolica, ſoluta mercede.15.45.
Vniuerſitas mouens litem ex conſilio aliquorum ciuium, ſi pro expenſis partienda ſit collecta, ad hanc non tenentur, qui nullum habent intereſſe in negocio,ſeu lite.18.48.
Vniuerſitatum patrimonium appellare poſſumus, quod ipſis Vniuerſitatibus debetur.18.57.
Vniuerſitas habens proprium patrimonium, an teneatur ſoluere collectas pro ſuis ciuibus.18.58.
Vniuerſitates tunc imponent collectas, ſi nulla habeant bona,nec burſam communem.18.59.
Declara concluſionem diſtinguendo,vt n.60.
Vniuerſitas non tenetur ad collectas impoſitas ſubditis,vti ſingularibus perſonis.18.63.
Vniuerſitas habens redditus ſufficientes, nec ære alieno grauata,non debet imponere collectam ciuibus ſuis. 18.64.
Amplia,ſi ciues ſint pauperes, & eorum induſtria ſit neceſſaria in Ciuitate.n.65.
Vniuerſitas, quæ per multos annos ex proprijs redditibus

ditibus ſoluit onera fiſcalia,ſi deficiant redditus, poterit collectare ciues, quocumque titulo non obſtante. 18.66.

Homines de Vniuerſitate ſi non vltrò, ſed excitati capiant bannitum,an conſequantur præmium. 19.57.

Vniuerſitates quandoque cogunt ciues ſuos ad collocandum in horreis publicis decimam partem frumenti. 21.20.

Vniuerſitates conſtituentes vnum, vel plures ciues ad comparandam annonam, poſſunt etiam illis aſſignare certum ſalarium. 21.25.

Vniuerſitates poſſunt ſtatuere, ne merces vendantur, niſi in certa platea, vel loco ſub pœna amiſſionis. 21.46.
Declara concluſionem,vt n.47.

Vniuerſitas non eſt condemnanda ob irruptionem ſingulorum in horreum priuatum, niſi appareat id factum fuiſſe conuocato Conſilio. 21.61.

Vniuerſitas obligata ſubminiſtrare alteri Vniuerſitati certam annuam quantitatem frumenti, intelligitur,quando frumentum ſupereſt 21.63.
Extende,vt n.64.

Vniuerſitas iurat in litem contra adminiſtratorem doloſum,& qualiter præſtetur tale iuramentum. 23.15.

Conſentientes tacitè, vel expreſsè in præiudicium vniuerſitatum,qua pœna plectendi ſunt. 23.33.

Vniuerſitates poſſunt agere, & conueniri in iudicio mediante perſona Syndici,vel Actoris. 24.1.

Vniuerſitas cogi poteſt officio iudicis ad conſtituẽdum Syndicum. 24.4.

Vniuerſitas contrauenions iuramento,an,& quando periura dicatur,& fiat. 24.26.

Vniuerſitas obligata per Syndicum in forma Cameræ,an,& quando poſſit excommunicari. 24.27.

Vniuerſitas quando citanda ſit. 24.22.

Vniuerſitas æquiparatur pupillo, & Eccleſiæ, quæ non poſſunt eſſe indefenſæ. 26.3.

Vniuerſitates habent reſtitutionem in integrum, ſiue ſint læſæ in iudicio, ſiue extra; & læſio in iudicio quotuplex ſit. 26.5.

Diſpoſita in l.Rempublicam,C.de iur.Reipub.habet locum in vnaquaque Vniuerſitate. 26.6.

Vniuerſitates ideo gaudent priuilegijs; quia in illis reperiuntur minores,pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonæ. 26.8.

Quilibet de populo admittitur ad defendendam vniuerſitatem ſub cautione de rato, nec requiritur de ſoluendo iudicatum. 26.9.vide n.19.

Vniuerſitates cogi poſſunt ad imponendum ſibi collectas pro ſalario Officialium. 27.26.
Hæc collecta exigitur in Ciuitate Vrbeuetana, & toto eius Comitatu.n.27.

Vniuerſitas,quæ nihil habet in bonis,cogitur imponere collectam pro ſatisfaciendo creditoribus; & ſi vniuerſitas recuſet, Iudex ex officio illam imponet. 27.32.
Vide poſt n.45.

Vniuerſitas,quæ coegit conſanguineos ad emendum bona debitoris,an teneatur de euictione. 27.37.

Vniuerſitas conuenta vigore obligationis cameralis, an poſſit declinare forum vigore l.vnicæ,C.quando Imp.inter pupill.& vid. 27.43.

Et quid in terminis Bullæ de Bono Regimine. num.44.

Vniuerſitates habent prædia ſuorum ciuium obligata tanquam æs alienum cum ipſis vniuerſitatibus contractum. 28.12.
Amplia,nedum bona,& prædia, ſed etiam perſonas ſingulorum;& eas obligat ſuper repræſalijs. num.13.

Vniuerſitas,quæ habet in bonis,non debet onerare ſuos ciues collectis. 28.15.

Vniuerſitatibus licet vendere domos,& redditus ad publica mœnia inſtauranda. 28.16.

vniuerſitates non poſſunt taxare ciues ſuos,niſi neceſſitate vrgente:qua ſtante,an poſſint ſine licentia Principis. 28.19.

vniuerſitatibus quando, & quomodo permiſſum ſit inconſulto Principe indicere taxas. 28.22.

Quatuor caſus enumerantur, quibus permiſſum eſt vniuerſitatibus taxare ciues ſine licentia.ibid.23.

vniuerſitas poteſt taxare ciues pro ſoluendis debitis,pro proſequendis litibus, & ſimilibus ſine licentia Principis. 28.24.

vniuerſitas imponens taxam pro ſuſtinenda lite cũ ſuo ciue,non poteſt illum ciuem,cum quo litem habet,cogere ad ſoluendam taxam. 28.26.

vniuerſitas ſi conuocet ciues pro taxa imponenda, debet habere licentiam ſui Officialis. 28.27.

vniuerſitas non poteſt taxare ciues pro donatione facienda,& quare. 28.32.

vniuerſitas poteſt taxare ciues, & vicinos pro reddenda pecunia in mutuum accepta pro neceſſitatibus publicis,& communibus. 28.36.

vniuerſitates poſſunt taxare etiam animalia ciuiũ, & vicinorum,ſoluta tamen mercede. 28.38.
Amplia,ſi ciues non habeant, cogi poſſunt ad illa emenda;& ſi pereant,aut infirmentur, vniuerſitas tenetur ad damna.n.39.
Limita, quando animalia tolluntur iuſſu Principis,vt in tranſitu militum,quia tunc vel ad Principem,vel ad milites pertinet refectio damni,licet malè ſeruetur in praxi.n.40.

vniuerſitatum redditus conſeruantur,& augentur,ſi ſuperuacanei ſumptus reſecentur. 28.47.

vniuerſitates non cuſtodientes eorum territoria, in quas pœnas incidant; quæ pœnæ à iudice ſunt declarandæ. 29.32.

vniuerſitates conſtituuntur etiam ex minoribus, & pupillis,qui ignorant quod agunt. 29.33.

vniuerſitates poſſunt probare ignorantiam actus per iuramentum. 29.34.

vniuerſitas egens animalibus,nauiculis, plauſtris, & ſimilibus, cogere poteſt habentes ad hæc mutuãda. 31.198.

vniuerſitates tenentur ſoluere ſtipendia, ſi cogant ciues, & forenſes ad mutuandum animalia, & currus,& ſi nulla ſit conuenta merces,quid agẽdum. 31.201.

vniuerſitates capientes animalia pro euectionibus, illæ ſoluunt mercedem, & poſtea repetunt ab alijs. 31.205.

vniuerſitates non tenentur vendere victualia militibus viliori pretio. 31.207.

vniuerſitates cogere poſſunt ſuos ciues ad emendum equos, & currus, ſi inſtet neceſſitas conducendi

ducendi

ducendi victualia.31.210.
Amplia, vt cogi etiam quis poſſit ad commodandum aſinum pro conducendo delinquente, num.211.
vniuerſitates poſſunt ſtatuere, vt omnes ciues eant ad molendina publica, & ne aliquis noua conſtruat.31.226.
Declara, vt num.228.
vniuerſitates quando excuſari poſſint ad incurſu Cenſurarum.31.230.
vniuerſitates an, & quando, & quomodo inſtituere poſſint nundinas, & mercatus.31.233.
Conceſſio nouellandi, & faciendi clauſuras in bonis vniuerſitatum, requirit conſenſum omnium, nemine reluctante.31.259.
vniuerſitates Baronum acceptare volentes Bullam Boni Regiminis debent habere conſenſum omnium, nemine contradicente.31.260.
Aliud eſt vniuerſitas, aliud ſinguli de vniuerſitate.31.263.
vniuerſitates Status Eccleſiaſtici ſubijciuntur Conſtitutionibus, & Bullis Summorum Pontificum.32.2.
vniuerſitatibus, quæ pro alijs fideiuſſerunt, qualiter ſuccurratur in Statu Eccleſiaſtico per Bullam Sixti V.32.4.
vniuerſitates quas actiones habeant pro recuperandis bonis malè alienatis.32.47.
vniuerſitates non poſſunt renunciare ſolemnitatibus ſupra narratis, & quare.32.52.
vniuerſitatis in arbitrio eſt, impugnare inſtrumentum ad ſui fauorem celebratum.32.60.
vniuerſitas læſa, ſi per 30.vel 40.annos tacuerit, an reſtituatur in integrum.32.65.
vniuerſitates æquiparantur minoribus, & pupillis; quod non procedit in Collegijs.32.66.
vniuerſitates probant ignorantiam per iuramentum Officialium.32.68.
vniuerſitas imponens cenſus ex cauſa neceſſaria pro redimendis ſuis ciuibus ab hoſtibus, & ne fame pereant, an teneatur adhibere ſolemnitates ſuperius poſitas; & pro affirmatiua.32.75.
In rebus vniuerſitatum non ſolùm attenditur, quòd aliquid rectè fiat, ſed etiam quòd ritè fiat.32.76.
vniuerſitas mittens Legatos debet illis literas teſtimoniales dare; & quid continere debeant hæ literæ.33.44.
vniuerſitates debent conſtituere ſalarium Legatis, etiamſi ſint ciues.33.48.
vniuerſitas mittens plures Legatos, ſi aliquis horum moriatur, quis lucretur partem ſalarij demortui.33.62.
vniuerſitas an poſſit imponere collectam pro ſoluendo ſalario Legatis.33.73.
vniuerſitas poteſt taxare ciues pro manutentione equi, & viri probi pro Legatione mittenda, quãdo opus fuerit.33.75.
vniuerſitates, per quas tranſeunt Legati, tenentur ex vrbanitate ſubminiſtrare animalia, & curſus pro vehendis rebus.33.83.
vniuerſitates quomodo ſunt citandæ.34.20.2.4.
Quod vniuerſitati debetur, ſinguli non debetur.34.2.2.17.
vniuerſitates non poſſunt imponere collectas, niſi conuocato Conſilio, in quo præcedere debet licentia Principis.35.7.
vniuerſitas coacta ad ſoluendum debitum Communitatum quid agere debeat.35.11.
vniuerſitas coacta ad ſoluendum onera conuenta cum Camera Apoſtolica quid agere debeat, & quomodo hoc caſu imponatur, & exigatur collecta a ciuibus.35.14.
vniuerſitas ſciens ſibi deberi decem a ſuo ciue, ſi exigat tantùm quinque per multos annos, non ſibi præiudicat.35.138.
vniuerſitas oſtendens tres ſolutiones continuatas integras, facit præſumere ſolutiones præteritas.35.139.
vniuerſitates non poſſunt aliquid impendere in tranſitu Principum.36.23.
Amplia, nec etiam in veſtibus ad induendum eos, qui Principibus obuiam mittuntur: hæc tamen ampliatio a multis moderatur, & reijcitur num.24.
vniuerſitates poſſunt miniſtrare ſumptus Viſitatoribus etiam in pecunia, ſi magis hoc expediat ipſis vniuerſitatibus. 37.18.
Amplia, poſſe etiam variare ex cibarijs in pecunia, & è contra.
Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij inferioris ordinis quot equos, famulos, & inſeruientes habere debeant in viſitationibus.37.20.
Munera recipere nequeunt viſitantes a viſitatis; & ſi contrarium agant, qua pœna puniantur. 37.21.
Differentia ſi oriatur inter viſitatores, & viſitatos, a quo ſit decidenda.37.22.
vniuerſitates habentes redditus opulentos, nec ære alieno grauatæ poſſunt aliquid erogare in puerorum eruditionem.38.14.
vniuerſitates, quæ ſtipendia, ſeu alimenta ſtudiorũ cauſa ſuppetunt, debent habere tempus determinatum; & quare.38.34.
vniuerſitatibus debentibus ſubminiſtrare ſtipendia, ſeu alimenta ſtudiorum cauſa, niſi ſit aſſignatum tempus, recurrendum ad conſuetudinem locorũ, in quibus vigent ſtudia, & Collegia iuuenum, & puerorum.38.35.
Conſuetudo locorum, in quibus ſtudia vigent, ſeruanda eſt, nedum quoad prorogationem, & abbreuiationem temporis, ſed etiam quoad ſtipendia.38.36.
Bulla Boni Regiminis prohibet comœdiarum, & tragœdiarum editiones vniuerſitatibus. 40.63.
vniuerſitatibus quandoque fuit a Principe indultũ ſumptu publico ſcenas conſtruere, & actiones edere.40.64.
vniuerſitates conſtituunt ſtipendia medicorum, ludimagiſtr. & ſimilium, & ad hæc tenentur.42.8.
vniuerſitates tenentur cuſtodire eorum territoria a latronibus, & craſſatoribus.42.13.
vniuerſitates tenentur ad impenſas, quæ fiunt in proſequendis, & capiendis delinquentibus: & fit diuiſio inter ipſas vniuerſitates.42.14.
vniuerſitates cogi poſſunt ad ſubminiſtrandum cereos, & luminaria, vt Sanctiſſimum Christi

Domini Corpus exponatur in neceſſitatibus publicis.42.90.
Vniuerſitas poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus læſionem, & hæc reſtitutio peti poteſt a quolibet de populo, & a quo petenda erit. 45.21.
Quod vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur. 47.95.
Reliqua de vniuerſitatibus, vide in verb.Ciuitas, in verb.Communitates.

Vrbeuetana Ciuitas.

Vrbeuetani vini generoſitatem qui negat, nulla alia pœna, quàm perpetua illius priuatione mulctandus.14.102.
Barones, & Domicelli poſſidentes Caſtra, & habentes iuriſdictionem in Territorio, & Comitatu Vrbis veteris, recenſentur.50.139.
Regiſtrantur literæ S.Caroli Borromæi in cauſa, & lite vertente inter Ciuitatem Vrbis veteris, & Dominos Caſtri Triuinani ſuper confectione caſti.50.140.

Vſufructuarius.

vſufructuarius, licet non ſit dominus, tenetur ad collectas.50.250.

Vſura.

vſurarum taxatio a lege facta eas licitas reddit, & vt licitè percipiantur efficit.28.2.
vſurarij Deum,& naturam offendunt.31.41.
vſurarij ſunt incapaces, & penitus excludendi a Dignitatibus.31.42.

Vtilitas.

vtilitas publica hoc habet priuilegium, quòd non audiatur,qui incœpit exercere furnariam, carnicinam,hoſpitium,vel quid ſimile, volens diſerere artificium,ſed poteſt cogi ad exercendum.21.49
Amplia concluſionem in Aduocato, procuratore, notario, ſyndico.num.50.
vtilitati publicæ magis fauendum, quàm priuatæ.33.74.
vtilitas publica non eſt reparanda expenſis quorundam de vniuerſitate, ſed vniuerſorum ciuium. 42.15.

Laus Deo, ac ſemper Virgini Mariæ.

REGESTVM.

a b c d.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Omnes ſunt duerniones, exceptis a, & d; quæ ſunt folia ſimplicia.
Index autem per errorem, iterum ſignatus literis, videlicet,

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg; & ſunt duerniones; litera autem Ggg eſt ternio;

ROMAE,

Typis Angeli Bernabo dal Verme. MDCLVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Legatoria
R. SALVAREZZA
Via Val Sassina, 56-58
Tel. 890.223 - ROMA